C. 2-19

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
36 -I
4

Medela f. 3. d. 12.

~~[illegible] cap. 2.~~

C. PLINII CAECILII SECVNDI NOVOCOMENSIS, EPISTOLARVM LIBRI X.

Eiuſdem Panegyricus TRAIANO dictus.

Cum Commentarijs IOANNIS MARIAE CATANAEI, viri doctiſſimi.

Multis Epiſtolis cum illarum interpretatione adiectis.

Adiuncti ſunt alii, ad alios Cæſares, PANEGYRICI, ad fidem vetuſti exemplaris emendati.



Excudebat PAVLVS STEPHANVS.

ANNO M. DC.

VIRO CLARISSIMO, IVSTO RVBERO,

PAVLVS STEPHANVS S.

CLARORVM virorum doctiſſimos perire Commentarios, aut, ſi omnino non pereant, neglectos iacere, dolendum certè eſt, vir Clariſſimę: & neſcio quæ mala temporum noſtrorum incuſanda ſors: quòd ea nobis inuidere videtur rariora & præſtantiora quæ ſunt. Quare nos, ſi Deus dederit, aliis poſt alios in lucem emittendis doctorum virorum Commentariis, malo iſti mederi enitimur. Et ſanè hæc ipſa temporum conditio in hoc Catanæo noſtro dolenda quoque erat. Nam qui hũc librum in manus ſumet, frequentius eum neque tractari neque legi, miretur neceſſe eſt: neglectúmque tandiu iacere tanti ingenij, tantæ doctrinæ, támque va-

riæ lectionis virum. cui tantum gloriæ pepererunt tam docti commentarij, vt laudatore me non egeat. dicam tamen habere abundè tanto interprete Cæcilium noſtrum, quo glorietur, ſi in terras redeat. At verò non ſolùm hos Commentarios offero tibi vir Clariſſime, ſed & ipſas Plinij Cæcilij epiſtolas, quæ te inter curas & negotia Principis recreare poſſint, quas tibi commendare, plus quàm mihi notas, certè non ſim ſapienter facturus: offero tamen, memor veteris ac etiam recentis amicitiæ, qua parentem meum, dulcis memoriæ parentem, complexus olim es: & quā ante annum circiter ipſe teſtatus es, quum in idem hoſpitium Argentinę diuertere contigiſſet: vbi ſuaui alloquio tuo frui, & benignitatis plenos generoſo in pectore vultus intueri licuit. Qualecunque igitur hoc eſt, vt ſuſcipias, & tuæ erga parentem beneuolentiæ hæredem me quoque ſcribas rogo.

Vale, vir Clariſſime, & Principum & literatorum amor. XV. CAL. SEPT. ANNO MDC.

Typographus Lectori.

SI Baſilienſe quod deſiderabam exemplar, non defuiſſet, lector beneuole, ſtabat animo iam ante annos aliquot editionem horum Commentariorum aggredi. ſed neceſſe fuit editiones aliquot inter ſe cõferre. & ſanè Baſilienſis vt eſt recentior, à mendis etiã eſt repurgatior. Aſcenſianam quidẽ & alteram vetuſtiſſimam inter ſe nihil differentes comperi. Quoniam autem Baſilienſis editio pleraque truncata habet, quæ in vetuſtioribus leguntur, queritur verò deprauatos codices vetuſtos, quos integritati ſuæ reſtitutos abs ſe profitetur, quanquam videtur multa, & meritò ſuſtuliſſe, & tamen ſunt (ni fallor) quæ lectorum iudicio permittenda potius videantur quàm tollenda, mihi in his anguſtiis, ea quæ ex Aſcenſiano exemplari ſeu altero vetuſtiore, ſublata fuerant, aut quæ doctè ſuperaddita eſſent in Baſilienſi editione, etſi multa (vt fatear) ſunt deprauatiſſima in vetuſtis codic. notis tamen incluſiuis inſerere viſum eſt, vt liberum eſ-

ſet lectori iudicium. Ad Plinij epiſtolas quod attinet, erat animus ſimul excerpere tot varias hinc inde lectiones, quæ tam frequentes & crebræ ſunt in hoc quãuis anguſto libello, vt vix reperias editiones duas quæ vnum & idem, ſex ſubſequentibus lineis, ſcribant, quum nec Baſilienſes ipſæ inter ſe, multo minus aliæ alijs locis editæ, concordent: non quidem quod ad ſenſum, ſed quod ad verba & ordinationem vocabulorum, aut voculas immutatas, de linea in lineam (vt ita dicere liceat) diſcrepantes. Quod vt attentius conſideraui, & has ipſas, ſaltem maiori ex parte, varias lectiones, margini noſtræ in minore forma editionis adnotatas, eas verò quæ maioris mométi eſſent, ab ipſo Catanæo doctiſſimè exagitatas: quum ſciam etiam vix vnum eſſe aut alterum qui has in minori forma epiſtolas non tractet legátve, exſcriptor eſſe ſuperuacaneus deſij. cœperam enim. Tu libellum noſtrum, quæ tua eſt humanitas, gratum habe, Lector Candide, & vale.

CLARISSIMO PRÆSIDI GRATIANOPOLIS AC MEDIOLANI, IAFREDO CAROLO, Iuris ciuilis & Pontificij prudentiſſimo,

IOANNES MARIA CATANAEVS felicitatem.

INTERPRETANDI munus apud veteres vtile probatúmque, nunc difficilimum & neceſſarium eruditorum nemo dubitat: cùm multa ex hiſtoriis & priſcorum moribus interciderint, dicendarúmque cauſarum ritus,& habendi ſenatus,denique ferè omnia nunc immutata, quæ difficulter ab autoribus colligi poſſunt. Adhæc tot inter deprauationes, quas bonæ literæ paſſæ ſunt, ſcriptorum nullum magiſquam ſolutæ orationis huiuſmodi calamitas inuaſit:quæ difficilius animaduertitur,& tollitur. nam carminis menda metri ratione facilius deprehenditur & reſtituitur: à proſa verò, & dictiones, & totæ clauſulæ ſæpius deciderunt, quas in integrum reficere, niſi alicuius fidi exemplaris teſtimonium ſubueniat,nec ipſi qui peperere,ſi ad nos redirent,conſeque-

rentur. Nos autem peculiares quædam in hoc opere difficultates circumſtetere. nam primũ elaborandum fuit, vt multa cum impreſſis vetuſta exemplaria conferremus, quibus Plinium Cæcilium ſupra cæteros ſcriptores deprauatum ex Hippolyto, ſi fieri poſſet, Virbium faceremus: tot errores, & in Latinis & Græcis curandi fuerũt. plura inſuper de legibus diſcutienda veniebant iam abrogata & deſueta, quæ vix à prudentibus diſcerni poterant. nec ille mediocris ſcrupulus nos offendebat, Neruæ Traianíque Cæſarum res, quæ ſæpius explicandæ occurrebant, iam ferè conclamatæ: nam compendia quæ ſuperſunt, non ſingula, ſed ſummam illuſtrium rerum vix denotant. præterea ſtylus preſſior & emunctior, qui lectori multa per ſe excogitanda relinquit, ita frequenter acuti ſenſus enodandi ſunt. Quare factum crediderim, vt ſuperiorum nemo hoc opus quamuis maximè deſideratum attigerit, præſertim cùm nondum ab alio præoccupatis autorum marginibus vnicuique liberum eſſet deligere quencunque interpretari placuiſſet: ſed poſteris difficilimos expoliendos reliquerint, Scyllas ſcilicet & Gorgonas nobis domandas. nauigarunt illi per aperta pelagi: nos ſcopulis, & fretis commiſerunt. Itaque nonnulli paruo labore illuſtrati ſunt. fit enim plerunque, vt multorũ nomina temporũ felicitas & occaſio à tenebris educat: at quoſdam maximã meritos laudem fortunæ malignitas opprimat, ingentéſque vigilias minima comitetur gloria. Neque tamen iccirco magnum aliquid feciſſe credimus: ſed cùm Plinianas epiſtolas adoleſcentes admodum legeremus, mirúmque in modum earum venuſtate ac lepôre caperemur, poſtmodum vtilitate

publica ducti exiſtimauimus operam noſtram non per-
dituros, ſi ab omnibus prouinciam deſperatam, vberri-
mos tamen fructus ſubactam redditurām, primi aggre-
deremur, & emendando & interpretando, non vt pleri-
que, qui à præceptoribus ſuis quæ exceperunt, vel docto-
ribus elaborata ſurripuerunt, ea ſibi vendicantes pro ſuis
publicant: ſed hæc qualiacunque ſunt, ſtudio noſtro lu-
cubrauimus, ſublatis innumeris erroribus, præter vnum
aut alterum, quos ſine fide veteris exemplaris velle
reponere, fuiſſet temerare non emendare: & reſtitutos ſi
vbique enumerauiſſemus, legentibus faſtidium, nobíſq;
iactantiæ notam contraxiſſemus. in quibuſdam verò
viſus ſum mihi non ſine ſuſpicione mēdæ quaſi per ſen-
tes & inculta aratrum trahere: quæ ita excoluimus, vt ſu-
ſpenſa manu ſtilum duceremus. neque annotationes
quaſdam hinc inde tantùm decerpſimus, reliqua diſſi-
mulantes, ſed vberrimè ſingula videmur attigiſſe, aut ſal-
tem tentauimus. multis enim, non paucis cōſulebamus;
vt credatur, ſi alius tantundem laboris, vel inertiæ in Pli-
nium contulerit, nihil poſtea lectorem deſideraturum,
quanquam impoſſibile ſit omnibus ſatisfacere. nam
qui ſibi doctiores videbuntur, nos interdum tanquam
nimios arguent: alii fortaſſe in quibuſdam parcos fuiſſe
dicent: etſi non deſperamus alia alios detentura. ſunt e-
nim quædam in noſtris non vulgaria, multa mediocria,
plura notiſſima: quæ ſingula ſtilo humili, ac ſermoni
proximo referre conſultò ſtuduimus. nam qui eloqui in
commentariis quærunt, hi mihi videntur in alieno foro
litigare, cùm ſæpius vtēdum verbis de medio petitis: &
ea data lex interpreti ſit, ne indigeat interprete. Quòd

ſi in hac prius inacceſſa prouincia aliquod minus domì-tum,quàm vt eruditi iudicauerint, occurret, ipſi opem ferant. quicquid enim ad vtilitatem omnium inſuper publicabitur, modò non fiat detrahendi ſtudio, id nos plurimum iuuabit:neque enim ii ſumus qui omnia ſciamus:neque aliis bonum quo nos caremus, inuideamus: etiam ſi alius inſurgat,quia viderit ànobis primum aſpera complanata, manca reſtituta, vberiores in Plìnium commentarios tranſcripturus, agat quomodo lubet, & qualibet appendice legentium vtilitati conſulat: admoneãtur tamen ſtudioſi in quo huius operis lectione profecerint, id nobis imprimis debendum. Præterea addidimus rerum ac verborum electorum indicem, vt(quod plerunque fit) eadem annotatio pluribus locis ſatisfaceret,& quaſi digito monſtraretur. ad hæc fortaſſe quidam in laboribus noſtris requirent ſibi, & librorum numerum, & caput autorum quos pro commodo noſtro citamus,repræſentari. alii talem modum improbabunt, tanquam neque ad ornatum faciendum,neque nobis vſquequaque conceſſum. Quare neſcio quod temperamẽtum ſtuduimus obſeruare,vt interdum proprium locum monſtraremus: ſæpius verò contenti autorem tantùm nominaſſe. quòd ſi curioſius aliquis vlteriora requiret, inquirendo experiatur, an cum fide teſtes produxerim. Et tamẽ in hac noſtra diligentia non deerunt inuidi, qui longas, & intenſas vigilias vel antèquam viderint, rabido morſu feriant, carpant, ſiue inſito obiurgandi ingenio:ſiue dum ſic putant ſe alicuius nominis apud ineruditos eſſe,vt conſueuere,qui vix primas literas egreſſi ſtatim ſapiunt,arrogantes & tumidi, nihil præter caninam

rabiem ſecum ferentes, quod præſtare nequeunt, maledicendo reprehendunt:hos tamen facilè contemnimus. non enim ab ingratis gratia requirēda eſt,& maledicum legimus à bonorum cœtu primo ſtatim limine repellendum. Eſt aliud hominum genus,qui cùm poſſint ſtudia ſua proferre, nec faciant, ſiniſteritate conciti ſumma,in alienis ſcriptis ingenioſi, ſi vnum aliquid minus benedictum deprehendunt, omnia damnant, aucupio tali famam ſibi aucupantes. hi vt aliquando reprimantur propter eorum iam apud multos autoritatem, confugiendum duximus ad præſidium amplitudinis tuæ, qui non minus eloquentiæ, quàm iuſtitiæ Præſes omnes bene literatos (quorum maximus in hac vrbe numerus) ſano iudicio in ſententiam tuam ducturus es. oſtende modò te velle,non deerunt qui quod velis cupiant. diligeris, coleris, frequentaris, nec immeritò. nam aliquid in ſtudiis præſtantes tueris, foues, ornas: vt ſub te ſpiritum & ſanguinem, patriámque recipiant bonæ literæ. adhæc cum pari ferè itinere tu & Plinius ad ſummas virtutes & dignitates perueneritis,iure dicandæ tibi fuerunt elucubrationes noſtræ: nam vterque ſenator optimus. tu iuriſconſultus ſubtilis, & orator eloquens: ille ſummus dicendi artifex, nec iuris ciuilis inſcius: humanus, liberalis, iucundus vterque:grauiſſimarum rerum iudex, & moderator vterque. ille amicis gratuitum patrocinium: tu plerunque vel inimicis operam tuam præſtitiſti: &quos fortunæ turbo perculſerat: releuaſti. publica enim priuatis anteponis. ille rebus honeſtè partis honeſtiſſimè vſus eſt: tu virtute tua comparatas pari prudentia diſpenſas, & quæ meruiſti,benemeritis erogas. vter-

que ſub feliciſſimis regibus per bonas artes ad ſumma prouectus. illum Traiani felicitas clariorem reddidit: te Gallorum Regum benignitas ad ampliſſimos magiſtratus extulit: & ſub feliciſſimo Rege Carolo ſublatam dignitatem tuam ſub Ludouico feliciore in maius auxit. ille à peſſimo Domitiano inchoatos honores, ſub Traiano optimo perfecit. poſt conſulatum Bithyniæ & Ponti Præſes, tu prouinciæ Narbonenſi & Inſubriæ ſumma cum integritate ſummam cuiuſque ordinis hominum rationem ſeruans: hoc illo maior, quòd diuerſiſſimas terras velociſſimi ſyderis more tu regis. ille proximas & coniũctas adminiſtrauit. Proinde aliis affectata virtus, tibi ingenita. ita cæteris ignoſcis tanquam ipſe quotidie pecces: ita peccatis abſtines, tanquam nemini ignoſcas. non caſtigas errantes, ſed emendas. abeſt ſuperbia, aſperitas: in quorum loco humanitas, comitas eminet. malè enim veneratio terrore acquiritur. ſi adſunt amici, dulciſſimi & honeſtiſſimi ſermones explicantur. nam ſeueritatem iucunditate miſcere, ſummæque grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile quàm laudabile eſt: vt qui ex admiratione ingenii tui diligere te cœpit (quod euenire contrà ſolet) magis te admiretur, poſtquam penitus inſpexit. Plinius doctos venerabatur, tu vndique conquiris: & inuentos, ſtipendiis publicis, ſacerdotiis honeſtiſſimis, de tuo muneraris, eruditorúmque conſpectu libentiſſimè frueris. ſcis enim eſſe verã felicitatem, perpetuò cum ſapiẽtibus verſari: quod tu pertinaciſſimè ſeruas. nã peractis rebus maximis cum ampliſſimis ſenatoribus, quod reliquum datur ocii inter tot occupationes, aut diſputantes de diſcipli-

diſciplinis auſcultas, aut ipſe cum audientium admiratione differis. nam omnes qui in aliqua literarum facultate excellunt, admittis humaniſſimè. Sed & ſcriptorum veteres non minori ſtudio reparas, & à mortalitate tueris, cùm tibi maximam librorum ſupellectilem comparas: erraui ſcio. non enim tibi tantùm, ſed ſtudioſis, quibus exemplarium tuorum ſpectatæ in multis fidei copiam facis. Imprimis tamen veluti genium Plinianas epiſtolas veneraris, ita morum ſimilitudine ferente, quæ generis eius ſunt, vt niſi ab acutiſſimo ingenio, vt à tuo, probari, & intelligi poſſint: quia huius autoris dictio ſit elaborata, perpenſa, reciſa, non effluens, non redundans, veruntamen plena, eloquens, in ſuo genere copioſa, etſi multum ei temporum iniuria nocuerit, magis Atticorum ſalem, & Romanam grauitatem, quàm Aſiaticam latitudinem effingens, neque ad Laconicam breuitatem concidens. nam ſicut M. Tullio in epiſtolis copia, paratáque dicendi facultas elucet, ita Plinio exculta, penſitata, amputata: vtque illius reliqua diuini eius ingenii opera maximam Familiaribus epiſtolis cõmendationem adferunt, ſic Plinio tum rerum, tum verborũ, & ſplendor & dignitas & ordo faciunt, vt quæ nõ extant eius ſcripta, ſummo cum deſiderio requiramus, quem cùm deponere conſtitueris, iterum reſumes. tot illecebris lectorem tenet & afficit, vt cupidum vlteriora legendi rerum nouitate faciat, nolentemque aculeis trahat & ducat, neque breuitate officiat, ſed magis lectorem capiat. M. Tullium ſubinde ſatietas comitatur, vt iam legere paratum plerunque nimia copia deterreat: ille quem ſenſum intendit,

explicat optimè, & nouitate ſententiarum, ac rerum acumine non opprimit laſſum, ſed reparat. pungit enim tanquam Chia ficus, neque aliquid abſque ſale condit: quódque in eo non ſpernendum, in hoc opere talia complexus, quæ noſtris temporibus ad imitationem apprimè faciant. maior in illo granditas: in hoc cura, & diligentia: par nitor. ſummum vtriſque acumen, & facetiæ non inurbanæ. commendandi ordo diſpar. nam Cicero multa, & ferè eadem repetit: Plinius perdiuerſa, nihil tamen dicendum prætérit. acrius enim contendit, colligit aſtrictius. in hoc plus lacertorum & curæ: in illo plus carnis & naturæ. huic nihil demi: illi nihil adiici poteſt: quanquam propoſitum noſtrum ſit alterum laudandi, non accuſandi alterum. Cæcilianus ſtilus floridus, iucundus, venuſtus, grauis, caſtigatus, temporibus ſuis proprius, verbis parcior, rebus plenior. Omnes ſanè numeros in familiaribus epiſtolis abſoluit, quas Septitii hortatu recognitas in nouem libros diſtinxiſſe Sidonius Apollinaris tradidit, diſciplinam maturitatémque in ipſis commēdans, opus ſanè compoſitum & abſterſum, in quo mirificè affectus exprimuntur. amat (ipſius enim verbis vtar) vt qui veriſſimè, dolet vt qui impatientiſſimè, laudat vt qui benigniſſimè, ludit vt qui faceriſſimè: omnia denique tanquam ſingula abſoluit. Habes hîc clariſſime Præſes, de publicis & priuatis rebus multa de principatu, nec minora de republica, frequentiora de munificentia, & ad bene viuendum conducentia. Quæris quomodo ſtudeas? immortalitatem virtutibus conſequaris? hic vnus ſatis tibi faciet. exornat virtutes, inſectatur vitia, non verbis turpibus, ſed turpia honeſtè

reprehendens. quàm mira in deſcribendis locis felicitas? in commendando humanitas? in explicando facilitas? denique nihil in illis eſt non ad exemplum pertinens. Sed dices, quid mihi cum tam longa præfatione? verùm ita difficultas operis, & inuidorum malignitas, tuæque virtutes ac Plinii ſtilus caſtigatiſſimus poſtulabat: vt quamuis multa dixerimus, longè tamen plura dicenda ſuperſint.

Mediolani Calendis
Decembris.
M.D.V.

MAGNIFICO D. AMBROSIO MAYNO IOANNES MARIA CATANÆVS SALVTEM.

Hæc præfatio lib. Epiſt. X. præfigenda eſt.

FORSITAN modeſtius fuerat ſuperſediſſe à qualibet in Cæcilianas ad Traianum epiſtolas pręfatiuncula, ne illam videremur ambitioni dediſſe: niſi ſciremus inter ingenioſos adhuc autorem requiri. Ego vt illius credam, primùm eo adducor, quòd ſæpius in reſcriptis ſuis Traianus Secundũ vocat, quòd in his epiſtolis Plinius multorum meminit, vt Accij Suræ, Voconij Romani, Iulij Baſſi, Iuſti Calphurnij, quos alibi retulerat: ſed imprimis Suetonij, quem pariter contubernalem ſuum fatetur: & ei ab optimo Imperatore ius trium liberorum impetrare contendit. Nec offendat aliquem, quòd Traianum blandiendo dominum dictitat, cuius appellationem, principatus initio omiſſam, procedente tempore non eſt aſpernatus poſt res aduerſus Dacos proſperè geſtas. Nam vt Secundus ad Seuerum ſcribit, recentia maximi principis opera præbuerunt Coss. deſignatis, facultatem noua & magna cenſendi: vera enim ratio decernendi aliquid non decernendíve, cùm ipſorum hominum, tum rerum ac temporum conditione mutatur: vt dominus iure potuerit appellari, quòd eſſet rerum dominus, vt Poeta, Romanos rerum dominos iam dixerat, Papinius in epiſtola libri quarti Syluarum, Deinde inquit multa ex illis tum Domino Cæſari dederam. & Tertullianus in Apologetico, Dicam inquit planè Imperatorem dominum. temporibus enim Domitiani iam conſuetudo appellandi principem dominum inualuerat: &

nos vidimus Romæ Ant. Pio Domini præfationem. Quęret (ſcio) aliquis cur hîc quàm alibi remiſſiore vel clariore ſtylo ſit vſus : quia ſcilicet ad Imperatorem Traianum non doctiſſimum, ſi Dioni credimus, ſcribebat, illas ferè ad eruditiſſimos. Principis ergo ſui dicendi genus effingere conabatur. & oratoris virtus præcipua ſit dicere quæ videat lectoribus placere. Nunquam enim arbitrarer quod Martialis de Gallicis & Hiſpanis ſuis verſiculis : ideo minus politos, quia in prouincia non in vrbe nati eſſent:idem accidiſſe, in Bithynia Cæcilianis epiſtolis, ſiue eas fecerit non conſilio publicandi, ſed poſt eius obitum ab amicorum aliquo, quod ad Lentulum Ciceronis literis contigit, editæ ſint, & ideo minus preſſę:quia ab autore ſuo non caſtigatę.an potius,quod & ipſe fatetur, vt libellorum ſuorum vario filo diuerſa lectorum ingenia detineret. Neque tamen interdum diſſimulare potuit, quin pleraque multa in præcedentibus vſurpata iſtis inſerat, quale illud, qua publicè, qua priuatim. nam ad Romanum ſcripſerat, Qua fœminæ, qua viri. Et ad Marcum, Qua officiis maximis, qua principum amicitia. Item verba, qualia ſunt, alioqui, durum, diſpice, in melius, ad exemplum pertinens, omnia integra aduocationibus renunciaui delegato mihi officio. Cùm patronum me optaſſent, prouinciales contra Marium Priſcum conſtare rationem ab ineunte ætate condiſcipulus & contubernalis , fundos emancipauit. ſub ſigno, natalium ſplendor, de mora queri. Et ne minima quæque colligamus,pares etiam ſenſus & res hinc inde occurrent vt ad Traianum, vbi gratulatur deos feſtinaſſe ad gubernacula reip. admouere illum: & in Panegyrico aſſerit breui poſt adoptionem Traiani, Neruam è vita migraſſe. Et mox indicat apud eundem ſe expertum duo matrimonia, id quod etiam in epiſtolis ad familiares apertè colligitur, vt taceam quòd hic Iulij Seruiani optimi viri, cuius alibi iam mentionem fecerat, meminerit. & in ſequenti epiſtola teſtetur ſe egiſſe contra Marium pro Afris, quam rem libro ſecundo pluribus complexus eſt. Quid dicam de præfectura ærarij, de qua præter ad Traianum ſæpe ſcribit in præcedentibus & in Panegyrico. Item quòd latum clauum pro Voconio Romano, quem alibi ferè iiſdem verbis commendauit, ab Imperatore

petat, ſicut Actio Suræ præturam. denique iter ſuum ab vrbe in Bithyniam Traiano nunciet, vt omittam eundem ſcribere ad Septitium in præfatione præcedentium ſe collecturum epiſtolas quæ negligebantur, tanquam minus politę: & additurum quas poſtmodum ſcriberet: proinde ad Traianum dixerit, Diem domine quo ſeruaſti imperium, dum ſuſcipis. Et in Panegyrico. Expectatum eſt tempus in quo liqueret non tam accepiſſe te beneficium, quàm dediſſe. Confugit in ſinum tuum concuſſa reſpub. ruénſque imperium ſuper Imperatorem Imperatoris voce tibi delatum eſt. Item, Hic ego, inquit, quia ſciebam acta Baſſi Procos. reſciſſa, dictúmque à Senatu ius omnibus de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi duntaxat per biennium. illic verò eandem rem breuius, & ideo minus apertè vt loco conueniebat tractans: O veri dixerat principis intercedere iniquitatibus magiſtratuum, infectúmque reddere quicquid non oportuerit. Ad hæc ad Priſcum, Nuper ab optimo principe trium liberorum ius impetraui, quod quanquam parcè & cum delectu daret, mihi tamen tanquam liceret indulſit. Quare Traianus Secundo reſcribens idem ius pro Tranquillo roganti, quàm parcè, inquit, hæc beneficia tribuam, vtique mi Secunde chariſſime tibi ſatis eſt exploratum. In fine harum epiſtolarum, quanuis ſuppreſſo nomine, Fabati proſoceri obitum memorat. Denique illa Cęcilij ad Traianum epiſtola quam Paulus Oroſius, Euſebius in Chronicis, Tertullianus in apologetico Secundo tribuunt, ſatis ſupérque ſola noſtram ſententiam comprobat. Eam enim in hoc libello offendes, cui ſubeſt Traiani reſcriptum in eundem ſenſum à prædictis autoribus recitatum. At dicet aliquis, Sidonius tamen Apollinaris refert Plinium nouem duntaxat epiſtolarum libros poſteris reliquiſſe. Sed quos ipſe ſibi imitandos propoſuerat, ſed quos eruditiores arbitrabatur, quóſque ad amicos ſcripſerat. Nam ad Traianum epiſtolas, vtpote res grauiſſimas complexas, nulla ſibi oblata ſimili facultate ſcribendi, conſultò ſubticuit. Proinde potuit Sidonius eas ignoraſſe, ſcriptor ſanè ſui ſeculi contentus eruditione, & qui non omnes bibliothecas in illa librorum caritate diſcuſſerat. In ſumma qui negant has ad Traianum epiſtolas eſſe Plinij Secundi,

confitentur ex profeſſo neutras bene legiſſe. Fatear tamen neceſſe eſt primùm nobis in animo fuiſſe has intactas relinquere:& quia vno tantum exemplari præter impreſſa,nec illo admodum vetuſto adiuti fuimus: & ne idcirco anſam maledicis obiurgandi daremus. Sed cùm altius conſiderauiſſemus, nullam nó quamlibet oblatrandi occaſionem,quamuis iniquam detractores aucupaturos:& puritatem Latini ſermonis in hoc opuſculo intueremur, ex eiúſque lectione multarum rerum commodum multos conſecuturos, quibúſque priorum ſtylus preſſior & emunctior non placuiſſet poſſe hoc ſolutiore vel faciliore detineri: adhibuimus eam quam potuimus diligentiam & emendando, & interpretando ſpreta inuidorum maliuolentia, imprimis illud Secundi laudatiſſimum reputantes, oportere priuatis vtilitatibus publicas anteferre: tum etiam patrocinio tuo freti, qui ſoles noſtra lata prædicatione circunferre:nec fauoris minus in nos collaturus ſit Iaſon vir conſultiſſimus legum moderator & illuſtris interpres, quodam prouidentiæ dono mortalibus datus, ſubſequatúrque patrui veſtigia paſſu robuſtiſſimo: quanuis adoleſcens Thomas filius tuus, quem ſperamus, ſi virtutes eius & ingenium maturuerint, pariter ab illo adoptatum iri, eiúſque doctrinæ ac bonorum aliquando ſucceſſorem futurum, vt propemodum in domo veſtra tale quoddam conſpecturi ſimus, quod olim in Curia perpetua ſerie. Nam tu,etſi non effectè præceptis oratorum fueris inſtitutus: ita tamen à natura quodam dicendi flumine exuberas, vel rebus maximis exercitatus, vt dicendi artes edoctos longè præuenias. ad hoc proceritas & habitudo corporis, & bona fortunę, quæ largè tibi ſupercurrunt, animi bonis plurimum ornamento ſunt. Veſtro igitur præſidio tutus ſinam per ora virûm volitare ad Traianum, epiſtolas iam meliores, iam faciliores: ex quibus, ſi aliquid ad vos gloriæ perueniet, certum habeo tantundem honoris vos ſuſcepturos,contra maledicos, pro Secundo, pro interprete chariſſimo.

CAII PLINII CÆCILII SECVNDI VITA PER IOANNEM MARIAM CATANAEVM compoſita.

SCRIPTORVM illuſtrium duo in Vrbe ſecula imprimis feliciſſima fuere: Auguſti ſcilicet & Veſpaſianorum fratrum, cùm inter alios duo Plinij floruere: è quibus iunior quo die & anno natus ſit adhuc quæritur, ſub Nerone non ambigitur, patria Nouocomenſis, L. Cæcilio patre, & hiſtorici Plinii ex ſorore genitus, à quo per adoptionem familiæ eius inſertus, auunculi bonorum & ſtudiorum alio ſcribendi genere ſucceſſor: præceptores habuit Fabium Quintilianum, & Niceam ſacerdotem. in Syria tribunus militum, Euphratem philoſophum audiuit. vbertate Liuiana plerunque capiebatur. Græca in Latium, noſtra in Græciam transferens, ſtudium ſuum adoleſcens intendebat. puer admodum comœdiam Græcam compoſuit: elegos & heroicos aliquando pangens. ſuos etiam hendecaſyllabos, quorum libellum emiſit, à Græcis probari gloriatur. nonnunquam enim verſiculos parum ſeueros, ipſe tamen integerrimus vita, luſit non ſine ſummorum virorum exemplo. vndeviceſimo ætatis anno dicere in foro cœpit, & in ſenatu plures grauiſſimas cauſas egit. Prætor ludos dedit, vix Domitiani callidam immanitatem declinans, cùm omnem virtutem excindere conaretur. Cæſaris Quæſturam, Tribunatum plebis, Præfecturam ærarij, Æmiliæ viæ, & aluei Tyberis curam, Auguratum, Conſulatum, ſummâ

famâ

famâ & pari integritate adminiſtrans: In Tribunatu militum, & Quæſtura Caleſtrium Tyronem collegam: in conſulatu & præfectura Cornutum Tertullum ſortitus: augurali dignitate Iulio Frontino ſucceſſit. Ponti & Bithyniæ ad ſtatum ordinandum miſſus proconſulari poteſtate non minorem prudẽtiæ gloriam, quàm moderationis & diligentiæ ſecum retulit. Traiano gratiſſimus, & ſumma cum autoritate, à quo amicis ſuis honores ſæpius impetrauit: ſibi verò quot optauerat vnquam. In ſigillo quadriga vtebatur. diuitias quas patrimoniis & honeſtis hæreditatibus largas comparauerat, liberaliter diſpenſauit. nam & nutrix eius, & Quintilianus præceptor, ac interdum quàm plurimi munificentiam Plinij ſunt experti. in municipio ſuo bibliothceam dedicauit: & annuos ſumptus in alimenta ingenuorum pollicitus erogauit: tertiámque ſalarij partem publico præceptori obtulit. Romanum & Firmũ cenſu equeſtri iuuit. Caninium ad bonas artes reuocauit. in agendis cauſis abſtinuit non modò pactione, dono, munere, verùm etiam xeniis. Laurentinum rus, & alterum in Thuſcis, quibus mirè afficiebatur, epiſtolis celebrauit. de multis autem quas iuxta Larium poſſedit villas, dilexit imprimis quam fere in plano conditam Comœdiam: & quam Tragœdiam vocat, quia in̄ edito ſita. Romæ habitauit in Exquiliis. vxores duas habuit: poſteriorem nomine Calphurniam Calphurnij, & Pompeiæ Celerinæ filiam, cum qua iucundiſſimè quamuis ſine prole vixit: & eius ſtudiorum miniſtram quidam teſtantur. Ex doctiſſimis amicorum referam Virginium Rufum, Veſtricium Spurinnam, Silium Italicum, Pompeium Saturninũ, Valerium Martialem, Cor. Tacitum, Suetonium Tranquillum, Voconium Romanum, Antoninum: Martialem etiam viatico ſecedentem proſecutus: Tacitũ vt rectorem & magiſtrum ſuſpiciens: Tranquillum contubernalem ſuum fouens & ornans. fuit illi cum Ariſtone, Corœlio, Frontino, Neratio, Arriano iuriſconſultis amicitia ſumma. Inter libertorum prędilectos habuit Zoſimum, & Encolpum. gloriæ appetens, & immortalitatis ſummus aucupator, quod reliquum temporis dabatur à rebus ciuilibus & domeſticis, id totum ſtudiis impartiens: quorum variis generibus nulli ſatis confiſus experiebatur: nam præter iudiciales, quibus Demoſthenem imi-

batur, demonſtratiuas ſcripſit orationes: hiſtorias incertum hunc potiſſimùm crediderim Fabium per iſta demonſtraſſe. ſunt hodie ſumma, quibus illuſtratur forum ingenia. nanque & conſummati iam patroni veteres æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur, ac ſequitur induſtria. Nullum emendandi genus omittebat, ac primùm quæ ſcripſerat, ſecum ipſe pertractabat: deinde duobus aut tribus legebat: mox aliis tradebat annotanda: notáſque eorum ſi dubitabat, cum vno rurſus aut altero penſitabat: nouiſſimè pluribus recitabat.

CAII PLINII CÆCILII NOVOCOMENSIS VITA,

Ex Eivs Epistolis, breuiter à Conrado Lyco-ſthene excerpta.

Caivs Plinius iunior, ex Como nouo Italiæ Tranſpadanæ oppido natus, patrem habuit Cæcilium, virum eo tempore pietate ſimul & eruditione in primis clarum: auunculum verò, Plinium Veronenſem, Græcæ & Latinæ linguæ peritiſſimum: (cuius triginta ſeptem Rerum naturalium libri tanto ſtudio & labore conſcripti ſunt, vt doctorum omnium calculis digni iudicati ſint, qui ob multifarias hiſtorias ex Græcis ſimul & Latinis philoſophis depromptas, raræque eruditionis theſaurum, non obiter tantùm legantur, ſed euoluantur, omniúmque ſtudioſorum aſſiduis conterantur manibus) à quo adoptatus, non tantùm ampliſſimorum auunculi bonorum, ſed ſtudiorum quoque, ac nominis ſucceſſor factus eſt. Puer adhuc, cùm egregiam præ ſe ferret indolem, vt liberalibus artibus imbueretur, Fabio Quintiliano, omnium fidiſſimo puerorum informatori, & in oratoria profeſſione nulli ſecundo, datus, artes humaniores mira ingenij felicitate perdidicit. Aliarum diſciplinarum auidus, paulo pòſt Nicetem Smyrnæum ſophiſtam, & præclarum eo tempore oratorem, audiuit: qui adeo ingenium ad vtramque rationem accommodabat, vt iudiciale ſophiſtica quadam facultate exornauerit, ſophiſticum verò & vmbratile forenſibus

aculeis roborauerit,& cuius ſententiæ ac paradoxa quaſi bacchantes Thyrſi,mellis lactíſque copiam præbere videbantur. quibus artibus cùm Plinium probè inſtituiſſet, annuente auunculo in Syriam tanquam ad præclariſſimarum artium omníſque philoſophiæ mercaturam miſit,vbi Euphratem philoſophum naturæ arcana explicantem audiuit. Verùm cùm poſt multos in ſtudiorum curriculo exantlatos labores, iam ſine cortice natare didiciſſet, & optimos quoſque ſibi autores legendos propoſuiſſet, Liuium tamen Romanæ hiſtoriæ anteſignanum & principem cùm toties à Quintiliano præceptore laudibus celebrari audiuiſſet(qui Patauinum in concionibus ſuprà quàm narrari poteſt eloquentiſſimum vocare ſolitus eſt,& ob id inter cæteros ſcriptores in ſcholis quàm diligenter legendum in oratoriis ſuis inſtitutionibus præcipit) eius hiſtorias lactea eloquentia deſcriptas, rarò de manu depoſuit,ex quibus eam etiam hauſit eloquentiam,quam in doctiſſimis ſuis epiſtolis & Traiani imperatoris Panegyrico, magno verborum & ſententiarum ornatu, orationíſque fœcunditate abundè ſatis oſtendit. Græca in Latinam, noſtra in Græcam transferens, ingenium exercuit. Ad poeticæ ſtudiũ furore quodam naturali raptus;comœdias aſſiduè audiuit,inſpexit mimos,legit Lyricos: quibus adoleſcentiæ ſtudiis cùm animum excoluiſſet,iámque ad grauiora altioráque ſtudia animum intenderet, vndeuigeſimo ætatis ſuæ anno dicere in foro cœpit, ac in ſenatu plures grauiſſimáſquè cauſas magno audientium ſtupore egit. Beticis námque contra Bebium Maſſam, & iiſdem de Cæcilio Claſſico quærentibus adſtitit. Marium Priſcum repetundarùm accuſauit, Iulium Baſſum & Vareum in capitalibus cauſis defendit & liberauit. Si quid verò temporis à ciuilibus negociis, quibus totum iam intenderat animum, ſuffurari potuit, colendis agris conſumpſit: priſcos illos Romanos,Numam Pompilium,C.Licinium,Catonẽ, Cincinnatum,Piſones,Fabios,Cicerones,alióſque virtute claros viros imitatus, qui in magno honore conſtituti, vites putare, ſtercorare agros & irrigare nequaquam turpe & inhoneſtum putarunt. Laurentinum ſuum rus, & alterum in Thuſcis (in quo templum principum ſtatuis mirificè ornatum ædificauit) doctiſſimis epiſtolis celebrauit, vt agriculturę

ſe ſtudioſiſſimum oſtenderet. Cui cùm venatio cognata eſſet, ſæpenumero calores, pluuias, ſudorem, frigora, niues, & id genus alia compluſcula, quæ venatoriæ voluptates continent, perpeſſus, ad venabula ſedens, ſpumantes, & à canibus in furorem conuerſos apros propria manu confodit. Ad adminiſtrandá remp. aptiſſimus iudicatus, celeriter ad ſummos honores, ampliſſimáſque in vrbe dignitates, euectus eſt. Æmyliȩ nanque viæ, quæ ab Æmylio Scauro poſt Ligures bello ſubactos, à Placentia Ariminium vſque ſtructa & ſtrata erat, curam adminiſtrauit. Quæſturá cum Caleſtrio Tirone, cum quo ſtipendia antè fecerat, & Præturam cum eodem conſecutus eſt. Cornutum Tertullum, præfectus ærarij ſalutatus, collegam habuit. In Pontum & Bithyniam miſſus proconſul, non minorem prudentiæ, quàm moderationis & diligentiæ gloriam retulit. Conſulatum ſummâ famâ, paríque integritate cum Tertullo, amicitiarum familiaritate ſemper coniunctiſſimo, geſſit. In auguratu ſacerdotio priſco, quod viuenti nunquam adimebatur, Iulio Frontino viro principi ſucceſſit, quibus, aliiſque multis dignitatibus, cùm ſua induſtria Romanorum Rempublicam mirum in modum auxiſſet, in tantam apud bonos & claros viros exiſtimationem venit, vt iuueni ex clariſſimis familiis in vrbe vxores offerrent. Habuit autem duas, ex quibus poſterior erat Calphurnia, Pompeiæ clariſſimæ fœminæ filia: cum qua multos annos honeſtiſſimè, ſine prole tamen, vixit. Vitæ ſuæ innocentia, & omni ſcientiarum eruditione principum multorum animos ſibi conciliauit: in primis tamen Traiani, inuictiſſimi imperatoris, à quo non tantùm ſibi ipſi, ſed amicis quoque multa impetrare potuit. Voconio quippe Romano, condiſcipulo & contubernali ſuo, multas dignitates: Accio Suræ præturam: Harpocrati Iatraliptæ peregrinæ conditionis homini, Chryſippo Mithridatis, Stratonicæ Epigoni, & vxori Chryſippi, Poſthumij demum Marini propinquis aditum in vrbem impetrauit: libertis Antoniæ Maximillæ ornatiſſimæ matronæ, præterea Hediæ, Antoniæ, Harmeridíque citra omnem difficultatem ius Quiritum obtinuit. Tanta fuit opulentia, vt ducenta millia nummûm pro acceſſione precij agrorum contempſerit, emptrice Cornelia hoc petente. eas tamen facultates quas partim hȩre-

ditario iure à parentibus & auunculo partim Traiani mecœnatis ſui munificentia habuit, ab omni alienus auaritia, bene meritis, & quouis præmio dignis, ſumma liberalitate diſtribuit, & erogauit. His Caninium Ruffum municipem ſuum, ſtudiis iam valedicentem, ad artes, humanioráque ſtudia reuocauit. Valerium Martialem poetam ſecedentem ab vrbe, honeſtiſſimo viatico iuuit. Romano condiſcipulo tria millia nummûm ad equitis facultates implendas obtulit, & dedit. Fabium Quintilianum primæ pueritiæ præceptorem, ſenem iam, & pecunia carentem, dote, & omni impenſa maritandæ filiæ neceſſaria ornauit, & quinquaginta millia nummûm, vt ſecundum mariti conditiones veſtitu ſimul ac comitatu inſtrueretur, quaſi parens alter contulit. Patriæ ſuæ annua ſeſtertia tricena, quæ à nobis 750 aureis æſtimantur, donauit. Vt ad bonarum artium ſtudia iuuentutem incitaret, in municipio ſuo bibliothecam optimis libris refertam, ad communem ſtudioſorum vſum dedicauit: annuos ſumptus in alimenta ingenuorum erogauit, ampliſſimáque præceptoribus conſtituit ſtipendia. Gentilis licèt fuerit, Chriſtianorum tamē in maxima perſecutione acerrimus propugnator extitit. Cū enim variis tormentis eos qui in Chriſtū crederēt, cruciari videret, vt à fide deſciſcerent, miſericordia & interēptorū multitudine motus, eos apud Traianū defendit, dū ſcribit, nihil omnino ſceleris in his deprehendi, aut quippiam cōmitti quod Romanis legibus contrarium eſſet: quandoquidem adulteria, & cætera eius notæ crimina illicita arcerent, & tantum antelucanos hymnos Chriſto cuidam Deo canerent. Ob morum ſtudiorúmque ſimilitudinem præcipuè viros doctrina excellentiſſimos ſibi amicitiarum ſocietate deuinxit. ex poetis quidem Virginium Romanum, hominem (vt ipſe appellat) probitate morum, ingenij elegantia, operúmque varietate monſtrabilem: Valerium Martialem, Epicuri ſectatorem, & Silium Italicum, in carmine heroico poſt Vergilium facilè principem: Ex hiſtoricis verò, Suetonium Tranquillum, & Cornelium Tacitum: Iuriſperitis autem, Pomponium Saturninum cauſidicum, Arrianum, Titum Ariſtonem, & Cornelium Minutianum, rectiſſimos iudices, & fortiſſimos aduocatos: quos ſæpe cum Frontino, ſi quando de rebus ar-

duis agendum eſſet, conſuluit. Inter prædilectos autem libertórum ſuorum, præcipuè Zoſimum, hominem vt probum & officioſum, ita maximè literatum, habuit. Vt nomen ſuum immortalitati conſecraret, non tantùm Cornelij Taciti hiſtoriis laudari voluit, ſed ipſe quoque multa ſcripſit, quæ tamen ad poſteros non venerunt: vtpote Tragœdiam Græcam, De maris Icarij tempeſtatibus elegos, Hendecaſyllaborum librum, Demonſtratiuas orationes, in quibus Demoſthenem ſummum oratorem ſecutus eſt: De Heluidij vltione libros aliquot, quos Quadratus ſtudioſiſſimè ſemper legere ſolitus eſt. & multa quidem alia, quæ temporis iniuria, magno Muſarum mœrore ita interierunt, vt ne fragmenta quidem hodie extent. Ex his tamen omnibus ſingulari diuini numinis beneficio ad poſteros venerunt, decem epiſtolarum libri mira eloquentia ſcripti, Libellus de viris in re militari & adminiſtranda Republica illuſtribus, & Panegyricus Traiani Romanorum inuictiſſimi imperatoris, qui poſt Neruam, iuxta Euſebij ſupputationem, vſque ad annum Chriſti ſaluatoris noſtri CXIX. regnauit: quo tempore, vel paulo pòſt, Plinium noſtrum è viuis exemptum eſſe, & conijcere & diuinare licet.

COMI IN EXTERIORE STRVCTVRA TEMPLI MAXIMI.

C. PLINIO L. F. O. V. F. CAECILIO SECVNDO. COS. AVG. CVRAT. TIBER.

MEDIOLANI IN ÆDE D. AMBROSII in arca lapidea ex tabulis confractis.

C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS AVGVR LEGAT. PROPR. PROVINCIAE. PON. CONSVLARI POTESTA. IN EAM PROVINCIAM ET IMP. CÆSAR. NERVA TRAIANO AVG. GERMAN. CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM ET PRAEF. AERARI. SATVRNI PRAEF. AERARI. MIL. QVAESTOR IMP. SEVIR EQVITVM TRIB. MILIT. LEG. VI. GALLICÆ. XVIR. STLITIB. IVDICAND. ADIECTIS THERM. IN ORNATVM HS. CCC. ET HOC AMPLIVS IN TVTELAM HS. CC. T. F. I. ET IN LIBER. TOR. SVORVM NOMIN. HS. XVIII. LXVI. D. CLVI. REI. INCREMEN. POSTEA AD EPVLVM. PLEB. VRBAN. VOLVIT PERTINERE HOC AMPLIVS DEDIT IN ALIMENTA PVERORVM ET PVELLARVM. PLEB. VRBAN. HS CCC. IN TVTELAM BIBLIOTHECÆ. HS. C.

IN SEMIDIRVTA ÆDE D. IVLIANI apud Fegium agri Mediolanenſis.

C. PLINIO. L. F. O. V. F. CAECILIO SECVNDO COS. AVGVR. CVR. ALV. TIBER. ET CLOAC. VRB. PRAEF. AER. SAT. PRAEF. AER. MILI. QV. IMP. SEVIR. EQ. R. TR. M. LEG. VI. GALL. XVIRO. STLIT. IVD. FL. DIVI. T. AVG. RCELIENS.

C. PLINII CAECILII SECVNDI EPISTOLARVM

Liber Primus.

Cum doctiſsimis Ioannis Mariae Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS Septitio svo s.

FRequenter *hortatus es vt epiſtolas, ſiquas paulò accuratius ſcripſiſſem, colligerem, publicarémque: Collegi, non ſeruato temporis ordine (neque enim hiſtoriam componebam) ſed vt quæq; in manus venerat. Supereſt vt nec te conſilij, nec me pœniteat obſequij. Ita enim fiet vt eas quæ adhuc neglectæ iacent, requiram: &, ſiquas addidero, non ſupprimam.* Vale.

FRequenter] Primum pręfari libet inſcribendum eſſe ex veteribus marmorum titulis, C. Plinij Cæcilij Secundi: ad hoc Tranquillo & Dione in Augusto tradente, lege cautum fuiſſe, vt adoptatus adoptantis appellationem ſumeret, id eſt nomen familiámque: ſua etiam retenta. vnde Octauius à Iulio adoptatus C. Iulius Cæſar Octauius eſt appellatus. & P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Pauli filius & Africani per adoptionem nepos: neque refert vtra familia præcedat. ¶ Septitius Clarus, cui hoc opus epiſtolare dedicat, & hortatu eius ſuſceptum emittit, vir fuit, iudicio Secundi, ab omni fraude remotus Euritij Clari auunculus: Præfecto Prætorij Turboni, Adriano volente, ſucceſsit, deinde tamen illi ſucceſſorem dedit Imperator: quòd apud Sabinam vxorem iniuſſu eius familiarius ageret quàm reuerentia domus Cæſareę poſtulabat: moxque eum loco hoſtis habuit. *Accuratius*] diligêtius, [cura maiore. ſicut etiam in codice antiquo ſcriptum fuit.] à cura ſua facit lectorem attentum. *Colligerem*] in vnum redigerem. Seruauit ordinem: nam prius neceſſe eſt colligere: deinde publi-

care. *Non ſeruato temporis ordine*]non conſideraui tempus, quo vnaquæque epiſtola compoſita fuerat : quod non tam ſeruandum ijs qui epiſtolas emittunt, quàm hiſtoricis : quibus proprium, quo tempore ſingula geſta ſint, explicare: vnde ſubiecit, *Neque enim hiſtoriā componebā*]quod credo feciſſe Secundum ad exemplū Tyronis [Ciceronis] liberti: qui nullo certo cōpoſitionis ordine M.Tullij congeſsit epiſtolas. at in hiſtoria rerum ordo requiritur, plerumque tamen tranſmutatur : quod Tranquillus eſt ſecutus, per ſpecies, nō per tēpora dimēſa Cæſarum vitas monumētis tradendo, nō ſine ratione, & excuſatione. *Sed*) collegi. *Vt quæq; in manus venerat*] caſu & forte. notandū, In manus venire nō ſolùm ſignificare inuentionem, verùm etiā recognitionem : ſicut dicitur in mentem venire, nō recordationis cauſa tantum ſed recognitionis, conſiderationiſque. *Conſilij tui*]quo me ad epiſtolas publicandas incitaſti. *Obſequij*]vt tibi morē gererem. Senſus eſt, reſtat igitur vt vterque hoc opus comprobet, & placeat lectoribus. *Ita*]ſi placuerint, incitabor requirere, quæ ſunt in obſcuro : & deinde quas ſcripſero in volumē redigam. *Addidero*]compoſuero. *Non ſupprimam*]non contineam apud me ſed publicem.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

QVIA *tardiorem aduentum tuum proſpicio, librum, quem prioribus epiſtolis promiſeram, exhibeo. Hunc rogo ex conſuetudine tua & legas & relegas & emendes : eo magis, quòd nihil antè peraquè eodémque ſtilo ſcripſiſſe videor. tentaui enim imitari Demoſthenem ſemper tuum, Caluum nuper meum dumtaxat figuris orationis. Nam vim tantorum verborum pauci, quos æquus amauit,*

QVIA *tardiorem.* Hic me ferè confundit diuerſitas exemplarium : nam Adriano alia, alia rurſus Ario, plura Arriano ſcriptá, fidem faciunt, ſed Arriano omnino contenderim : Arriano inquam Maturio Altinati equiti, cuius familiarite & iudicio in litteris Secundus vtebatur. eodem lib. iij. mentionem ad Maximum faciente. Fuit & Arrianus philoſophus ex Nicomedia Romæ clarus, Adriano & M. Antonino imperantibus nouus Xenophon cognomento, [Epicteti diſcipulus, qui auctore Luciano vitam Tilibori latronis ſcripſit.] Et Arriani iuriſconſulti mentio fit ab Vlpiano : vt alios aliis temporibus Arrianos vigentes omittam. nam & Iabolenus de iure fiſci, ſcribit, Arrianum Seuerum præfectum ærarij : cum eius qui tacitè rogatus fuerat non capienti fidei commiſſum reddere, bona publicata erant : pronuntiaſſe nihilominus ius deferendi ex conſtitutione diui Traiani habere eum, cui fidei commiſſum erat relictum. Poteſt etiam videri ſcripta Arrio Antonino, ad quem alibi. Antonini inquam Pij auo materno, qui Neruam miſeratus, quòd imperare cœpiſſet, homo ſanctus & bis conſul ſemel cum Mario Celſo. authores habeo Spartianum & Tacitum Mittit libros ſuos pro Accia Variola emendandos : rogáique vt intendat limam & iudicium, conſilio eius in editione vſurus. *Aduentum*]in vrbem. *Librum*]actionē pro Accia Variola : quam teſtatur ſcripſiſſe ad imitationem Demoſthenis pro Cteſiphonte. *Prioribus epiſtolis*]quæ non ſunt in hoc volumine, nam alius liber eſt de quo nono ſcribit. *Ex conſuetudine tua*) diligenter. *Peraquè*]pariter. Cæſar lib. vij. Peræquè è regione caſtrorum caſtra ponebat. Videtur tamē ſuperfluum aut peræque aut eodem ſtilo : idem enim ſignificāt : [quare placet vt legas, eodem libro. id eſt, nihil antea ſcripſi quale eodē libro.] Qui pro ſtilo legunt ζῆλον, non rectè iudicant, & ſi Græci dicant ζῆλον ac interdum noſtri : è quibus Auſonius & Seneca in Proуer-

uerbiis: vbi etiam verbum zelari vſurpauit: niſi fortaſſe volumus interpretari zelũ pro nimia decoris affectatione: & vt obſeruatur apud Cyprianum: & à Grammaticis dicitur cacozelia nimia decoris affectatio corrupta ſententia. [Quamuis Hammonius zelum eſſe voluerit imitationem boni: vtrumtamen etiam de malo dici idem aſſerit. Poſſumus inſuper reſpicere ſequentia: quod ſcilicet in nulla alia oratione tot authores ſit imitatus, Demoſthenem, Caluum, & M. T.] *Stilo*] dicendi genere. Stilus ferrum acutum [& obtuſum: illo, vt notarent: hoc, vt expungerent. nam vtrumque ſtilo fiebat:] quo in pugillarib⁹ ſcribitur: ſæpe tamen pro compoſitione ſumitur. verba ſūt ex primo de Oratore, Stilus optimus & præſtantiſsimus dicendi effector & magiſter. & tardum & diligentem Quintilianus ſtilum probat. at [Donatus, vt alij] Euanthius, voluit ſtilum verbis, orationem ſenſu conſtare. *Semper tuum*] quo maximè delectaris: quéq; tibi propoſuiſti imprimis imitandum. *Nuper meum*) quem in hoc libro imitatus ſum primum. [Scio in aliquibus exemplaribus circumferri, Caluum nuper meum dumtaxat figuris orationis. nam vim tantorum virorum pauci quos æquas, aſſequi poſſunt. vt ſit ſenſus, in nulla alia oratione imitatum eſſe Caluum oratorem, quàm in hac: & pauci oratores tibi pares poſſunt aſſequi vim tantorum virorum. Sed vt hanc lectionem non admittam: præter alia imprimis efficit, quòd ipſe alibi eiuſdem mentionem faciens, teſtatur tantùm ſe imitari Demoſthenem, nulla Calui recordatione habita: de quo in ſequentibus plura. & credibile ſit, ſemper optima Plinium imitanda ſibi propoſuiſſe, Demoſthenem ſcilicet & M. Tullium. quanquam fuerint qui Caluum omnibus oratoribus præferrent. Quare ſincerior lectio elicitur ab eo exemplari, in quo ſunt illi tres libri Corn. Taciti nup. publicati. nam vim tantorum verborum, pauci, quos æquus amauit, aſſequi poſſunt. cum Plin. gaudeat ſuis epiſtolis interponere Virgiliana carmina, vt ſit ſenſus, pauci quos æquus amauit Iuppiter, poſſunt aſſequi vim verborum Demoſthenis.] *Figuris orationis*] dicendi genere. eſt enim figura conformatio quædam orationis remota à cōmuni, & qua diuerſa ſermonis forma coniungitur. Figuris igitur ſententiarum, quibus Fabio referente plurimum oratio inſignitur, à quo lib. xij hæc pro Demoſthene traduntur. Nonne, inquit, cunctos illos teretes oratores, ſublimitate, vi, impetu, cultu, compoſitione, ſuperauit? non inſurgit locis? non figuris gaudet? non tranſlationibus nitet? nam penè lex orandi fuit. Tanta vis in eo, tam denſa omnia, ita quibuſdam neruis intenta ſunt. *Vim verborũ*] Quæ ſolet Æſchines monſtra inuidioſè appellare. Fuit enim egregius verborũ fabricator. *Pauci*] ſummi oratores.

aſſequi poſſunt. Nec materia ipſa huic (vereor ne improbè dicam) æmulationi repugnauit. Erat enim propè tota in contentione dicendi, quod me longa deſidiæ indormientem excitauit, ſi modò is ſum ego, qui excitari poſſim: non tamen omnino Marci noſtri λῃκύθους *fugimus, quoties paululum itinere decedere non intempeſtiuis amœnitatibus admonebamur, acres enim eſſe non triſtes volebamus. Nec eſt quòd putes me ſub hac exceptione veniam poſtulare. immò quo magis intendã limam tuam,*

Materia ipſa] noſtra cauſa, argumentum rei. *Improbè*] inſolenter, à modeſtia commendat opus ſuum. *Nec repugnauit*] nec fuit aliena, conuenit. *Huic æmulationi*] Demoſthenicæ. Aduerte, æmulatorem poni pro eo qui de pari loco contendit: ſecus imitatorem. Hic idem alibi, Non vt æmularer, ſed tamen imitarer & ſequerer tantum. Aliquando cum inuidia ponitur, vt apud Apuleium in tertio Floridorum. Marcellus ſic diſtinguit, Æmulus, inquit, ſimilitudinem vitæ. vel inſtituti repræſentat. Item æmulatio ab imitatione hoc diſtat, quòd imitatio ſimplex eſt & li-

uorem atque inuidiam non admittit: æmulatio habet quoddam imitandi ſtudium, ſed cum malitiæ operatione. M. Tullius pro ſectatore indifferenter vſurpat. Æmulo, dicens, atque imitatore ſtudiorũ meorum ac laborum. *In contentione dicendi*) concertatione, animi intenſione, quæ maxime conſiſtit in confirmatione & confutatione: cum ſit oratio ad confirmandum & confutandum accommodata. Eam Cicero in continuationem & diſtributionem diuiſit: neque hic locum habet exornatio eiuſdem appellationis, quæ ſit ex contrariis verbis. *Longa deſidia*) deſuetudini à forenſibus cauſis. *Excitantis*) plurimum valet ſi Fabio credimus acumen in altercatione. quod ſine dubio à natura veniens arte adiuuatur & exercitatione. *Si modo*) Correctio. *Marci noſtri*) Ciceronem ſign. Quem noſtrum, id eſt Latinum appellat, reſpectu græci Demoſthenis. [quem, interrogatus quomodo tantum in dicendo profeciſſet, reſpondiſſe ferunt, Quia plus olei quàm vini conſumpſiſſet] λυκύθους lepores, ſuauitatem, lucubrationes. [Cic. ad Atticum. Et facerem diutius, niſi me lucerna deſereret, id eſt lucubratio.] Sic lucernam vſurpat Martialis [idem Cic. ad eundem. Quid multa? totum hunc locum, quem in ariſtocratia ego variè meis orationibus, quorum tu Ariſtarchus es, ſoleo fingere de flamma, de ferro noſti illas λυκύθους valdè grauiter prætexuit. id eſt pigmenta, exornationes, quòd palæſtritæ oleo peruncti lucentes & nitidi fiebant.] Eſt enim lecythus vas olearium: & plerumque ex alabaſtro vnguentum continens, dictum quaſi ἀγγεῖον id eſt, receptaculum: quòd capaciſſimum ſit, παρὰ τὸ κεῖνε à vaſe λάκυθος, aut quod planum habet fundum vel labru ſculum, aut quod oleum celat. Lecythos quidam metaphoricè accipiunt pro gymnaſio, authore Polluce, vt ſit ſenſus, Plinon declinaſſe à Cic. ſchola: ideoque in numero plurium dixiſſe Lecythos, quoniam M. T. cyclicam noſcebat pædiam. authores habeo Suidam, Hammonium, Atheneum. & Sophocles Euphoniæ cauſa Lecythiſmum dixit. Poſſemus etiam interpretari pro commiſeratione. nam Ariſtoph. vſurpat in Pluto. [ληκυθίζειν...] oleum non eſt in lecytho i. nõ mouemur miſericordia *Non fugimus*] imitati ſumus. *Itinere*] à propoſita cauſa *Decedere*] vti digreſsionibus ſæpe vtile eſt digredi ab eo quod propoſueris, permouendorũ animorũ cauſa, itaq; vel narratione expoſita ſæpe datur ad cõmouendos animos digrediẽdi locus, vel argumẽtis confirmatis, vel cõtrariis refutatis, vel vtroq;, vel omnibus, ſi habet cauſa dignitatem atq; copiã, ſed maximè cum cõcitamus animos: nã ibi plurimũ poteſt, eaque laus vna oratoris eſt, & propria ſecundum. Craſſum apud Ciceronẽ de oratore: modo nõ ſit lõgior, in qua, cũ fuerit delectatio, debet etiã reditus ad rẽ aptus & concinnus eſſe. *Nõ intẽpeſtiuis amœnitatibus*] opportune ad demulcendas iudicum aures. Quintil. Orator erit egreſsionibus amœnus, in quibus M. Tullius excelluit: laudes ſuas, vel aduerſarij vitia, notans. *Acres*] acuti ingenio & mente, ſeueri diſputando. quod niſi librum digreſsionibus exhilaraſſet, triſtis & ſeuera fuiſſet oratio. *Nec eſt*) pro non opus eſt, peculiare Secundo dicendi genus, quod interdum deprehendes apud Martialem, quale illud, Non eſt quod timeas Candide. *Exceptione*] quod acres eſſe volebamus [An quia materia conſtabat in cõtentione dicendi] *Veniam*) errorum, ſi quos in digrediendo cognoueris. *Intendam limam tuam*) acuam & excitem tuum iudicium, ac emendationem in hunc librum. *Lima*) tranſlatio pro cenſura, & emendatione. ſicut etiam ſolent fabri ſuperflua abradere. vnde Martialis iudicium & correctionem eiuſdem Plinij ac Seueri commendans lib. v. ſcripſit, Quem cenſoria cum meo Seuero docti lima momorderit Secundi, & limatum vario togæ vſu idem retulit Auctum (vt in hoc quoq; Martiali opem feramus) quod optime calleret omnia quæ Togato viro conuenirent. Sane verbum frequens apud vtroſque. [& ante eos M. Tullius dixerat, Veritas ipſa limatur in diſputatione.]

Contubernales) meos amicos, familiares propriè tamen de his qui militiæ ſub vno tentorio vitam degunt, & contubernium pro decem militibus vna militantibus.

confitebor & ipſum me & contubernales ab e-

litantibus, & conuiuentibus: nam tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo quòd tabulis claudatur: inde tabernacula & contubernales. hæc Iuriſconſultus de verborum ſignificatione. Feſtus tamen Pompeius contubernales à tabernis, quæ fiebant ex tabulis, dictos opinatur. Hic ſimpliciter pro conuictoribus & domeſticis è quibus erat Tranquillus, Voconius Romanus, & liberti non illiterati, accipiuntur. ſic libro I. Columella, Villico mulierem contubernalem ex Celſi ſententia aſſignauit.

ditione non abhorrere: ſi modò tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Eſt enim planè aliquid edendum, atque vtinam hoc potiſſimum, quod paratum eſt, (audis deſidiæ votum) edendum autem ex pluribus cauſis: maximè quòd libelli quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe, quamuis iam gratiam nouitatis exuerint. Niſi tamen auribus noſtris bibliopolæ blandiuntur. Sed ſanè blandiantur, dum per hoc mendacium nobis ſtudia noſtra commendent. Vale.

Errori noſtro) ſententiæ contubernaliû. vbique modeſtiam ſuam prætendit: innuens poſſe iudicio decipi ſe & ſuos. *Album calculum adieceris*) approbaueris, aſſenſeris, dignum editione iudicaueris. Sidonius in epiſtolis. Ego tamen huiuſmodi conſilio album calculum minime apponam. id eſt non comprobabo. mos erat per album calculum ſuffragari. Agathias lib iij. epigrámatum, λευκὴν ψῆφον τῶν ξάμιδος, album calculum ſuſcepimus, dum oſtendit Theodoti & vxoris innocentiam comprobatam, & abſolutos à crimine. per nigrum autem condemnare. Ouidius, Calculus immitem demittitur ater in vrnam. & Apuleius decimo, Manum vrnali opponit orificio, ne calculus ater intrudatur. *Edendum*) publicandum. Vlpian. Edere eſt, vel dictare, vel tradere libellis, vel codicem proferre. *Hoc potiſſimũ*) hoc quod ſum emiſſurus opus, ſit optimum. *Vt editionem mereatur*) ne, ſi editione indignum fuerit, aliud de integro mihi ſit elaborandum: hoc enim deſidioſi hominis votum. *Deſidiæ votum*) hominis ignaui deſiderium, optantis ſua ſcripta eſſe præſtantiſſima. *Libelli quos emiſimus*) intelligerem libellos de vltione Heluidij, quos temporibus Neruæ ſcripſiſſe ſe, ac mox emiſiſſe teſtatur alibi. *In manibus eſſe*) laudari, probari, placere. *Gratiam nouitatis exuerint*) ſi iam pridem ſint publicati, neque legantur, tanquã noui, placent enim qualiacunque ſint noua ſcripta. *Blandiũtur auribus*) adulãtur, falſa referũt. *Studia noſtra commendẽt*) & per hoc incitent me ad potiora publicanda.

C. PLINIVS CANINIO RVFO SVO S.

QVID agit Comum, tuæ, meæque deliciæ: quid ſuburbanum amœniſſimum: quid illa porticus verna ſemper: quid πλατανὼν opaciſſimus: quid Euripus viridis, & gemmeus: quid ſubiectus, & ſeruiens lacus: quid illa mollis, & tamen ſolida ge-

QVID agit Comum) Caniniũ Rufum municipem ſuũ hortatur, vt ſe monumentis literarum à mortalitate vindicet, omiſſa rerum vulgarium cura. Fuit enim ſtudioſus carminum, præſertim quibus bellum Dacicum Traiani ſcribere orſus eſt. ¶*Comum*) patria noſtra. olim mediocre oppidum. cæterùm Pompeius Strabo, Pompeij Magni pater colonos ab incumbentibus Rhetis vaſtato reſti-

tuit:cui Cn. Scipio tria millia hominum inſuper adiecit. Poſt modum Iulius Cæſar quinque inquilinorum millia ad habitandum deduxit, è quibus quingenti illuſtres fuere Græci. Hos etiam ciuitate donatos in habitatorum numero deſcripſit: haud tamen ibidem domicilium habuere, ſed oppido nomen relinquentes, & Nouum Comum appellantes, Nouocomenſes oppidanos vocauere. Nobilitatur Comum, Plinio referente, aqua ad temperaturam ferri. Interpres Appiani deceptus eſt, vbi tradit Cæſarem Nouum Comum condidiſſe, cùm Græcè ſcribatur κατῳκίσαι. id eſt coloniam deduxiſſe. *Tuæ meæque deliciæ*) vtrique noſtrum magna oblectamenta præſtans. *Quid*) repete agit. *Suburbanum*) rus iuxta vrbem Comum. *Verna*) apricâ æſtate & hyeme, vbi ſit perpetuum ver. *Platanus opaciſſima*) legitur etiam Platanon opaciſſimus. nam platanon locus eſt platanis conſitus, cuius accuſatiuum platanona Martialis protulit lib. iij. & Sidonius octauo. Eſt autem forma Græca. Sicut daphnon lauretum à Latinis dictum. Platanus arbor eſt vmbræ gratia tantum expetita. & adeo poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriretur: nam præter Plinij teſtimonium accedit Martialis authoritas de Platano Cordubenſi talia ſcribentis, Creuit & effuſo lætior vmbra mero. Commendatio arboris non alia maior, quàm ſolem æſtate arcere, hyeme admittere. vnde tradit Cicero in ſuo Oratore diſputaſſe commode Scæuolam cum Craſſo & reliquis in Platanone, quem ſanè Tacitus li. xi. ſuarum hiſtoriarum ſignauit, dum inquit, Ne opacitas arborum vapore ignis minueretur. *Euripus*) vt diei æſtum redderent leniorem, aquam deriuabant per varias ſemitas fluentem: riui autem huiuſmodi obliqui & reciproci, qui fluũt & refluunt, Euripi appellantur: de quorum inſtabilitate extant apud Suidam Græca prouerbia, quale illud ἄνθρωπος εὔριπος. homo euripus. aduerſus homines facile ſe mutantes, & inſtabiles: & illa ad idem τύχη εὔριπος, καὶ δίαιτα εὔριπος. Fortuna euripus, & Sententia euripus. Eſſe aquarum ductus euripos ſatis conſtat Senecæ teſtimonio li. xiiii. epiſtolarum referẽtis, Qui euripos ſubito aquarũ impetu implet aut ſiccat. Lampridius in Heliogabalo, Fertur in euripis vino plenis nauales circenſes exhibuiſſe. Plinius, Cæſar dictator in elephantorum munere euripis arenam circumdedit: ne, vt prius, cum populi vexatione eruptionem tentarent. abhorret enim aquam id genus belluæ. ex quibus apparet non ſatis vetam illorum ſententiam, qui riuulos per prata defluentes, ſi paulo murmuratiores eſſent, euripos: alios maiuſculos, nilos appellarunt: nam M. Tullius lib. 1. de Legibus indifferenter poſuit, Ductus inquit aquarum, quos iſti nilos euripoſque vocant, quis cum viderit, non irriſerit? Sed magis ridicula illorum opinio, qui euripum vitem malleolis circunquaque ductis in formam lacus eſſe crediderunt. Neque aſſentior diſſentientibus euripos manu factos per foſſas & cuniculos, dictos à ſimilitudine Chalcidici freti ſepties in die reciprocantis, authoribus Iuſtino & Suida: à quo Euripus fretum, locus aquoſus inter duas terras Bœotiæ & Atticæ interpretatur. Liuius tamen, Non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatutis reciprocat euripus: ſed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti, deuolutus torrens rapitur: & Pauſanias lib. 2 teſtatur Euripum circunfluere in circuitu regionis Plataniſtæ: quæ quia multis platanis conſita, inde traxit appellationem. & lib 6. Mitylenam, inquit, dupliciter euripi diuidunt. Appellati euripi παρὰ τὸ ῥιπίζω à latitudine per contrarium, quòd non ſint lati ſed anguſti: ſic ſcriptum reperies apud magnum etymologicum. *Viridis*) refertur ad herbas, quas alluit. *Gemmeus*) ad ſplendorem aquæ, & calculorum. *Subiectus*) demiſſus: nam villa iuxta lacum ſurgebat. *Seruiẽs*) vſibus tuis. *Lacus*) Larius. *Geſtatio*) locus quo geſtabantur ſanitatis vel voluptatis gratia. Idem ad Gallum, Geſtatio buxo, aut rore marino, vbi deficit buxus, ambitur: de qua locutus ſatyra ſeptima Iuuenalis, Balnea ſexcẽtis, & pluris porticus, in qua Geſtetur dominus quoties pluit. Et quarta, Quid refert igitur quantis iumenta fatiget Porticibus? quanta nemorum vectetur in vmbra? Et Paulus geſtationem confici ex arboribus aſſerit, ſed pro ipſa ſuccollatione interdum vſurpatur.

patur. nam Celſus inquit, Lenis in naui, in lacu geſtatio eſt: vehementior in alto, vel lectica, aut ſcamno: acrior vehiculo. *Mollis & tamen ſolida*) ve lectica ſenſim lata. [delicata ſcilicet, & tamen virilis.]

ſtatio: quid balineum illud, quod plurimus ſol implet & circumit: quid triclinia illa popularia: quid illa paucorum: quid cubicula diurna nocturnáque? poſſident ne te, & per vices partiuntur? An vt ſolebas, intentione rei familiaris obeundæ, crebris excurſionibus auocaris: ſi te poſſident, felix beatuſque es: ſin minus, vnus ex multis. Quin tu (tempus eſt enim) humiles & ſordidas curas alijs mandas: & ipſe te in alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudijs adſeris. Hoc ſit negocium tuum, hoc ocium, hic labor, hæc quies, in his vigilia, in his etiam

Balneum) legitur in multis codicibus balineum, ſicut apud alios: quod non abhorret à ratione, cum græci βαλανεῖον vocent: de cuius verbi deriuatione, Suidam & magnum etymologicum lege. enimuero in monumentis antiquorum balineum potius quàm balneum annotauimus: poetæ tamen balnea & nõ balinea vſurparunt. Balneas verò P. Victor, [ſi tamen ille libellus qui circumfertur de regionibus Vrbis, ipſius eſt:] ſęepius interdũ Plinius hiſtoricus, & Iuriſconſulti. Varro tradit balneas, publicas ſignificare: ac neutro, priuata. *Plurimus ſol implet ac circuit*) in quod Seneca ſic in epiſtolis inuehitur. At nunc blactaria vocãt balnea, ſi qua nõ ita apta ſunt, vt totius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiant, niſi & lauentur ſimul & colorentur, niſi ex ſolio agros ac maria proſpiciant. *Triclinia*) triclinium neminem adeo ineruditum puto qui neſciat locum eſſe conuiuii. dictum authore Seruio à tribus lectis ſtratis: quod etiam vocabuli interpretatio oſtendit, & Varro in re ruſtica, Triclinium ſterni cœnandi cauſa dixit: ſicut Apuleius comeſſatoribus inquietum. id Porphyrius Latinè cœnaculum ſentit. Lectos eius pares & altitudine, & materia, & figura Varro fieri ſolitos aſſeuerat: qui triclinaria æſtiua ad frigus orientis, hyberna ad ſolem occidentem conſtrui præcipit: à quo non diſſentit Vitruuius, niſi in quantum ad ſeptẽtrionem: præterea verna, & autumnalia, ad orientem vergi mandat: rationéſque inſuper explicat talis poſitus, & tricliniorum, quæ conclauia ſiue cœnatoria dici poſſunt: quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo: ſicut altitudo dimidio latitudinis, & longitudinis fieri debebit. *Popularia*) multorum, & communia multis. vnde quidam Græcorum popularia appellarũt populi congregationem: interdum populare, populo gratum, ſicut apud eundem ac pleroſque ſæpius: popularis etiam eiuſdem populi vir, & conditionis: aliquando amicus. & popularitas in omnis rei conſortium ſumitur, quæ ſecundum Plutarchum in opere Politicorum ratione orationeque populo perſuadet. [Tranquil. pro fauore & aura populi, Popularitate, inquit, efferebatur. Sic Statius, Et gratum popularitate magnum. Poſthæc in quibuſdam exemplaribus ſcriptum fuit: quid popinæ, ſed etſi huic ſcripturæ fidem vetuſtas afferat, tamen non ſatis conuenire videtur, vt Caninium & occupari popinis, id eſt tabernis, ſcribat: nam ſuperiora, & quæ ſequuntur, etiam viri ſummi fecere: hoc niſi perditæ luxuriæ.] *Popinæ*) tabernæ, inde popinones luxurioſi, qui oblectantur tabernis.] *Diurna*) in quibus quieſcere ſolemus interdiu: nam nocturna proprie dicuntur dormitoria *Partiuntur*) ſortiuntur, in ſecũnda tamen lectione patiuntur fuit. [vt modò in vnum te tranſferas, modò in aliud.] *Auocaris*) diſtraheris, remoueris ab huiuſmodi commodis. [*Excurſionibus*) motib', perturbationibus, inquietudinibus: nam illi dicuntur excurrere, qui cauſa rei familiaris obeundæ, vt negociatores, modò huc modò illuc ad cõficiẽda negocia currũt. *Obeundæ*) curãdæ, componendæ. *Si poſſident*) ſi occuparis

tot voluptatibus,& iſto pinguiſſimo ocio. *Felix beatuſque es*) Felix,qui recipit à fortuna felicitatem: aliquando tamen, vt apud Virgilium.ponitur pro eo, qui dat. Beatum verò eſſe ſcribit Seneca, quem nulla res minorem facit, & ſummam tenet: ne vlli quidem niſi ſibi innixus eſt: ná ille beatus videtur,cui & bona ſuppetunt, & quemadmodum carere vitiis debeat, callet. Felicem minus eſſe, quàm beatum Apuleius indicat. Felix, inquit, & certius beatus.[Sic Valerius] Vnde ſeruauit ordinem Secundus quem libro tertio mutauit, poſtponẽs minus, beatum & felicem Silium dicens. Plato felicitatem quinque partitam definit. & beare Vlpianus interpetatur prodeſſe Inde bona,quòd proſint. *Sin minus*) ſi non te poſſident. *Vnus ex multis*) plebeius es,.& vulgaris [Cic 2. de finibus.]Hic dicendi mos apud græcos vſitatiſſimus: nàm cum volũt oſtendere aliquem nulla virtute eminere,inquiunt, ἕνα τῶν ἐκ πολλῶν:hic eſt ex multis.[*Vel Vnus ex multis*) id eſt infelix.] *Tempus eſt enim*) iam perueniſti ad ætatem ſtudiis aptam. *Humiles curas*) adminiſtrationem rei familiaris conuenientem vulgaribus: neminem enim excelſi ingenii virum humilia delectant & ſordida: magnarum rerum ſpiritus ad ſe vocat, & extollit, & præter dicta Senecæ Mamertinus pro conſulatu, Non poteſt quicquam abiectum & humile cogitare, qui ſcit de ſe ſemper eſſe loquendum. *Sordidas*) deformes,auaras. *Aliis*) diſpenſatoribus tuis, ſiue hominibus auaris, & præſentia tantum cogitantibus. [*Pingui*) vbere,ocioſo,quieto.]. *Aſſerui*)liberas,vendicas, quod etiam in aliquibus exemplaribus offendi. *Negocium*) in hoc inſuda. *Hoc otium*) hoc oblectare. nam intentione ſtudii ſumma, corpus & animum fatigamus: remiſſa, fouemus eſt autem contrarium, exornatio[in verbis.]

ſomnus reponatur. Effinge aliquid & excude, quod ſit perpetuò. tuum. Nam reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium dominum ſortientur. Hoc nunquam tuum deſinet eſſe,ſi ſemel cœperit. Scio quem animum, quod horter ingenium. Tu modo enitere vt tibi ipſe ſis tanti,quanti videberis aliis,ſi tibi fueris. Vale.

Somnus reponatur)Studendo ſomnum expectes. *Effinge & excude*) illud ad inuentionem & compoſitionem, hoc ad emendationem refertur :[tracta ſimilitudine à ſtatuariis, qui formis ſtatuas effingũt, & limi poliunt. *Perpetuo tuum*) ſemper circũferatur ſub tuo nomine. Fere ſimilibus eundẽ hortatur li.iii. Nos certe ſtudiis proferamus, & quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. *Reliqua rerum tuarum*) bona fortunæ. *Hoc*) opus literarum. *Semel cœperit*) merito laudatum fuerit. Vnde apud Athenæum legimus, Hæc habeo quæcunque didici & ſtudui, adhæc quæ proba ſenſi: reliqua quauis cum voluptate omnia præteriere. *Scio quẽ animũ*)non te ſtimulis non egere:[cum ſis ingenio ſublimi.] *Vt tibi ipſe ſis tanti*) vt aliquod opus edas, quod à te probetur: nam ſi id laudabile credideris, cæteri tuá ſententiam ſequentur:tãti facit iudicium Caninii.[*Si tibi fueris*,ſi iudicio tuo virũ doctũ te putaueris]

C. PLIN. POMPEIAE CELERINAE SOCRVI S.

QVANTVM copiarum in Ocriculano, in Narnienſi,in Carſulano, in Peruſino tuo, in Narnienſi verò etiam balineum, ex epiſtolis meis [nam iam tuis

QVANTVM copiarum) Laudata prius rerum copia in villis Pompeiæ Celerinæ ſocrus ſuę,& ſeruorum diligentia, inuitat illam ad ſua prædia. ¶ *In Ocriculano*) prædio. Ocriculani populi, ſi Plinio credimus, in Gallia togata:Ocriculam Strabo refert ad viam Flaminiam Ariminum verſus : & Dionyſius

Dionyſius inquit, Ocricula ciuitas Tyrrhenorum: cuius gentile Ocriculanus tradente Stephano. *Narnienſi*) prædio tuo: eſt autem Narnia Ocriculo vicina ciuitas Sannitum, per quam Nar amnis labitur. vnde etiam Narnia dicta cum antea Nequinium vocaretur, colonia à Tito Flaminio aduerſus Vmbros eò miſſa. autores ſunt Liuius, Strabo, Plinius, & Stephanus, vt omittam Martialem lib. vii. & Claudianum in laudibus Honorii aſſerentes, Narniam in edito conditam, & in Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri: imbre autem puluerem, lib. xxxi. prodidit Pli. quod admirandis ſuis inſeruit M. Cic.

Carſulano) Carſulani, quos Strabo Carſulos nominat, populi ſunt, & ipſi parum à Narnia diſtantes. At Columella li. iiii. Carſeolanum ſcribit: & ita in quibuſdam Secundi codicibus legere memini. Nam & Ouidius Faſt. iiii. Carſeolos oppidum fuiſſe teſtatur qua via ab vrbe in Pelignos itur. agroſque inibi frumento fertiles, oliueto ſteriles. Carſeolanæ quoq; vulpis fabellam recitat (ſed cū Carſeolani ſint iuxta Marſos, illi vero in Vmbria prope Nurſiam, Carſulani legerim. *Peruſino*) tuo fundo. Peruſia iuxta Cluſiū ciuitas, illuſtrata Auguſti obſidione aduerſus L. Antonium, M. Antonii fratrem.

opus non eſt) vna illa breuis & vetus ſufficit. Non, me hercule, tam mea ſunt, quæ mea ſunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd ſolicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt. Idem fortaſſe eueniet tibi, ſi quando in noſtra diuerteris: quod velim facias, primum vt perinde tu noſtris rebus, ac nos tuis, perfruaris: deinde, vt mei expergiſcantur aliquando, qui me ſecure, ac prope negligenter expectant. Nam mitium dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit: nouitatibus excitantur, probarique dominis per alios magis, quàm per ipſos laborant. Vale.

Sufficit) ſubaudi probare. *Tuis*) epiſtolis ad probandum hoc. *Non me hercule*) hęc verba vſque, *hoc tamen differunt*, fuerunt in principio illi' breuis & veteris epiſtolę Secūdi: quorū ſenſus, amo magis tua, quàm mea: [vel, magis familiariter vtor rebus tuis, quā meis.] eſt autem traductio: quæ facit, vt cum idem verbum ſæpius ponatur, non modo non offendat animum auditoris, ſed etiam orationem concinniorē reddat. *Tui*) ſerui domeſtici. *Excipiunt*) diuertentem hoſpitantur. *Idem*) quòd ſerui mei diligentius te ſuſcipiant, quàm tui. *Noſtra*) prædia. *Ac nos tuis rebus*, ſcilicet perfruimur, .i. domeſticis [& vſus eſt verbo perfruaris, quod plus eſt quàm fruaris, quia accuratius excipieris. *Mei*) ſerui. *Mitium*) nam ſi eſſent crudeles magis gliſceret. in ſecunda lectione vitium fuit. [*Exoleſcit*) paulatim recedit.] *Nouitatibus*) cum nouus hoſpes accedit. *Per alios*) amicos domini quibus ſtudent gratificari, vt per eos ſtudium ſuum apud dominos commendetur. *Quam per ipſos*] quàm per dominos ſolertes ipſis ſe monſtrando. Vel legas, Quam per ſeipſos ſcilicet ſeruos: vt ſit ſenſus, cupiunt magis apud dominos ab aliis laudari: quàm ipſos facere laudanda à dominis.

C. PLINIVS VOCONIO ROMANO SVO S.

VIDISTI ne quenquam Marco Regulo timidiorem, humiliorémque poſt Domitiani mortem: ſub quo non minora flagitia cōmiſerat, quàm ſub Nerone, ſed

VIDISTI ne) Mores ſubdolos & malos M. Reguli cauſidici Voconio per epiſtolam oſtendit. is enim poſt malos principes, quorum temporibus vſus fuerat, cœpit timere ne Secundum, quem in

cauſis agendis læſerat, iratum haberet: quare ambibat illius amicos, vt ſe reconciliarent. Erat enim cum timebat, omnium timidiſſimus: cum audebat, audaciſſimus. ¶ Voconius autem Romanus equeſtri familia ex citeriore Hiſpania, Flamen Dialis, & Secundo contubernalis, ac orationum caſtigator fuit: mira in ſermone ipſoque vultu ſuauitate, adhæc fidelis, & iucundus, cauſidicus eruditus, cuius epiſtolas muſæ dictare videbantur, ſub Adriano interiit: & tumulo eius, dum velut amicum, & poetam imperator veneraretur, ita ſcripſit ſecundum Apuleium: Laſciuus verſu, mente pudicus erat. Fuit & Voconius Saxa, ad quem diuos fratres reſcripſiſſe teſtatur Vlpianus. Cõtinet hæc epiſtola duas exornationes, notationem, & ſermocinationem. *M Regulo*, qui captator teſtamentorum, ex paupere & tenui, ad maximas opes per flagitia proceſſerat: huius loquentiam, & temeritatem ſæpe mordet Secundus: nam interdum in hac epiſtolarum ſcena occurret: quem Martialis more ſuo blandiendo, tãquam ſummum cauſidicum carminibus inſeruit. *Domitiani mortem*) de qua alibi commodius dicetur: fuit autem Regulus Domitiano acceptus, quia malus. *Non minora flagitia*) maxima ſcelera. Flagitium more militari dicitur res flagitatione hoc eſt increpatione digna. nam flagitatio ad ſtrepitum refertur: vnde [flammam &] flagellum & flagitare [id eſt] perſonare intelligimus, author Donatus. [*Quàm ſub Nerone*) M. Aquilium Regulum ſubuerſa Craſſorum & Orphiti domus in ſummum odium extulerat. ſponte ex Senatuſconſulto accuſationem ſubiſſe iuuenis admodum, non depellendi periculi, ſed in ſpem potentiæ videbatur. quinimmo ei Curtius Montanus imperãte Veſpaſiano obiecit: poſt cædem Galbę datã interfectori Piſonis Craſſi fratris pecuniã à Regulo, & appetitũ Piſonis caput morſu, Neronẽ cęde nobili imbutũ ipsũ ex funere reip. raptis cõſularib' ſpoliis ſeptuagies ſeſtertio ſignatũ & ſacerdotio fulgẽtẽ innoxios pueros, illuſtres ſenes, conſpicuas fœminas eadẽ ruina proſtrauiſſe. cum ſegnitiem Neronis incuſaret, quòd per ſingulas domos ſeq; & delatores fatigaret. Poſſe vniuerſum Senatũ vna voce ſubuerti. hæc Tac.]

tectiora. Cæpit vereri ne ſibi iraſceret: nec fallebatur, iraſcebar. Ruſtici Aruleni periculum fouerat, exultauerat morte, adeò vt librum recitaret publicarétque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam ſtoicorum ſimiam appellat. Adiicit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum. Agnoſcis eloquentiam Reguli. Lacerat Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, vt diceret ei Metius Carus, Quid tibi cum meis mortuis? Numquid ego aut

Tectiora) ſecundum imperatorum ingenium: ſub Nerone in propatulo peccabat, ſub Domitiano, malitiã diſſimulabat. *Ruſtici Aruleni periculum fouerat*) adiuuit Ruſtici accuſationem Regulus ſub Domitiano, quòd philoſopharetur, & Thraſeam laudaſſet, virumque ſanctum dixiſſet: neque in ipſum modo authorem, ſed in libros quoque eius ſæuitum eſt, delegato triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in foro vrerentur. hæc ſumpta ex Dione Græco & Tacito, apud quem inſuper ſcribitur, Arulenum ſub Nerone Tribunum pl cupidine laudis flagrantem, obtuliſſe ſe interceſſurum ſenatusconſulto quod fieret contra Thraſeam, niſi eius ingentes ſpiritus Thraſea cohibuiſſet, ne vana & reo non profutura interceſſori exitioſa inciperet. Hunc iam interfectum ad ſe cum enſe accedentem vidit per quietem Domitianus paulo antequam trucidaretur referente Dione. *Stoicorum ſimiam*) falſum imitatorem Stoicæ ſectæ. [Sic Titianus appellatus eſt ſimia temporis ſui quòd omnia imitaretur: cum ſimia ſit animal imitatiuum.] *Vitelliana cicatrice ſtigmoſum*) Notatum cicatrice ex vulnere, quod tumultu Vitelliano acceperat. Victor namque Vitellius (vt ſcribit Tacitus) legatos pro concordia & pace ſuadenda ad duces Veſpaſiani miſit, ſed varia legatorum ſors fuit: nam

qui

qui Petilio Cereali occurrerunt, extremum diſcrimen adiere, vulnerato prætore Aruleno Ruſtico, auxit inuidiam ſuper legati, prætoriſque nomen, propria dignatio viri. [Sunt qui referant Vitellianam cicatricem ad mores, quòd cum Vitellio conſpiraſſet. M. Tullius de officiis, non ſtigmoſum: ſed ſtigmatiam, notis hominem compunctum dixit.] *Eloquentiam*) ironice. nam erat vir malus dicendi imperitus. *Herennium Senecionem*) hic in Bætica natus. & ibi Quæſtor, accuſante Metio Caro, interficitur à Domitiano: quòd nullum magiſtratum poſt Quæſturam longo tempore medio petiiſſet, quòd Heluidii Priſci vitam compoſuiſſet, acceptis à Fannia vxore commentariis. Nos, inquit Tacitus, innocenti ſanguine Senecio perfudit. *Metium Carus*) cui videbatur Regulus exprobrare necem Senecionis, quem reum impietatis ſe feciſſe teſtatur libro ſeptimo Secundus, & ſummum delatorem ſub Domitiano fuiſſe conſtat, Iuuenalis & Martialis teſtimonio. *Quid tibi cum meis mortuis?*) Fuit mos antiquis ſecundum Ariſtophanem grammaticum non accuſare defunctos. hoc etiam nos monet Homerus libro ſeptimo Iliados, dicens, nullum eſſe odium cum hominibus vita functis. vnde prouerbium, οὐχ ὅσιον φθιμένοισι λοιδορεῖν, impium defunctis conuiciari: ſuper quo, libro octauo à Secundo allegato, plura explicabimus. *Meis* autem dixit, vt qui delatione ſua oppreſſerat Senecionem.

Craſſo aut Camerino moleſtus ſum? quos ille ſub Nerone accuſauerat. Hæc me Regulus dolenter tuliſſe credebat: ideóque etiam cum recitaret librum, non adhibuerat. Præterea reminiſcebatur quàm capitaliter ipſum me apud centumuiros laceſſiſſet. Aderam Arrionillæ Timonis vxori, rogatu Aruleni Ruſtici: Regulus contrà: nitebamur nos in parte cauſſæ ſententia Vectij Modeſti optimi viri: is tunc in exilio erat à Domitiano relegatus. Ecce ibi Regulus. Quæro, inquit, Secunde, quid de Modeſto ſentias. Vides quod periculum ſi reſpondiſſem benè: quod flagitium, ſi malè. Non poſſum dicere aliud tunc mihi quàm deos adfuiſſe. Reſpondebo inquam quid ſentiam, ſi de hoc centumuiri iudicaturi ſunt. Rurſus ille, Quæro quid de Modeſto ſentias. Iterum ego, Solebant teſtes in reos, non in damnatos interrogari: Tertiò ille, Non iam quid de Modeſto. ſed quid de pietate Modeſti ſentias, quæro. Quæris inquam quid ſentiam? at ego

Craſſo) Piſonis fratre, Regulo accuſante, interfecto à Nerone. *Camerino*) Scribonio Camerino. vtriuſq; fit mentio apud Tacitum. *Ille*) Regulus. *Hæc*) ſcripta in Ruſticum. *Non adhibuerat*) non inuitauerat me. *Capitaliter*) cum periculo vitæ. *Centumuiros*) apud quos Secundus plurimum excelluit. ſolet enim arenam ſuam appellare. in cauſis centumuiralibus, vſucapionum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum, ruptorum, aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium cauſæ verſabantur. Ante Secundum, & Tacitum, centumuirales cauſæ adeo ſplēdore aliorū iudiciorum obruebatur, vt neq; Cicer. neq; Cæſaris, nō denique vllius magni oratoris liber apud centumuiros dictus legatur, exceptis orationibus Aſinij pro hæredibus Liburniæ. Omittimus quando primum inſtitutæ, & iudicum numerum, alio loco opportunius. *Arrionillæ Timonis*) neque vxoris Arrionillæ mentio, neque Timonis mariti apud vllum ſcriptorum, qui fuerint illa tempeſtate, mihi occurrit: prius enim fuerat Timon cognomento μισάνθρωπος, & alius Timon Phliaſius philoſophiam profeſſus. *Rogatu*) precibus. *Ruſtici*) Aruleni antequam

ne interrogare quidem fas puto de quo pronuntiatum eſt. Conticuit. me laus, & gratulatio ſecuta eſt, quod nec famam meam aliquo reſponſo vtili fortaſſe, inhoneſto tamen læſeram, nec me laqueis tam inſidioſæ interrogationis inuolueram. Nunc ergò conſcientia exterritus apprehendit Cæcilium Celerem, mox Fabium Iuſtum rogat, vt me ſibi reconcilient: nec contentus peruenit ad Spurinam. Huic ſupplicitér (vt eſt, cum timet abiectiſſimus) Rogo, inquit manè videas Plinium domi, ſed planè mane. (neque enim diutius ferre ſolicitudinem poſſum) & quoquo modo efficias ne mihi iraſcatur. Euigilaueram. Nuncius à Spurina: Venio ad te: Immò ego ad te. Coimus in porti-

damnaretur. *Regulus contra*) nitebatur aduerſum me, & contrarias partes tuebatur. *Nitebamur*) argumenta faciebamus. *In parte cauſæ*) in ea parte controuerſiæ ſuper qua iam lata fuerat ſententia de Modeſto. *Vectij Modeſti*) Modeſtum præfectum Ægypti tradit Suidas: & Martialis Modeſti acumen circa difficilia poetarum commendat: Vectij declamatoris meminit Iuuenalis, & Iulium Modeſtum recenſet Gellius. *Ibi*) in hoc loco defenſionis, cũ inſiſterem ſententiæ Modeſti. [Melius tamen vt more Plautino legatur ecce tibi: quo dicendi genere Cicero etiam lib. iii. Officiorum vtitur: & in epiſtolis ad Atticum.] *Quod periculum*) imminebat mihi. vnde lib. iiii. conqueritur periclitatum fuiſſe ſua eloquentia. *Si reſpondiſſem bene*) ſi dixiſſem me bene ſentire de Modeſto exule: verùm ſi male reſpondiſſem, magnam infamiam mihi inuſſiſſem: vt qui damnarem, cuius ſententiam comprobarem. *Tum*) dum reſpondeo. *Quid ſentiam*) de Modeſto. *Ille*) Regulus. *Solebant*) apud iuſtos iudices: vt tacite oſtenderet temporibus Domitiani ſolere teſtes etiam in damnatos iniuſtè produci. *In reos*) aduerſus eos, qui in iudicium citantur: Verum Modeſtus non reus amplius eſt, ſed damnatus: ergo fruſtra ſuper hoc me interrogas. M. Tullius de oratore, Reos, inquit, appello non eos modò qui arguũtur, ſed oẽs quorũ de re diſceptatur. Iuſtinian⁹, Re⁹ eſt, q̃ facere aliqd conatur: actor q deſiderat, ne quid fiat: q̃ diffinitio ſane apud oratores nõ ſeruatur. [*Ego*) dixi. *Interrogare*) quid ſentiam.] *Pronunciatum*) iudicatum. nam pronunciare ij dicuntur, qui habent ius cognoſcendi. Vlpianus de rerum ſignificationibus, pronũciatum & ſtatutum idem dici poteſt. Promiſcue enim & pronunciaſſe, & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui ius habẽt dicendi, vel cognoſcendi. Alias M. Tullius pronunciatum vocat axioma. Interdũ pronunciare abſolute pro dicere: inde pronunciatio oratori conueniens. *Conticuit*) Regulus obmutuit. *Laus*) iudicum & auditorum. *Famam*) bonam. *Vtili*) ſi reſpondiſſem me male ſentire de Modeſto. *Inhoneſto*) turpi, ſi de viro bono male locutus fuiſſem. [*Laqueis*) dolis. *Nunc*) ſub Traiano.] *Conſcientia*) exterritus Regulus: nam mali quodam latenti cruciatu ſemper flagellantur. vnde Satyricum illud, Cur tamen hos tu Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit, Occultum quatiente animo tortore flagellum? *Cæcilium Celerem*) gentilem Secundo: ambiguum an is ſit, quem Martialis libro ſeptimo fuiſſe teſtatur in Hiſpania cum imperio: & integre prouinciam adminiſtraſſe. *Iuſtum Fabium*) cui Tacitus opus de cauſis corruptæ eloquentiæ inſcripſit, & Secundus interdum literas mittit. Iuſti ſcriptoris meminit Euſebius in rebus Neruæ. *Apprehendit*) detinet prætereuntem. *Nec contentus*) rogaſſe illos. *Spurinam*) Veſtricius Spurina vir rebus geſtis præclarus, vt opportuniori loco dicemus, & eius vitam per epiſtolam paucis abſoluit Secundus libro tertio: vixit ad multum ætatis cum vxore Coccia, ſed filium Coccium admodum iuuenem amiſit, in

miſis, in cujus laodem Secondus quædam compuſuit: nam Spurina amiciſſime vtebatur. *Abiectiſſimus*) viliſſimus. *Videas*) viſites. *Plane*) omnino, [nec vlterius differas.] *Mane*) notat metum Reguli Spurinæ inſtãtis, ne vlterius procraſtinaret cõgreſſum ſuum. *Euigilauerã*) ſurrexerã ad lucubrãdũ. *Nũcius Spurina ad te venio*) Nuncius internuncius, & pacis interpres, ac medius. Immo ego ad te, inquit Secundus, venio, nam dignior erat Veſtricius, [vel hoc potius referas ad amicitiam.]

In porticum Liuiæ. *cum alter ad alterum tenderemus, exponit Reguli mandata: addit preces ſuas: vt decebat optimum virum pro diſſimillimo: Parce inquiens. Cui ego, Diſpicies ipſe quid renunciandum Regulo putes. te decipi à me non oportet. Expecto Mauricum (nondum enim ab exilio venerat) ideo nihil alterutram in partem reſpondere tibi poſſum, facturus quicquid ille decreuerit. Illum enim eſſe huius conſilij ducem, me comitem decet. Paucos poſt dies ipſe me Regulus conuenit in prætoris officio. Illuc perſecutus ſecretum petit. ait timere ſe, ne animo meo penitus hæreret, quod in Centumuirali iudicio aliquando dixiſſet, cùm reſponderet mihi & Satrio Rufo, Satrius Rufus, cui eſt cum Cicerone æmulatio: & qui contentus non eſt eloquentia ſeculi noſtri. Reſpondi nunc me intelligere malignè dictum quia ipſe confiteretur: cæterum potuiſſe honorificum exiſtimari. Eſt enim inquam mihi cum Cicerone*

In porticum Liuiæ) porticum Liuiæ in tertia regione vrbis, iuxta caſtra Miſenatium non procul à Suburra, & via ſacra, vbi domus C. Cæſaris erat, conſtruxit Auguſtus tradente Dione, demolita Ouidii Pollionis liberti crudeliſſimi ſimul, & ditiſſimi domo ſibi teſtamento relicta, in quam nomen Liuiæ vxoris inſcripſit. Hinc Ouidius in Faſtis, Diſce tamen veniens ætas, vbi Liuia nunc eſt Porticus: immenſæ tecta fuere domus. authores ſunt Plinius ſenior, Tranquillus, Victor, [ſi tamen is libellus Victoris qui de vrbe circumfertur, eſt dignus fide.] & Ouidius in amoribus. *Alter ad alterum tenderemus*) conueniſſemus vna obuiam *Exponit*) Narrat Spurina. *Suas*) ſuo nomine honeſtas. *Virum*) Spurinam. *Diſſimillimo*) Peſſimo Regulo. [nam alibi laudatus Spurina tanquam optimus.] *Ego*) reſpondi. *Diſpicies*) cognoſces. ſic libro tertio idem, & Iuſtinianus vtuntur: Seruius & Donatus diſpicere dicunt eſſe diſquirere conſilium. *Renunciandum*) remittendum, vel recuſandum: nam renunciatio, vt refert Aſconius, dicitur eius rei, quæ in placito venerat, recuſatio: & aliter declaratio, qualis conſulom renunciatio. Tantum, inquit Secundus, ex renunciatione conſulum voluptatis, quantum prius ex deſtinatione capiebat. *Te decipi à me non oportet*) tibi conſilium meum detegam, ſimpliciter tecum agam. *Mauricum*) Iunium Mauricum Ruſtici Aruleni fratrem, virum grauem, & conſtantem, qui Neruæ Catullum Meſſalinum ſæuiſſimom Senatorem quòd foueret, exprobrauit. Apod Tacitum, & Secundum, ſcriptum indifferenter offendi Maricum & Mauricum. Martialis Mauricorum æquitatem laudat. *Ab exilio*) in quod fuerat actus à Domitiano. *Alterutram in partem*) an remittam, an magis iraſcar. *Ille*) Mauricus. *Huius conſilij*) ſuper venia concedenda, vel ſecus. *Comitem*) ſequi illios ſententiam. *In prætoris officio*) in prætorio, vbi prętor officiũ ſuum exercet: vel, apud prætorem, quo cõueneram officii cauſa: [an potius, quòd tunc ego in prætura officium prætoris agerem.] *Secretum petit*) quærit mecum ſecretò colloqui: quo dicendi genere Suetonius interdum vtitur. *Penitus hæreret*)

valdè in eum iraſcerer. [Hærere animo dicuntur maledicta, & iurgia, ac iniuriæ: quando à memoria noſtra nunquam recedũt.] *Satrio Rufo*) aduocato: quem libro octauo commemorat pro Publio Certo quædam dixiſſe in Senatu ambigua: & aquis publicis præfectum teſtatur Iulius Frontinus [L. Satrium legi in monumentis Mediolani.] *Aemulatio*) contentio ex æquo in eloquentia. *Non contentus eloquentia noſtri ſeculi*) ſummæ facultatis orator. Ironicè dictum. Scribunt pariter Catonem non fuiſſe contentum eloquentia ſuæ ætatis, id eſt ſuperaſſe omnes oratores ſui temporis: erant autem ſeculo Plinii oratores in eloquentia minores, quàm ante: quod Tacitus lucubratiſſimè diſſerit de cauſis corruptæ eloquẽtię. *Maligno dictũ*) iniquo animo ꝓlatũ in Satriũ. *Honorificũ*) honore dignũ, ꝙ eſſet Ciceronis æmul⁹. Martialis in eũdẽ sẽsũ, Si quid honorificũ pagina noſtra ſonat. *Enim*) at. ſic Terentius, Enim nõ ſinã pro at nõ ſinã. & Diomedes, inquit, enim eſſe interiectionem cũ intẽtius aliquid demõſtramus: ex quibus apparet nõ ſemper reddere cauſã.

æmulatio: nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri. Nam ſtultiſſimum credo ad imitandum non optima quæque proponere. Sed tu qui huius iudicij meminiſti, cur illius oblitus es, in quo me interrogaſti, quid de Metij Modeſti pietate ſentirem? Expalluit notabiliter: quamuis palleat ſemper. Hæſitabundus, Interrogaui, non vt tibi nocerem, ſed vt Modeſto. Vide hominis crudelitatem: qui ſe non diſſimulet exuli nocere voluiſſe. Subiunxit egregiam cauſſam. Scripſit inquit in epiſtola quadam, quæ apud Domitianum recitata eſt, Regulus omnium bipedum nequiſſimus. Quod quidem Modeſtus veriſſimè ſcripſerat. Hic ferè nobis ſermonis terminus. neque enim volui progredi longiùs: vt mihi omnia libera ſeruarem, dum Mauricus venit. Nec me præterit eſſe Regulum δυσκαθαίρετον. Eſt enim locuples, factioſus, curatur à multis, timetur à pluribus: quod plerunque fortius amore eſt. Poteſt tamen fieri, vt hæc concuſſa labantur. nam gratia malo-

Non optima quæque proponere) ſecutus eſt iudiciũ præceptoris ſui Quintiliani præcipientis in Inſtitutionibus optimos authores imprimis imitandos: prius tamen hoc ſcripſerat Seneca, & ante eum M. Tullius de oratore libro ſecundo, Quæ, inquit, maximè excellunt: imitanda ſunt. *Palleat ſemper*) ſic libro ſexto de eodem. Timebat, pallebat: nam pallor eſt malorum morum index: rubor bonorum. [*Notabiliter*) apertè.] *Hæſitabundus*) cunctabundus, ambiguus quid responderet. *Egregiam*) ſimilis ironia apud Virgilium. Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis. *Cauſam*) Excuſationem. *Bipedum nequiſſimus*) virorum peſſimus. ſatis modeſte locutus eſt Modeſtus: at M. Tullius pro domo ſua aſperius. Hoc miniſtro, inquit, omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum nequiſſimo Rempub. perdidiſti. *Libera*) integra. [*δυσκαθαίρετον*) difficilem ad ſubuertendum. alij legunt] [illegible]. ineluctabilem. *Factioſus*) factionum & diſcordiarum fautor. Factio enim pro diuiſione ciuium in malum legitur apud Liuium & Tacitum. *Curatur à multis*) idem ad Clementem, Conuenitur ad Regulum mira celebritate, [cuncti deteſtantur, oderunt, & quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant. Martialis, Cinctum togatis pòſt, & inde Saufellum Quanta reduci Regulus ſolet turba. *Fortius*) ſenſus eſt, interdum timore maiora obſequia præſtantur, quàm amore. *Fieri*) euenire. *Vt hæc concuſſa labantur*] vt Reguli fortuna, ſi oppugnabitur, ruat. *Nam gratia*) Sententiæ exornatio.

Inſi-

rum tam infida eſt, quàm ipſi. Verùm, vt idem ſæpiùs dicam, expecto Mauricum. vir eſt grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura poſſit ex præteritis prouidere. Mihi & tentandi aliquid, & quieſcendi illo authore ratio conſtabit. Hæc tibi ſcripſi: quia æquum erat, te pro amore mutuo, non ſolum omnia mea facta dictáque, verumetiam conſilia cognoſcere. Vale.

Infida) inſtabilis. *Quàm ipſi*) mali ſunt infidi. *Eruditus*) edoctus: eſt autem eruditio multarum rerum exculta cognitio: & quanquam de literis ſæpius dicatur, vt Tranquillus in Caligula, Ex diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit: tamen aliquando etiam de rebus aliis. [Plin libro xj. de araneis, Erudita operatione conſpicuum. *Experimentis*) experientia enim rerum magiſtra eſt: inde præcepta Catonis oracula ſunt habita, quod proficiſcebantur ab vſu.] *Tentandi*) aduerſus Regulum. *Ratio conſtabit*) erit legitima cauſa. Conſtat enim ratio, quando æqua & legitima reddi poteſt. [Valeri⁹, Liberalitatis duo maximè probabiles fontes, verum iudicium, & honeſta beneuolentia: nam cum ab his oritur, tunc demum eius ratio conſtat.] Quod dicendi genus frequenter inuenies apud Secundum. [*Conſilia*) quid cogitem & moliar.]

C. PLINIVS CORN. TACITO SVO S.

R*IDEBIS, & licet rideas. Ego Plinius ille, quem noſti, apros treis, & quidem pulcherrimos, cepi. Ipſe, inquis? Ipſe, non tamen vt omnino ab inertia mea, & quiete diſcederem. Ad retia ſedebam. Erant in proximo non venabulum, aut lancea, ſed ſtylus & pugillares. meditabar aliquid, enotabámque: vt ſi manus vacuas, plenas tamen*

R*IDEBIS*) Tacitum ſcriptorem grauiſſimũ ſibique arctiſſima familiaritate coniunctum monet in ſyluis exemplo ſuo poſſe & ſtudere, & venari commodè: verùm ab hac opinione multum receſſit Quintilianus, qui libro decimo penitus tale ſtudendi genus improbat, & rationibus confutat: cui ſententiæ Tacitus accedens, epiſtolam reſcripſit quæ in hoc volumine extat, non poſſe ſimul Dianæ & Mineruæ operam dare. *Licet*) concedo. *Quem noſti*) totum ſtudiis deditum, & venationi ineptum. *Ipſe inquis*, cum admiratione pronunciandum eſt. *Ipſe*) inquam Plinius, venatus ſum. [Alij ſic coniungunt. ipſe non ſcilicet cepi. & tunc inertia & quiete accipietur pro cameraria ſedentatione, cum ſtudioſi homines ſint genus ignauum, quod tecto gaudet & vmbra.] *Inertia mea*) ocio literario. *In proximo*) iuxta me. in eundem ſenſum libro octauo ſcribit. Venor aliquando, ſed non ſine pugillaribus: vt quamuis nihil ceperim, nonnihil referam. *Venabulum.*) telum ad venandũ. in quod illud Martialis diſtichon. Excipient apros, expectabuntque leones: Intrabunt vrſos, ſit modo firma manus. *Lancea*) hiſpanicum verbum eſt, referente Gellio longius telum. græci vocant λόγχην. *Stylus*) ferreus quo ſcribebat antiquitas in pugillaribus. & apud Tranquillum legimus Domitianum muſcas ſtilo præacuto configere ſolitum. *Pugillares*) tabulæ de ligno ſiue alia materia ceratæ: dicti à pugno videntur quòd eo contineri poſſent: de quibus Mart. Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas, Eſſemus Libyci nobile dentis onus. ſed Gellij verba,

tuit:cui Cn. Scipio tria millia hominum inſuper adiecit. Poſt modum Iulius Cæſar quinque inquilinorum millia ad habitandum deduxit, è quibus quingenti illuſtres fuere Græci. Hos etiam ciuitate donatos in habitatorum numero deſcripſit: haud tamen ibidem domicilium habuere, ſed oppido nomen relinquentes, & Nouum Comum appellantes, Nouocomenſes oppidanos vocauere. Nobilitatur Comum, Plinio referente, aqua ad temperaturam ferri. Interpres Appiani deceptus eſt, vbi tradit Cæſarem Nouum Comum condidiſſe, cùm Grecè ſcribatur κατῳκῆσαι. id eſt coloniam deduxiſſe. *Tuæ meæque deliciæ*) vtrique noſtrum magna oblectamenta præſtans. *Quid*)repete agit. *Suburbanum*)rus iuxta vrbem Comum. *Verna*) aprica æſtate & hyeme, vbi ſit perpetuum ver. *Platanus opaciſsima*) legitur etiam Platanon opaciſſimus. nam platanon locus eſt platanis conſitus, cuius accuſatiuum platanona Martialis protulit lib. iij. & Sidonius octauo. Eſt autem forma Græca. Sicut daphnon lauretum à Latinis dictum. Platanus arbor eſt vmbræ gratia tantum expetita. & adeo poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriretur: nam præter Plinij teſtimonium accedit Martialis authoritas de Platano Cordubenſi talia ſcribentis, Creuit & effuſo lætior vmbra mero. Commendatio arboris non alia maior, quàm ſolem ęſtate arcere, hyeme admittere. vnde tradit Cicero in ſuo Oratore diſputaſſe commode Scæuolam cum Craſſo & reliquis in Platanone, quem ſanè Tacitus li. xi. ſuarum hiſtoriarum ſignauit, dum inquit, Ne opacitas arborum vapore ignis minueretur. *Euripus*) vt diei æſtum redderent leniorem, aquam deriuabant per varias ſemitas fluentem: riui autem huiuſmodi obliqui & reciproci, qui fluũt & refluunt, Euripi appellantur: de quorum inſtabilitate extant apud Suidam Græca prouerbia, quale illud ἄνθρωπος εὔριπος. homo euripus. aduerſus homines facile ſe mutantes, & inſtabiles: & illa ad idem τύχη εὔριπος, καὶ διάνοια εὔριπος. Fortuna euripus, & Sententia euripus. Eſſe aquarum ductus euripos ſatis conſtat Senecæ teſtimonio li. xiiii. epiſtolarum referentis, Qui euripos ſubito aquarũ impetu implet aut ſiccat. Lampridius in Heliogabalo, Fertur in euripis vino plenis nauales circenſes exhibuiſſe. Plinius, Cæſar dictator in elephantorum munere euripis arenam circumdedit: ne, vt prius, cum populi vexatione eruptionem tentarent. abhorret enim aquam id genus belluæ. ex quibus apparet non ſatis veram illorum ſententiam, qui riuulos per prata defluentes, ſi paulo murmuratiores eſſent, euripos: alios maiuſculos, nilos appellarunt: nam M. Tullius lib. 1. de Legibus indifferenter poſuit, Ductus inquit aquarum, quos iſti nilos euripoſque vocant, quis cum viderit, non irriſerit? Sed magis ridicula illorum opinio, qui euripum vitem malleolis circunquaque ductis in formam lacus eſſe crediderunt. Neque aſſentior diſſentientibus euripos manu factos per foſſas & cuniculos, dictos à ſimilitudine Chalcidici freti ſepties in die reciprocantis, authoribus Iuſtino & Suida: à quo Euripus fretum, locus aquoſus inter duas terras Bœotiæ & Atticæ interpretatur. Liuius tamen, Non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatutis reciprocat euripus: ſed temere in modum venti nunc huc nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti, deuoluius torrens rapitur: & Pauſanias lib. 2 teſtatur Euripum circunfluere in circuitu regionis Plataniſtæ: quæ quia multis platanis conſita, inde traxit appellationem. & lib 6. Mitylenam, inquit, dupliciter euripi diuidunt. Appellati euripi παρὰ τὸ ῥιπίζω à latitudine per contrarium, quòd non ſint lati ſed anguſti: ſic ſcriptum reperies apud magnum etymologicum. *Viridis*) refertur ad herbas, quas alluit. *Gemmeus*)ad ſplendorem aquæ, & calculorum. *Subiectus*)demiſſus: nam villa iuxta lacum ſurgebat. *Seruiens*) vſibus tuis. *Lacus*) Larius. *Geſtatio*)locus quo geſtabantur ſanitatis vel voluptatis gratia. Idem ad Gallum, Geſtatio buxo, aut rore marino, vbi deficit buxus, ambitur: de qua locutus ſatyra ſeptima Iuuenalis, Balnea ſexcẽtis, & pluris porticus, in qua Geſtetur dominus quoties pluit. Et quarta, Quid refert igitur quantis iumenta fatiget Porticibus? quanta nemorum vectetur in vmbra? Et Paulus geſtationem confici ex arboribus aſſerit, ſed pro ipſa ſuccollatione interdum vſurpatur.

patur. nam Celſus inquit, Lenis in naui, in lacu geſtatio eſt: vehementior in alto, vel lectica, aut ſcamno: acrior vehiculo. *Mollis & tamen ſolida*) vt lectica ſenſim lata. [delicata ſcilicet, & tamen vitilis.]

ſtatio: quid balineum illud, quod plurimus ſol implet & circumit: quid triclinia illa popularia: quid illa paucorum: quid cubicula diurna nocturnáque? poſſident ne te, & per vices partiuntur? An vt ſolebas, intentione rei familiaris obeunda, crebris excurſionibus auocaris: ſi te poſſident, felix beatuſque es: ſin minus, vnus ex multis. Quin tu (tempus eſt enim) humiles & ſordidas curas alijs mandas: & ipſe te in alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudijs adſeris. Hoc ſit negocium tuum, hoc ocium, hic labor, hæc quies, in his vigilia, in his etiam

Balneum) legitur in multis codicibus balineum, ſicut apud alios: quod non abhorret à ratione, cum græci βαλανεῖον vocent: de cuius verbi deriuatione, Suidam & magnum etymologicum lege. enimuero in monumentis antiquorum balineum potius quàm balneum annotauimus: poetæ tamen balnea & nō balinea vſurparunt. Balneas verò P. Victor, [ſi tamen ille libellus qui circumfertur de regionibus Vrbis, ipſius eſt:] ſæpius interdū Plinius hiſtoricus, & Iuriſconſulti. Varro tradit balneas, publicas ſignificare: ac neutro, priuata. *Plurimus ſol implet ac circuit*) in quod Seneca ſic in epiſtolis inuehitur. At nunc blactaria vocāt balnea, ſi qua nō ita apta ſunt, vt totius diei ſolem feneſtris ampliſſimis recipiant, niſi & lauentur ſimul & colorentur, niſi ex ſolio agros ac maria proſpiciant. *Triclinia*) triclinium neminem adeo ineruditum puto qui neſciat locum eſſe conuiuii. dictum authore Seruio à tribus lectis ſtratis: quod etiam vocabuli interpretatio oſtendit, & Varro in re ruſtica, Triclinium ſterni cœnandi cauſa dixit: ſicut Apuleius comeſſatoribus inquietum. id Porphyrius Latinè cœnaculum ſentit. Lectos eius pares & altitudine, & materia, & figura Varro fieri ſolitos aſſeuerat: qui triclinaria æſtiua ad frigus orientis, hyberna ad ſolem occidentem conſtrui præcipit: à quo non diſſentit Vitruuius, niſi in quantum ad ſeptētrionem: præterea verna, & autumnalia, ad orientem vergi mandat: rationéſque inſuper explicat talis poſitus, & tricliniorum, quæ conclauia ſiue cœnatoria dici poſſunt: quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo: ſicut altitudo dimidio latitudinis, & longitudinis fieri debebit. *Popularia*) multorum, & communia multis. vnde quidam Græcorum popularia appellarūt populi congregationem: interdum populare, populo gratum, ſicut apud eundem ac pleroſque ſæpius: popularis etiam eiuſdem populi vir, & conditionis: aliquando amicus. & popularitas in omnis rei conſortium ſumitur, quæ ſecundum Plutarchum in opere Politicorum ratione orationeque populo perſuadet. [Tranquil. pro fauore & aura populi, Popularitate, inquit, efferebatur. Sic Statius, Et gratum popularitate magnum. Poſthæc in quibuſdam exemplaribus ſcriptum fuit: quid popinæ, ſed etſi huic ſcripturæ fidem vetuſtas afferat, tamen non ſatis conuenire videtur, vt Caninium & occupari popinis, id eſt tabernis, ſcribat: nam ſuperiora, & quæ ſequuntur, etiam viri ſummi fecere: hoc niſi perditæ luxuriæ.] *Popinæ*) tabernæ, inde popinones luxurioſi, qui oblectantur tabernis.] *Diurna*) in quibus quieſcere ſolemus interdiu: nam nocturna proprie dicuntur dormitoria. *Partiuntur*) ſortiuntur, in ſecūnda tamen lectione patiuntur fuit. [vt modò in vnum te tranſferas, modò in aliud.] *Auocaris*) diſtraheris, remoueris ab huiuſmodi commodis. [*Excurſionibus*) motib᾽, perturbationibus, inquietudinibus: nam illi dicuntur excurrere, qui cauſa rei familiaris obeundæ, vt negociatores, modò huc modò illuc ad cōficiēda negocia currūt. *Obeunda*) curādæ, componendæ. *Si poſſident*) ſi occuparis

Dionyſius inquit, Ocricula ciuitas Tyrrhenorum: cuius gentile Ocriculanus tradente Stephano. *Narnienſi*) prædio tuo: eſt autem Narnia Ocriculo vicina ciuitas Sannitum, per quam Nar amnis labitur. vnde etiam Narnia dicta cum antea Nequinium vocaretur, colonia à Tito Flaminio aduerſus Vmbros eò miſſa. autores ſunt Liuius, Strabo, Plinius, & Stephanus, vt omittam Martialem lib. vii. & Claudianum in laudibus Honorii aſſerentes, Narniam in edito conditam, & in Narnienſi àgro ſiccitate lutum fieri: imbre autem puluerem, lib. xxxi. prodidit Pli. quod admirandis ſuis inſeruit M. Cic.

Carſulano) Carſulani, quos Strabo Caſulos nominat, populi ſunt, & ipſi parum à Narnia diſtantes. At Columella li. iiii. Carſeolanum ſcribit: & ita in quibuſdam Secundi codicibus legere memini. Nam & Ouidius Faſt. iiii. Carſeolos oppidum fuiſſe teſtatur qua via ab vrbe in Pelignos itur. agroſque inibi frumento fertiles, oliueto ſteriles. Carſeolanæ quoq; vulpis fabellam recitat [ſed cũ Carſeolani ſint iuxta Marſos, illi vero in Vmbria prope Nurſiam, Carſulani legerim. *Peruſino*) tuo fundo. Peruſia iuxta Cluſiũ ciuitas, illuſtrata Auguſti obſidione aduerſus L. Antonium, M. Antonii fratrem.

opus non eſt) *vna illa breuis & vetus ſufficit. Non, me hercule, tam mea ſunt, quæ mea ſunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd ſolicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt. Idem fortaſſe eueniet tibi, ſi quando in noſtra diuerteris: quod velim facias, primum vt perinde tu noſtris rebus, ac nos tuis, perfruaris: deinde, vt mei expergiſcantur aliquando, qui me ſecure, ac prope negligenter expectant. Nam mitium dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit: nouitatibus excitantur, probarique dominis per alios magis, quàm per ipſos laborant.* Vale.

Sufficit) ſubaudi probare. *Tuis*) epiſtolis ad probandum hoc. *Non me hercule*) hęc verba vſque, *hoc tamen differunt*, fuerunt in principio illi' breuis & veteris epiſtolę Secũdi: quorũ ſenſus, amo magis tua, quàm mea: [vel, magis familiariter vtor rebus tuis, quã meis.] eſt autem traductio: quæ facit, vt cum idem verbum ſæpius ponatur, non modo non offendat animum auditoris, ſed etiam orationem concinniorẽ reddat. *Tui*) ſerui domeſtici. *Excipiunt*) diuertentem hoſpitantur. *Idem*) quòd ſerui mei diligentius te ſuſcipiant, quàm tui. *Noſtra*) prædia. *Ac nos tuis rebus*, ſcilicet perfruimur, .i. domeſticis [& vſus eſt verbo perfruaris, quod plus eſt quàm fruaris, quia accuratius exciperis. *Mei*) ſerui. *Mitium*) nam ſi eſſent crudeles magis gliſceret. in ſecunda lectione vitium fuit. [*Exoleſcit*) paulatim recedit.] *Nouitatibus*) cum nouus hoſpes accedit. *Per alios*) amicos domini quibus ſtudent gratificari, vt per eos ſtudium ſuum apud dominos commendetur. *Quam per ipſos*] quàm per dominos ſolertes ipſis ſe monſtrando. Vel legas, Quam per ſeipſos ſcilicet ſeruos: vt ſit ſenſus, cupiunt magis apud dominos ab aliis laudari: quàm ipſos facere laudanda à dominis.

C. PLINIVS VOCONIO ROMANO SVO S.

VIDISTI ne quenquam Marco Regulo timidiorem, humiliorémque poſt Domitiani mortem: ſub quo non minora flagitia cõmiſerat, quàm ſub Nerone, ſed

VIDISTI ne) Mores ſubdolos & malos M. Reguli cauſidici Voconio per epiſtolam oſtendit. is enim poſt malos principes, quorum temporibus vſus fuerat, cœpit timere ne Secundum, quem in

cauſis agendis læſerat, iratum haberet: quare ambibat illius amicos, vt ſe reconciliarent. Erat enim cum timebat, omnium timidiſſimus: cum audebat, audaciſſimus. ¶ Voconius autem Romanus equeſtri familia ex citeriore Hiſpania, Flamen Dialis, & Secundo contubernalis, ac orationum caſtigator fuit: mira in ſermone ipſoque vultu ſuauitate, adhæc fidelis, & iucundus, cauſidicus eruditus, cuius epiſtolas muſæ dictare videbantur, ſub Adriano interiit: & tumulo eius, dum velut amicum, & poetam imperator veneraretur, ita ſcripſit ſecundum Apuleium: Laſciuus verſu, mente pudicus erat. Fuit & Voconius Saxa, ad quem diuos fratres reſcripſiſſe teſtatur Vlpianus. Cōtinet hæc epiſtola duas exornationes, notationem, & ſermocinationem. *M Regulo*, qui captator teſtamentorum, ex paupere & tenui, ad maximas opes per flagitia proceſſerat: huius loquentiam, & temeritatem ſæpe mordet Secundus: nam interdum in hac epiſtolarum ſcena occurret: quem Martialis more ſuo blandiendo, tāquam ſummum cauſidicum carminibus inſeruit. *Domitiani mortem*) de qua alibi commodius dicetur: fuit autem Regulus Domitiano acceptus, quia malus. *Non minora flagitia*) maxima ſcelera. Flagitium more militari dicitur res flagitatione hoc eſt increpatione digna. nam flagitatio ad ſtrepitum refertur: vnde [flammam &] flagellum & flagitare [id eſt] perſonare intelligimus, author Donatus. [*Quàm ſub Nerone*) M. Aquilium Regulum ſubuerſa Craſſorum & Orphiti domus in ſummum odium extulerat. ſponte ex Senatuſconſulto accuſationem ſubiſſe iuuenis admodum, non depellendi periculi, ſed in ſpem potentiæ videbatur. quinimmo ei Curtius Montanus imperāte Veſpaſiano obiecit: poſt cædem Galbę datā interfectori Piſonis Craſſi fratris pecuniā à Regulo, & appetitū Piſonis caput morſu, Neronē cęde nobili imbutū ipſū ex funere reip. raptis cōſularib' ſpoliis ſeptuagies ſextertio ſignatū & ſacerdotio fulgētē innoxios pueros, illuſtres ſenes, conſpicuas fœminas eadē ruina proſtrauiſſe. cum ſegnitiem Neronis incuſaret, quòd per ſingulas domos ſeq; & delatores fatigaret. Poſſe vniuerſum Senatū vna voce ſubuerti. hæc Tac.]

tectiora. Cœpit vereri ne ſibi iraſceret: nec fallebatur, iraſcebar. Ruſtici Aruleni periculum fouerat, exultauerat morte, adeò vt librum recitaret publicarétque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam ſtoicorum ſimiam appellat. Adiicit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum. Agnoſcis eloquentiam Reguli. Lacerat Herennium Senecionem tam intemperanter quidem, vt dixerit ei Metius Carus, Quid tibi cum meis mortuis? Numquid ego aut

Tectiora) ſecundum imperatorum ingenium: ſub Nerone in propatulo peccabat, ſub Domitiano, malitiā diſſimulabat. *Ruſtici Aruleni periculum fouerat*) adiuuit Ruſtici accuſationem Regulus ſub Domitiano, quòd philoſopharetur, & Thraſeam laudaſſet, virumque ſanctum dixiſſet: neque in ipſum modo authorem, ſed in libros quoque eius ſæuitum eſt, delegato triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in foro vrerentur. hæc ſumpta ex Dione Græco & Tacito, apud quem inſuper ſcribitur, Arulenum ſub Nerone Tribunum pl cupidine laudis flagrantem, obtuliſſe ſe interceſſurum ſenatusconſulto quod fieret contra Thraſeam, niſi eius ingentes ſpiritus Thraſea cohibuiſſet, ne vana & reo non profutura interceſſori exitioſa inciperet. Hunc iam interfectum ad ſe cum enſe accedentem vidit per quietem Domitianus paulo antequam trucidaretur referente Dione. *Stoicorum ſimiam*) falſum imitatorem Stoicæ ſectæ. [Sic Titianus appellatus eſt ſimia temporis ſui quòd omnia imitaretur: cum ſimia ſit animal imitatiuum.] *Vitelliana cicatrice ſtigmoſum*) Notatum cicatrice ex vulnere, quod tumultu Vitelliano acceperat. Victor namque Vitellius (vt ſcribit Tacitus) legatos pro concordia & pace ſuadenda ad duces Veſpaſiani miſit, ſed varia legatorum ſors fuit: nam

qui

qui Petilio Cereali occurrerunt, extremum diſcrimen adiere, vulnerato prætore Aruleno Ruſtico, auxit inuidiam ſuper legati, prætoriſque nomen, propria dignatio viri. [Sunt qui referant Vitellianam cicatricem ad mores, quòd cum Vitellio conſpiraſſet. M. Tullius de officiis, non ſtigmoſum: ſed ſtigmatiam, notis hominem compunctum dixit.] *Eloquentiam*) ironice. nam erat vir malus dicendi imperitus. *Herennium Senecionem*) hic in Bætica natus. & ibi Quæſtor, accuſante Metio Caro, interficitur à Domitiano: quòd nullum magiſtratum poſt Quæſturam longo tempore medio petiiſſet, quòd Heluidii Priſci vitam compoſuiſſet, acceptis à Fannia vxore commentariis. Nos, inquit Tacitus, innocenti ſanguine Senecio perfudit. *Metium Carum*) cui videbatur Regulus exprobrare necem Senecionis, quem reum impietatis ſe feciſſe teſtatur libro ſeptimo Secundus, & ſummum delatorem ſub Domitiano fuiſſe conſtat, Iuuenalis & Martialis teſtimonio. *Quid tibi cum meis mortuis?*) Fuit mos antiquis ſecundum Ariſtophanem grammaticum non accuſare defunctos. hoc etiam nos monet Homerus libro ſeptimo Iliados, dicens, nullum eſſe odium cum hominibus vita functis. vnde prouerbium, οὐχ ὅσιον φθιμένοισι λοιδορεῖν, impium defunctis conuiciari: ſuper quo, libro octauo à Secundo allegato, plura explicabimus. *Meis* autem dixit, vt qui delatione ſua oppreſſerat Senecionem.

Craſſo aut Camerino moleſtus ſum? quos ille ſub Nerone accuſauerat. Hæc me Regulus dolenter tuliſſe credebat: ideóque etiam cum recitaret librum, non adhibuerat. Præterea reminiſcebatur quàm capitaliter ipſum me apud centumuiros laceſſiſſet. Aderam Arrionillæ Timonis vxori, rogatu Aruleni Ruſtici: Regulus contrà: nitebamur nos in parte cauſſæ ſententia Vectij Modeſti optimi viri: is tunc in exilio erat à Domitiano relegatus. Ecce ibi Regulus. Quæro, inquit, Secunde, quid de Modeſto ſentias. Vides quod periculum ſi reſpondiſſem benè: quod flagitium, ſi malè. Non poſſum dicere aliud tunc mihi quàm deos adfuiſſe. Reſpondebo inquam quid ſentiam, ſi de hoc centumuiri iudicaturi ſunt. Rurſus ille, Quæro quid de Modeſto ſentias. Iterum ego, Solebant teſtes in reos, non in damnatos interrogari: Tertiò ille, Non iam quid de Modeſto, ſed quid de pietate Modeſti ſentias, quæro. Quæris inquam quid ſentiam? at ego

Craſſo) Piſonis fratre, Regulo accuſante, interfecto à Nerone. *Camerino*) Scribonio Camerino. vtriuſq; fit mentio apud Tacitum. *Ille*) Regulus. *Hæc*) ſcripta in Ruſticum. *Non adhibuerat*) non inuitauerat me. *Capitaliter*) cum periculo vitæ. *Centumuiros*) apud quos Secundus plurimum excelluit. ſolet enim arenam ſuam appellare. in cauſis centumuiralibus, vſucapionum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum, ruptorum, aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium cauſæ verſabantur. Ante Secundum, & Tacitum, centumuirales cauſæ adeo ſplẽdore aliorũ iudiciorum obruebãtur, vt neq; Cicer. neq; Cæſaris, nõ denique vllius magni oratoris liber apud centumuiros dictus legatur, exceptis orationibus Aſinij pro hæredibus Liburniæ. Omittimus quando primum inſtitutæ, & iudicum numerum, alio loco opportunius. *Arrionillæ Timonis*) neque vxoris Arrionillæ mentio, neque Timonis mariti apud vllum ſcriptorum, qui fuerint illa tempeſtate, mihi occurrit: prius enim fuerat Timon cognomento μισάνθρωπος, & alius Timon Phliaſius philoſophiam profeſſus. *Rogatu*) precibus. *Ruſtici*) Aruleni antequam

damnaretur. *Regulus contra*)nitebatur aduerſum me,& contrarias partes tuebatur. *Nitebamur*) argumenta iaciebamus. *In parte cauſæ*) in ea parte controuerſiæ ſuper qua iam lata fuerat ſententia de Modeſto. *Vectij Modeſti*) Modeſtum præfectum Ægypti tradit Suidas: & Martialis Modeſti acumen circa difficilia poetarum commendat: Vectij declamatoris meminit Iuuenalis,& Iulium Modeſtum recenſet Gellius. *Ibi*) in hoc loco defenſionis,cũ inſiſterem ſententiæ Modeſti. [Melius tamen vt more Plautino legatur ecce tibi: quo dicendi genere Cicero etiam lib. iii. Officiorum vtitur: & in epiſtolis ad Atticum.] *Quod periculum*)imminebat mihi. vnde lib. iiii. conqueritur periclitatum fuiſſe ſua eloquentia. *Si reſpondiſſem bene*) ſi dixiſſem me bene ſentire de Modeſto exule: verùm ſi male reſpondiſſem, magnam infamiam mihi inuſſiſſem: vt qui damnarem, cuius ſententiam comprobarem. *Tum*) dum reſpondeo. *Quid ſentiam*) de Modeſto. *Ille*) Regulus. *Solebant*)apud iuſtos iudices:vt tacite oſtenderet temporibus Domitiani ſolere teſtes etiam in damnatos iniuſtè produci. *In reos*) aduerſus eos, qui in iudicium citantur: Verum Modeſtus non reus amplius eſt, ſed damnatus: ergo fruſtra ſuper hoc me interrogas. M. Tullius de oratore, Reos, inquit, appello non eos modò qui arguũtur,ſed oẽs quorũ de re diſceptatur. Iuſtinian⁹, Re⁹ eſt,ꝗ facere aliqd conatur: actor ꝗ deſiderat, ne quid fiat: q̃ diffinitio ſane apud oratores nõ ſeruatur. [*Ego*)dixi. *Interrogare*) quid ſentiam.] *Pronunciatum*) iudicatum. nam pronunciare ij dicuntur, qui habent ius cognoſcendi. Vlpianus de rerum ſignificationibus, pronũciatum & ſtatutum idem dici poteſt. Promiſcue enim & pronunciaſſe, & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui ius habẽt dicendi, vel cognoſcendi. Alias M. Tullius pronunciatum vocat axioma. Interdũ pronunciare abſolute pro dicere: inde pronunciatio oratori conueniens. *Conticuit*) Regulus obmutuit. *Laus*) iudicum & auditorum. *Famam*) bonam. *Vtili*) ſi reſpondiſſem me male ſentire de Modeſto. *Inhoneſto*)turpi, ſi de viro bono male locutus fuiſſem. [*Laqueis*)dolis. *Nunc*)ſub Traiano.] *Conſcientia*)exterritus Regulus: nam mali quodam latenti cruciatu ſemper flagellantur. vnde Satyricum illud, Cur tamen hos tu Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit, Occultum quatiente animo tortore flagellum? *Cæcilium Celerem*) gentilem Secundo: ambiguum an is ſit, quem Martialis libro ſeptimo fuiſſe teſtatur in Hiſpania cum imperio: & integre prouinciam adminiſtraſſe. *Iuſtum Fabium*)cui Tacitus opus de cauſis corruptæ eloquentiæ inſcripſit, & Secundus interdum literas mittit. Iuſti ſcriptoris meminit Euſebius in rebus Neruæ. *Apprehendit*) detinet prætereuntem *Nec contentus*) rogaſſe illos. *Spurinam*) Veſtricius Spurina vir rebus geſtis præclarus, vt opportuniori loco dicemus, & eius vitam per epiſtolam paucis abſoluit Secundus libro tertio: vixit ad multum ætatis cum vxore Coccia, ſed filium Coccium admodum iuuenem amiſit, in

ne interrogare quidem fas puto de quo pronuntiatum eſt. Conticuit. me laus, & gratulatio ſecuta eſt, quod nec famam meam aliquo reſponſo vtili fortaſſe, inhoneſto tamen læſeram, nec me laqueis tam inſidioſæ interrogationis inuolueram. Nunc ergò conſcientia exterritus apprehendit Cæcilium Celerem, mox Fabium Iuſtum rogat, vt me ſibi reconcilient: nec contentus peruenit ad Spurinam. Huic ſuppliciter (vt eſt, cum timet abiectiſſimus) Rogo, inquit manè videas Plinium domi, ſed planè mane. (neque enim diutius ferre ſolicitudinem poſſum) & quoquo modo efficias ne mihi iraſcatur. Euigilaueram. Nuncius à Spurina: Venio ad te: Immò ego ad te. Coimus in porti-

miſit, in cujus laudem Secundus quædam compoſuit: nam Spurina amiciſſime vtebatur. *Abiectiſsimus*) viliſſimus. *Videas*) viſites. *Plane*) omnino, [nec vlterius differas.] *Mane*) notat metum Reguli Spurinæ inſtãtis, ne vlterius procraſtinaret cõgreſſum ſuum. *Euigilaueraṁ*) ſurrexerã ad lucubrãdũ. *Nũcius Spurina ad te venio*) Nuncius internuncius, & pacis interpres, ac medius. Immo ego ad te, inquit Secundus, venio, nam dignior erat Veſtricius, [vel hoc potius referas ad amicitiam.]

cum Liuiæ. cum alter ad alterum tenderemus, exponit Reguli mandata: addit preces ſuas: vt decebat optimum virum pro diſsimillimo: Parce inquiens. Cui ego, Diſpicies ipſe quid renunciandum Regulo putes. te decipi à me non oportet. Expecto Mauricum (nondum enim ab exilio venerat) ideo nihil alterutram in partem reſpondere tibi poſſum, facturus quicquid ille decreuerit. Illum enim eſſe huius conſilij ducem, me comitem decet. Paucos pòſt dies ipſe me Regulus conuenit in prætoris officio. Illuc perſecutus ſecretum petit. ait timere ſe, ne animo meo penitus hæreret, quod in Centumuirali iudicio aliquando dixiſſet, cùm reſponderet mihi & Satrio Rufo, Satrius Rufus, cui eſt cum Cicerone æmulatio: & qui contentus non eſt eloquentia ſeculi noſtri. Reſpondi nunc me intelligere malignè dictum quia ipſe confiteretur: cæterum potuiſſe honorificum exiſtimari. Eſt enim inquam mihi cum Cicerone

In porticum Liuiæ) porticum Liuiæ in tertia regione vrbis, iuxta caſtra Miſenatium non procul à Suburra, & via ſacra, vbi domus C. Cæſaris erat, conſtruxit Auguſtus tradente Dione, demolita Ouidii Pollionis liberti crudeliſſimi ſimul, & ditiſſimi domo ſibi teſtamento relicta, in quam nomen Liuiæ vxoris inſcripſit. Hinc Ouidius in Faſtis, Diſce tamen veniens ætas, vbi Liuia nunc eſt Porticus: immenſæ tecta fuere domus. authores ſunt Plinius ſenior, Tranquillus, Victor, [ſi tamen is libellus Victoris qui de vrbe circumfertur, eſt dignus fide.] & Ouidius in amoribus. *Alter ad alterum tenderemus*) conueniſſemus vna obuiam. *Exponit*) Narrat Spurina. *Suas*) ſuo nomine honeſtas. *Virum*) Spurinam. *Diſsimillimo*) Peſſimo Regulo. [nam alibi laudatus Spurina tanquam optimus.] *Ego*) reſpondi. *Diſpicies*) cognoſces. ſic libro tertio idem, & Iuſtinianus vtuntur: Seruius & Donatus diſpicere dicunt eſſe diſquirere conſilium. *Renunciandum*) remittendum, vel recuſandum: nam renunciatio, vt refert Aſconius, dicitur eius rei, quæ in placito venerat, recuſatio: & aliter declaratio, qualis conſulum renunciatio. Tantum, inquit Secundus, ex renunciatione conſulum voluptatis, quantum prius ex deſtinatione capiebat. *Te decipi à me non oportet*) tibi conſilium meum detegam, ſimpliciter tecum agam. *Mauricum*) Iunium Mauricum Ruſtici Aruleni fratrem, virum grauem, & conſtantem, qui Neruæ Catullum Meſſalinum ſæuiſſimum Senatorem quòd foueret, exprobrauit. Apud Tacitum, & Secundum, ſcriptum indifferenter offendi Maricum & Mauricum. Martialis Mauricorum æquitatem laudat. *Ab exilio*) in quod fuerat actus à Domitiano. *Alterutram in partem*) an remittam, an magis iraſcar. *Ille*) Mauricus. *Huius conſilij*) ſuper venia concedenda, vel ſecus. *Comitem*) ſequi illius ſententiam. *In prætoris officio*) in prætorio, vbi prętor officiũ ſuum exercet: vel, apud prætorem, quo cõueneram officii cauſa: [an potius, quòd tunc ego in prætura officium prætoris agerem.] *Secretum petit*) quærit mecum ſecretò colloqui: quo dicendi genere Suetonius interdum vtitur. *Penitus hæreret*)

valdè in eum iraſcerer. [Hærere animo dicuntur maledicta, & iurgia, ac iniuriæ: quando à memoria noſtra nunquam recedũt.] *Satrio Rufo*) aduocato: quem libro octauo commemorat pro Publio Certo quædam dixiſſe in Senatu ambigua : & aquis publicis præfectum teſtatur Iulius Frontinus [L. Satrium legi in monumentis Mediolani.] *Aemulatio*) contentio ex æquo in eloquentia. *Non contentus eloquentia noſtri ſeculi*) ſummæ facultatis orator. Ironicè dictum. Scribunt pariter Catonem non fuiſſe contentum eloquentia ſuæ ætatis, id eſt ſuperaſſe omnes oratores ſui temporis : erant autem ſeculo Plinii oratores in eloquentia minores, quàm ante: quod Tacitus lucubratiſſimè diſſerit de cauſis corruptæ eloquẽtię. *Maligne dictũ*) iniquo animo ꝓlatũ in Satriũ. *Honorificũ*) honore dignũ, ꝙ eſſet Ciceronis æmul⁹. Martialis in eũdẽ sẽsũ, Si quid honorificũ pagina noſtra ſonat. *Enim*) at. ſic Terentius, Enim nõ ſinã: pro at nõ ſinã. & Diomedes, inquit, enim eſſe interiectionem cũ intẽtius aliquid demõſtramus: ex quibus apparet nõ ſemper reddere cauſã.

æmulatio: nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri. Nam ſtultiſsimum credo ad imitandum non optima quaque proponere. Sed tu qui huius iudicij meminiſti, cur illius oblitus es, in quo me interrogaſti, quid de Metij Modeſti pietate ſentirem? Expalluit notabiliter: quamuis palleat ſemper. Hæſitabundus, Interrogaui, non vt tibi nocerem, ſed vt Modeſto. Vide hominis crudelitatem: qui ſe non diſsimulet exuli nocere voluiſſe. Subiunxit egregiam cauſſam. Scripſit inquit in epiſtola quadam, quæ apud Domitianum recitata eſt, Regulus omnium bipedum nequiſsimus. Quod quidem Modeſtus veriſsimè ſcripſerat. Hic ferè nobis ſermonis terminus. neque enim volui progredi longiùs : vt mihi omnia libera ſeruarem, dum Mauricus venit. Nec me præterit eſſe Regulum δυσκαθαίρετον. Eſt enim locuples, factioſus, curatur à multis, timetur à pluribus : quod plerunque fortius amore eſt. Poteſt tamen fieri, vt hæc concuſſa labantur. nam gratia malo-

Non optima quaque proponere) ſecutus eſt iudiciũ præceptoris ſui Quintiliani præcipientis in Inſtitutionibus optimos authores imprimis imitandos : prius tamen hoc ſcripſerat Seneca, & ante eum M. Tullius de oratore libro ſecundo, Quæ, inquit, maximè excellunt : imitanda ſunt. *Palleat ſemper*) ſic libro ſexto de eodem. Timebat, pallebat: nam pallor eſt malorum morum index : rubor bonorum. [*Notabiliter*) apertè.] *Hæſitabundus*) cunctabundus, ambiguus quid reſponderet. *Egregiam* ſimilis ironia apud Virgilium. Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis. *Cauſam*) Excuſationem. *Bipedum nequiſſimus*) virorum peſſimus. ſatis modeſte locutus eſt Modeſtus : at M. Tullius pro domo ſua aſperius. Hoc miniſtro, inquit, omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum nequiſſimo Rempub. perdidiſti. *Libera*) integra. [*δυσκαθαίρετον*) difficilem ad ſubuertendum. alij legunt] *ἀκαταμάχητον*. ineluctabilem. *Factioſus*, factionum & diſcordiarum fautor. Factio enim pro diuiſione ciuium in malum legitur apud Liuium & Tacitum. *Curatur à multis*) idem ad Clementem, Conuenitur ad Regulum mira celebritate, [cuncti deteſtantur, oderunt, & quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant. Martialis, Cinctum togatis pòſt, & inde Saufellum Quanta reduci Regulus ſolet turba. *Fortius*) ſenſus eſt, interdum timore maiora obſequia præſtantur, quàm amore. *Fieri*) euenire. *Vt hæc concuſſa labantur*) vt Reguli fortuna, ſi oppugnabitur, ruat. *Nam gratia*) Sententiæ exornatio.

Inſi-

rum tam infida eſt, quàm ipſi. Verùm, vt idem ſæpiùs dicam, expecto Mauricum. vir eſt grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura poſſit ex præteritis prouidere. Mihi & tentandi aliquid, & quieſcendi illo authore ratio conſtabit. Hæc tibi ſcripſi: quia æquum erat, te pro amore mutuo, non ſolùm omnia mea facta dictáque, verumetiam conſilia cognoſcere. Vale.

Infida) inſtabilis. *Quàm ipſi*) mali ſunt infidi. *Eruditus*) edoctus: eſt autem eruditio multarum rerum exculta cognitio: & quanquam de literis ſæpius dicatur, vt Tranquillus in Caligula, Ex diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit: tamen aliquando etiam de rebus aliis. [Plin libro xj. de araneis, Erudita operatione conſpicuum. *Experimentis*) experientia enim rerum magiſtra eſt: inde præcepta Catonis oracula ſunt habita, quod proficiſcebantur ab vſu.] *Tentandi*) aduerſus Regulum. *Ratio conſtabit*) erit legitima cauſa. Conſtat enim ratio, quando æqua & legitima reddi poteſt. [Valeri°, Liberalitatis duo maximè probabiles fontes, verum iudicium, & honeſta beneuolentia: nam cum ab his oritur, tunc demum eius ratio conſtat] Quod dicendi genus frequenter inuenies apud Secundum. [*Conſilia*) quid cogitem & moliar.]

C. PLINIVS CORN. TACITO SVO S.

RIDEBIS, *& licet rideas. Ego Plinius ille, quem noſti, apros treis, & quidem pulcherrimos, cepi. Ipſe, inquis? Ipſe, non tamen vt omnino ab inertia mea, & quiete diſcederem. Ad retia ſedebam. Erant in proximo non venabulum, aut lancea, ſed ſtylus & pugillares. meditabar aliquid, enotabámque: vt ſi manus vacuas, plenas tamen*

RIDERIS) Tacitum ſcriptorem grauiſſimũ ſibique arctiſſima familiaritate coniunctum monet in ſyluis exemplo ſuo poſſe & ſtudere, & venari commodè: verùm ab hac opinione multum receſſit Quintilianus, qui libro decimo penitus tale ſtudendi genus improbat, & rationibus confutat: cui ſententiæ Tacitus accedens, epiſtolam reſcripſit quæ in hoc volumine extat, non poſſe ſimul Dianæ & Mineruæ operam dare. *Licet*) concedo. *Quem noſti*) totum ſtudiis deditum, & venationi ineptum. *Ipſe inquis*, cum admiratione pronunciandum eſt. *Ipſe*) inquam Plinius, venatus ſum. [Alij ſic coniungunt. ipſe non ſcilicet cepi. & tunc inertia & quiete accipietur pro camcraria ſedentatione, cum ſtudioſi homines ſint genus ignauum, quod tecto gaudet & vmbra.] *Inertia mea*) ocio literario. *In proximo*) iuxta me. in eundem ſenſum libro octauo ſcribit. Venor aliquando, ſed non ſine pugillaribus: vt quamuis nihil cepetim, nonnihil referam *Venabulum*.) telum ad venandũ. in quod illud Martialis diſtichon. Excipient apros, expectabuntque leones: Intrabunt vrſos, ſit modo firma manus. *Lancea*) hiſpanicum verbum eſt, referente Gellio longius telum. græci vocant λόγχην. *Stilus*) ferreus quo ſcribebat antiquitas in pugillaribus. & apud Tranquillum legimus Domitianum muſcas ſtilo præacuto configere ſolitum. *Pugillares*) tabulæ de ligno ſiue alia materia ceratæ: dicti à pugno videntur quòd eo contineri poſſent: de quibus Mart Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas, Eſſemus Libyci nobile dentis onus. ſed Gellij verba,

quomodo fierent, clarius exprimant. Aſdrubal, inquit, epiſtolam ſcriptam ſuper rebus arcanis hoc modo abſcondit: pugillaria noua nondum etiam cera illita accepit, literas in lignum incidit, poſtea tabulas, vti ſolitum eſt, cera colliuit. Plinius ex authoritate Homeri aſſerit pugillarium vſum fuiſſe ante Troiana tempora. Ex præcedentibus ergo colligitur dici pugillares & pugillaria numero plurium. *Meditabar enotabámque*) ſecutus eſt ordinem. nam cogitata ſcribimus. *Vacuas*) præda.

ceras reportarem. Non eſt, quod contemnas hoc ſtudẽdi genus. Mirũ eſt, vt animus hac agitatione, motúque corporis excitetur. Iam vndiq; ſylua, & ſolitudo: ipſúmque illud ſilentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamẽta ſunt. Proinde, cum venabere, licebit authore me, vt panarium & lagunculam ſic etiam pugillares feras. Experieris non Dianam magis montibus quàm Mineruam inerrare. Vale.

Ceras) tabulas ceratas. [*Cogitatione*) Fuit in prima lectione pro cogitatione, agitatione.] *Iã*) præterea. Tacitus. Iam opes tot victoriis quæſitæ. Et ſtatim, Iam aqua priuatorum licentia intercepta. Ipſe in oratione panegyrica, Iam quis adrò diſſolutus. Et Pl. auunculus lib. vij. Iamquidem & in Italia tales partus eſſe vitales.] *Datur*) ſeruatur inueſtigando [Pli. li. x. Ideo & ſilentium in mari piſcantibus.] *Proinde*, quare. Liuius lib. primo belli punici. Proinde omitte Sagunti mentionem facere. *Panarium*] panis receptaculum, ſicut granarium grani [Mar. Cum panariolis tribus rediſti: & Statius. Iam panaria ſordidæque mappæ.] *Lagunculam*) vas vinarium. diminutiuum à lagena quæ tumorem in medio extendit ſecundum Iuuenalem. græci λάγυνον vocant per tria genera indiſcretè. ſicut Atheneus in ſuis cœnis notat plurimorum teſtimonio. *Dianam*] venationis deam. *Mineruam*) diſciplinarum præſidem.

C. PLINIVS OCTAVIO RVFO SVO S.

VIDE, *in quo me faſtigio collocaris, cùm mihi idem poteſtatis, idémque regni dederis, quod Hom. Ioui Opt. Max.* τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε. *Nã ego quoque ſimili nutu, ac renutu, reſpondere voto tuo poſſum. Etenim ſicut fas eſt mihi, præſertim te exigente, excuſare Bæticis contra vnum hominem aduocationem: ita nec fidei noſtræ, nec conſtantiæ: quam diligis, conuenit ad-*

V*IDE in quo*) Roganti Octauio vt vellet adeſſe Gallo contra Bæticos, pollicetur ſaltem ab aduocatione Bæticorum ſe deſtiturum, quos etiam cum ſuo periculo ſæpe iuuiſſet: & in fine petit ſibi fieri copiam carminum, quæ Octauius componebat. extat enim epiſtola lib. ij. qua conatur Octauij verſus publicari. *Faſtigio*) altitudine, maieſtate. τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, huic autẽ alterũ quidem pater dedit: alterum verò renuit. carmen ex ſextodecimo Iliados: vbi Achilles precatur Iouem vt Patroclus pugnaturus à nauibus pugnam remoueret, & ad ſe incolumis rediret: cui prius Iupiter conceſſit: vt rediret incolumis, non dedit. Sic inquit Secundus, ego tanquam Homericus Iupiter, alterum, quod petis vt deſiſtam ab aduocatione pro Bæticis, tibi concedam: quod verò exigis, vt Gallo adſim, renuam. Hoc carmen imitatus eſt Virgilius libro vndecimo, Audiit & voti Phœbus

eſſe contra prouinciam, quam tot officijs, tot laboribus, tot etiam periculis meis aliquando deuinxerim. Tenebo ergo hoc temperamentum, vt ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, in quo non ſolùm ſtudio tuo, verùm etiam iudicio ſatisfaciam. Neque enim tantopere mihi conſiderandum eſt, quid vir optimus in præſentia velis, quàm quid ſemper ſis probaturus. Me circa idus Octobreis ſpero Romæ futurum: eadémque hæc præſentem quoque tua meáque fide Gallo confirmaturum: cui tamen iam nunc licet ſpondeas de animo meo, ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. *Cur enim non vſquequaque Homericis verſibus agam tecum? quatenus tu me tuis agere non pateris: quorum tanta cupiditate ardeo, vt videar mihi hac ſola mercede poſſe corrumpi, vt vel contra Bæticos adſim. Penè præterij, quod minimè prætereundum fuit, accepiſſe me cariotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent.* Vale.

bus ſuccedere partem Mente dedit, partem volucres diſperſit in auras. Et Stratonicus citharœdus in rem ſuam aliter vſus eſt: nam inuitatus olim audire canentem citharœdum, poſtquam finiuit, inquit, τὸ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν. hoc eſt, male quidem pulſare dedit, benè autem cantare tenuit: Athenęus author. [*Idem*) poteſtatis annuendi & renuendi.] *Optimo*) ad naturam. *Maximo*) ad poteſtatem refer.] *Nutu*) aſſenſu, dum promitto non agere aduerſus Gallum. *Renutu*) dum nolo adeſſe Gallo contra Bethycos. *Excuſare*) honeſtis rationibus non ſuſcipere [patrocinium.] *Bæticu*) Hiſpanis à flumine Bæti defluente à monte Caſtaone: qui naturam oceani erga fluxum refluxumque imitatur. lege plura apud Philoſtratum. eſt autem Bætica pars Hiſpaniæ. *Nec fides noſtra*) non conuenit mihi, qui ſoleo fidem conſtanter tueri. *Prouinciam*) Bæticam *Tot officijs*) non ſemel enim pro Bæticis egit, vt aduerſum Cæcilium Claſſicum: in qua cauſſa magnos labores paſſus eſt, vt aduerſum Bebium Maſſam, vbi ferè periclitatus eſt. *Temperamentum*) modeſtiam. *Studio*) amori *Iudicio*) rectę rationi. *In præſentia*) & impræſentiarum: auctores indiſcrete vtuntur, Vlpianus ferè ſemper impræſentiarũ: [ſic Apuleius in Floridis.] alij interdum in pręſens, [ac in præſẽte,] & ad præſens: contenderim impræſentiarum legi debere coniunctim. *Probaturus*) cum ille ardor tuus ſubſederit: nam primo quæ probabamus, poſtquam refrixit impetus, aliquando improbamus, remota animi perturbatione. *Idus Octobres*) quintum decimum Octobris diem. [*Tua meáq; fide*) vt experit tua fides & mea, an magis fide vtriuſq; noſtrũ illi data.] *Aquilio Gallo*) Aquiliũ Gallũ fuiſſe iuriſconſultũ teſtantur Scæuola & Florent. ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. dixit, & cęruleis ſuperciliis annuit Saturnius. verſus ex primo Iliados & libro decimoſeptimo eiuſdem repetitus, dum oſtendit Iouem annuiſſe. *Vſquequaque*) ſemper Idem libro ſeptimo, Vſque quaq; narrabitur qua concordia vixerimus. & Columella. Sed neque eodem modo, neq; iiſdem temporibus, vſquequaque fieri placet. [M. Tullius, Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua.] *Tuis agere non pateris*) non facis mihi copiam tuorum verſuum: nam alibi tanquã nimium patientem, vel potius durum, Octauium increpat, qui tam inſignes libros tam diu retineret nec ederet. *Hac ſola mercede*) tuorum carminum. *Corrumpi*) flecti in malum. iocatur cum amico. *Adſim.* agam pro Gallo *Cariotas*) palmæ fructus. Scribit Plin. ſua tempeſtate celebratas fuiſſe in cibo, cum ſucco vberrimæ ſint: ex quibus præcipua vina orienti, iniqua capiti vnde etiam pomo nomen eſt à capi-

te: verùm nobilitas in Hierecunte Iudææ: ſunt & ſucco pingui lactentes, quodamque vini ſapore in melle prædulci. Diodorus in interiore Syria fieri Cariotas aliis excellentiores tum dulcedine, tum magnitudine, ac humore, teſtatur: his maiores multo Arabia fert ac Babylonia: quarum magnitudo eſt ſex digitorum. colore ſunt quædam ſubæreo, nonnullæ puniceo: aliæ porphyreo aſpectu, amœnæ & ſuaues guſtu. Deaurati ſolitas, & Calendis Ianuariis mitti, tradit Martialis, apud quem legitur fuiſſe pauperis munus: cui ſententiæ conuenit illa lectio, certamen nondum habent. verùm, ſi ſublato nondum, vt in multis codicibus ſcriptum offendi, videtur Secundus auunculi opinioni propiùs accedere. *Fieri*) inter quas Martialis Chiam extollit, quæ merum & ſalem ſapit. *Boletis*) quanti fecerit boletos antiquitas, idem notat in diſtichis, afferens, facilius donare Romanos aurum & argentum quàm boletos. & Satyricus Iuuenalis, boletos lautiſſimum ciborum regi, & domino apponi pulſat. Pli. Boletos ſuilloſque gulæ nouiſſima irritamenta vocat.

C. Plinivs Pompeio Satvrnino Svo S.

PEROPPORTVNE *mihi reddita ſunt literæ tuæ, quibus flagitabas vt tibi aliquid ex ſcriptis meis mitterem, cum ego idipſum deſtinaſſem. Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti, paritérque & tibi veniam recuſandi laboris, & mihi exigendi verecundiã ſuſtuliſti. nam nec me timidè vti decet eo quod oblatum eſt, nec te grauari quod depopoſciſti. Non eſt tamen quod ab homine deſidioſo aliquid noui operis expectes. petiturus ſum enim vt rurſus vaces ſermoni, quem apud municipes* appellando.

PE Ropportunè) Mittit Pompeio Saturnino ſingulari doctrina viro orationem, quã habuerat apud municipes ſuos, dedicaturus ibidem bibliothecam, & annuos ſumptus in alimenta ingenuorum filiorum pollicitus: excuſat quòd in ea maiores ſuos, & ſe quoq; laudet. tantum denique Pompeio defert, vt de editione pro illius arbitrio ſit facturus. Fuit autem Pompeius Saturninus acer cauſidic⁹, ſiue ex tempore, ſiue meditata proferret: tum proſa, tum verſu clarus: in orationibus & hiſtoria mirabilis. Alterius Saturnini hiſtorici meminit Tranquil. Saturninum nominat Lucianus. vbi de morte Seueriani agit. & Q Saturninum iuriſconſultum Pomponius citat. Ille igitur Pompeius Saturninus moriens Secundum reliquit hæredẽ. [*Idipſum*) mittere aliquid ex ſcriptis meis.] *Addidiſti calcaria*) trãſlatio. ab equo. id eſt, iam paratum ad id magis incitaſti. [Ouidius, Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores, Si tamen horteris fortius ibit equus.] *Laboris*) emendandi. *Exigendi*) Petendi à te vt limam adhibeteſ. *Eo*) opera tua in corrigendis meis libellis, quam tu vltrò mihi obtuliſti. *Ab homine deſidioſo*) ſępe de ſe parcè loquitur, extenuando facultatẽ ſuam, & ſe deſidem

Rurſus) Iam enim Saturninus eam orationem legerat. *Sermoni*) Orationi: an ideo ſermonem appellauit, quia ſecundum Porphyrionem ad pręſentes dicitur: an quòd oratio illa eſſet remiſſa, & finitima quotidianæ locutioni: nam præter M. Tullii teſtimonium, Seneca tradit ſermonem eſſe orationem voce demiſſa, & tenui figura prolatam. Accedit authoritas Fabii ſcribentis, parum admodum ſermonem ab oratione differre, & interdum eſſe idem oſtendit. Seruius inquit, Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum, vel plurium, à ſerendo dictus. Antiſthenes apud Diogenem primus ita diffiniuit, Sermo eſt qui quid ſit aut fuerit, exprimit. *Municipes*) Nouocomenſes. ſunt autem Municipes ciues Romani in oppidis municipalibus

ſuo

ſuo iure, & ſuis legibus vtentes, muneris tantum honorarii cum populo Rom. participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque vlla populo Romano lege aſtricti. Satis conſtat municipium fuiſſe in meliori conditione, quàm coloniam. hæc Gellius. Vlpianus Iuriſconſultus, Propriè quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitate, vt munera nobiſcum facerent: ſed nunc abuſiuè dicimus municipes ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues, vt puta Campanos, Puteolanos: ſic Iuriſconſulti, niſi in quantum Paulus apertius videtur vocabulũ interpretari de ſignificatione verborum, Municipes, inquit, dicti, quòd munera ciuilia capiant. [Siculus Flaccus, Municipia, inquit, quidam putant, à munitionibus dicta, alii à munificentia: eo quòd munificæ eſſent ciuitates.] Feſtus tres municipiorum ſpecies facit, ſed authorem ſatis eſt indicaſſe.

meos habui bibliothecam dedicaturus. Memini quidẽ te iam quædam adnotaſſe, ſed generaliter: ideò nunc rogo, vt non tantùm vniuerſitati eius attendas, verumetiam particulas quas ſoles lima perſequaris. erit enim & poſt emẽdationem liberum nobis, vel publicare, vel cõtinere. Quinimmo fortaſſe hanc ipſam cũctationem noſtram in alterutram ſententiã emendationis ratio deducet: quæ aut indignum editione, dum ſæpius retractat, inueniet: aut dignum dum idipſum experitur, efficiet: quanquam huius cunctationis meæ cauſæ non tam in ſcriptis quàm in ipſo materiæ genere conſiſtunt. Eſt enim paulò quaſi glorioſius & elatius. onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiam ſi ſtilus ipſe fuerit preſſus demiſſúſque, propterea quòd cogimur, cùm de munificentia parentum noſtrorum, tum de noſtra diſputare. anceps hic & lubricus locus eſt, etiam cùm illi neceſſitas

Dedicaturus) aſſignaturus titulo & nomini alicuius conſecraturus, oblaturus: & Pomponio tradente, quaſi dicendo deſerturus. [nam etiam nũc Mediolani eſt videre in tabula licet confracta, Plin. in tutelam bibliothecæ quædam ſeſtertia contuliſſe.] Oſtendit libro triceſimoquinto Plin. conſueuiſſe Romanos, bibliothecas, id eſt librorum repoſitoria, quas Latinorum aliqui librarias vocant, cõſecrare *Generaliter*) ſummatim per genera. *Vniuerſitati*) argumẽto. [toti operis ſumma] *Particulas*) minima quæq;. *Quas ſoles lima*) acri tua emendatione. *Erit liberum nobis*) in facultate noſtra erit. *Publicare*) in publicum mittere *Cunctationem*) cedendi moram *In alterutrã*) in vnum duorum, dum ſæpius recognoſcitur, aut videbitur indignum opus editione, vel emendando frequenter elaborabitur, vt merito emitti poterit. *Efficiet*) crebra emendatione. *In ſcriptis*) in verbis. *Materia*) ſenſus rerum *Elatius*) iactantius. legimus etiam latius, & in aliquibus exemplaribus lautius, id eſt vberius, vt quod digrediatur. [placet prima lectio.] *Modeſtiam*) cum alias ſoliti ſimus de nobis loqui modeſtè: quod non feciſſe in his reprehendar. *Preſſus*) in tenui figura. quare potius ſermonem quàm orationem appellauit. *Parentum*) maiorum qui vſi fuerant liberalitate erga patriam Comum: ex quibus apparet non ſolum Cæcilium fuiſſe Comenſem, ſed etiam maiores ſuos inde oriundos. *Anceps locus*) dubius, periculoſus tractatus & argumentatio· anceps enim pro mortifero & periculo proximo Plinius ſenior vſurpat. Voluptas inquit tanta ancipitis cibi & Liuius, Quia reuocare, aut vi retinere eos anceps erat: & Virg. ferrum anceps. quod grammarici interpretantur vtrinque acutum. *Lubricum*) qui facilè ad malũ flecti poteſt. [Periculoſus cum periculum ſit in eo conſiſtere, vt ſunt loca humore cõſperſa.] *Etiam*) quamuis alibi interdum conſentientis aduerbium, quan-

lenocinetur. Etenim ſi alienæ quoque laudes parum æquis aurib. accipi ſolent, quàm difficile eſt obtinere, ne moleſta videatur oratio de ſe aut de ſuis diſſerentis. Nam cùm ipſi honeſtati, tum aliquanto magis gloriæ eius prædicationique inuidemus: atque ea demum rectè facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obſcuritate & ſilentio reponuntur. Qua ex cauſa ſæpe ipſe mecum: nobis ne tantum quicquid eſt, iſtud compoſuiſſe, an & alijs debeamus vt nobis. admonet illud quoque, quòd pleráque quæ ſunt agendæ rei neceſſariae adem peracta nec vtilitatem parem, nec gratiam retinent. Ac ne longiùs exempla repetamus, quid vtilius fuit, quàm munificentiæ rationem etiam ſtilo proſequi? Per hoc enim aſſequebamur, primùm, vt honeſtis cogitationib. immoraremur, deinde vt pulchritudinem illarum longiore tractu peruideremus: poſtremo vt ſubitæ largitionis comitem pœnitentiam caueremus. Naſcebatur ex his exercitatio quædam contemnendæ pecuniæ. Nam cum omnes homines ad cuſtodiam eius natura reſtrinxerit, nos contrà multum ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus auaritiæ vinculis eximebat: tãtóque laudabilior munificentia noſtra fore videbatur, quòd ad illam non impetu quodam, ſed conſilio trahebamur. Accedebat his cauſſis, quòd non ludos aut

doque pro adhuc & prætérea. *Lenocinetur*) blandiatur. tranſlatum verbum à lenonibus, quo præceptor eius Quintilianus vſus plerunque. *Alienæ*) quę de aliis dicuntur. *Aequis auribus*] benignè. *Accipi*) audiri, admitti. *De ſe*) de ſua laude. *Nam cum ipſi honeſtati*] inuidemus honeſtis viris, ſed præcipuè eorum gloriæ & laudi: quę verò bene geſta latent, & à nullo prædicantur, minus reprehendimus. *Tum maximè* (*Prædicationi*) laudi. M. Tullius pro Archia, Ipſi illi philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda morte ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo in quo prædicationem nobilitatémque deſpiciunt, prædicari volunt.] *Mecum tractans*) conſideraui. *Tantum compoſuiſſe nobis*) continere apud me, & mei gratia ſcripſiſſe. *Quicquid eſt iſtud*) ſiue bona ſiue mala ſit oratio. *Alijs*) aliorum cauſa compoſuiſſe: & ideo emittere. *Agendæ rei neceſſaria*) dum rem agimus, neceſſaria ſunt, ſicut commendare liberalitatem ſuam, & maiorum. *Parem*] neceſſitati. *Gratiam*) commendationem. *Stilo*] ſcriptis. *Honeſtis cogitationibus*] munificentiæ laudibus, quæ eſt tribuere merentibus, amore & ſtudio honeſtatis, vt patriæ, propinquis, affinibus, amicis, pauperibus. *Tractu*) Placet magis, vt legatur tractu, quàm tractatu, nam præter fidem exemplarium ipſe ad Caninium de oratione ſcribens, inquit: Illa tractu placet. & M. Tullius de Oratore, tractum verborum in Antonio laudat. Tacitus, tractum belli pro mora & productione: & libro quinto decimo pariter vſurpat, Durante, ſcribit, tractu & longitudine mortis. *Comitem*) ſubſecutricem. [*Pœnitentiam*) Seneca, Sera parſimonia in fundo eſt.] *Largitionis*] liberalitatis. impropriè vſus: nam largitio eſt nimia & immoderata pecuniarum profuſio: & alij ſic vſurpant. [*Exercitatio*) legitur etiam excitatio.] *Ex his*] ſcriptis. *Contemnendæ pecuniæ*,] ſpernendæ auaritiæ. *Ad cuſtodiam eius*] ad conſeruandam pecuniam. *Reſtrinxerit natura*) pecuniarum auidi ſumus à natura. De auaritia ſic loquutus eſt Seneca in epiſtolis, Admirationem parentes auri atque argenti fecerunt, & teneris infuſa cupiditas altius ſedit, creuítque nobiſcum, deinde totus populus in aliis diſcors,

cors,in hoc conuenit, hoc ſuſcipiunt, hoc ſuis optant. *Communibus vinc.*) Naturali vitio *Non imperit.*) Non inconſideratè,nec ſine ratione.[Dicebat Seneca; ſe malle iudicia Auguſti., quàm dona Claudij] *Ludos*)qui euaneſcunt, [nō relicto aliquo vtilitatis in poſterum exemplo] ſpectacula : erant enim ludorum varia genera.

gladiatores , ſed annuos ſumptus in alimenta ingenuorum pollicebamur. Oculorum porrò & aurium voluptates adeo non egent commendatione, vt non tam incitari debeant oratione, quàm reprimi. Vt verò aliquis libenter educationis tædium laborémque ſuſcipiat, non præmijs modo , verumetiam exquiſitis adhortationibus impetrandum eſt. Nam ſi medici ſalubres , ſed voluptate carentes , cibos blandioribus alloquijs proſequuntur : quanto magis decuit publicè conſulentem vtiliſſimum munus , ſed non perinde populare, comitate orationis inducere: præſertim cum enitendum haberemus , vt quod parentibus dabatur, etiam nobis probaretur , honorémque paucorum cæteri patienter & ſpectarent & mirarentur. ſed vt tunc communibus magis commodis quàm priuatæ iactantiæ ſtudebamus, cum intentionem effectúmque muneris noſtri vellemus intelligi: ita nunc in ratione edendi veremur, ne fortè non aliorum vtilitatibus , ſed propriæ

Gladiatores] Quos in funerib. illuſtrium dari populo notum , & poſt cœnam interdum , referente Athenæo , qui ex authoritate Hermippi aſſerit, Mantinēſes inueniſſe gladiatores , Demea oſtendente. in vrbe primum Brutum in honorem patris defuncti,ſed Valerium in foro boario primum munus dediſſe teſtatur. cui exhiberentur , opportunius dicetur in Panegyrica oratione. *Annuos ſumptus*) Vt ex reditu agri, quem actori publico emancipauerat, & impoſito vectigali conduxerat , pueri pauperes ingenui alerentur & educarentur. meminit huius rei latius libro ſeptimo ad Caninium. Audio adhuc Comi extare veſtigium liberalitatis Plinianæ. [Satis conſtat Mediolani in lapide, quanquam fracto,legi Plinium in alimenta puerorum & puellarum multa ſeſtertia dediſſe.] *Porro*)Præterea : vt apud Terentium in Hecyra. aliàs affirmantis aduerbium. ſignificat etiam minus, interdum poſtea quandoque temporis aduerbiū:aliàs expletiuū, nonnunquam procul : alias hortantis. commodè exempla ſumes à Teremio, & Virgilio. *Oculorum voluptates*) Quæ per oculos percipiuntur[& aures , vt ludi ſcenici & gladiatorij]*Commendatione*) Laudari oratione.*Incitari*)Intendi,augeri. *Reprimi.*)Sedari,[emēdari,tolli. *Aliquis*) orphanotrophus]*Educationis*) Alendi alienos filios. *Exquiſitis*) Elaboratis, egregiis. *Proſequuntur*)Commendant.*Vtiliſſimum*) Educationem ingenuorum. *Non perinde pop.*) Non multum vel æquè populo gratum: nam perinde multum ſignificat [& æquè.]Tranquillus,Quare aduentus eius non perinde gratus fuit *Comitate*) Orationis benigno ſermone. *Inducere*) Inſtituere, perſuadere per inductionem , quæ ſecundum rhetores , eſt oratio rebus non dubiis captans aſſenſionem eius rei quæ inſtituta eſt. *Enitendum haberemus*) Opus eſſet eniti. *Parentibus dab.*) Quod in laudem maiorum meorum diſcrit bam , & nobis prępararetur,qui eramus apud poſteros gloriam ex hoc munere cōſecuturi. In ali lectione eſt, *dabatur, etiā orbis probaretur*.vt ſcilicet intelligatur,hoc munus parentibus oblatum,& ideò ab illis probādum eſſe:ab his,expectādum, donec filios ſuſciperēt]*Paucorū*)Meorū *Cæteri*)Municipes. [*Spectarēt*)intue ētur.]*Imitarētur*) incitarentur ad imitandū exemplo noſtro. legitur etiam mererentur *Tunc*)Cum diximus orationem.*Priuatæ iactantiæ*)No-

ſtræ laudi *Aliorum*) Municipum, id eſt, vereor ne ſi emiſero hunc ſermonem, ideò videar feciſſe, vt me laudarem; non vt Nouocomenſes hortarer ad ſimile-

laudi ſeruiſſe videamur. præterea meminimus quanto maiore animo honeſtatis fructus in cōſciētia quàm in fama reponatur. ſequi enim gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, iccirco quod gloriam meruit, minus pulchrum eſt. ij verò qui benefacta ſua verbis adornant, non ideo prædicare quia fecerint: ſed vt prædicarent feciſſe creduntur. Sic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente, vaneſcit. homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, iactationē eius inceſſunt: ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum: ſi laudanda, quòd non ſileas, ipſe culparis. Me verò peculiaris quædam impedit ratio: etenim hunc ipſum ſermonem non apud populum, ſed apud Decuriones habui, nec in propatulo, ſed in curia. Vereor ergo ne ſit ſatis congruens, cum in

Quanto maiore animo) Eſſe indiciū excellentioris animi, cōtētos eſſe potius ſua conſciētia pro benefactis, quàm laude: vnde M. Tullius in Tuſculanis, Quinetiam, inquit, mihi laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione & ſine populo teſte fuerint: non quod fugiendum ſit: omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt: ſed tamen nullum virtutis theatrum, virtutis conſciencia maius eſt. vnde Secundus Ariſtonem commendans, Ornat hæc, inquit, magnitudo animi: quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert, rectéque facti non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit. [Videtur Plinius imitatus fuiſſe eundem Tullium in Philippicis, Satis, inquit, in ipſa conſciencia pulcherrimi facti fructus erat. *Fructus honeſtatis*) præmium quod prouenit ex honeſtè factis. *Maiore animo*] generoſius.] *Sequi*] Per ſe comitari benefacta. nam etſi (vt idem refert Cicero) nihil in ſe habeat gloria cur expetatur, tamē virtutem tanquam vmbra ſequitur. *Appeti.*] Affectari *Nec idcirco eſt minus pulchrum.*] Nec ideò eſt minus glorioſum, quod gloriam meruit: & dignus eſt laude, quamuis eam non ſit conſecutus. *Prædicare*] Vulgare. [laudare, commendare. Sic Valerius libro octauo.] *Feciſſe*] Benefeciſſe famæ cauſa. Secus laudat Traianum in panegyrica oratione: Non ideo dixit viciſſe videaris vt triumphares, ſed triūphare, quia viceris. *Referente.*] Narrante [eo qui non fecit.] *Vaneſcit.*] Non creditur, mendax exiſtimatur, [deperit.] *Rem.*] Factū per ſe laude dignum, vt præbere alimenta ingenuis. *Deſtruere.*] Demoliri: cum veritate notare. *Iactationem.*) Quod nimium applauſerit ſibi author. *Inceſſunt.*] Infamāt, [vellicant, lacerant] inuehūtur. *Silenda*) Turpia. *Factum ipſum*) Culpatur. *Non ſileas*) Sed taces & gloriēris. *Decuriones*) Senatores in municipiis, in quibus idem erat decurio, qui Romæ ſenator, quod in ſenatu & conciliis municipalibus intereſſe poterat, ſi habuiſſet cenſum centum millium nummum. & decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd in initio coloniæ cum deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, concilii publici gratia cōſeribi ſolita ſit. porrò decurio ordo in militia, & qui ſuam quiſque curiam tuebatur, decurionem appellatum Dionyſ. aſſerit. decuriones quinquennales Apul. vſurpat pro ſacerdotibus Iſidis in quinquennium cæteris præfectis. fuiſſe autem Comum municipium præter Cæcilii teſtimonium confirmant antiquorum memoriæ. [*Ne*) alii legunt, vt, pro quomodo.] *Populum*) Coram populo, vt in foro. *Curia*) Senatu. *Acclamationem*) Laudem cum aſſenſu. quod iuniores hiſtorici frequenter vſurparunt, & ipſe in oratione panegyrica. interdum tamen pro conuicio accipitur, vt apud Lampridium & Tranquillum. Reclamationes autem contrariæ ſunt

accla-

dicendo aſſentationẽ vulgi acclamationémque defugerim, nũc eadẽ illa editione ſectari: cúmq; plebem ipſam cui conſulebatur, limine curiæ parietibúſque diſcrenerim, ne quam in ſpeciem ambitionis inciderem, nunc eos etiam ad quos ex munere noſtro nihil pertinet præter exemplum, velut obuia aſſentatione conquirere. Habes cunctationis meæ cauſas, obſequar tamen conſilio tuo, cuius mihi authoritas pro ratione ſufficiet. Vale.

acclamationibus: nam reclamare, eſt ingenti voce reprobare. at acclamare, aſſentiri, cum clamore probare. *Eadem illa*) Aſſentationem & plauſum. *Cui conſulebatur*) In cuius vtilitatem hæc fecimus. *Diſcreuerim*) Excluſerim. *Ambitionis*) Immoderatæ laudis cupiditate. eſt autem ambitio, cum ad publicos honores, & magiſtratus turpibus atque inhoneſtis artibus & blãdiciis, precibus, largitione, contendimus: at ſecũdum Dionyſij ſententiam eſt inanis gloriæ ſequens imaginem decoris, & deſiderium exitialium voluptatum. Claudianus cecinit, ambitionem eſſe auaritiæ nutricem fœdiſſimam, quæ veſtibulis foribúſque potentum excubat, & preciis commercia paſcit honorum Pulſa ſimul. *Eos*) Extraneos. *Exemplum*) Imitationem. *Obuia*) Manifeſta. *Cunctationis*) Moræ: cur tantum conticeam. *Authoritas*) Fama, & fides ex virtute quæſita.

C. PLINIVS MINVTIO FVNDANO SVO S.

Mirum eſt quàm ſingulis diebus in vrbe ratio aut conſtet, aut conſtare videatur. pluribus cunctíſque non conſtet: nam ſi quem interroges, hodie quid egiſti? reſpondeat, officio togæ virilis interfui, ſponſalia aut nuptias frequentaui: ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in aduocationem, ille

M*irum eſt*) Minutium Fundanum hortatur ad ſeceſſum & ſtudium, cum in vrbe occupati ſint homines rebus inanibus, ruri nihil audiant, quod audiſſe pœniteat. Minutius Fundanus, cui alibi in proximum annum conſulatum auguratur, eruditus & ſapiens fuit, vt qui ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudiis dederat: ex duabus natis alteram vix pubertatem ingreſſam amiſit. proconſul Aſiæ ex Adriani reſcripto monitus ne ſine obiectu criminum Chriſtianos condemnaret. authores Euſebius & Oroſius. *Conſtet ratio*) Aliqua ratio adduci poſſit tranſacti diei non ignaue. *Aut conſtare*) Correctio. *Non conſtet*) Nulla etiam falſo adduci ratio poſſit, cur ſint occupati in vrbe. [*pluribus*) diebus vel potius nominibus] *Quem*) Aliquem. *Officio togæ virilis*) [officioſe comitatus ſum aliquem] Præſtiti officium meum dum amicus togam virilem ſumeret: quæ, authore iuriſconſulto, ad ſeptimum decimum annum ſumebatur, quam ætatem militarem appellauit antiquitas. legimus tamen apud Tranquillum, ſextodecimo ætatis anno ſumpſiſſe Auguſtum togam virilem, argumentum, ſcilicet tranſeundi à pueris in virum: cui ſententiæ Dion aſtipulatur, [Et Seneca inquit, Pueritia deponitur, ſed non puerilitas in pleriſque hominibus.] Ferè in eundem ſenſum Martialis ad Potitum conquerentem quòd vix vno anno librum emitteret, ſcribit. *Sponſalia*) Pacta antè nuptias, & ſponſio nuptiarum futurarum, à ſpondendo dicta. *Signandum teſtamentum*) Tria teſtamentorum genera Gellius nixus Lelij Felicis authoritate tradit, ſed poſtquam in

vnum ius ciuile & prætorium iungi conſtitutum eſt, ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium ſignacula teſtamentis ſunt impoſita ex edicto prætoris, ſicut ſubſcriptiones ex ſacris conſtitutionibus. non enim olim vt nunc publici notarij ſtipulabantur, ſed domini, vel alij eorum nomine tabulas ſcribebant, quas à ſeptem teſtibus ſubſcriptas, lineo vinculo claudebant, notatas teſtium ſigillo. Teſtamentum compoſitum ex teſtatione mentis Sulpitius arbitratur: quod reprehendit Gellius arguens eſſe ſimplex verbum. [*In aduocationem*) vt ipſi adeſſem.]

in conſilium rogauit. hac quo die feceris neceſſaria, eadem ſi quotidie feciſſe te reputes, inania videntur: multo magis cum ſeceſſeris. tunc enim ſubit recordatio, quot dies quàm frigidis rebus abſumpſeris. quod euenit mihi poſtquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut ſcribo, aut etiam corpori vaco, cuius fulturis animus ſuſtinetur. nihil audio quod audiſſe, nihil dico quod dixiſſe pœniteat. Nemo apud me quemquam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo, niſi vnum me, cum parum commode ſcribo: nulla ſpe, nullo timore ſollicitor, nullis rumoribus inquietor, mecum tantum & cum libellis loquor. O rectam ſynceràmque vitam: ô dulce ocium honeſtúmque, ac penè omni negotio pulchrius. ô mare. ô litus, verum ſecretúmque μουσεῖον. quàm multa inuenitis, quàm multa dictatis. proinde tu

In conſilium rogauit (vt cognoſcerem, & iudicarem: vel, vt ipſi conſulerem. *Inania*) nullius momenti. *Multo magis*) videntur ſuperuacua talia officia. *Seceſſeris*) vacuus eris à curis vrbanis *Frigidis*) inutilibus. Fabius frigidum inane vocat & momentarium. *Laurentino*) rure. quod Laurés etiã appellari poſſe libro ſequenti indicat, vbi totum graphicè deſcribitur. *Corpori vaco*) curo corpus. *Fulturis*) adminiculis. tunc enim animus maximè intenditur, & vires ſuas operatur, cum nullo dolore corpus vexatur. Auſonius, Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus, hoc eſt Viuere, & his vita poſſe priore frui. *Siniſtris*) maledicis, iniquis. *Inquietor*) rarum inuentu verbum apud antiquos, quo tamen Cyprianus frequenter vtitur. *O rectam*) alij legunt ó regiam. i. fœlicem: quia reges putantur fœlices: verùm priorem lectionem probo. *Ocium*) ſtudium literarium. *Negocio*) opere. μουσεῖον) eſt autem muſeũ Muſarũ locus, qualis bibliotheca: nam Athenæus teſtatur, Ptolemæi Philadelphi bibliothecam vocatam muſęum: & Strabo in deſcriptione Alexandriæ, Pars inquit regiarum eſt muſæum, quod ambulacrum habet & exedram & maximam domum, in qua cœnaculum eſt eorum qui muſeo participant, hominum circa diſciplinas verſantium. hic conuentus communes pecunias habet: & ſacerdotem, qui muſeo præeſt: olim à regibus, deinde à Cæſare conſtitutum, & alterum veteri muſeo aſtructum ſub Claudij nomine. eius hiſtoriarum cauſam tradit Suetonius: inſtitutúmque, vt quotannis in altero Cyrenaïcæ libri, altero Carchedoniacæ diebus ſtatutis velut in auditorio recitarentur toti, à ſingulis per vices. [Libanius in monodia, Nicomediæ ædificiorum ruinam deplorans Vbi inquit fora, vbi muſea, vbi templa? Lucianus in ſympoſio multorum virorum ſapientium conuiuium, aſſerit eſſe muſeum.] Ad hæc ſcribit Athenæus, muſeum Græciæ vrbem Athenarum fuiſſe, magis ad diſciplinam doctrinámque, quàm ad ædificia reſpiciens: quanquam Pauſanias libro primo referat Demetrium Antigoni filiũ muro cinxiſſe Athenarum vrbem, muſeúmque appellatum quod erat intra antiquum ambitum è regione arcis, vbi dicunt Muſeum cecíniſſe, & in ſenectute mortuum ibi extructo monumento ſepultum. Plinius ſenior, Muſea, inquit, in ædificiis vocant dependentia

dentia ad imaginem ſpecus arte reddendam. *Inuentis*) datis facultatem inueniendi. *Dictatis*) ſuggeritis. ſenſus eſt, multa per vos excogito & repono. *Proinde*) quare, alibi præterea. *Iſtum*) vrbanum. [*Inanem diſcurſum*) excurſionem vanam, ſine fructu, quæ fit in vita orbica. diſcurſionem eſſe vitam orbicam dixit Seneca: & Martialis, diſcurſus varios] *Ocio*) quieti. *Attilius noſter*) plures extitiſſe Attilios eo tempore lego Plinius duos nominat, Spartianus totidem, Tacitus treis. dubitari forſitan poſſet quem Secundus monſtraſſet, niſi ad Priſcum ſcribens diceret, Noſti Attilij Creſcentis facetias: inibique multis neceſſitudinem cum illo arctam teſtatur. *Facetiſſime*) Facetum non tantum circa ridicula opinor conſiſtere: neque enim diceret Horatius facetum Virgilio genus natura conceſſum. hanc magis excultæ cuiuſdam elegantiæ appellationem puto, ideóque in epiſtolis M. Tullius hæc Bruti verba refert, Ne vlli ſint pedes faceti, ac deliciis ingredientes mollius. & quidam facetum dictum arbitrantur eum, qui facit verbis quod vult. M. Cicero De perfecto oratore, dicacem acrioris ingenij eſſe vult, facetum maioris artis: habent autem facetiæ in narrando vim maximam. *Ocioſum eſſe*) Quieſcere, vacare ab officiis. [vel eſſe in ocio literario, quod honeſtum, iucundum & fructuoſum eſt] *Quàm nihil agere*) Quàm multis rebus inanibus implicari. In eundem ſenſum Mart in Attalum, Eſt non eſt quod agas, Attale ſemper agis. [Nam ſecundum Senecam qui futilia facit, nihil agit.]

quoque ſtrepitum iſtum, inanémque diſcurſum, & multum ineptos labores, vt primum fuerit occaſio relinque, téque ſtudijs vel ocio trade. Satius eſt enim, vt Attilius noſter eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit, ocioſum eſſe, quàm nihil agere. Vale.

C. PLINIVS ATRIO CLEMENTI SVO S.

S*I quando vrbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit, nunc maximè floret. multa claráque exempla ſunt. ſuffecerit nobis vnũ Euphrates philoſophus. Hunc ego in Syria cũ a-*

S*I Quando*) Duo intendit in hac epiſtola Secundus, Euphratem philoſophum laudare à doctrina & humanitate, & Atrio Clementi perſuadere, vt quàm primùm ad vrbem veniat, ſéque Euphratis præceptis expoliendum tradat. eſt inſuper neſcio quod tertium, vbi conqueritur non licere ſibi occupatiſſimo circa quæſturam ærarii eadem facere. Clementes penè innumeros ex diuerſis authoribus colligo floruiſſe Secundi temporibus, ſed hunc Atrium Clementem, ad quem alibi ſcripſit, ex teſtimonio Martialis opinor fuiſſe Patauinum, à quo vxor eius Ateſtina Sabina pro docta epigrammate celebratur. *Quando*) Vllo tempore. *Liberalibus ſtudijs*] Scientiis & diſciplinis quas vocant liberales, quòd homine libero dignæ ſunt. cæterum Seneca ſolam philoſophiam ſentit eſſe liberalem diſciplinam, quòd liberum facit hominem, hoc eſt ſapientem, ſublimem, fortem, magnanimum, cætera puſilla ac puerilia eſſe. Vlpianus titulo De variis & extraordinariis cognitionibus, liberales artes appellat rethoricam, grammaticam, geometriam, medicinam, iuriſperitiam. *Nunc*] Sub Traiano, cùm ſtudia propè extincta reſouerentur. *Clara*] Virorum clarorum [vt Taciti, Iuuenalis, Silii, Martialis, Saturnini, Voconij, Tranquilli.] *Vnum*) Exemplum vnius viri doctiſſimi, qualis Euphrates eſt, [qui Dinone patre genitus (quanquam pro Euphrate apud

Lucianum Eutrates mendoſè legatur] Stoicam ſectam profeſſus, Veſpaſianum ab imperio deterrere conatus eſt, ſub quo vſque ad Adrianum vixit, comparatis maximis diuitiis. contra profeſſionem ſuam. nam vt omittamus Apollonium Tyaneum, multis illum immodicum mercatorem & arrogantem increpantem, Philoſtratus tradit, comparaſſe ſibi diuitiarum fontes: iam enim inter fœneratorum menſas nuncupabatur caupo quæſtuarius, fœnerator, publicanus, nummularius, ad omnia venalia ſe conuertens, foribus potentiorum magis affixus quàm ianitores. voluntaria morte exceſſit è vita. veniam dederat ei Adrianus citra ignominiam & infamiam: vt cicutam ſenectute & morbo ingraueſcente bibere poſſet. hoc refert Dion. *Militarem.*) Tribunus militum eſſem. *In Syria.*) Vbi etiam Artemidorum philoſophum arcta familiaritate complexus eſt. Syria late littora tenet: terráſque etiam latius introrſus aliis aliiſque nuncupata nominibus: nam & Cœle dicebatur, & Meſopotamia, & Damaſcena, & Adiabena, & Babylonia, & Iudæa, & Sophena. eadem ferè Plinius, ex Aſia Pomponii mutuatus. Strabo ita determinat. Syria ſeptentrionem verſus Cilicia & Amano terminatur: à mari ad Euphratis pontem ſtadia interſunt ab Iſſico ſinu vſque ad pontem, qui eſt iuxta Comagenam, dictũm latus terminantia non pauciora quadringentis. orientem verſus terminatur Euphrate & Arabibus Scænitis, qui cis Euphratem ſunt: auſtrum verſus felici Arabia, & Ægypto: occidentem verſus, Ægyptio pelago Iſſicum vſque. Homerum Syrum inſulam Syriam appellaſſe, idem libro decimo protulit.

dolescentulus militarem penitus, & domi inſpexi, amarique ab eo laboraui, & ſi non erat laborandum. Eſt enim obuius, & expoſitus, plenúſque humanitate quam præcepit. Atque vtinam ſic ipſe, quam ſpem tunc de me concepit, impleuerim, vt ille multum virtutibus ſuis addidit. At ego nunc illas miror, quia magis intelligo: quanquam ne nunc quidem ſatis intelligo. Vt enim de pictore, ſculptore, fictore, niſi artifex iudicare: ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Quantum mihi tamen

Penitus) Circa omnia eius ſtudia *Domi*) Familiarius. *Obuius*) Paratus, qui ſe vltrò offert, quod ſignum eſt maximæ humanitatis. *Humanitate.*) Quæ vetat ſuperbum eſſe aduerſus ſocios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus, cõmunem ſe facilémque omnibus præſtat, nullum alienum putat. bonum autem ſuum ideò maxime, quod alicui bonum eſt, amat. & præter hæc quæ recitantur à Seneca, Plato humanitatẽ triplicem inducit: aliã quippe per ſalutationem fieri, vt eum forte obuium quemlibet humanè quis ſalutat, & dextrã porrigens comiter excipit: aliam, cum in caſus varios ærumnáſque iactato quis opem clementer impendit. tertiam, qua cœnas & conuiuia inter ſe homines celebrant. aut igitur ſalutationis officio, aut ope, aut auxilio, aut cõuiuio, frequentíque congreſſu conſtare humanitatem. at Gellius humanitatẽ non eſſe putat, amorem erga homines, quem φιλανθρωπίαν Græci vocant, & ſi ſignificet dexteritatem quandam beneuolētiámque erga omnes homines promiſcuam: ſed humanitatem, quam iidẽ Græci παιδείαν vocant, nos eruditionem, inſtitutionémq; in bonas artes, dicimus: quas qui ſinceriter cupiunt appetúntque, ij ſunt vel maxime humaniſſimi [quam videtur Cicero pro Archia iis verbis expreſſiſſe, Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinculum & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.] *Præcipit.*) Docet. philoſophorum enim dogmata dicuntur. *Atque vtinam.*) Senſus eſt. Euphrates tunc de me bene ſperabat, ſed vtinam tantum poſtea profeciſſem, vt ille ſuas virtutes ſublimiores reddidit *Nunc*) Iam vir & prudentior effectus. quanquã hoc addidit vt vitaret arrogantiam: vbique enim minuit facultatem ſuã. *Pictore*)

cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent & elucent, vt mediocriter quoque doctos aduertãt, & afficiãt. Diſputat ſubtiliter, grauiter, ornaté. frequenter etiam Platonicam illam ſublimitatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus, & varius: dulcis in primis, & qui repugnantes quoque ducat & impellat. Ad hoc proceritas corporis & decora facies, demiſſus capillus, ingens & cana barba: quæ licet fortuita & inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt. Nullus horror in vultu, nulla triſtitia: multum ſeueritatis, reuereаris, vt occurſum non reformides. Vita ſan-

Non iniucundum fuerit referre hoc loco, Apellem pictorem perfecta opera proponere ſolitum tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latentem iudicium vulgi experiri: ferúntque à ſutore notatum quòd in crepidis pauciores anſas vna intus feciſſet: eodem poſtero die ſuperbè ob emendationem priſtinæ annotationis cauillante circa crus, indignatum Apellem denunciaſſe, ne ſupra crepidam ſutor iudicaret. quod & ipſum in prouerbium venit, quo admonemur ne ſupra noſtram artem iudicemus, & conuenit cum Cæcilio, ne ſcilicet iudicemus rem quam non nouimus. *Sculptore.*) Marmorario, ſtatuario, & qui pocula facit [illegible] (quanquam ſint qui diſtinguãt vt ſculptor ſit qui ſcapello ſtatuas effingit: ſtatuarius, qui alio modo) quia apud Plinium caput ſit de ſculptoribus & ſtatuariis. *Fictore*) Qui & figulus dicitur, ex creta & argilla vaſa componens.

Multa) Laudanda. *Aduertant.*) Admoneant, alliciant: ſe cognoſcenda præſtent etiam mediocri doctrina viris. *Afficiant.*) Delectent. *Platonicam ſublimitatem & latitudinem.*) De qua ſic loquitur Fabius. Quis dubitet Platonem eſſe præcipuum, ſiue acumine differendi, ſiue loquendi facultate diuina quadam, & Homerica? multum enim ſupra proſam orationem, quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit, vt mihi non hominis ingenio, ſed Delphico videatur oraculo inſtinctus. diuinũ appellat Columella: & Diogenes Platonicę orationis geminũ ſtilũ, ſed vtrunque ſummum tradit. *Subtiliter*) Refertur ad argumenta. *Grauiter*) Ad ſententias. *Ornate*) Ad eloquium. *Latitudinem.*) Vbertatem, amplam facundiam. reſpexit ad nomen: nam quidam aiunt fuiſſe exercitatum apud Ariſtonem palæſtritam, à quo Platonem pro egregio corporis habitu cognominatum, cum prius Ariſtocles ex aui nomine vocatus eſſet. ſunt qui ob orationis vbertatem & miram latitudinem, ſic appellatum putent, ſiue quòd ampla fuerit fronte, vt Neanthes, authore Laërtio, ſcribit. *Effingit.*) Exprimit. repræſentat. *Varius.*) De rebus diuerſis. ſic enim declinatur faſtidiũ. *Dulcis*) Lenis. mitis. [Dulcedo orationis maximè audientes delectat.] *Repugnantes*) Vitio laborantes, diſſentientes. *Ducat*) Perſuadeat, attrahat. *Ad hæc*) Præterea, accedit illi. poſt animi bona enumerat etiam corporis & fortunæ. *Demiſſus*) Planus: quod eſt indicium facilis ingenii, ſecundum philoſophos. *Ingens & cana barba*) Apollonius Tyaneus in epiſtolis quas ſcripſit aduerſus Euphratẽ, inquit, Baculus erat tibi tunc, & barba cana & ingens, præter hæc nihil. *Fortuita*) Fortunæ bona, quæ Stoici negligunt: putántque veram felicitatem in ſola virtute cõſiſtere. *Acquirunt*) Aſtruunt. [*Vultu*) legitur etiam in cultu: pulchritudo corporis donum dei ſecundum Homerum glorioſiſſimũ eſt.] *Nulla triſtitia.*] Triſtitia & ſeueritas vicinæ ſunt res, ſed hæc datur laudi, illa vitio: ſeuerum appellant grammatici à ſequenda veritate. *Reuerearis*) Ita Euphratem veneraberis, vt non timeas illi occurrere. *Vita ſanctitas*) Integer vitæ, ſceleriſque purus. ſanctitas & ſanctimonia pariter Latine dicuntur: nam & illo Fabius, & hoc M. Cicero vſus eſt verbo: ſed ſanctitudo vocabulum Apuleianum neſcio quid maioris dignitatis habet. ſanctum interdum quod ſacrum &

religioſum, interdum incorruptum. cui ſententiæ videtur accedere Martianus primo.ff. Sanctum, inquit, eſt quod ab iniuria hominum defenſum eſt atque munitum: dictum autem à ſagmine quadam herba, quam legati Romanorum ferre ſolebant, ne quis eos violaret. [Aggenus Vrbicus, ſanctum eſt plerumque vt incorruptum, & à ſanciendo ſanctum dicisur.] & Vlpianus: ſancta proprie dicimus, quæ nec ſacra nec prophana ſunt, ſanctione enim quadam confirmata: vt leges ſanctæ ſunt ſanctione quadam ſubnixæ. quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, & ſi deo non ſit conſecratum. & Donatus ſanctum dixit eſſe quod eſt omni obſeruatione inuiolatum. *Par comitas*) Summa facilitas.

ctitas ſumma, comitas par. Inſectatur vitia, non homines. Nec caſtigat errantes, ſed emendat. Sequaris monentem attentus, & pendens: & perſuaderi tibi, etiam cum perſuaſerit, cupias. Iam verò liberi tres, duo mares, quos diligentiſſimè inſtituit. Socer Pompeius Iulianus, cùm cætera vita, tum vel hoc vno magnus & clarus, quòd ipſe prouinciæ princeps hunc inter altiſſimas conditiones generum non honoribus principem, ſed ſapientia elegit. Quanquam quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet? An, vt magis angar? quod non licet. Nam diſtringor officio, vt maximo,

Inſectatur vitia, non homines) Taxat vitia, non vitioſos: parcit enim nomini malorum. in quam ſententiam ſcripſit de ſuis libellis ad Numatium Martialis. Hunc ſeruare modum noſtri nouere libelli, Parcere perſonis, dicere de vitiis. [Et Lucianus, Demonactem dicit reprehendere vitia, peccantibus veniam dare, more boni medici qui curat morbos, neque iraſcitur ægris.] *Nec caſtigat*) Minis & verberibus. *Emẽdat*) Corrigit verbis blãdis. *Sequaris*) Neceſſe ſequaris. modus dicendi gratior & compendioſior. *Pendens*) Suſpenſus. expectans etiam poſtquam dixerit. [Ouidius. Narrantis coniunx pendet ab ore viri.] *Perſuaderi.*) Vlterius dicendo progredi, & amplius ſatisfacere: tanta erat orationis ſuauitas in eo. *Iam*) Præterea. *Liberi tres*) Sunt illi tres filii. liberi pro filiis ſecundum Caium ſemper proferuntur numero plurium: liberorum appellatione etiam fœminæ intelliguntur: authores ſunt Iuriſconſulti, & ſequẽtia indicant, cùm poſt liberos tres, ſubdiderit duos mares & fœminam quinimmo referẽte Calliſtrato, nepotes & pronepotes cæterique qui ex his deſcendunt, continentur: hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabularum cõprehendit. *Duo mares*) Subaudi & tertiam fœminam. [Lucianus in Dialogo qui inſcribitur Philopſeudes, memorat Euphratem habuiſſe filios duos, quorum alter iuuenis Mnaſon, & minor Euphratides nomine, quindecim annis natus, in palæſtra ſe exercebant, eorúmque matrem nomine Demaneten tunc mortuam viſam ab Euphrate, dum libellum Platonis de anima legeret.] *Inſtituit*) Docet. format. hinc inſtitutiones, primæ inductiones ad bonos mores & diſciplinas, vt Fabij & Iuſtiniani. *Socer*) Euphratis. *Pompeius Iulianus.*) Extant in.ff. frequentiſſimè reſponſa Iuliani Iuriſconſulti celeberrimi. *Cætera vita*) Qui in cætera vita ſua vir clarus extitit, ſed in hac re præcipuè, quòd cùm eſſet inter Syros authoritate & opibus princeps, elegit ſibi generum Euphratem, non dignitate, ſed ſapientia illuſtrem. *Prouincia.*) Syriæ.

Altiſſimas conditiones) Diuitias, nobilitatem, honores quibus Iulianus excellẽbat: an quod magis placet, cũ eſſent multi & natalibus & opibus ac cæteris fortunæ bonis præſtantes, qui nuptias filiæ ſuæ ſtudioſe peterẽt. *Plura*) Scribam. *Viro*) Euphrate. *Frui*] Propter occupationes publicas. *An*) Plura dicam. *Magis angar.*) Magis crucier cùm ſæpius illius, quo non vt volo frui licet, mentionem faciam. *Diſtringor*) Occupor. *Officio*) Præfectura ærarij, in qua collegam habui Cornutum Tertullum. *Vt maximo ſic moleſtiſſimo*)

Eadem repetit in fine orationis panegyricæ: nondũ, inquit, biennium compleueramus in officio laborioſiſſimo & maximo.

ſic moleſtiſſimo. Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas, ſcribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas. Soleo nonnunquam

Præfecti ærario, & ante hos, Quæſtores, Prętores, Tribuni (ſic enim inuenio mutata nomina pręfectorum ærario) pecunias quoquomodo expenſas & acceptas in tabulas publicas reponebant. nam inter cætera legatis ſumptum dabant, & quæ ad rempublicam ſpectare videbantur, diſtrahebant. *Pro tribunali.*) In ſuggeſtu. tribunal eſt vbi iudex ſedet populo ius dicturus. pro tabulatis excreſcentibus Plinius ſenior vtitur. Fabius notat eos, qui tribunale quàm tribunal malunt dicere. *Libellos*) Quos vulgò ſupplicationes appellamus. quare ſupplices & querulos interdum Martialis vocat. Secundus pro accuſationibus alibi poſuit. & Vlpianus pro denunciatione, ferè in idem concurrente Apuleio: qui tamen in Aſino ſuo pro forma præconij vſus eſt. Fabius etiam fieri libellos breui annotatione memoriæ cauſa teſtatur: at libella fabrorum & agri diuiſorum & inſtrumentum *Subnoto*) Subſcribo, confirmo. *Tabulas*) in quibus rationes ærarij reponebant quanquam legerim apud Capitolinum, præfectos ærario tabulas publicas habuiſſe, quibus nomina ingenuorum puerorum referebant, vt ſi fortè aliquis cauſam liberalem diceret, teſtationes inde produceret, quod Antoninus philoſophus etiam per prouincias inſtituit. *Illiteratiſſimas literas*) Inornatas, forenſes, vulgares, ſtilo infimo, quibus vtuntur rationarij [in] nominibus: quem locum minùs feliciter Sidonius conatus eſt imitari. Illiteratiſſimis, inquit, literis vacant. videamus: ſi placet, non importunè, an omnes tunc Latinè loquerentur, & quid ſit Latinè loqui: quod ſane nihil aliud eſt, quàm vti lingua Latia, & Romana: nam Cicero inquit, non tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire: neque tam id mihi oratoris boni, quàm ciuis Romani proprium videtur. & Pollionem legimus iuſſiſſe filios loqui Latinè, adeo vt Græcè vel difficile, vel rarò loquerentur. Liuius libro primo ab Vrbe condita, Magna pars Fidenatium, vt qui coloni additi Romani eſſent, Latinè ſciebant. & à Varrone Fabióque, vbi de analogia diſputatur, quæritur, an aliud ſit Latinè loqui, aliud grammaticè: nullam enim loquendi legem, ſed obſeruationem quidam voluere, vt ipſam analogiam nulla res alia fecerit, quàm conſuetudo. quare Vitruuius ſe excuſat, ſi quid cõtra grammaticam locutus ſit, quaſi Latinè ſcripſerit, & non grammaticè: vtitur enim interdum verbis quę grammaticus non admitteret. quamuis interdum Latinè loqui, ſumatur pro eleganti ſermone vti: hinc Iuuenal. dixerat: Cùm ſit turpe magis noſtris neſcire Latinè & Seneca Epiſtolarum quinto: Nunc vulgò breuiarium dicitur, olim cum Latinè loqueremur, ſummarium vocabatur. Ex verbis M. Tullij colligitur, grammaticam paulo ante ſuum ſeculum in vrbem inuectam: cùm ſit, inquit, quædam certa vox Romani generis, vrbíſque propria, in qua nihil offendi, nihil animaduerti poſſit, nihil ſonare aut olere peregrinum. hanc ſequimur: neque ſolùm ruſticam aſperitatem, ſed etiam peregrinam inſolentiam fugere diſcamus equidem cùm audiô ſocerum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, quòd multorum ſermonum expertes ea tenent ſemper, quæ didicerunt prima) ſed etiam ſic audio, vt Plautum mihi, aut Neuium videar audire. ſono ipſo vocis ita recto & ſimplici eſt, vt nihil oſtentationis, aut imitationis afferre videatur: ex quo ſic locutum eius patrem iudico, ſic maiores: & ſunt præcepta Latinè loquendi quæ puerilis doctrina tradit, & ſubtilior cognitio, ac ratio literarum alit, aut conſuetudo ſermonis quotidiani, ac domeſtici libri cõfirmant, & lectio veterum oratorum. Cæſar quidem ſolum, & quaſi fundamentum oratoris. vides elocutionem emendatam & Latinam, cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut ſcientiæ, ſed quaſi bonæ conſuetudinis. Mitto C. Lælium, P. Scipionem: ætatis illius iſta fuit laus tanquam innocen-

tiæ, Latinè loquendi, nec omnium tamen: nam illorum æquales Cælium & Pacuuium, male locutos videmus: ſed omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries in domeſtica infuſcauerat, rectè loquebantur: ſed hanc certè rem deteriorem vetuſtas fecit & Romæ & in Gręcia. confluxerunt enim Athenas & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes ex diuerſis locis: quo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda quàm abſterſa ratio, quæ mutari non poſſit, nec vtendum prauiſſima conſuetudinis regula. T. Flaminium, qui cum Q. Metello conſul fuit, pueri vidimus, exiſtimabatur bene Latinè loqui ſed literas neſciebat. Cæſar autem rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendat. declaratur ergo Latinè loqui, nihil aliud fuiſſe, quàm vti verbis Romanis, propriis, & incorruptis, etiam non adhibita grammaticæ ratione, & fuiſſe tempus, quo omnes Romani ſine vlla regula Latinè loqui poterant, & aſſueuerant: poſtea in vrbem confluentibus aduenis, & priſcorum lingua perturbata paulatim deflexiſſe ad vernaculam noſtram. quod qui tunc erant ingenio acutiſſimo cernentes, de grammatica & Latinitate certas regulas tradidere: nam & Tranquillus in libello De grammaticis, ędifferit ſero grammaticam in vrbem Romam inuectam, ſcilicet inter ſecundum & tertium bellum Punicum, & vulgares ſermones fuiſſe meminit [ibidem, ac etiam in Auguſto vbi ſcribit eundem dicere ſolitum betizare pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur:] ac Plinius Latine Græcos edoctos. conqueritúrque Iuuenalis linguam peregrinam in vrbem introductam. & Apuleius in limine ſuæ Metamorphoſeos, aſſerit ſe linguam Latinam didiciſſe nullo præeunte magiſtro, verum labore ęrumnali. quòd ſi omnes tunc Latinè locuti fuiſſent, quid opus erat ſummo cum labore per ſe literas diſcere, cum in vrbe verſaretur? verum quia tunc non cõſuetudine, vt prius, ſed grammaticorum præceptis literas diſcebant Romani, dixit ærumnali labore: neque tamen id admodum mirabile, ſi Apuleius per ſe literas Latinas didicit, cum noſtra tempeſtate Benedictus Iouius Comi natus per ſe Græcas edidicerit. quòd autem Marcus Tullius ſecundo Tuſculanarum refert, ſuas orationes iudicio multitudinis approbatas, popularem enim facultatem eſſe, & effectum eloquentiæ: non ideo crediderim, omnes dicendi vim ſenſúmque percepiſſe, ſed alios aliqua, quoſdam pauca admodum, vt nunc aſſolet in concionibus pro fide, pleroſque inſuper nihil intelligẽtes laudaſſe ſupra cæteros.

(nam idipſum quandoque contigit) de his occupationibus apud Euphratem queri. Ille me conſolatur. affirmat etiã eſſe hanc philoſophiæ, & quidẽ pulcherrimam partem, agere negotiũ publicum, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiam, quæque ipſi doceant in vſu habere. Mihi tamen hoc vnum non perſuadet, ſatius eſſe iſta facere, quàm cum illo dies totos audiendo, diſcendóque conſumere. Quo magis te, cui vacat, hortor: cùm in vrbem proxime veneris (venias autem ob hoc maturius) illi

Quandoque) Raro. *His*) Meis. *Hanc partem*) Negocia publica tractare, quæ moralis philoſophia dicitur: pertinet ea ad ciuiles actiones, qua vtuntur qui rempublicam adminiſtrant. nam illam ſapientes in treis partes diuiſerunt, moralem, naturalem, rationalem. Epicurus in canonicam, phyſicam, ethicam: alij in phyſicam, ethicam, dialecticam. Plato primus tripartitam philoſophiam copulauit, ſibíque inuicem neceſſarias partes aſſeruit, neque inter ſe tantummodo non pugnare, ſed etiam mutuis ſe adiuuare auxiliis oſtendit. hæc ſumpta ab Apuleio. *Agere negotium publ.*) Tractare res ad vtilitatem publicam ſpectantes. [Quare Cato apud Lucanum dicebat, non ſibi ſed toti genitũ ſe credere mundo.] *Cognoſcere*) Audire diſceptantes, exami-

eξaminare. *Promere*) Diſcernere, explicare, declarare. *Ipſi*) Philoſophi. *In vſu h.*) Agere: quod maius eſt quàm docere. *Non perſuadet hoc vnum*) Vt credam melius eſſe ius dicere, quàm illum audire: tanto deſiderio teneor fruendi illo viro. *Cui vacat*) Eſt ocium, qui vacuus eſt à negociis publicis. *Proxime*) Quàm primum. *Ob hoc*) Vt audias Euphratem. *Maturius*) Celerius quàm decreueras. *Limandúmque*) Emendandum à vitiis per philoſophiæ præcepta. *Vt multi*) Solent inuidere aliorum bonis. Multi autem, mali, more Græcorū. *Inuideo bonum*) Elegātius: quàm inuideo bono. *Senſum*) Titillationem, cognitionem cum delectatione. *Supereſſe*) Licere: vel potius abundare tradente Gellio.

te expoliendum limandúmque permittas. Neque enim ego (vt multi) inuideo aliis bonum, quo ipſe careo: ſed contrà ſenſum quendam, voluptatemque percipio, ſi ea quæ mihi denegantur, amicis video ſupereſſe. Vale.

C. Plinivs Ivsto S.

Olim nullas. Cōqueritur familiariter de Fabio Iuſto, quod tamdiu nihil ſcriberet. *Olim.*) Iampridem. *At hoc ipſum ſcribe*) Æmulatus eſt M. Cic. qui ad Atticum inquit: Tu mihi & ſi nihil erit quod ſcribas, tamen idipſum ſcribas velim, te nihil habuiſſe, quod ſcriberes. *Priores*) Veteres: quos ex teſtimonio M. Tullii licet cognoſcere ſolitos in epiſtolis præponere, Si vales bene eſt, ego quidem valeo: quinimo Seneca libro Epiſtolarum ſecundo inquit, Mos antiquis fuit vſque ad meam ætatem ſeruatus, primis epiſtolæ verbis adiicere, Si vales bene eſt, ego valeo. *Hoc*) Vt ſignifices te bene valere. [Imitatio Ciceroniana qui libro quarto ad Atticum vbi inquit, nihil erit quod ſcribat, vel ipſum ſcribat.] *Maximum*) Plurimi facio ſcire tuam bonam valetudinem. *Serio*) Grauiter, verè. ſerium enim triſte & ſine riſu dixit antiquitas. extat Afranij authoritas apud Nonium. non ego te noui, triſtem, ſeuerum, ſerium. ſed iuniores etiam hoc vſi ſunt, qualis Capitolinus, referens Antoninum philoſophum, virum ſerium & grauem. ſerium etiam ſubſtantiuum in frequenti vſu. Fabius, Aut aliquod iocis ſeriuḿ quoque eſſet admixtum. & Curtius, itaque res in ſerium verſa eſt. at ſerius comparatiuum à ſero diuerſæ ſignificationis eſt. *Neſcire*) Non admoneri.

Olim nullas mihi epiſtolas mittis. Nihil eſt inquis, quod ſcribam: at hoc ipſum ſcribe, nihil eſſe quod ſcribas: vel ſolum illud, vnde incipere priores ſolebant, Si vales bene eſt, ego valeo. Hoc mihi ſufficit. eſt enim maximum. Ludere me putas? ſeriò peto. fac ſciam quid agas: quod ſine ſollicitudine ſumma neſcire non poſſum. Vale.

C. Plinivs Calestrio Tyroni S.

Iacturam) Corœlii Rufi voluntariū obitum propter lōgam, & intolerandam pedum ægritudinem in ſinu amici Caleſtrii deflet, ſéque ideò maxime affligi teſtatur,

Iacturam grauiſſimam feci, ſi iactura dicenda eſt tanti viri amiſſio. deceſſit Corellius Rufus, & quidem ſponte, quod dolorem

meum exulcerat. Eſt enim luctuoſiſſimum genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis videtur. Nam vtcunque in illis qui morbo finiuntur, magnum ex ipſa neceſſitate ſolatium eſt: in iis verò quos accerſita mors aufert, hic inſanabilis dolor eſt, quòd creduntur potuiſſe diu viuere. Corællium quidem ſumma ratio, quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt, ad hoc conſilium compulit: quanquam pluримas viuendi cauſas habentem, optimam conſcientiam, optimam famam, maximam autoritatem: præterea filiam, vxorem, nepotem, ſorores,

quòd amiſerit vitæ ſuæ teſtem, rectorem, & magiſtrum. fuerunt iiſdem temporibus Tyrones tres, Caleſtrius Tyro, ad quem alibi Cæcilius, qui etiam meminit Iunii Tyronis: tertius Aponius Tyro. *Feci iacturam*) Paſſus ſum damnum, quòd amiſi Corœllum meæ vitæ moderatorem. *Si iactura*) Dubitat an hoc verbum iactura conueniat tantæ calamitati, perinde ac ſi aliud verbum perquirat, quo ſignificantius atrocitatem mali oſtenderet. *Corœlius Rufus*) Corœlium equitem Ro. Ateſte genitum, ſuomet ſurculo caſtaneam inſeruiſſe in Neapolitano agro ſcribit Plinius auunculus, quæ ab ipſo nomen inter laudatas accepit. fuit Corœlius Rufus, iuriſconſultus ſpectariſſimus, à Cæcilio cum admiratione dilectus: à quo in petendis honoribus ſuffragator & teſtis aſſumptus, in inchoandis deductor, ingerendis conſiliarius: vnde Plinius vt paria Corœlio faceret, poſt eius obitum Corœlii ſororem & filiam ſemper tuitus eſt. dum Corœlius viueret, fuit ſummæ authoritatis apud Neruam imperatorem: moritur autem ſub Traiano.) *Spõte*] Volũtaria morte deceſſit. *Exulcerat*) Exaſperat, auget, (recrudeſcit) renouat. ſic dum mortem Auiti deflet apud Marcellum, quod, inquit, vel maximè dolorem meum exulcerat. ſæpius vtimur teſtimonio Cæcilii, vt oſtendamus quàm ſibi ſimilis vbique ſit. Vlpianus ex autoritate Neratii reſpondit: Qui manus ſibi intulerint tædio vitæ, lugeri ſolent, nequaquam qui mala conſcientia. *Quæ non ex n. n f. v.*) Voluit tribus humanam contineri vitam, natura, fato, fortuna: naturæ c. & xx. annos conceſſos eſſe, fato lxxxx. fortunæ omnes alios caſus, vt ſunt ruina, incendia, naufragia, venena, voluntariæ mortes vnde Virg. de Didone dixit. Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore. M. Tull. in Philipp. Multa mihi imminere videbantur præter naturam, præterque fatum. *Vtcunque*) Quomodocunque, aliqua ratione Apuleius lib. vi. certè calculo cunctorum, vtcunque mors ei fuerat deſtinata. *Finiuntur*) Intereunt. *Neceſſitate*) Fato: quo mortales ægritudine & morbo intereunt citra lxxxx annum, modò ſerius, modò velocius ſecundum fata, quæ refert Sene. ius ſuum peragere, nec vlla commoueri prece, non miſereri, non flecti gratia. ſeruant curſum irreuocabilem, ingeſta & deſtinata fluunt, quemadmodum rapidorum aqua torrentium in ſe non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem ſuperueniens præcipitat. ſic ordinem fati æterna ſeries regit, cuius hæc prima lex eſt, ſtare decreto. quod enim intelligis fatum, exiſtimo neceſſitatem rerum omnium, actionúmq;, quam nulla vis rumpat. *Quos accerſita m. a.*) Qui manus ſibi inferunt, & ſponte moriũtur. *Potuiſſe*) Si voluiſſent ipſi. *Summa r.*) Libro Epiſtolarum x. quærit Sen. mors occupanda ne ſit, an expectanda: & demũ pluribus concludit, potius eſſe occupandã. *Pro n.*) Loco fati. *Hoc con.*) Sponte moriendi. *Optimam c.*) Laudat Corœlium à bonis animi & quæ ab his deſcendunt, vt à fama & authoritate. deinde à bonis fortunæ. *Filiam*) Corœliam Hiſpullam. *Vxorem*) Hiſpullam. *Nepotem*.) Filium Corœliæ Hiſpullæ bonæ indolis. *Sorores*) Quarum altera Corœlia Fuſco erat matrimonio coniuncta. *Pignora*) Cognationes: in quem ſenſum bis in oratione pa-

negytica vſurpat, hoc vocabulo latius vſus quàm apud alios, præter vnum Tacitum, inuenerim: hic enim lib. xvi. Hiſtoriarum, inquit, ne in cætera pignora ſæuiret: non ſolùm filiam, ſed & generum, & alios cognatos intelligens: ideo pignora appellata, quia ſunt amoris hypothecæ. ſed propriè liberos pignora dicimus, tāquam vinculum certiſſimum inter maritum & vxorem. aliàs pignus ſecundum Vlp. eſt quod ad creditorem tranſit: at Caius dicit, pignus propriè rei mobilis conſtitui.

intérque tot pignora, veros amicos. Sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, vt hæc tanta precia viuendi mortis rationibus vincerentur. Tertio & triceſimo anno (vt ipſum audiebam) pedum dolore correptus eſt. Patrius hic illi. Nam plerumque morbi quoque per ſucceſſiones quaſdam, vt alia, traduntur. Hunc abſtinentia, ſanctitate, quoad viridis ætas, vicit & fregit. nouiſſimè cum ſenectute ingraueſcentem, viribus animi ſuſtinebat. cùm quidem incredibiles cruciatus, & indigniſſima tormenta pateretur. Iam enim dolor non pedibus ſolis, vt prius, inſidebat: ſed omnia membra peruagabatur) veni ad eum Domitiani temporibus, in ſuburbano iacentem Serui è cubiculo receſſerunt. habebat enim hoc moris, quoties intraſſet fidelior amicus: quinetiam vxor, quanquam omnis ſecreti capaciſſima, digrediebatur. Circumtulit oculos, & cur (inquit) me putas hos tantos dolores tandiu ſuſtinere? vt ſcilicet iſti latroni vel vno die ſuperſim. Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet quod optabat. Affuit

Longa) Per tertium & trigeſimum annum. *Iniqua*) Dura, crudeli. *Conflictabatur*) Cruciabatur. *Precia*) Prædicta pignora. *Pedum d.*) Podagra. *Vt a.*) Narrantem, ſume extrinſecus. *Patrius h. i.* Hic morbus erat in patre Corœlii, vnde non ſua intemperantia, ſed ex genitura parentis podagra correptus eſt: nam Galenus aſſerit, quoſdam morbos, veluti podagram & artericam ex hæreditate tradi: quia ſperma in parente vitiatum neceſſariò filiorum pedes debilitat Auicenna etiam ſuperioribus addidit phthiſin & lepram. *Nam p. m.*) Quod etiam Columella lib viij. notauit, paternæ inquit notæ plerunque natis inhærent. [Et Plinius ſeptimo, vulgatum eſt ſigna quædam næuóſque & cicatrices etiam regenerari] *Vt alia*) Effigies, geſtus, mores, patrimonia tranſmittuntur filiis. *Hunc*) Morbum. *Abſtinentia*) Parce viuendo. ad cibos refertur. *Sanctitate*) Modeſtia, à rebus venereis. *Viridis ætas*) Iuuenis & fortis. *Ingraueſcentem*) Inualeſcentem, crudeſcentem. *Cum ſenectute*) Qua multæ ægritudines magis augētur. *Viribus animi*) Conſtantia. *Incredibiles*) Immenſos. *Inſidebat.*) Occupabat. *Omnia membra*) Totam corporis compaginem. *Iacentem*] Laborantem podagra. *Domitiani temporibus*) Imperante Domitiano. nam cùm hæc ſcriberet, Traianus regnabat. [*Habebat ei*) Corœllius. legitur etiam loco is, egim] *Hoc moris*) Vt iuberet ſeruos faceſſere è thalamo. *Intraſſet*) Cubiculum. *Fidelior*) Cōparatiuū pro poſitiuo. *Vxor*) eius, Hiſpulla. *Secreti capaciſſima*) Cui omnia arcana tua committeres. *Circumtulit oculos*) An alij adeſſent præter quàm Cæcilius, viſurus. *Iſti latroni*) Màle intelligunt qui de podagra locutum ſentiunt, quòd ſcilicet hic morbus etiam latera inuaſerat. nullum enim id ſecretum, ſed potius Domitianum indicaſſe dicimus, ſe auarè & crudeliter in principatu gerentem. optabat igitur Corœlius tandiu viuere donec interitum Domitiani videret:

tamen deus voto, cuius ille compos, vt iam ſecurus libérque moriturus, multa illa vita, ſed minora, retinacula abrupit. increuerat valetudo, quam temperantia mitigare tentauit, perſeuerantem conſtantia fugit. Iam dies alter, tertius, quartus, abſtinebat cibo. miſit ad me vxor eius Hiſpulla communem amicum C. Geminium cum triſtiſſimo nuncio, deſtinaſſe Corellium mori: nec aut ſuis aut filiæ precibus flecti, ſolum ſupereſſe me, à quo reuocari poſſet ad vitam. Cucurri: perueneram in proximum, cùm mihi ab eadem Hiſpulla Iulius Atticus nunciat, nihil iam ne me quidem impetraturum: tam obſtinatè magis ac magis induruiſſe. dixerat ſanè medico admouenti cibum, κέκμηκα. quæ vox quãtum admirationis in animo meo, tantum deſiderij reliquit. Cogito quo amico, quo viro caream. Impleuit quidem annum ſeptimum & ſexageſimum, quæ

ſic poſtea libenter moriturus. *Dediſſes*) More ſuo ſubtraxit, ſi: quod etiam Martialis in tertio fecit, Audieris, dices eſſe Maronis opus: pro ſi audieris. & alij iuniores. ſenſus eſt, ſi ita corpore ſicut animo valuiſſet, ſuperuixiſſet Domitiano, quod optabat, & deus præſtitit. nam libro octauo ad Quadratum, vbi de vltione Heluidii tractat, vero verius oſtenditur Corœlium ſuperfuiſſe Domitiano: vt omittam per quæ alibi ſignificat, non ſolũ ſe vixiſſe ſub imperatore Nerua, ſed etiã honores geſſiſſe. *Cuius ille compos*) Quod votum conſecutus: nam voti compotem dicimus eum, qui quod intendit obtinuit. *Securus*) Relicta republica melioribus auſpiciis. *Liber.*) Sub Traiano optimo principe, qui libertatem per Neruam reductam, in melius & maius augebat. *Illa multa retinacula*) Cognationes, amicos, bonam conſcientiam, & reliqua. Retinacula. quæ retinere potuiſſent Corœlium in vita, ſed minora quàm rationes quæ contrà occurrebant. *Abrupit*) Intercl- dit, neglexit. *Valetudo*) Podagra. *Conſtantia fugit.*) Non potuit vlterius pati quamuis contrà niteretur. *Quartus*) Erat quo. *Hiſpulla*) Hiſpullæ meminit Iuuenalis, & Cæcilii amitam fuiſſe lego. *Geminium.*) Ad quem plures extant Cæcilii epiſtolæ, [& ad Traianum idem inquit, Roſianum Geminium ſibi beneficiis in eum collatis arctiſſimè deuinctum: nã quæſtor Plinius in conſulatu fuit, ſummámque illi reuerentiam in eo officio & pòſt præſtitit: commendat itaque illum Imperatori ab integritate, probitate, induſtria: tum quòd eius commilito fuit.] Papinius inſuper ad legem Iuliam de adulteriis, retulit Adrianum reſcripſiſſe C. Roſiano Geminio. [Geminii fit mentio in memoriis Mediolanenſibus & apud Forum Iulii L. Geminii Meſii curatoris ærarii Mediolanenſis.] *Communem*) Meum & Corœlii. *In proximum*) In propinquũ ædium. *Ab Hiſpulla*) Nomine Hiſpullæ. *Iulius Atticus.*) Cuius eloquentiam & Græcam facundiam cum familia laudat Martialis libro vii. Atticæ facundæ renouas qui nomina gentis, Nec finis ingentẽ conticuiſſe domum. Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruę, Te ſecreta quies, te ſophos omnis amat. Atticum eximiè cœnaſſe tetigit Iuue. Iulius Atticus tempeſtate Columellæ laudem meruit, quòd de vna ſpecie culturæ pertinentis ad vites, ſingularem librum edidit. *Induruiſſe*) Omnino mori decreuiſſe. [Imitatio Catulliana, iam Catulle obſtinatus obdura.] *Admouenti.*) Porrigenti. κέκμηκα) Vixi cum labore. ſuſtinui [mortuus ſuum: κεκμηκότας enim ſecundum Pollucem mortuos appellat Thucydides, & Ariſtoteles in Ethicis:] præteritum irregulare à verbo κάμνω id eſt laboro. alia exemplaria habent κέκρικα id eſt decreui, ſcil. mori ἀντὶ τοῦ κρίνω. *Deſiderij*) Expectationis Corœlii abſentis & amiſſi. *Robuſtiſſimis*) Sano corpore vigentibus, nullo morbo concuſ-

ſis

ætas etiam robuſtiſſimis ſatis longa eſt. Scio, euaſit perpetuam valetudinem: Scio, deceſſit ſuperſtitibus ſuis: florente republ. quæ illi omnibus ſuis charior erat, & hoc ſcio. Ego tamen, tanquam & iuuenis & fortiſſimi morte doleo: doleo autem, licet me imbecillum putes, meo nomine. Amiſi enim, amiſi vitæ meæ teſtem, rectorem, magiſtrum. in ſumma dicam, quod recenti dolore contubernali meo Caluiſio dixi, Vereor ne negligentius viuam. Proinde adhibe ſolatia mihi: non hæc, Senex erat, Infirmus erat (hæc enim noui) ſed noua aliqua, ſed magna, quæ audierim nunquam, legerim nunquam. Nam quæ audiui, quæ legi, ſponte ſuccurrunt, ſed tanto dolore ſuperantur. Vale.

ſis. *Euaſit*) Morte, quæ malorum finis eſt, omnia abſcidit & deuorat: mors adeò extra omne malum eſt, vt ſit extra omnem malorum metum. author Seneca. *Florente republ.*) Sub Traiano. *Et hoc ſcio*) Repetitio. [dolorem exprimens] *Imbecillum*) I. inconſtantem, minus fortem aduerſus calamitates. *Meo nomine*) Mea cauſa. *In ſumma*) Quod [M. Tullius &] Martialis, ad ſummam omnium dixit. hoc dicendi genere vtimur, cùm aliquid concludimus. *Recenti*) Nuper mortuo Cornelio. *C. Caluiſio*) Cuius in memoriis marmoreis fit mentio: fuit is Secundo arctiſſima familiaritate coniunctus, vnde hic & alibi ſuum contubernalem appellat. validiſſimè etiam amauit Caluiſium nepotem, C. Caluiſium arcta propinquitate complectentem: erat enim filius ſororis [C. Caluiſij Ianuarii Pontificis monumentum extat adhuc Mediolani, quod ei Caluiſia Rufina filia fecerat. Caluiſianæ actionis Iuriſconſulti meminere. *Negligentius*) Ocioſius: minori cura. *Proinde*) Quare. *Noua*) Inuſitata, incognita.

C. PLINIVS SOSIO SENECIONI S.

Magnũ prouentũ poëtarũ annus hic attulit. Toto mẽſe Aprili nullus ferè dies, quo nõ recitaret aliquis. Iuuat me quòd vigẽt ſtudia, proferunt ſe ingenia hominum, & oſtentant: tametſi ad audiendum pigrè coïtur, plerique in ſtationibus ſedent, tempúſque audiendi fabulis conterunt, ac ſubinde ſibi nũ-

Magnum) Laudat ſua tempora, quibus ingenia longè proferebantur, ſed auditorum ignauiam notabiliter taxat. ſe verò aſſerit omnium recitationibus adfuiſſe, inde tardius quàm decreuerat in vrbe reſtitiſſe. Hic Soſius Senecio, alius fuit ab Herennio Senecione. ad eum ſcripſit Plutarchus Dionis vitam, quanquam pro Soſio mendoſè legatur Socio. *Prouentum.*) Copiam. *Nullus fere dies fuit.*) Accedit Cæcilianæ ſententiæ Martialis eo carmine, Auditur toto ſæpe poeta die. & Iuuenalis longa recitatione columnas ruptas exaggerat. *Proferunt*) Extendunt. *Oſtentant*) Frequenter recitando. *Coitur*) Conuenitur. *Plerique*) Auditorum. *Stationibus*) In locis publicis, in quæ poſt negocia ſolent ciues conuenire confabulandi, vel potius deſidendi gratia. dicta ſtatio, quod ibi ad tempus ſtatur, de qua locutus Iuuenalis, omnes conuictus, thermæ, ſtationes: item locus in quo naues ſtant ad tempus, & vbi milites ad tutelam ſtant, ſiue caſtro-

rum, ſiue oppidorum. interdum pro cuſtodia, vt apud Tranquillum, abducta ſtatione militum. aliquando pro ſtatu & conditione. Secundus in Panegyrica oratione, Non te læta & proſpera ſtationis huius, ſed aſpera & dura ad capeſſendam eam compulerunt. Vlpianus titulo de Fluminibus, cum Seruio grammatico conuenit, ſtationem, inquit, dicimus à ſtando. is locus demonſtratur vbicunque naues tutæ ſtare poſſunt. [*Audiendi*] legitur etiam audiendis.] *Subinde*) Frequenter. in qua ſignificantia præter ipſum alibi [Valerius de Matello ſcribens, Caſtrorum ſubide locũ mutauit: &] Columella interdum vtitur, Stabula boum ſubinde emundanda, & equas ſubinde reſpicientes ſcribendo. Martialis pariter, vt libro primo, Interponis aquam ſubinde Ruſe. & quarto. Quid me Thai ſenem ſubinde dicis. Tranquillus in Iulio Cæſare, ſubinde ſe obſeruandum admonens. quinetiam Liuius prædictis antiquior, Ni ſubinde auro principum animi concilientur. [Plinius libro octauo. Atque in recentem ſubinde transfertur. Et eodem capite, Ex eo ſubinde cernitur. Item, ad arborem ſubinde experientes. Et capite de Chameleonte, Mutat namque colorem ſubinde & oculis & cauda & toto corpore.]

tiari iubent an iam recitator intrauerit, an dixerit præfationem, an ex magna parte euoluerit librum: tum demum, ac tunc quoque lentè, cunctantérque veniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt: alij diſſimulanter & furtim, alii ſimpliciter & liberè. At hercule memoria parentum, Claudium Cæſarem ferunt, cum in Palatio ſpatiaretur, audiſſétque clamorem, cauſam requiſiſſe: cúmque dictum eſſet, recitare Nonianum, ſubitum recitanti inopinatúmque veniſſe. Nunc ocioſiſſimus

Intrauerit) Auditorium. *Præfationem.*) Eſt præfatio, quæ ante opus præponitur, conſilium ſcriptoris, & ſummam totius operis breuibus explicans: nec eſt pars operis, vt quidã exiſtimant, cùm dicatur omnino opus eſſe perfectum ſine præfatione. ideò inuentæ ſecundum Caium Iuriſconſultum præfationes, quòd libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducant, & cùm illuc venerimus, eius euidentiorem præſtant intellectũ. *Euoluerit*) Recitauerit. *Tunc*) Poſt dimidiam operis recitationem. *Veniunt*) Ad audiendum. *Permanent*) Vſque ad finem recitationis. *Diſſimulanter*) Cum aliqua ſtropha & falſa excuſatione) *Furtim*) Lectore non vidente. *Alij ſimpliciter*) Quidam palàm diſcedunt ſine vllo prætextu profectionis. *Memoria parentum*) Temporibus noſtrorum parentum, paulò ſupra ætatem noſtram. [ita ſolebant maiores noſtri dicere.] *Claudium Cæſarem*) Quem Tranquillus aſſerit fuiſſe pertinaciter liberalibus ſtudiis deditum, ac multa ſcripſiſſe Græcè & Latinè. *In Palatio*) Vocatur Palatium, authore Dione, domus regia Romanorum imperatorum, vbi Cæſares prętorium habebant [quod] olim Romuli domus, non procul à Tiberi, ferè in media vrbe. P. Victor in decima regione locat. antea Pallantium ſiue Pallanteum dictum, à Pallanteo vrbe Arcadiæ, vel à Palatio vrbe in agro Rheatino: alii quòd palantes illuc cum Euandro venerunt: quidam à Palantia vxore Larini: ſiue quòd ibi pecus paſcens balare, vel palare, ideſt errare conſueuit. alii à Palantia Hyperborei filia, quæ ex Hercule Latinum peperit. alii quòd Pallas ibi ſepultus ſit: quam opinionem Dionyſius arguit, tradens, Palantinum collem palatium dictum, confundente tempore certitudinem, & multis inconuenientium etymologiarum materiam præbente. *Nonianum*) Fuit Seruilius Nonianus, quem Plinius ſenior conſulem vidit, & Quintilianus audiuit, ingenio clarus, & ſententiis creber, minus preſſus quàm hiſtoriæ authoritas poſtulabat. *Inopinatum*) Præter expectationem. Laudatur Auguſtus à

Sue-

Suetonio, quòd recitantes & benignè & patienter audiuerit. *Recitanti*)Suas hiſtorias. *Identidem*) Sæpius. Liuius ab vrbe condita, Identidem, nequis violaret, Thaſſalio ferri clamitatum eſt. Apuleius, Identidem boaut, non, non. Curtius illa malis fatigata: identidem mulieris adhibere blanditias. Cato in re ruſtica, Quaſſato ſuppletóque identidem. & Columella, locus identidem runcandus M. Tullius pro Roſcio, illum identidem monere. Tranquillus: Caligula inuocare identidem atque expectare lucem conſueuerat. [Valerius, non fatigabor eiuſdem facta identidem referendo. Et paulò pòſt, Profectionem identidem exprobrante,& alibi interdum.]

quiſque multò antè rogatus,& identidẽ admonitus aut,nõ venit,aut,ſi venit,queritur ſe diẽ, quia nõ perdiderit,perdidiſſe. ſed tantò magis laudandi probandique ſunt quos à ſcribendi recitandique ſtudio hæc auditorum vel deſidia vel ſuperbia non retardat. Equidem propè nemini defui. erãt ſanè plerique amici. Neque enim eſt ferè quiſquam qui ſtudia, vt non ſimul & nos amet. His ex cauſis longius quàm deſtinaueram, tempus in vrbe conſumpſi. Poſſum iam repetere ſeceſſum & ſcribere aliquid, quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus affui, non auditor fuiſſe ſed creditor. Nam vt in cæteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia ſi repoſcatur. Vale.

Queritur ſe diem, quia non perdiderit, perdidiſſe.) Senſus eſt, vnuſquiſque ignauus lamentatur, ſi adfuit recitationibus, perdidiſſe diem in re inutili, cùm verè non perdiderit recitantes audiendo, ſed potius perdidiſſet ſi deſediſſet, & totum diem fabulis contriuiſſet. nam deſides interpretabãtur ſe perdere diem, dum illum audiendo tranſmitterent: verùm Secundus, dum ocioſi nugantur: clarior tamen ſcriptura. quem non perdiderit. *Defui nemini*) Audiui omnes. *Qui amet ſtudia*) Qui ſit eruditus. *Simul*) Cum ſtudiis id eſt, omnes ferè docti me amant. eſt alia lectio ad idem fere. qui non nos amet, vt ſtudia non ſimulet: ſcilicet modò ſit verè ſtudioſus, neque ſimulet doctrinam: & per hæc monſtrari poſſet Regulus. *Repetere ſeceſſum*) Secedere in villam [*Scribere*) cauere mihi & Muſis] *Creditor*) Ne audiendi mutuum ab illis repetere videar. *In audiendi officio*) Quod facerem ſi mea recitarem.

C. PLINIVS IVNIO MAVRICO SVO S.

PEtis.) Maurico ſuadet vt filiam fratris deſpondeat Aciliano, iuueni formoſo & honeſtiſſimo, quem à parentum ſplendore commendat, & honores geſſiſſe, opibúſque abundare, præter virtutes, adfirmat. *Proſpiciã*) Deligam. *Fratris tui*) Aruleni Ruſtici. *Summũ*) Arulenum, ob virtutes & do-

PEtis, vt fratris tui filiæ proſpiciam maritum: quod meritò mihi potiſſimum iniungis. Scis enim quantopere ſummum illum virũ ſuſpexerim dilexerimq́ꝫ: quibus ille adoleſcentiam meam exhortationibus fouerit, quibus etiam laudibus vt laudandus viderer effecerit. Nihil eſt quod à te mandari mihi aut maius aut gratius, nihil quod honeſtius à me

ctrinam præclarum. *Quibus laudibus*) Dú me laudat: nam magnum laudari à laudato viro. *Videret*) Crederet. *Laudandus*) Laude dign⁹. *Nepotes*) Filios filiæ. *Deceat*) Decens ſit & decorum.

ſuſcipi poſſit, quàm vt eligam iuuenem ex quo naſci nepotes Aruleno Ruſtico deceat: qui quidem diu quærendus fuiſſet, niſi paratus & quaſi prouiſus eſſet Minucius Acilianus, qui me, vt iuuenis iuuenem (eſt enim minor pauculis annis) familiariſſimè diligit, reueretur vt ſenem. nam ita à me formari & inſtitui cupit, vt ego à vobis ſolebam. Patria eſt ei Brixia, ex illa noſtrá Italia, quæ multum adhuc verecundiæ, frugalitatis, atque etiam ruſticitatis antiquæ retinet ac ſeruat. Pater Minucius Macrinus, equeſtris ordinis princeps, quia nihil altius voluit, allectus à Diuo Veſpaſiano inter prætorios, honeſtam quietem huic noſtræ ambitioni dicam an dignitati, conſtantiſſimè prætulit. Habet auiam maternam Serranam Proculam è municipio Patauio. noſti loci mores. Serrana

Municius A.) Hunc Cor. Munitium Acilianum appellatum, & ornamentum regionis ſuæ, ſeu dignitate, ſeu moribus, natum ſplendidè, & facultatibus abũdantem libro ſeptimo ſcripſit Secundus. *A Gobis*) Maurico & Aruleno. *Brixia*) Ciuitas in agro Cenomanorum ſita, vt Plinius & Ptolemæus ſcribunt, à Gallis Iuſtino authore, condita, quam gentis Cenomanorum caput fuiſſe Liuius aſſerit. *Noſtra*) Tranſpadana. ſicut Veronenſes alibi ſuos appellat. *Verecundiæ*) Continentiæ à vitiis. *Frugalitatis*) Abſtinentiæ à cibis ſuperfluis: nam hi remotis ab vrbe municipiis ſe ueram adhuc atque antiqui moris, ſecundum Tacitum, retinebant Italiam. fuerunt enim (vt omittam Latinos) authore Athenæo, frugales Romani, & in omnibus optimi, quibus tolerantia & tenuis victus patrius erat & indigena, quod Iuue. ſatyra quartadecima pluribus laudat. *Ruſticitatis*) Simplicitatis, iuſtitiæ. [Virum bonum cùm laudabant antiqui, ita laudabant, bonum agricolam bonúmque colonum. Ampliſſimè laudari exiſtimabant, auctore Catone qui ita laudabantur. Quare pro Roſcio Amerino inquit Cic. Vita hæc ruſtica quam tu agreſtem nominas, parcimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ, magiſtra eſt] *Munitius Macri*) Fuit is ad quem Perſius ſcripſit. Macrinum virum prætoriũ refert Plin. li. xi. cap. de ſanguine, ſtatuto tẽpore paſſum ſanguinis profluuium per os. [M Nonii Macrini ſæpe fit mentio in memoriis Brixianorum & Mogũtiacorum & Mediolanenſiũ.] *Princeps.*) Authoritate, ſcientia, diuitiis: non ſolũ qui rerũ dominus eſt, princeps appellatur: ſed qui in ciuitate præſtat authoritate, prudẽtia, [ſcientia,] dignitate, opibus. alibi enim dixit, acuẽt principes viros ad liberos ſuſcipiendos & de Quadratilla loquens, fouebat effuſius quàm principi fœminæ conueniebat. Silium præterea inter principes ciuitatis, ſine potentia, ſine inuidia fuiſſe teſtatur [M. Tullius vltima Philippica, Vtinam illi principes viuerent, qui me poſt meum conſulatum cùm ipſis cederem, principem non inuiti videbant. & Princeps prælium inibat dixit. Item de Diui. Et princeps illi Diodorus Philo Antiochus. Et de finibus, Vt æqualium principes ſint.] Liuius item, prodita multitudine à principibus. & Frontinus, aquarum præfecturam per principes viros ſolitam miniſtrari ſcripſit. & Tranquillus. Principes ciuitatis viginti ſibi delegit Tiberius. & pro primo ſæpe vſurpatur. Plinius ſenior: princeps claſſe depugnauit Minos. Macrobius, Qui gradus princeps habebatur. & Virgilius, Cum princeps medióque Gyas in gurgite victor. nam princeps, ſecundum Pompeiũ, eſt qui primum cepit, & primo loco eſt, vt principes in acie. *Equeſtris ordinis*) Quę

tamen Patauinis quoque ſeueritatis exemplum eſt. Contigit & auunculus ei P. Acilius, grauitate, prudentia, fide propè ſingulari. In ſumma, nihil erit in domo tota quod non tibi tanquam in tua placeat. Aciliano verò ipſi plurimum vigoris, & induſtriæ: quanquam in maxima verecundia quæſturam, Tribunatum, præturam honeſtiſſimè percurrit, ac iam pro ſe tibi neceſſitatem ambiendi remiſit. Eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa. Eſt ingenua totius corporis pulchritudo, & quidam Senatorius decor: quæ ego nequaquam arbitror neglige͂da. debet enim hoc caſtitati puellarum quaſi præmium dari. Neſcio an adiiciam eſſe patri eius amplas facultates. nam

dignitas inter patres & plebem fuit. Seuerus imperator cõſueuit equeſtrem ordinem appellare ſenatorum ſeminarium. iudicandi ius aliquando habuit: vnde equites iudices appellati: deinde authoritas nominis vario ſeditionum euẽtu ſubſtitit circa publicanos lege Roſcia ius ſedendi in quartodecimo gradu theatri habebant. & quia gerendorum annulorum authoritatem tenuerunt, illuſtres ab hiſtoricis appellati: olim ſexcenti numero fuere. *Nihil altius.*) Nullam maiorem dignitatem. *Allectus à diuo Veſpaſiano*) Qui ampliſſimos ordines cæde varia exhauſtos, & veteri negligentia contaminatos, repurgauit, ſuppleuitque recenſito ſenatu, ſummotis indigniſſimis, & honeſtiſſimo quoque Italicorum ac prouincialiũ allecto. *Allectus.*) [electus, annumeratus, adſcitus.] In locum indignioris electus. *Prætorios*) Qui ius geſtandi prætoria ornamenta habent. prætorius etiam dicebatur qui præturam geſſerat, ſicut quæſtorius qui quæſturam. [quare poſſemus interpretari, inter prætores, Allecti enim, Feſto referente, propriè dicebantur, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum numero aſſumpti erant.] *Quietem*) Vacationem à rebus publicis. *Noſtræ ambitioni*) Dignitatibus, quas nos ambire ſolemus. *Prætulit*) Elegit. amplexus eſt. *E municipiis Patauio*) Nata Patauii: quod olim inter eius regionis vrbes excellebat. nam in eo cẽſiti ſunt quingenti equeſtris ordinis viri. antiquis annis centum & viginti militum millia emiſiſſe conſtat. quàm verò ciuitas ipſa, & virorum probitate, & artium bonitate floruerit, magnitudo cùm aliarum rerum quæ in vrbẽ mittebantur, tum verò pannorum & veſtimẽtorum omnifaria mercatura declarat. *Mores*) Seueros: cuius pudicitiam per tranſitum Martialis commendat eo verſiculo, Sis Patauina licet. & Petum Thraſeam Patauii genitum, virũ & ſeuerum & grauem fuiſſe ſcripſit Tacitus. *Seueritatis exemplum*) Sanctiſſima, quam aliæ ſequantur in ſeueritate. exemplum eſt quod ſequamur, aut vitemus. eſt enim ipſa res quam imitamur, aut ſi ſors ita tulerit, euitamus. Pompeius author. ſed de hoc alibi commodius. *P. Acilius*) Ambiguum an pater Acilii Glabrionis, quem collegam in conſulatu Traiano Domitianus interfecit, authore Dione, quòd cum feris pugnaret, re vera propter inuiſum robur: nam in Albano leonem confecit. an ipſe Acilius Glabrio: vtrunq; notauit Iuuenalis ſatyra quarta. Proximus eiuſdem properabat Acilius æui, Cum iuuene indigno quem mors tam ſæua maneret, Et domini gladiis iam feſtinata. quanquam interpretes aliter ſentiant. Iiſdem etiam temporibus Acilium Ruſum conſulem deſignatum Secundus recitat, & Acilii Glabrionis ſub Antonino & Seuero imperatoribus meminit Vlpianus. *Singulari*) Cui ſimilis non reperiatur. *Domo*) Cognatione Aciliani. *In tua*) [in qua] omnia tibi placent. *Aciliano*) Commendat à bonis animi, corporis, & fortunæ Acilianum. *Vigoris*) Robuſti ſpiritus. Curtius libro nono: Vigor quoque, qui conſtat ex ſpiritu, non deſtitue-

rat vultum. *Induſtria.*) Diligentis curæ. *Verecundia*) Modeſtia [cùm ſi voluiſſet ambire plures & maiores dignitates geſſiſſet.] *Honeſtiſſime p*]Cum ſummo honore peregit. *Percucurrit*) Ante ætatem adminiſtrauit: *Remiſit n. a.*) Abſoluit te à cura ambiendi tribus, & amicos pro ſe, cum multis honoribus functus ſit. *Liberalis*) Libero homine digna, qualis decet ingenuum. *Senatorium d.*)Aſpectus venuſtus,qualis conuenit ſenatori. *Qua*)Bona corporis. *Hoc*)Pulchritudo. *Neſcio*)Dubitat an laudet Acilianum à copia rerum. *Amplas facultates*) Satis conſtat habuiſſe ſaltem quadringenta ſextertia, quoniam erat eques, ſed ſi diligentius conſideramus Plinii ſcripta, longè plura dicemus Macrinum poſſediſſe. *Vos*) Qui non cenſum in marito, ſed virtutes reſpicitis.[Themiſtoclis conſilium ſequentes qui vnicæ filiæ patri,ſe conſulenti, vtrum eam pauperi, ſed ornato, an locupleti, ſed parum probato collocaret: reſpōdit, malo virum pecunia quàm pecuniam viro indigere.] *Generum*) Impropriè dixit: non enim Maurico, ſed Aruleno gener futurus erat Acilianus: verùm quia Mauricus natam fratris,loco filiæ habuit, ideò cum Aruleno ſocerum Mauricum appellat. *Publicos mores*) Conſueuiſſe omnes in genero quærere amplas facultates. quod ſic indignatur Iuuenalis. Quis gener hic placuit cenſu minor:atque puellæ Sarcinulis impar? quis pauper ſcribitur hæres? Quando in conſilio eſt ædilibus. Vnde Ouidius primo Faſtorum, In precio precium nūc eſt, dat cenſus honores, Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.[& Plautinum illud, Nullum vitium vitio vortitur dum dos ſit comes.] *Leges ciuitatis*)Quæ vetabant quemquam ſedere in quartodecimo gradu, niſi habuiſſet cenſum quadringentorum millium:neque iudices eſſe, niſi eadē ſumma cenſerentur: vel ſaltem ex conſtitutione diui Auguſti, ducenta ſeſtertia poſſiderent, qui ducenarii iudices vocabantur,quòd ducentûm millium cenſum haberent, vnde hi de leuioribus ſummis iudicabant. ſenatorum verò cenſus erat octingentorum, dimidio plus quàm equitum. quare legimus apud Tacitum, multos ob anguſtias familiares ordine ſenatorio ſponte ceſſiſſe: & motos, qui remanendo impudentiam paupertati adiicerent. in quas leges Plinius ſenior ſic inuectus, Poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, iudex fieri cenſu, magiſtratum, ducémque nihil magis exornare quàm cenſus, omnéſque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere. *Cenſus* Opes, quæ omni quoque luſtro à cenſoribus recenſebantur & examinabātur. *Hic calculus deligendi*) Illa ratio & ſuffragatio plurimum poteſt in electione: vel legitur, in deligendis conditionibus. *De poſteris*) Nepotibus. *Et his pluribus*) Et abnepotibus ac pronepotibus, id eſt,reſpectu deſcendentium. vnde præcipit Vlpianus, maximè neceſſarium eſſe dotatas fœminas ad ſobolem procreandam,replendamque liberis ciuitatem. *Indulſiſſe amori meo*) Scripſiſſe de iuuene quem amo, plura quàm eſſent. *Supra extuliſſe*) Auxiſſe per amplificationem. *Iſta*) Bona. *Res*) Veritas epiſtolæ, quæ nudas

cùm imaginor vos quibus quærimus generum, ſilendum de facultatibus puto, quum publicos mores, atque etiam leges ciuitatis intueor, quæ vel in primis cenſus hominum ſpectandos arbitrantur, ne id quidem prætereundum videtur. & ſanè de poſteris, & his pluribus, cogitanti, hic quoque in conditionibus deligendis ponendus eſt calculus. Tu fortaſſe me putes indulſiſſe amori meo: ſupráque iſta quam res patitur ſuſtuliſſe: at ego fide mea ſpondeo futurum vt omnia longè ampliora quàm à me prædicantur, inuenias. Diligo quidem adoleſcentem ardentiſſimè, ſicut meretur. Sed hoc ipſum amantis eſt, non onerare eū laudibus. Vale.

res

res tantùm narrare conſueuit. *Fide mea*) Integra & incorrupta, vt conſueui. *Amatus eſt*) Officium amici eſt, amicum mediocriter commendare.

C. PLINIVS SEPTITIO CLARO SVO S.

Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis. Dicitur ius, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum. parata erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, oua bina, alica cum mulſo &

Heus tu) Septitius Clarus promiſerat ſe venturum ad cœnam, hacinque fefellerat: Secundus itaque enumerat paratos cibos, eúmque in ius damni dati vocat. *Heus*) Significationem habet ad intentionem conſiderationémque reuocantis. [Vel, *Reus tu*) ſcilicet es impendii facti. & accuſaris à me quòd pacta fregiſti vi.] *Dicitur ius*) Vel ſubaractum eſt, ſi, more ſuo: vel interrogatiuè pronunciandum. ſenſus eſt, ſi ius redditur damni dati: cautum enim lege, vt damni dati ſit actio. *Ad aſſem impendiũ reddes*) In ſolidum reſtitues impẽſam cœnæ. aſſem enim pro vniuerſa hæreditatis ſumma vſurpant Iuriſconſulti: ſicut hic pro tota conuiuii expenſa. vel ad aſſem, minimam quamque particulam. nam aſſem pro minimo precio poni auctor eſt Catullus, ſcribens, Rumoreſque ſenum ſeueriorum Omnes vnius æſtimemus aſſis. & Virgilius in Priapeis, Non aſſis faciunt. [Non placet quòd cum ſuperioribus coniungitur, ſic, dicitur ius ad aſſem: vt ſit ſenſus, accuſo te quòd inutiliter aſſis ſit impenſus à me in paranda cœna quam contempſeris.] Impendium, ſecundum Varronem, ſignificat pecuniam quæ in fœnore ſorti accedit, hoc eſt vſuram ipſam, quòd inter ſe iungat vtrunque, fiatque quaſi compendium: dicitur non minus Latine impenſum, à pendendo. Apuleius, impendio, pro enixè vſus eſt. *Lactucæ ſingulæ*) Vnicuique conuiuæ vna fuit lactuca appoſita, quæ principio cibi paratur, non tantum ex conſuetudine noſtra, ſed teſtimonio Martialis, ad excitandum ſtomachum: ſicut apud antiquos, eodem referente, in fine cœnæ ad ſedandam ebrietatem: eſt enim frigida. quod etiam Athenæus teſtatur aſſerens lactucam in principio cœnæ nequaquam apponi ſolitam. quam à lacte dictam nemo ambigit. *Cochleæ*) Hæc tanquam vilia ſpreuit Martialis hoc diſticho, Dum pinguis mihi turtur erit, lactuca valebit, Et cochleas tibi habe, perdere nolo famem. ab Heſiodo φερέοικος dicitur, quòd ſecum domum portet. Hammonius παρὰ τὸ κοχλεῖν, id eſt, circundo, vel à conuertendo, cochleam dictam deducit. eſt autem id animalis, quod vulgo limacha appellatur. quòd ſi quis mihi parum fidei adhibet, legat Plinium hæc ſcribentem. cochleæ, inquit, aquatiles & terreſtres ſe domiciliis exerũt, binaque ceu cornua protendentes, cõtrahentéſque, oculis carent, ideoque corniculis prætentant iter. eas ſaginari docet Cato, & eum ſecutus Plinius: generaque multa vterque recenſet. *Oua bina*) Sorbilia; hæc dabantur in cœnæ procemio, Horatio in Sermonibus dicente, ſi collibuiſſet ab ouo Vſque ad mala citaret. ſimiliter oua Iuuenalis Perſico pollicetur. Naucratitas ſcribit Athenæus in conuiuiia apponere ſolitos bina oua: quæ in ſecunda menſa dati: ſicut leporem & turdum, cum mellitis, apud eundem legimus. *Alica cum mulſo*) Præſtantiſſima fiebat alica in Italia, præcipuè in parte Campaniæ, ſi Theophraſto credimus, ex quodam genere ordei ſylueſtris: ſicut ex eodem panis optimus fit. vnde quidam apud Homerũ ζείδωρον interpretatur zeam, ex qua alica conficiebatur, ferentem. tundebatur, autore Plinio, granum eius in pila lignea, & excuſſis inde tunicis, iiſdem armamentis nudata medulla concidebatur. tria alicæ genera numerat, minimum, ſecundarium, grandiſſimum, quod apherema appellant. dicta alica ab alendo, vt Pompeius refert. mulſo vino

eluebatur: quod Martialis tetigit, dicens, Nos alicam, mulſum poterit tibi mittere diues: Si tibi noluerit mittere diues, eme. illud addam, genus placentæ ex melle, oleo & alica confici, ſubitallum nomine. autores ſunt Feſtus & Athenæus. [*Mulſo*] quo vſos antiquos teſtatur Plinius libro ſeptimo, vbi refert Vallam interiiſſe dum mulſi potionem hauriret: & Saufeium è balneo reuerſum dum mulſum bibiſſet, ouúmque ſorberet. Seuerus imperator, auctore Lampridio, lacte, pane, ouis, mulſo reficiebatur. conficiebatur autem ex vino & melle ſecundum Caium de acquirendo rerum dominio. Mel verò recentiſſimum & Hymettium, vinum vetuſtiſſimũ, ſi Macrobio credimus, eſſe debet.] *Et niue*) Qua in potu & ferculis refrigerandis eſt vſa antiquitas. erant enim Romæ officinæ niuis reponendæ, cuius ſaporem paleis, quibus cuſtodiebatur, inquinabant. in quam luxuriã diſticho Martialis inuehitur, Nõ potare niuẽ, ſed aquam potare rigẽtem De niue commenta eſt ingenioſa gula. ſed pluribus Seneca libro quarto Naturalium quæſtionum: & Plinius ſenior libro decimonono. eam Macrobius ex autoritate Ariſtotelis ſcribit eſſe corporibus noxiam. non omittam, Athenæum tradere, vinum ex niue reddi frigidiſſimum, & antiquam Græciam eam bibiſſe: atque magno æſtu ab Alexandro ſeruatam. *Computabis*) Numerabis inter impenſam cœnæ. *Perit*) Liqueſcit, reſoluitur in aquam poſita in cibis. *Oliua*) Quæ inchoant & claudunt cœnam. autor Martialis. *Bethica*) Hiſpanæ, à flumine Bethi Hiſpaniæ. pars Bethicæ maria proſpicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem noſtrum. Commendatas fuiſſe olim Bethicas oliuas, præter Plinii teſtimonium, Martialis libro duodecimo tradit, amatum ſcilicet Bethin à Pallade vltimo epigrammate: cui initium, Bethis oliuifera crinem redimite corona. hodie etiam maiores ab Hiſpania mittuntur oliuæ, a... tiores ſui, ſed oleo, ſecundum Columellam, inutiliores quare non admitto legentes oliuę, betacei, vt duo ciborum genera intelligantur. legimus etiam beta loco bethicæ, bebat: cuius rei cauſſam idem refert libro ſeptimo Saturnalium, & in hoc diſtabat à melite, auctore Plinio, quòd fiebat illud è vino veteri, hoc è muſto. Reuocat mulſum auiditatem cibi, aluum mollit frigido potu, calido ſiſtit, corpus auget. vnde Pollio Romulus interrogatus à Diuo Auguſto qua ratione vigorem animi & corporis conſeruaſſet ſupra centeſimum annum, reſpondit, intus mulſo, foris oleo. Martialis de mulſo, Attica nectareum turbatis mella falernum Miſceri decet hoc à Ganymedè merum. Paulus Ægineta, mulſum hoc modo præparatur, octoplum aquæ melli adiicitur, ac donec ſpumare deſierit, coquitur. Spumam verò ſimulatque orta eſt, iugiter auferre oportet.

niue. Nam hanc quoque computabis, immò hanc in primis quæ perit in ferculo oliuæ Bæticæ, cucurbitæ, bulbi, alia mille nõ minus lauta. Audiſſes comœdũ, vel lectorẽ vel lyriſten, vel,

quod eſt olus ſatis obuium. *Cucurbitæ*) Sunt & hæ non minus gratæ, & ſalubres in cibo, præcipuè primus caulis: & quò longiores tenuioréſque, eò gratiores, & ob id ſalubriores, referente Plinio, quæ pendendo creuere. *Bulbi*) Eorum radix optima etiam cruda eſui. tria bulborum genera quidam faciunt, Plinius verò plura: libenter enim vtor eius teſtimonio in confirmandis & declarãdis nepotis ſcriptis. incitãt multum Venerem, teſte Martiale. *Alia*) Fercula. *Mille*) Innumera. *Non minus*) Quàm priora. *Comœdum*) Comœdiæ actorem: nam comicus autor eſt operis. ſic octauo ad Fuſcum: poſt cœnam, inquit, comœdus, aut lyriſtes: & ad Genitorem, Cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt: nam ſolebant in conuiuio Romani audire poemata: quod Perſius notabiliter taxat, ne tam ſępe Martialis noſtram paginam impleat. *Lyriſtes*] Eſt qui lyram ſcit: inſtrumentum ab antiquis receptum, ſicut tibiæ reiectum. quod etiam Athenæus comprobat ex teſtimonio Nicoſtrati: & multis oſtendit Gellius libro decimooctauo, vbi explicat poſt edulia & pocula adoleſcentes voce canentes, & pſallentes: qui poſtquam introducti ſunt, Anacreontis verſus, & ſapphica, & elegos, & amatoria

quædam dulcia cecinerunt: & Suidas aſſerit, muſicam interiiſſe poſtquam ſympoſia introiit.

quæ mea liberalitas, omnes. at tu apud neſcio quem, oſtrea, vuluas, echinos, Gaditana maluiſti. Dabis pœnas, non dico quas. durè feciſti. inuidiſti neſcio an tibi, certè mihi, ſed tamen & tibi. Quantum nos luſiſſemus, riſiſſemus, ſtuduiſſemus. Potes apparatius cœnare apud multos: nuſquam hilarius, ſimplicius, incautius: in ſumma, experire. Et niſi poſtea te aliis potius excuſaueris, mihi ſẽper excuſa. Vale.

Quæ mea liberalitas) Eſt *Omnes*) Lectores, cantores, citharœdos. *Neſcio quem*) Ignobilem virum & contemnendum. *Oſtrea*) Horum viuaria primus in Lucrino inſtituit Sergius Orata, auaritiæ, non luxuriæ cauſa. creſcunt luna creſcẽte, deficiente verò minuuntur. vnde Lucretius ait, Luna alit oſtrea. multa eorum genera tradit Athenæus naſci in paludibus, fluminibus, mari: optima marina, vbi fluuius exoneratur. ac Græcorum antiquos oſtrea tantùm dixiſſe, ſatis conſtat, in numero vnius, fœminini generis: at in plurali neutrius eſſe. celeberrima ſunt in lacu Baiano ex diſticho Martialis: & Circeis, teſtimonio Horatij. *Vuluas*) Vulua ex papillis porcarum, quam lege cenſoria interdictam fuiſſe meminit Plinius: erat autem eiectitia, quæ fiebat enecto partu, & ante tempus eiecto melior ſanè quàm edito: hæc porcaria dicebatur. vnde Hipparchus apud Athenæum, vuluæ pulcher aſpectus eiectitiæ: ſed pulchrior, eodem referente, vulua primipara eiectitia, quod etiam Martialis ſenſiſſe videtur. Te fortaſſe magis capiet de virgine porca, Me materna graui de ſue vulua capit. inde Horatio ampla vulua placuit. Græci μήτρας vocant, ſuauiſſimam quippe carnem: quam condiri aceto & iure ſecundum Lynceum Athenæo ſcribente diſcimus: vbi etiam legimus, nõ omnes antiquos appoſuiſſe in principio cœnæ vuluam, neque aliud quid eorum quæ tempore illius apponebantur. [Vulua item proprie eſt muliebris folliculus ſeminalis, de quo Celſus & Seruius.] *Echinos*) Optimi qui iuxta Miſenum capiebantur, Horatio autore: fuiſſe eorum vſum in cibis Martialis aſſerit. Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta, Cortice depoſito mollis echinus erit. ſunt his ſpinæ pro pedibus: includuntur enim echinato calice. eſt & aliud genus quod echinometra appellatur, cui ſpinæ longiſſimæ calices minimi: ſed plura de eorum generibus Ariſtoteles libro quarto de animalibus: & Athenæus in ſuis libris. echinum quidam dictũ putant παρὰ τὸ συνέχειν id eſt, à contrahendo ſeipſum in rotunditatem: nam in vlciſcendo ingruentem aduerſarium reſtrictus ſpinarum circumferentiam obiicit veluti munimentum: aut quòd habeat carnes ſpinis contectas: vel per contrarium, quòd non poſſit tangi propter ſpinas. enimuero echinus apud Athenæum pro genere placentæ ſumitur, autoritate Lyncei Samij: & pro ventre bouis apud Suidem. Hammonius ventrem tantùm ſignificare ſcripſit, apud quem lege plura de echini ſignificantia. *Gaditana*) Cantica, geſticulationes, quibus puellæ Gaditanæ plurimum præſtabant: vnde Martialis libro v. vbi Toranio conuiuium parat, pollicetur non ſe introducturum illas. Nec de Gadibus improbis puellæ Vibrabunt ſine fine prurientes Laſciuos docili tremore lumbos. & in diſtichis commendans puellæ Gaditanæ titillationes & motus. Tam tremulum criſſat, tam blandum prurit, vt ipſum Maſturbatorem redderet Hippolytum. ac alibi interdum. pariter & Iuuenalis, Scilicet expectas vt Gaditana canoro Incipiat prurire choro. eſt enim pulchra exaggeratio ad finem clauſulæ ſeruata. neque me præterit paſſim legi, echinos Gaditanos, vtpote qui apud Gades Hiſpaniæ præcipui naſcerentur. *Non dico quas*) Puto latenter innuere velle, ſibi parari cœnam à Septitio, cùm iam dixerit, ad aſſem impendium reddes [an potius reddit eum ſuſpectum ne veneno in cibis lautis intercipiatur, quod in vulgaribus non eſt timendum.] *Durè*) Inur-

bane. *Inuidiſti*) Senſus eſt, malè feciſti qui vtrunque tanta lætitia priuaueris, qua functi eſſemus ſi veniſſes. *Apparatius*) Lautius, ſumptuoſius. *Nuſquam hilarius*) id eſt iucundius, cœnare potes quàm apud me. *Te alijs excuſaueris*) Cum expertus fueris quàm ſuaue ſit cœnare apud me, niſi ab alijs inuitatus cauſam aliquam inueneris vt cœnare poſſis apud nos, concedo vt ſemper cauſam afferas mihi quare non veneris: perinde ac ſi diceret, cum captus fueris vrbanitate meæ cœnæ, facile omnibus alijs repulſam dabis vt ſis mecum, quod niſi feceris, volo ſemper admittere tuam excuſationem. *Mihi*) Apud me. ſic Ouidius De triſtibus, Excuſem ne te ſemper amice mihi.

C. PLINIVS EVRITIO SVO S.

AMabam Pompeiū, Saturninū, hunc dico noſtrum: laudabámque eius ingenium, etiam antequam ſcirem quàm varium, quàm flexibile, quàm multiplex eſſet: nunc verò totum me tenet, habet, poſſidétq́. audiui cauſas agentem acriter & ardenter, nec minus politè, & ornatè, ſiue meditata, ſiue ſubita proferret. Adſunt aptæ, crebraq́ ſententiæ, grauis & decora conſtructio, ſonantia verba & antiqua. Omnia hæc mirè placent. cum impetu quodam, & fulmine

A*Mabam*) Euritium Clarum hortatur legere Pompeii Saturnini ſcripta, cuius acumen in cauſis agendis, & ſplendorē in hiſtoriis more ſuo, id eſt, amiciſſimè, commendat, verſuum leporem admiratur, & epiſtolas vxoris eius vetuſtatem redolentes exoſculatur. Erutius: ſiue Euritius (ſic enim apud varios authores ſcriptū inuenio) vir ſanctus, antiquus, diſertus patronus & cōſtans, morū literarúmq; veterū ſtudioſiſſimus, præfecturā vrbis geſſit: bis cōſul fuit: ſub altero eius cōſulatu naſcitur Seuer⁹, q poſtea imperauit: ambiguum an is fuerit, quem multo poſt tempore interfecit idem Seuerus ob crudelitatem, cum tamen videri vellet clementiſſimus: an eius filius, ſicut haud dubie conſtat ipſum fuiſſe, ad quem Iulianus libro primo ff. refert diuum Antoninum ſcripſiſſe, quanquam ibi pro Eutitio Claro, corrupte legatur Euriptio Claro, vt in illis libris multa priſcorum nomina ſunt inuerſa. hæc collecta ex Spartiano, Gellio, & ipſo Secundo. *Noſtrum*) [amicum familiarem.] Sic in ſeptimo ad Priſcum, noſtrum appellat: ex quibus adducor, alios fuiſſe Pompeios Saturninos iiſdem temporibus. Voluſium Saturninum vrbis præfectum, qui nonageſimum exceſſerat annum, omniū quos in conſulatu ſententiam rogauerat, ſuperſtitem nominat Plin. ſenior. *Varium*] Cognitione & facultate diuerſarum diſciplinatum. *Flexibile*) Facile ad alia tranſire. *Multiplex*) Fertile multarum rerum capax. *Poſſidet*] Quod maius eſt quàm tenet, & habet. *Cauſas a*] Fuit enim cauſidicus ſummus. *Acriter*) Cum acrimonia & vehementia: quæ potiſſimum conuenit iudicialibus cauſis. *Ardenter*] Cum calore & incitatione corporis, vt ſolet fieri in contentione. *Polite*) Eloquenter. *Meditata*) lucubratam orationem proferret.] *Subita*) Ex tempore ageret. *Apta*) Conuenientes materiæ: legitur etiam, acutæ. *Crebraque ſ.*] Sententia varie apud oratores accipitur, cum. ſ. ex ſcripto & ſententia naſcitur controuerſia, vbi videtur ſcriptoris voluntas cum ſcripto diſſentire: de qua ſanè non loquitur Cæcilius: ſicut nec de qua Fabius. Sententia eſt decretum quoddam atque præceptum, quod de reo id eſt de iudicio quæri poteſt. ſunt & ſententiæ tranſlatiuæ, quas propriè ſententias dicimus, quæ nihil habent cum ipſa controuerſia implicitum,

ſed ſatis apte aliò transferuntur, ſi Senecæ credimus, tanquam de fortunæ, de crudelitate, de ſeculo, de deliciis, dicuntur. hoc genus ſententiarum Porcius Latro ſupellectilem vocabat, & M. T. ſententia, inquit, eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtendit. hoc modo, Liber is eſt exiſtimandus, qui nulli turpitudini ſeruit. vnde idem De perfecto oratore, Nihil eſt aliud pulchre & oratorie dicere, niſi optimis ſententiis, verbiſque lectiſſimis dicere. & nec ſententia vlla eſt quæ fructum oratori ferat, niſi apte expoſita atque abſolute: has igitur Secundus intellexit. ſed cum dicit, crebras, à præceptis Cic. diſceſſit, qui in Rheto. iubet ſententias interponi raro, vt rei actores, non viuendi præceptores videamur eſſe. *Graui*) Plena, non fluxa, non vulgaris: comparatur hoc maxime per accuſatiuos. *Decora*) Splendida, apta rebus grauibus: eſt enim componendum quomodo pronunciandum: nam compoſitione velut amentis quibuſdam neruis ve intendi & concitari ſententiæ videntur: ideo eruditiſſimo cuique perſuaſum eſt, valere eam quamplurimum, non ad delectationem modò, ſed etiam ad motum animorum. *Conſtructio*) Compoſitio, ordo verborum: nam ſunt verba verbis quaſi coagmentanda. *Sonantia verba & antiqua*) In oratore debent eſſe verba propria, ſonantia, antiqua, non inſolentia, non ſordida, non audacius translata, non poetica licentia ſumpta, non inaudita. *Antiqua*) Latina, non peregrina, neque tamen obſoleta vetuſtate. in verbis intuenda eſt elocutio, in rebus inuentio, in vtriſq; collocatio. *Flumine*) Magis placet fulmine, ex antiquo codice. ad hæc paulo poſt Periclem laudat oratorem, quòd fulguraret, tonaret, totámque Græciam conuolueret: quanquam non inconuenienter legetur, flumine, ideſt copia, propter ſequentia. [iáquam ex tempore diceret copioſé & ardéter.] *Si retractentur*) Si ſuperuacua amputentur, ſi meditata proferantur. [ſi ab illo impetu retardentur.] *Senties quod ego*) Eris eius ſententiæ, cuius ſum ego, de orationibus Saturnini. *Aemulus*) Par in dicendo, antiquarius ſine vitio [quorum imitatur ſtilú,] *In hiſtoria*) Scribenda. *Magis*) Quàm in orationibus. *Breuitate*) Hiſtoria, Victorino præcipiente, breuis eſſe debet: quod quidem Tacitus obſeruauit, niſi electa, & ad exemplum pertinentia tradens. *Luce*) Vt ſit aperta: ſis autem lucida, ſi cauſas ob quas mirabilia, prætérque opinionem publicam opera perfecta ſunt, explicuerimus. *Suauitate*) Quæ fit, ſi verbis liberioribus, & remotioribus figuris narrandi tædium vitabimus: ſuauitatem magis quàm dulcedinem commendat Macrobius. nam omne quod dulce eſt, citò ſatiare, nec diuturnam deſiderij ſui fidem tenere, ſed in locum ſatietatis ſuccedere horrorem, vinum cum infantia eſſe dulce, cum pubertate ſuaue: vnde Homerus mel dulce, & vinum ſuaue vocat. hanc igitur ſuauitatem pertinere ad hiſtoricum confirmat M. Tullius, Xenophontis ore muſas eſſe locutas exiſtimans. *Splendore*) Elegantia: & Fabius in Liuio iucunditatem & candorem probat. *Narrandi ſublimitate*) Præſtantia elatum enim abunde ſpiritum, ac audaces ſententias miramur in Tacito, ſicut bellicum canorem in Thucydide, autore Cicer. *Concionibus*) Quibus vtuntur hiſtorici. concio autem idem ſignificat, quòd apud Græcos ἀγορά. locus eſt in quem populus conuenit ad audiendum. ipſa multitudinis congregatio & oratio. ſtilus, in-

praeuehuntur: placent ſi retractentur. Senties quod ego, quum orationes eius in manus ſumpſeris, quas facilè cuilibet veterum, quorum eſt æmulus, comparabis. Idem tamen in hiſtoria tibi magis ſatisfaciet vel breuitate, vel luce, vel ſuauitate, vel ſplendore, etiam & ſublimitate narrandi. Nam in concionibus eadem quæ in orationibus vis eſt: preſſior tamen, & circumſcriptior, & adductior. Præterea facit verſus, quales Catullus meus aut Caluus.

quit, eſt in concionibus par orationibus. *Preſsior*) Demiſſior,ſtrictior,vt poſcit locus. *Circumſcriptior*) Breuior. *Adductior*) Compendioſior: non enim latius euagatur,neque digreſſionibus gaudet. *Catullus meus*) Scio in aliquibus exemplaribus non legi meus,ſed ſanè legatur, & dicamus meum vocaſſe, quod eius hendecaſyllabo caperetur: an ſicut paulò antè, Brixiam ſuam appellauit: tanquam in regione tranſpadana, in qua Comum: ſic Catullum ſuum,quòd patriam Veronam habeat [ſic Plinium auunculum Catullum ſuum conterraneum appellaſſe.] in eo laudatur maximè ſuauis literarum appellatio: fuit enim poetarum mundiſſimus & elegantiſſimus, plurimum leporis & gratiæ ſcribendo adeptus. *Caluus*] C. Licinius Caluus, qui in adoleſcentia exceſſit eruditior Curione: tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquiſitius attulit genus: quod quanquam ſcienter elegantérque tractabat, nimium tamen inquirens in ſe, atque ipſe ſeſe obſeruans, metuénſque ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdit: atque eius oratio nimia religione attenuata, doctis, & attentè audientibus, erat illuſtris: à multitudine autem & à foro, cui nata eloquentia eſt, deuorabatur. & præter Ciceronis verba Tacitus de Caluo loquens, quod opus inquit eſſet oratori intellexit, ſed ingeniũ & vires ei defuerunt, in dicendo nimium aſtrictus [&] M. Tullio in Epiſtolis, viſus eſt tenuis & exanguis: cum quo tradit eum Seneca habuiſſe iniquiſſimam litem de principatu eloquentiæ: quare Fabius memorat inueniſſe qui Caluum præferrent omnibus oratoribus, & qui contrà crederent: [eum nimia contra ſe calumnia verum ſanguinem perdidiſſe] ſed ſanctam, & breuem orationem, & caſtigatam in eo fuiſſe, & frequenter vehementem, imitatorémq; Atticorum. compoſitionem eius in actionibus ad exemplum Demoſthenis rigere, nihil in illa placidum, nihil lene, omnia & excitata & fluctuantia. vſque eò violentus accuſator & concitatus fuit, vt in media actione eius ſurgeret Vatinius reus, & exclamaret: rogo vos iudices, nunquid ſi iſte diſertus eſt, ideo me dãnari oportet? Viſa in quiete venerea ſpõte naturæ erũpentia vſq; in morbi genus, laminis plũbeis cohibuiſſe traditur, viréſque corporis ſtudiorum labore cuſtodiſſe. autor Plinius. Luſiſſe epigrammata multi teſtantur: præter vnum & viginti orationum libros. Tranquillus in Cæſarem notiſſimos verſus emiſiſſe, Bithynia quicquid, & pædicator Cęſaris Vnquam habuit. & Pedianus ſcripſiſſe hendecaſyllabum elegantiſſimè in Curium notiſſimum aleatorem, & Ouid. illis verſibus, Par fuit exigui ſimiliſque licẽtia Calui, Detexit variis qui ſua furta modis. ipſe prętereа Secund' libro quĩto, & Catullus Calui facetias & iocos carmine perſequuntur. Quintiliam amicam ex teſtimonio Propertii adamauit. memini etiam legiſſe Bibaculum pro Caluo in quibuſdam codicibus, quem ſcimus iamborum acerbum poetam fuiſſe *Leporis*) Gratiæ, venuſtatis. *Amaritudinis*) Notando vitia, & infelices caſus ſcribendo. *Inſerit*) illis. variat ſuos verſiculos diſtinctione multarum rerũ. *Data opera*) Sponte, ex induſtria, non caſu & natura cogente. *Molliuſculos*) Amabiliores. *Leuiuſculos*) Ludit de re ludicra & inani, vt ſit ſenſus, quoſdam verſus facit laſciuiores, nonnullos minoris ſucci, alios aſperiores: ſicut Catullus & Caluus ſuos libellos variarunt: quam ſententiam videtur Martialis hoc diſticho comprobaſſe. Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura, Quæ legis: hic aliter non fit Auite liber. *Duriuſculos quoſdam*) Verſus facit. *Quaſi Catullus*) Ad imitationem Catulli, quem Plinius in præfatione Naturalis hiſtoriæ aſſerit compoſuiſſe verſus duriuſculos quam natura carminis pateretur, in primo hendecaſyllabi pede iambo vſum: ille enim, inquit [vt ſcis] per-

Quantum illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris inſerit. ſane ſed data opera molliuſculos leuiuſculóſque, duriuſculos quoſdam: & hoc, quaſi Catullus meus aut Caluus. Legit mihi nuper epiſtolas quas vxoris eſſe dicebat.

Plautum, vel Terentium metro ſolutum legi credidi. Quæ ſiue vxoris ſunt (vt affirmat) ſiue ipſius, vt negat, pari gloria dignus eſt, qui aut illa componat, aut vxorem quam virginem accepit, tam doctam, pòlitámque reddiderit. Eſt ergo mecum per diem totum, eundem antequam ſcribam, eundem quum ſcripſi, eundem etiam quum remitto, non tanquam eundem lego. Quod te quoque, vt facias & hortor & moneo. neque enim debet operibus eius obeſſe quòd viuit. An ſi inter eos quos nunquã vidimus floruiſſet, non ſolùm libros eius, verùm etiam imagines conquireremus: eiuſdem nunc honor præſentis & gratia quaſi ſatietate langueſcet? At hoc prauum malignúmque eſt, non admirari hominem admiratione digniſſimum, quia videre, alloqui, audire, complecti: nec laudare tantùm verùm etiam amare contingit. Vale.

vel quia in Catullo non ſemper carmen bene fluit. noſtri tamen hic Secundum reprehendunt, quòd duriuſculos verſus notet illum ſcripſiſſe, cõtendúntque molles eſſe: quod nos non negamus ſubinde:

mutatis prioribus ſyllabis duriuſculum ſe fecit, quàm volebat exiſtimari à Verannjis ſuis & Fabullis. verùm Terentianus teſtatur, iambum & trochæum in primo hendecaſyllabi pede rectè poni, præſertim in rebus, interdum tamen & in verbis. *Vxoris*) Suæ. *Metro ſolutum*) Si redigantur in proſam, & legibus metri liberentur [Plautinas vel Terentianas crederem. nam ſolui metrũ dicitur quando redigitur in orationem pedeſtrem.] an quòd hi duo comici, Priſciano & Rufino autoribus, in effuſum licentiæ ſpacium dilatauere metrum: & Terẽtius vſque ad imaginem proſę orationis reſoluerit, & comminuerit. videtur autem imitatio Tulliana, apud quem ſcriptum De oratòre perfecto eſt. Equidem cùm audio ſocrum meam Læliam, ſic audio, vt Plautum mihi aut Neuium videar audire. *Illa*) Tam admiranda. *Politam*) Limatam, perfectam. omnes enim perfectiones antiqui politiones dicebant. *Eſt mecum*) Sẽper Saturnini ſcripta in manib' teneo. *Remittor.*) Recreor. *Non tanquam eundẽ*) Sẽper enim aliquid noui in illo inuenio. [ita vernantibus eloquij floſculis *Neque enim.*) non debet minus laudari quòd viuus eſt.] *Quod viuit*) Nam viuentes ſcriptores comitatur inuidia. Martialis, Eſſe quid hoc dicam, viuis quòd fama negatur? Et ſua quod rarus tempora lector amat? Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule mores, Præferat antiquos ſemper vt illa nouis. *Quos nunquam vidimus*] Qui ante ætatem noſtram fuerunt. *Imagines*) Picturas ſimiles viuenti Saturnino: ſcriptorum enim imagines, inuentore Aſinio Pollione, ſolebant in bibliothecis locare, & quæ non erant, fingebantur: pariebántque deſideria traditi vultus, quo maius nullum erat felicitatis ſpecimen, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis: hęc Plinius: at M. Tullius De perfecto oratore, teſtatur, Brutum imaginem Demoſthenis ex ære inter ſuas & ſuorum coluiſſe *Præſentis*) Viuentis. *Langueſcit*) Decreſcit, vilet [euaneſcit.]

C. PLINIVS CORN. TITIANO SVO S.

EST adhuc curæ hominibus fides & officium. Sunt qui defunctorum quoque amicos agant. Titinius Capito ab Imperarore noſtro im-

EST adhuc.) Varia exemplaria diuerſimode ad quem ſcripta ſit epiſtola oſtendunt: quę-

dam Icciano, alia Riciano: nonnulla Cythiano, aliqua Titiano: magis approbo Titiano miſſam: cuius nominis crebra fit mentio ab hiſtoricis qui res illorum temporum monumentis mandarunt: vt omittam Tacitum & Tranquillum, Lucianus & Spartianus Titiani meminere. nam Atilium Titianum, vt conſcium tyrannidis, Adrianus & argui paſſus eſt, & proſcribi: quem olim præfectum & tutorem ſuum, cùm potentiam eius ferre non poſſet, niſus eſt obtruncare: ſed reuocatus inuidia quattuor conſularium occiſorum à ſe, coactum ſucceſſorem petere magiſtratu priuauit. is poſtea ſub Antonino Pio ſenatu punienti tyrannidis affectatæ reus concidit. ad eundem libro octauo ſcribit Cæcilius: hîc verò commendat Titinnium Capitonem, quòd conſenſu imperatoris L. Syllano ſtatuam póſuerit, & clarorum virorum imagines domi habeat. Titinnij Capitonis bis factam memoriam apud Plinium inuenies: & Lactantius in Diuinis Iuſtitutionibus tradit, Titinnium Capitonem ſcripſiſſe ſpectaculorum libros. [Alibi enim Plinius Minutiano ſcribens plurimum Titinium Capitonem commendat, quòd ſtudioſos amaret, foueret, ſtudia coleret, proueheret, ipſas denique literas iam ſeneſcentes reduceret ac reformaret. nam exitus virorum illuſtrium ſcribebat Capito vir optimus & inter præcipua illius ſeculi ornamenta numerandus.] Lucium Capitonem hiſtoricum Suidas refert. *Fides & officium*) Ex fide procedit officium, dictum, authore Donato, quaſi efficium, ab efficiendo, eo quod quæritur quid efficere in eo vnumquenque conueniat pro conditione perſonarum: dicimus enim, ſeruum officium ſuum facere, quando bene ſeruit domino, & officium oratoris eſt, dicere appoſitè ad perſuaſionem. de officiorum ordine lib. quinto cap. xiij. Gellius multa diſſerit: & Seneca De beneficiis, non ſatis probare videtur illorum ſententiam, qui ita diſtinguunt, quædam beneficia eſſe, quædam officia, quædam miniſteria: beneficium eſſe quod alienus det: alienus autem eſt, qui potuit ſine reprehenſione ceſſare: officium eſſe filij, vxoris, & earum perſonarum quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opem iubet: miniſterium eſſe ſerui, quem conditio ſua eo loco poſuit, vt nihil eorum quæ præſtet, imputet ſuperiori. Aſconius, officium ad virtutem pertinere memorat: quod ſanè cõuenit huic loco. Seneca aliquãdo videtur officio ꝑ magiſtratu vſus, Sexageſimus, inquit, annus ab officio me dimittet: hinc Apuleius officialem deduxit, pro eo qui magiſtratum gereret, vel potiùs pro lictore [& miniſtro] & Trebellius Pollio palatina officia: ac Lampridius, in animo habuit omnibus officiis genus veſtium proprium dare: dixerunt in ea ſignificatione qua nunc vulgò vtimur: vnde Apuleius, modò officia feralia, modò inferalia dicit, quæ inferis ac mortuis fiunt. *Agant amicos defunctorũ*) Se agãt amicos, in defunctos, i. ſeruent amicitiam etiam in mortuos. in re non diſpari laudatur Melior [apud Martialem] quod Bleſum amicum etiam poſt vitam coleret. *Imperatore*) Traiano, ſcripſit enim ſuas epiſtolas ſub eo Cæcilius: quanquam interdum de rebus Domitiani loquatur, ſed tanquam de præteritis. *L. Syllani*) Duos L. Syllanos viros claros tradũt hiſtorici. alterum inſignem triumphalibus ornamentis, & gladiatorij muneris magnificentia vulgò acceptum, & Octauiæ ſponſum Claudius ſtimulante Agrippina abdicare prętura ſe ante quartum calendas Ianuarias, moríque initio anni die nuptiarum Agrippinæ coẽgit: alterum eximia nobilitate, diſciplináque C. Caſſii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem ſublatum Nero ſenatu mouit, ac municipio Apuliæ, cui nomen eſt Barium, clauſum, Cẽturio iuſſu imperatoris tanquam in pugna, quanquam inermem obnitentem, confecit. hunc igitur potius intelligo cui potuit cũ Titinio Capitone fuiſſe amicitia. *In hoc*) In amicis defunctis exornandis. *Aliorum honoribus*) Conferendo honores in alios. neq; enim minus decorum

petrauit, ut ſibi liceret ſtatuam L. Syllani in foro ponere. Pulchrum, & magna laude dignum amicitia principis in hoc uti, quantúmque gratia valeas, aliorum honoribus experiri. Eſt

eſt dare

omnino Capitoni in vſu, claros colere. mirum eſt, quareligione, quo ſtudio imagines Brutorum, Caſſiorum, Catonum domi, vbi poteſt, habeat. Idem clariſſimi cuiuſque vitam egregiis carminibus exornat. Scias ipſum plurimis virtutibus abundare, qui alienas ſic amat. Redditus eſt L. Silano debitus honor, cuius immortalitati Capito proſpexit pariter, & ſua. Neque enim magis decorum & inſigne eſt, ſtatuam in foro populi Romani habere, quàm ponere. Vale.

eſt dare magiſtratus, quàm gerere. *Eſt Capitoni in vſu*) Conſueuit Capito. *Vbi poteſt*) Quamuis loco publico tyrannicidarum ſtatuas ponere non liceet, eas tamen in priuato, hoc eſt domi, vbi poteſt, habet, quia difficulter inueniebãtur. nã Caligula Romanorum ſux ſtatuas virorũ illuſtrium ab Auguſto in Martium campum collatas ita ſubuertit atque diſiecit, vt reſtitui ſaluis titulis non valuerint. & legimus Caſſium damnatum, quòd Caſſij effigiem domi haberet. [An, *Vbi poteſt*) Quando poteſt, quia non licebat ponere ſtatuam in foro alicui ſine nutu Imperatoris.] *Brutorum*) Scio multos Brutos fuiſſe, ſed hic præcipuè intelligi L. Brutũ, qui Tarquiniis expulſis libertatem Romanis aſſeruit: item L. Brutum plebeium, cuius conſilio populus tribunos plebis à patribus impetrauit. item D & M Brutos, inter principes coniuratorum in necem Cæſaris dictatoris. *Caſſiorum.*] Nobis occurrit agmen Caſſiorum, tum rebus bellicis, tũ doctrina & iuris ſcientia præſtantium: ſed hoc loco tyrannorum interfectores audiendos imprimis opinor, qualis C. Caſſius, Iulii Cæſaris, & Caſſius Chærea, Caligulæ, interfectores: de quibus locutus eſt Iuuen. ſatyra quinta, Brutorum & Caſſii natalibus. legimus apud Tranquillum, quendam hiſtoricum vltimos Romanorum appellaſſe Brutum & Caſſium: & Athenienſes decreuiſſe ſtatuas æreas Bruto & Caſſio, tanquam libertatis propugnatoribus, iuxta Harmodium & Ariſtogitona. latenter autem indicat Secundus, Capitonem fuiſſe libertatis amatorem, qui hos coleret: ſicut Iuue. Thraſeam & Heluidium. *Catonum*) Cenſorini & Vticenſis. fuerunt & alii plures, ſed obſcuriores Catones, quos Gellius libro duodecimo ſigillatim enumerat. *Egregiis carminibus*) Exitus enim virorum illuſtrũ ſcribebat Titinius Capito, autore Secundo libro octauo, vbi pluribus eundem commendat.] Capitonem poëtam citat Athenæus, ſed Alexandrinum fuiſſe meminit. *Redditus*) Vel compoſitum pro ſimplici vſurpauit: vel reſtitutus, cũ olim ſtatua ei fuiſſet data, ſed poſtea diſiecta. *Proſpexit*) Cauit, conſuluit. *Sua*) Vt per hoc & ipſe Capito eſſet immortalis. *Statuam in foro populi Romani h.*] Prius effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa: ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa. excepta deinde res à toto orbe terrarum humaniſſima ambitione: & iam fori ornamentum ſtatuæ eſſe cœperunt, prorogarique memoria hominum, & honores legi, & baſibus inſcribi mox forum & in domibus priuatis factum, atque in atriis. honos clientum inſtituit ſic colere patronos.

C. PLINIVS TRANQVILLO SVO S.

SCribis te perterritum ſomnio, vereri nequid aduerſi in actione patiaris. Rogas, vt dilationem petam, & pauculos dies: certè proximum excuſem difficile eſt, ſed

Scribis) Deterritum Tranquillum ne quam acturus erat in ſenatu cauſam, diceret, exemplo ſui monet agendam: quod ſi veretur, ſaltẽ

pollicetur operam ſuam, vt in aliud tempus transferatur. Suetonius Tranquillus ſcriptor hiſtoriæ emendatiſſimus, & candidiſſimus, ſub Adriano epiſtolarum magiſter fuit: vir, Secundi iudicio, probiſſimus, honeſtiſſimus, eruditiſſimus: quem ob morum elegantiam, & ſtudia, in contubernium ſuum aſſumpſit, & ardenter dilexit: cui, quòd parum felix in prole eſſet, ius trium natorum ab imperatore Traiano impetrauit. in ſumma, ſicut Tacitum Secundus, ita Tranquillus Secundum ſuſpexit, & magiſtro vſus eſt. *In actione*) In cauſa quam acturus es. *Dilationem*) Aliud tempus agendi, [vt differatur ad alios dies cauſa tua] *Certè*) Haud dubiè. ſaltem. *Proximum*) Craſtinum. *Excuſem*) Honeſta cauſa impetrem. *Difficile eſt*) Obtinere dilationem. [*Experiar*) faciam periculum, pro impetranda dilatione. *καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν*) id eſt, etenim ſomnia à Ioue mittuntur. ita enim ſcripſerat Tranquillus Secundo. eſt autem ex principio Iliados, vbi Achilles inſtinctu Palladis concionem habet apud Græcos. nam quæ vera ſunt ſomnia, ea fieri ab Ioue creduntur. quod teſtatur Seruius libro ſexto Æneidos, idem carmen Homericum allegans. & Macrobius ὄνειρον ſomnium interpretatur, quod tegit figuris, & velat ambagibus non niſi interpretatione intelligendam ſignificationem rei quæ demonſtratur: eiúſque ſpecies quinque.

experiar: καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Refert tamen, euentura ſoleas, an contraria ſomniare. Mihi reputanti ſomnium meum, iſtud quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Susceperam cauſam Iulij Paſtoris cùm mihi quieſcenti viſa eſt ſocrus mea aduoluta genibus, ne agerem, obſecrare. Et eram acturus adoleſcentulus adhuc: eram in quadruplici iudicio: eram contra potentiſſimos ciuitatis, atque etiam Cæſaris amicos: quæ ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant. Egi tamen λογισάμενος illud, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Nam mihi

Euentura) Vera ſomnia. *Meum*) Quod olim mihi occurrit, ne ſcilicet agerem, & tamen egi proſperè: ſequentia meliùs declarabunt. *Quod times*) Quo ſomnio deterreris. *Egregiam*) Cum victoria & laude. *Iulij Paſtoris*) In conſpectu Iulij Paſtoris, teſtatur Seneca, C. Cæſarem filium eius occidiſſe: apud quem etiam fit mentio Paſtoris, declamatoris. crediderim Cæcilium ſenſiſſe Paſtorem, ad quem libro nono ſcripſit Martialis. [In quibuſdam exemplaribus non Iulij, ſed Iunij legitur.] *Socrus mea*) Pompeia Celerina. *Quieſcenti*) Dormienti. *Adoleſcentulus adhuc*) Nam vndevigeſimo ætatis anno dicere in foro cœpit. [*In quadruplici iudicio*) In centumvirali iudicio. alibi hic locus declaratur: quadruplici, inquit, iudicio bona paterna repetebat: ſedebant iudices centum & octoginta. tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur. nam de vna re in baſilica Iulia fiebant quatuor iudicia apud totidem tribunalia. & libro quarto, Cum apud centumviros in quadruplici iudicio dixiſſem. vnde Fabius Trachali oratoris vocem commendans duodecimo libro: certè, ſcribit, eum in baſilica Iulia diceret Trachalus primo tribunali: quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent: & auditum eum, & intellectum, & quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, [& laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. dicta ſunt centumviralia iudicia à centumviris ſecundum Feſtum: nam cum eſſent Romæ triginta & quinque tribus, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi. & licet quinq; amplius fuerint, tamen quò faciliùs nominarentur, centumviri ſunt appellati: dein procedente tempore aucti vſque ad centum octoginta, ſeruata ſemper priori appellatione. Martialis. Dum centum ſtudet auribus virorum, de Secundo ſcribens. Ouidius De triſtibus Nec mala commiſſa eſt nobis fortuna reorum, Vſque decem decies inſpicienda viris. poſt-

patria, et ſi quid charius patria, fides videbatur. proſperè ceſſit: atque ideò illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit. proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas: aut, ſi tutius putas illud cautiſſimi cuiuſque præceptũ. Quod dubitas ne feceris, idipſum reſcribe. Ego aliquam ſtropham inueniam, agámque cauſam tuam, vt ipſam agere, cùm tu voles, poſſis. Eſt enim ſanè alia ratio tua, alia mea fuit. nam iudicium centumuirale differri nullo modo, iſtud ægrè quidem, ſed tamen poteſt. Vale.

ea à Veſpaſiano electi, qui iudicia centumviralia, quibus peragendis vix ſuffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigeréntque ad breuiſſimum numerum. fuerunt inſtitutæ centumvirales cauſæ à Cor. Sylla, Carbone oratore agente admodum iuuene. authores ſunt M. Tullius & Pomponius. *Cæſaris*) Domitiani [*Amicos*] qui iure victi vix poſſunt ſuperari] *Excutere mentem*) Remouere animum ab actione. *Λογιζόμενος*) Conſiderans, reputans. *Illud*) Carmen εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. vnum augurium optimum, pugnare pro patria ſententia ſimplex, quam Aphthonius in ſuis Præexercitamentis recitat: & M. Tullius ad Atticum citat. Lucianus Homero aſcribit, [nam eſt libro duodecimo Iliados vbi Hector Polydamanta alloquitur, & grammatici interpretantur vnum, id eſt ſolum & non aliud.] Athenæus Metagenis comici recognoſcit: tantum mutata vltima dictione ab Vlpiano interlocutore pro commodo ſuo. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ δείπνου. Non diſſimile Homericum illud ex libro decimoquinto Iliados. οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν. id eſt, non illi indecens pugnanti pro patria mori. quod in ſuis carminibus ita tranſtulit Horatius, Dulce & decorũ eſt, pro patria mori. *Nam mihi patria*) Ordo & ſenſus eſt, nam fides quam dederam Iulio Paſtori, videbatur mihi eſſe patria, vt eam caram haberem tanquam patriam, ſi quid tamen mihi carius eſt patria: perinde ac ſi diceret, nihil amo ſupra patriam. [M Tullius in officiis, Prima Diis immortalibus, ſecunda patriæ, tertia parentibus, & deinceps reliqua reliquis deberi arbitratur.] *Proſpere ceſſit*) Egi feliciter. habuit bonum euẽtum actio mea. *Ideò*) Quod tantum ſim auſus, & benè. *Aures*) Fauorem, gratiam. [ad audiendum me beneuolos fecit. *Ianuam*) Initium. *Proinde* Quare. *Diſpice*) Diſquire, cognoſce. *Somnium iſtud*) Tuum. *Hoc*) Meo. *Vertas*) Interpreteris, experiaris ſecus quàm appareat. *Illud præceptum c. c.*) Quod ſequitur videlicet, ne feceris quod dubites. *Idipſum*) In quo dubitas. *Stropham*) Excuſationem doloſam ἀπὸ τοῦ στρέφω quod ſignificat verto. hac dictione vſus interdum Martialis, iam ſtropha talis abeſt. & libro tertio, nihil ſtropharum eſt: & Prudentius, impunè tantas furcifer ſtrophas. *Agam*) Diſponam, ita accommodabo, vt tu poſſis agere ipſam cùm voles. *Alia*) Diuerſa. *Differri*) In aliud tempus protrahi. *Iſtud*) Tuum. *Ægrè*) Cum labore, differri poteſt.

C. PLINIVS ROMANO FIRMO SVO S.

Municeps tu meus, & condiſcipulus, & ab ineunte ætate contubernalis: pater tuus & matri, & auunculo meo, mihi etiam quantum ætatis diuerſitas paſſa eſt, familiaris:

Municeps) Firmo municipi pro liberalitate ſua dono promittit trecentum ſeſtertia ad explendum cenſum equeſtrem. *Municeps meus*) Ex eodem municipio Como. Firmum ſub Antonino im-

peratorē memorat fuiſſe Modeſtinus alios inſuper Firmos recitāt Tacitus & Secundus. [Firminū prǽterea lego in memoriis Comenſium] *Cōdiſcipulus*) Vna in ſchola ab eodē pręceptore inſtitutus. durāt enim à teneris annis amicitiæ ad ſenectutem vſque firmiſſimæ, religioſa quadam neceſſitate imbutæ: neque enim eſt ſanctius, ſacris iiſdem, quàm ſtudiis initiari. *Ineunte*) Tenella. *Contubernalis*) Conuictor ſub eodem tecto. *Auunculo*) C. Plinio Secundo hiſtorico, cui per adoptionem factus eſt Cæcilius filius. [multum iſta confirmant illorum opinionem, qui ſcripſere Plinium auunculum fuiſſe Nouocómenſem, quòd Firmi pater cum illo familiaris in ipſo municipio fuerit.] *Diuerſitas*) Diſparilitas: quia ego adoleſcens eram, ille grandæuus. magis enim par parē delectat. ſecundum Græcum prouerbiū, ἧλιξ ἥλικα τέρπει.

magnæ & graues cauſæ, cur ſuſcipere & augere dignitatem tuam debeam. Eſſe autem tibi centum millium cenſum, ſatis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur, vt te non decurione ſolùm, verùm etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equeſtres facultates. CCC. millia nummûm. Te memorem huius muneris amicitiæ noſtræ diuturnitas ſpondet. Ego ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem, niſi te ſcirem ſponte facturum, vt dignitate à me data, quammodeſtiſſimè, vt à me data, vtare. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt. Vale.

Magnæ & graues cauſæ) Prædictæ magni momenti rationes. *Suſcipere*) Defendere. *Cenſum*) Æſtimationem, opes. *Centum millium*) Nummûm: nam tanti erant mille nummi, quāti vnum ſeſtertium: ergo centum millia nummûm erant cētum ſeſtertia. *Decurio*) Senator in municipio. *Nos*) Nouocomenſes. facultates [enim] decurionum fuere olim centum milliū nummûm. *Equeſtres facultates*) Cenſum equitum Romanorum, qui quadringentis ſeſtertiis, vel quadringentis millibus nummûm (nam idem id eſt) conſtabat. vnde ſubtiliter illum locum Horatius in Epiſtolis executus, Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt, Eſt animus tibi, ſunt mores, eſt lingua fidéſque, Plebs eris. cuius ſenſus: ſi quadringentis ſex ſeſtertiis ſeptem millia nummûm, id eſt, ſeptē ſeſtertia deerunt: videlicet vnum ſeſtertium, vel mille nummûm, quod tantundē eſt, ſi deerit tibi de quadringentis, eris plebeius, quamuis habeas cætera equitis. Ad id alluſit Martialis libro quinto, Ingeniū, ſtudiúmque tibi, moréſque, genúſque Sunt equitis, fateor, cætera plebis habes. fuiſſe autem equeſtris cenſus hāc cauſam ſcriptum reliquit Plinius libro trigeſimotertio capite ſecundo: cùm C. Sulpitius Galba, dum venalem famam apud principem Tiberium popinarum pœnis aucuparetur, occupatúſque in his eſſet, queſtus in ſenatu inſtitores eius culpæ defendi annulis: hac de cauſa cōſtitutum, ne cuiius eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, auoque paterno ſeſtertia quadringenta cenſus fuiſſet: & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus ſedendi. poſtea gregatim id appeti cœptum: paſſímque ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſilierunt. ita dum ſepararetur ordo ab ingenuis, communicatus eſt cum ſeruitiis. *Diuturnitas amicitiæ noſtræ*) Vetus inter nos & perpetua amicitia promittit te forè memorē meæ liberalitatis. *A me data*) Quam per me conſecutus es. *Sollicitius*) Diligentius. *Beneficium amici*) Etiam reſpectu amici, cuius beneficium tueberis, ſi te modeſtè geſſeris in eo. nam ſecus periret, ſi videlicet in arrogantem & indignum contuliſſet.

Frequens)

C. PLINIVS COR. TACITO SVO S.

FREquens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito, cui nihil æquè in cauſis agendis, vt breuitas placet: quam ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat, alioqui præuaricatio eſt trāſire dicēda. præuaricatio etiā, curſim & breuiter attingere, quæ ſint inculcāda, infigēda, repetēda. nā pleriſque longiore tractu vis quædam & pondus accedit. Vtque corpori ferrum, ſic oratio animo

FRequens) Corn. Tacitus eloquentiſſimus & grauiſſimus rerum ſcriptor, tantæ fuit apud poſteros authoritatis, vt Tacitus, qui poſtea imperauit, eundem parentem ſuum diceret, & in omnibus bibliothecis collocari: ac ne exemplorum raritate interiret, librum per ſingulos annos decies tranſcribi à vicorū principibus iuſſerit: ſed ne ſolerti quidē iſta diligētia potuit omnino periculo occurrere. nā quod extat (proh dolor) mancū, inuerſum, neq; caput, neque pedes habens, vt vix Cornelij maieſtatem deprehendas. hunc puto Quintilianum per hæc intellexiſſe: Supereſt, inquit, adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriam vir ſeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. habet amatores, nec imitatores: vt libertas, quanquam circumciſis quæ dixiſſet, ei nocuerit: ſed elatum abunde ſpiritum, & audaces ſententias deprehendas, etiam in his quæ manent: niſi tamen malimus de Plinio hiſtorico dicta. [quoniam ſtatim poſt commemoratam Aufidij Baſſi hiſtoriam hæc ſubdidit Fabius, conſtétque ex teſtimonio Cæcilii, Plinium exorſum ſuam hiſtoriam à fine Aufidii Baſſi.] conſulit ergo Tacitum per epiſtolam, an magis probet dicēdi genus amplum, copioſum, in quo profectò vis magna eſt: an breuius & circumſcriptius, quod placere cuidam ex diſputatione narrat, ſibi verò nequaquam. eſt autem epiſtola longiſſima, & magnæ frugis: hoc enim in ſe habent Secundi literæ, vt longiores ſint fructuoſiores, breuiores gratioſiores. *Æque*) Tam. *Permittat*) Exigat. *Præuaricatio*) Præuaricatio, eſt ab officii ſui præſcriptione deflexio atque aberratio, ſiue malitia, ſiue imprudētia. vnde Marcell⁹ inquit, Prēuaricari eſt vera crimina abſcondere: nam præuaricatorem eum ſentimus, qui colludit cum reo, & tranſlatiue munere accuſandi defungitur, quòd proprias probationes diſſimularet, falſas excuſationes admitteret. Vlpianus, præuaricator eſt quaſi varicator, qui diuerſam adiuuat partem prodita cauſa ſua. cauſam aduerſariis donat, & ex parte actoris in partem rei concedit. Labeo à varia concertatione tractum ait: nā qui præuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit, quinimmo ex aduerſa. alii à prætergrediendo præuaricatores dictos. Fabius aſſerit, in vniuerſum nunquam oratoris eſſe præuaricari. qui præuaricationes feciſſe, quive ob accuſandum, negociúmve cui faciendum pecuniam accepiſſe iudicatus erit, ius accuſandi non habet. *Tranſire*) Omittere. *Curſim*) Leuiter. *Inculcanda*) Ingerenda: cui ſententiæ Fabius accedit, Repetere dicens, & diu inculcare vtilius eſſe: quod conſequemur, ſi interpretatione vtemur. nam per hanc neceſſe eſt animum auditoris commoueri: cum grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborum. *Infigenda*) Memoriæ & animo iudicum committenda: quod fit per commorationem, maxime in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur. Immorandum diutius præcipit M. Tullius, & eodem ſæpius redeundum, idque boni oratoris valde proprium: neque eam exornationem eſſe tanquam membrum, ſed veluti ſanguinem profuſum per totum corpus orationis. *Repetenda*) Quod fiet commodiſſime per conduplicationem, quæ vehementer auditorem commouet, & vulnus maius efficit verborum, vt rerum reintegratio, quaſi aliquod telum ſæpius per-

damnant: nam hians compoſitio, & inconditi ſenſus redolebant antiquitatem. *M. Tullium*) Quo nemo tam multa oratore, ne in Græco quidem ocio ſcripſit: vim cuius in dicendo & copiam, à Fabio libro decimo, & Seneca ſuaſoriarum primo, commendatam pluribus, quàm vt deceat in commentarios conferre, ſatis habemus lectorem admonuiſſe. *Quæ maxima*) Qualis eſt pro Cluentio, & pro domo ſua apud Pontifices. *Aliæ bonæ res*) Sût meliores, quo ſunt maiores. [*Quiſq;*) cum comparatiuo contra opinionê Laurentii.] *Signa*) Opera ſculptilia, & ad alicuius animalis effigiem formata. à ſigno diminutiuum fit ſigillum. in commune, ſignum eſt per quod aliqua res ſignificatur. *Ille*) Aduerſarius. *Eludit*) Hæc. fruſtratur, ludendo euitat. Tacitus, Parthos vna ciuitas tam diu eluſerat. & alibi, Eludi Parthus tractu belli poterat. [Cicero in Verrem, Te verò Cæcili, quemadmodum ſit eluſurus videre iam videor] *Lubricus*] Subterfugiens ſtratis prioribus argumentis ad alia, anſam & ſtropham ex aduerſarii verbis colligens. lubricum ſecundum grammaticos dicitur, quod labitur dum teneri creditur, vt piſcis, ſerpens.

cus, ita eludit, vt contendat hos ipſos, quorum orationibus nitar, pauciora dixiſſe, quàm ediderint. Ego contrà puto. Teſtes ſunt multæ multorũ orationes, & Cic. pro Murena, pro Vareno: in quibus breuis & nuda quaſi ſubſcriptio quorundam criminum ſolis titulis indicatur. Ex his apparet, illum permulta dixiſſe, cum ederet, omiſiſſe. Idem pro Cluentio ait ſe totam

Contendat) Certet, aſſerat. *Hos ipſos*) Demoſthenem, & reliquos. *Dixiſſe*) Dum agerent cauſas: nam illud propriè eſt dicere. *Ediderint*) Publicauerint, emiſerint, vt ſcilicet multa poſtea addiderint, & in maius aucta vulgauerint ſcripta ſua. Quintilianus li. xij. multis tractat, non ſemper oratorem ſcribere quæ dixit: cum plerunque tempora breuitate impediant, & multum ex eo quod oportuit dici, reciderit: huiuſmodi enim caſus efficiunt, vt aliquando dicatur aliter quàm ſcribitur, cùm dicere quomodo ſcribendum eſt non licet, quæ ſi non interuenerint, ſemper aget orator vt ſcribit, ſi melius ſcilicet ſcribat. *Multorum*) Oratorum. *Murena*) L. Murenam accuſauit Cato crimine ambitus, Cicero defendit, abſolutus conſul creatus eſt. extat pro Murena oratio, ſicut pro Vareno (cuius ſæpe fit mentio apud Fabium) intercidit. *Subſcriptio*) Denunciatio, notatio, [accuſatio] ſuper quo verbo plura libro v. *Nuda*) Nullis argumentis, nullis ſignis fulta. *Titulis*) Inſcriptionibus breuibus [ſolis titulis ſubſignata ſine amplificatione.] officium ſcriptoris, inquit Secundus, exiſtimo vt titulum ſuum legat. Martialis, Addita per titulos ſua nomina rebus habebis. eſt enim titulus, index cuiuſque operis: vnde in ſtatuis & in picturis titulum dicimus literas, quæ vel artificis, vel eius cuius ſtatua, ſiue imago eſt, nomen demonſtrant: ſicut apud Plinium legimus, Appio Claudio, qui conſul cum Seruilio fuit, placuiſſe in excelſo titulos honorum legi. & Liuius inſignes imaginum titulos ſcribit. [Valerius, Titulus namque datur.] ſed tituli milites appellati. quaſi tutuli: quòd patriam tuentur: vnde & Titi prænomen ortum. tituli etiam debitorum nomina dicuntur, præſertim in his debitis, quibus debitorum nomina ſcripta ſunt. *Per multa*) Plura *Dixiſſe*) Dum ageret cauſas. *Ederet*) Emendaret, limaret vt emitteret. *Omiſiſſe*) Permulta. *Cluentio*) Aulus Cluẽtius Habitus Larinas per multos annos inuidia flagrauit, quòd per eius pecuniam Oppianicus innocens condemnatus eſſet, cúmque ideo & aliis criminibus impiæ matris impulſu accuſaretur, à Cicerone longiſſima oratione protectus eſt. *Ait*) Verba ſunt ex fine eiuſdem orationis, Meum laborem, qui totam hanc cauſam vetere inſtituto ſolus peroraui, mater oppugnat. nam veteri inſtituto poterat orator dicere [ſolus ſine alio patrono] quot horis libuiſſet. author Tacitus, ante Cn. Pompeium conſulem neminem intra pauciſſimas horas perorare coactum,

cauſam veteri inſtituto ſolum perorasse, & pro Cornelio quatriduo egiſſe: ne dubitare poſſimus, quæ per plures dies, vt neceſſe erat, latius dixerit, poſtea reciſa, ac purgata in vnum librum, grandem quidem, vnum tamen, coarctaſſe. At aliud eſt actio bona, aliud oratio. Scio nonnullis ita videri, ſed ego (forſitan fallor) perſuaſum habeo, poſſe fieri, vt ſit actio bona, quæ non ſit bona oratio: non poſſe non bonam actionem eſſe, quæ ſit bona oratio. eſt enim oratio actionis exemplar, & quaſi ἀρχέτυπον. *Idea in optima quaque mille figuras extemporales inuenimus. in his etiam, quas tantùm editas ſcimus, vt in Verrem, Artificem, quémnam? rectè admones, Polycletum eſſe dicebant.*

ctum, & liberas comperendinationes fuiſſe, & modum dicendi ſibi quenque ſampſiſſe, & numerum neque dierum neque patronorum cautum. vnde teſtatur Secundus, Tullium totam actionem pro Cluentio egiſſe ſine auxilio alterius patroni *Perorasse.*) Totam cauſam dixiſſe. *Cornelio*) L. Cornelio Balbo. hunc ciuitate Romana à Gn. Pompeio donatum [rebus] in Hiſpania multis præclarè geſtis iudices accuſarunt: quòd contra leges & fœdera vteretur. *Quatriduo*) Quod extat, facile vno die, vel paucis horis dici potuit: hinc igitur apparet, ex actione quatriduana multa reciſa antequam publicaret. *Latius*) Copioſius. *Reciſa*) Limata, amputata. *Repurgata*) Emendata ſublatis ſuperuacuis, quæ lectorem offendiſſent, iudicem tamen mouere poterant. Fabius, Quod libris dedicatur, & in exemplum redigitur, terſum, ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportet: quia veniat in manus doctorum, & iudices artis habeat artifices. vnde Secundus ad Celerem ſcribens de recitatione orationis: Superuacuum tamen eſt, recitare quæ dixeris. eſt: ſi eadem omnia, ſi iiſdem omnibus, ſi ſtatim recites: ſi verò multa inſeras, multa commutes, non. Ex quibus apparet, non ſatis conſtare ſibi, cùm illic ſcribat: multa inſeri ſolita pro editione. *Vnum librum*) Vnam orationem. *Grandē*) Amplam. non enim tantum ad ætatem pertinet, ſed etiam ad alias res: vnde apud Senecam Senecio cognominatus eſt Grãdio, quòd rebus grandioribus vteretur. & Cato, grandire dixit fruges, pro in maius creſcere. *At aliud eſt*) Proponit quæ poſſent obiici, vt ea confutet. ſenſus igitur: quibuſdam videri actionem bonam aliud eſſe quàm orationem: Fabius libro duodecimo teſtatur, bene dicere & bene ſcribere, idem eſſe: neque aliud eſſe orationem ſcriptam, quàm monumentum actionis habitæ. eſt autem actio, quaſi ſermo corporis, ex motu eius & geſtu conſiſtens, quo magis menti congruens eſſe debet. hæc M. Tullius, verum iuriſconſultus Celſus, Nihil aliud, inquit, eſt actio, quàm ius quod ſibi debeatur in iudicio perſequendi, & Vlpianus de Actionibus, duo earum genera facit. *Ita videri*) Aliud eſſe actionem, aliud orationem bonam. Fabius vult actionem bonam, eandem debere eſſe bonam orationem: quod ſi contingat malè agere, omnino benè ſcribendum eſſe. vnde cautè dixit Secundus, bonam actionem. faciliùs enim ex bona actione fiet bona oratio, quàm ex mala. *Bona actio*) Reſpectu auditorum & temporis. nam illa bona eſt actio quæ perſuadet, etiamſi non ſit terſa & culta: quæ ſanè debent eſſe in oratione. poteſt ergo fieri vt ſit bona actio, & non bona oratio. *Non poſſe non eſſe bonam actionem*) Omnino neceſſe eſſe, illam fuiſſe bonam actionem, quæ ſit bona oratio. *Et quaſi ἀρχέτυπον.*) Primitiuum, & primam formam retinens. ſic interpretatur Suidas. & Martialis nugas archetypas dixit, manu authoris ſcriptas. ſic Iuuenalis archetypos Cleantes, primas Cleantis ſtatuas & imagines. *Optima*) Oratione. *Mille*) Innumeras. *Figuras*) Dicendi modos in vſu-

tatos, non vulgares. *Extemporales*) Non præmeditatas. *Hæ*) Orationibus. *Tantùm editas*) Non actas, ſed ſolùm publicatas. *Vt in Verrem*) Verrinarum genus eſt admirabile, [quarum primã] quas Ciceronem egiſſe contra Secundi opinionem teſtatur Aſconius, [ſed quate prima eſt de accuſatore conſtituendo, & non directè contra Verrem, ſed Cæcilium, vterque autor non eſt falſus, cùm poſt illud Verres in exilium voluntarium iuerit, neque quæ ſequuntur actiones à Cicerone actæ ſint, ſed tantùm editæ.] ſunt autem libri in Verrem emiſſi, quòd prætor in Sicilia totã illam inſulam expoliaſſet. *Quemnam artificem*) Verba ſunt ex ſexto Verrinarum actionum præterea, inquit, erant ænea duo ſigna, non maxima, verum eximia vetuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant. canophoræ ipſæ vocabantur: ſed earum artificem: quemnam? rectè admones: Polycletum eſſe dicebant. cuius ſenſus: ſed quis eas virgines fabricauerat: tanquam ſi per hæc M. Tullium aduerſarius interrogaret: rectè igitur, inquit, hoc loco me admones: dicebatur Polycletus ille optimus ſtatuarius effigiaſſe. vel ea referantur ad Ciceronem interrogantem pragmaticum, vel à quo didicerat cauſam, quiſnam eſſet artifex. & cum audiuiſſet, eſſe Polycletum, ſubiunxerit, rectè admones. in illis etiam plerunque ſunt nuda crimina, qualia illa, Nolite expectare dum ego hoc crimen oſtiatim agam: à Terſchilo Tindaritano pateram abſtuliſti: à Thraſone item Tindaritano patellam: à Nymphodoro Agrigentino thuribulum. *Sequi-*

Sequitur ergo, vt actio ſit abſolutiſſima, quæ maximè orationis ſimilitudinem expreſſerit, ſi modò iuſtum & debitum tempus accipiat: quod ſi negetur, nulla orationis, maxima iudicis culpa eſt. Adſunt huic opinioni meæ leges, quæ longiſſima tempora largiuntur, nec breuitatem dicentibus, ſed copiam, hoc eſt diligentiam, ſuadent: quam præſtare niſi in anguſtiſſimis cauſis non poteſt breuitas. Adiiciam, quod me docuit vſus, magiſter egregius,

tur) Concluditur. *Actio*) Illa. *Expreſſit*) Repræſentauit. *Similitudinem orationis.*) Typũ & formam dicendi abſolutam. *Iuſtum & debitum.*) Ex lege & re. i. conueniens cauſæ. nã autore Quintiliano, cauſæ frequenter breuitate tẽporis impediuntur, tunc nulla actoris, ſed iudicis culpa. *Adſunt.*) Fauent.

Leges.) Conſuetudine veterum iudiciorum nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur: & liberæ comperendinationes erant: & modum dicendi ſibi quiſque ſumebat: & numerus neque dierum neque patronorum cauebatur: primus iſtam libertatem cõſul Cn. Pompeius aſtrinxit, impoſuitque veluti frenos eloquentiæ: & accuſatori duas, reo autem tres horas ad dicendum dedit. Cæcilius accuſatori ſex horas, reo verò nouem ex lege datas: ita tamen, vt omnia ex foro, omnia ex legibus, omnia apud prætores gererentur: vnde Martialis Cæcilianum irridet, qui contra legem maius temporis ſpacium impetrauerat, cùm eſſet ad dicendum ineptus. Aſconius teſtatur, viginti dies legitimos accuſatori, & totidẽ defenſori ad reſpondendum conceſſos. hinc alibi ſua tempora Secundus vellicans, An nos, inquit, ſapientiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores? quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur? quibus poſtea motus Antoninus imperator, oratoribus permiſit quantum aquæ actioni permiſiſſent, & iudicia longius protraxit. *Copiam*) Dicendi vbertatem: quam rem per exornationem, quæ interpretatio dicitur, declarauit. *Diligentiam*) ſ. oſtendens oratori per longum temporis ſpacium conceſſum. *Anguſtiſſimis*) Minoris probationis: & vnius tantum, vel paucorum criminum citò tranſigendorum. *Breuitas*) Dicendi. *Vſus magiſter*) Sic libro ſexto: quod tamen multi ante eum dixerant: imprimis M. Tullius, vſum eſſe dicendi magiſtrum frequenter præcepit, & omnium magi-

frequenter egi, frequenter iudicaui, frequenter in conſilio fui. aliud alios mouet: ac plerunque parua res maximas trahunt. variæ ſunt hominum iudicia, variæ voluntates: inde qui eandem cauſam ſimul audierunt, ſæpe diuerſum, interdum idem, ſed ex diuerſis animi motibus ſentiunt. Præterea ſua quiſque inuentioni fauet, & quaſi fortiſſimum complectitur, quum ab alio dictum eſt, quod ipſe præuidit. Omnibus ergo dandum eſt aliquid, quod teneant, quod agnoſcant. Dixit aliquando mihi Regulus, quum ſimul adeſſemus. Tu omnia, quæ ſunt in cauſa, putas exequenda: ego iugulum ſtatim video, hunc premo (premit ſanè quod eligit, ſed in eligendo frequenter errat.) Reſpondi, poſſe fieri, vt genu eſſet aut tibia aut talus, vbi ille iugulum putaret. At ego (inquam) qui iugulum perſpicere non poſſum,

ſtrorũ præcepta ſuperare. hinc pro Corn. Balbo, Aſſiduus, inquit, vſus vni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit. eſt enim ratio loquendi, & regula ſermonis. at omnium etiam rerum magiſtrum vſum eſſe ſcribit Cæſar in Commentarijs: quod latius explicuit Columella, quid. ſ. inter vſum & artem interſit: ſcriptorum dicens monumenta magis inſtruere, quàm facere artificem: vſum & experientiam dominari in artibus, neque eſſe vllam diſciplinam, in qua non peccando diſcatur. nam vbi quid perperam adminiſtratum ceſſit improſperè, vitatur quod fefellerat: illuminátque rectam viam docentis magiſterium. Manilius, Per varios vſus artem experientia fecit Exemplo monſtrante viã) *Frequenter egi.*) Plures cauſas dixi. *Iudicaui*) Iudex fui. *In conſilio fui*) Aſſumptus fui iudex extra ordinem pro cõſultatione rei dubiæ: nam in conſilio eſſe dicitur aliquis, cùm ſuper re ambigua conſulitur. M. Tullius, Vt haberet in cõſilio & fratrẽ: & in Panegyrico Conſtantini, quiſquis illius autor qui tibi in conſilio erant, hærebant. Apuleius in conſilio iudices eſſe dixit, quòd poteſtatem iudicij haberent. & principem dicimus bonos in conſilio habere, quòd eſt decernere ex conſilio bonor. neque me præterit, Quintil. ſcribere, iudiciũ à cõſilio parũ differre, quòd illud oſtendentibus rebus adhibeatur, hoc latẽtibus, & aut omnino nõdũ repertis, aut dubiis. & iudicium frequentiſſimè certum eſſe, conſilium verò rationem quandam altè repetitam, & plerunque plura perpendentem & comparantem, habentémque in ſe & inuentionem & iudicationem. *Aliud alios mouet*) Vna res mouet alium, alia alium. *Variæ ſunt hominum iudicia.*) Nam ſicut ingeniorum plurimæ ſunt formæ, ſic iudiciorum, vt autor eſt Quintilianus. *Variæ voluntates*) Imitatio Perſiana, Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. quod & imitatus eſt Terentius in Phormione, Verum ita eſt, quot homines, tot ſententiæ. ſuus cuique mos. *Diuerſum ſentiunt*) Diuerſam habent ſententiam ab aliis autoribus. *Idem*) Simile alijs: ſed diuerſis effectibus. *Sua inuentioni*) Quod præuidit & excogitauit, antequam orator diceret & ageret, id tanquam veriſſimum ſeruat. *Fortiſſimum.* Certiſſimum, irreprehenſible. *Alio.*) Ab actore. *Teneant.*) Credant. *Agnoſcãt.*) Tanquam ſuum inuentum. *Adeſſemus*] Cauſã ageremus. *Quæ ſunt in cauſa,* [Quæ pertinẽt ad cauſam dicẽdã.] *Vt genu eſſet*) Lucianus in libro qui inſcribitur oratorum magiſtri, apertè carpens malos oratores, inquit, non referre vt pro fronte ſuram, pro ſura verticem accipiant.) *Iugulum.*) Firmiſſimum argumentum, cauſæ conſtitutionem: nam iugulus in homine maxime lætalis: inde per translationẽ iugulatum literis dixit, in Verrem M. Cicero [& in Philippicis Iugulatam cauſam Pompeianorum] & Terentianus Dauus, Iugulaſti hominem verbis. *Hunc premo.*) Vrgeo, & in ſumma totius cauſæ

perſto non euagando. *Premit*) inſtat vbi credat eſſe cardinem rei, ſed ſępe fallitur in eligendo. *Reſpondi.*) Regulo. *Fieri.*) Euenire. *Genu.*) Pars leuior cauſæ. perſtat in translatione, cùm iam præmiſerit iugulum. *Iugulum.*) Firmiſſimum argumentum minuendo ſuam facultatem, Reguli ſubſannat arrogantiã.

omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. Vtque in agricultura nõ vineas tantũ, verùm etiã arbuſta: nec arbuſta tãtum, verùm etiam campos curo, & exerceo: vtque in ipſis campis non far, aut ſiliginem ſolam, ſed ordeum, fabam, cæteráque legumina ſero: ſic in actione plura quaſi ſemina latius ſpargo, vt quæ prouenerint, colligam. Neque enim minus imperſpicua, incerta, fallaciáque ſunt iudicum ingenia, quàm tempeſtatum, terrarúmque. Nec me præterit ſummum oratorem Periclem ſic à comico Eupolide laudari,

Πρὸς δέ γ᾽ αὐ τούτῳ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων,
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Verùm huic ipſi Pericli nec illa πειθώ, nec illud ἐκήλει breuitate, vel velocitate, vel vtraque. (differunt enim) ſine facultate ſumma conti-

Omnia) Omnes partes cauſæ. *πάντα λίθον κινῶ.*) id eſt, omnem lapidem moueo: huius prouerbij multi meminere. Nicarchus in epigrammate *πάντα λίθον κινεῖ.* Baſilius ad Monachos *πάντα λίθον, κατὰ τὴν παροιμίαν κινοῦντες*, & q Græcè vitã Augusti ſcripſit. *πάντα λίθον κινῶν, τὸ τῆς παροιμίας.* ſimile illud *πάντα κινήσω πέτρον*, quod à Suida pariter ſcribitur. eius originem inde tractã inuenio. Polycrati Thebano ementi locum, vbi Mardonius caſtrametatus fuerat, reſpondit oraculum, vt inibi foderet, & omnem lapidem moueret: futurum vt magnam auri copiam offenderet. quidam tractum putant à venatoribus, qui feras indagantes, magna diligentia omnia perluſtrant. *In cultura agri*) In colendis agris. *Arbuſta*) Loca arborib' cõſita, vel arbores quibus vites maritantur: vnde Plinius nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni confirmat: & vlmum, populum nigram, fraxinum, ficum, oleam, cornum, tiliam, acerem, ornum, carpinum, quercum, ſalicem, inter arbuſta connumerat: ſecutus Varronem, qui præcipit arbuſta ſerenda in ſpacium quincuncis, & vineas ac arbuſta putanda. ſic docet Columella, arbuſtum faciendum, & arbuſtiuam vitẽ arbuſto coniunctam retulit. Palladius ſimiliter. Plinius etiam arbuſtare agros, pro arbuſtis conſerere vſus eſt. Arbuſtum Cato, & eum imitatus Seruius pro loco arbuſculis referto vſurpauerat. at arbutum inter ſemper virentes arbores enumerat Theophraſtus. *Exerceo.*) Colo, aro. *Siliginem.*) Theophraſto & Plinio authoribus, ſiligo genus grani nunquam pariter matureſcit, nec vlla ſegetum minus dilationem patitur propter teneritatem: matura grana protinus decidunt, ſed minus quàm cætera frumenta periclitatur in ſtipula: quoniam ſemper rectã habet ſpicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat. tria eius genera, bromos, ſiligo exceptitia, & tragos. *Semina.* Argumenta. *Prouenerint*) Prouentum, & meſſem bonam reddiderint, iuuerint. *Imperſpicua*) Incognita, dubia. *Incerta fallacia*) Incerta ad cognoſcendum an fallant: an magis diſiunctim legatur, incerta, fallacia. *Ingenia tempeſtatum*] Naturæ temporum, qualitates bonæ ſiue malæ: nam tempeſtas vocabulum medium eſt. *Summum oratorem Periclem*) De cuius dicendi copia ſic accepimus, vt cùm contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriæ, ſeuerius tamen idipſum, quod ille

contra populares homines diceret, populare omnibus & iucundum videretur: cuius in labris veteres Comici, etiam cùm illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitaſſe dixerunt: tantámque in eo vim fuiſſe, vt in eorum mẽtibus qui audiſſent, quaſi aculeos quoſdã relinqueret. præſtitit igitur Pericles doctrina, conſilio, eloquentia per quadraginta annos, quibus in patria, & vrbanus eodem tempore, & bellicis rebus præfuit, quòd Anaxagoræ phyſici auditor fuit. hæc ſumpta ex M. Tullio & Valerio Maximo. de illo tamen longè plura Thucydides & Plutarchus, quem aſſerunt ob eloquentiam cognominatum Olympium. meminit ſequentium verborum [Lucianus in laudatione Demoſthenis, &] Suidas: ſed breuibus τοία δέ τις ἐπεκάθητο πειθὼ τοῖς χείλεσι τοῦ ἀνδρὸς, id eſt, talis autem quędam inſidebat ſuadela labris viri. πρὸς δέ γ' ἐν αὐτῷ τῷ τάχει, πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν, οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκουομένοις. id eſt, ad hoc ſuadela quædam inſidebat labris, adeo demulcebat, & ſolus rhetorum aculeum relinquebat auditoribus: quæ verba Eupolidis, veteris comœdiæ ſcriptoris ſæpe Cicero tranſtulit ad nos, vt De claris oratoribus, de Pericle ſcripſit Eupolis: cum delectatione etiam aculeos relinquebat in animis eorum à quibus eſſet auditus. Et, Vberius veteris comœdiæ maledica lingua, quamuis potentiam viri perſtringere cupiebat, tamẽ in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare, atque animis eorum qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.] Ac Fabius libro decimo: quod de Pericle vetus teſtimonium eſt, in Platonem transferri poteſt iuſtiſſimè, in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi deam: ſic enim interpretatur πειθώ: quæ ſanè ab antiquis colebatur. nam tradit Pauſanias, Thebis in Templo Veneris fuiſſe eius deæ imaginem, opus Praxitelis: & templum Pithus ſine ſtatua. Herodotus libro octauo teſtatur, apud Andrios dixiſſe Themiſtoclem duas deas Suadelam, & Neceſſitatem. Suidas aſſerit, nihil aliud eſſe Pithus templum, quàm orationem. M. Tullius cum libro tertio De oratore, leporem πειθὼ appellaſſet: De claris oratoribus idem ſuadelam vocauit, cuius effectorem dicit eſſe oratorem: quam Suadam dixit Ennius. eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis labris ſediſſe, huius hic medullam Romanum oratorem fuiſſe dixerit: alii Flexanimam, & dicendi præſidem. Horatius etiam poeticam mellam vocauit: & Cebetes, In ſolio, inquit, ſedet ſuauibus moribus & formoſa indole mulier, quæ poculum mauu tenet, Suada vocatur, mortales omnes ſeducens. Syracuſium quendam Apollonius Pithonem appellabat, oratione ſua perſuadere conantem: de quo Philoſtratus libro vii. ἐκήλει) Demulcebat. Differunt enim breuitas, & orationis velocitas. nam breuitas eſt dicere citra cauſam: velocitas etiam copioſe, ſed nimium feſtinanter, & ſine mora ac tractu. Hermogenes diffinit, velocitatem eſſe compoſitionis accelerationem, qua viua & mobilis oratio videtur. *Facultate*) Facili poteſtate dicendi.

giſſet. nam delectare, perſuadère, copiam dicendi ſpatiúmque deſiderant: relinquere verò aculeum in audientium animis is demum poteſt qui non pungit, ſed infigit. Adde, quæ de eodem Pericle comicus alter, ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν ἑλλάδα. Non enim amputata

Delectare) Quod includit in ſe floridum dicendi genus: eſt autem procemii proprium, quamuis etiã in aliis orationis partibus opportunè fiat. *Perſuadere*) Perſuademus grãdi & robuſto genere dicẽdi, authore Quintiliano, præſertim argumentis tam ex arte, quã ſine. Perſuaſionis loci ſunt cõfirmatio & refutatio, ac peroratio, quamuis etiam & ſecundum rhetores, in narratione debebamus perſuadere. *Copiam*) Vbertatem orationis. *Spacium*) Temporis moram. *Aculeum*) Perſuaſionem & fidem facere. *Pungit*) Leuiter tangit, & breuibus agit. *Infigit*) Multis immoratur, & perſua-

det. *Cōmicus a.*)Scribit:is eſt Ariſtophanes pariter comœdiæ veteris ſcriptor: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰ πάντα, ideſt, fulgurabat, tonabat, & conuoluebat omnia. M. Tullius De perfecto oratore, nunquam inquit, ab Ariſtophane poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet Pericles, ſi tenui genere vſus fuiſſet. & Fabius lib. xii. Quid Periclea? ſimilem ne credimus Lyſiacæ gracilitati? quē fulminibus, & cœleſti fragori comparant comici: dum illi conuicientur. ad quæ videtur Martianus alluſiſſe, vbi de rhetorica agit. At verò quid cùm commotus publici nominis atteſtatione clamauerat? fulgurare, permiſcere, ardere omnia videbantur. quod adeo illi placuit, vt repetat hæc cū in progreſſu arma cōcuſſerat, velut fulgoreæ nubis fragore colliſo, bōbis diſſultantibus fracta diceres crepitare tonitrua: denique creditum, quod inſtar Iouis poſſet etiam fulmina iaculari: hanc totam ferè Græciam miſcuiſſe ferebant: vnde quidam codices apud Secundum pro τὰ πάντα, Ἑλλάδα habent, id eſt, Græciam. iiſdem ferè verbis Suidas de Salmoneo vtitur, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰς τῶν ὑπηκόων ψυχάς, id eſt, fulgurabat, tonabat, perturbabat ſubditorum animos. *Amputata*) Breuis, circumciſa.

Abſciſſa) Manca. *Lata*) Copioſa. *Magnifica*) Sublimis. *Excelſa*) Illud dicendi genus admirabile continens. *Optimus tamen modus eſt*) Reſpondet quæ poſſent obiici. tenendum eſſe modum in oratione, ne ſit nimium redundans. *Non minus*) Pariter. *Infra rem.*) [quæ] dicit nimium breuiter, & ieiunius quàm cauſa exigit. *Supra rem*) Redundanter, & extra cauſam. *Qui aſtrictius*) Non minus non ſeruat modum qui dicit minus, quàm ille qui dicit immodeſtius. *Redundanter*] Exceſſiuè dixiſſe. *Hoc*) Alicuius actionem. *Ieiunè*) Aridè. *Infirmè*) Infra cauſam.

oratio & abſciſſa, ſed lata, & magnifica, & excelſa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miſcet. Optimus tamen modus eſt, quis negat? ſed non minus non ſeruat modum qui infra rem quàm qui ſupra: qui adſtrictius quàm qui effuſius dicit. Itaque audis frequenter, vt illud immodicè & redundanter, ita hoc ieiunè & infirmè Alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe: æquè vterque, ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat. quod certè etſi non limatioris, maioris tamen ingenij indicium eſt. Nec verò cùm hæc dico, illum Homericum ἀμετροεπῆ probo, ſed hunc, καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν: non quia non & il-

vnde M. Tull. de perfecto oratore vtrunq; genus improbat, Meæ, inquit, aures & perfecto completóque verborum ambitu gaudent, nec curta ſentiunt, nec amant redundantia. nam ſicut cauenda eſt oratori preſſo inopia & ieiunitas: ita amplo inflatum & corruptum dicendi genus. nam copia autore Fabio, modum habet, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt. hinc De claris oratoribus tradit Cicero, Apollonium Molonem ſummum oratorem dediſſe operam, vt nimis redundantem, & ſuperfluentem iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentem coerceret. *Materiam*) Propoſitam cauſam. *Non impleſſe*) Ieiunè dixiſſe *Æquè peccat*) Excedendo regulam & præſcriptum: an quia peccata paria, vt alibi latius docebimus. *Ille*) Qui infrà dixit. *Hic*) Qui ſuprà. Aduerte, hic & ille, poſitum à Secundo contra multorum vſum, apud quos, ille reſpicit longiora, hic propinquiora. ſunt tamen authores probati, qui ſimiliter vtuntur: quod nos in ſequentibus latius annotauimus. *Viribus*) Nimiis. *Limatiorù*) Abſolutioris. *Vitium.* [peccatum, ſed quod peccatū maius in eo ingeniū eſſe indicet. Hinc aliqui nō vitiū ſed indiciū legūt: quod magis probo. Nullū enim ingenium limatū eò quòd eſt limatū vitioſum eſt] *Maioris*) Copioſioris. in quam ſenten-

le mihi validiſſimè placeat, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Si tamen detur electio, illam orationẽ ſimilẽ niuibus hybernis, id eſt crebrã, aſſiduã & largã, poſtremò diuinã & cœleſtẽ volo. At eſt gratior multis actio breuis. Eſt quidem, ſed inertibus, quorum delicias deſidiámque, quaſi iudicium reſpicere, ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolùm ſatius eſt breuiter, ſed omnino non dicere. Hac eſt adhuc ſententia mea, quam mutabo, ſi diſſenſeris tu. Sed planè cur diſſentias, explices rogo. Quanuis enim cedere autoritati tuæ debeam, rectius tamen arbitror in tanta re, ratione quàm autoritate ſuperari. Proinde, ſi non errare videor, id ipſum quàm voles breui epiſtola, ſed tamen ſcribe. confirmabis enim iudicium meum. ſi verò errare, longiſſimam para. Non corrupi te, qui tibi, ſi mihi accederes, breuis epiſtolæ neceſſitatem: ſi diſſentires, longiſſimæ, impoſui. Vale.

etiam pedibus init Fabius, de Steſichoro loquens: ſed redundat atque effunditur: quod vt eſt reprehendendum, ita copiæ vitium eſt. etiam libro ſecundo dixerat: peius vitium ſterilitatis eſſe, quàm quod ex copia veniret: facilè remedium vbertatis, ſterilia nullo labore vinci. quam rem M. Tullius libro ſecundo De oratore ſic tractaui: Volo ſe efferat in adoleſcente fœcunditas: nam facilius reuocantur ea quæ ſeſe facilius profuderunt. quod ſi nihil valet materies, noua ſarmenta cultura exputantur. ita volo eſſe in adoleſcente, vnde aliquid amputem. non enim poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum. Sic fortaſſe nos, aridiores quidam notabunt, tanquam copioſius Secundum interpretantes: ſed hæc multis, non delicatis ſcripſimus. *Illum Homericum)* Illum Homeri verſum ex ſecundo Iliados, Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη. id eſt. Therſites autem adhuc ſolus ſine verborum menſura tumultuabat. qui certè verba mentibus ſuis incompoſita: multáque nouerat fruſtrà. *Hunc.)* verſum ex tertio Iliadis in laudem Vlyſſis. καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, id eſt, & verba niuibus ſimilia hyemalibus. nã eius oratio copioſè fluebat inſtar niuiũ. M. Tull. De claris oratoribus, vim dicendi tradit aſſignatam Vlyſſi ab Homero. *Ille)* Verſus ſuper oratione Menelai ex eodem Iliadis libro: παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, id eſt, pauca quidem, ſed valdè acriter: quia non multiloquus erat. de quo Cicero, Menelaum dulcem illum quidem refert Homerus, ſed pauca dicẽtem. breuitas autem laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquẽtia laudem non habet. omiſit Secundus tertium dicendi genus, ab eodem poëta ſub oratione Neſtoris deſignatum. Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής Οὗ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, id eſt, ſuauiloquus ſurrexit acer Pyliorũ concionator: cuius etiam à lingua melle dulcior fluebat vox. quod etiam aſſerit Cicero, & Plutarchus pleraque Homeri exponẽs, Neſtorem refert ſuauiloquum introduci & gratum auditoribus: Menelaum breuem, & elegantem, neceſſaria perorantem: Vlyſſem vehementem, & copioſum. quod apud nos Quintilianus ita ſcripſit. Homerus breuem quidem animi iucunditatem, & propriam (id enim eſt non errare verbis) & carentem ſuperuacuis eloquentiam Menelao dedit: ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle profluere ſermonem: qua certè delectatione nihil fingi maius poteſt. Vlyſſi facundiam & magnitudinem iniunxit: cui orationem niuibus hybernis copia verborum, atque impetu parem tribuit. *Crebram)* Velocem, inſtantem,

magnæ & graues cauſæ, cur ſuſcipere & augere dignitatem tuam debeam. Eſſe autem tibi centum millium cenſum, ſatis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur, vt te non decurione ſolùm, verùm etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equeſtres facultates. CCC. millia nummûm. Te memorem huius muneris amicitiæ noſtræ diuturnitas ſpondet. Ego ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem, niſi te ſcirem ſponte facturum, vt dignitate à me data, quammodeſtiſſimè, vt à me data, vtare. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt. Vale.

peratorē memorat fuiſſe Modeſtinus alios inſuper Firmos recitát Tacitus & Secundus. [Firminū prætereca lego in memoriis Comenſium] *Cōdiſcipulus*) Vna in ſchola ab eodē preceptore inſtitutus. durát enim à teneris annis amicitiæ ad ſenectutem vſque firmiſſimæ, religioſa quadam neceſſitate imbutæ: neque enim eſt ſanctius, ſacris iiſdem, quàm ſtudiis initiari. *Ineunte*) Tenella. *Contubernalis*) Conuictor ſub eodem tecto. *Auunculo*) C. Plinio Secundo hiſtorico, cui per adoptionem factus eſt Cæcilius filius. [multum iſta confirmant illorum opinionem, qui ſcripſere Plinium auunculum fuiſſe Nouocómenſem, quòd Firmi pater cum illo familiaris in ipſo municipio fuerit.] *Diuerſitas*) Diſparilitas: quia ego adoleſcens eram, ille grandæuus. magis enim par parē delectat. ſecundum Græcum prouerbiū, ἧλιξ ἥλικα τέρπει. *Magnæ & graues cauſæ*) Prædictæ magni momenti rationes. *Suſcipere*) Defendere. *Cenſum*) Æſtimationem, opes. *Centum millium*) Nummûm: nam tanti erant mille nummi, quāti vnum ſeſtertium: ergo centum millia nummûm erant centum ſeſtertia. *Decurio*) Senator in municipio. *Nos*) Nouocomenſes. facultates [enim] decurionum fuere olim centum milliū nummûm. *Equeſtres facultates*) Cenſum equitum Romanorum, qui quadringentis ſeſtertiis, vel quadringentis millibus nummûm (nam idem id eſt) conſtabat. vnde ſubtiliter illum locum Horatius in Epiſtolis executus, Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt, Eſt animus tibi, ſunt mores, eſt lingua fidéſque, Plebs eris. cuius ſenſus: ſi quadringentis ſex ſeſtertiis ſeptem millia nummûm, id eſt, ſeptē ſeſtertia deerunt: videlicet vnum ſeſtertium, vel mille nummûm, quod tantundē eſt, ſi deerit tibi de quadringentis, eris plebeius, quamuis habeas cætera equitis. Ad id alluſit Martialis libro quinto, Ingeniū, ſtudiúmque tibi, moréſque, genúſque Sunt equitis, fateor, cætera plebis habes. fuiſſe autem equeſtris cenſus hāc cauſam ſcriptum reliquit Plinius libro trigeſimotertio capite ſecundo: cùm C. Sulpitius Galba, dum venalem famam apud principem Tiberium popinarum pœnis aucupareutr, occupatúſque in his eſſet, queſtus in ſenatu inſtitores eius culpæ defendi annulis: hac de cauſa cōſtitutum, ne cui ius eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, auoque paterno ſeſtertia quadringenta cenſus fuiſſet: & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus ſedendi poſtea gregatim id appeti cœptum: paſſimque ad ornamenta ea etiam ſeruitute liberati tranſilierunt. ita dum ſepararetur ordo ab ingenuis, communicatus eſt cum ſeruitiis. *Diuturnitas amicitiæ noſtræ*) Vetus inter nos & perpetua amicitia promittit te fore memorē meæ liberalitatis. *A me data*) Quam per me conſecutus es. *Sollicitius*) Diligentius. *Beneficium amici*) Etiam reſpectu amici, cuius beneficium tueberis, ſi te modeſtè geſſeris in eo. nam ſecus periret, ſi videlicet in arrogantem & indignum contuliſſet.

Frequens)

C. PLINIVS COR. TACITO SVO S.

FREquens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito, cui nihil æquè in cauſis agendis, vt breuitas placet: quam ego cuſtodiendam eſſe confiteor, ſi cauſa permittat, alioqui præuaricatio eſt trãſire dicẽda. præuaricatio etiã, curſim & breuiter attingere, quæ ſint inculcãda, infigẽda, repetẽda. nã pleriſque longiore tractu vis quædam & pondus accedit. Vtque corpori ferrum, ſic oratio animo

F*Requens*) Corn. Tacitus eloquentiſſimus & grauiſſimus rerum ſcriptor, tantæ fuit apud poſteros authoritatis, vt Tacitus, qui poſtea imperauit, eundem parentem ſuum diceret, & in omnibus bibliothecis collocare: ac ne exemplorum raritate interiret, librum per ſingulos annos decies tranſcribi à vicorũ principibus iuſſerit: ſed ne ſoletti quidẽ iſta diligẽtia potuit omnino periculo occurrere. nã quod extat (proh dolor) mancũ, inuerſum, neq; caput, neque pedes habens, vt vix Cornelij maieſtatem deprehendas. hunc puto Quintilianum per hæc intellexiſſe: Supereſt, inquit, adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriam vir ſeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. habet amatores, nec imitatores: vt libertas, quanquam circumciſis quæ dixiſſet, ei nocuerit: ſed elatum abunde ſpiritum, & audaces ſententias deprehendas, etiam in his quæ manẽt: niſi tamen malimus de Plinio hiſtorico dicta. [quoniam ſtatim poſt commemoratam Aufidij Baſſi hiſtoriam hæc ſubdidit Fabius, conſtétque ex teſtimonio Cæcilii, Plinium exorſum ſuam hiſtoriam à fine Aufidii Baſſi.] conſulit ergo Tacitum per epiſtolam, an magis probet dicẽdi genus amplum, copioſum, in quo profectò vis magna eſt: an breuius & circumſcriptius, quod placere cuidam ex diſputatione narrat, ſibi verò nequaquam. eſt autem epiſtola longiſſima, & magnæ frugis: hoc enim in ſe habent Secundi literæ, vt longiores ſint fructuoſiores, breuiores gratioſiores. *ÆEque*) Tam. *Permittat*) Exigat. *Præuaricatio*) Præuaricatio, eſt ab officii ſui præſcriptione deflexio atque aberratio, ſiue malitia, ſiue imprudẽtia. vnde Marcell' inquit, Prçuaricari eſt vera crimina abſcondere: nam præuaricatorem eum ſentimus, qui colludit cum reo, & tranſlatitie munere accuſandi defungitur, quòd proprias probationes diſſimularet, falſas excuſationes admitteret. Vlpianus, præuaricator eſt quaſi varicator, qui diuerſam adiuuat partem prodita cauſa ſua. cauſam aduerſarii donat, & ex parte actoris in partem rei concedit. Labeo à varia concertatione tractum ait: nã qui præuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit, quinimmo ex aduerſa. alii à prætergrediendo præuaricatores dictos. Fabius aſſerit, in vniuerſum nunquam oratoris eſſe præuaricari. qui præuaricationes feciſſe, quive ob accuſandum, negociúmve cui faciendum pecuniam accepiſſe iudicatus erit, ius accuſandi non habet. *Tranſire*) Omittere. *Curſim*) Leuiter. *Inculcanda*) Ingerenda: cui ſententiæ Fabius accedit, Repetere dicens, & diu inculcare vtilius eſſe: quod conſequemur, ſi interpretatione vtemur. nam per hanc neceſſe eſt animum auditoris commoueri: cum grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborum. *Infigenda*) Memoriæ & animo iudicum committenda: quod fit per commorationem, maxime in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur. Immorandum diutius præcipit M. Tullius, & eodem ſæpius redeundum, idque boni oratoris valde proprium: neque eam exornationem eſſe tanquam membrum, ſed veluti ſanguinem profuſum per totum corpus orationis. *Repetenda*) Quod fiet commodiſſime per conduplicationem. quæ vehementer auditorem commouet, & vulnus maius efficit verborum, vt rerum reintegratio, quaſi aliquod telum ſæpius per-

ueniat in eandem partem corporis. *Pondus*) Autoritas preſſura. *Tractu*) Spacio, mora. nonnulli legunt, tractatu. [quamuis Plinius ſenior dixerit libro decimo, & alioqui vnum par aquilarum magno ad populandum tractu indiget vt ſatietur. Et Virgilius, Tractúſque maris.] *Ferrum*) Telum ex ferro.

non ictu magis quàm mora imprimitur. Hic ille mecum auctoritatibus agit, ac mihi ex græcis orationes Lyſiæ oſtentat, ex noſtris, Gracchorum Catoniſque, quorum ſane plurimæ ſunt circumciſæ & breues. Ego Lyſiæ Demoſthenem, Æſchinem, Hyperidem, multóſque præterea Gracchis, & Catoni, Pollionem,

Imprimitur) Infigitur, intromittitur. *Hic*) Hoc loco, cum rationibus conuincitur. *Ille*) Vir doctus. *Authoritatibus*) Teſtimonio veterum oratorum. *Græcis*) Scriptoribus. *Orationes Lyſiæ*) Lyſias orator Syracuſanus Cephali filius, Tiſiæ & Niciæ auditor, Socrati eo orationem obtulit qua ſe defenderet. Subtilis ſanè oratio atq; elegans, & quo nihil, ſi oratori ſatis ſit dicere, quæras perfectius: nihil enim in illo eſt inane, nihil acceerſitum: puro tamen fonti quàm magno flumini propior. habet autem textum tenue atque ratum. maxima in eo eſt gratia ſimplicis atque inaffectati coloris, fides ſumma: ſcribebat aliis, non ipſe dicebat. ſi ex eius oratione verbum aliquod demas, mutéſve, atque id commodiſſimè facias, de ſententia tamen detraxeris: & præter Suidæ, Diogenis, Fabij & Gellij teſtimonium, M. Tullius de optimo genere oratorum, tenuem notat Lyſiam, quia & priuatas, & paruarum rerum cauſas ſcripſit, inde ieiunior eſſe videtur & De perfecto oratore, tenuitatem in eo reprehendit, quod nihil inſolens aut ineptum dixerit probat. quanquam idem alibi: fuit Lyſias quidem in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregiè ſubtilis ſcriptor, atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere, [Plato ſecundum Plutarchum in Lyſia inuentionem & ordinem improbabat, accuſationem & verborum ſplendorem ac acumen laudabat.] *Noſtris*) Latinis oratoribus. *Gracchorum*) Caij & Tiberij fratrum tri. pl. apertè quantum dicendo vterque valeret, Plutarchus in vitis eorundem oſtendit: præcipuus ſui temporis orator fuit C. Gracchus Catone ſene plenior, & vberior ſecundum Tacitum & Fabium *Catonis*) Cenſorini, quem quamuis non contentum eloquentia ſui temporis, & Romanum Demoſthenem dictum, Cicero tamē non putat imitandum. nam omnis generis orationes, & pro ſe multas, & pro aliis, & in alios reliquit, non ſolùm accuſando, ſed etiam dicendo fatigans inimicos. Illarum ſæpe meminit Gellius. quantum autem præſtiterit ingenio circa res gerendas, ſi quis ſcire intendit, legat præter eundem Gellium, M. Tullium De oratore lib. iij. Liuium in bello Macedonico, & Plutarchum cum Nepote. *Oppono*) Monſtro maiorem, & copioſiorem. *Demoſthenem*) Lyſia, in dicendo: de quo M. Cicero De claris oratoribus: planè quidem perfectum, & in quo nihil admodum deſit, Demoſthenem facilè dixerim. nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit, nihil ſubdolè, nihil verſutè, quod ille non viderit: nihil ſubtiliter dici, nihil preſsè, nihil enucleatè, quo fieri poſſit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel ſententiarum, quo quicquam eſſet clarius. & Fabius: Decem ſimul Athenis oratores magnos ætas vna tulit, quorum longè princeps Demoſthenes, ac pene lex orandi fuit. tanta vis in eo, tam denſa omnia, ita quibuſdam neruis intenta ſunt, tamen nihil ocioſum. is dicendi modus, vt nec quod deſit in eo, nec quod redundet inuenias. magna ex parte Ciceronem fecit, ſi Fabio credimus, in inuentione facilis, eloquendo denſus, concludit aſtrictè, pugnat acumine: cura in eo ſumma, vt nihil detrahi poſſit, quanquam libro duodecimo dicat. quod ſi mihi des conſilium iudicum ſapientum, per quam multa recidam ex orationibus non

Cice-

Ciceronis modò, ſed etiam eius qui eſt ſtrictior multò, Demoſthenis. *Æſchinem*) De quo idem Fabius, Demoſthene plenior Æſchines, & magis fuſus, & grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus: carnis tamen plus habens, lacertorum minus. in ſumma, inter Atticos oratores palmam Demoſtheni, proximum verò locum Æſchini tribuerim. vterque ex orationibus ſuis notus. *Periclem*) Scio quoſdam legere Hyperidem: nam vtrique ſummi fuerunt oratores: fortaſſe qui pro Pericle Hyperidem repoſuerunt, ducti ſunt teſtimonio Quintiliani libro duodecimo ſcribentis, Periclis eloquentiæ nulla ad nos monumenta veniſſe: & non multò pòſt tradit, nihil poſteritati manſuriſque mox literis reliquiſſe Periclem. hîc quò me vertam? cùm M. Tullius libro ſecundo de Oratore prodiderit, antiquiſſimos ferè eſſe, & quorum ſcripta conſtent, Periclem & Alcibiadem: & De claris oratoribus, ante Periclem neminem mandaſſe monumentis orationem: & eius quædam ſcripta circumferri: Sed non noſtrum, inter duo Latinæ linguæ lumina iudicium interponere [cũ præſertim Lucian. in laudatione Demoſth. cũ Marco Tullio conueniat] Periclis fulmen mox oſtendemus. [Hyperides verò Athenienſis orator poſtulante Alexandro Macedonum rege, vnà cum Demoſthene, Lycurgo, Charidemo oratoribus, ab Athenienſibus capite damnatur: qui mortis metu vrbe ceſſit; ſed eum poſtea Archias actor tragœdiarum cùm in Æginam ad Æacum confugiſſet, detractum in Cleonas miſit, ibíque euulſa ab Antiparro lingua, necatus eſt. Fuit autem orator dulcis in primis & acutus, ſed minoribus cauſis vt non dixerim vtilior, ita magis par in illa oratione quam admirabiliter egit pro Phryne meretrice. putant eam liberaſſe conſpectu corporis ſpecioſiſſimi, quod illa reuelauerat deducta tunica.] *Pollionem*) C. Aſinius Pollio Trallianus, philoſophus & orator ſumma diligentia vſus, adeo vt quibuſdam etiam nimia videatur: & conſilij & animi nitore, & iucunditate Ciceroni proximus, cui & æmulus & infenſus fuit: orationibus ſuis multum vrbanitatis, & antiquorum poëtarum inſeruit. at Seneca eius compoſitionem tanquam ſalebroſam & exilientem notat, & vbi minimè expectes relicturam: apud quem omnia cadant, exceptis pauciſſimis. non enim, inquit, fortis eſt oratio eius, quamuis elata ſit: non eſt violenta, nec tonans, quamuis effuſa: non eſt perſpicua, ſed pura. verùm longè plura in prologo Declamationum libri quarti. nunquam admiſſa multitudine declamauit: primus omnium Romanorum aduocatis hominibus ſcripta ſua recitauit, primus bibliothecam dicando inſtituit, in ea ſcriptorum præſtantiſſimorum imagines collocari. eum Aſinius Gallus filius auſus eſt Ciceroni conferre, & præponere. aduerſus Catonẽ cauſas egit. *Cæſarem*) C. Iulius Cæſar ſummis oratoribus æmulus teſtimonio M. Tullij, orationem elegantem, ſplendidam, magnificam, generoſámque præ ſe tulit: ſententiis acutus & creber. quod niſi magnitudine rerum gerendarum occupatum diuinum eius ingenium fuiſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur. *Cælium*) In Cælio maximè laudatur indoles, nitor, & altitudo, & præcipuè in accuſando multa vrbanitas: ſed aſperitatem, & ſordem verborum in eo

Cæſarem, Cælium, & imprimis Marcum Tullium oppono, cuius oratio optima fertur eſſe, quæ maxima. Et hercule, vt alia bonæ res, ita bonus liber quiſque melior eſt, quo maior. Vides vt ſtatuas, ſigna, picturas, hominum denique, multorúmque animalium formas, arborum etiam ſi modò ſunt decoræ, nihil magis quàm amplitudo commendet. Idem orationibus euenit: quin etiam voluminibus ipſis auctoritatem quandam & pulchritudinem adiicit magnitudo. Hæc ille, multáque alia, quæ à me in eandem ſententiam ſolent dici, vt eſt in diſputando incomprehenſibilis & lubri-

damnant: nam hians compoſitio, & inconditi ſenſus redolebant antiquitatem. *M. Tullium*) Quo nemo tam multa oratore, ne in Græco quidem ocio ſcripſit: vim cuius in dicendo & copiam, à Fabio libro decimo, & Seneca ſuaſoriarum primo, commendatam pluribus, quàm vt deceat in commentarios conferre, ſatis habemus lectorem admonuiſſe. *Quæ maxima*) Qualis eſt pro Cluentio, & pro domo ſua apud Pontifices. *Alia bona res*) Sūt meliores, quo ſunt maiores. [*Quiſq;*) cum comparatiuo contra opinionē Laurentii.] *Signa*) Opera ſculptilia, & ad alicuius animalis effigiem formata à ſigno diminutiuum fit ſigillum. in commune, ſignum eſt per quod aliqua res ſignificatur. *Ille*, Aduerſarius. *Eludit*) Hæc. fruſtratur, ludendo euitat. Tacitus, Parthos vna ciuitas tam diu eluſerat. & alibi, Eludi Parthus tractu belli poterat. [Cicero in Verrem, Te verò Cæcili, quemadmodum ſit eluſurus videre iam videor.] *Lubricum*] Subterfugiens ſtratis prioribus argumentis ad alia, anſam & ſtropham ex aduerſarii verbis colligens. lubricum ſecundum grammaticos dicitur, quod labitur dum teneri creditur, vt piſcis, ſerpens. *Contendat*) Certet, aſſerat.

cus, ita eludit, vt contendat hos ipſos, quorum orat onibus nitar, pauciora dixiſſe, quàm ediderint. Ego contrà puto. Teſtes ſunt multa multorū orationes, & Cic. pro Murena, pro Vareno: in quibus breuis & nuda quaſi ſubſcriptio quorundam criminum ſolis titulis indicatur. Ex his apparet, illum permulta dixiſſe, cum ederet, omiſiſſe. Idem pro Cluentio ait ſe totam

Hos ipſos) Demoſthenem, & reliquos. *Dixiſſe*) Dum agerent cauſas: nam illud propriè eſt dicere. *Ediderint*) Publicauerint, emiſerint, vt ſcilicet multa poſtea addiderint, & in maius aucta vulgauerint ſcripta ſua. Quintilianus li. xij. multis tractat, non ſemper oratorem ſcribere quæ dixit: cum plerunque tempora breuitate impediant, & multum ex eo quod oportuit dici, reciderit: huiuſmodi enim caſus efficiunt, vt aliquando dicatur aliter quàm ſcribitur, cùm dicere quomodo ſcribendum eſt non licet, quæ ſi non interuenerint, ſemper aget orator vt ſcribit, ſi melius ſcilicet ſcribat. *Multorum*) Oratorum. *Murena*) L. Murenam accuſauit Cato crimine ambitus, Cicero defendit, abſolutus conſul creatus eſt. extat pro Murena oratio, ſicut pro Vareno (cuius ſæpe fit mentio apud Fabium) intercidit. *Subſcriptio*) Denunciatio, notatio, [accuſatio] ſuper quo verbo plura libro v. *Nuda*) Nullis argumentis, nullis ſignis fulta. *Titulis*) Inſcriptionibus breuibus [ſolis titulis ſubſignata ſine amplificatione.] fficium ſcriptoris, inquit Secundus, exiſtimo vt titulum ſuum legat. Martialis, Addita per titulos ſua nomina rebus habebis. eſt enim titulus, index cuiuſque operis: vnde in ſtatuis & in picturis titulum dicimus literas, quæ vel artificis, vel eius cuius ſtatua, ſiue imago eſt, nomen demonſtrant: ſicut apud Plinium legimus, Appio Claudio, qui conſul cum Seruilio fuit, placuiſſe in excelſo titulos bonorum legi. & Liuius inſignes imaginum titulos ſcribit. [Valerius, Titulus nanque datur.] ſed tituli milites appellati, quaſi tutuli: quòd patriam tuentur: vnde & Titi prænomen ortum. tituli etiam debitorum nomina dicuntur, præſertim in his debitis, quibus debitorum nomina ſcripta ſunt. *Per multa*) Plura. *Dixiſſe*) Dum ageret cauſas. *Ederet*) Emendaret, limaret vt emitteret. *Omiſiſſe*) Permulta. *Cluentio*) Aulus Cluentius Habitus Larinas per multos annos inuidia flagrauit, quòd per eius pecuniam Oppianicus innocens condemnatus eſſet, cúmque ideo & aliis criminibus impiæ matris impulſu accuſaretur, à Cicerone longiſſima oratione protectus eſt. *Ait*) Verba ſunt ex fine eiuſdem orationis, Meum laborem, qui totam hanc cauſam vetere inſtituto ſolus peroraui, mater oppugnat. nam veteri inſtituto poterat orator dicere [ſolus ſine alio patrono] quot horis libuiſſet. author Tacitus, ante Cn. Pompeium conſulem neminem intra pauciſſimas horas perorare coa-

ctum,

cauſam veteri inſtituto ſolum perorasse, & pro Cornelio quatriduo egiſſe: nec dubitare poſſimus, quæ per plures dies, vt neceſſe erat, latius dixerit, poſtea reciſa, ac purgata in vnum librum, grandem quidem, vnum tamen, coarctaſſe. At aliud eſt actio bona, aliud oratio. Scio nonnullis ita videri, ſed ego (forſitan fallor) perſuaſum habeo, poſſe fieri, vt ſit actio bona, quæ non ſit bona oratio: non poſſe non bonam actionem eſſe, quæ ſit bona oratio. eſt enim oratio actionis exemplar, & quaſi ἀρχέτυπον. Idea in optima quaque mille figuras extemporales inuenimus. in his etiam, quas tantùm editas ſcimus, vt in Verrem, Artificem, quémnam? rectè admones, Polycletum eſſe dicebant.

ctum, & liberas comperendinationes fuiſſe, & modum dicendi ſibi quenque ſampſiſſe, & numerum neque dierum neque patronorum cautum. vnde teſtatur Secundus, Tullium totam actionem pro Cluentio egiſſe ſine auxilio alterius patroni *Perorasse.*) Totam cauſam dixiſſe. *Cornelio*) L. Cornelio Balbo. hunc ciuitate Romana à Gn. Pompeio donatum[rebus] in Hiſpania multis præclarè geſtis iudices accuſarunt: quòd contra leges & fœdera vteretur. *Quatriduo*) Quod extat, facile vno die, vel paucis horis dici potuit: hinc igitur apparet, ex actione quatriduana multa reciſa antequam publicaret. *Latius*) Copioſius. *Reciſa*) Limata, amputata. *Repurgata*) Emendata ſublatis ſuperuacuis, quæ lectorem offendiſſent, iudicem tamen mouere poterant. Fabius, Quod libris dedicatur, & in exemplum redigitur, terſum, ac limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe oportet: quia veniat in manus doctorum, & iudices artis habeat artifices. vnde Secundus ad Celerem ſcribens de recitatione orationis: Superuacuum tamen eſt, recitare quæ dixeris. eſt: ſi eadem omnia, ſi iiſdem omnibus, ſi ſtatim recites: ſi verò multa inſeras, multa commutes, non. Ex quibus apparet, non ſatis conſtare ſibi, cùm illic ſcribat: multa inſeri ſolita pro editione. *Vnum librum*) Vnam orationem. *Grandē*) Amplam. non enim tantum ad ætatem pertinet, ſed etiam ad alias res: vnde apud Senecam Senecio cognominatus eſt Grādio, quòd rebus grandioribus vteretur. & Cato, grandire dixit fruges, pro in maius creſcere. *At aliud eſt*) Proponit quæ poſſent obiici, vt ea confutet. ſenſus igitur: quibuſdam videri actionem bonam aliud eſſe quàm orationem: Fabius libro duodecimo teſtatur, bene dicere & bene ſcribere, idem eſſe: neque aliud eſſe orationem ſcriptam, quàm monumentum actionis habitæ. eſt autem actio, quaſi ſermo corporis, ex motu eius & geſtu conſiſtens, quo magis menti congruens eſſe debet. hæc M. Tullius, verum iuriſconſultus Celſus, Nihil aliud, inquit, eſt actio, quàm ius quod ſibi debeatur in iudicio perſequendi, & Vlpianus de Actionibus, duo earum genera facit. *Ita videri*) Aliud eſſe actionem, aliud orationem bonam. Fabius vult actionem bonam, eandem debere eſſe bonam orationem: quod ſi contingat malè agere, omnino benè ſcribendum eſſe. vnde cautè dixit Secundus, bonam actionem. faciliùs enim ex bona actione fiet bona oratio, quàm ex mala. *Bona actio*) Reſpectu auditorum & temporis. nam illa bona eſt actio quæ perſuadet, etiamſi non ſit terſa & culta: quæ ſanè debent eſſe in oratione. poteſt ergo fieri vt ſit bona actio, & non bona oratio. *Non poſſe non eſſe bonam actionem*) Omnino neceſſe eſſe, illam fuiſſe bonam actionem, quæ ſit bona oratio. *Et quaſi ἀρχέτυπον.*) Primitiuum, & primam formam retinens. ſic interpretatur Suidas. & Martialis nugas archetypas dixit, manu authoris ſcriptas. ſic Iuuenalis archetypos Cleantes, primas Cleantis ſtatuas & imagines. *Optima*) Oratione. *Mille*) Innumeras. *Figuras*) Dicendi modos in vſi-

Sequitur ergo, vt actio ſit abſolutiſſima, quæ maximè orationis ſimilitudinem expreſſerit, ſi modò iuſtum & debitum tempus accipiat: quod ſi negetur, nulla orationis, maxima iudicis culpa eſt. Adſunt huic opinioni meæ leges, quæ longiſſima tempora largiuntur, nec breuitatem dicentibus, ſed copiam, hoc eſt diligentiam, ſuadent: quam præſtare niſi in anguſtiſſimis cauſis non poteſt breuitas. Adiiciam, quod me docuit vſus, magiſter egregius,

ratos, non vulgares. *Extemporales*) Non præmeditatas. *Hæ*) Orationibus. *Tantùm editas*) Non actas, ſed ſolùm publicatas. *Vt in Verrem*) Verrinatum genus eſt admirabile, [quarum primá] quas Ciceronem egiſſe contra Secundi opinionem teſtatur Aſconius, [ſed quare prima eſt de accuſatore conſtituendo, & non directè contra Verrem, ſed Cæcilium, vterque autor non eſt falſus, cùm poſt illud Verres in exilium voluntarium ierit, neque quæ ſequuntur actiones à Cicerone actæ ſint, ſed tantùm editæ.] ſunt autem libri in Verrem emiſſi, quòd prætor in Sicilia totã illam inſulam exp.-liaſſet. *Quemnam artificem*) Verba ſunt ex ſexto Verrinarum actionum præterea, inquit, erant ænea duo ſigna, non maxima, verum eximia vetuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant. canophotæ ipſæ vocabantur: ſed earum artificem: quemnam? rectè admones: Polycletum eſſe dicebant. cuius ſenſus: ſed quis eas virgines fabricauerat: tanquam ſi per hæc M. Tullium aduerſatius interrogaret: rectè igitur, inquit, hoc loco me admones: dicebatur Polycletus ille optimus ſtatuarius effigiaſſe. vel ea referantur ad Ciceronem interrogantem pragmaticum, vel à quo didicerat cauſam, quiſnam eſſet artifex. & cum audiuiſſet, eſſe Polycletum, ſubiunxerit, rectè admones. in illis etiam plerunque ſunt nuda crimina, qualia illa, Nolite expectare dum ego hoc crimen oſtiatim agam: à Terſchilo Tindaritano pateram abſtuliſti: à Thraſone item Tindaritano patellam: à Nymphodoro Agrigentino thuribulum. *Sequitur*) Concluditur. *Actio*) Illa. *Expreſſit*) Repræſentauit. *Similitudinem orationis.*) Typú & formam dicendi abſolutam. *Iuſtum & debitum.*) Ex lege & re.i. conueniens cauſæ. nã autore Quintiliano, cauſæ frequenter breuitate tẽporis impediuntur, tunc nulla actoris, ſed iudicis culpa. *Adſunt.*) Fauent. *Leges.*) Conſuetudine veterum iudiciorum nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur: & liberæ comperendinationes erant: & modum dicendi ſibi quiſque ſumebat: & numerus neque dierum neque patronorum cauebatur: primus iſtam libertatem cõſul Cn. Pompeius aſtrinxit, impoſuitque veluti frenos eloquentiæ: & accuſatori duas, reo autem tres horas ad dicendum dedit. Cæcilius accuſatori ſex horas, reo verò nouem ex lege datas: ita tamen, vt omnia ex foro, omnia ex legibus, omnia apud prætores gererentur: vnde Martialis Cæcilianum irridet, qui contra legem maius temporis ſpacium impetrauerat, cùm eſſet ad dicendum ineptus. Aſconius teſtatur, viginti dies legitimos accuſatori, & totidẽ defenſori ad reſpondendum conceſſos. hinc alibi ſua tempora Secundus vellicans, An nos, inquit, ſapientiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores? quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur? quibus poſtea motus Antôninus imperator, oratoribus permiſit quantum aquæ actioni petiuiſſent, & iudicia longius protraxit. *Copiam*) Dicendi vbertatem: quam rem per exornationem, quæ interpretatio dicitur, declarauit. *Diligentiam*) ſ. oſtendens oratori per longum temporis ſpacium conceſſum. *Anguſtiſſimis*) Minoris probationis: & vnius tantum, vel paucorum criminum citò tranſigendorum. *Breuitas*) Dicendi. *Vſus magiſter*) Sic libro ſexto: quod tamen multi ante eum dixerant: imprimi M. Tullius, vſum eſſe dicendi magiſtrum frequenter præcepit., & omnium magi-

ſrequenter egi, frequenter iudicaui, frequenter in conſilio fui. aliud alios mouet: ac plerunque parua res maximas trahunt. variæ ſunt hominum iudicia, variæ voluntates: inde qui eandem cauſam ſimul audierunt, ſæpe diuerſum, interdum idem, ſed ex diuerſis animi motibus ſentiunt. Præterea ſuæ quiſque inuentioni fauet, & quaſi fortiſſimum complectitur, quum ab alio dictum eſt, quod ipſe præuidit. Omnibus ergo dandum eſt aliquid, quod teneant, quod agnoſcant. Dixit aliquando mihi Regulus, quum ſimul adeſſemus. Tu omnia, quæ ſunt in cauſa, putas exequenda: ego iugulum ſtatim video, hunc premo (premit ſanè quod eligit, ſed in eligendo frequenter errat.) Reſpondi, poſſe fieri, vt genu eſſet aut tibia aut talus, vbi ille iugulum putaret. At ego (inquam) qui iugulum perſpicere non poſſum,

ſtrorũ præcepta ſuperare. hinc pro Corn. Balbo, Aſſiduus, inquit, vſus vni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit. eſt enim ratio loquendi, & regula ſermonis. at omnium etiam rerum magiſtrum vſum eſſe ſcribit Cæſar in Commentarijs: quod latius explicuit Columella, quid. ſ. inter vſum & artem interſit: ſcriptorum dicens monumenta magis inſtruere, quàm facere artificem: vſum & experientiam dominari in artibus, neque eſſe vllam diſciplinam, in qua non peccando diſcatur. nam vbi quid perperam adminiſtratum ceſſit improſperè, vitatur quod fefellerat: illuminátque rectam viam docentis magiſterium. Manilius, Per varios vſus artem experientia fecit Exemplo monſtrante viã) *Frequenter egi.*) Plures cauſas dixi. *Iudicaui*) Iudex fui. *In conſilio fui*) Aſſumptus fui iudex extra ordinem pro cõſultatione rei dubiæ: nam in conſilio eſſe dicitur aliquis, cùm ſuper re ambigua conſulitur. M Tullius, Vt haberet in cõſilio & fratrẽ: & in Panegyrico Conſtantini, quiſquis illius autor qui tibi in conſilio erant, hærebant. Apuleius in conſilio iudices eſſe dixit, quòd poteſtatem iudicij haberent. & principem dicimus bonos in conſilio habere, quòd eſt decernere ex conſilio bonor. neque me præterit, Quintil. ſcribere, iudiciũ à cõſilio parũ differre, quòd illud oſtendentibus rebus adhibeatur, hoc latẽtibus, & aut omnino nõdũ repertis, aut dubiis. & iudicium frequentiſſimè certum eſſe, conſilium verò rationem quandam altè repetitam, & plerunque plura perpendentem & comparantem, habentémque in ſe & inuentionem & iudicationem. *Aliud alios mouet*) Vna res mouet alium, alia alium. *Varia ſunt hominum iudicia.*) Nam ſicut ingeniorum plurimæ ſunt formæ, ſic iudiciorum, vt autor eſt Quintilianus. *Varia voluntates*) Imitatio Perſiana, Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. quod & imitatus eſt Terentius in Phormione, Verum ita eſt, quot homines, tot ſententiæ. ſuus cuique mos. *Diuerſum ſentiunt*) Diuerſam habent ſententiam ab aliis autoribus *Idem*) Simile alijs: ſed diuerſis effectibus. *Suæ inuentioni*) Quod præuidit & excogitauit, antequam orator diceret & ageret, id tanquam veriſſimum ſeruat. *Fortiſſimum.* Certiſſimum, irreprehenſible. *Alio.*) Ab actore. *Teneant.*) Credant. *Agnoſcãt.*) Tanquam ſuum inuentum. *Adeſſemus*] Causã ageremus. *Quæ ſunt in cauſa,* [Quę pertinẽt ad cauſam dicẽdã.] *Vt genu eſſet*) Lucianus in libro qui inſcribitur oratorum magiſtri, apertè carpens malos oratores, inquit, non referre vt pro fronte ſuram, pro ſura verticem accipiant.) *Iugulum.*) Firmiſſimum argumentum, cauſæ conſtitutionem: nam iugulus in homine maxime lætalis: inde per translationẽ iugulatum literis dixit, in Verrem M. Cicero [& in Philippicis Iugulatam cauſam Pompeianorum] & Terentianus Dauus, Iugulaſti hominem verbis. *Hunc premo.*) Vrgeo, & in ſumma totius cauſæ

pecto non euagando. *Premit*) inſtat vbi credat eſſe cardinem rei, ſed ſæpe fallitur in eligendo. *Reſpondi.*) Regulo. *Fieri.*) Euenire. *Genu.*) Pars leuior cauſæ. perſtat in translatione, cùm iam præmiſerit iugulum. *Iugulum.*) Firmiſſimum argumentum minuendo ſuam facultatem, Reguli ſubſannat arrogantiã.

omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. Vtque in agricultura nõ vineas tantũ, verùm etiã arbuſta: nec arbuſta tãtum, verùm etiam campos curo, & exerceo: vtque in ipſis campis non far, aut ſiliginem ſolam, ſed ordeum, fabam, cateráque legumina ſero: ſic in actione plura quaſi ſemina latius ſpargo, vt quæ prouenerint, colligam. Neque enim minus imperſpicua, incerta, fallaciáque ſunt iudicum ingenia, quàm tempeſtatum, terrarúmque. Nec me præterit ſummum oratorem Periclem ſic à comico Eupolide laudari,

Πρὸς δέ γ᾽ αὐ τούτῳ τάχ᾽ ἢ
Πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων,
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Verùm huic ipſi Pericli nec illa πειθώ, nec illud ἐκήλει breuitate, vel velocitate, vel vtraque (differunt enim) ſine facultate ſumma conti-

Omnia Omnes partes cauſæ. *πάντα λίθον κινῶ.*) id eſt, omnem lapidem moueo: huius prouerbij multi meminere. Nicarchus in epigrammate πάντα λίθον κινεῖ. Baſilius ad Monachos πάντα λίθον, κατὰ τὴν παροιμίαν κινοῦντες, & quæ Græcè vitã Auguſti ſcripſit. πάντα λίθον κινῶν, τὸ τῆς παροιμίας. ſimile illud πάντα κινήσω πέτρον, quod à Suida pariter ſcribitur. eius originem inde tractã inuenio. Polycrati Thebano ementi locum, vbi Mardonius caſtrametatus fuerat, reſpondit oraculum, vt inibi foderet, & omnem lapidem moueret: futurum vt magnam auri copiam offenderet. quidam tractum putant à venatoribus, qui feras indagantes, magna diligentia omnia perluſtrant. *In cultura agri*) In colendis agris. *Arbuſta*) Loca arborib' cõſita, vel arbores quibus vites maritantur: vnde Plinius nobilia vina non niſi in arbuſtis gigni confirmat: & vlmum, populum nigram, fraxinum, ficum, oleam, cornum, tiliam, acerem, ornum, carpinum, quercum, ſalicem, inter arbuſta connumerat: ſecutus Varronem, qui præcipit arbuſta ſerenda in ſpacium quincuncis, & vineas ac arbuſta putanda. ſic docet Columella, arbuſtum faciendum, & arbuſtiuam vitẽ arbuſto coniunctam retulit. Palladius ſimiliter. Plinius etiam arbuſtare agros, pro arbuſtis conſerere vſus eſt. Arbuſtum Cato, & eum imitatus Seruius pro loco arbuſculis referto vſurpauerat. at arbutum inter ſemper virentes arbores enumerat Theophraſtus. *Exerceo.*) Colo, aro. *Siliginem.*) Theophraſto & Plinio authoribus, ſiligo genus grani nunquam pariter mateſcit, nec vlla ſegetum minus dilationem patitur propter teneritatem: matura grana protinus decidunt, ſed minus quàm cætera frumenta periclitatur in ſtipula: quoniam ſemper rectã habet ſpicam: nec rorem continet, qui rubiginem faciat. tria eius genera, bromos, ſiligo excepeitia, & tragos. *Semina.* Argumenta. *Prouenerint*) Prouentum, & meſſem bonam reddiderint, iuuerint. *Imperſpicua*) Incognita, dubia. *Incerta fallacia*) Incerta ad cognoſcendum an fallant: an magis diſiunctim legatur, incerta, fallacia. *Ingenia tempeſtatum*] Naturæ temporum, qualitates bonæ ſiue malæ: nam tempeſtas vocabulum medium eſt. *Summum oratorem Periclem*) De cuius dicendi copia ſic accepimus, vt cùm contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriæ, ſeuerius tamen idipſum, quod ille

contra populares homines diceret, populare omnibus & iucundum videretur: cuius in labris veteres Comici, etiam cùm illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitaſſe dixerunt: tantámque in eo vim fuiſſe, vt in eorum mẽtibus qui audiſſent, quaſi aculeos quoſdã relinqueret. præſtitit igitur Pericles doctrina, conſilio, eloquentia per quadraginta annos, quibus in patria, & vrbanis eodem tempore, & bellicis rebus præfuit, quòd Anaxagoræ phyſici auditor fuit. hæc ſumpta ex M. Tullio & Valerio Maximo. de illo tamen longè plura Thucydides & Plutarchus, quem aſſerunt ob eloquentiam cognominatum Olympium. meminit ſequentium verborum [Lucianus in laudatione Demoſthenis, &] Suidas: ſed breuibus τοία δ' ἦν τις ἐπεκάθητο πειθὼ τοῖς χείλεσι τοῦ ἀνδρός, id eſt, talis autem quędam inſidebat ſuadela labris viri. πρὸς δέ γ' ἐν αὐτῷ τῷ τάχει, πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν, οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις. id eſt, ad hoc ſuadela quædam inſidebat labris, adeo demulcebat, & ſolus rhetorum aculeum relinquebat auditoribus: quæ verba Eupolidis, veteris comœdiæ ſcriptoris ſæpe Cicero tranſtulit ad nos, vt De claris oratoribus, de Pericle ſcripſit Eupolis: cum delectatione etiam aculeos relinquebat in animis eorum à quibus eſſet auditus. Et, Vberius veteris comœdiæ maledica lingua, quamuis potentiam viri perſtringere cupiebat, tamẽ in labris hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare, atque animis eorum qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.] Ac Fabius libro decimo: quod de Pericle vetus teſtimonium eſt, in Platonem transferri poteſt iuſtiſſimè, in labris eius ſediſſe quandam perſuadendi deam: ſic enim interpretatur πειθώ: quæ ſanè ab antiquis colebatur. nam tradit Pauſanias, Thebis in Templo Veneris fuiſſe eius deæ imaginem, opus Praxitelis: & templum Pithus ſine ſtatua. Herodotus libro octauo teſtatur, apud Andrios dixiſſe Themiſtoclem duas deas Suadelam, & Neceſſitatem. Suidas aſſerit, nihil aliud eſſe Pithus templum, quàm orationem. M. Tullius cum libro tertio De oratore, leporem πειθώ appellaſſet: De claris oratoribus idem ſuadelam vocauit, cuius effectorem dicit eſſe oratorem: quam Suadam dixit Ennius eius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam deam in Periclis labris ſediſſe, huius hic medullam Romanum oratorem fuiſſe dixerit: alii Flexanimam, & dicendi præſidem. Horatius etiam poeticam mellam vocauit: & Cebetes, In ſolio, inquit, ſedet ſuauibus moribus & formoſa indole mulier, quæ poculum manu tenet, Suada vocatur, mortales omnes ſeducens. Syracuſium quendam Apollonius Pithonem appellabat, oratione ſua perſuadere conantem: de quo Philoſtratus libro vii. ἐκήλει) Demulcebat. Differunt enim breuitas, & orationis velocitas. nam breuitas eſt dicere citra cauſam: velocitas etiam copioſe, ſed nimium feſtinanter, & ſine mora ac tractu. Hermogenes diffinit, velocitatem eſſe compoſitionis accelerationem, qua viua & mobilis oratio videtur. *Facultate*) Facili poteſtate dicendi.

giſſet. nam delectare, perſuadere, copiam dicendi ſpatiúmque deſiderant: relinquere verò aculeum in audientium animis is demum poteſt qui non pungit, ſed infigit. Adde, quæ de eodem Pericle comicus alter, ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Non enim amputata

Delectare) Quod includit in ſe floridum dicendi genus: eſt autem proœmii proprium, quamuis etiã in aliis orationis partibus opportunè fiat. *Perſuadere*) Perſuademus grãdi & robuſto genere dicẽdi, authore Quintiliano, præſertim argumentis tam ex arte, quã ſine. Perſuaſionis loci ſunt cõfirmatio & refutatio, ac peroratio, quamuis etiam & ſecundum rhetores, in narratione debebamus perſuadere. *Copiam*) Vbertatem orationis. *Spacium*) Temporis moram. *Aculeum*) Perſuaſionem & fidem facere. *Pungit*) Leuiter tangit, & breuibus agit. *Infigit*) Multis immoratur, & perſua-

det. *Cōmicus a.*)Scribit:is eſt Ariſtophanes pariter comœdiæ veteris ſcriptor: ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα πάντα, id eſt, fulgurabat, tonabat, & conuoluebat omnia. M. Tullius De perfecto oratore, nunquam inquit, ab Ariſtophane poeta fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet Pericles, ſi tenui genere vſus fuiſſet. & Fabius lib. xii. Quid Periclea? ſimilem ne credimus Lyſiacæ gracilitati? quē fulminibus, & cœleſti fragori comparant comici: dum illi conuicientur. ad quæ videtur Martianus alluſiſſe, vbi de rhetorica agit. At verò quid cùm commotus publici nominis atteſtatione clamauerat? fulgurare, permiſcere, ardere omnia videbantur. quod adeo illi placuit, vt repetat hæc cú in progreſſu arma cōcuſſerat, veluti fulgoreæ nubis fragore colliſo, bóbis diſſultantibus fracta diceres crepitare tonitrua: denique creditum, quod inſtar Iouis poſſet etiam fulmina iaculari: hanc totam ferè Græciam miſcuiſſe ferebant: vnde quidam codices apud Secundum pro πάντα, Ἑλλάδα habent, id eſt, Græciam. iiſdem ferè verbis Suidas de Salmoneo vtitur, ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὰς τῶν ὑπηκόων ψυχάς, id eſt, fulgurabat, tonabat, perturbabat ſubditorum animos. *Amputata*) Breuis, circumciſa.

Abſciſſa) Manca. *Lata*) Copioſa. *Magnifica*) Sublimis. *Excelſa*) Illud dicendi genus admirabile continens. *Optimus tamen modus eſt*) Reſpondet quæ poſſent obiici. tenendum eſſe modum in oratione, ne ſit nimium redundans. *Non minus*) Pariter. *Infra rem.*) [quæ] dicit nimium breuiter, & ieiunius quàm cauſa exigit. *Supra rem*) Redundanter, & extra cauſam. *Qui aſtrictius*) Non minus non ſeruat modum qui dicit minus, quàm ille qui dicit immodeſtius. *Redundanter*] Exceſſiuè dixiſſe. *Hoc*) Alicuius actionem. *Ieiunè*) Aridè. *Infirmè*) Infra cauſam.

oratio & abſciſſa, ſed lata, & magnifica, & excelſa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miſcet. Optimus tamen modus eſt, quis negat? ſed non minus non ſeruat modum qui infra rem quàm qui ſupra: qui adſtrictius quàm qui effuſius dicit. Itaque audis frequenter, vt illud immodicè & redundanter, ita hoc ieiunè & infirmè Alius exceßiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe: æquè vterque, ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat. quod certè etſi non limatioris, maioris tamen ingenij indicium eſt. Nec verò cùm hæc dico, illum Homericum ἀμετροεπῆ *probo, ſed hunc,* καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν: *non quia non & il-*

vnde M. Tull. de perfecto oratore vtrunq; genus improbat, Meæ, inquit, aures & perfecto completóque verborum ambitu gaudent, nec curta ſentiunt, nec amant redundantia. nam ſicut cauenda eſt oratori preſſo inopia & ieiunitas: ita amplo inflatum & corruptum dicendi genus. nam copia autore Fabio, modum habet, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt. hinc De claris oratoribus tradit Cicero, Apollonium Molonem ſummum oratorem dediſſe operam, vt nimis redundantem, & ſuperfluentem iuuenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quaſi extra ripas diffluentem coerceret. *Materiam*) Propoſitam cauſam. *Non impleſſe*) Ieiunè dixiſſe. *Æquè peccat*) Excedendo regulam & præſcriptum: an quia peccata paria, vt alibi latius docebimus. *Ille*) Qui infrà dixit. *Hic*) Qui ſuprà Aduerte, hic & ille, poſitum à Secundo contra multorum vſum, apud quos, ille reſpicit longiora, hic propinquiora. ſunt tamen authores probati, qui ſimiliter vtuntur: quod nos in ſequentibus latius annotauimus. *Viribus*) Nimiis. *Limatioris*) Abſolutioris. *Vitium.* [peccatum, ſed quod peccatū maius in eo ingeniū eſſe indicet. Hinc aliqui nō vitiū ſed indiciū legūt: quod magis probo. Nullū enim ingenium limatū eò quòd eſt limatū vitioſum eſt] *Maioris*) Copioſioris. in quam ſenten-

le mihi validiſſimè placeat, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Si tamen detur electio, illam orationē ſimilē niuibus hybernis, id eſt crebrā, aſſiduā & largā, poſtremò diuinā & cœleſtē volo. At eſt gratior multis actio breuis. Eſt quidem, ſed inertibus, quorum delicias deſidiámque, quaſi iudicium reſpicere, ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolùm ſatius eſt breuiter, ſed omnino non dicere. Hæc eſt adhuc ſententia mea, quam mutabo, ſi diſſenſeris tu. Sed planè cur diſſentias, explices rogo. Quanuis enim cedere autoritati tuæ debeam, rectius tamen arbitror in tanta re, ratione quàm autoritate ſuperari. Proinde, ſi non errare videor, id ipſum quàm voles breui epiſtola, ſed tamen ſcribe. confirmabis enim iudicium meum. ſi verò errare, longiſſimam para. Non corrupi te, qui tibi, ſi mihi accederes, breuis epiſtolæ neceſſitatem: ſi diſſentires, longiſſimæ, impoſui. Vale.

etiam pedibus iuit Fabius, de Steſichoro loquens: ſed redundat atque effunditur: quod vt eſt reprehendendum, ita copiæ vitium eſt. etiam libro ſecundo dixerat: peius vitium ſterilitatis eſſe, quàm quod ex copia veniret: facilè remedium vbertatis, ſterilia nullo labore vinci. quam rem M. Tullius libro ſecundo De oratore ſic tractauit: Volo ſe efferat in adoleſcente fœcunditas: nam facilius reuocantur ea quæ ſeſe facilius profuderunt. quod ſi nihil valet materies, noua ſarmenta cultura exputantur. ita volo eſſe in adoleſcente, vnde aliquid amputem. non enim poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum. Sic fortaſſe nos, aridiores quidam notabunt, tanquam copioſius Secundum interpretantes: ſed hæc multis, non delicatis ſcripſimus. *Illum Homericum*) Illum Homeri verſum ex ſecundo Iliados, Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ᾔδη μάψ. id eſt. Therſites autem adhuc ſolus ſine verborum menſura tumultuabat. qui certè verba mentibus ſuis incompoſita: multáque nouerat fruſtrà. *Hunc*) verſum ex tertio Iliadis in laudem Vlyſſis. καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, id eſt, & verba niuibus ſimilia hyemalibus. nā eius oratio copioſè fluebat inſtar niuiū. M. Tull. De claris oratoribus, vim dicendi tradit aſſignatam Vlyſſi ab Homero.

Illic) Verſus ſuper oratione Menelai ex eodem Iliadis libro: παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, id eſt, pauca quidem, ſed valdè acriter: quia non multiloquus erat. de quo Cicero, Menelaum dulcem illum quidem refert Homerus, ſed pauca dicentem. breuitas autem laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquētia laudem non habet. omiſit Secundus tertium dicendi genus, ab eodem poëta ſub oratione Neſtoris deſignatum. Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής. Οὗ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, id eſt, ſuauiloquus ſurrexit acer Pyliorū concionator: cuius etiam à lingua melle dulcior fluebat vox. quod etiam aſſerit Cicero, & Plutarchus pleraque Homeri exponēs, Neſtorem refert ſuauiloquum introduci & gratum auditoribus: Menelaum breuem, & elegantem, neceſſaria perorantem: Vlyſſem vehementem, & copioſum. quod apud nos Quintilianus ita ſcripſit. Homerus breuem quidem animi iucunditatem, & propriam (id enim eſt non errare verbis) & carentem ſuperuacuis eloquentiam Menelao dedit: ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle profluere ſermonem: qua certè delectatione nihil fingi maius poteſt. Vlyſſi facundiam & magnitudinem iniunxit: cui orationem niuibus hybernis copia verborum, atque impetu parem tribuit. *Crebram*) Velocem, inſtantem.

Largam) Copioſam. *Diuinam*) Qualis fuit Pericli. *Multis*) Vulgaribus, idiotis. more Græco. *Eſt quidem*) Confirmat obiecta. *Inertibus*) Delicatis & malis auditoribus, qui grauantur audire neceſſaria. *Iudicium reſpicere*) Velle dicere, illos habere iudicium in eloquentia. *In conſilio*) Iudicis. *Sed omnino*) Melius eſt. *Hæc ſententia*) Orationem debere eſſe copioſam, *Cur*) Rationes & cauſas, quibus potius breuiter dicendum ſit. *Cedere*) Parere. credere. *Tanta re*) Tanti ponderis & difficultatis. *Proinde*) Quare. *Non errare*) Vera ſentire de modo dicendi. *Id ipſum*) Meam ſententiam ſcribe. *Sed tamen*) Sed omnino reſcribe. *Iudicium meum*) Scribendo tibi placere copiam. *Si errare*) Videor: alia lectio, ſi errauero: placet ſuperior. *Longiſſimam para*) Multa argumẽta & rationes quibus noſtra confutes. *Non corrupi te*) Imponendo neceſſitatem longioris epiſtolæ, ſi diſſentires, & breues literas approbando, ſi mecum ſentires. Alii legunt *num.* [An cùm longam epiſtolam peto, te à vero iudicio remoui, ne haberes neceſſitatem ſcribendi longiorem epiſtolam ſi diuerſa ſentires?) ſolent enim plerunque vel nimium occupati amico ſententiã facilè concedere, ne, ſi ſecus ſenſerint, cogãtur animũ intẽdere refellẽdo.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

VT animi tui iudicio, ſic oculorum plurimum tribuo: nõ quia multum, ne tibi placeas, ſed quia tantum quantum ego ſapis: quãquam hoc quoque multum eſt. Omiſſis iocis, credo decenteis eſſe ſeruos qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo: ſupereſt vt frugi ſint: quod de venalibus, melius auribus, quàm oculis iudicatur. Vale.

VT) Commendat ſeruos iudicio Paterni emptos eſſe decoros: ſupereſſe vt ſint frugi. Et Paterno, vel Materno ſcriptam epiſtolam in variis exemplaribus notatur. Paternum Præfectum Prætorij à Commodo trucidatũ legimus. Dion Maternũ militẽ ſcribit. Vtriuſq; meminit Martial. nã lib. 10. municipẽ ſuũ teſtatur dicẽs Iuris & æquarum cultor ſanctiſſime legũ, Veridico Latium qui regis ore forum: Municipi Materne tuo veterique ſodali Galliacum mandas ſi quid ad oceanum. Et. xij. ditiſſimum oſtendit fuiſſe Paternum, Nummi cum tibi ſint opéſque tantæ, Quantas eiuis habet Paterne rarus. Dion refert Domitianum occidiſſe Paternum Declamatorem, quòd contra tyrannos declamaſſet. Et de re militari ſcripſiſſe Paternum tradit Martianus Iuriſconſultus, ac Iulium Maternum nominat Vlpianus. *Animi iudicio*) vel literarum, vel prudẽtię. libro quarto ſuper ſuis hendecaſyllabis iudiciũ eius requirit. *Nõ*) tribuo tibi plurimum quia multum ſapis: & hoc facio. *Ne tibi placeas*) ne efferaris, ſurgant tibi in vertice criſtæ ex laudatione. Martialis, Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulcro. & Fabius pariter. *Malitum eſt*) ſapere quantum ego. Iocatur cum amico Secundus: vnde poſtea omiſſis iocis ſerio loquitur. *Decentes*) formoſos. decoros. *Mihi*) ad vſum meum, mea cauſa. *Frugi*) fructuoſi, vtiles, neceſſarij: in quibus ſit aliquid quo fruamur. vnde etiam deductum frugalitatis vocabulum putat Quintilianus, quòd fruges humano generi ſint neceſſariæ. Author eſt Marcus Tullius, frugi hominem ſignificare non ſolum vtilem, ſed moderatum & temperantẽm & parcum. ac in Epiſtolis ad Atticum, referri ad ſeruos & libertinos. quod cognomen in L. Piſone maximè laudatum fuit. quanquam idem pro Deiotaro frugalitatis verbo laudari Regem non ſolere dicat: & frugi hominem non multum habere laudis in Rege. Frugi ſecũdum Grãmaticos aptoton eſt à prima ſui poſitione non cadens. *Venalibus*] ſeruis venum expoſitis. *Auribus*] dum loquũntur. Poteſt alluſiſſe ad Æſopum deformem qui ob ſcommata emptus potiuſquam cęteri formoſiſſi-

notiſſimi conſerui. An *auribus*, ſi malè audiant an bene. *Oculis*] quibus tantùm intuemur pulchritudinem.

C. Plinius Catilio Severo Suo S.

Diu iam in vrbe hæreo, & quidem attonitus. Perturbat me longa & pertinax valetudo Titi Ariſtonis, quem ſingulariter & miror & diligo. nihil eſt enim illo grauius, ſanctius, doctius: vt mihi non vnus homo, ſed literæ ipſæ omnéſque bonæ artes in vno homine ſummum periculum adire videantur. Quàm peritus ille & priuati iuris & publici? quantum rerum? quantum exemplorum? quantum an-

D*iu*) Reddit cauſas Catilio ſuo tam diutinæ in vrbe moræ, quo Titus Ariſton, cuius peritiam iuris ita laudat, vt admiretur: vitam probat, vt ſupra philoſophicam extollat: graui valetudine premebatur. quòd ſi deus (ſic medici ſpôdebât) meliora annuiſſet, ſe ſtatim Laurentinum ſuũ ad ocium literarũ petiturum, ſcribit. Catilius Seuerus à Traiano Conſul, iterum ab Adriano creatus: dein Syriæ præpoſitus: mox præfectus vrbis ſub eodem, cum Antonini Pij adoptionem factam doluiſſet, re prodita quo ſibi imperium præpararet, accepto ſucceſſore dignitate priuatus eſt: prius tamen grauiter ab Imperatore obiurgatus. Fuit autem Catilius maternus proauus Antonini Philoſophi, qui poſtea imperauit. Et ſi ſciam apud Spartianum, Catalium ſcribi: & paulò pòſt Attilium. ac Iuriſconſultus Florentinus, & eum ſecutus Iuſtinianus in Inſtitutionibus prodiderint Statilio Seuero diuum Adrianum reſcripſiſſe *Hæreo*) maneo inuitus, [detineor, implicitus ſum.] *Attonitus*) ſtupidus, & mentis inops. nam attonitus propriè is dicitur, cui caſus vicini fulminis, & ſonitus tonitruum dant ſtuporem. *Pertinax*) nimium perſeuerans, continua. *Titi Ariſtonis*) cuius officia grata & iucunda erant Secundo. Ariſtonem Iuriſconſultum fuiſſe Traiani temporibus: & eius conſilio Imperatorem vſum teſtatur Papinianus. & Vlpianus plerunque illius mentionem facit. Fuit & Saluius Ariſto quem Iuliano reſcripſiſſe Iulianus, titulo de Legatis refert. *Nihil eſt illo grauius*) modus dicendi elegantiſſimus, pro nemo eſt illo viro prudentior & circumſpectior ac venerabilior. vnde leues contemnendos & vanos dicimus. *Sanctius*) morum integritate. *Doctius*) multiplici ſcientia. *Literæ ipſæ*) omnis res litteraria. *Vno homine*) perinde ac ſi diceret, omnes bonæ artes periclitantur ægrotante Ariſtone: qui ſi interierit, videntur mihi cũ illo morituræ. *Iuris publici & priuati*) quod Iuſtinianus ita diffiniuit, Publicum ius eſt quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum quod ad ſingulorum vtilitatem. [Quare Cæcilius alibi ad Ariſtonem ſcribens, Cum ſis, inquit, peritiſſimus & priuati iuris & publici, cuius pars Senatorium eſt.] Caius Iuriſconſultus deſcribit, publicum eſſe quod ratio naturalis inter omnes gentes conſtituit: id apud omnes peræque cuſtodiri, vocaríque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur. quod quiſque populus ſibi conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſſe, vocaríque ius ciuile quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. [Quod ſumptum videtur à M. Tullio, aliud eſſe ius gentium aliud ius ciuile in Officiis deſignante.] Iuriſprudentiam Vlpianus inquit eſſe diuinarum atque humanarũ rerum notitiam. de cuius partitione latius habes primo. ff. & apud Philoſophos. *Rerum*) quarum obſeruationem quadruplicem eſſe tradunt, an magis hiſtoriarum, cum paſſim pro hiſtoriis res ponantur. *Exemplorum*) quorum vſus ſi cum materia iungatur, pluri-

tiquitatis tenet? nihil eſt, quod dicere velis, quod ille docere non poßit. mihi certè quoties aliquid abditum quaro, ille theſaurus eſt. Iam quanta ſermonibus eius fides: quanta authoritas: quàm preſſa & decora cunctatio? quid eſt quod non ſtatim ſciat? & tamen plerunque hæſitat. dubitat diuerſitate rationum: quas acri magnóque iudicio ab origine cauſíſque primis repetit, diſcernit, expendit. Ad hoc quàm parcus in victu? quàm modicus in cultu? Soleo ipſum cubiculum eius ipſúmque lectum, vt imaginem quandam priſcæ frugalitatis, aſpicere. Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert: rectéque facti, non ex populi ſermone mercedē, ſed ex facto petit. In ſumma, non facile quis quenquam ex iſtis qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferunt, huic viro compararit. Non quidem gymnaſia ſectatur,

mum poteſt. *Antiquitatis*) ſeueritatis antiquæ. an rerum & verborum veterum gnarus [vel potius quòd ius. xii. tabularum optime norat, cum id eſſet antiquū ius.] *Nihil eſt*) nulla diſciplina eſt. Hic mihi videtur Cęcilius, dū laudat Ariſtonem, demonſtrare illum ſummum oratorem. quem Craſſus apud M. Tullium quærit: omni laude cumulatum, qui naturas & hominum mores ſciat, & hiſtorias, antiquitates, reip. adminiſtrationem, denique ipſum ius ciuile cognoſcat. *Theſaurus*) arca cuſtos, rerum reconditarum. *Abditum*) incognitum, non vulgare: [nam lib. ix. ſubtiliter diſputat & quærit ab Ariſtone de Senatorio iure.] *Autoritas*) fides ex fama quæſita. *Preſſa cunctatio*) diligens mora & emuncta. Apuleius preſſiorem cautelā pro vigilantiore & diligentiore dixit. Sic preſſiores cogitationes, id eſt, intentiores. Et preſſum, pro apprime. Nec Quintilianus preſſum ac limatum dicendi genus improbat. Video etiam preſſum pro attenuāto vſurpari. Secundus lib. vij. Preſſus ſermo & purus ex epiſtolis petitur. *Decora*) non nimia nec ſine gratia. *Hæſitat*) moratur antequam reſpondeat: non quòd ei rationes deſint, ſed multitudine earum & diuerſitate dum illas diligenter expendit. *Ab origine*) à principio, à cauſis, & primis motibus: quod philoſophorum propriū eſt, vnde fit vt non decipiatur. *Diſcernit*) partitur. nam ex diuiſione res illuſtrantur. *Expendit*, ad amuſſim & diligenter examinat. *Ad hæc*) præterea. Poſt doctrinam, mores Ariſtonis commendat. *Parcus*) abſtinens, temperatus. *Cultu*) veſtitu. *Priſcæ frugalitatis*) Magnæ parſimoniæ. Fuerunt enim antiqui parciſſimi. *Magnitudo*) fortitudo: nam Seneca autumat magnanimitatem & fortitudinem idem eſſe, nihilque aliud in rebus humanis magnū, niſi animum magna deſpicientem. Diogenes magnanimitatem deſcribit eſſe ſcientiam, quæ habitum facit excelſiorem omnibus quę contingere poſſint ęqualiter bonorum ac malorum. *Ad conſcientiam*) in qua voluerunt veram tranquillitatem conſiſtere, non in oſtentatione. Ariſto igitur cum quid benefactum à ſe fuiſſet, ex conſcientia ſola, non ex populari aura præmium petebat: quibus virtutibus ſui temporis philoſophos longè anteibat. *Ex facto*) re bene geſta. *Præferunt*) ſimulant, prætexunt. *Studium ſapientiæ*) Philoſophiam. *Habitu corporis*) barba & pallio. Athenæus pariter libro nono, & pluribus decimo, inſectatur ſimulantes philoſophum baculis & intonſis barbis. *Non facilè comparabis*] quia multo ſuperior illis eſt. Is enim qui ſtudet, ſecundum Ciceronem, omnium rerum diuinarum atque humanarū vim, naturam, cauſáſque noſſe, & omnem bene viuendi rationem tenere & perſequi, nomine Philoſophi appellatur: quanto magis qui illa optimè norit, & perſequitur?

Gymnaſia) ſcholas,exercitationes. Suidas academiam,lyecum,cynoſarges,tria Atticæ gymnaſia fuiſſe tradit : in quibus non ſolùm corporis vires, ſed etiam animi exercebant. vnde & quandam Dialecticæ partem, quæ in exercitatione conſtabat, Gymnaſium dixere: & Gymnoſophiſtas Indorum philoſophos ad reſpondendum acutè & promptè exercitatus. Hic faciunt illa Ciceronis verba ex ſecundo Oratoris. Sæculis multis antè gymnaſia inuēta ſunt, cum in his Philoſophi garrire cœperunt, & hoc ipſo tempore teneant: tamen eorū auditores diſcum audire quàm philoſophum malunt: qui ſimulac increpuit in media oratione,de maximis rebus & grauiſsimis diſputantem philoſophum omnes vnctionis cauſa relinquunt. Ex quibus apparet gymnaſia in vſu fuiſſe & corpori & ingenio exercendo.

aut porticus, nec diſputationibus longis aliorum ocium, ſuúmque delectat: ſed in toga, negociiſque verſatur: multos aduocatione, plures conſilio iuuat. Nemini tamen iſtorum caſtitate, pietate, iuſtitia fortitudine, etiam primo loco ceſſerit. Mirareris, ſi intereſſes, qua patientia hanc ipſam valetudinem toleret, vt dolori reſiſtat, vt ſitim differat, vt incredibilem febrium ardorem immotus opertúſque tranſmittat. Nuper me, paucóſque mecum, quos maximè diligit, aduocauit, rogauítque vt medicos conſuleremus de ſumma valetudinis, vt, ſi eſſet inſuperabilis, ſponte exiret è vita: ſin tantum difficilis, & longa, reſiſteret, maneretque. Dandum enim precibus vxoris, dandum filiæ lacrymis, dandum etiam nobis amicis, ne ſpes noſtras, ſi modò non eſſent inanes, voluntaria morte deſereret. Id ego arduum in primis, & præcipua laude dignum puto. Nam impetu quodam, & inſtinctu procurrere ad mortem, commune cum multis: deliberare verò, & cauſſas eius expendere, vtque ſuaſerit ratio, vitæ mortiſque conſilium ſuſcipere, vel ponere, ingentis eſt animi. Et medici quidem ſecunda nobis pollicentur: Supereſt, vt promiſſis deus adnuat, tandémque me hac ſolicitudine exoluat. qua liberatus, Laurentinum meum, hoc eſt libellos & pugil-

Porticus publicas) (quo ſolet frequens turba conuenire.) Stoicos deſignat quorum princeps Zeno orationē formabat ad porticum pœcilen quę & peſianacta dicebatur. Eò igitur diſcipuli confluebāt: atque ideo Stoici vocati, quòd Gręcè στοά, latinè porticus appelletur. *Aliorum*) auditorum *Toga*) officio *Aduocatione*) patrocinio, aduocatos accipere debemus omnino omnes, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur. Conſilio, reſpondendo. Conſilia etiam nunc vulgò reſponſa prudentiū dicuntur. Duo tetigit quæ iuriſperitus facit, agere & conſulere. *Iſtorum*) philoſophorum. *Etiam primo loco*) qui principatū inter Philoſophos obtinent. *Opertus*) pannis intectus, vt facilius ſudorē exprimat. *Tranſmittat*) prætereat (ſufferat) *Summa*. articulo, periculo.] *Inſuperabilis*) inſanabilis. *Sponte*) præueniendo mortem. *Difficilis*) dura & pertinax. *Maneret*) viueret, duraret. *Dandum precibus Vxoris*) ratio qua vitam protraheret, niſi medici deſperaſſent reſpectu vxoris & filiæ & amicorum. *Dandum*) concedendum hoc. Sic ad Hiſpanum ſcribit, Demus hoc tuis, demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus. *Inanes*) fruſtrà ſperando eum poſſe conualeſcere. *Arduum*) difficile inuentu in vno alio. Laudabile cùm virtus circa difficilia conſiſtat. *Impetu*]

furore. *Multis*) vulgaribus. Gladiatores & ſeruos ſæpe vidimus mortem conſtanter appetere, inquit Seneca, & belluas in ferrum irruere. *Expendere*] rationes examinare. *Conſilium vitæ*) viuendi deliberationem. *Ponere*] omittere. *Secundam*) bonam valetudinem. *Deus*] ſine cuius nutu & conſilio noſtræ ſpes irritæ. *Laurentinum*] rus: cuius loci & ſitus amœnitate captus plurimum oblectabatur ocio literarum.

lares, ſtudioſúmque otium repetam. Nunc enim nihil legere, nihil ſcribere, aut aſsidenti vacat, aut anxio libet. Habes, quid timeam, quid optem, quid etiam in poſterum deſtinem. Tu quid egeris, quid agas, quid velis agere, inuicem nobis, ſed latioribus epiſtolis, ſcribe. Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris. Vale.

Pugillares] tabellas in quibus ſcribitur. *Studioſum ocium*] quia poteſt eſſe alterius rei ocium vt ignauiæ. *Aſsidenti*] coram Ariſtone ægrotante. *Vacat*] cùm ſim occupatus circa remedia valetudinis. *Anxio*] abſenti ſed cum dolore & cura. *Quid timeam*] mortem Ariſtonis. *Optem*] ſanitatem. *Deſtinem*] ſtudium in ſeceſſu. Iſta obtinent vicem epilogi. *Lætioribus*] non triſtis, ſicut meæ, ſed læta continentibus: nonnulli legunt latioribus. *Confuſioni*] perturbationi, dolori. *Nihil quereris*] nihil querulum & triſte in illis ſcripſeris.

C. Plinius Pompeio Falconi Suo S.

Conſulis an exiſtimem te in Tribunatu cauſas agere decere. Plurimum refert quid eſſe tribunatum putes: inanem vmbram, & ſine honore nomen, an poteſtatem ſacroſanctã, & quam in ordinem cogi vt à nullo, ita ne à ſe quidem deceat. Ipſe cùm Tribunus eſſem, errauerim fortaſſe, qui me eſſe aliquid putaui, ſed

Conſulis]. Pompeius Falco, ad quem diuum Adrianum epiſtolam de caſibus infecti teſtamenti Vlpianus ſcripſiſſe tradit, ſub Pertinace conſul liberè imperatorẽ pupugit: ſed nec minus acriter quàm prudenter ab imperatore remorſus eſt, cui poſtea Falco imperare volens, parauit inſidias: de quo conqueſtus eſt in ſenatu imperator: Falconi tamen pepercit, & à ſenatu impunitatem eius petiit. denique Falco in rebus ſuis ſecurus vixit, & hærede filio periit, quamuis multi Falconem neſciſſe dixerint, Imperium ſibi parari. Huic igitur conſulenti an in tribunatu plebis cauſas ageret, reſpondet Secundus, ſe dum tribunatum gereret ab aduocatione abſtinuiſſe: cauſaſque, quibus motus fuerit, enumerat. *Te decere*] Legitur etiam debere. *In Tribunatu cauſas agere*) dum geris Tribunatum defendere reos oratione. Paulus tertio. ff. Qui magiſtratum initurus eſt, idoneus defenſor non intelligitur. *Quid eſſe Tribunatum*) Tribunatus dignitas plebeia, L. Iunio Bruto [& Spurio Sicinio inſtantibus] inſtituta: cuius dignitatis officium erat, læſis plebeiis contra potentiores auxilio eſſe, quódque hi plebem rogaſſent, id ratum eſſet. In ſumma, ius Tribunitiæ poteſtatis magis ad impediendum, quàm ad agendum introductum. *Vmbram*) magiſtratum. *Inanem*) ſine poteſtate, tanquam circulum ad tabernam. *Sine honore*) nam etiam quidam tradunt Tribunatum plebis non eſſe magiſtratum. vnde creato Dictatore cæteri magiſtratu abibant præter Tribunos. Satis tamen conſtat [Tribunatum] fuiſſe ſummam poteſtatem, poſt Dictatorem: qui ſi abfuiſſet,

in vrbe primam ac ferè ſolam. *Sacroſanctam)* venerabilem, tanquam rem diuinã, & deo conſecratam: cuius contrarium prophanum. M Tullius pro Cor. Balbo, Sacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plébsve ſanxiſſet: & ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis aut pœnæ: cum caput eius qui contra fecit, conſecratur. Nam creati Tribuni primi hanc legem tulerunt, Tribunum inuitum tanquam vnum è multis nemo cogito agere, neque verberare, neque alteri vt verberet imperato, neque occidito, neque occidi iubeto. ſi quis autem prohibitorum horum aliquid fecerit, impius execrabiliſque eſto: bonáque eius publicanto ad ſacra Cereria. & qui aliquem hæc agentium occiderit, cædis expiatus eſto, ac ne fiat poteſtas deinceps populo abrogandi hanc legem, ſed in omne tempus reliquum immobilis permaneat: Sit ſtatutum omnes iurare nobis per ſacra: hac ſe lege ipſos, & eorum poſteros vſuros eſſe perpetuò: précq; adiecta ſit iuramẽto ſtabilientibus legem ipſam deos eſſe propitios cæleſtes, genióſque & manes: tranſgredientibus verò, numina aduerſa fieri: tanquam maximè pollutioni obnoxiis: ex hiſque conſtitutus Romanis mos ſacroſancta eſſe Tribunorum corpora. *In ordinem cogi)* [redigi, emendati, corrigi,] impediri, negligi, inter viles & abiectos authore Priſciano, numerari. Quod ex prædictis apparet non licuiſſe. Nullus enim alius magiſtratus compeſcere aut prohibere Tribunum poterat. vnde apud Liuium Fuluius Conſul Tribunis inquit, Videtiſne vos in ordinem coactos eſſe, & rem ad ſeditionem ſpectare? Et Tranquil. ſcribit Veſpaſianum altercationibus inſolentiſſimis ab Heluidio pene in ordinem redactum. Erat etiam Imperator poteſtate Tribunitia. [Pariter Claudius apud eundem conſcripſit ſe in ordinem coactum ab Oſtienſibus, quia ſubeunti Tyberim ſchaphas non miſiſſent.] *A nullo)* alio quàm à Tribuno: nam cæteros collegas vnum aliquod volentes, vnus tantum Tribunorum impedire poteſt. Hinc Secundus, deceat, id eſt, decorum ſit, dixit, non liceat. *Ad ſe)* ſua ſponte ſubmittere ſe imperio alterius. *Erraverim fortaſſe)* corrigit dictum ne videatur iactantiæ crimen incurrere. *Aliquid)* alicuius poteſtatis & honoris. ſunt qui legant *aliquem.*

tanquam eſſem, abſtinui cauſis agendis: primùm, quòd deforme arbitrabar, cui aſſurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare: & qui iubere poſſet tacere quemcunque, huic ſilentium clepſydra indici: & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam conuitia audire: & ſi inulta pateretur, inertem: ſi

Tanquam eſſem) exempli gratia ac ſi fuiſſem Tribunus cum verè fuerit: ſed hoc pretextu verborum declinat arrogantiam. Aſſurgere, honorem pręſtare, aperire caput. *Stare)* pedibus ſtantem agere: ſic etiã dicebant. quam conſuetudinem etiam apud Græcos fuiſſe oſtendit Home. in Iliad. *Clepſydra)* vaſe quo defluente guttatim aqua, ſicut nunc puluere, horarum ſpatia deſignabantur, vel etiam quæque temporis momenta. Apuleius lib. iij. ſui aſini, Rurſum præconis amplo boatu citatus accuſator, quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem colli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua, populum ſic adorat. Et tertio Epiſtolarum Seneca, Clepſydra non extremum ſtillicidium exhaurit, ſed quicquid antè defluxit. Suidas ſcribit Clepſydram eſſe vas anguſtiſſimo ore circa fundum, ad quod in iudiciis aqua plenum propoſitum dicebant oratores, ſicut innuit Æſchines in Cteſiphontem quam conſuetudinem imitati poſtea Romani: nam & M. Tullius Aulum ad clepſydram vocat. Accipitur interdum pro inſtrumento aſtronomico horas metiente, & pro iudicio græcis autoribus hæc aſſerentibus. Pauſanias inſuper in vertice Ithoniæ arcis Meſſenenſium fontem clepſydram oriri tradit. Inditum & meretrici cognomentum nomine prius Metichæ, poſtquam ad clepſydram concubuit tota aqua defluente. Inde Euboli

poëma Clepſydra appellatum. Athenæus autor, Et apud Suidam ſuper verbo clepſydra quædam prouerbia explicantur. Fuiſſe illam pro horologio, & ad alios vſus ſequentes ſcriptores indicant. Vegetius lib iij Quia impoſſibile videbatur per totam noctem vigilantes ſingulos in ſpeculis manrre, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſæ vigiliæ. Cenſorinus, P. Cornelius Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium: quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi à ſole horas, ſolarium cœptum vocari. Vitruuius teſtatur horologiorum ex aqua comparationem Cræſibium primum explicuiſſe. Et li. vij. Athenæus inquit, Hydraulicum inſtrumentum videtur eſſe Clepſydra: vnde ferunt Platonem paruam quandam inſtrumenti excogitationem excogitaſſe, dum nocturnum horologium fingit ſimile hydraulico, referens clepſydram admodum capacem. Satis conſtat clepſydram deduci ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ ὕδωρ, id eſt, à ſubducendo aquam. *Interfari*) loquentem interrumpere, impedire, obſtrepi. *Conuicia*) ab aduerſariis iurgia: qualia noſtri temporis in foro ſtrepunt. *Inulta*) conuitia impunita. *Inertem*) nimium patientem, qui non exerceret ſuam poteſtatem.

vlciſceretur, inſolentem videri. Erat hic quoque aſtus ante oculos, ſi fortè me appellaſſet vel ille cui adeſſem, vel ille quem contra intercederem, auxilium ferrem, an quieſcerem ſilerémque, & quaſi eiurato magiſtratu priuatum ipſe me facerem. His rationibus motus, malui me tribunum omnibus exhibere, quàm paucis aduocatum. Sed tu (iterum dicam) plurimum intereſt, quid eſſe tribunatum putes: quam perſonam tibi imponas, quæ ſapienti viro ita aptanda eſt, vt perferatur. Vale.

Vlciſceretur) detrudendo conuiciantem in carcerem, vel ab aduocatione repellendo *Inſolentem*) arrogantem. *Aeſtus*) ſollicitudo, [mentis agitatio.] *Ante oculos*) coram. *Appellaſſet*) prouocaſſet, auxilium me oraſſet. Appellandi ius quàm ſit frequẽs, quámq; neceſſarium, qui neſciat, nemo eſt: quippe quòd iniquitatem iudicantium vel imperitiam corrigat. lege Iuriſconſultum ff. 49. tit. de Appellationibus. Eſt autem autore Aſconio appellatio minoris ad potiores prouocatio. Significat etiam appellare, blanda oratione alterius pudicitiam attentare, ſecundum Vlpianum. *Cui adeſſem*) pro quo agerem, cuius cauſam tuerer. *Ille*) Aduerſarius appellaſſet. *Intercederem*) occurrerem, obſtarem. Intercedere eſt prohibere, cuius extremum ius erat apud Tribunos plebis. *Auxilium ferrem*) perinde acſi diceret, vtri eorum opem tuliſſem, aduocati partes exerceſſiſſem: ſi ſiluiſſem, videbar me Tribunatu priuare. *Eiurato*) depoſito, abrogato. [M. T. in Philippicis, Sic me iniqui eiurabant, de me querebantur. Valerius, Ignominioſa Conſulum eiuratione.] Eiurare, Pompeio referente, ſignificat id quod deſideratur non poſſr præſtare. Quare Secundus dixit eiuratum Tribunatum, vt qui in eo deductus eſſet, nõ poſſet præſtare honeſtè quod iure debuiſſet. *Priuatum*) ſine poteſtate. *Omnibus*) pop. Rom. exercendo ius tribunitium & opem dando preſſis. *Paucis*) ad vſum paucorum aduocare. *Perſonam tibi imponas*) qualitatem & mores dignitati tuæ comprtentes Sic M. T. pro Sylla, Denique inquit, iſtam perſonam vehementem & acrem quam mihi tunc tempus, & reſp. impoſuit, iam voluntas & natura detraxit [Idem in Philippicis, Vt meminiſſem quam perſonam impoſitam à vobis ſuſtinerem] Et Ouidius, Cum tibi contingat formam Iunonis adire, Fac ſcis perſonæ quam tueare memor. In qua ſignificatione ipſe alibi, & Fabius vſurpauit. Neque ignoro accipi interdum perſonam pro ſcenico habitu vel hiſtrione, à perſonando dictam: & pro corpore, vt ſæpius apud Iuriſconſultos, [& interdum Ciceronem:] & quale illud Traiani in epiſtolis, Quid in perſona ſtatuendum ſit. *Perferatur*) [ad finem vſque Tribuna-

tûs. In multis exemplaribus legi præferatur id eſt præponatur, & oſtentetur, probetur, nullo prætextu deformetur.]

C. PLINIVS BEBIO HISPANO SVO S.

TRanquillus, contubernalis meus, vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures quanti æquum eſt emat. Ita enim delectabit emiſſe. Nam mala emptio ſemper ingrata eſt, eo maximè quòd exprobrare ſtultitiam domino videtur. In hoc autem agello (ſi modò arriſerit precium) Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant, vicinitás vrbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui aduocet magis quàm diſtringat. Scholaſticis porro ſtudioſis, vt hic eſt, ſufficit abundè tantùm ſoli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vnámque ſemitã terere, omnéſque viticulas ſuas noſſe & numerare arbuſculas poſſint. Hæc tibi expoſui, quò magis ſcires, quantũ ille eſſet mihi, quantũ ego tibi debiturus, ſi prædiolũ iſtud quod commendatur his dotibus, tam ſalubriter emerit, vt pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

TRrãquillus) Hiſpanum rogat vt pro Tranquillo ſuo agellum iuſto pretio comparet, ne ſit pœnitentię locus Bebius Macer Hiſpanus poſtmodũ Conſul deſignatus ſub Adriano Præfectus vrbis fuit. In quibuſdam exẽplaribus ſcriptum eſt Vipſano. nam Vipſanum Meſſalam legimus Tribunum legionis, cui præerat Aponius Saturninus, virum egregiũ, & qui ſolus ad id bellũ artes bonas attuliſſet: alioquin ſub Veſpaſiano pietatis eloquentiæque famã adeptus nondum ætate Senatoria pro fratre Aquilio Imperatorem auſus deprecari. cuius lauretum Martialis carminibus memorat. *Venditare*) cupere vendere & quærere præſtinatorem, [exponere venui.] *Mala*) pluris. *Domino*) emptori. *Stultitiam*) ignorantiam qui pluris emiſſet quod minoris eſſet. *Arriſerit*) placuerit, honeſtum fuerit. *Stomachum*] appetentiam. *Solicitant*) inſtigant, augent. *Vicinitas Vrbis*) cenſet Columella in propinquo agrum mercari, quo frequenter dominus veniat: & frequentius, quàm ſit venturus denunciet. ſub hoc enim metu cum familia villicus erit in officio. *Opportunitas Viæ*) Multum confert agris iter commodum: primum quod eſt maximum, ipſa præſentia domini qui libentius commeaturus ſit ſi vexationem viæ non reformidet. deinde aduehenda & exportanda vtenſilia, quæ res frugibus conditis auget precium & minuit impenſas rerum inuectarum: quia minoris apportentur eò quod facili niſu perueniatur. necnon nihil eſſe etiam paruo vehi, ſi conductis iumentis iter facias: ſeruos quoque qui ſecuturi patrem familiæ ſint, non ægrè iter pedibus ingredi. *Mediocritas Villæ*) ædificij in agro, ne ſcilicet villa ſit adeo ampla, vti inde ſecundum Catonis præceptum èxire nequeas. *Modus ruris*) mediocritas agri. huc pertinet illa præclari poëtæ ſententia, Laudato ingentia rura: Exiguum colito. quid vir eruditiſſimus traditum vetus præceptum numeris ſignauit: ne maiorem quàm ratio calculorum patiatur emere agrum velimus: quippe acutiſſimam gentem Pœnos dixiſſe cõuenit, imbecilliorem agrum quam agricolam eſſe debere. Modus autem erit, vnicuique voluntas facultáſqu neque enim ſatis eſt poſſidere, velle, ſi co

lere non poſſis. *Aduocet*) delectet, alliciat, conſoletur [à curis vrbanis remoueat.] Aduocamentum autem conſolatio. *Diſtringat*) occupet. *Scholaſticis*] qui adhuc inſtituuntur, & in ſchola verſantur: an quòd in declamando ſe exercebat Tranquillus. [Fuit in alia lectione *domini* ſcilicet ruris. & ſine parentibus.] *Porrò*) ſanè, præcipuè. *Releuare*) recreare. *Caput*] ſtudiis feſſum. *Reficere*) reſtaurare. In ſecunda lectione refigere fuit, hoc eſt aliò diuertere. *Reptare*] lentè & quaſi teſtitudinis paſſu ire, vt conſueuere qui ſpatiantur. Sic Horatius, An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres. *Per limitem*) Limites in agris duo maximi ſunt, cardo & decumanus. limes decumanus eſt, qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem ſecat. Cardo autem à meridie ad ſeptentrionem. reliqui limites anguſtiores ſunt, diſtántque inter ſe paribus interuallis. Semita eſt arcta, & quaſi dimidia via. *Arbuſculas*) Columella de oliuis paruis loquens, arboſculas dixit. [*Dotibus*) donis, commodis. (*Salubriter*) iuſto precio. *Vt non relinquat locum pœnitentiæ*) vt ſemper emptio placeat: nam is non relinquit locum pœnitentiæ, quem nullius rei pœnitet.

C. PLINII

C. PLINII CAECILII SECVNDI EPISTOLARVM

LIBER SECVNDVS.

Cum doctiſsimis IOANNIS MARIAE Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS VOCONIO ROMANO SVO S.

POST) Voconium Romanum admonet Virginio Ruſo publice factū funus honeſtiſſimum, virúmque ſummum & amiciſſimum pari laude celebrat: & quamuis ſenem tamen vt iuuenem deflet.

POST aliquot annos inſigne, atque etiam memorabile populi Romani oculis ſpectaculum exhibuit publicum funus Virginij Rufi, maximi & clariſſimi ciuis, & perinde fœlicis. Triginta annis gloriæ ſuæ ſuper-

Spectaculum) rem ſpectandam. *Publicum funus)* Qui viri inſignes, & memorabiles ſtrenuè pro patria pugnãdo occubuiſſēt, aut reip. operam ſuam promptè nauaſſent, publicè funerabantur, tracta conſuetudine à Bruto, qui à Collega Valerio publicè tumulatus eſt. Erat autē publicū funus, ſicut Plutarchus in vita Publicolæ oſtendit, cùm quis propter ſua in remp. beneficia publicis ſumptibus ſepeliebatur. comitabantur præterea [ſi Tacito credimus præcedentibus familiarum imaginibus] Conſules, Tribuni ac Senatores, denique omnis magiſtratus vſque in forum vbi vir aliquis laudatiſſimus orationem pro laudibus defuncti habebat: deinde ad locum ſepulturæ profectis omnibus, quidam incenſam facem accipiens quàm maximè altè poterat efferebat, re teſtans licere quidem, ſed honori parendum. Funus authore M. Tullio fiebat imaginibus, exequiis, pompa, laudatione, cantu, ludis, lamentationibus, rogo. Sic Tranq. L. Vitellium Auli Vitellii Imperatoris patrem publico funere à Senatu honoratum aſſerit. *Maximi ac clariſsimi)* rebus geſtis. *Perinde)* pariter [nō minus.] *Fœlicis)* dum Cæſares quibus ſuſpectus erat euaſit. *Superuixit gloriæ ſuæ)* poſt victoriam adeptam contra Vindicem vixit inſuper triginta annis. Virginius Rufus equeſtri familia ignoto patre, cùm omnes à Nerone

ad Galbam deficerent: ipſe in Gallia Germanicum ducens exercitum per ſeſe agebat: præerat enim potentiſſimis legionibus. cùm veniſſet Beſontiona, id oppidum eſt deprædatus, quòd ſe non recepiſſet. Vindice ad auxilium vrbis occurrente, & non procul caſtra metante, miſſis vltro citróque quibuſdam: tandem ſoli inter ſe duces collocuti contra Neronem coniurarunt: deinde Vindice vrbem cum exercitu occupare quærente, Rufi milites hoſtium aduentum edocti, ac opinantes aduerſus ſe exercitum duci ſine præcepto Præfecti, Vindicianos inopinatos & inordinatos adorti omnes interficiunt: quibus Vindex conſternatus ſibi mortem conſciuit: multi poſtea militum cadaueri illius inſultantes, conati ſunt in ſe gloriam facti transferre. Rufus occiſum vehementer defleuit, & imperiū quamuis ſępius inſtantibus militibus, ſuſcipere noluit, cùm facilè illud cōſequi potuiſſet. Strenuus.n. vir erat, & robur magnū & promptū habebat, militéſq; Neronis imagines demoliebātur ip ū Cęſarē & Auguſtū appellātes. Verū poſtquā renuebat, militū vnos in vexillo, vt imperaret, ſcripſit, quod ille pertinaciter repudiauit, vix tumultuātes ſedās, perſuadenſq; fore in Senatus & populi Romani poteſtate dare imperiū cuicunque voluiſſent. Omnino magnificus, vt pote non appetens principatum pro quo alij omnia ſubeunt pericula, mox tradito exercitu in poteſtatē Galbæ, ab eo non debit ſuſceptus honore, inuidia Titi Iunij neſciētis virū illū miti ingenio à bellis & malis quoſcūq; duces alios occupātibus in ſecurā vitā & ſenectā pacis ac quietis plenā ſe ſubducere. Hęc ſumpta ex Tacito, Dione & Plutarc.

vixit. Legit ſcripta de ſe carmina, legit hiſtorias, & poſteritati ſuæ interfuit. perfunctus eſt tertio conſulatu, vt ſummum faſtigium priuati hominis impleret, cum principis noluiſſet. Cæſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inuiſus virtutibus fuerat, euaſit. reliquit incolumem

Legit hiſtorias) quas ſcripſerunt Cluuius Rufus, Plinius ſenior, Corn. Tacitus. *Poſteritati ſuæ interfuit*) vidit literarum monumēta, per quæ victurus erat apud poſteros, & prę ter aliorū ſcripta ipſe inſuper Virginius reliquit Rhetoricæ libros. meminerunt Tacitus & Quintil. qui lib. 3. Inſtitutionum per hæc apertè oſtendit opus ſuum emiſiſſe ſub Traiano. Accuratius inquit Gallione ſcripſit Celſus & Lenas, & ætatis noſtræ Virginius, & Plinius Tutilius. Sunt & hodie clari eiuſdem operis authores. Ex quibus apparet cùm hæc ſcriberet, ſiue potius ederet, iam Virginium è vita migraſſe: eum autem Traiano imperante conceſſiſſe præter huius epiſtolæ teſtimonium etiam illa ex panegyrico verba ſignificant. Erat in Senatu ter Conſul. Sicut ibidem enarrabimus, Virginium manifeſtè deſignant. Hîc dicet aliquis, Si Fabij Inſtitutiones contendis Traiano imperante emiſſas, cur in quibuſdam præfationibus Domitianum cōmendat? Ea ſanè fuit ſcriptoris conſtantia & magna ſub Traiano libertas, vt quæ viuo ſcripſerat, mortuo non detraheret: & licebat ſub optimo principe impunè ſcribere. Quare crediderim Domitiano imperante multa ac ferè omnia quæ in Inſtitutionibus continentur cōpoſita, & quædam etiam publicata, vel eo inuito, vt ipſe teſtatur: poſtea diu limata ſub Traiano emiſſa. *Perfunctus eſt tertio Cōſulatu*) primum Conſulatum geſſit cum Memmio Regulo, alterum cum Pompeio Vopiſco, referente Tacito: tertium cum Nerua Imperatore autor Iulius Frōtinus de aquæductibus. Et Dion inquit, Nerua Virginium ſæpius Imperatorem nominatum non timuit in Conſulatu ſuo Collegam aſſerrre. In cuius mortui tumulo hoc epithaphium inciſum eſt, Hic ſitus eſt Rufus pulſo qui Vindice quondam Imperium aſſeruit, non ſibi ſed patriæ. Non ideo intellige Virginium mortuum ſub Nerua, ſed vt in tranſitu tam memorabile facinus tangeret, hoc addidiſſe Dionem quod tamen apud eum metro non conſtat. *Perfunctus*) explens. quia quartum, cui à Traiano fuerat deſtinatus non potuit gerere, obitu intercedente. *Summum faſtigium*) tot Conſulatus: & in Senatu eſſet ter Conſul, cùm

Traianus Imperator tertium Conſulatum vt nimium recuſabat. *Priuati*) non principis. Sic in Panegyrica oratione, priuatum dixit reſpectu principis. & Tacitus in eundem ſenſum vſurpauit. Ex quibus apparet non tantùm priuatum dici qui ſine magiſtratu eſt. *Cum principis*) faſtigium implere noluiſſet, delatum ei à milite imperium contemnebat ſed dubium fuit an pro Galba imperare voluiſſet, imparem ratus ſi accepiſſet: tutum, ſi recuſaſſet hæc Tacitus pro commodo ſuo. *Cæſares euaſit*) Neroni, Galbæ, Othoni, Vitellio, Domitiano ſuperuixit: & eorum immanitatem vitauit nam præcipuę opes erant bonis artibus inoffenſa tot principum malitia. Et in coniuratione Piſoniana ſcribit Tacitus Virginium Rufum claritudine nominis in exilium pulſum, quod ſtudia iuuenum eloquētia foueret.

optimum atque amiciſſimum, tanquam ad hunc ipſum honorem publici funeris reſeruatus. Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari veneratione. Vſus eſt firma valetudine, niſi quòd ſolebant ei manus tremere, citra dolorem tamen: aditus tamen mortis durior longiórque, ſed hic ipſe laudabilis. Nam cum vocē præpararet, acturus in conſulatu principi gratias, liber, quem forte acceperat grandiorem, & ſeni & ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. Hunc dum conſequitur colligítque, per læue & lubricum pauimentum fallente veſtigio cecidit, coxámque fregit, quæ parum aptè collocata, reluctante ætate, malè coiit. Huius viri exequiæ magnum ornamentum principi, magnum ſeculo, magnum etiam foro & roſtris attulerunt. Laudatus eſt à con-

Optimum) Traianum cognomento optimum, quo maximè gloriabatur tradente Dione. & Secundus in oratione panegyrica hoc cognomentum pluribus extollit. *Reſeruatus*) Conuenit cum Plutarcho quē diximus ſcripſiſſe Virginiū inuidia ſuij ad meliorem vitam reſeruatum: nam ſub peſſimo principe nunquam talem honorem fuiſſet conſecutus. *Altiſſima tranquillitate*) ſummo ocio & quiete. *Pari*) maxima. *Firma*) perpetua. *Manus tremere*) Celſus tremorem manuum inter genera paralyſis: eiuſque curationē ponit. *Citra dolorem*) ſine pœna & tortura. *Aditus*) præludium, principium, acceſſus. *Longior*) longioris temporis. *Laudabilis*) ex cauſa laudabili contractus fuit. *Vocem præpararet*) orationem componere vellet panegyricam. & ideo lectioni operá daret. *Conſulatu*) quarto: cui fuerat deſignatus à Traiano. *Et ſeni, & ſtanti, ipſo pondere*) Tria ponit, ſenium Rufi, & quod pedibus ſtaret, ac magnitudinem libri, quibus oſtendat in maius luxatam illius coxam. *Conſequitur*) diſpactum, *Colligit*) manibus iterum corripere nititur. *Læue*) litheſtratū: & ideo lubricum, læuigatum, politum.

Pauimentum) ſolum ſtratum. *Fallente*] titubante, labante, inſtabili. *Coxamque fregit*) Ad quod videtur Iuuena. Satyr. decima reſpexiſſe, mala ſenectutis enumerans, vbi inquit, hic coxa debilis. *Collocata*) coniuncta, in locum ſuum repoſita.

Reluctante ætate] quia difficilius ſenes in fracturis curantur. *Coijt*] coiuit, conglutinata eſt. *Exequiæ*] indifferenter pro funere: quanquam funus maiora complectatur: ſicut alio loco dicemus. *Principi*] Traiano ſub quo tantus vir honoratus eſt. *Foro & roſtris*) [vbi agebat cauſas & concionabatur an] in quibus laudatus eſt: nam Romani omnes claros viros (autor Dionyſius) ſiue quod illi bellorū ducatum acceperint, ſiue ciuilium negociorum magiſtratus, & ſua prudentia cōſilia actionéſque pulchras ediderint, neque tantùm bello morientes ſed & cæteros qualicunque functos vitæ fine laudari in foro inſtituerunt, ſumpto initio a Publicola, qui Bruti corpus ibi proponens ornatum decenter in lectulo, aduocata

populi concione pro roſtris funebrem orationem habuit. [Inde Tacitus libro tertio ſcribit, Tiberium non prohibuiſſe quo minus Iuniæ C. Caſſij vxoris & M. Bruti ſororis laudatione pro roſtris cæteriſque ſolemnibus funus cohoneſtaretur.] Nec me præterit roſtra pro magiſtratibus ſumi, quòd in his concionarentur. & Cornelium Seuerum dum laudat Ciceronem pro eloquentia poſuiſſe. Roſtra, inquit Liuius, ex nauibus Antiatum, ex quibus ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, roſtráque id templum appellatum, ad Comitium prope iuncta curiæ, ſed poſtea loco mota. Et M. Tullius in Vatinium, Produxeris iudicem in roſtris : illo inquam inaugurato templo. Roſtra in regione octaua iuxta forum locat Victor: quem locum ad ſtatuas clariſſimum fuiſſe docet Cicero pro Deiotaro. Hinc Iuuenalis cùm forum nominauit, ſtatim ſubdit triumphales ſtatuas. Tranquillus bina roſtra fuiſſe indicat, Auguſtum laudatum pro roſtris veteribus referendo. Et M Tullius in Legibus, inquit, Honoratorum virorum laudes in concione memoranto, eáſque ad cantus, ad tibicinem proſequuntor.

ſule Cornelio Tacito. Nam hic ſupremus fœlicitati eius cumulus acceſſit, laudator eloquentiſſimus, & ille quidem plenus annis abijt, plenus honoribus, illis etiam quos recuſauit. Nobis tamen quærendus ac deſiderandus eſt, vt exemplar æui prioris: mihi vero præcipue, qui illum non ſolùm publice ſed etiam priuatim quantum admirabar tantum diligebam. Primùm quòd vtrique eadem regio, municipia finitima, agri etiam poſſeſſionéſque coniuncta. Præterea quod ille tutor mihi relictus, affectum parentis exhibuit. Sic candidatum me ſuffragio ornauit, ſic ad omneis honores meos

Supremus calculus) maximum ſuffragium Legitur etiam cumulus, id eſt copia, *Laudator eloquentiſſimus*) fuit enim in Tacito grauis & eloquens oratio, cuius ſcripta quò magis leguntur, eò plus ponderis & admirationis cum multiplici copia habere creduntur. Dicam quod ſentio, nemo hiſtoricorum magis diligentem lectorem tenet & alit modò robur & vim dicendi, non leuia tantum conſectetur. *Plenus annis*) ſenex admodum, ſepultus eſt in Alſienſi villa. *Quos recuſauit*) Immo maiorem meruit gloriam, quòd principatum quem virtutibus meruerat, recuſauerat: laudabilius enim honores mereri, & non gerere, quàm immeritos ſuſcipere. *Quærendus*) optandum vt viueret. *Exemplar vitæ prioris*) tanquam vnus ex antiquis Romanis, qui nobis eſſet imitandus. In alia lectione fuit, *æui prioris. Mihi*) deſiderandus eſt.

Publicè) boni publici cauſa. *Priuatim* reſpectu meo. [Eſt & alia lectio, qui illum non modò publicè, ſed etiam priuatim quantum adiuuabat, tantum diligebam] *Eadem vtrique regio.* Inſubria. [*Municipia finitima*] Sumus & ex municipiis quæ ſunt in eadem regione. Et cùm Ptolomæus inter Inſubres quattuor tantū municipia ponat, Nouariam, Ticinum, Mediolanum, Nouumcomum. addendo municipia finitima & contermina, neceſſe eſt Virginium Mediolanenſem. Satis enim conſtat Secundum fuiſſe Nouocomenſem, neque vllum prædictorum oppidorum quàm Mediolanum Como conterminum. & addiderit agros poſſeſſionéſque coniunctas. [quod vt firmiter credam, facit elogium de Plinio nuper inuentum in candidiſſimo marmore in eorundem finibus] Gaude igitur Italicarum præſtantiſſima ciuitas tanto ciue reperto, non indigna tam clariſſimi viri alumna, nec ille tam florentiſſimam patriam ſibi reſtitutam dedignetur. Vtraque autem fuiſſe municipia teſtimonio Secundi ac Taciti, & antiquarum memoriarum vero verius confirmatur. *Relictus*) teſtamento à patre. *Affectum* amorem. *Sic*) tanta beneuolentia. *Candidatum*) petentem honores. Mos erat magi-

ſtratum petituris, vt abſque interiore tunica in comitium candida operti veſte deſcenderent, ſiue vt eo habitu ad ſupplicandum humiliores accederent, ſiue innocentiam ſuam per album indicantes colorem, ſiue vt qui cicatrices haberent manifeſtè ſigna fortitudinis aperirent. [Quare apud Valerium leges, Scipionis Africani filium ignobilem Præturæ petitorem candidam togam adeo turpitudinis maculis obſolefactam in campum detuliſſe, vt, niſi gratia Ciceretj qui patris eius ſcriba fuerat adiutus eſſet, honorem à po. impetraturum non videri] Nec ſolùm magiſtratus petitores dicebantur candidati, ſed etiam aliarum rerum. nam Tranquillus in Veſpaſiano diſpenſationis candidatum dixit, petentem diſpenſationem. Candidati item Cæſaris appellati, qui Principis epiſtolas in Senatu legebant. Et milites principales candidatos teſtatur Vegetius priuilegiis muniri. *Suffragio*) auxilio, voce. *Sic*) tanto ſtudio.

ex ſeceſſibus accurrit, cum iam pridem eiuſmodi officijs renunciaſſet, ſic illo die quo ſacerdotes ſolent nominare quos digniſſimos ſacerdotio iudicant, me ſemper nominabat. Quin etiam in hac nouiſſima valetudine veritus, ne forte inter quinqueuiros crearetur, qui minuendis publicis ſumptibus iudicio ſenatus conſtituebantur, quum illi tot amici ſenes, conſularéſqueupereſſent, me huius ætatis, per quem excuſaretur, elegit, his quidem verbis: Etiamſi filium haberem, tibi mandarem. Quibus ex cauſis neceſſe eſt tanquam immaturam mortem eius in ſinu tuo defleam: ſi tamen fas

Ex ſeceſſibus occurrit) Tametſi abeſſet, nec amplius ſe huiuſmodi officiis implicaret, tamen cùm præſenſerat me petere magiſtratus, ſtatim properabat in vrbem vt mihi adeſſet. *Officijs renunciaſſet*) modus dicendi elegantiſſimus, renuncio ſtudio, pro non amplius ſtudeo, & à literis ceſſo. à quo renunciatio id eſt ceſſatio. *Illo die*) calendis Ianuariis. lege Ouidium in Faſtis, & Cor. Tacitus Quindecimuirale ſacerdotiū ſcribit principio anni ſolenne iuſiurandum ſolitum iurare: & nuncupationibus votorum adeſſe. [Iam autē libro quarto dixerat ſolennia incipientis anni calēdas Ianuarias] Et Secūdus libro quarto Frontinum, cui in Auguratu ſucceſſit, teſtatur ſe per multos annos ante obitum ſui inter ſacerdotes nominaſſe, tanquam in locum ſuum cooptaret. [Puto intelligere Auguratum de quo M. Tullius in. ij. Philippica, Quo enim tempore me Augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius & Q. Hortenſius nominauerunt: neque enim licebat à pluribus nominari. Et in. xij. Imprimis paternum auguratus locum, in quo ego eum, vt quod à patre accepi, filio reddam mea nominatione cooptabo.] *Me*) dignum ſuo ſacerdotio. *Nouiſſima*) qua interiit. *Quinqueuiros*) Erant quinqueuiri magiſtratus extraordinarii: primò creati ſunt de legibus imperio Conſulari ſcribendis: deinde agris diuidendis: quibus aliquando Triumuiros præponebant. tertio de muris turribúſque conficiendis, nonnunquam minuendis ſumptibus, cum Imperatorum liberalitate, cum ciuitas grauari videretur. *Minuendis publicis ſumptibus*) vt ſuperfluos & nimios reip. ſumptus detraherēt. *Iudicio Senatus*) Senatuſconſulto & electione: cui Traianus multum tribuit. *Conſulares*) qui Conſulatum geſſerant [Cicero in Philippicis. Ego ſine vlla controuerſia Conſularis. Vt igitur intelligeretis qualem me eſſe Conſularem profiterentur, obiicit mihi Conſulatum meum. Et ad Plancum, Complures in perturbatione reip. Conſules dicti, quorum nemo Conſularis habitus, niſi qui animo extiterit Conſularis. Conſulares etiam fœminas dicimus Conſularium vxores. Adijcit Saturninus matres, quod nuſquam relatum eſt neque repertum

autore Vlpiano. At Senatores aliud erāt. nam omnes Conſulares Senatores erant, non omnes Senatores, Conſulares: hoc aperte colligitur ex lib. ij. belli Punici ſecundi apud Liuium. *Huius ætatis*] iuuenem admodum. *Excuſaretur*) apud Senatum. quòd ſe valetudine excuſarem ne inter Quinqueuiros eligeretur, [quia nimium ſenex & impotēs. *Tibi mandarem*) [Te tutorem relinquerem] vel hoc munus excuſandi iniungerem. *Immaturam*) ante tempus, reſpectu deſiderij Secundi: nam ſi reſpexeris ad tertium & octogeſimum annum, erat matura. *In ſinu tuo*) apud te.

eſt aut flere, aut omnino mortem vocare, quæ tanti viri mortalitas magis finita quàm vita eſt. Viuit enim, viuétque ſemper, atque etiam latius in memoria hominum & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit. Volui tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac vna contemplatione defixus eſt. Virginium cogito, Virginium video, Virginium iam vanis imaginibus, recentibus tamen audio, alloquor, teneo: cui fortaſſe ciues aliquos virtutibus pares, & habemus & habebimus: gloria neminem. Vale.

Mortalitas, corpus quod ſolum morti obnoxium erat. conditio moriendi. nam ī vita duplex eſt: vna cum anima cōiuncta corpori eſt, altera cum apud poſteros memoria nominis viuit rebus præclarè geſtis (vnde de morte Reguli Valerius Max. dixit, ſi quiſquam interit qui ſic extinguitur.) *Viuit*] Mart. in obitu Salonini, Viuit qua voluit viuere parte magis. *Viuet*] fama illius erit immortalis. *Ab oculis receſſit*] remota inuidia: rarò enim ante cineres gloria venit. *Multa alia*] propter Virginij interitum. *Video*] videre videor, imaginor. *Vanis*] falſis. *Recentibus*] actibus paulò antè cum illo habitis. *Gloria*] laude, qui cum poſſit imperare, id recuſet.

C. Plinivs Pavlino Svo S.

Irascor, nec liquet mihi an debeam, ſed iraſcor. Scis quàm ſit amor iniquus interdum, impotens ſæpe, μικραίτιος ſemper. Hæc tamen cauſſa magna eſt, neſcio an iuſta: ſed ego tanquam non minus iuſta, quàm magna ſit, grauiter iraſcor, quod à te tandiu litera nullæ. Exorare me potes vno modo, ſi nūc ſaltem plurimas, & longiſſimas miſeris. hæc

Irascor) Paulinum monet vt aliquid ſcribat, cùm tamdiu nihil ab vrbe literarum miſerit. Valerius Paulinus circumiectas Galliæ Narbonenſi ciuitates Vitelliana tempeſtate in verba Veſpaſiani, cuius ante fortunam amicus erat, adegit: concitiſque omnibus qui exiturhortati à Vitellio, bellum ſponte ſumebant, Foroiulienſem coloniam clauſtráque maris præſidio tuebatur: eo grauior autor quòd Paulino patria Forumiulij. & honos apud Prætorianos, quorum quondam Tribunus fuerat, ipſique pagani fauore municipali & futuræ potentiæ ſpe iuuare partes annitebantur. Plures ſunt ad eum epiſtolæ. Moriens ius liberrorum ſuorum Secundo reliquit. Paulinum Tribunum in bello Iudaico

Ioſephus, & alterum Præfectum Alexandriæ refert. Martialis pedum pernicitatem in Paulino admiratur, & Paulinum à Seuero Imp. interfectum legimus. *Nec liquet mihi*) nullam adhuc certam rationem habeo an debeam iraſci. *Iniquus*) qui iniuſtè cogat iraſci. *Impotẽs.* ad comprimendos affectus iniquos. *Μικραίτιος*) pro minima quaque re iraſcibilis. quique parua cauſatur. [Lucianus in Fugitiuis, vbi philoſophos ſui temporis notat ſupra infantulos iracundos ὀξυχόλους & μικραιτίους appellat: & in dialogo Merc. & Maiæ ὀξυχόλους amantes.] *Cauſa*) qua iraſcor. quod nihil ſcriberet. *Non minus*) æquè. *Literæ nullæ*, veniunt, mittuntur. *Exorare*) placare. *Plurimus*) literas.

mihi ſola excuſatio vera, ceteræ, falſæ videbuntur. Non ſum auditurus. Non eram Romæ, vel occupatior eram. Illud enim nec dij ſinant, vt infirmior. Ipſe ad villam partim ſtudijs, partim deſidia fruor, quorum vtrunque ex ocio naſcitur. Vale.

Non ſum auditurus) non admittam tales excuſationes, quales ſi diceres, non eram Romæ, vel negociis occupabar. *Enim*) certè. *Nec dij ſinant*) nec velint. *Illud*) vt afferas hanc cauſam moræ à ſcribendo. *Vt* ſi diceres, eram infirmior. *Vtrunque*) ſtudere & deſidere. *Ocio*) quiete: difficilè enim lucubramus [& pigri ſumus] in tumultu & animi perturbatione.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

Magna Iſæum fama præceſſerat, maior inuentus eſt. Summa eſt facultas, copia, vbertas. Dicit ſemper ex tempore, ſed tanquam diu ſcripſerit. Sermo Græcus, imo Atticus. Præfationes terſæ, graciles, dulces, graues interdum, & erectæ. Poſcit

Magna) Duos in Iuuenio fuiſſe Iſæos præſtantiſſimos rethòres Athenienſium: vnum Demoſthenis præceptorem, vt Philoſtratus tradit: alterum Aſſyrium declamatorẽ, quẽ Suidas viguiſſe ſub Adriano & plurima ſcripſiſſe refert, Lolliani Epheſij Declamatoris magiſtrũ. Et Iuuenalis illius dicendi torrentem veneratur per tranſitum. Vnde prouerbium illud, Tantali hortos vindemiari, traxiſſe originem Philoſtratus & Suidas enarrant: cum prius intemperanter viueret, mox ad modeſtiam conuerſus interrogaretur, quiſnam piſcium & auiũ optimus eſſet? Explicata Iſæi ſumma facultate & eloquẽtia hortatur Nepotẽ vt eũ auditum veniat, cùm viua vox magis afficiat. Licinius Nepos diu orbus ſuſcepta filia captatores fruſtratus domum habuit apud ſacellũ Floræ ad veteres Ficelias, autore Martiale, in Prætura ſumma vſus conſtantia & ſeueritate. Fuit & Caluiſius Nepos, Cæcilij contubernalis. Nepotem Adrianus loco hoſtis habuit. Et Nepotis Piſtoris meminit Iuuenalis. *Præceſſerat*) ante aduentum eius in vrbem. *Maior*) maioris facundiæ quàm crederetur. *Facultas*) facilis poteſtas dicendi alibi pro diuitiis. *Vbertas*) fertilitas cum delectu. Sic pingue dicendi genus Cæcilio aſſignat Macrobius, ſicut copioſum Ciceroni. Et Philoſtratus Iſæo non aridum ſed immenſum ac naturale & rebus ſufficiens. *Ex tempore*) imparatus, ex improuiſo. nam maximus ſtudiorum fructus eſt, & velut præmium quoddam amplius longi laboris ex tempore dicendi facultas, quam qui non erit conſecutus Fabij ſententia, ciuilibus officiis renunciabit. *Diu ſcripſerit*) ſtylo elaborauerit. Quintilianus præcipit multo ac fideli ſtylo elaborandam orationem, vt ſcriptorum co-

lorem etiam ea quæ ſubitò effuſa ſunt, reddant. extemporalis enim garrulitas nec expectata excogitatio, & vix ſurgendi mora circulatoriæ iactationis ſimilis eſt. *Atticus*) optimus. nam atticè dicere eſt optimè dicere: quia Attici inter alios Græcos preſſi & integri ſunt. & Xenophon pro dulcedine eloquij & incredibili facilitate, Attica muſa appellatus. M. Tullius de Optimo Gen. Orat. Atticè dicere tradit eſſe, ornatè, appoſitè, eleganter, in vnoquoque dicendi genere probato diſſerere. Sale & facetiis vti vel maximè atticum eſt. ſciátque ſi quis Demoſthenem imitetur, eum & Atticè dicturum & optimè: quo oratore ne Athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe Atticas. Et de Claris Orat. Atticè dicere, eſt ad ſimilitudinem Demoſthenis dicere, vt non omnes qui Atticè, iidem benè: ſed vt omnes qui benè, iidem etiam Atticè dicant. *Præfationes*) quæ ante opus ponuntur breuibus conſilium ſcriptoris explicantes. *Terſæ*) limatæ, accuratæ, politæ. *Graciles*) preſſæ, acutæ. *Dulces*) ſuaues, delectabiles, non aſperæ, non tetricæ. *Graues*) ſententiis refertæ. *Erecta*) ſtylo grandiori Antitheton. graciles & erectæ, graues & dulces. *Poſcit*) ſibi dari ab auditoribus. lego tamen melius, proponit.

controuerſias plureis, electionem auditoribus permittit, ſæpe etiam partes: ſurgit, amicitur, incipit. Statim omnia, ac pene pariter ad manum. Senſus reconditi, occurſant verba, ſed qualia: quæſita, & exculta. multa le-

Plures) controuerſias quas tractet ex tempore. [M. T. l. ij. de Finibus, Leōtinus Gorgias primus auſus eſt in conuentu poſcere quæſtionem, id eſt iubere dicere qua de re quis vellet audire. audax negocium dicerem, impudens, niſi hoc inſtitutum poſtea tranſlatum ad philoſophos noſtros eſſet: nam] ante controuerſiam præfationem dicebant. Non ſolum hoc ex Cæcilii verbis probatur, ſed etiam Gellii dicentis, Introit adoleſcens & præfatur arrogantius & elatius quàm ætati eius decebat: ac deinde iubet exponi controuerſias. Quid autem ſit controuerſia, Seneca inquit, Declamabat Cic. non quales nunc controuerſias dicimus, nec tales quidem quales ante Ciceronem dicebant, quas theſeis vocabant. Hoc autem genus materiæ quo nos exercemur adeo nouum eſt, vt nomen quoque eius nouum ſit: controuerſiis nos dicimus, Cicero cauſas vocat. Hoc verò alterum nomen, hoc eſt theſis, græcum eſt: ſed in Latinum ita tranſlatum, vt pro Latino ſit. Scholaſtica cōtrouerſia multo recentius eſt, ſicut ipſa declamatio. Artem tractandæ controuerſiæ Aphthonius præbet. & plures Seneca exponit, quas Silo Pompeius apud eundem, quoties commodum erat exiſtimabat, ſumi poſſe de hominibus legis verbis. *Electionem*) vt eligerent quam diceret. *Paratus*) domi præmeditata oratione. Senſus eſt, Iſæus aliquando accedit ad declamandum præmeditata oratione, cum alias ex tempore declamaret: oblata auditoribus facultate vt ſibi proponerent plures controuerſias, eligeréntque quam a ſe tractari vellent. Si autem leges *partes* loco *paratus*, vt eſt in codice antiquo, tunc ſic interpretaberis: ſæpe etiam *partes* controuerſiæ permittit auditoribus & diſcipulis, vt ſiue defenſionem ſiue accuſationem tractandam ſibi ſumant. *Exurgit*) ſtantes enim dicebant. *Amicitur*) pallio, quia Græcus ſe componit. Sic enim li. iiij. de Liciniano declamaturo ſcribit, Cum, inquit, Græco pallio amictus intraſſet poſtquam ſe compoſuit, circumſpexítque habitum ſuum, Latine, dixit, declamaturus ſum.] Nam ſi Romanus, toga: cuius formam in Oratore Quintil. optimè deſcribit. Alii codices habent, iam ergo loco amicitur, quod minus probo.

Omnia) ſuccurrunt neceſſaria dicenti. *Pariter*) eodem momento. *Ad manum*) in promptu *Reconditi*) rari, admirabiles.

Occurſant, fluunt, ſuggeruntur, vberant

Verba vtrumque tetigit ex quibus oratio conficitur ex verbis & rebus. In rebus intuenda inuentio, in verbis elocutio, in vtriſque collocatio. Verba aut ſingula aut coniuncta ſunt, in ſingulis intuendum

eſt vt

eſt vt ſint latina, perſpicua, ornata, & ad id quod efficere volumus accommodata: in coniunctis, vt emendata, vt collocata, vt figurata. *Quæſita*) electa. *Exculta*) emendata, vt alterum ad ſingula, alterum ad coniuncta referatur. *Multa lectio in ſubitis*] Cùm dicit Iſæus ex improuiſo, apparet multa legiſſe. Comparatur enim facultas extemporalis ex multa lectione, & longo ſtylo ac fideli. vnde lib. iij. de Oratore M. Tullius, Qui à ſcribendi conſuetudine ad dicendum venit hanc affert facultatem: vt etiam ſubitò ſi dicat, tamen illa quæ dicuntur ſimilia ſcriptorum eſſe videantur.

Etiō in ſubitis, multa ſcriptio elucet. proœmiatur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſè: Poſtremò docet, delectat, afficit, (quod maximè dubites) crebra ἐνθυμήματα καὶ νοήματα, ſyllogiſmi circumſcripti &

Multa ſcriptio) multum ſcripſiſſe. nulla. n. res tantũ ad dicendũ proficit quãtũ ſcriptio. autor Cic de claris Orat. Multa lectio refertur ad res, hoc ad verba. nã perſpicuitas in verbis præcipuã habet ꝓprietatẽ. cõparauit itaq; delectũ rerũ ex multa lectione: at ſtylo diutino perſpicuitatẽ verborũ. *Proœmiatur aptè*) ſumit proœmiũ ſubiectæ rei congruũ. vult n. principiũ eſſe accommodatũ cauſæ & materię inſitũ. vnde Hermogen. inquit, difficillimũ eſſe inuenire proœmiũ cauſæ cõueniens: quo reperto commodè facilius cætera tractãtur, cùm alię orationis partes ab illo dependeant. *Narrat apertè*, Narratio debet eſſe lucida, breuis, veriſimilis. erit aperta ſi fuerit expoſita proprijs verbis & ſignificantibus diſtincta rebus, perſonis, temporibus, locis, cauſis: ipſa etiã pronunciatione in hoc accommodata.. *Pugnat acriter*) dum ſua argumentis cõprobat, & aduerſarij partes confutat. ibi enim vis & acrimonia dicentis tota effunditur. *Colligit*) concludit vt in peroratione, vbi validiſſima quæque per orationem ſparſa colligimus. an potius non tam per orationem intelligit quàm vniuſcuiuſque ſyllogiſmi vel enthymematis concluſionem. Cùm colligere ſit ex duobus pluribúſve pronunciatis concludere. inde Perſius, Mendosè colligis, inquit Stoicus. *Ornat excelsè*) oratio eius magnifica & excelſa eſt. hoc pertinet ad vniuerſam orationem: nam de elocutione intelligit qua omnes partes ſunt exornandæ. *Docet*) quod proprium eſt narrationis & argumentationis. *Delectat*) quod eſt proœmij proprium, ſicut afficere perorationis: quãquam per omnes orationis partes præcipiat Fabius mouendos affectus, maximè tamen in ingreſſu & fine. *Afficit*) mouet. fidem facit. *Maximè dubites*) vix credas fieri poſſe extemporali oratione. *ἐνθυμήματα crebra*) frequentes ſyllogiſmi. enthymema Latinè commẽtum interpretamur, rethoricus eſt ſyllogiſmus: ab aliis pars dicitur ſyllogiſmi, vt à diuo Thoma, ſyllogiſmus detruncatus procedens ex præcognito. ſicut enim ſyllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & conceſſis per ea neceſſe eſt aliud euenire: ſi verò fuerit imperfectus, hoc eſt ex duobus aſſumptis, alterum deſit, enthymema dicitur, vt omnis homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Ariſtoteles inquit enthymema eſſe ſyllogiſmum ex probabilibus & ſignis. Fabius concurrit ferè cum Thoma. Syllogiſmus, ſcribit, habet concluſionem rationem & propoſitionem, & per omnes partes efficit quod propoſuit: enthymema ſolum intenta contentum intelligi: habet enĩ rationẽ & propoſitionẽ, nõ habet cõcluſionẽ: ita eſt imperfectus ſyllogiſmus, vt bonum eſt virtus, qua nemo malè vti poteſt. ſyllogiſmus talis. ſolum bonum virtus. nam id demum bonum eſt, quo nemo malè vti poteſt, bonum eſt ergo virtus. Hermogenes in Rhetoricis, Enthymemata rotũdè & per comparationem prolata, acrimoniæ maiorem exiſtimationem afferunt. ad quod videtur Iuuenalis reſpexiſſe cùm Satyra ſexta inquit, Curtum ſermone rotato Torqueat enthymema. Et fortaſſe de epenthymemate intellexit, id quod Hermogenes teſtatur eſſe prçueniẽti enthymemati aliud excogitatum enthymema, in quo maximè verborum breuitas laudetur. Accedit Quintiliani autoritas dicentis, Et illud eſſe decorum compreſſis tribus digitis, quo nunc Græci plurimum vtuntur, etiã vtraque manu, quoties enthymemata ſua geſtu velut corrotunda, ceſſim manus læuior promittit

& aſſentatur, citatior hortatur, interim laudat. (Nō eſt ἐνθυμήματα in codice antiquo, ſed tantùm νοήματα quod placet: quia ſequitur crebri ſyllogiſmi, tùm ἐνθυμήματα & ſyllogiſmi pene idem ſint.] *Νοήματα*) intellectus, excogitationes [conceptus.] *Syllogiſmis*) prædictis addam, ſyllogiſmum eſſe inſtrumentum ad manifeſtandum aliquam rem obſcuram manifeſtis & cognitis. de quo & enthymemate lege latius apud Fabiū & Hermog. lib. iij. Rhetoricorum. *Circumſcripti*] [picturati, fabrefacti] breues, & quadam æquabili circumactione deuincti. nam ſecundum Philoſtratū breuibus interpretabatur Iſæus, & vniuerſum argumentum paucis colligebat.

effecti: quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. Incredibilis memoria; repetit altius quæ dixit ex tempore, ne verbo quidem labitur. ad tantam ἕξιν ſtudio & exercitatione peruenit. Nā diebus & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur. Annum ſexageſimum exceſsit. & adhuc ſcholaſticus tantum eſt. quo genere hominum nihil aut ſimplicius aut ſincerius aut melius. Nos enim qui in foro veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiſcimus. Schola & auditorium, vt ficta cauſſa, ita res inermis innoxia eſt: nec minus fælix, ſenibus præſertim. Nam quid in ſenectute fælicius, quam quod dulciſsimum eſt in iuuenta? Quare ego Iſæum non diſertiſsimum tantùm, verùm etiam beatiſsimum iudico, quem tu niſi cognoſcere concupiſcis, ſaxeus ferreuſque es. Proinde ſi non ob alia, nóſque ipſos, at certè vt hunc audias veni. Nunquamne legiſti Gaditanum quendam Titi Liuij nomine gloriáque commotum ad viſendum eum ab vltimo terrarum orbe veniſſe, ſtatímque vt viderat abiiſſe? ἀφιλόκαλον, illiteratum, iners, ac penè etiam turpe eſt, non pu-

Effecti) elaborati & arte perfecti. *Stylo*) meditatione, tēpore, ſcriptione, cura, diligentia. *Incredibilis*) admiranda. exempla raræ memoriæ Plinius libro vii. & Iulius Solinus referunt, & Seneca tradit ſe in hac floruiſſe, vt non tantùm ad vſum ſufficeret, ſed in mirandum vſque procederet: quæ ſanè theſaurus eſt rerum omnium, & niſi cuſtos inuentis cogitatíſque verbis & rebus adhibeatur, intelligimus etiam ſi fuerint præclariſſima in oratore peritura. Eam Suidas ſic diffinit, Memoria eſt obſeruatio eorum quæ didiciſti. M. Tullius verò, Memoria eſt firma animi rerum & verborum diſpoſitionis perceptio. *Repetit altius*) multa recitat ex tempore quæ iam dixerat. Seneca duo millia nominum recitata quo ordine erant dicta referebat, & ab iis qui ad audiēdum præceptorem conuenerant, ſingulos versus ad ſingulos datos cùm plures quàm ducenti efficerentur, ab vltimo incipiens vſque ad primum recitabat. *ἕξιν*) habitum. *Exercitatione*) conſuetudo & exercitatio facilitatem maximè parant: cùm enim memoria ſit naturæ munus, maximam tamen efficit exercitatio & labor: multa ediſcere, multa cogitare, & ſi fieri poteſt quotidie, potentiſſimum eſt: nihil æquè augetur cura, vel negligentia intercidit. Nihil aliud quàm ſtudere & ſe exercere. *Sexageſimum*) alia ſcriptura ſeptuageſimum. *Scholaſticus*) declamator ſolûm in fictis cauſis & ocioſis verſatus, non in veris litibus. *Nos*) cauſidici. *Foro*) forenſi eloquentia tuendis ciuibus: & in ipſa arena. *Terimur*) diſtrahimur, ætatem conſumimus. *Multum malitiæ addiſcimus*) ſimus ſubdoli & verſuti. *Quamuis nolumus*) neceſſariò & inuitò. *Auditorium*) & pro ipſis auditoribus, & loco in quem,

auditurí conuenĩut, frequenter vſurpatur. *Ficta cauſa*) vbi declamationes & fictæ controuerſiæ tractantur. *Inermis*) ſyncera, [innoxia]. *Fælix*) recipiens fœlicitatem & proſperum ſucceſſum. *Dulciſsimum*). ſ. declamare eſt, iucundiſſimũ iuuenibus & præſertim ducere claſſem.

Saxeus ferreúſque) durus, inexorabilis, ruſticus, qui negligas tanti viri cognitionem [M. Tullius ad Quintum fratrem dixit, Ferũ ferreúmque, & ad Treboniũ. Ferreus inquit eſſem ſi te non amarem.

Proinde) quare. *Si non*) vis in vrbem venire. *Ob alia*) aliis cauſis inſtantibus. *Nóſque ipſos*) reſpectu noſtro. *Hunc*) Iſęũ. *Gaditanum*) Bæticum virum: Gades enim in Bætica. Hoc latius tractat Diuus Hieronymus in præfatione Bibliorum Legimus, inquit, in veterum hiſtoriis quoſdã luſtraſſe prouincias, nouos adiiſſe populos, maria tranſiſſe: vt quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hiſpaniæ Galliarúmque finibus quoſdam veniſſe nobiles inuenimus, & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis celebrãdúmque miraculum, vt vrbem tantam ingreſſi aliud extra vrbẽ quærerent. *Ab vltimo terrarum orbe*) à Gadibus vltra quas eſt mare Oceanum. *Ἀγροι-λόγον*) inelegans, rude. *Illiteratum*) viri idiotæ eſt & rudis. *Turpe*) indecorum.

are tanti cognitionem, qua nulla eſt iucundior, nulla pulchrior, nulla denique humanior. Dices, Habeo hîc quos legam, non minus diſertos. Etiã: ſed legendi ſemper occaſio eſt, audiendi non ſemper. Multo magis, vt vulgò dicitur, viua vox afficit. Nam licèt acriora ſint, quæ legas, altius tamen in animo ſedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, geſtus etiam dicentis adfigit. Niſi verò falſum putamus illud AEſchinis, qui cum legiſſet Rhodijs orationem Demoſthenis, admirantibus cunctis, adieciſſe fertur, τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ἀκηκόειτε. *& erat*

Tanti) vt videas. *Cognitionem*) eruditionẽ. *Nulla eſt iucundior*) cùm cæteræ voluptates ſint momentaneæ, hæc pene diuina. vnde interrogatus Zeno Citieus quomodo quis fœlicem vitam duceret? reſpondit, ſi cum mortuis immoraretur: apertè ſignificans ſi libris & eruditioni ſtuduiſſet. *Hic*) ruri. *Quos*) autores. *Non minus diſertos*) ita eloquentes qualis eſt Iſæi ſermo. *Vt vulgò dicitur*) vt iam in prouerbiũ receptũ eſt. *Multò magis viua vox afficit*) magis mouemur audiendo, quàm legendo. quod celebratũ à Seneca Fabius his verbis retulit. licèt ſatis exẽplorũ ad imitandũ ex lectione ſuppeditet, tamen viua (vt dicitur) vox alit plenius, præcipuéque præceptoris. [Signanter addidit præceptoris. nam Cic ad Atticum vbi inquit ſe à Curione audiuiſſe Clodium factum Tribunum, idque melius ſe cognouiſſe ex litteris Attici, addidit, vbi ſunt qui aiunt viua voce.] *Acriora*) abſolutiora, vehementiora. *Altius ſedent*) memorię diutius mandãtur. *Pronũtiatio.*) Val. Max. Eloquẽtię ornamẽta in pronũciatione apta & conuenienti motu corporis conſiſtunt, & reliqua. In quẽ ſenſum M. Tullius de Perfecto Oratore, Carent, inquit, libri ſpiritu illo propter quem maiora eadem illa cùm aguntur, quàm cùm leguntur videri ſolent. pronunciatio à voce nomen accepit, cui in toto genere dicendi Demoſthenes palmam dedit, eidem ſecundum ac tertium locum, donec ab eo quæri deſineret, vt eam videri poſſet non præcipuam, ſed ſolam iudicaſſe. *Vult.*) qui maximè dominatur in actione, hoc ſupplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc triſtes, hoc hilares, hoc erecti, hoc ſubmiſſi ſumus: hoc prodent homines, hoc intuentur, hoc ſpectant etiam antequam dicamus, hoc quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus: hic eſt ſæpe pro omnibus verbis. [M. Tull. de legibus lib. 1. Is qui appellatur vultus, qui in nullo animante eſt præterquã in homine poteſt iudicare mores: cuius vim Græci norũt, nomen omnino nõ habẽt.] *Habitus*) corporis qualitas à M. Tullio ita deſcribitur,

Corporis habitus eſt commoditas aliqua non natura data ſed ſtudio & induſtria parata. Et Fabius li. xi. Pleraque multa de eo diſſerit. *Geſtus*) motus corporis, qui debet eſſe magis ad ſenſus quàm ad verba accommodatus. nam flexus ille & (vt ſic dixerim) motus dat actum quendam ad id quod factũ eſt. *Affigit*) imprimit] *Illud AEſchinis*) dictũ, cuius Fab. & Pli. ſenior meminere. Æſchines Athenienſis orator cũ accuſationẽ qua fuerat vſus Rhodi, legiſſet, legit & defẽſionẽ Demoſth. ob quã in illud depulſ' fuerat exiliũ: mirãtibúſq; Rhodiis, tũ magis miraturos fuiſſe dixit, ſi ipsũ orantẽ audiuiſſent, in calamitate teſtis ingens factus inimici. Hanc rẽ M. Tul. lib. iij. de Oratore clarius eſt executus, Mihi melius etiam ab Aeſch. illud dictum videri ſolet, qui cum per ignominiam iudicij ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum cõtuliſſet, rogatus à Rhodiis legiſſe fertur orationẽ illam egregiam quam in Cteſiphontem contra Demoſthenem dixerat: qua perlecta, petitum eſt ab eo poſtridie vt legeret illam etiam quæ erat contra à Demoſthene pro Cteſiphonte edita: quã cum ſuauiſſima & maxima voce legiſſet, admirantibus omnibus, quãto, inquit, magis miraremini ſi ipſum audiuiſſetis. Valerius Maximus cum eadem de Aeſchine narraſſet cap. de pronunciatione, Tantus ait orator, & modo tam infeſtus aduerſarius, ſic inimici vim ardorémque ſuſpexit, vt ſe ſcriptorum eius parum idoneum lectorem eſſe prædicaret: expertus acerrimum vigorem oculorum, terribile vultus pondus, accommodatum ſingulis verbis ſonum vocis, efficaciſſimos corporis motus. ergo & ſi operi illius nihil adiici poteſt, tamen in Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt quæ intelligitur potiuſquam auditur. Hæc omnia breuius videtur Cæcilius expreſſiſſe. τί δ᾽ εἰ αὐτοῦ θηρίου ἀκηκόειτε) quid autem ſi ipſam belluam audiuiſſetis, ſcilicet quid dixiſſetis.

AEſchines, ſi Demoſtheni credimus, μεγαλοφωνότατος: fatebatur tamen longè melius eadem illa pronunciaſſe ipſum, qui pepererat. Quæ omnia huc tendunt, vt audias Iſæum: vel ideo tantùm vt audieris.

Idem Aeſchines in Cteſiphontem appellat Demoſthenem belluam, Operæpretium dicens, exiſtimo, mentionem huius belluæ facere. λαμπροφωνότατος) ſplendiſſimæ & clariſſimæ vocis, ſiue μεγαλοφωνότατος id eſt, maximæ vocis. Malè quidam codices habent μικροφωνότατος ideſt minimæ vocis. nã præter quod prædictis & ſequentibus nõ conueniat, Æſchines in eadem oratione teſtatur ſolitum Demoſthenem comparare vocis ſuæ ſuauitatem ſirenum cantilenæ. Et Demoſthenes in oratione pro Corona, ſcribit Aeſchinẽ fuiſſe ſplendidiſſimè vocalem, etiam dum puer in ſacris caneret: qui poſtquam in virum euaſit, ſplendore vocis tragœdus factus, multas tragœdias recitauit. Et ibidẽ λαμπροφωνότατον appellat, ſicut alibi ἄφωνον & μεγαλόφωνον pſertim de trãſgreſſa legatione magnitudinem vocis eius pluribus commemorãs.

Ipſum qui pepererat) Demoſthenem autorẽ. *Vel ideo tantum vt audieris*) idcirco hæc ſcripſi, & omnia in illo expreſſi, vt per ea cognoſcas Iſæi ingenium & eloquentiam tanquam ſi eum audiuiſſes [hic ſenſus magis placet, quàm vel dumtaxat audias vt poſſis gloriari te audiuiſſe illũ.]

C. Plinivs Calvinae S.

SI pluribus) Perſoluto ære alieno quo premebatur Caluinæ pa-

SI pluribus pater tuus, vel vni cuilibet alij quàm mihi, debuiſſet, fuiſſet fortaſſe dubitandum, an adires hæreditatem etiam viro

grauem : cum verò ego ductus adfinitatis officio, dimiſſis omnibus qui, non dico moleſtiores, ſed diligentiores erant, creditor ſolus extiterim: cúmque viuente eo nubenti tibi in dotem centum millia contulerim, præter eam ſummam, quam pater tuus, quaſi de meo dixit (erat enim ſoluenda de meo) magnum habes facilitatis meæ pignus, cuius fiducia debes famã defuncti pudorémq; ſuſcipere; ad quod te ne verbis magis quàm rebus horter, quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri iubeo. Nec eſt, quod verearis, ne ſit mihi iſta oneroſa donatio. Sunt quidem omnino nobis modicæ facultates, dignitas ſumptuoſa, redditus propter conditionem agellorum, neſcio minor, an incertior, ſed quod ceſſat ex redditu, frugalitate ſuppletur, ex qua velut à fonte liberalitas noſtra decurrit. Quæ tamen ita temperanda eſt, ne nimia profuſione inareſcat: ſed temperanda in alijs, in te verò facile ratio conſtabit, etiamſi modum exceſſerit. Vale.

ter, eo mortuo Cæcilius hortatur filiam vt adeat hæreditatem, quam propter grande debitum recipere timebat. Caluinas tres fuiſſe lego, Iuniam Caluinam originem ab Augusto trahentem, quę Veſpaſiano ſuperuixit: aliam meretricem: tertiam Caluini ad quem ſcribit Iuuenalis, parentẽ: quanquam & Caluillæ epiſtolam miſſam legimus, quæ maritum habuit Annium. Verum Pretura functum, ex quo filiũ ſuſcepit M. Antoninum nomine, virum in omni vita philoſophantem, qui Imperator creatus vitæ ſanctitate omnes principes ſuperauit. *Si pluribus*] ſenſus eſt, ſi pater tuus debitor fuiſſet multorum, vel ſaltem alterius vnius, potuiſſes fortaſſe dubitare hæreditatem ſuſcipere, difficilem aditu viro propter æris alieni magnitudinem, nedum fœminæ, vt tu es. *Adires hæreditatẽ*) neceſſariis hęredibus permittit Prętor volẽtibus ſe abſtinere ab hæreditate, vt potius parẽtum quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur. Caluina igitur patris neceſſaria hæres verebatur hæreditatem parentis recipere preſſam multo ære alieno. *Affinitatis officio*) videtur innuere C. Caluiſium parentem Domitiæ Caluillæ Cæcilio arcta propinquitate cõiunctum. *Affinitatis officio*) quo tenemur preſſos ſubleuare magis quàm externos. *Dimiſſis omnibus*) perſolutis pecuniis omnibus creditoribus, quibus pater tuus eas debuerat. *Moleſtiores*] creditores in exigenda pecunia.] *Creditor ſolus extiterim*) ſummam totius crediti in me tranſtulerim. *Eo*) patre tuo. *Centum millia nummum*) id eſt centum ſeſtertia. fuit enim munificentiſſimus in ſuos Cæcilius. *Præter eam ſummam*) Contuli tibi centum millia nummum præter eam ſummam nummorum quos pater tuus promiſit tibi in dotem. *Quaſi de meo*] nã omnia illius bona erant mihi obligata, nec quicquam inuito me poterat diſtrahere. *De meo*) de rebus iure mihi ſpectãtibus. *Facilitatis*) liberalitatis. *Pignus*) argumentum, teſtimonium. *Famam defuncti*) debes quam primum adire hæreditatem paternam: hoc pacto tueberis famã & pudorem patris tui mortui: ſin minus declarares omnia ſua dilapidaſſe, quod ſummo dedecore & infamia illum inureret. *Verbis*] inanibus & ſpecioſis. *Acceptum ferri iubeo*] volo vt procurator meus vel diſpenſator eam ſummam rationibus ferat, me tibi donaſſe ſcilicet] remitto & condono tibi omne debitum quod pater tuus mecum contraxerat [modus dicendi apud antiquos elegans & frequens. Plin. ſenior li. viij. Magnitudini fatorum accepta ferri æquius quàm ferarum naturæ arbitror. Et Cæcilius, an potius Domit. in epiſt. ad Terent. Max. Summam expen-

ſam liberalitati meæ feres. vbi ſubticuit acceptam: tamen commode intelligi poteſt] *Oneroſa*) immenſa, nimia. *Modica*] mediocres. *Dignitas*] ſenatoria. *Sumptuoſa*] quæ magnos ſumptus expetat. *Conditionem agellorum*] ſterilium admodum, quales poſſedit iuxta Larium: nam in Thuſcis ſoli vbertatem commendat. *Incertior*] qualitate temporum. Alibi conqueritur Thuſcos ſuos grâdine excuſſos, in Tranſpadana regione ſummam abundantiam, ſed parem vilitatem. *Sed quod ceſſat*] ſenſus eſt, quando redditus, & annona fuerit minor quàm vt noſtra dignitas poſtulet, tunc viuemus parcè & temperatè. *Ex qua*) ex victu frugali. *Ex fonte*) ex perenni copia. *Decurret*) diffundatur in amicos. *Inareſcat*] extinguatur nimium largiendo, & pauperes ſiamus: [cùm ſecundum M. Tul. Largitio quæ fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis exhauriat: & ita benignitate benignitas tollatur. Itaq; res familiaris nec ita claudatur, vt eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeretur, vt pateat omnibus. modus adhibeatur, íſque referatur ad facultates.] *Inareſcat*] perſtat in trâſlatione, cùm præmiſiſſet fontem. *In te*) liberalitatis meæ effuſæ in te. *Ratio conſtabit*) in promptu erit cauſa, quòd tibi affinis, quòd famam parentis tui protexerim. *Modum exceſſeris*) donauerim plura quâm deberem.

C. PLINIVS LVPERCO SVO S.

ACtionem & à te frequenter efflagitatam, & à me ſæpe promiſſam exhibui tibi, non tamen totam. adhuc enim pars eius perpolitur. Interim quæ abſolutiora mihi videbantur, non fuit alienum iudicio tuo tradi. His tu rogo, intentionem ſcribentis accommodes. nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem ſolicitudinem præſtare deberem. Nam in cæteris actionibus exiſtimationi hominum diligentia tamen, & fides noſtra, in hac etiam pietas ſubÿcietur. Inde & liber creuit, dum ornare patriam & amplificare gaudemus, paritérque & defenſioni eius deſeruimus, & gloriæ. Tu tamen hæc ipſa, quantum ratio exegerit, reſeca. Quoties enim ad faſtidium legentium, deliciáſque reſpicio, intelligo

ACtionem) In dedicatione bibliothecæ in patria ſua orationem habuit de laudibus ſuorum, & ſoli natalis apud municipes. eius partem corrigendam Luperco deſtinat: quem rogat vt ſuperflua amputet: concedat tamen aliquas digreſſiones, præſertim in deſcriptione locorũ. Mutius Lupercus Legatus legionis aduerſus Ciuilem inclytus fama, & potior. Lupercum refert Martialis librum ſuum ſæpe exegiſſe: ſed diſpari euentu à Cæcilio. nam ille ſemper negauerat, hic pollicitus mittit. *Actionem*) orationem quam egi apud municipes meos. [*Semper*) quoties illam petiuiſti. Si legitur *ſæpe*, manifeſtus eſt ſenſus.] *Perpolitur*, elimatur, emendatur. *Abſolutiora*) correctiora. *Non fuit alienum*) [non fuit abſurdum, nec extra propoſitum] placuit in primis vt tu ea iudicares. *Tradi*) demandari. *Intentionem*) mentem, animum, phantaſiam. Intentio eſt animaduerſio & diligentia qua animus ad quod intenditur, dirigitur. aliâs eſt ex qua ſtatus principium habet, quæ depulſione conficitur. de hac non intelligit cùm laudatiuum genus nullum habeat ſtatum *Scribentis*) mei, [ac ſi tu ill ſcriberes.] *Accommodes*) induas, ſum:

Inter manus) non ſolùm per hoc ſignificatur inuentio, ſed etiam recognitio. *Exiſtimationi hominum*) diligens & fidelis fui clientibus, vt bonam mihi apud homines exiſtimationem pararem.] *Fides noſtra*) veritas ſubijcitur. *Pietas*) amor in patriam & maiores. *Subijcietur*) pro argumento, & ſubiecto erit. *Liber*) oratio. Sic in prioribus librum dixit orationem Ciceronis pro Cornel. Balbo. *Amplificare*) vti amplificatione, quæ potiſſimum quatuor conſtat. incremento, comparatione, ratiocinatione, cōgerie. *Defenſioni*) in quibus criminabatur & vituperabatur. *Gloria*) vt à conditoribus ab opportunitate ſitus, à rebus geſtis. *Reſeca*) amputa, dele ſuperflua. *Delicias*) ignauiam, [faſtidium.] *Reſpicio*) conſidero. ſæpius enim oportet ſcribere ſecundum lectorum opinionem.

nobis commendationem etiam ex ipſa mediocritate libri petendam. Idem tamen, qui à te hanc auſteritatem exigo, cogor id quo diuerſum eſt poſtulare, vt in pleriſque frontem remittas. Sunt enim quædam adoleſcentium auribus danda, præſertim ſi materia non refragetur. Nam deſcriptiones locorum, quæ in hoc libro frequentiores erunt, non hiſtoricè tamen, ſed propè poeticè proſequi fas eſt. Quòd tamen ſiquis extiterit qui putet nos latius feciſſe quàm orationis ſeueritas exigat: huius, vt ita dixerim, triſtitiam reliquæ partes actionis exorare debebunt. Adniſi certè ſumus, vt quamlibet diuerſa genera lectorum per plures dicendi ſpecies teneremus. Ac ſicut veremur, ne quibuſdam pars aliqua ſecundum ſuam cuiuſque naturam non probetur: ita videmur poſſe confidere, vt vniuerſitatem omnibus varietas ipſa commendet. Nam & in ratione conuiuiorum, quamuis à pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen cœnam laudare omnes ſolemus: nec ea quæ ſtomachus noſter recuſat, adimunt gratiam illis quibus capitur. Atque hæc ego ſic accipi volo, non tanquam aſſequutum eſſe me credam, ſed tanquam aſſequi laborauerim, fortaſſe non fru-

Commendationē, laudē. *Petendam*) quærendam. *Auſteritatem*) ſeueritatem, aſperitatem. Græcum vocabulum, cuius contrariū eſt ſuaue. *Diuerſum*) non tam ſuauitatem quàm licentiam hilaritatémque intellige. *Frontē remittas*) in lætitiam reſoluaris, rugas diſſoluas: nam ſeueriores ſunt fronte contractiore & caperatiore. Hinc Martialis in ſeueros, Triſte ſupercilium durique ſeuera Catonis Frons. *Adoleſcentium auribus*) lætioribus viris, quales ſunt adoleſcentes. tenentur enim ſuauioribus. *Refragetur*) repugnet, obſtet. *Deſcriptiones locorum*) agro Comenſi erectorum. tangit chorographiam. *Hiſtoricè* verè. quod adeo probat. vt lib vij dicat. Sæpe in oratione quoque non hiſtoriæ modò, ſed propè poeticæ deſcriptionis neceſſitas incidit. *Poeticè*, fabuloſè, more poetarum. *Proſequi*.) tractare. *Fas*) norma. Sunt exemplaria in quibus ſeueritas eſt: quod fortaſſe non inconueniens. *Latius feciſſe*) pluribus complexos. [Non diſplicet lautius, hoc eſt, vberius & copioſius. Verùm ſi leges lætius, id opponetur, triſtitiæ accommodatius.] *Triſtitiam*) nimiā ſeueritatem *Reliquæ partes*) ſeueræ & circūſcriptæ. *Exorare*) mitigare [lectores.] *Qualibet diuerſa*] legitur etiā quālibet diuerſa, i. multū diſtātia. *Lectorum*) quorū alij ſeueri; quidam triſtes, nonnulli iocundi, interdum acres, aliàs delicati. ſenſus eſt: cùm variæ ſint hominum ſpecies, ſic & dicendi, ſtuduimus aſpergere totam orationem dicendi varietate, vt vnuſquiſque pro inge-

nio ſuo haberet aliquam partem, qua de- tineretur. Genera & ſpecies indifferenter accipit. *Pars*) ſi ſeuera improbabitur iu- cundis, ſi iucunda ſeueris. *Naturam*) im- mitem, vel mitem. *Vt varietas*) vt ex vna parte quæ placuerit alicui ſecũdum pro- prium ingenium, omnes poſſint vniuer- ſam orationem approbare. *In ratione con- ministorum*) inſtruendis & apparandis con- uiuiis ex lege. *Quibus capitur*) quibus ei- bis ſtomachus delectatur. *Hac*) mea dicta. *Accipi*) intelligi. *Aſſecutum*) va- rietatem orationis commodè diſtinxiſſe. *Aſſequi*] perficere. *Fortaſſe non fruſtra*) ſubaudi elaboraui: id eſt, abſolui quod intenderam.

ſtrà, ſi modò tu curam tuam admoueris, interim iſtis, mox ÿs quæ ſequuntur. Dices te non poſſe ſatis diligenter id facere, niſi priùs totam actionem cognoueris. fateor: in præſentia tamen & iſta tibi familiariora fient, & quædam ex his talia erunt, vt per parteis emendari poſſint. Etenim ſi auulſum ſtatuæ caput, aut membrum aliquod inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes congruentiam æqualitatémque deprehendere, poſſes tamen iudicare an idipſum ſatis elegãs eſſet. Nec alia ex cauſſa principia librorum circunferuntur, quàm quia exiſtimatur pars aliqua etiam ſine cæteris eſſe perfecta. Longius me prouexit dulcedo quædam tecum loquendi. ſed iam finem faciam, ne modum quem etiam orationi adhibendum puto, in epiſtola excedam. Vale.

Curam) emendationem. *Interim iſtis*) admouebis tuam limam parti quã miſi. *Mox ÿs*) quæ ſequentur, id eſt ei parti quam poſtea deſtinabo. iam enim prædixerat actionis partẽ exhibere, quædam apud ſe continere in aliud tempus. *Id*) emendare. *Iſta*) quæ miſimus. *Talia erunt*) talem habebunt conditionem. *Per partes*) ſeorſũ ſine ſequentibus. *Auulſum*) exemptum, detruncatum. Statuis tamen ſolebant pro arbitrio capita demere & reponere, quibus aliam atque aliam effigiem addebant interdũ autor Tranquillus. *Congruentiam*) proportionem, [commenſum, ſymmetriam] an eum reliquis membris conueniret. *Elegans*) formoſum. *Circunferuntur*) ante opus editũ & abſolutũ publicantur & legenda permittuntur. *Orationi*) ne ſit nimium diffuſa. *In epiſtola*) quę minus quàm oratio debet euagari.

C. Plinius Avito S.

Longum eſt altius repetere, nec refert quemadmodum acciderit, vt homo minimè familiaris cœnarem apud quendam vt ſibi videbatur lautum & diligentem: vt mihi ſordidum ſimul & ſumptuoſum. nam ſibi & paucis opima quædam, cæteris vilia & minuta ponebat. Vinum etiam paruulis lagunculis in tria genera deſcripſerat, non vt poteſtas eligendi, iiſdem

Longum) Admonet Auitum vt ſimul fugiat & nimiam lautitiam & ſordem, commemorando cœnam cuiuſdam, qui alia aliis poſuerat: quam inæqualitatem Mart. more ſuo & Iuuen. ſatyricè notant. Scio Auitum Antoninum procuratorem Cæſaris in Cilicia

ſed ne ius eſſet recuſandi. Et aliud ſibi & nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos habet) aliud ſuis noſtriſque libertis. Animaduertit qui mihi proximus recumbebat, & an probarem, interrogauit. Negaui. Tu ergo, inquit, quam conſuetudinem ſequeris? Eadem omnibus pono, ad cœnam enim non ad notam inuito: cunctiſque rebus exæquo, quos menſa & toro æquaui. Etiam ne libertos? etiam: conuictores enim tunc non libertos puto. Et ille, Magno tibi conſtat: Minimè. Qui fieri poteſt: Quia ſcilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, ſed idem ego quod liberti. Et Hercule, ſi gulæ temperes, non eſt oneroſum quo vtaris ipſe communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia quàm aliena contumelia conſulas. Quorſum hæc? Ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam immenſa luxuria ſpecie frugalitatis imponat. Conuenit autem amori in te meo quoties tale aliquid inciderit ſub exemplo præmonere, quid debeas fugere. Igitur memento, nihil magis eſſe vitandum, quàm iſtam luxuriæ & ſordium nouam ſocietatem: quæ cùm ſint turpiſſima diſcreta ac ſeparata, turpius iunguntur. Vale.

iiſdem quibus Secundum temporibus floruiſſe. & diuum Antoninum Martio Auito Prætori reſcriſpſiſſe, ac Auitum Steitinium monumẽtis à Mart. celebratum, vt omittam Lollianum Auitum virum Conſularẽ, cuius Capitolinus & Apuleius meminêre. Sed Iulio Auito, aut Iunio ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam crediderim: nã Iunii Auiti Ædilitatis candidati obitum lib. viii. amariſſimè deflet. vt Iulii lib. v. vbi ſui amantiſſimũ, ſumma fuiſſe conſecuturum aſſerit ſi maturuiſſent eius virtutes. Fuit & ſub Nerone Iulius Auitus Germanicis copiis præfectus, quamquam apud Tacitũ parum diligentes legant Dubium Auitum. [*Longum*) faſtidioſum, extra rem] *Altius*) à principio, à cauſis. *Nec refert*) narrare. *Homo*) ego Plinius *Minime familiaris*) non ſolitus foris cœnare, vel illi amico non domeſticus. *Lautum*) ſplendidum, copioſè viuentem. *Diligentem*) parcum. nam diligentia, iudicio M. Tul. ex lib. ii. de Oratore, virtutes reliquæ continentur. *Vt mihi*) videbatur. *Sordidum*) auarum. *Sumptuoſum*) magna impendentem, & plura quàm credebat. *Paucis*) charioribus conuiuis. *Optima*) Legitur etiam opima, ferè ad idem. *Egregios*) ſcilicet cibos. *Minuta*) minima. an forſan reſpexit ad piſciculos: quod Iuuenal. damnat non ſecius in Varrone. *Cæteris*) minoribus amicis. *Lagunculis*] diminutiuum à lagena: ſuper quo verbo in præcedentibus. *Deſcripſerat*] diuiſerat, denotaurrat. M. Tul. pro Milone, Cum me latronem ac ſicarium abiecti homines & perditi deſcribebant. At Iulius Cæſar vir tantus piſtorem alium panem quàm ſibi conuiuis ſubiicientem compedibus vinxit: facinus haud diſſimile rebus vitæ ſuæ geſtis erant etiam quidam diuites ſibi, pauperes amicis. atrociter hoc Iuuenale inſectante. Et Plinius ſenior frugalitatem Catonis redeuntis ab Hiſpania cum triũpho laudans, Non aliud inquit, vinum bibit quàm remiges: in tantum diſſimilis iſtis, qui etiam conuiuis alia quàm ſibimetipſis miniſtrant, aut procedente cœna ſubiiciunt. [*In tria genera deſcripſerat*) diſtinxerat per tres conuiuarum ſpecies: primos, medios, imos. an tres ſpecies vini appoſuerat conuiuis. quos in tres ordines diſtinxerat. Apud Valer. de-

m. j.

ſcribere librum, eſt tranſcribere.] *Recumbendi*) niſi voluiſſent eſſe abſtemii. *Aliud*) vinum apponebat. *Nobis*) maioribus amicis *Aliud*) mediocre. *Aliud*) peius. explicat illa tria 'vini genera. primum optimum ſibi & dignioribus miſcebat: ſecundum minoribus, vt clientibus, quod Mart. non ſine ſumma indignatione ſæpius mordet: tertium, id eſt viliſſimum, libertis *Gradatim*) differenter, non æquè omnes diligit. *Qui*) conuiua. *Animaduertit*) has vini notas. *Eadem*) eiuſdem generis cibos. *Notam*) infamiam. vt per vini ſpecies amici cognoſcantur quoto ſint loco apud me. Scio etiam notam vini eſſe. *Etiam*) pariter *Ne libertos*) exæquas ſic conuictor Secundum interrogauit: eſt enim epiſtola inſtar dialogi. *Conuictores*) Conuictorem appellamus familiarem conuiuam qui quotidie nobiſcum viuat. Horat. Nunc quia ſum tibi Mecœnas conuictor. Tranquillus, Fuit Tiberius nihilo lenior in conuictores græculos. *Etiam*) ſic affirmantis aduerbium. *Ille*] conuiua ſubiunxit. *Magno*) precio alis tuos libertos eiſdem quibus dominum cibis. *Minimè*) non conſtat magno. *Qui* quomodo. *Idem*) optimum. *Quod ego*) bibo. quod tu teris me bibere. *Quod liberti*) bibunt mediocre ſcilicet vinum. *Si gulae temperes*) ſi parcè viuas. *Onerosum*) ſumptuoſum. *Quo*) quibus cibis. *Pluribus*) domeſticis, amicis. *Illa* gula. *Ordinem*) temperantiam, frugalitatem, modoſtiam. *Quasi*) quia tranſlatiuè dictum iam enarrauimus quid ſit in ordinem redigere. *Aliena contumelia*) notando gradus amicorum per cibos. *Quorsum haec*) ad quem finem hæc ſcripſimus, niſi vt te monerem exemplo. *Indolis*) ſpei. Eſt autem indoles virtutis indicium in puero vel adoleſcente. Valerius de indole, Attingam inquit, nunc quaſi cunabula quædam & elementa virtutis, animíque præcedente tempore ad ſummum gloriæ cumulum peruenturi. Idem etiam nobilitatis indolem retulit, & tam vitii quàm virtutis ſignum eſſe oſtendit. Liuius connumeratis Annibalis virtutibus & vitiis ſuperaddit, Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit. *Immensa luxuria*) dum ſibi guloſiſſimi ſunt *Specie*) ſub prætextu. *Frugalitatis*) dum aliis ſunt auari. *Tibi imponat*) te decipiat. Iuuenal. Facile eſt barbaro imponere regi. A quo impoſtor id eſt deceptor. emendanda dictio apud Iuriſconſultos cum paſſim legatur impoſteres pro impoſtores, & ita peruerſè à quibuſdam interpretetur. *Sub exemplo*) per aliorum facta. *Luxuriae & sordium*) prodigalitatis & auaritiæ. Sic Iuuenalis in ſimiles inuectus, Sed quis feret iſtas Luxuriæ ſordes? *Nouam societatem*) inauditam & inuſitatam coniunctionem diuerſarum rerum, cùm dicatur duo contraria non poſſe ſimul ſtare in eodem ſubiecto. *Discreta*) ſingula. *Turpissima*) magnæ infamiæ. *Turpius iunguntur*) longè maius dedecus ſi ſint in vno aliquo connexa. Aduerte comparatiuum habere maiorem ſignificantiam ſuo ſuperlatiuo. Sic in panegyrica oratione, Meliorem optimo genuit. [Et M. Tullius in fine Officiorum, Te mihi quidem eſſe chariſſimum: ſed multò fore chariorem, ſi talibus monumentis præceptiſque oblectabere.]

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

HEri à Senatu Veſtricio Spurinæ, Principe autore triumphalis ſtatua decreta eſt: non ita vt multis qui nunquam in acie ſteterunt, nunquam caſtra viderunt, nunquam denique tubarum ſonum niſi in ſpectaculis, audierunt: verùm vt illis qui decus iſtud ſudore & ſan-

HEri) Imperatorem Spurinnæ rebus præclarè geſtis ſtatuam triumphalem decreuiſſe, & filio eius Cottio defuncto in ſolatium patris, Macrinum monet. *Heri*. ſcribitur etiam *here*, quo Iuue. vtitur. Martia. etiam

dixit, Cur here quod dederas, hodie puer Hyle negaſti? Et Fabius heri apud Teren. tanquam antiquú recognoſcit, & ſuis tẽporibus here ſcribi oſtẽdit. *A Senatu*) Senatuſconſulto. *Autore Principe*) ita volẽte Traiano. *Triumphalis ſtatua*) in habitu triumphãtis. lege Plin. lib. xxxiii. cap. iiij. de honore ſtatuarum. *Veſtricio Spurinna*) qui Othoniani exercitus dux ad occupãdas Padi ripas præmiſſus, Placentiã coloniam aduerſus Cecinnam ſtrenue & prudenter tutatus eſt: nam indomitum militem & belli ignarum, neque imperio parere volentem intra mœnia continuit: ſummo tamen ſuiipſius diſcrimine, ne à ſuis proderetur, ſed ipſe volentes mœnibus eduxit: deinde noctis interuentu, cũ Cecinna venire nunciaretur, timentes introduxit, ſtrenuéq; coloniã tũc maximè florẽtem tutatus eſt: ibi relicto modico præſidio, Macro cum cohortibus ſubuenit: vir ſanctiſſimus qui ex longa ſenectute nihil præter ſolam prudentiam habebat, vtraque lingua doctiſſimus, & in ordine vitæ diſpoſitus. *Decreta*) conſtituta. nam decreta, Principũ & Senatus cõſtitutiones dicuntur. *Vt multis*) quibus paſſim in foro pro libidine principũ ſtatua dabatur: in quod Iuue. ſatyricũ fulmen torquet Satyra prima. nõ ſine ſũma indignatione. *In acie*) in pugna. *Vt illis*) viris ſtatuæ decernũtur. *Decus iſtud*) honorẽ triũphalis ſtatuę.

guine & factis aſſequebantur. Nam Spurinna Bructerum regem vi & armis induxit in regnum: oſtentatóque bello, ferociſſimam gentem (quod eſt pulcherrimum victoriæ genus) terrore perdomuit. Et hoc quidem virtutis præmium, illud ſolatium doloris accepit, quòd filio eius Cottio quem amiſit abſens, habitus eſt honor ſtatuæ. Parum id in iuuene, ſed pater hoc quoque merebatur, cuius grauiſſimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Præterea Cottius ipſe tam clarum ſpecimen indolis dederat, vt vita eius breuis & anguſta debuerit hac veluti immortalitate proferri. Nam tanta ei ſanctitas, grauitas, autoritas etiam, vt poſſet ſenes illos prouocare virtute, quibus nunc honore adæquatus eſt. Quo quidem honore, quantum ego interpreter, non

Factis) præclarè geſtis. ſumpto initio ab Athenienſibus qui primi Harmodio & Ariſtogitoni tyrannicidis ſtatuas poſuêre.

Bructerum) pro Bructerorum: ſunt autem Bructeri Germaniæ populi ſecundum Claudianum, ſyluę Hercyniç accolę. qui quondam vicinarum conſenſu nationum ſuper ſexagita mill. ceciderũt: deinde cùm nouos motus in Germania aduerſus Romanũ nomen excitaſſent, & aliquando ſuperiores facti mortua regina, Velleda nomine, imperiũ ſub Domitiano recuſarunt. poſtea eorum Regem, qui ad Romanos confugerat, Veſtricius Spurinna Traiani iuſſu in regnũ introduxit ſine ſanguine & cæde, ſed terrore ſolo domitis Bructeris: quos pariter ſub Nerone à bello metu deterritos per Iuliũ Auitum, tradit Tacitus. & procedente tempore à Conſtantino Conſtantij ad interneeionem vſque deletos, in laudibus eiuſdem legitur. [*Induxit*) reduxit expulſum.] *Vi & armis*) dum metuunt copias Romanorum armatas. *Oſtentato bello*) tanquam omnino eſſet acie cum Bructeris decertaturus. *Terrore*) ſine cæde. *Pulcherrimum victoriæ genus*) ſine ſanguine & pugna hoſtem ſuperare.

ii autem merebantur ouationem minorem triumpho. *Hoc*) ſtatuam triumphalem accepit in præmium rei bene geſtæ. *Doloris*) quem interitu filii conceperat. *Abſens*) in expeditione contra Bructeros. *Habitus eſt honor ſtatuæ*) Donatus eſt Cottius ſtatua honoris gratia. *Rarum id in iuuene*) rarò accidit vt ſtatua ponatur iuueni in foro. *Vulneri*) dolori. *Fomento*) medela, ſolatio. *Cottius*) cuius mater Cottia & auus maternus Cotteianus. *Specimen indolis*) indicium futuræ virtutis. *Breuis*)

quia raptus eſt in flore ætatis. *Hac im-mortalitate*) hoc honore diu manſuro. *Proferis*) vlterius celebrari, prorogari. *Vt ſenex*) ſi diutius vixiſſet. *Promotare*) æquare. *Illos*) viros illuſtres : qui ob virtutes ſtatuam in foro meruerunt.

modò defuncti memoriæ, dolori patris, verùm etiam exemplo proſpectum eſt. acuent ad bonas arteis iuuentutem adoleſcentibus quoque (digni ſint modò) tanta pramia conſtituta : acuent principes viros ad liberos ſuſcipiendos, & gaudia ex ſuperſtitibus, & ex amiſſis tam glorioſa ſolatia His ex cauſis ſtatua Cotti publicè lætor, nec priuatim minus. Amaui conſummatiſſimmum iuuenem tam ardenter, quàm nunc impatienter requiro. Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, præter hanc commeare. Etenim ſi defunctorum imagines domi poſitæ dolorem noſtrum leuant, quanto magis eæ, quibus in celeberrimo loco non modò ſpecies & vultus illorum, ſed honor etiam & gloria refertur? Vale.

Exemplo) imitationi cæterorum iuuenum. *Proſpectum*) cautum. *Bonas artes*) bonos mores. *Acuent*) Inde Auguſtus in publicis decorus, opera cuiuſque ducis manentibus titulis reſtituit, & ſtatuas omniū triumphali effigie in vtraque fori ſui porticu dedicauit. *Acuent*) incitabunt. *Digni ſint his præmijs*) modò tales honores mereantur. & latenter Traianum laudat, ſub quo meritis honores decernerentur. *Principes*) proceres, ſummates. *Liberos ſuſcipiendos*) ad vxorem ducendam: multi enim ſub malò principe cœlibem vitam male bant, cùm viderent in perniciem ſui plerunque filios tolli : quoſdā auaritia detinebat, orbitatis munera aucupantes : nam lex illa de maritādis ordinibus iam exoleuerat, qua locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia & pares pœnæ cohortabantur. *Publicè*) reſpectu vtilitatis publicæ. *Priuatim*) cauſa ipſius Cottii. *Effigiem*) iconam formatam ad exemplar Cottii. *Subinde*) frequenter, in quem ſenſum Liuium, Colamellam, Martialem, plerunque vſos annotauimus: ſed in primis Tranquillum. *Prater*] iuxta. *Commeare*) ſpatiari cum aliquo. *Domi poſitæ*] In atrio ſupertabulino. qui locus erat atrio proximus authore Feſto: [ſed Vitruuio referēte pars erat atrii.] *Celeberrimo loco*] vrbis, id eſt in foro. *Species & Vultus*] ſpecies eſt totius. corporis.] nam authore Plinio ſolebant effigiem exprimere, & imaginem viuentis quantum per artem poterant reddere. *Refertur*) repræſentatur.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

STudes: an piſcaris: an venaris: an ſimul omnia? poſſūt.n. omnia ſimul fieri ad Larium noſtrum. nam lacus piſcem, feras ſyluæ quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte ſeceſſus affatim ſuggerunt. Sed ſiue omnia

STudes] Si quādo poterit occupationibus vrbanis diſſolui, promittit Caninio ſe venturum ad Larium, vbi & ſtudere & piſcari, venarique commodè liceat. *Simul*) eodem die. *Larium*

ſimul, ſiue aliquid facias, non poſſum dicere, inuideo: angor tamen non & mihi licere, quæ ſic concupiſco, vt ægri vinum, balinea, fonteis. Nunquam ne hos arctiſſimos laqueos ſi ſoluere negatur, abrumpam: nunquam puto. Nam veteribus negociis noua adcreſcunt, nec tamen priora peraguntur, tot nexibus, tot quaſi catenis maius in dies occupationum agmen extenditur. Vale.

noſtram) Larium lacum ad Comum patriam noſtrã: ex quo Abdua fluuius exit. Polybius tamen hiſtoricus, referente Strabone, contra omnium opinionẽ reſcriptum reliquit, Larium longitudine ferè ſtadiorum tercentum, latitudine triginta, amnem eiicere Ticinum, Verbanum verò Abduam. Quod quidam parum diligentes, tanquam menda eſſet interpretis ſiue Strabonis, corrigunt: non anteriora reſpicientes, vbi Strabo Polybium dicit hoc aſſerere: quæque vſque ad finem lib. iiij. referuntur ex eius ſententia dici. & alibi ſæpius Strabonem ſentire Larium emittere Abduam, non Ticinum. Appianus tamen niſi menda eſt [quoniam opinor ſcribendum Lirim] ſcribit lib. primo bellorum ciuilium flumen Larium ad Linternum defluere. [Appellatus eſt Larius à Larone, qui lingua Hetruſca nobilis prĩceps dicitur. autore Catone & Sempronio.] *Altiſſimus*) maximè idoneus. [*Seceſſus*) locus remot⁹ à reb⁹ vrbanis: & ſecedere eſt ab vrbe rus proficiſci ocii cauſa.] *Affatim*) largiter] *Suggerunt*) ſubminiſtrãt. *Aliquid*) vnũ horum. *Inuideo*) quod virum bonum non decet præſertim aduerſus amicum. *Angor*) afficior moleſtia. *Licere*) eadem quæ tibi licent. *Ægri*) deſiderant vinum balnea, aquam. [Martialis, Setinum dominæque niues, denſique trientes Quando ego vos medico non prohibente bibam?] [*Fontes*] quibus hauſtis æſtum febris mitigent. *Hos arctiſſimos laqueos*) vrbanas curas inſtantiſſimas. *Soluere*) perficere, abſoluere conuenienter. *Abrumpam*) ſaltem relinquam imperfectos, [vel incidam tanquam nodum Gordianum.] *Noua accreſcũt*) alia coaceruantur. *Peraguntur*) abſoluuntur. *Nexibus*) annulis. *Catenis*) ſicut catenas annuli connexi efficiunt in maius. Et Martialis catenatos labores appellat multiplices & coniunctos lib. I. Expectant curæque catenatique labores. *Agmen*) cumulus. *Extenditur*] augetur. in ſecunda lectione eſt oſtenditur, id eſt, exurgit, apparet.

C. PLINIVS APOLLINARI SVO S.

ANxium me & inquietum habet petitio Sexti Eurity mei. afficior cura: & quam pro me ſolicitudinem non adij, quaſi pro me altero patior: & alioquin meus pudor, mea exiſtimatio, mea dignitas in diſcrimen adducitur. Ego Sexto latumclauum à Cæſare noſtro, ego quæſturam impetraui:

A*Nxium*) Apollinari Euritiũ commendat, vt eum in petitione Tribunatus adiuuet: exponens quot in illum beneficia contulerit, quibus virtutibus & parentum laudibus ornetur. Claudium Apollinarem præfectum claſſis Tacitus, Apollinarem tragœdum Gellius, Ceſennium Apollinarem Iuriſconſultus Paulus memorant. Fuerunt & alii plurimi Apollinares, antiquiores, & Secundo poſteriores. Sed ſuſpicor ſcriptam epiſtolam Domitio Apollinari Cõſuli deſignato, cuius Secundus libro ix.

meminit. Vel Sulpitio Apollinari doctiſſimo: quem ſanè ex verbis Gellii coniector fuiſſe Cæcilii temporibus: ad quem Martialis ſuum ſcazonta mittit libro ſexto, & Græca ſcripſiſſe epigrammata ſcimus. *Anxium*)ad animum refer. inquietum, ad corpus. *Petitio*) Tribunatus. *Erutij*. Legitur etiam *Euritij*. *Mei*) amiciſſimi. *Pro me*)dum Tribunatum peterem. *Pro me altero*)pro Euritio: quem alterum me exiſtimo. *Alioquin*)præterea. Sic in panegyrico. in aliam tamen ſignificationem vſurpat Apuleius. Niſi tandem, inquit, ſapienter alioquin ipſe mihi tuliſſem auxilium: pro in primis. *Exiſtimatio*)autoritas eſt in periculo ne cadat, cadente amico.] *Latumclauum*) dignitatem Senatoriam. erat enim latusclauus veſtis Senatoria: vt docet Spartianus & Tranquillus in Auguſto, referens liberis Senatorum, quo celerius reipub. aſſueſcerent, protinus virilem togam latumclauum induere, & curiæ intereſſe permiſiſſe: & Claudium, latumclauum, quamuis initio affirmaſſet non lecturum ſe Senatorem niſi ciuem Romanum, ob nepotem etiam libertini filio tribuiſſe. Et idem autor in Auguſto laticlauios Senatores appellat, ac ſumenti Auguſto virilem togam tunicam laticlaui reſutam ex vtraque parte ad pedes eius decidiſſe: quo ſigno oſtendebatur Senatum futurum ei dicto parentem. Vt omittam Cæſarem Dictatorem vſum fuiſſe latoclauo ad manus fimbriato, & præcinctum molliore cinctura. Lampridius in Seuero, non latumclauum ſed laticlauiam vocat, dicens illum Præfectis Prætorii ſui Senatoriam addidiſſe dignitatem, vt viri clariſſimi & eſſent & dicerentur. quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat. euſque vt ſi quis Imperatorum ſucceſſorem Præfecti Prætorii dare vellet, laticlauiam eidem per libertum ſubmitteret. [Sic Valerius libro quinto, laticlauiam appellauit tunicam.] Vopiſcus clauatam veſtem, & Lampridius auro inſperſam appellant. Erat autem clauus aureus purpuræ infixus, quam tunicam laticlaui in modum gauſape texi ſuis temporibus inceptam tradit Pli. ſenior. Et Fabius inquit, Lumen clauus purpuræ loco inſertus affert. Vlpianus de auro & argento legato, Claui aurei & purpuræ, pars ſunt veſtimentorum. Pomponius clauos veſtimentis conſutos tamen veſte legata contineri, Acceſſionis vice cedunt quæ ſunt inſitæ veſtimentis picturæ, clauique, qui veſtibus inſuuntur. *Cæſare noſtro*) Traiano: quo vſus eſt familiariſſimè.

meo ſuffragio peruenit ad ius Tribunatus petendi: quem niſi obtinet in Senatu, vereor decepiſſe Cæſarem videar. Proinde adnitendum eſt mihi vt talem eum iudicent omnes qualem eſſe princeps mihi credidit: quæ cauſa ſi ſtudium meum non incitaret, adiutum tamen cuperem iuuenem probiſſimum, grauiſſimum, eruditiſſimum, omni denique laude digniſſimum, & quidem cum tota domo. Nam pater eius Euritius Clarus, vir

Impetraui) cum non eſſet Euritius ciuis Romanus Senatoriam dignitatem ac Quæſturam ab Imperatore impetraui. An, quia ante tempus gerendorum honorum, quamuis ciuis eſſet. nam inquit Vlpianus de minoribus annis: xxv ad munera, ſiue honores creandis, iuſta ætas ſeruanda eſt: nec ante tempus legitimum niſi ab Imperatore ad magiſtratus creari poterant. *Quæſturam*] quæ dignitas erat honorum initiũ: de qua alibi latius. *Suffragio*)auxilio, fauore. *Ius*)non enim omnibus licebat petere magiſtratus. vnde tradit Tacitus Veientonem accuſatum, quòd ab eo vendita fuiſſent munera Principis, & adipiſcendorum honorum ius: nam & ſi fuiſſet iure municipali, quo tantùm muneris honorarii cum populo Romano particeps erat: tamen autore Gellio id ius iam obliteratum, & per innotitiam inuſitatum manebat. *Tribunatus*) plebis intellige. pro quo conſequendo, Clodius plebeium ſe

fecit: cùm non liceret nobilioribus eam dignitatem petere: quem modum potuit ſeruaſſe Euritius. Sequentia faciunt vt credam fuiſſe Tribunatum plebis, magis quã legionũ: quamquã Tranquillus tradat Auguſtum ſtatim poſt virilem togam liberis Senatorum latumclauum induliſſe, & curiæ intereſſe permiſiſſe, militiámque auſpicantibus non Tribunatum modò legionum, ſed etiam præfecturas alarum dediſſe. *In Senatu*) cui creandorum magiſtratuum poteſtatem conceſſerat Cæſar [an magis eligendorum & populo confirmãdorũ]. *Decepiſſe*) ſi reijciatur tanquam indignus, & Traiano dignũ omni dignitate perſuaſerim. *Talem*) dignum. *Omnes*) quibus datum eſt ius creandorum Tribunorum. *Incitares*) accenderet. *Studium*) diligentiã. *Adiutum*) adiuuari *Iuuenem*) Euritium. *Et quidem*) digniſſimum. *Tota domo*) affinibus eius omnibus. *Euritius clarus*) quem ſcribit Gellius fuiſſe præfectum vrbis: morum literarúmque veterum ſtudioſiſſimum.

ſanctus, antiquus, diſertus, atque in agendis cauſis exercitatus) quas ſumma fide, pari conſtantia, nec verecundia minore defendit. Habet auunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius noui. Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant: omnibus nunc ego in vno referre gratiam poſſum. Itaque prendo amicos, ſupplico, ambio domos, ſtationéſque circumeo: quantúmque vel autoritate vel gratia valeã, precibus experior. Te quoque obſecro, vt aliquam oneris mei partem ſuſcipere tanti putes. Reddam vicem, ſi repoſces: reddam, & ſi non repoſces. Diligeris, coleris, frequentaris. oſtende modò velle te, nec deerunt qui quod tu velis, cupiant. Vale.

Sanctus) ad mores perfectiſſimos & vitæ integritatem. *Antiquus*) tã ad vitę ſeueritatẽ, quã ad cognitionẽ rerum antiquarum. *Diſertus*) ad eloquẽtiam refertur. *Pari*) ſumma. *Verecundia*) modeſtia. magis enim in ſtudiis timor quàm fiducia homines decet. *C. Septitium*) Septitium [Clarum]: cuius conſilio epiſtolas publicauit. *Certatim*) ſedulò. *Aequaliter*) maximè. *In vno*) Euritio: ſi meo auxilio Tribunatum adipiſcetur. *Stationes*) vbi conſident ciues in ocio fabulandi cauſa. *Precibus*) ad preces vſque deſcendo. *Muneris*) officii. [Fuit in alia lectione oneris, ad idẽ ferè.] *Tanti*) quanti ego puto. i. maximi *Vicem*) beneficium par. *Si non repoſces*) non rogatus. *Diligeris.*) à poſſibili nititur perſuadere. *Oſtende*) à facili. nam vt ſolum cognoſcatur hoc tibi placere, ſtatim multi ſuffragatores occurrent. *Quod velis*) creari Euritiũ Tribunũ.

C. PLINIVS OCTAVIO SVO S.

NOminem te patientem, vel potius durum, ac penè crudelem, qui tã inſigne libros tam diu teneas. Quouſque & tibi & nobis inuidebis? tibi, maximam laudem: nobis, voluptatem? Sine per ora hominum ferantur, iis

NOminem) Octauium admiratur poſſe tãdiu continere verſus ſuos, hortatúrque [ad] editionẽ. Sic Martialis Fauſtinum lib. 1. *Neminem*) vera lectio, non *hominem*: vt Laurentium

denique quibus lingua Romana ſpatiis peruagentur: magna etiam longáque expectatio eſt: quam fruſtrari adhuc & differre non debes. Enotuerũt quidam tui verſus, & inuito te clauſtra tua refregerunt: hos niſi retrahes in corpus quandoque vt errones, aliquem cuius dicantur inueniant. Habe ante oculos mortalitatem, à qua aſſerere te hoc vno monimento potes. nam cætera, fragilia & caduca, non minus quàm ipſi homines, occidunt deſinúntque. Dices, vt ſoles. Amici mei viderint. Opto equidem amicos tibi tam fideles, tam eruditos, tam laborioſos, vt tantum curæ intentionísque ſuſcipere & poßint & velint. ſed diſpice ne ſit parũ prouidum, ſperare ex alÿs quod tibi ipſe non præstes. Et de editione quidẽ interim, vt voles; recita ſaltẽ, quò magis libeat emittere: vtq; tandẽ percipias gaudiũ, quod ego olim pro te nõ temerè præſumo. Imaginor enim qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat: quo ego, quum dico vel recito, non minus quàm clamore, delector. ſit modò ſilentium acre & intentum & cupidum vlteriora audiendi. Hoc fructu tanto, tam parato, deſine ſtudia tua infinita iſta cunctatione fraudare: quæ quum modũ excedit, verendum eſt ne inertiæ & deſidiæ vel etiã timiditatis nomen accipiat. Vale.

Vallam, & alios video legere. *Durum*) aſperum, nimium ſeuerum, inurbanum. pariter Vlpianus titulo de Furtis, & idem in panegyrico, Papinianus etiam pro inhumano: ſicut M. Tul. de Perfecto Oratore pro agreſti. *Libros*) metro conſtantes *Teneas*) cohibeas, apud te ſupprimas. *Quouſque*) perinde ac ſi diceret, ſemper ne? *Inuidebis*) per inuidiam auferes. *Laudem*) quam publicatione illorũ cõſequeris. *Voluptatem*) ex lectione, & tua laude. *Per ora*) in publicum, in celebrationem. Virg. Volitare per ora, in eundẽ ſensũ dixit, [& Epigrãmatarius, Quòd volito docta per ora virûm] *Iiſdem ſpatiis*) per imperiũ Romanum: nã Latinitatẽ conati ſunt Romanorum priſci vnà cũ imperio diffundere. Teſtatur Valerius Maximus libro ſecundo, cap. de inſtitutis. *Magna expectatio*) multũ deſiderantur. *Fruſtrari*) deludere. *Enotuere*) in notitiam & publicum venerũt. *Clauſtra*) ſcrinium. *Refregerunt*) exierũt. *In corpus*) in opus integrum. *Errones*) vagabundi ſerui, fugitiui. ſic enim interpretatur Vlpianus titulo de ſeruis fugitiuis: quamquam Arrianus de re militari velit erronis crimen in ſeruo leuius eſſe quã fugitiui. Inde Labeo puſillũ fugitiuum erronem appellat, vt ex diuerſo fugitiuum magnum erronem. In ſumma, erro eſt, qui non equidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius domũ redit. Hinc Columella erronẽ apum ducem cenſet detractis alis velut quadam compede domi retinendum. P. Nigidius ſtellas erraticas, autore Gellio, errones appellabat, quas Apuleius erronias & vagas vocat. *Cuius dicantur*) qui ſibi illos vendicet. *Aſſerere*) liberare, remouere. *Monumento*) literarum. *Cætera*) bona. *Caduca*) citò interitura. *Viderint*) prouidebunt, edent poſt me. *Intentionis*) diligentiæ. *Diſpice*) conſidera. *Parum prouidum*) imprudens, [inconſultum] *Quod*) publicationem tuorum librorum. *Interim*) poſtea. diſcernit rem quę ad narrationem ſuperiorẽ pertinet. *Vt voles*) facito vt lubet. *Recita*) Recitare, eſt librum, vel ſuũ, vel alienum repetere. Cicero pro Cluentio, Tris

& ipſe

& ipſe excitauit recitatores cum ſingulis libellis. *Præſumo*) quibuſdam ſignis intelligo ante tempus. *Imaginor*) in animū & phantaſiam induco, ac per imaginem intueor. *Concurſus*) auditorum. *Clamor*) laudantium. *Silentium*) intentio, ſtupor. [*Quo*) ſilentio.] *Dico*) cauſas ago. *Acre*) vigilans, [intenſum, diligens.] *Fructu*) gaudio, [præmio.] *Fraudare*) priuare *Studia*) tuas lucubrationes. *Quæ*) mora. *Inertia*) nimia cunctatio, ſolet non modò pigritię, ſed timiditati aſcribi: & ipſa emendatio finem habet autore Quintiliano .: apud quem plura lege lib. x. capite de emendatione.

C. Plinius Arriano Suo S.

Solet eſſe gaudio tibi, ſi quid actū eſt in ſenatu dignum ordine illo. Quãuis enim quietis amore ſeceſſeris, inſidet tamen animo tuo maieſtatis publicæ cura. Accipe ergo quod per hos dies actum eſt perſona claritate famoſum, ſeueritate exempli ſalubre, rei magnitudine æternū. Marius Priſcus accuſantibus Afris, quibus Proconſul præfuit, omiſſa defenſione iudices petit. Ego & Cornelius Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi, exiſtimaui-

Solet) Marius Priſcus Africę Procōſul à prouincialibus cū ſuis miniſtris accuſatus repetundarum, agente Secūdo damnatus eſt. Hoc ſenatuſconſultum [Plinius] laudat, ac Iuuenalis carpit. *Illo*] Senatorio. *Quietis*, ocij. *Seceſſeris*) ab adminiſtratione rerum publicarum, & vrbe abieris [in prædia tua.] *Inſidet*) remanet. *Maieſtatis*) publicæ Senatus dignitatis, & amplitudinis, quæ maioribus inſunt: vnde Ioui maieſtatem aſcribunt poëtæ, & Imperatoribus rerum ſcriptores. de qua Valerius, Eſt & illa quaſi priuata cenſura maieſtas clarorū virorū, ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in amplitudine ſua obtinenda: grato enim & iucundo introitu animis hominum illabitur, admirationis prætexta velata. quam rectè quis diceret longū & beatū honorē eſſe ſine honore. Dicta (autore Feſto) à magnitudine. Hinc Curtius hominibus barbaris in corporē maieſtate venerationē eſſe dixit. *Famoſum*) clarum, cognitum: vocabulum medium quo Apuleius cum laude vtitur. [& Iuuenalis: etſi nonnulli legant fumoſos, non famoſos equites.] ſecus alij. *Perſona*) Marij Priſci. *Claritate*) quia conſularis & ſeptemuir epulonum fuit. *Exempli*) quo cæteri, qui præfuturi ſunt prouinciis deterrebuntur à rapinis, ne & ipſi pariter damnentur. *Rei*) cauſæ. habent iſta locum proœmij, ſicut ſequētia narrationis.

Accuſantibus Afris) Marium Priſcum ex Bætica Proconſulem Africæ vna ciuitas publicè, multíque priuatim reum peregerunt. hæc Secundus libro tertio. *Proconſul præfuit*) Proconſulatu ſuo rexit Africam [an magis loco Cōſulis. M. Tullius in Philippicis, Nam Sertorianum bellum à Senatu priuato datum eſt: quia Coſſ. recuſabant: cùm L. Philippus Proconſulem ſe eum mittere dixit non Proconſule. ita vt Proconſul ſit, qui finito Cōſulatu mittitur in prouinciam: at Proconſule qui loco illius.] *Omiſſa defenſione*) Non enim poterat dicere hanc cauſam non cōſtare, neque factum negare, neque non eſſe quod obiiciebatur, neque vt rectè factum defendi poterat. quare contentus erat Priſcus, vt relictis cęteris criminibus, de repetundis tantùm iudicaretur: ne dum ſe defendere conatur in Senatu atrociora detegerentur: & Iudices facilius quàm Senatores putabat poſſe corrumpere *Iudices petijt*) poſtulauit vt ſibi darentur iudices. Primùm iudicia in manu Equitum fuerunt: deinde per Syllam ad Senatum

tradúcta: poſtea lege Aurelia ad Equites Senatores, Tribunos Ærarios. Iulius Cæſar ad duo genera iudicum redegit, Equeſtris ordinis & Senatorij: Tribunos Ærarios, quod erat tertiũ, ſuſtulit[Tẽporibus Domitiani à Senatu Iudices dari ex ordine Senatorio inceptum eſt. nam in eius vita ſcribit Tranquil. illum autorem fuiſſe Tribunis plebis Ædilem ſordidum repetundarum accuſandi, & in cũ Iudices à Senatu petendi. *Iuſſi*) à Senatu, [vt apud Iudices Afris adeſſem'] ſolitos dari patronos publicè prætec Secundum oſtendit M. Tullius pro Murena[an quia tunc Pli. erat præfectus ærario Saturni, & ideo omnibus aduocationibus renunciauit, vt toto delegato ſibi officio vacaret. vnde ipſo ad Traianum referente, cùm patronum ſe prouinciales optaſſent contra Marium Priſcum, petiit huius muneris veniam, & impetrauit. nam iuſſit Senatus vt ageret.] *Adeſſe*) opem ferre. *Prouincialibus*) Afris. fuit enim Africa poſt deletam Carthaginem redacta in formam prouinciæ, ſcilicet ſublatis Regibus & aliorum principatu, paruit Romanis legibus & iudicibus, tributis inſuper impoſitis. quod ne Paulum Oroſium & Tacitum citemus, Cæſar lib. vij. belli Gallici docet: nam commutatis legibus illarum gentium, ſecuribus fiebat ſubiecta prouincia, & à Proconſulibus regebatur iure Romano[Maiores orbem in partibus diuiſerunt, partes in prouincias, prouincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in agr s ac deinceps.

mus fidei noſtræ conuenire, notum ſenatui facere, exceſſiſſe Priſcum immanitate & ſæuitia, crimina quibus dari iudices poſſent, quum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepiſſet. Reſpondit Fronto Catius, deprecatúſque eſt: ne quid vltra repetundarum legem quæreretur, omniáque actio-

Exceſsiſſe crimina) maiora patraſſe ſcelera quàm vt iudicibus ordinariis excutienda. *Immanitate*) crudelitate. *Dari iudices*) demandari: quos iudicij cauſa delegiſſet Senatus. [nam iudices dabantur à ſenatu in rebus tenuioribus & ambiguis] Libro ſexto idem teſtatur accuſaſſe Marium Priſcum: qui lege repetundarum damnatus, vtebatur clementia legis, cuius ſeueritatem immanitate criminum exceſſerat. *Condemnandos*) in exilium detrudendo: vt Equitem Romanum vnum. *Interficiendos*) vt ſeptem eius amicos, & alterum Equitem Ro. *Reſpondit*) mihi & Tacito pro Mario. *Fronto Catius*) Frontones multos fuiſſe lego: nam Frontonis cum Tito amicitia coniuncti bis meminit Ioſephus, & Tacitus. Iulij Frontonis in rebus Othonis: & Licinium Frontonem monſtrat Vlpianus fuiſſe ſub Imperatore Antonino. Frontonem Conſulem ſub Nerua Dion, quem Martialis & bello & pace clarum prædicat. Fuit igitur Cornelius Fronto Catius orator nobiliſſimus, Romanæ eloquentiæ non ſecundum, ſed alterum decus (quanquam illi Macrobius ſiccum dicendi genus aſcribat) Antonini Philoſophi præceptor. Dion teſtatur in Adriano plurimum floruiſſe, & primas in agendis cauſis partes habuiſſe: cuius Cæcilius alibi, & Iuuenalis in prima Satyra mentionem faciunt. Neque ignoro Vlpianum de Pœnis, tradere Iulio Frontoni reſcripſiſſe Adrianum. Catiorum cognomina vetuſtiſſima teſtantur ſcriptores & ſepulchrorum antiqua epitaphia: quæ nos Veronæ interdum, ſed inter Inſubres frequentius annotauimus, hodiéque Nouariæ ampliſſima familia parili cognomento durat. *Deprecatúſq; eſt*, vſus eſt deprecatione ſicut locus poſcebat. Fabio enim referente lib. vij. In ſenatu, & apud principem, & vbicunque iuris clementia eſt, habet locum deprecatio: in qua plurimum valent pro ipſo qui reus eſt, hæc tria, in anteacta vita ſi innocens fuit, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurum innocenter victuri, & in aliquo vſu futuri. præterea, ſi vel aliis incommodis, vel præſenti periculo, vel pœnitentia, videatur ſatis pœnarum dediſſe. Extra nobilitas, dignitas, propin-

quitas amici. M. Tullius tamen libro. ij. de Oratore, deprecationem opinatur infimum obtinere locum. ſed nonnunquam vtilem eſſe. *Repetundarum legem*)[ne de rebus capitalibus ageretur,ſed tantùm de repetundis.]Lata repetundarum lex primùm à L. Piſone Tribuno ple. alij à Manlio Acilio Glabrione.demum à Iulio Cæſare lex Iulia repetundarum appellata, quæ pertinet ad eas pecunias quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio munere miniſterióve publico acceperit:vel ex cohorte cuius eorum eſt,vel quo magis aut minus quid ex ſuo officio fecerit. Hæc ſecundum Marcellum & Venuleium. Alij breuius circumſcripſere dicentes, legem repetundarum latam eſſe contra eos qui in magiſtratu pecunias, vel vi vel fraude abſtuliſſent Gratianus & Val.imperator. repetundarum damnatum quadruplum eius quod accepit perſoluere iubent. ergo.*Vltra legem*)vltra quadruplum ex lege conſtitutum. quanquam Marcellus. ff. xlviij. dicat non fuiſſe certam pœnam damnatis repetundarum conſtitutam. ſed puniri, vel exilio, vel etiam durius prout admiſiſſent.quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint: vel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint?vel innocentem,vel quem punire non debuerant: capite plecti debent, vel in inſulam deportari. [Quare Catius vtebatur deprecatione quæ apud Senatum locum habet.] Inde exorta illa Iuuenalis indignatio, quod homicidam non necaſſent, vel deportaſſent: non ob pecuniam priuati viri in ærarium relatam, vt quidam opinantur.

nis ſuæ vela vir mouendarum lacrymarum peritiſſimus, quodam velut vento miſerationis impleuit. Magna contentio, magni vtrinque clamores: alijs cognitionem ſenatus lege concluſam, alijs liberam ſolutámque dicentibus:quantúmque admiſiſſet reus,tantum vindicandum. Nouiſſimè Conſul deſignatus Iulius Ferox, vir rectus & ſanctus Mario qui-

Monendarum lacrymarum peritiſſimus)ſciens auditores & iudices ad miſericordiā commouere. *Vento*) turbine, impetu, copia vehementi. *Impleuit Vela*) amplificauit orationem. perſtat in tranſlatione ſumpta à vento, tonat autem iſta oratio opportunè. *Contentio*) lis, altercatio orta eſt inter patronos, an magis Senatores diuerſa ſentientes. *Cognitionē ſenatus*) ius inquirendorum criminum per Senatum, [quod tamen iudicibus permiſſum eſt.] Cognoſcere enim eſt diſquirere & examinare crimina: vnde Virgil.de Minoe tanquam de iudice dixit, Vitáſque crimina diſcit: Et Iuuenalis, Iam cognitione peracta. *Lege*)repetundarum: quia Senatus ſecundum eam cenſuerat vt mulctaretur. an magis lege, qua cautum erat ne bis de eadem re agere liceret. quare qui fauebant Mario, dicebant Senatum iam decreuiſſe vt repetundarum tantum damnaretur, neque poſſe iam peracta cognitione amplius retractare. Secus alij ſentiebant: liberum patribus eſſe cognoſcere quicquid voluiſſent.nam ſicut Princeps non ſubiacet legibus: ita nec Senatus illius vices ſuſtinens. *Solutam*) legibus non obnoxiam. *Admiſiſſet*) peccaſſet. *Tantum vindicandum*) parem pœnam decernendam. *Nouiſſimè* poſtremò. *Iulius Ferox*) Feroci ſcripſiſſe Proculum meminit Iuriſconſultus Paulus. Iulium Ferocem clariſſimum virum & plurimæ autoritatis reſtantur Traiani literæ. hunc Secundus alibi doctiſſimum memorat, & Tiberis curatorem antiquus in lapide titulus adhuc extans. Ex autoritate Imperatoris Cæſ. Diui Neruæ Traiani Aug. Germanici. pont. Max. Trib pot.v.Coſſ.iiij.pp. Ti.Iulius Ferox curator aluei & riparum Tyberis, & cloacarum vrbis terminauit ripam, P. R,ad prox. cip. p. xxii ſcientiam ii. s. *Conſul deſignatus*) qui proximis Calendis Martiis creati fuerant Conſules, ſequentibus Calendis Ianuariis Conſulatum inibant: quamuis etiam prius initum legamus, vt apud Liuium Calendis

Martiis: qui verò poſtea creabãtur in ſequentem annum, ii deſignati dicebantur autore Flauio Vopiſco. Poſtremo adeo creuit ambitio ſub Imperatoribus, vt vno anno tradat Lampridius ſub Commodo fuiſſe vigintiquinque Conſules deſignatos. Cùm igitur res aliqua relata fuerat ad ſenatum, Conſules qui præſidebant, primùm deſignatos Conſules ſuper ea ſententiam rogabant, ac deinceps cæteros Senatores. *Rectus*) ad iuſtitiam referetur. *Sanctus*) ad vitæ integritatem.

dem iudices interim cenſuit dandos: euocandos autem quibus diceretur innocentium pœnas vendidiſſe. Quæ ſententia non prænaluit modò, ſed omnino poſt tantas diſſentiones fuit ſola frequens: adnotatúmque experimentis, quòd fauor & miſericordia acres & vehementes primos impetus habent, paulatim conſilio & ratione, quaſi reſtincta, conſidunt. Vnde euenit vt quod multi clamore permixto tuentur, nemo tacentibus cæteris dicere velit. Pateſcit enim cum ſepararis à turba, contemplatio rerum quæ turba teguntur. Venerunt qui adeſſe erant iuſſi, Vitellius Honoratus, & Flauius Martianus: ex quibus Honoratus trecentis millibus exilium equitis Romani, ſeptémque amicorum eius vltimam pœnã: Martianus vnius equitis Romani ſeptingẽtis millibus plura ſupplicia arguebatur emiſſe. Erat enim faſcibus caſus, damnatus in metallum,

Iudices dandos) qui de repetundis iudicarent. *Interim*) dum euocantur cõſcij: an interim, id eſt ſtatim dandos iudices: vt Terentius in Hecyra, Interim miris modis odiſſe cœpit Soſtratam. *Euocandos*) introducendos in Senatum [vel à prouincia accerſendos.] *Innocentium*) reorum immeritorum. *Pœnas*) ſupplicia. *Vendidiſſe*) Marium ſubaudi. *Prænaluit*) ſuperior fuit & potior. *Sola frequens*) ab omnibus comprobata. *Miſericordia*) M. Tullius ex autoritate rethoris Apollonij, Lacryma inquit, nihil citius areſcit. Et Fabius lib. vi. Nec ſine cauſa dictum eſt, nihil facilius quam lacrymas inareſcere: nam cùm etiam veros dolores mitiget tempus, citiùs euaneſcat neceſſe eſt illa quam dicendo effinximus imago. *Impetus*) motus, affectus. *Reliсta*) præſidio deſtituta. Eſt alia lectio ſatis cõmoda reſtincta. *Conſidunt*) minuuntur, ceſſant. *Permixto*) cõfuſo. *Pateſcit*) detegitur. *Contemplatio rerum*) cõſideratio & cognitio cauſarum. *Cum ſeparaтis à turba*) cùm ſolus ſententiam dicis attentis cæteris. *Turba*) ſtrepitu & clamore multorum. *Adeſſe iuſſi*) poſtulari apud Patres. *Vitellius Honoratus*) Fabium Honoratum in antiquis memoriis reperio. Spartianus in Seuero Honorati cuiuſdam mentionem fecit. & Plutarchus in vita Galbæ Antonium Honorati, vbi etiam Vitellium Martianũ nominat. Diuus Hieronymus Honoratum Præfectum Prætorio Galliarum primum. *Flauius Martianus*) Martiano lib vi. ſcribit Martialis. & Martianum Iuriſconſultum fuiſſe lego. & Ælium Martianum Vticæ Proconſulem imperante Antonino Pio refert Vlpianus, vt omittam Icelium libertum cognomento Martianum, ac virum eruditiſſimum Martianum Capellam. Satis conſtat ex teſtimonio Caliſtrati. ff quarto Martianum ſub Traiano fuiſſe accuſatum. *Trecentis millibus*) nummûm, videlicet treecentis ſeſtertiis. *Arguebatur*) cõuincebatur, probabatur. *Vltimam pœnam*) necem [quam Iuriſconſulti interdum ſummum, modò vltimum ſupplicium appellant.] *Plura*) quæ ſtatim ſequuntur. *Fuſtibus*) nodoſis ſtipitibus, & virgis [Sunt qui legunt faſcibus: ſed fuſtibus eſt in fre-

quentiori vſu. iuxta illud, Virgis cædi.] *In metallum*) Qui ad effodienda metalla damnati erant, cum die noctúque in labore perſeuerarent, continua defatigatione moriebantur: cùm nulla eis ab opere daretur requies aut laboris intermiſſio: ſed verberibus coacti raró diu viuerent. robuſtiori quidam corpore & animi vigore, plurimum temporis in illa verſabantur calamitate: quibus tamen ob miſeriæ magnitudinem mors erat vita optabilior. Hæc ſumpta ex Diodoro. Inter eos autem qui in metallum, & qui in opus metalli damnantur, differentia eſt tantùm in vinculis, ſecundum Iuriſconſultum: quòd qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli, leuioribus. Præfecto planè vrbis ſpecialiter competere ius in metallum damnandi, & exempla diui Seueri, & Antonini ad Fabium Cillonem exprimunt, tradente Vlpiano: quo autore. ff. primo, Qui vniuerſas prouincias regunt, ius gladii habent, & in metallum dandi eis poteſtas permiſſa eſt. Metalli quidem ſupplicium tã ad perſonas liberas, quàm ad ſeruiles pertinet conditiones. ſed veterani & eorum liberi, nec in metallum damnabantur, nec in opus publicum, vel ad beſtias, nec fuſtibus cædebantur. Eadem ferè Vlpianus titulo de Decurionibus & eorum filiis. Prima Semiramis captiuos iſti ſupplicio deſtinauit. Quod notauit Suidas in dictione Semiramis: id quod etiam videtur intellexiſſe in [illegible] [ſuperbus.]

ſtrangulatus in carceres. ſed Honoratũ cognitioni ſenatus mors opportuna ſubtraxit: Martianus introductus eſt abſente Priſco. Itaq; Tutius Cerealis conſularis iure ſenatorio poſtulauit, vt Priſcus certior fieret: ſiue quia miſerabiliorem, ſiue quia inuidioſiorem fore arbitrabatur, ſi præſens fuiſſet: ſiue quod maximè credo quia æquiſſimum erat, commune crimen ab vtroque defendi: &, ſi dilui non potuiſſet, in vtroque puniri. Dilata res eſt in proximum Senatum, cuius ipſe conſpectus auguſtiſſimus fuit. Princeps præſidebat (erat enim

Strangulatus) ſuffocatus laqueo. quæ omnia patrauerat contra legem Iuliam de repetundis: qua præcipitur, ne quis ob hominem in vincula publica cõiiciendum, vinciendú, vincirí ve iubendum, ex ve vinculis dimittendum, néve quis ob hominem cõdemnandum, abſoluendúm ve, néve ob litem æſtimãdam, iudiciúm ve capitis faciendum, pecuniæ aliquid accipiat. *Opportuna*) in tempore: nam morte declinauit dedecus & ſupplicia, quæ ſubiuiſſet ſi vixiſſet. & dãnatus nemo videri poſſit, antequã de eo forte iudiciũ redditũ & pronunciatum eſſet: neque cuiuſque mortui bona, antequam de eo Romæ pronunciatũ ſit, publicata ſunt: eáq; bona hæredes poſſidere debent. Vnde Martianus titulo de bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerint, inquit, Qui rei criminis non poſtulati manus ſibi intulerunt, bona eorum fiſco non vendicentur: non etiam facti ſcelus obnoxium, ſed conſcientiæ metum in reo veluti confeſſo teneri placuit. ergo aut poſtulati eſſe debent, aut in ſcelere deprehenſi, vt ſi ſe interfecerint, bona eorum confiſcentur. Opportunè igitur mortuus eſt Honoratus antequam poſtularetur. nam bona eius ad hæredes pertinebant. *Cognitioni Senatus*) vt partes diſcuterent, & examinarent eius crimina. *Introductus*) intromiſſus in Senatum. *Tutius Cerealis*) Cereales multos circa illa tempora fuiſſe notaui: Mimum Cerealem & Iunium filium ſub Adriano. Ad Vellium Cerealem alibi Secundus. Sicut Martialis ad Iulium Cerealem libro vndecimo, qui bellum giganteum heroico ſcripſit. Turullii Cerealis & Petilii Tacitus cum Ioſepho & Dione meminere. Suidas inſuper Primum Cerealem citat. *Conſularis*) qui conſulatum geſſerat. *Iure Senatorio*) Ius Senatoris erat, ſi Gellio libro quarto credimus, vt ſententiam rogatus

antè quicquid,vellet, & quoad vellet de alia re diceret. *Inuidioſiorem*) maiori inuidiæ obnoxium Priſcũ. *Commune crimen*) Marii vendentis plura ſupplicia Equitis Romani, & Martiani ementis. *Dilui*) tolli, falſum argui, [excuſari, purgari.] *Vtroque*) Mario & Martiano. *In proximum Senatum*) vſque in eum diem quo primùm Senatores in curiam conuenirent. non enim omni quoque die Senatus habebatur, vt eſt videre apud M. Tullium. *Auguſtiſsimus*) maieſtatis plenus, venerandus. Pauſanias, Auguſtus idem eſt quod venerandus. Dion, Octauius Auguſti cognomen recepit, tanquam maius aliquod ſupra mortales. omnia enim veneranda & ſacra, Auguſta Romani appellant. quod luculentius Tranquillus exequitur, Octauium dicens ex Munacii Planci ſententia accepiſſe cognomen Auguſti, quòd loca religioſa, in quibus augurato quid conſecraretur, auguſta dicantur ab auctu vel ab auium geſtu, guſtúve: ſicut etiam Ennius docet ſcribens, Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt. Ab illò igitur ſecundum Dionem omnes deinceps Imperatores Auguſti cognomentum ſibi vendicauerunt, quo ſignificatur omnium rerum poteſtas. Quare Secundus non iniuria præſente Imperatore auguſtiſſimum conſpectum dixit. *Princeps præſidebat*) Traianus cæteros Senatores pręibat, quòd princeps Senatus erat & Coſ. nam Conſulum alter interdum vel Senatus princeps vniuerſo Senatui præerat, habebátque poteſtatem rogandarum ſententiarum. Principem Senatus à Romanis πρίγκιπα à Græcis appellatum quidam prodidere. Sciendum præſidis nomen, Martiano. ff. primo atteſtante generale eſſe, eo quod & Proconſules & Legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes licet Senatores ſunt, Præſides appellantur: [quinimo Pli. ſenior lib. vii. diuum Auguſtum Præſidem appellauit.]

Conſul) ad hoc Ianuarius menſis cùm cætera, tum præcipuè Senatorum frequentia celeberrimus: præterea cauſa amplitudo, auctáque dilatione expectatio, & fama, inſitúmque mortalibus ſtudium magna & inuſitata noſcendi, omnes vndique exciuerat. Imaginare, quæ ſolicitudo nobis, qui metus, quibus ſuper tanta re, in illo cœtu, præſente Cæſare, dicendũ erat. Equidem in Senatu non ſemel egi; quinimmo nuſquam audiri benignius ſoleo. tunc me tamen, vt noua omnia nouo metu permouebant.

Ad hoc) præterea. *Ianuarius*) quo ſolebant Cõſulatum inire, autore Ouidio in Faſtis. *Cùm cætera*) aliorum virorum frequentia. *Senatorum frequentia*) qui in principio anni plures quã aliis tẽporibus ſolẽt intereſſe Senatui, tum celebritate Conſulum ineuntium magiſtratum, tum rebus ruſticis exoluti. *Cauſa amplitudo*) reſpectu accuſatorum & reorum ac criminum. [M. Tullius in Diuin. Iam nunc mente & cogitatione perſpicio, quæ tum ſtudia hominũ, qui cõcurſus futuri ſint, quantã expectationẽ magnitudo iudicii ſit allatura, quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatura] *Expectatio*) deſiderium. *Fama*) diuulgatio cauſæ. *Inſitum*) natiuum ac proprium. *Inuſitata*) tunc temporis inſolita. Rarò, inquit, alibi Secundus, incidebat cauſa, vel perſonarum claritate, vel negocii magnitudine inſignis. *Exciuerat*) ſuſcitauerat, conuocauerat. *Omnes*) Senatores, reſpiciunt enim hæc frequentiam patrum. *Imaginare*) reputa *Sollicitudo*) M. Tullius de oratore teſtatur eum optimè dicere, qui maximè dicendi difficultatem varióſque euentus orationis, expectationémque hominum pertimeſcat. *Nobis*) aduocatis nam cauſa vna à pluribus defendebatur. quod introductum temporibus Ciceronis videtur, qui lib. de Claris oratoribus hanc conſuetudinem multis reprehendit. rarò tamen ſupra quatuor vtebantur patronis, poſt bella ciuilia ante legem Iuliam vſque ad duodenos eſt prouentum: dein-

de quot Senatui placuiſſent. *Super*] de. *Cætu*) Senatorum conuentu. Priſcis temporibus tercentum Senatores fuiſſe legimus. M. Tullius quadringentos & decem connumerat in ea oratione quam in Senatu pro reditu ſuo dixit. Tranquillus imperante Auguſto ſupra mille per gratiam & præmium allectos ſcribit: quos tamen idem princeps ad modũ priſtinũ & ſplendorẽ redegit duabus lectionibus. *Cæſare*) Traiano. *Non ſemel*) pluries, frequẽter. *Nuſquã*) apud nullos iudices. *Præmouebant*) antequam inciperem perturbabant: vel permouebant. admodũ turbabãt.

Obuerſabatur præter illa quæ ſuprà dixi, cauſæ difficultas, ſtabat modò Conſularis, modò Septemuir Epulonum, iam neutrum. Erat igitur perquam oneroſum accuſare damnatum, quẽ, vt premebat atrocitas criminis, ita quaſi peractæ damnationis miſeratio tuebatur: vtcunque tamen animum, cogitationémque collegi. Cœpi dicere, non minore audientium aſſenſu, quàm ſolicitudine mea. Dixi horis penè quinque. Nã decẽ clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. adeo illa ipſa, quæ dura & aduerſa dicturo videbantur,

Obſeruabatur) conſiderabatur. Legitur etiã obuerſabatur, ſcilicet occurſabat mihi. *Cauſa difficultas*, non circa crimina quę ſatis arguebãtur, ſed ꝓpter Priſci dignitatẽ. *Illa*) frequentiam Senatorum, & præſentiam Cęſaris, & reliqua. *Stabat*) occurrebat Priſcus in animo, quod fuiſſet Conſul & Septemuir Epulonum: & rurſum mihi videbatur omni honore priuatus. Hoc ſolet euenire in metu. Sic ad Fundanium de ſeipſo, Me Conſularem inquit eſſe non ſentio, rurſus mihi videor. *Epulones*) quos antiqui Epulonos autore Feſto, dixerunt, Iouis Optimi Maximi paraſiti erant: datum his nomen quòd epulas indicendi Ioui, cæteriſque diis poteſtatem haberẽt. Vnde Martialis Capitolinas & Pontificum dapes, Epulonum vocat, quas puto Tranquillum notaſſe in Auguſto, vbi refert ſex deos & totidem deas in Capitolio diſcubuiſſe, & Varronem de Agricultura, Collegiorum cœnas, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli. In hos diuus Auguſtinus lib. vi. de ciuitate dei, tanquam in paraſitos Iouis & mimos, Varrone dictante, inuehitur: & tertio eiuſdem voluminis helluones atque ſacrificiorum adipibus inhiantes, & fallacium diuinationum caliginem appellando. M. Tullius de Reſponſis Aruſpicum, teſtatur ſi quid in ludis eſſet prætermiſſum aut commiſſum, Epulones ſolitos ad Pontifices referre, quorum de ſententia illi iidem renouati & inſtaurati celebrabantur. Et tertio de Oratore. Pontifices, inquit, veteres propter ſacrificiorum multitudinem tres viros Epulones eſſe voluiſſe, cum eſſent ipſi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent instituti. Poſtea auctus eſt numerus & ſeptem creati cœpti. Hinc Lucanus, Septemuírque epulis feſtus. & Iuuenalis, Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus? Erant autem Epulones ſummæ auctoritatis, Flaminibus, Auguribus, Quindecimuiris pares. & cuius pater, ſecundum Gellium, Septemuir Epulonum fuiſſet, eam excuſationem merebatur ne in conſortium Veſtæ legeretur. Plura lege apud Macrob. & recentiores. *Iam neutrum*) iam priuatus vtroque magiſtratu. *Damnatum*) repetundarum. an quod omiſſa defenſione ſuo ſe iudicio obnoxium criminibus reddiderat. [an potius iudicio omnium.] *Atrocitas*) immanitas. non enim ſolum lege repetundarum, ſed etiam Cornelia de ſicariis tenebatur, qua cauetur contra eos qui cum in magiſtratu eſſent eorum quid fecerint aduerſum hominis necem quod legibus permiſſum non ſit. Legis Corneliæ de ſicariis & veneficis, pœna eſt in inſulam deportatio, & omnium bonorum ademptio, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, vt pœnam ſuſtineant, ſicut mox interdictum Mario vrbe Italiáque. *Quaſi peractæ damnationis*) ſignatè locutus addendo quaſi: nam & ſi iudices petieras, nondum

tamen pronunciauerant de eo. *Vtcunque)* aliquantulum difficulter inter tot perturbationes. *Collegi animum)* vires cepi ad agendum. *Aſſenſu)* fauore. *Solicitudine)* quæ neſcio quomodo magis oratorem decet. *Viginti clepſydris ſunt additæ quatuor)* Clepſydra poterat diſtingui, per quodcunque temporis ſpatium libuiſſet. vnde legimus apud Philoſtratum in Adriano declamatore fuiſſe clepſydram diſpoſitam ad menſuram centum verſuum. hîc ſanè quinque clepſydræ ſpatium vnius horæ complectebantur. vnde inquit, Dixi horis pene quinque cum præmiſiſſet vigintiquatuor clepſydras impetraſſe. ſi enim quinque & viginti accepiſſet, quinq; ſolidas horas egiſſet. [Quòd ſi leges decem vt eſt in codice antiquo loco xx. tunc tres clepſydræ vnam horam continebunt.] *Acceperam)* impetraueram, cùm ex lege accuſatori ſex horæ, reo verò nouem eſſent conceſſæ Senatus autem permitteret dicenti quot ſibi placeret. *Illa ipſa)* iam prædicti obices. [*Dura)* difficilia.] *Secunda)* vt accuſationem meam iuuerint.

ſecunda dicenti fuerunt. Cæſar quidem mihi tantum ſtudium, tantam etiam curam (nimium eſt enim dicere ſolicitudinem) præſtitit, vt libertum meum poſt me ſtantem, ſæpius admoneret, voci laterique conſulerem, quum me vehementius putaret. intendi, quàm gracilitas mea perpeti poſſet. Reſpondit mihi pro Martiano Claudius Marcellinus. Miſſus deinde Senatus & reuocatus in poſterum. neque enim iam inchoari poterat actio, niſi vt noctis interuentu ſcinderetur. Poſtero die dixit pro Mario Saluius Liberalis, vir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus, in illa verò cauſa o-

Solicitudinem) quod maius eſt quàm ſtudium & cura: fuit enim Traiano chariſſimus Secundus. *Voci)* curanda in oratore vox eſt. neque vltra vires vrgenda. nam & ſuffocata ſæpe & maiore niſu minus clara eſt: & fatigatio vt corpora non ad præſens modò, ſed etiam futurum, vocem deſtruit. Quare non immeritò reprehenditur apud Senecam Portius latro, quod nihil vocis cauſa faceret, non illam paulatim ab imo vſque ad ſummum perduceret, non rurſus à ſumma contentione paribus interuallis deſcẽderet. Sed lib. ij. Epiſtolarum hunc locum latius tractauit. *Lateri)* viribus. nam lib. iij. Ne latera deficerent, dicit. Et Iuuenalis, nec queritur quòd Et lateri parcas, nec quantum iuſſit anhelans. Apuleius, Et meis iam defectis lateribus conſulis. Mart. Rumpis Baſſe latus: ſed in comatis. Conſulere ergo lateri eſt prouidere ne viribus deficiamus, dum nimium intendimus vocem. nam qui volunt exclamare in maius, ſecundum Cicer. latera, fauces, linguam intendunt: è quibus elici vocem & fundi videmus toto corpore, atque omnibus vngulis contentionis voci aſſeruiunt. Seneca præcipit latus balneo reparandum. [Cicero in Verrem, pro latere viribus dixit, Credo, inquit, ſi meis horis in accuſando vti voluiſſem, vererer ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viréſque deficerent. Idem iiij. Acti. Nam medici, vox, latera, deficiant.] *Intendi)* vocem augere. Siue incendi, id eſt efferueſcere. *Gracilitas)* tenuitas. Fuit enim Secundus corpore non admodum robuſto [nec procero, quod etiam teſtatur Traianus in reſcriptis ad eundem, Superem inquit, & ſine querela corpuſculi tui & tuorum peruenire in Bethyniam potuiſſes.] *Claudius Marcellinus)* cuius alibi fit mentio, & Martialis duobus epigrammatis Marcellinum à mortalitate vendicauit. *Miſſus)* dimiſſus, diſſolutus. Senatus diſſoluebatur his verbis, Nihil vos moramur Patres Conſcripti. Hæc ſumpta ex Capitolino. *Actio)* Salun. *Scinderetur)* impediretur, non perficeretur. *Interuentu noctis)* ſuperueniente nocte, cum neque poſt occaſum ſolis, neque ante ortum liceret Senatum habere, Gellio tradente. Veruntamen non vſquequaque

quaque lex iſta ſeruabatur. *Saluum Liberali*] qui ſub Domitiano accuſatus eſt, eúmque Secundus aſſerit fuiſſe vehementem, & diſertum oratorem: nam ſi Tranquillum audimus, in defenſione Diuitis auſus eſt dicere, Quid ad Cęſarem, ſi Hipparchus ſeſtertium millies habet? Quod dictum quamuis audacius Veſpaſianus laudauit. Saluio Legato Aquitaniæ reſcripſiſſe Adrianum refert Caliſtratus titulo de accuſationibus. Seneca Liberali patriam Lugdunum aſſignat. Item Liberalis ſub Tito Centucionis Ioſephus meminit. *Subtilis*) in inuentione. *Diſpoſitum*) in coaptando ſingula locis ſuis. Eſt enim diſpoſitio, rerum inuentarum per locos diſtributio. Siue, Fabio ſcribente, Eſt vtilis rerum ac partium in locos diſtributio. Quæ quanquam ſit communis toti orationi, præcipuè tamen narrationi attribuitur, ſicut ſubtilitas principio. *Acer*) vehemens, quod proprium eſt confutationi & confirmationi. Diſertus verò omnibus actionis partibus.

mnes artes ſuas protulit.[1] *Reſpondit Cornelius Tacitus eloquētiſſimè &, quod eximium orationi eius ineſt, σεμνῶς. Dixit pro Mario rurſus Fronto Catius inſigniter: vtque iam locus ille poſcebat, plus in precibus temporis, quàm in defenſione conſumpſit. Huius actionem veſpera incluſit: non tamen ſic, vt abrumperet. itaque in tertium diem probationes exierunt. Iam hoc ipſum pulchrum & antiquum, ſenatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo con-*

Artes ſuas) vehementiam imprimis, quamuis & reliquæ in eo virtutes eſſent laudabiles. Qui autem repetundarum inſimulabitur crimine, an reactam vitam, & quibus de cauſis per prouinciam vniuerſam, vel accuſatorem, vel teſtem offenderit, non inutiliter præcipiente Fabio exponet. *Reſpondit*) Saluio. *Eloquentiſſimè*) optimè. *Σεμνῶς*) grauiter & venuſtè: nam proprium oratoris eſt dicere grauiter & ornatè, & hominum ſenſibus ac mentibus accommodatè. Cicero primo de Oratore teſtatur. *Eximium*) præcipuum. & profectò is fuit hiſtoriæ grauiſſimus autor, vtpote qui niſi ad exemplum pertinentia, & magna non referat verbis, & ſententiis paribus. *Inſigniter*) egregiè. *Locus ille poſcebat*) Vltimum cauſæ genus eſt deprecatio, cùm nulla alia ratione tueri reum poſſumus. ea in Senatu & apud populum, principémque, & vbicunque iuris clementia eſt, locum habet: [in qua plurimum valent ex ipſo qui reus eſt, hæc tria: in vita præcedente, ſi innocens, ſi benemeritus, ſi ſpes in futurum innocentis victuri, & in aliquo vſu futuri. præterea ſi vel aliis incommodis, vel præſenti periculo, vel pœnitentia videatur ſatis pœnarum dediſſe. extrà nobilitas, dignitas, propinquitas, amici] *In precibus*) in deprecatione. [*Vt abrumperet*) perinde ac ſi diceret cum die finem actioni impoſuit. *Veſpera*) ſerum diei. *Probationes exierunt*) ſunt exhibitæ tabulæ & teſtes. quas inartificiales probationes rethores appellant, de quibus lege plura apud Fabium Quintilianum. Præterea. ff. xxij. titulus eſt de probationibus & preſumptionibus. [Aſconius lege Pompeia de vi cautum ſcribit, vt priuſquam cauſa ageretur, teſtes per triduum audirentur: deinde vno die & ab accuſatore & ab reo perorari iubebatur: rurſus poſtera die ſortitio iudicum fieret.] *Antiquum*) ſimile antiquis patribus. [*Senatum*) id etiam interdum ab vno factum. nam Manlius Torquatus de filio cognitione ſuſcepta domi conſedit] ſolúſque vtrique parti per totum biduum vacauit: ac tertio die pleniſs. & diligentiſs. auditis teſtibus pronunciauit. *Nocte dimitti*) interuentu noctis diſſolui. Hoc iudicium Marii factum Traiano imperante teſtatur Secundus in oratione panegyrica: non ſolùm rem eandem referens, ſed etiam verbo-

rum multa. vbi Traiani patientiam in audiendis cauſis commendat. cribit enim, Iam quàm antiquum, quàm conſulare, quòd triduum totum Senatus ſub exemplo tui ſedit, cùm interea nihil præter Conſulem ageres, interrogauit quiſque quod placuit, diſſentire, diſcedere, & copiam iudicii ſui reip. facere licuit: conſulti omnes atque etiam dinumerati ſumus: vicitque ſententia non prima, ſed melior. Dicemus igitur, Iuuenalem qui 1. ſatyra carpit hoc Senatuſconſultum, quod ſatis conſtat factum ſub Traiano, ſuum opus compoſuiſſe, & emiſiſſe ſub eodem. proinde tanquam pœnitentia ductus, quòd ſtatim in principio viuos notaſſet, promittit ſe dicturum dr mortuis. hinc in Domitianum iam occiſum apertè inuehitur: immo iam mortuum teſtatur. nõ enim eo viuente auſus fuiſſet talia dictare, gnarus quidem multis experimentis ſolitum minima quæque in ſe dicta atrociter punire. Traiani verò imperium raram temporum fœlicitatem, vbi ſentire quæ quis voluiſſet & quæ ſenſiſſet, dicere licebat, ac omnia ſtudiorum genera iam liberius quæ prope ſub Domitiano fuerant extincta, refouerentur. Inde Iuue. Traianum ſuper hoc laudans (fuit enim poetarum fautor) inquit, Et ſpes & ratio ſtudiorum in Cęſare tantum, Solus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas Reſpexit. Et multis argumentis comprobatur Secundum ſcripſiſſe ſuas epiſtolas poſt necem Domitiani. Adde quòd Mart. dũ poſt obitum illius receſſit in Hiſpaniam, ſcripſit carmen ad Iuuenalem in vrbem, occupatum circa ſalutationes potentiorum. Pari ſcribendi libertate Tacitus & Tranquillus in hiſtoriis ſuis ſub eodem vſi ſunt. Quòd autem Suidas (nam quæ de Iuuenale ex Probi auctoritate referuntur, tanquam non legitima illius probatiſſimi grammatici Probi reiicimus) ſcribit Iuue. poëtam Romanum fuiſſe temporibus Domitiani, & Paridem hiſtrionem Praſinæ factionis ab Imperatore dilectum conuiciis à Senatu & Iuuenale notatum. hinc principem relegaſſe poëtam Pentapolin Libyæ ciuitatem: hiſtrionem verò ditatum miſiſſe in Antiochiam, qui domum & balneum extra oppidum ædificans ibidem interiit: non ideo refert ſub eo ſcripſiſſe ſatyram. Nam potuit ſola voce, vel epigrammate Paridem inceſſere. nequę quid prohibet poſt obitum Domitiani, elementia Nerruæ in vrbem rediiſſe. hinc iniuriarum memor Satyram exorſus immaniſſimum principem cum ſuo hiſtrione carminibus meritò proſcidit. Nolo dicere Praſinam factionem in hiſtrionibus inſolitam, ſed in aurigis circenſibus frequrntem, nec Paridis ſepulchrum in Antiochia, ſed via Flaminia auctore Mart. fuiſſe. hoc tamen addidrro, Suidam Græcum non Secundo Romano conferendum, qui rem ſui temporis, & agente ſe tractat, immo repetit. *Triduo*) per tres dies. Cornutus Tertullus in Præfectura ærarii, & Conſulatu, Secundo collega, vir ſanctus & in omni laude ſimilis antiquis, Æmiliæ viæ curator fuit: ſummo neceſſitudinis vinculo pariter coiuncti. Tertul. & Maximi conſulatus meminit Vlp. ad lrgem Iuliam de adulreriis. Sequens tamen epiſtola demonſtrat Tertullium fuiſſe deſignatum COS. cum Nerua, & Tertullianus Senatuſconſulto quod factũ eſt tẽporibus diui Adriani, Iuſtinianus aſſerit traxiſſe appellationẽ à Tertullo. Diuus Auguſt. irridendo auctor eſt, Tertullum virum grauem, & philoſophum, Ædilem futurum clamaſſe in auribus ciuitatis, inter cætera ſui magiſtratus officia ſibi Floram matrem ludorum celebritate placandam. nam quæ Iul. Capitolinus de Tertulo ſcribit, non de Cornuto, ſed eius filio, vel alio dicta autumo: inquit enim, Crimini datũ eſt Ant. philoſopho, quòd adulteros vxoris ſuæ Tertullum, Vtilium, Orfitum, Moderatum: promoueret ad varios honores: Tertullum etiam cum vxore prandentẽ deprehenderit, de quo mimus in ſcena præſente Antonino dixit, cùm ſtupidus nomen adulteri vxoris à ſeruo quæreret, & ille diceret, Tertullus: & adhuc ſtupidus quæreret, reſpondit, iam tibi dixi, Tertullus dicitur.

tineri. Cornutus Tertullus Cos. deſignatus, vir egregius, & pro veritate firmiſſimus, cenſuit

Conſul deſignatus) cum Iulio Feroce. *Vir egregius*) de quo alibi Secundus, Cor-

ſeptingenta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda, Mario vrbe Italiáque interdicendum: Martiano hoc amplius, Africa. In fine ſententiæ adiecit, Quod ego & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter fortitérque functi eſſemus, arbitrari ſenatum, ita nos feciſſe, vt dignum mandatis partibus fuerit. Aſſenſerunt conſules deſignati, omnes etiam conſulares vſque ad Pompeium collegam: ille & ſeptingenta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda, & Martianum in quinquennium relegandum, Marium repetundarum pœnæ, quam iam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum. Erant in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore vel molliore. nam quidam ex illis quoque, qui Cornuto videbantur aſſenſi, hunc qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur. ſed quum fieret diſceſſio, qui ſellis conſulum aſtiterant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt. Tum illi, qui ſe collegæ adnumerari patiebantur, in diuerſum trāſierunt, collega cum paucis relictus. Multum poſtea de impulſoribus ſuis, præcipuè de Regu-

nuto quid melius? quid ſanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius? *Septingenta millia*) nummûm. *Acceperat*) à Martiano. nam trecenta non potuerant ſatis probari Honorato morte intercepto. *Aerario*) inferenda. in pecuniam publicam reponenda: non enim erant reſtituenda Martiano obnoxio maioribus ſuppliciis, quòd ea ſumma necem equitis Rom. emiſſet. Aerarium erat quò publica pecunia per Præfectos referebatur, ſicut fiſcus quò Principis tantum. Secundus in Panegyrico, At fortaſſe fiſcum non eadem ſeueritate qua ærarium cohibes? immo tanto maiore quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Et Spart. Vetuit Adrianus damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi, omni ſumma in ærario publico recepta. Dictum ærarium ab ære: nam ante argentum, ac pene etiam aurum, in precio fuit æs. Erat autem Saturni ædes, quòd tempore, quo Italiam incoluit, fertur in eius finibus nullum eſſe furtum commiſſum, & quòd ſub illo nihil erat cuiuſque priuatum. ideo apud eum locaretur populi pecunia communis, ſub quo fuiſſent cunctis vniuerſa communia. an quòd fructuum inuentor & agricolationis autor fuiſſe credatur? fructuum verò copia ac venditio pecuniam gignat, hæc ſumpta à Plinio ſeniore, Macrobio, Plutarcho. *Interdicendum Mario*) inhibendum & ſubmouendum Marium. vſitatius dicitur interdico Mario vrbe Italiáque, quàm vrbem Italiámque, ſicut, interdico tibi aqua & igni. quàm te aqua & igni. interdum tamen accuſatiuo iungimus diuerſis modis: nam idem lib. v. interdicendum ei aduocationem dixit. Et Tranquillus Neronem interdixiſſe vſum amethyſtini Tyriíque coloris. Et Ouidius Iunonem interdixiſſe orbem. Apud Senecam ter idem dicendi genus annorauimus, poſſeſſionem interdico tibi, & illi domum meam interdicam, & non interdicit ſibi ac ſuis admirationem. At Iulius Cæſar, Arioviſtum inquit omni Gallia Ro. interdixiſſe. Edico & interdico differunt: quòd edicimus quæ iubemus: interdicimus, quæ vetamus fieri. itaque Prætoris edicta & interdicta dicuntur. [Tacitus inſuper pro interdici aqua & igni, vſus eſt arceri.] *Hoc amplius*) præter vrbem, & Italiam. *Africa*) patria. nam conſtitutum eſt eum cui patria interdictum eſt, etiam ab vrbe abſtinere debere: contra autem ſi cui vrbe fuerit interdictum, patria ſua interdictum videtur. & ita multis conſtitutionibus cauetur autore Vlp. de Interdictis. *Fortiter*)

conſtanter, pari induſtria, fide, conſtantia, laudatus eſt Secundus pleniſſimo teſtimonio dum pro Bethicis egit aduerſus Claſſicum. *Iniuncta aduocatione*) accuſatione demandata à Senatu. nam Aduocatus commune verbum eſt tam accuſatoris quàm defenſoris, qui ſi inutilis foro extitiſſet, vulgò Cauſidicus dicebatur. hoc Fabius. At Pedianus qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit amico, aut præſentiam ſuam: aut procurator, ſi abſentis negocium ſuſcepit: aut cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam. Apud quem deſideratur dictio abſentis reſtituenda ex teſtimonio Feſti. *Arbitrari*) cenſere. *Dignum*) conueniens. *Mandatu partibus*) officio impoſito nobis. nam tutabantur partes Afrorum iuſſu Senatus. [an commendatis Afris. *Deſignati*) electi, creati, deſtinati. *Conſulares*) qui Conſulatum geſſerant. nã hi præcedebant cæteros Senatores ordine. *Pompeium Collegam*) apud Ioſephum libro ſeptimo falſo legitur Colligas pro Collega. Vix, inquit, motus eorum potuit reprimere Collega adhuc iuuenis, Legatus, poſtulans ſibi præmitti ad Cæſarem geſta. Nam paulò pòſt præter Secundum idem ſcribit. Habita diligenti ratione Collegam reperiſſe veritatem. *In quinquennium*) per quinque annos tantum relegandum. *Repetundarum pœna*) vt quadruplum ablati perſolueret, nec exularet. *Paſſus eſſet*) nam de ſuo iudicio condemnauerat, dum iudices peteret. *Vtraque*) Tertullij & Collegæ. *Hac*) Collegæ ſententia. *Solutiore*) mitiore. *Quidam*) Senatorum. *Aſſenſi*) annuiſſe, conſenſiſſe. nam aſſentior & aſſentio dicimus. *Hunc*) Collegam. *Sequebantur*) mutata priore ſententia. *Diſceſſio*) Fiebat referente Gellio Senatuſconſultũ duobus modis, aut per diſceſſionem, ſi cõſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorũ ſententias exquiſitas. Ad illam conſuetudinem alludens Apuleius dixit, Nó pedibus, ſed totis animis latrones in eius vadunt ſententiam. At Cicero rem ipſam notauit. Proſpiciebatur, inquit, in Hortenſij ſentẽtiam multis partibus plures ituros. Sed Flauius Vopiſcus manuum eleuationem ſuperioribus modis addidit, Poſt hæc interrogati plerique Senatores ſententias dixerunt: deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſentẽtiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus cõditum eſt Senatuſconſultum. [Qui pedibus ſententiam ferebant, erant viliores, & ij Pedarij Senatores vocabantur. Tacitus libro tertio, Sed omnes Conſulares magna pars eorum qui Prætura functi, multique etiam Pedarij Senatores certatum exurgerent.] Suffragia per elationem manuum pluribus Suidas exequitur. *Sellæ Conſulum*) iuxta Conſules, qui in ſellis ſedebant curulibus, aut tribunalibus. hi maiora iudicia ſecundum Aſconium exercebant, vt Conſules & Prætores, ſicut qui in ſubſelliis, minora, vt Tribuni, Triumuiri, Quæſtores. Erant autem ſellæ quatuor pedum. Vopiſcus in Firmo dicitur habuiſſe duos dentes elephanti pedum denum, è quibus Aurelianus ipſe ſellam conſtituerat facere, additis alijs duobus. Sellarum inuentores fuerunt Ethruſci. Erant præterea ſellæ familiares, quibus ad vſum domeſticum vtebantur, vt Varro in agricultura ſcribit. *Annumerari Collegæ*) aſſenſi fuerant Pompeio Collegæ. *In diuerſum*) in ſententiam Cornuti. *Impulſoribus*) ſubornatoribus, perſuaſoribus.

lo, queſtus eſt, qui ſe in ſententia quam ipſe dictauerat, deſeruiſſet. Eſt alioqui Regulo tam mobile ingenium, vt plurimum audeat, plurimum timeat. Hic finis cognitionis ampliſſima, ſupereſt tamen λιζύργιον non leue, Hoſti-

Dictauerat) compoſuerat, ſuggeſſerat. nam dictare quantum ex libro quinto Epiſtolarum Senecæ colligere poſſumus, hoc differt à dicere, quòd illud eſt tardè, & diuulſè enunciare, quę alius excipiat: & hoc eſt cõtinuè, & vno tenore orare: quãquã etiã dictare pro continenter dicere vſurpetur, ſicut Trebellius Pollio, Nõ ſcribo, ſed dicto, & dicto cum ea feſtinatione vt reſpirandi non habeam facultatem. Quod Fabius ſic reprehendit, Quid de

illis dictandi delitiis ſentiam? eius manũ cui dictamus vrget, atque interim pudet etiam dubitare aut reſiſtere, aut mutare, quaſi conſcium infirmitatis noſtræ timẽtes. Dictare etiam pro ſuggerere vſus eſt Columella libro quinto, Modus, inquit materiarum is erit quem dictabit humi, atque ipſius ſtirpis lætitia. Et Dictata ſũt quę ludi magiſter de aliquo autore pueris tradit interpretamenta, vt perdiſcantur: eadémque ipſis poſt paulum ita reddantur vt tradita ſunt. Omiſſis igitur Varrone, Perſio & Horatio, ſolo Ciceronis teſtimonio contenti erimus, qui ad Quintum Fratrem inquit de Caluentii Marij oratione. Quod ſcribit, miror tibi placere eidem reſcribere: præſertim cùm illam nemo lecturus ſit, ſi ego nihil reſcripſero, meam in illum pueri omnes tanquam dictata perdiſcant. Tranquillus etiam pro regulis & præceptis vſurpat, Iulium Cæſarem aſſerens enixum vt tyronum ſingulorum diſciplinam Romani Equites & Senatores armorum periti ſuſciperent, & dictata exercentibus darent, id eſt præcepta vitãdi & inferendi vulnera. *Alioquin*) inſuper. *Plurimum audeat*) cùm audebat, omnium audaciſſimus, cùm timebat, omnium timidiſſimus erat. Idem in primo, Vt eſt cùm timet abiectiſſimus. Et libro ſexto, Timebat, pallebat. *Ampliſſima*) maximi momenti.

lius Firminus, legatus Marÿ Priſci, qui permiſtus cauſa, grauiter vehementérque vexatus eſt. Nam & rationibus Martiani & ſermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe, ſtipulatúſque de Martiano quinquaginta millia denariûm

Λειτούργιον) officium pertinens ad remp. inde recentiores *λειτουργίαν* ſacrificiũ publicum, quam miſſam vulgo Chriſtiani appellant. [Potius facit vt *λειτούργιον* ſcribatur, & interpretentur quidam tenue & leue miniſterium]

Hoſtilius Firminus) neminem legimus Hoſtilium Firminum circa illa tempora. *Legatus*) qui Proconſulis imperio parebat, ſicut magiſter Equitum Dictatoris. Quare Apuleius Conſularem in Legato autoritatem dixit. is enim ſi aberat Proconſul, vicarias vices agebat. Aliæ autem ſunt Legati partes, aliæ Proconſulis. ille omnia agere ad præſcriptum, hic liberè ad ſummam rerum conſulere debet. nam Legatus ſecundum Vlpianum accipit iuriſdictionem à Proconſule ſuo: ſi quid tamen erit quod maiorem animaduerſionem exigat, remittere Legatus ad Proconſulem debet: neque enim animaduertendi, vel coercendi, vel atrociter verberandi ius habet. immo Pomponius ſcribit, Legatum Proconſulis nihil proprium habere, niſi à Proconſule mandata fuerit ei iuriſdictio. At Caius Cæſar æquata Legati potentia, ſuo Proconſuli, Proconſulare ius minuit, & Legatorum auxit. *Permixtus cauſa*) conſcius & miniſter rapinarum Marii. nam in comites iudicum, qui repetundarum rei ſunt, lege Iulia iudicium datur. auctor Marcellus Iuriſconſultus. *Rationibus Martiani*) calculis & computis ſeptingẽtorũ millium, dũ per hæc Romani Equitis plura ſupplicia emeret. *Sermone*) oratione remiſſa ſimillima quotidianæ locutioni. *Ille*) Marius Priſcus. *Ordine*) decurionum: *Leptitanorum*) Leptis in Africa, Tyriis, vt Carthago, vt Vtica condita: immunis ac libera Hirtio tradente. Neapolin dictam teſtatur Strabo. Prius in ditione Carthaginenſium fuit, quibus ſingula talenta quotidie pendebat. poſt ad Maſiniſſam, deinde ad Romanos peruenit. Hæc Liuius. *Probabatur*) arguebatur, conuincebatur. *Operam ſuam*) proxenetæ & pecuniæ componendæ. *Turpiſſimum*) [deteſtabile,] viliſſimum, & perſonarum abiectarum. *Priſco*) ad vtilitatem Priſci.

Stipulatúſque de Martiano) obligaſſe Martianum nomine Marij. nam ſtipulari eſt obligare alium interrogando. Seneca, Vtinã nulla ſtipulatio emptorẽ venditor obligaret. Pomponius de verborũ obligationibus, Stipulationũ alias Iudiciales, alias pretorias, alias conuentionales, alias communes tam prętorias quàm iudiciales

eſſe refert erat autem iſta cõuentionalis. Sed interprete Vlpiano generaliter nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti. poſſumus igitur exponere ſtipulatum Firminum de Martiano quòd obligationem ſcriptis notaſſet, quam Martianus fecerat Priſco ad ſummam quinquaginta millium denariûm. Stipulari enim interrogare ſignificat, quod obſeruant etiam nũc notarij in obligationibus. Varro ſtipulandum, id eſt, interrogandũ plerumque vſurpat. Et ſtipulatio, Pomponio teſte, eſt verborum conceptio: quibus is qui interrogatur, daturum facturúmve ſe id quod interrogatus eſt, reſpondet. *Quinquaginta millia denarium)* denariũm pro denariorum vſitata dicendi forma. Denarius, inquit Plutarchus, ex decem æreis erat. Pariter Varro de latinitate, & Feſtus & Pli. ac Priſcianus inquit, Denarius olim decuſſis valebat, & decẽ librarum nummus erat. Vitruuius in denarios. denos æris conſtituiſſe antiquitatem aſſerit, & ea re compoſitionem nominis ad ſuam vſque ætatem denarium retinere: quamuis ſtatim ſubijciat, æreum denarium habuiſſe. xvi. aſſes. Gellius denarium valuiſſe quanti drachmam oſtendit. Lais inquit decem millia drachmarũ popoſcit: hoc facit nummi noſtratis decem millia. Celſus denarium in ſex vncias diuidit, ſed hoc magis ad medicos facit.

probabatur: ipſe præterea accepiſſe ſeſtertiûm decem millia, fœdiſsimo quidem titulo, nomine vnguentarÿ, qui titulus à vita hominis compti ſemper & pumicati, non abhorrebat. Placuit cenſente Cornuto referri de eo proximo Senatu: tunc enim caſu, incertum an conſcientia, abfuerat. Habes res vrbanas: inuicem ruſticas ſcribe, quid arbuſculæ tuæ, quid vineæ, quid ſegetes agunt, quid oues delicatiſsimæ. In ſumma, niſi æquè longam epiſtolam reddes, non eſt quòd poſtea niſi breuiſsimam expectes. Vale.

Seſtertium decem millia) Opinor millia tollendum: nam fidem excedit: niſi ſecundum Feſtum velimus dicere ſeſtertium quartam partem denarij dictam. & Pli. ſcriptum reliquit ſcrupulum olim valuiſſe ſeſtertiis vicenis, quod efficit in libras ratione ſeſtertij qui tunc erat, ſeſtertios nouenos. Neque negauerim ſeſtertium in maſculino fuiſſe longè minoris quàm neutro genere, quod declaratur ſequentibus auctoritatibus. [Valerius equitibus ſingulas libras argenti & quingentos ſeſtertios dari imperauit.] Tranquillus in Cæſare Dictatore ſcribit eundem annuam habitationem vſque ad bina millia nummûm (quæ proculdubio faciunt duo ſeſtertia) in Italia non vltra quingenos ſeſtertios remiſiſſe. Sic Fabium Valentem tradit Tacitus addidiſſe tricenos ſingulis militibus ſeſtertios, vbi ſanè longè minoris eſt. Iuſtinianus in Inſtitutionibus pro re minima ſeſtertium poſuit, vt pro mille ſeſtertiis vnus aureus computetur, & Plutarchus in M. Antonio (niſi menda eſt) cuidam ex amicis dari iuſſerat millia viginti quinq;. hoc Romani decies ſeſtertium appellant, quanquam Aruntius apud Priſcianum inquit, ſeſtertius olim dupondius & ſemis, id eſt, duæ libræ & ſemis, quaſi ſemiſtertius, quo tempore denarius decuſſis valebat: hoc eſt poſt duos ſequens tertio loco eſt ſemis. duobus enim & ſemis antiquus ſeſtertius eſt. & veteris conſuetudinis vt retro æra dicerent, ita vt ſemis quintus, ſemis quartus ſemis tertius nunciarent: ab ſemis tertius ſeſtertius dictus: cui aſtipulantur Varro, Seneca, & Feſtus. Vitruuius Pollio ex duobus aſſibus & tertio ſemiſſe ſeſtertium antiquos vocitaſſe teſtatur. Quare multorũ teſtimonio Horatij, Martialis, & Macrobii, præſertim ſeſtertium vnum tanti erat quanti mille nummi. tametſi à Varrone & cæteris Lampridius videantur diſſentire in Heliogabalo, referens nunquam minus centum ſeſtertiis, hoc eſt, argenti

libris triginta cœnaſſe. Vopiſcus in ære ſeſtertium quinquagies, & in Bonoſo æris ſeſtertium dixit. Quibus omnibus colligitur ſeſtertium fuiſſe pecuniam certi ponderis auri, argenti, æris. Nec me præterit ſeſtertium apud Columellam & Frontinum eſſe menſuræ genus, è quibus illum ſeſtertios adiectiuum protuliſſe & Martialem ſeſtertiolum diminutiuum pro re maxima. Fœdiſſimo titulo, ſub prætextu infami & probroſo Lex enim Iulia de repetundis iubebat magiſtratus ſe ab omni ſorde abſtinere. Viles autem habiti ſunt vnguentarii, nec mirum, quippe cùm vnguentum ſit materia luxus Maximè ſuperuacui. Vnde P. Licinius Craſſus & Iulius Cæſar Cenſores edixerunt ne quis venderet vnguenta exotica. ſic enim peregrina appellauere. Et Auguſto à M. Antonio exprobratum legimus proauum habuiſſe, qui modò vnguentariam tabernam modò piſtrinum exercuiſſet. [M. Tullius lib. 1. de Officiis ſcribens, nihil ingenuum poſſe habere officinam, & artes blandas quæ miniſtræ ſunt voluptatum, vnguentariam inter eas connumerat.] Seneca etiam lib. iiij. Natur. Quæſt. tradit vnguentarios à Lacedæmoniis expulſos, & propere cedere finibus iuſſos, quia oleum diſperderent. Athenæus hoc amplius addidit præter vnguentarios tinctores eieciſſe vrbe Lacedæmonios illos tanquam olei, hos tanquam lanæ corruptores. vbi multa de vnguento explicantur, & Ariſtotelem pharmacopolam notat. Pariter Horatius collegia pharmacopolarum. *Nomine Vnguentarij*) tanquam ſi Martiano vnguentum vendidiſſet: quod hodie faciunt honeſtiores fœneratores, nomen rei, non rē ipſam vendentes. Cauetur autem principalibus conſtitutionibus, ne qui prouinciam regunt, quive circa eos ſunt, negocientur, mutuámve pecuniam dent, fœnúſve exerceant. Apuleius modò vnguedinem modò vnctulum pro vnguento vſurpat: quod Grammaticus Seruius dempto v poſt g, ſicut vngo precipit ſcribi. Secus verò vnguen. *Titulum*) famoſum nomen vnguentarij. *Pumicati*) mollis, pumice læuigati. *Refert*) poni in conſultationem. *Eo*), Firmino. *Proximo Senatu*) quamprimum Senatus haberetur. *Conſcientia*) qui ſe participem rapinarum Marij ſciret: ideo cùm hoc cognoſceretur ſponte abfuerit à diſquiſitione. *Delicatiſſima*) quales ſunt Tarentinæ] *Aequè longam*) parem meæ. *Non eſt*) non opus eſt. Frequens dicendi modus apud Secūdum, quo etiam Mart. vtitur Nō eſt credere mihi ſapientis dicere viuam. Et alibi, Non eſt quòd timeas Candide.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

ΛΕΙτούργιον illud, quod ſupereſſe Marij Priſci cauſæ proximè ſcripſeram, neſcio an ſatis circuncisum tamen & abraſum eſt. Firminius inductus in Senatum reſpondit crimini noto. Secutæ ſunt diuerſæ ſententiæ Conſulum deſignatorum. Cornutus Tertullus cenſuit ordine mouendum: acutius Nerua, in ſortitione prouinciæ rationem eius non habendam: quæ ſententia, tanquam mitior, vicit, cùm ſit alioqui durior triſtiórque. Quid enim

Illud) Noto iam per ſuperiorem epiſtolam argumento, ſignificat quem finem cognitio Firmini habuerit. Λειτούργιον, miniſterium publicum. nam λήϊτον publicum, ſiue prytaneum, & ἔργον opus Græci dixerunt, ex quibus λειτουργὸν miniſtrum procuratoris: hinc λειτούργιον deduci Suidas & Hammonius in etymologico declarant. Longè tamen melius hic vt in præcedenti epiſtola legamus λεπτούργιον, id eſt negociolū, paruū opus. hoc enim conuenientius. *Circumciſum*) emendatum, purgatum. *Abraſum*)

læuigatum, deletum. *Notæ*) præcedentibus literis, an multorum teſtimonio comprobato. *Ordine mouendum*) prohibendum ne ingrederetur Senatum; dignitate Senatoria priuandum. *Acutius*) ſubtilius cenſuit. *Nerua*) Conſul deſignatus, non Imperator. Traianus ipſe enim præſidebat. Fuerunt autem plures Neruæ, quorum quietem Martialis commendat. *In ſortitione prouinciæ*) dum Senatus ſortiretur prouincias: quarum ſortitione Senatorij viri ad eas regendas mittebantur. *Rationem*) reſpectum in quem ſenſum Varro primo rei ruſticæ rationem cum orco haberi ſcribit. *Mitior*) quia nõ mouebatur ordine, & ſanè erat mitior: nam ſi motus Senatu fuiſſet ex Caſſij Longini ſententia propter turpitudinem, iudicare vel teſtimonium dicere non poterat, quia lex Iulia repetundarum hæc fieri vetat. Hinc non mirum, ſi tantum hæc ſententia à Secundo reprehenditur, tanquam contra Iuliam legem. *Vicit*) obtinuit, ſuperior fuit.

miſerius quàm exactũ & exẽptum honoribus ſenatoriis, labore & moleſtia non carere? quid grauius quàm tanta ignominia affectũ, non in ſolitudine latere? ſed in hac altiſſima ſpecula conſpiciendum ſe monſtrandúmque præbere? Præterea, quid publicè minus aut congruens, aut decorũ, notatũ à Senatu in Senatu ſedere: ipſiſq; illis, à quibus ſit notatus, æquari? ſummotũ à Proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat, de Proconſulibus iudicare? dãnatúmq; ſordium, vel damnare alios vel abſoluere? Sed hoc pluribus viſum eſt. numerantur enim ſententiæ, non ponderantur: nec aliud in publico conſilio poteſt fieri: in quo nihil eſt tam inæquale quàm æqualitas ipſa. nam cum ſit impar prudentia, par omnium ius eſt. Impleui promiſſum, priorísque epiſtolæ fidem exolui, quam ex ſpatio temporis iam recepiſſe te colligo. nam & feſtinanti & diligenti tabellario dedi, niſi quid impedimenti in via paſſus eſt. Tuæ nunc partes, vt primùm illam, deinde hanc remunereris literis, quales iſtinc redire vberrimæ poſſunt. Vale.

[*Alioqui*) ſi diligentius cõſideretur.] *Durior*) Aſperior, ſeuerior. *Exactum*) priuatum, [exclusum,] remotum. *Honoribus Senatoriis*) ſortitione prouinciarum. *Laboribus*) negociis & cauſis, quæ in Senatu agebantur. [*Affectum*) iniuſtum.] *Solitudine*) loco remoto & ſecreto. *Altiſſima ſpecula*) curia, quam propter frequẽtiam & dignitatem Senatorum trãſlatiuè altiſſimam ſpeculam appellauit. *Monſtrandum*) deſignandum digito. *Notatum*) ignominia affectũ: *Aequari*) habere æquale ius dicendæ ſententiæ. *A Proconſulatu*) à ſortitione prouinciarum, quas Proconſules & Legati eorum comites ſortiebantur. *Turpiter*) auare. [*Iudicare*) dicere ſententiam ſuam. *Sordium*) rapinarum, auaritiæ. *Pluribus*) maiori parti Senatorum: nã quod maior pars curiæ efficit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint. hoc aſſerit Scæuola. *A pluribus*) impudentioribus. ſapiẽtes enim rariores ſunt. Vnde Liuius in præfatione ſecundi belli Punici dicit, vt plerunque fit, maior pars meliorem vicit. Et Græcum ad hoc prouerbium, τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ, id eſt, Plurium ſuffragium vincit. *Non ponderantur*) non conſiderantur, quæ ſit melior. *In conſilio publico*) in Senatu. *Nec aliud poteſt fieri*) quàm per ſuffragia decernere, & quod pluribus placuit tenere. *Inæquale*) iniquum, quia alij prudentes, alij inſipientes. *Aequalitas*) quod vnuſquiſque Senator æquale ius ſuffragij habeat: erat in Senatoribus idẽ ius, ſed diſpar

ſed diſpar prudentia. *Fidem*) nam dixerat ſupereſſe quoddam negocium, & per hoc videbatur pollicitus ſe ſcripturum finem & euentum illius. *Collige*) computo. *Partes*) officium. *Illam*) priorem epiſtolam. *Iſtinc*) à te eloquentiſſimo.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

ET tu occaſiones obligandi me auidiſſimè amplecteris, & ego nemini libentius debeo. Duabus ergo de cauſis à te potiſſimum petere conſtitui quod impetratum maximè cupio. Regis exercitum ampliſſimum: hinc tibi beneficiorum larga materia: longum prætereà tempus, quo amicos tuos exornare potuiſti. Conuertere ad noſtros, nec hos multos. Malles tu quidem multos, ſed meæ verecũdiæ ſufficit vnus aut alter, ac potius vnus. Is erit Voconius Romanus: pater ei in equeſtri gradu clarus, clarior vitricus, immò pater alius. nam huic quoque nomine & pietate ſucceſſit materè primis citerioris Hiſpaniæ. Scis quod iudicium prouinciæ illius: ſcis quanta ſit grauitas: ipſe

ET tu) Voconiũ Romanum, maioribus clarum & virtutibus ſuis, præſertim eruditione, Priſco commẽdat ſumma arte & gratia. Sunt qui Iulium Priſcum, qui per Vitellium ad Præfecturam cohortis peruenit, intelligant: quę propius verò accedunt, Neratium Priſcum temporibus Traiani Iuriſconſultum celeberrimũ, autore Pomponio, & Papiniano ac Secundo amicitia coniunctum, à quo lib. iij. fatetur ſe impetraſſe Tribunatum militarẽ. Hunc igitur Priſcum Neratium Marcellum Traianus vnicè dilexit: adeo vt frequens opinio fuerit id animi fuiſſe Traiano relinquendi illũ, nõ Adrianũ ſucceſſorẽ imperij, multis amicis in hoc cõſentiẽtibus: vſque eo, vt Priſco aliquando dixerit. Cõmendo tibi prouincias ſi quid mihi fatale cõtigerit. hunc poſtea Adrianus in cõſilio habuit, quem geſſiſſe Conſulatũ cum Antonino teſtatur Venuleius ad legem Corneliam de ſicariis: & Pomponius de origine iuris, Conſulatus Neratij meminit. Neratium etiam Atticilinum inter Iuriſconſultos memorat Paulus, ſicut Ariſtonem legimus Neratio Appiano reſcripſiſſe. Neq; crediderim Statio Priſco miſſam hanc epiſtolam: per quem ſub Antonino Philoſopho res proſperè ſunt geſtæ, & bellum Parthicum adiuuantibus aliis duobus confectum eſt. *Amplecteris occaſiones*) ſuſcipis, & quæris cauſas & opportunitates, quibus me obliges. [*Duabus*) prædictis.] *Nemini*) quàm tibi. *Impetratum cupio*) impetrare & conſequi deſidero. *Regis exercitum*) imperator & dux electus es. *Beneficiorum*) conferendorum beneficiorum in amicos ampla poteſtas. *Longum tempus*) quo rexiſti exercitum. *Exornare*) promouere ad dignitates. *Conuertere*) animum intende. *Noſtros*) amicos, & quia numero multorum deterreri potuiſſet, per correctionem emendat vnũ tantum eſſe. *Malles*) eſſe quos tu ornares ob tuum in me ſingularem amorem. *Verecundiæ*, modeſtiæ. *Vnus aut alter*) duo. *Ac potius*) correctio. *Voconius Romanus*) repete quæ in præcedentibus de eo diximus. *In Equeſtri gradu*) inter equites. *Gradu*) dignitate. reſpexit ad id quòd Equites lege Roſcia in quartodecimo Theatri gradu ſedebant. *Clarus*) ſume extrinſecus, fuit Claros & illuſtres equites appellant hiſtorici, reſpicientes ad fulgorem auri, quo illuſtrantur. [Sed potius puto clarum dixiſſe, quia vt alibi refert, fuit natalibus & facultatibus clarus.] *Vitricus*) cuius correlatiuum priuignus.

& quia nomen eſt inuiſum ſicut nouerca, correxit patrem alterum dicendo. Modeſtinus vitricum, nouercam & priuignũ ita circunſcribit. Ex alia vxore natis, nouerca dicitur matris vir, ex alio viro natis, vitricus appellatur: eorum vterque natos aliunde, priuignos priuignáſque vocant. Item alio modo, Priuignus eſt vxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illius vitricus. & in contrarium, vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur. liberi mei illi priuigni ſunt. *Nam huic quoque nomine*) ſenſus eſt, ex vitrico condignè pater dici poteſt reſpectu pietatis & amoris in priuignum Voconium, [quem adoptauit & in filium aſſumpſit. quod ipſe ad Traianum teſtatur: & tunc ſic legetur, nam huic quoque nomine & pietate ſucceſſit. Mater è primis citerioris Hiſpaniæ.] *Succeſſit huic nomine*) nomen patris meruit. [Verùm ſi legatur, nam huic quoque nomine matris pietate ſucceſſit, erit ſenſus, Voconius accepit etiam nomen vitrici, quia ab eo fuerat adoptatus: vnde meritò alterum patrem vitricum appellauit. & hoc conſecutus eſt pietate eximia erga matrem: dum enim illum Plinius petit promoueri in Senatum, Summa inquit pietate liberalitatem ſeſtertij quadringenties à matre meruit, & ſtatim patris hæreditatem & adoptionem à vitrico.] *Citerioris Hiſpaniæ*) Tarraconenſis, cuius veterem formam ſicut aliarum prouinciarum ſcribit Plinius mutatam fuiſſe. lege plura apud eundem & Strabonem, Diodorum, Iuſtinum, qui ab Hiſpallo cognomentum ſumpſiſſe aſſerit, neque probo, quæ à Stephano ſuper ea re citantur, niſi quis diceret ex ſententia Pliniana mutatam eius prouinciæ formam, dediſſe occaſionem, vt ille à cæteris diſſentiret: inquit enim, Hiſpaniæ, duæ Italiæ præfecturæ: altera magna, altera parua, dicta eſt Iberia, & Pannonia. *Indicium illius prouinciæ*) nam ab ea plurimi viri clariſſimi fuerunt oriundi. Inde Pacatus vbi Hiſpaniam laudat, Hæc ait duriſſimos milites, hæc experiſſimos duces, hæc facundiſſimos oratores, hæc clariſſimos vates parit: hæc iudicum mater, hæc principum eſt. Et ſanè ſunt Hiſpani ingenio excuſſo.

flamen proximè fuit. Hunc ego, cum ſimul ſtuderemus, arctè familiaritérque dilexi. ille meus in vrbe, ille in ſeceſſu contubernalis. cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui. Quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale iucundius? mira in ſermone, mira etiam in ore ipſo vultúque ſuauitas. Ad hoc, ingenium excelſum, ſubtile, dulce, facile, eruditum in cauſis agendis. Epiſtolas quidem ſcribit, vt muſas ipſas latinè loqui credas. amatur à me plurimum, nec tamen vincitur. Equidem iuuenis ſtatim iuueni quantum potui per ætatem auidiſſimè contuli, & nuper ab optimo principe trium liberorum ei ius impetraui. quod quamquam

Flamen) dialis, quem maiorem flaminem Patricij generis appellabãt: minorẽ verò plebei. nã inter quindecim flamines dialis maximæ dignationis erat: ſuper quo apud Liuium, Plutarchum, Gellium, diuum Auguſtinum (vt omittam Seruium & Macrobium) multa offendes. *Studeremus*) oratoriæ facultati. *Contubernalis*) domeſticus, familiaris. [Ad Traianum ſcribens ſuum condiſcipulum & contubernalem appellat.] *Cum hoc ſeria*) Sidonius libro quarto hũc locum ſed minus fœliciter mutuatus, Sæpe, inquit, cum hoc ſeria, ſæpe etiam ioca miſcui. *Amico*) in rebus ſeriis. *Sodale*) in iocoſis & hilarioribus. *Ore*) aſpectu, forma. *Ad hoc*) prætetea *Excuſſum*) elaboratum, exactum. Alia lectio habet excelſum. *Dulce*) poteſt referri hoc verbum ſicut præcedens & ſubſequens ad epigrammata, quorum ſcriptorem fuiſſe teſtatur Apuleius: inde Adrianum Imperatorem tumulo illius inſcripſiſſe hoc carmen, Laſciuus verſu, mente pudicus erat. *Eruditum*) mul-

tarum rerum cognitione doctum, inſtructum arte ad cauſas agendas [Quare alibi, Mores, inquit, Rom. liberalia ſtudia exornant.] *Muſas ipſas loqui credas*] Cùm volumus oſtendere orationem alicuius ſuauem, doctam, abſolutam, dicimus muſas diſciplinarum prę ſides per os illius locutas: nam ex Ælij Stilonis ſententia refert Fabius Plautino ſermone locuturas fuiſſe muſas, ſi latinè loqui voluiſſent, quod dubium exemit Secundus à Voconij ſcriptis, Latinè dicens, loqui credas. *Nec vincitur*] quia pares in amore vices reddit. *Per ætatem iuuenilem*) quæ minus auctoritatis habet quàm ſenilis ad conferendos honores in alios. *Optimo principe*) Traiano cognomento Optimi, quod additum à Senatoribus idem ſcribit in panegyrico *Trium liberorum ius*) quod impetrabatur ab iis qui parum fœlices in prole fuiſſent, de quo plerunque Martialis ve libro Secundo, Quod fortuna vetat Cæſar permitte videri, Natorum genitor credar vt eſſe trium. & Secundus ad Traianum, dum pro Tranquillo ius idem petit, Parum, inquit, fœlix matrimonium expertus eſt, impetrandúmque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Qui ergo id impetraſſent, in dignitatibus & muneribus anteponebantur carentibus liberis, Tranquillo & Iuriſcōſulto auctoribus. Et Dion inquit in Auguſto, Ius trium natorum dabatur mulieribus, quæ tres peperiſſent, etiā ſi ſtatim mortui fuiſsēt, tradēte Gellio, ad retribuendam partem aliquam gratiæ: fruebantur enim per id honoribus & priuilegiis, à quibus ſteriles arcebantur. ideo inſtitutum, vt ſterilitatis pudore deterritæ, fœcunditatis præmia amplecterentur. & primum dari cœptum patribus, poſtea Imperatorum liberalitate & filiis carentibus, [vt eſſent pares in petendis magiſtratibus iis qui filios haberent, cùm referente Tacito, numerus liberorum ex lege in candidatis præpolleret.] Et poſt Druſi obitum legimus Liuiam matrem in ſolatium, ius trium liberorum percepiſſe. Dionyſius in ſuis Antiquitatibus inquit, Qui tres liberos habebant, pro eis alimēta vſque ad puberem ætatem accipiebant ex publico : lege lata in honorem & gloriam Tergeminorum, quam Romanos vſque ad tempora ſua ſeruaſſe refert. Appianus libro ſecundo bellorum ciuilium, Qui trium liberorum ius habuiſſent, neque eſſet vnde alerent: iis legem agrariam promulgari ſolitam. Quare Cæſar in Cōſulatu ſuo (vt gratiam popularem iniret) agrum Siellatem viginti millibus ciuium, quibus terni, pluréſve liberi eſſent, diuiſit. Quæ lex ſecundum Ariſtotelem videtur ſumpta à Lacedæmoniis, apud quos, qui tres ſuſcepiſſet filios, à cuſtodia immunis erat: qui quatuor, ab omnibus oneribus. Ius quatuor natorum fœminis conceſſit Claudius, Tranquillo ſcribente vbi notauimus qui ius trium liberorum habuiſſet, ab officio iudicandi vacare potuiſſe. Euſebius in Chronicis, Matronæ quæ liberos haberent, lecticis & margaritis vtebantur, aliæ prohibitæ. Et Iuſtinianus in Inſtitutionibus ſcribit matrem ingenuam, quæ idem ius habuiſſet: & libertinam quæ quatuor: potuiſſe adire hæreditatem filij mortui, aliâs non. quod idē Imperator ſuſtulit: & permiſit æquè omnibus etiam ſi ius triū vel quatuor natorum non habuiſſent poſſe adire hæreditatem liberorū ſuorum Et Impe Theodoſius ac Honorius codite de iure libeberorum, Nemo inquiunt, poſthac ius liberorum petat, quod ſimul hac lege omnibus concedimus.

parcè & cum delectu daret, mihi tamē tanquā eligeret, indulſit. Hæc beneficia mea tueri nullo modo melius quàm vt augeam, poſſum. præſertim cùm ipſe illatā grate interpretetur, vt dum priora accipit, poſteriora mereatur. Habes qualis, quàm probatus charúſque ſit nobis. Quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua

Parce & cum delectu) raris & bonis. Extat Traiani epiſtola, qua Secundo ius trium liberorum pro Tranquillo petenti reſpōdit, ſe fauere illius deſiderio: ſed nolle excedere numerum concedēdi ius triū natorum quē profeſſus fuerat apud Senatum. Quare iā dixerat Secundus, Scio

exornes. in primis ama hominem. nam licet tribuas ei quantum ampliſſimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua: cuius eſſe eum vſque in intimam familiaritatem capacē, quò magis ſcires, breuiter tibi ſtudia, mores, omnem denique vitam eius expreſſi. Extenderem preces, niſi & tu rogari diu nolles, & ego tota hac epiſtola feciſſem. Rogat enim & quidem efficaciſſimè qui reddit cauſas rogandi.
Vale.

quantum beneficium petam. *Liceret*) etiam ſupra profeſſum numerum. Legitur etiam eligeret. id eſt tanquam eum delectu daret. *Vt augeam*) cum ſit ita comparatum codē ad Macrinum referente vt antiquiora beneficia ſubuertas, niſi iſta poſterioribus cumules. *Grate*) grato animo *Ingenuo*,) natura [benigna & liberali] Terentius, Bonum ingenium narras adoleſcētis. Et Tacitus, Ingenium loci cælſque. M. Tullius de Finibus, Vno ingenii nomine appellatur docilitas, & memoria: eáſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. Nec me præterit ingenium accipi à Martiale pro ſubtili inuentione, ſicut apud Tacitum, Obtulit ingenium Aniceius libertus, id eſt, ſubtilem viam & artem.

Pro fortuna) Quia præerat exercitui, ei facultas erat dilargiendi Tribunatum, centurionatum, primipilatum, & reliquos in militia ordines. *Ampliſſimum*) Tribunatum. *Potes*) tribuere. *Eum*) Voconium *Expreſſi* poſui ante oculos *Vitam*) quod vitæ genus ſequatur. *Extenderem preces*) pluribus rogarem.

C. Plinivs Maximo Svo S.

Verū opinaris, diſtringor centūuiralibus cauſis, quæ me exercēt magis quàm delectāt. ſunt enim pleraq; parua & exiles. Raro incidit vel perſonarum claritate, vel negotij magnitudine inſignis. Ad hoc, perpauci, cum quibus iuuat dicere. cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri ad declamandum huc tranſeunt, tam ir-

Verum opinaris) Centumuirales cauſas, de quibus multa præeximus, tanquam obſcuras, & veterem formam nō ſeruantibus actoribus, per epiſtolam apud Max. notat. Interdum alibi ad Maximum ſcribit vt vbi hortatur edere libros, quos in Blateram compoſuerat. ſiue is fuerit Gauius Maximus vir ſeueriſſimus Præfectus prętorij vſq; ad vicesimum annum: cui poſtea Tatius Max. ſucceſſit. quod vero proximum videtur. nam Secundus eundem in Achaia Legationem Proconſulari imperio gerentem monet libro viij. vt mollius, & clementius ſubditos tractaret. Scio tamen multos fuiſſe Maximos: ad quos potuit ſcripſiſſe, vt ad Claudium Maximum Stoicum inter præceptores diui Antonini, & Albium Max. virum doctum Mart. cōmemorat. Item Secundi extant epiſtolæ quib⁹ teſtatur Domitianū ſcripſiſſe Terētio & L. Appio Maximis: refert Dion aduerſum Antonium rebellantem eundem imperatorem miſiſſe L. Maximum & Traianum. Idem autor eſt, Maximū præfectum, cùm ipſe ad oceanum nauigaret, deſtinaſſe aduerſum deficientes: à quibus pugna victus interiit. Vibio Maximo diuos fratres reſcripſiſſe Vlpianus mentionem facit. *Verum opinaris*) non falleris. reſpondet enim Maximo ſcribenti quod

exiſtimabat Secundum occupatum in Cẽtumuiralibus cauſis. [*Exercent*) fatigant.] *Paruæ*) parui momenti. *Exiles*) obſcurarum perſonarum. nã illud, ad cauſas, hoc, ad perſonas refertur. Vel legatur ex illis ſcilicet cauſis, & tunc ſenſus clarior erit. *Inſignis*) illuſtris cauſa. *Adhoc*) inſuper. [*Cæteri*) cum quibus non iuuat dicere.] *Perpauci*) ſunt patroni. *Obſcuri*) ſine nomine. *Ad declamandum*) tanquam ad fictas cauſas agendas vt fieri ſolet in ſcholis. *Huc*) apud Centumuiros.

reuerenter & temerè, vt mihi Attilius noſter expreſſe dixiſſe videatur, Sic in foro pueros à centumuiralibus cauſſis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis. Nam hîc quoque vt illic primum cœpit eſſe quod maximum eſt. At hercule ante memoriam meam, (maiores natu ita ſolebãt dicere) ne nobiliſſimis quidẽ adoleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari producente: tanta veneratione pulcherrimum opus celebrabatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris, omnia patent omnibus.

Attilius noſter) amicus ſacratiſſimus. Sic decimo libro Martialis, noſtrum dixit. de eo pleraque in ſuperioribus. *Expreſſè*) appoſitè, propriè. *Auſpicari*) incipere. *A Centumuiralibus*) difficillimis & magnis. *Homero*) poetarũ maximo. *Hic*) Quorundam authoritates faciunt, vt referatur ad ſcholas: ſicut illic, ad Centumuiros: quod eſt proximius. quod etiam interdum alibi annotauimus. Vt Liuius vltimo belli Punici, Melior tutiórque eſt certa pax, quàm ſperata victoria: hæc in tua, illa in deorum manu eſt. Apuleius lib. xi. ſui aſini, Vidi aſinum pinnis adglutinatis adambulantẽ cuidam ſeni debili, vt illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres pegaſum. Ouidius, Vtque ſit hic ſomno proditus, ille dolo. Nam, hic, ad Rhœſum refertur, ille, Dolona reſpicit verbum propius. Et lib. 1. Metamor. Vt canis in vacuo leporem cum gallicus aruo Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem. Et loco pronominis hæc, Seneca in Quęſtionibus poſuit iſta. Fulguratio, inquit, oſtendit ignem: fulminatio emittit: illa, vt ita dicam, comminatio eſt, & tonatio ſine ictu: iſta, iaculatio cum ictu. [Valerius inſuper hoc poſuit cum ſuperioribus, ille verò cum inferioribus. nam cum narraſſet exempla parentum indulgentium erga liberos, & mox de eorum ſeueritate dicturus eſſet, Comicæ dixit lenitatis hi patres: tragicæ aſperitatis illi. Item, Vehementius hoc, illud conſideratius exemplum pudicitiæ.] *Primum cœpit*) primum aggrediuntur. *Maiores natu*) ſeniores. *Locus erat*] licebat dicere apud Centumuiros. *Conſulari producente*) viro ſummæ autoritatis & dignitatis in forum comitante. Sic legimus Auguſtum ampliſſimo præditum magiſtratu Caium & Lucium filios ſuo quenque tyrocinio deduxiſſe in forum: ſic Tiberium Romam reuerſum filium ſuum Druſum. Hanc rem Tacitus de cauſis corruptæ eloquentiæ latius exequitur. Ergo inquit, apud maiores noſtros iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur imbutus iam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur à patre, vel à propinquis, ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate tenebat: hunc ſectari, hũc proſequi, huius omnibus dictionibus intereſſe, vtque (ſic dixerim) pugnare in prælio diſceret. *Producente*) Producere autem eſt aliquem in publicum aſſignare. quo modo Curtius etiam in hiſtoriis vtitur. Aliquando de re turpi dicitur, vt apud Iuuenalem, Vtile porro Filiolam turpi vetulæ producere turpem id eſt publicè proſtituere. *Pulcherrimum opus*) Centumuirale iudicium [agẽdi officium] *Refractis clauſtris pudoris*) proſtituto pudore, abiecta omni reuerentia. Quare non immeritò legimus apud M. Tullium Rhetores Græcos dicẽdi magiſtros vrbe pulſos à Craſſo Cenſore edicto, quòd noluiſſet ille vir tantus ingenia obtundi & impudentiam corroborari: nam illos nouos magiſtros nihil

intelligebat poſſe docere, niſi vt auderent. quod etiam cum bonis rebus coniunctū, per ſe ipſum eſt magnopere fugiendum, hoc cum vnū traderetur. & cum impudē- tiæ ludus eſſet, putauit eſſe Cenſoris ne lõgius id ſerperet prouidere. *Omnibus*) malis etiam.

Nec inducuntur, ſed irrumpunt. Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes: conuenitur in media baſilica, vbi tam palàm ſportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudiciū pari mercede tranſitur. Inde iã non inurbanè Φοκλεῖς vocantur: iiſdem latinum nomen impoſitum eſt,

Irrumpunt) cum impetu & vi ingrediuntur. *Actoribus*) cauſidicis. *Redempti mancipes*) oratores cõductores ſeruorum precio conducti ad agendum & ipſi. Plin. Manceps conſtrinx.] Manceps autem quicquid à populo emitur condicitúrve dici putat Feſtus, apud quem tamen ſic legendū puto. Qui aliquid à populo emit cõducítve, quia manu ſublata ſignificat ſe autorem emptionis eſſe. quáquã alibi apud eundē legatur. Mãceps eſt quod manu capitur. Quo loco ſignificare ſeruum videtur. Aſconius, mancipes, ſcribit, ſunt publicanorum Principes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa decimas redimunt: ſic paſtum aut pecora publica ſuo periculo & reipub. repręſentant. Quos non intelligit Secundus, ſed ſeruos [qui precio conducti erant ad audiendū. nam redemptores ſunt qui precium accipiunt: & manceps à Ci. in Prætura vrbana ſic accipitur, Si opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullā prædam eſſe videt.] nam mãcipia credidit appellata Donatus quòd manu capta ſunt, ſeruos ſcilicet reſeruatos cùm eos iure belli licuiſſet occidi. Hinc Iuſtinianus capite de iure perſonarum, Serui etiam mancipia dicti ſunt eo quòd ab hoſtibus manu capiuntur. [*Conuenitur*) à conductis ſeruis & redemptis oratoribus. *Baſilica*) Iulia vbi cauſæ Centumuirales agebantur. teſtatur ipſe alibi, Deſcenderam, inquit, in Baſilicam Iuliam auditurus quibus proxima competendinatione reſponderem. Et Fabius lib. xij. Iuliæ baſilicæ dedicationis meminit Euſebius in Chronicis. quam Vitruuius eodem referente faciēdam curauit. Erat autem locus capaciſſimus vbi ſæpius conſilia publica & priuata iudicia arbitriáque conficiebantur. Inde Seneca, Fremitu iudiciorum baſilicæ reſonant. Extructæ enim ſunt in vrbe præter Iuliã, aliæ baſilicæ: vt Portia & Vlpia, de quibus omnibus fit mentio à P. Victore. *Sportulæ*) munuſcula, quæ dabantur amicis officij cauſa, vt centum quadrantes: de quibus frequentius Martialis. & interdum pro minori ſummula: nam Secundus de diuiſione ſportularum, Qui virilē inquit togam ſumunt vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicant, ſolent totum Senatum atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binóſque denarios, vel ſingulos dare. Et Claudium ſcimus gladiatorium munus appellare cœpiſſe ſportulam, velut ad ſubitam conditam cœnulam inuitantem populum. Sportæ autem & ſportulæ ac ſportellæ, quo verbo Tranquillus vtitur, ſunt nummorum receptacula, ſicut ſacci, ſacculi, ſacelli, autore Pediano. Dion frequenter narrat ſportulas fuiſſe teſſerulas ligneas, quas ex vertice theatri in populum ſpargebant Imperatores: quibus ſigna inerant eſculenti, aut veſtis, aut argenti, præterea vaſis, aut auri, equorum domitorum, pecorum, ſeruorum: eas qui excepiſſent, oportebat ad diſtributores afferre: à quibus quod inſcriptum erat, accipiebant. Et Traianum idem autor, dona per teſſerulas ſeparatim viris ac mulieribus in Theatro & circo dediſſe. *Dantur*) diſtribuuntur clientibus [*Ex iudicio primo*) nam quatuor vt antè diximus iudicia fiebant in Baſilica Iulia, vbi erant totidem tribunalia. Quare inquit, Ex primo iudicio & tribunali, in aliud & deinceps tranſitur.] *Pari mercede*) ternis denariis *Non inurbanè*) facetè, ſalsè. Σοφοκλεῖς, ἀπὸ τοῦ σοφοῦ καὶ τοῦ καλεῖσθαι, id eſt, ab eo quod Sophi dicun-

tur. nam qui dicentibus ſolebant adulari, clamabant Sophos: perinde ac ſi dicerent ſapienter dictum. quod teſtatur Martialis libro. vi. Quod tam grande ſophos clamat tibi turba rogata, Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt. Et primo, Meretur alius grande & inſanũ ſophos. cùm iã dixiſſet, Audieris cũ grãde ſophos. Claudianus, En moueo plauſus: & pallidus omnia laudo. Et clarum repeto térque quatérque ſophos. [Plut. inquit, καλῶς καὶ σοφῶς ſuis temporibus ferè deſueuiſſe, & iam à quibuſdam dici diuinè & phanaticè.]

Quare Secundus inquit eos, qui dicebantur ſophi, facetè appellari Sophocles, non tantum reſpiciens ad tragicos Sophocles (tres enim legimus fuiſſe) quantum ad compoſitionem nominis. Superfluè additum fuerat in codice poſt Σοφοκλεῖς. ἀπὸ τῶ σοφοῖς καὶ τῶ κλεινῶθαι, hoc ex fide veteris exemplaris, & Pliniana inſita breuitate. Fuerat enim cuiuſdam interpretatio fortè ſuperinducta. & poſtea à rudi ſcriptore inter codicis verba inſerta ac annumerata.

laudicœni Et tamen creſcit indies fœditas vtraque lingua notata. Heri duo nomenclatores mei, (habent ſanè ætatem eorum, qui nuper togas ſumpſerunt) ternis denarÿs ad laudandum trahebantur. tanti conſtat, vt ſis diſertiſſimus. Hoc precio quamlibet numeroſa ſubſellia implentur, hoc ingens corona colligi-

Laudicœni) quia laudarentur ob cœnam quod conuenit cum Martiale. Sunt qui σοφοκλεῖς & laudicœni referãt ad auditores: non ad oratores: quòd illi cœnarum cauſa ſapientes vocarẽt, & laudarẽt cauſidicos. [Hunc morem tetigit Lucianus malum oratorem inſtruens: iubet enim vt dũ agit, amici exultẽt, & cœnę preciũ exoluãt. quòd ſi ille defecerit, interim auditores laudando tẽpus occupẽt: qui ſi nõ adeſſẽt, ſerui aduocẽtur: nã & hi multũ oratorię facultati cõferũt.] *Fœditas*) malus mos, & copia peſſimè dicentium. *Notata*) demonſtrata, data crimini. *Vtraque lingua* græco vocabulo eos appellando σοφοκλεῖς, & laudicœnos. *Nomenclatores*) Nomenculator ſiue nomenclator per ſyncopen à nomine calando ideſt citando dicitur, qui vel Principi vel magiſtratui vel candidato nomina ſuggerit & notat. Spartianus in Adriano, Nomina plurimis ſine nomenclatore reddidit: quę ſemel & coniecta ſimul audierat vt nomẽclatores ſępius errãtes emẽdauerit. M. Tullius pro Murena, Quid? quòd, habes nomẽclatorẽ, in eo quidẽ fallis & decipis. nã ſi nomine appellari abs te ciues tuos honeſtũ eſt, turpe eſt eos notitiores eſſe ſeruo tuo quã tibi: ſi & noris, tamen per monitorẽ appellandi ſunt. Cùm Romani ſeruorum legiones domi alerẽt, neceſſe erat habere qui eos nomine citarent. in quod Plinius ſenior ſic inuehitur, Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa acta: ſeruorum quoque cauſa nomenclator adhibitus. Tranquillus, Miſit Caius circa fora & baſilicas nomenclatores ad inuitandos ad libidines iuuenes ſenéſq;. Extat Auguſti ſcomma de nomenclatore, obliuioſo, dicente Imperatori, Nunquid ad forum mandas? accipe inquit commendaticias, quia illic neminem noſti. Et illud pariter Fabii, de ingrato litigatore cauſidici conſpectum vitante in foro per nomenclatorem miſſum ad eum, Amas me, inquit, quia te non vidi. Hunc prius fartorem dictum, veluti qui clam infarciret nomina in aurem domini, Porphyrio & Feſtus ſcribunt. Martialis qui piſcem mugilem nomine citabat, per tranſlationem nomenclatorem appellauit. ac nomenclaturam Plinius & Columella nomenclationem dixerunt. *Nuper togas ſumpſerunt*) qui ſeptimum decimum ætatis annum ingreſſi ſunt. Placet intelligere virilem togam, quæ eo ætatis ſumebatur referente Iuriſconſulto. *Trahebantur*) precio non ſponte addicti. *Tanti*) tam paruo. *Sis*) videaris. *Quamlibet*) vel maxima quantumuis. Quintilianus, Quamlibet multa legerimus, quodam tamen modo recentes ſumus ad id quod incipimus. *Numeroſa*) magnum auditorum nume-

rum capientia. vnde numeroſiſſimos fœtus, copioſiſſimos & multiplices dixit Columella. proinde ſcio à M. Tullio numeroſam orationem appellari. quæ numeris conſtet. *Subſellia*) ſedes promiſcuas. ſic Tranquillus vocat ad ſpectandos ludos in Theatro comparata ſedilia. Et Cor. Celſus ſubſellium pro ſella priuata poſuit. Aſconius tamen ſubſellia prodidit eſſe Tribunorum, Triumuirorum, Quæſtorum, & huiuſcemodi iudicia minora exercentium. qui non in ſedibus curulibus & tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. *Corona*) audientium circulus, concio. Significat enim circulum vniuſcuiuſque rei: hominum præſertim ſtantium. Ouidius, Conſedere duces, & vulgi ſtante corona. Virgilius, Vt fera quę denſa venantum ſepta corona. M. Tullius de Claris Oratoribus, Si à corona relictus ſim, non queam dicere. Seneca in Naturalibus, Fulgorem, qui ſidera circumnectit, Græci ἅλω vocāt, id eſt aream, nos coronam. quia ferè terendis frugibus loca deſtinata rotunda ſint. nam ſicut arcus ſolares lunaréſque omnes ſunt, ita coronæ omnium ſiderum. Palladius, In faſtigiis murorum Prætorii iuſſit coronas prominentes fieri. Demum Cato in re Ruſtica, extremitates agrorum coronas poſſe dici demonſtrat, cùm circum coronas & vias, vlmos ſeri præcipit.

tur: hoc infiniti clamores commouentur, cum μεσόχορος dedit ſignum. Opus eſt enim ſigno apud non intelligentes, ne audientes quidem: nam plerique non audiunt, nec vlli magis laudant Si quando tranſibis per Baſilicam, & voles ſcire quomodo quiſque dicat, nihil eſt quòd tribunal aſcendas, nihil quòd prebeas aurem, facilis diuinatio. Scito eum peſſimè dicere, qui laudabitur maximè. Primus hunc audiendi morem induxit Largius Licinius, hactenus tamen, vt auditores corrogaret. Ita certè ex Quintiliano, præceptore meo, audiſſe memini. narrabat ille, Aſſectabar Domitium Afrum, quum apud centumuiros diceret grauiter &

Infiniti clamores) Iuuenalis Feſſidium tangens, hunc agendi modum notauit, Quanto. Feſſidium laudat vocalis agentem Sportula. *μεσόχορος*) qui in media turba eſt, compoſitum vocabulum, ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ τοῦ χόρου, id eſt, à medio choro *Signum*) laudandi. *Non audiunt*) vel intenti aliis, vel procul ſtantes. *Baſilicam*) regiam Iuliam. *Tribunal*) Reprehendit Fabius, qui audent dicere tribunale. *Prebeas autem*) attendas. *Facilis*) eſt. *Dicere*) agere cauſam. *Præ cæteris*) ſupra cæteros. *Induxit*) inſtituit. *Largius Licinius*) qui Plinii auunculi commentarios quadringentis millibus emere voluit: vir Prætorius, & poſt Præturam Legatus: cui iura reddenti Carthagine accidit mordenti tuber, vt deprehenſus inde denarius primos dentes inflecteret. hæc ex xix. Plinii: apud quem legitur Lartius Licinius: pariter libro. xxx. Latinum Largum Paulus Iuriſconſultus commemorat. *Hactenus*) tantum vt auditores haberet ſine precio. *Corrogaret*) rogando conuocaret. *Quintiliano*) M. Fabio Quintiliano ſummo oratore, operibus ſuis & præconio Iuuenalis celeberrimo. Hic ex Calagura Hiſpaniæ oppido oriūdus inter Patricios Romanos inſertus: ſiue iure latii, ſeu Principum liberalitate, quod multis factitatum videmus: vt Secundo noſtro, ne longius diſcedamus: nam ille, authore Auſonio, Conſularia ornamenta per Clementem adeptus eſt: vnde non mirum ſi Iuuenalis eum nobilem per lunata calciaméta deſignauit. immo vt magis probem fuiſſe Romanum ciuem, addam Trebellii Pollionis dictum: vbi Poſthumii iunioris eloquentiam laudat, adeo probatam aſſerens vt eius controuerſiæ Quintiliano dicantur inſertæ, quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, vnius capitis lectio prima ſtatim fronte demonſtrat. Romani ergo generis appellauit,

appellauit, vel ob eloquentiam, vel quorum maiores vrbe donati fuerant.] nam alterius Quintiliani declamatoris Seneca plerunque meminit. *Præceptore meo*) libro vi. repetit Quintilianum & Niceam audiuiſſe. *Affectabar*) comitabar eum ad agendum iret [Domitium Afrum. qui recens Prætura modicus dignationis, & quoquo facinore feſtinans clareſcere, ſub Tiberio, ſi Tacito fidem, adhibemus Claudiam pulchram & Furnium reos peregit: inde primoribus oratorũ additus, diuulgato ingenio & aſſecuta Cæſaris aſſeueratione, qua ſuo iure diſertum eum appellauit: mox capeſſendis accuſationibus, aut reos tutando proſperiore eloquẽtiæ quàm morum fama fuit: niſi quod ætas extrema multum etiam eloquentiæ dempſit, dum feſſa mente retinet ſilentii impatientiam.] Fabius confitetur lib. v. Domitium Afrum, ſenem ſe adoleſcentulum coluiſſe, cùm adhuc cauſas ageret: quo tempore multum de priſtina authoritate perdidit, prius fori princeps creditus: inde ęmulatione quadam ſub Caio reus. (Conabatur enim is Imperator omnes oratores, Domitium imprimis acerrimum & ſummum dicendo ſuperare) pręter ſpẽ abſolutus eſt: quod nihil Caio accuſanti reſponderit, neque ſe defenderit: ſimulabat autem vereri & Imperatoris vim admirari. quare ad preces conuerſus tremebundus dicebat ſe magis Caium oratorem, quàm Cæſarem expaueſcere. quibus princeps captus perſuadens dicendi acrimonia viciſſe (Calliſto liberto inſuper adiuuãte) Domitium iudicio liberauit, & Conſulem renũciauit, abrogatis qui tunc in eo fuerant honore. hæc Dion. Mortis eius meminit Tacitus, ſed adeo circumciſẽ, vt nemini dubium eſſe poſſit, quin pars aliqua hiſtoriæ intercideri: nam nec cauſas nec modum, quod alibi aſſolet, ibi explicat. Euſebius in Chronicis tradit mortuũ fuiſſe Afrum in cœna ex cibi redundantia. Liberandus eſt Iulii Frontini libellus de aquęductibus errore maniſeſtiſſimo, vbi inquit, Galloq; Veranio, Pompeio Longino Coſſ cui Comitius Afer. tu, monente Tacito, repone Gallóque Qu. Veranio & C. Pomp Longino Coſſ Domitius Afer. nam is poſt Didium Gallum aquis publicis præfectus eſt. Scripſit autem libros duos de teſtibus. quos Fab. non diſſimulat ſe fuiſſe imitatum: & dictorũ quoque, præter multas orationes, ab eodem vrbane ſunt editi libri.

lentè (hoc enim illi actionis genus erat) audiit. ex proximo immodicum inſolitúmque clamorem, admiratus reticuit: vbi ſilentium factum eſt, repetit quod abruperat: iterum clamor, iterum reticuit: & poſt ſilentium cœpit idem tertiò. Nouiſſimè quis diceret, quæſiuit. reſponſum eſt, Licinius. Tum intermiſſa cauſa, Centumuiri, inquit, hoc artificium periit. quod alioqui perire incipiebat, quum periſſe Afro videretur: nunc verò propè funditus extinctum, & euerſum eſt. Pudet referre, quæ quàm fracta pronunciatione dican-

Grauiter) mature. nam Fab. Afro maturitatem in agẽdo tribuit. *Ex proximo loco*) propinquo. dicebat enim Licinius in Baſilica Iulia apud aliud tribunal. erant autem quatuor tribunalia: ideo Centumuiralis haſta appellatur, alibi quadruplex iudicium à Secundo. *Reticuit*) deſtitit Afer ab agendo. *Silentium*) à laudantibus Licinium. *Repetit*) actionem. *Abruperat*) intermiſerat. *Clamor*) applaudentium exortus eſt. *Reticuit*) ſecundo Afer. *Idem*) fecit. *Intermiſſa cauſa*) digrediens à re quam tunc agebat. *Centumuiri*) ô iudices. *Artificium*) dicendi ars. Paulus & Modeſtinus Iuriſconſulti pro ſcientia cuiuſcunque artis accipi volunt artificium. *Periit*) potius quàm perit: ſicut ſequentia indicant, & fides exemplaris manuſcripti aſtipulatur. *Alioquin*) re vera. *Quæ*) inſulſa & puerilia. multum enim obcæcantur à ſcholis in forum trãſeuntes: & quem in dicendo non pudet, hunc Cicero non

reprehenſione ſolùm ſed etiam pœna dignum putat. *Fracta*) eneruata, molli, ſcenica. in quod acerrimè Fabius inuehitur poſt multa pronunciationis enumerata vitia. Sed quodcunque, inquit, magis tulerim quàm quo nunc maximè laboratur in cauſis omnibus ſcholiſque cantandi: quod inutilius ſit an fœdius neſcio. quid enim minus oratori conuenit quàm modulatio ſcenica? & nonnunquam ebriorum, aut comeſſantium licentiæ ſimilis?

tur: quibus, quàm Teneris clamoribus excipiantur. Plauſus tantùm, ac potius ſola cymbala & tympana illis canticis deſunt. vlulatus quidem (neque enim alio vocabulo poteſt exprimi,) theatris quoq; indecora laudatio largè ſuperſunt. Nos tamen adhuc & vtilitas amicorum, & ratio ætatis moratur, ac retinet. Veremur enim ne fortè non has indignitates reliquiſſe, ſed laborem fugiſſe videamur. Sumus tamen ſolito rariores, quod initium eſt gradatim deſinendi. Vale.

Quibus) laſciuis. *Teneris*) libidinoſis. *Excipiantur*) illis deſinentibus ſuſcipiãtur ab auditoribus: nam excipere, eſt rem ab aliis prænunciatam pariter referre vel ſcribere, & notare: per tranſlationem dicimus excepta vulnera: interdum tamen ſimpliciter pro ſuſcipere. vt Curtius, Legatos ab Alexandro exceptos, id eſt admiſſos. apud Virgil. interficere ſignificat, cùm inquit, Excipit incautum. & Plin. ſenior excipulas vocat naſſas, quibus anguillæ capiuntur. *Plauſus*) adulantium ſtrepitus. Petronius abigit hoc genus hominum, Nec plauſor, dicens, ſedeat redemptus, hiſtrionea addictus. *Cymbala*) dicta à concauitate & curuatione, ſicut cymbia pocula. κυφὸς enim curuum, quaſi ergo κυφαλά, id eſt curua aliqua. Hinc Lucretius, Tympana tenta tonant palmis & cymbala circum Concaua rauciſonóque minantur cornua cantu. Nam cymbala tinnitum ſicut tympana ſonitum edunt autore Apuleio. & in epigrammate Alexidis cymbala acuti ſoni vocata. Athenæus ſcribit in tibiis bombum, in cymbalis tinnitum, & tympanis ſonitum dici. Erant autem cymbala tutelæ matris deorum aſcripta, quòd ſimilia ſunt hemicyclis cæli quibus terra deorum mater cingitur. Extat Martialis diſtichon de cymbalis, Aera celenęos lugentia matris amores Eſuriens Gallus vendere ſæpe ſolet. Et Diodorus ſcribit, Cybelen inueniſſe cymbala & tympana. Et cymbaliſtam dicimus qui cymbalis, ſicut tympaniſtam qui tympanis vtitur. *Tympana*) bellica Indorum inſtrumenta pro tubis: ea in aëre ſuſpenſa ſcuticis diuerberabant. vnde horrendus quidam ſonitus emittebatur. Conficiebantur autem ex trunco abietis cauato orichalci tintinabulum in eo collocantes, & taurino corio circumtegentes: hæc in pugnas elata ferebant: cùm verò ſtrepitum maximum, aut ſigno aliquid ſignificare volebant, conuertentes ad os, ligneum vas concutiebant: at quæ in eo erant tintinnabula multa, & magna in arcto reſonantia, intus obſcurum quẽdam ſonitum faciebant: quem mugitu non diſſimilem huius rei ignari difficile poterant diſcernere inſtrumenti an beluę ruditus eſſet. & Hammonius, tympanum pellibus contectum pulſatur. à verbo τύπτω tympanũ, & interpoſitione (m) deductũ: baccharum inſtrumentum, & in ſacris Dionyſij ferri ſolitum refert Athenæus. Tranquillus, Gallum tympanizantem dixit, quòd tympanum pulſaret, & maſculino genere prolatum Suidas non ſine authore ſcripſit. Iulius Pollux tympana vaſorum nomina eſſe, quæ & cymbala dicuntur, aſſerit. Plinius, Tympanas margaritas, quibus vna facies rotunda, & planicies auerſis eſſet. Tympana præterea vehiculorum tecta legimus. Et apud Celſum tympanitem genus hydropis: cùm ventre vehementer intento creber intus ex motu ſpiritus ſonus eſt. Et tympanum carnificis lignum, quo noxios torquet.

Inde τυμπανίζειν, id eſt flagellat, excoriat, deductum. *Vlulatus*) mulierum lamentatio. Cæſar etiam barbaris aduerſum ſe pugnantibus hunc ſonum dedit. *Indecora theatri*) vbi ſpectatores licenter Cæſaribus & victoribus ſolebant applaudere. Martialis, Quæque ſonant pleno voceſque manúſque theatro, Cùm populus ſubiti Cæſaris ora videt. *Ratio ætatis*) nondum enim peruenerat ad ſexageſimum annum, vel ſeptuageſimum, ſecundum alios: cùm liceebat ſe excuſare à ciuilibus officiis. *Indignitates*) indecora, digno homine indigna. *Rariores*) rarius quàm conſueueramus apud Centumuiros agimus. *Gradatim*) paulatim.

C. PLINIVS VALERIO SVO S.

Qvomodo te veteres Marſi tui? Quo modo emptio noua? placent agri, poſtquam tui facti ſunt? Rarum id quidem, nihil tamen æquè gratum eſt adeptis quàm concupiſcentibus. Me prædia materna parum commodè tractant: delectant tamen, vt materna. Alioqui longa patientia obcallui. Habent hunc finem aſſiduæ querelæ, quod queri pudet. Vale.

Qvomodo) Interrogat Valerianũ quãtum veteribus, & nuper comparatis agris oblectetur. Valeriani Pollionis meminit Martialis. *Quomodo?*) placent tibi. *Veteres*) agri auiti & maiorum tuorum. *Marſi*) quos in Marſis poſſides. Marſi à velocitate pedum dicti populi vltra Picenum in ſecunda regione terrori ſunt ſerpentibus, referente Plinio & Dionyſio. nec quenquam fugiat à Strabone & Tacito etiam Marſos aſſignari Germaniæ. *Emptio noua*) agri à te nuper empti. *Rarum id quidem*) rarò euenit, vt quod eminus placeat. [*Nihil tamen*) quãquam poteſt euenire vt emptio noua cùm deſideratur placeat. Sunt qui velint, nihil tamen vſque ad me, fuiſſe quandam gloſſulam & epiſtolæ inſertam. quid ſi ademptis, pro emptis.] *Adeptis quàm concupiſcentibus*) ſi rem quam ſummopere deſiderauerant adepti ſunt. *Prædia materna*) quæ iuxta Larium à matre, ſicut paterna, à patre poſſedit. *Parum commodè*) admodũ infructuoſa & ſterilia ſunt. *Vt materna*) quia fuerũt meæ matris, ſororis inquam ſenioris Plinii. *Alioquin*) adhæc. *Occallui*) obdurui, aſſueui, callum feci. *Queri*) multum lamentari de eadem re, [quare impetret prudentia quod dies impetrabit.]

C. PLINIVS ANNIANO SVO S.

Tv quidem pro cætera tua diligentia admones me, codicillos Aciliani, qui me ex parte inſtituit hæredem, pro non ſcriptis habendos: quia non ſint confirmati teſtamẽto. Quod ius ne mihi quidem ignotum eſt, cùm ſit iis etiam notum, qui nihil aliud ſciunt: ſed ego propriam quandam legem mihi dixi, vt de-

Tv quidem) Annianum hortãté, Aciliani codicillos, quia non eſſent teſtamento cõfirmati, irritos habendos, monet ſe pluris facere defuncti voluntatem quàm ius ipſum. [Vidi in monumentis Brixianorum, C. Lucretium Annianũ. Præ-

functorum voluntates, etiamſi iure deficerentur, quaſi perfectas tuerer. Conſtat autem codicillos iſtos Aciliani manu ſcriptos. Licet ergo non ſint confirmati teſtamento, à me tamen vt confirmati obſeruabuntur. præſertim cùm delatori locus non ſit. Namſi verendum eſſet, ne quod ego dediſſem, populus eriperet, cunctatior fortaſſe, & cautior eſſe deberem. Cum vero liceat hæredi donare, quod in hæreditate ſubſedit, nihil eſt quod obſtet illi meæ legi, cui publicæ leges non repugnant. Vale.

terea in quibuſdam exemplaribus] memini legere ad Annium ſcriptam epiſtolam: ſiue is fuerit Annius Gallus ab Othone peditum rector deſtinatus, & cum Veſtritio iterum copiarum rector ad occupandas Padi ripas præmiſſus: deinde à Mutiano dux cum Petilio Cereale electus. Siue Annius Verus, qui poſtea aſcito nomine Antonini imperauit. Potuit & mitti T. Annio Flauiano aquarũ curatori Veſpaſiano quinto, & Tito Coſſ. Frontino autore. Nimiam menſarum lautitiam Martialis etiam in Annio notat. *Pro cætera tua diligentia*) vt in cæteris rebus diligens es, & inter cætera, in quibus vteris diligentia. *Codicillos*) epiſtolas. Fabius, Codicilli dubium ad quem ſcripti. Plinius tradit Homerum ſcripſiſſe Bellerophonti codicillos datos. Tranquillus autem Othonem ſcripſiſſe ad ſororem codicillos conſolatorios. Deriuatio tamen verbi aliud quàm epiſtolas importare videtur, referente Seneca: nam caudex, ſiue codex, à quo codicilli, plurimarum tabularum contextus eſt. *Aciliani*) Cor. Minutij Aciliani Brixienſis. *Ex parte*) ſui peculij: nam alios Secundo cohæredes ſcripſerat. *Non ſcriptis*) irritos, inutiles. *Confirmati teſtamento*) ante Augusti tempora conſtat codicillorum ius in vſu non fuiſſe, ſed primus L. Lentulus codicillos introduxit: cuius authoritatem multis ſequẽtibus idem Imperator Trebatio ſuadente conſtituit codicillos iure optimo eſſe. & cùm ante teſtamentum codicilli facti erant, Papinianus ait, Iuſtiniano referente, non aliter vires habere: quàm ſi ſpeciali poſt eius voluntate confirmentur: nam quæ poſtea ſequuntur prioribus derogant. Inde libro vicesimonono, Idem inquit ante tabulas teſtamẽti codicilli facti non aliter valent, quàm ſi teſtamento, quod poſtea factum eſt, vel codicillis confirmentur. *Ius*) vetus, quod poſtea fuit emendatum ſicut mox oſtendemus. *Propriam*) conuenientem. Sunt qui legant proximam [non inconuenienter.] Iulianus, De quibus cauſis ſcriptis legibus non vtimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus & conſuetudine inductum eſt: & ſi qua in re hoc defecerit, tũc quod proximum, & conſequens eſt. *Dixi*) conſtitui. Defunctorum voluntates, quod ſæpe mandant Iuriſconſulti titulo de militari teſtamento. & poſtea ſecundum Iuſtinianum Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, Ex his codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat eum, qui teſtamentum fecit, à voluntate quam in codicillis expreſſerat non receſſiſſe. hinc Iulianus. ff. xxix Codicillorum ius ſingulare eſt, vt quæcunque in his ſcriberentur, perinde haberentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent. & teſtamento facto etiam ſi codicilli in eo confirmati non eſſent, vires tamen ex eo capiunt. Ex quibus ſanè colligitur Iuriſconſultum imitatum fuiſſe Secundi ſententiam. *Manuſcriptos*) Martianus & Paulus, Codicillos, neque ſua manu ſcribere, neque ſignare licet, valent tamen. Conficiuntur autem quatuor modis: aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommiſſum, aut ſine teſtamento. *Vt confirmati*) reſpiciendo ad eius voluntatem. *Delatori locus non ſit*) [quadruplator non habeat opportunitatem deprædandi,] non autem præbeat delatori Imperator Traianus, per quem legimus id genus hominum exactum in exilium. *Dediſſem*) donaſſem alii. [iam enim Plinius eam hæreditatem donarat.] *Populus*) ærarium

publicum, quod ſub Traiano ſilens & quietum fuit, relegatis delatoribus, qui omnia teſtamenta prius irrita faciebant. [an populus Brixienſis qui hæres erat eorum qui ſine hærede legitimo moriebantur.] *Cautior*) in donatione. [*Haredi*) legatario. *In hæreditate*) in computatione aſſis.] *Subſedit*) relictum eſt, remanſit. Virg. Extremus galeáque ima ſubſedit Aceſtes. Interdum ſubſidere eſt dolo poſſidere, à quo ſubſeſſores qui tauros inſidiis necant. *Mea legi*) conſtitutæ à me, vt voluntates defunctorum tuerer. *Publica leges*) quibus cauebatur, vt codicilli, & ſi non eſſent confirmati teſtamento, tamen vires ex eo caperent.

C. Plinius Gallo Suo S.

Miraris, cur me Laurentinum, vel (ſi ita mauis) Laurens meum tantopere delectet? deſines mirari, cum cognoueris gratiam villæ, opportunitatem loci, litoris ſpatium. Decem & ſeptem millibus paſſuum ab vrbe ſeceſſit: vt peractis, quæ agenda fuerint, ſaluo iam & compoſito die poſſis ibi manere. Aditur non vna via: nam & Laurentina & Oſtienſis eodem ferunt: ſed Laurentina à quartodecimo lapide, Oſtienſis ab vndecimo relinquenda eſt. Vtrinque excipit iter aliqua ex parte arenoſum, iumentis paulo grauius & longius, e-

Mirari) Reſpondet Gallo admiranti cur tantopere Laurentino agro detineretur. Loci opportunitatem & villæ ſtructuram mirus tanquam architectus deſcribens: hortatúrque vt villam tot rebus ornatam contubernio ſuo magis commendet. Siue is fuerit Didius vel Annius Gallus, de quo nuper diſſeruimus: an ille Gallus cuius fauore Adrianus Traiano fuit acceptus. Galli Præfecti vrbis fit mentio apud Iuuenalem Satyra xvi. Rubriũ Gallum cum Cælio Piſone Conſulem, per quos ſubuentum libertatibus eſt Senatuſconſulto, teſtatur Vlpianus fuiſſe temporibus diui Traiani. Poſſumus etiam intelligere Numatium Gallum, quem Martialis libro decimo ſcribit fuiſſe ſimplicitate priſca, & bonitate Socrati parem. *Laurens*) nam Seruius ſuper illud Virgilii libro decimo, Multóſque palus Laurentia ſylua Paſtus arundinea, inquit, Laurentia pro Laurens: recta enim deriuatio hæc eſt. Quare Secundus vt rectè loqueretur per correctionem Laurens appellauit: quanquam alibi ſemper Laurentinum dicat: non ſine analogia, vt pote à Laurento oppido deductum: tametſi ab eo Laurentes vocemus. [An quia vſus fuerat diminutiuo, ne tam egregium opus minueretur, grandiori vocabulo dictum correxerit.] *Gratiam*) elegantiam, ornatum. *Opportunitatem loci*) facilitatem adeundi: vel commoda ædificij, & ſitus. *Vrbe*) Roma. *Seceſſit*) nam & ſeceſſus villa dicitur. *Peractis*) completis negociis in villa. *Saluo*) integro, recondito. *Compoſito*) finito. Virgilius, Ante diem clauſo componet veſper olympo. *Aditur non vna via*) itur in Laurentinum duabus viis. *Laurentina*) quæ Laurentum ducit: ſicut Hoſtienſis, quæ Hoſtiam. [*Tibi relinquenda eſt*) ſi voles in rus meum diuertere.] *Eodem*) ad Laurentinum meum. *Lapide*) miliario, vnum enim quodque miliarium ſignabant ab vrbe lapide in via erecto: & nunc quoque plurimis vicis manſit appellatio, à numero lapidum. & Martialis inquit, Ad lapidem Torquatus habet Prætoria quartum. Ad quartum breue rus emit Otacilius. *Iter*) quod minus eſt quàm via, quæ in ſe continet iter & actum. ſecundum Vlpianum. Pomponius autem, Via inquit anguſta, per quam neque iumentum, neque vehiculum ire poteſt, iter ſiue actus eſt: ſed ſi iumentum de-

duci, non autem vehiculum, poterit actus appellari. Et Modeſtinus, Iter eſt quò quis pedes vel eques commeare poteſt. Actus, vbi & armenta trahere, & vehiculum ducere liceat. *Excepit)* diuertentes in Laurentinum meum ſuſcipit. *Iunctis)* equis coniugatis. Tranquillus in Dictatore, poſt ſolis occaſum mulis è proximo piſtrino ad vehendum iunctis. Sequentium tamē ſcriptorum autoritas facit, vt magis credam legendum iumentis, quod etiam in quibuſdam codicibus receptum video. Idem Tranquillus in Nerone, Sed & in viæ Appiæ vico repentè puerum citatis iumentis haud ignarus obtriuit. Vlp. ff xxxij. Legato continentur mancipia, puta lecticarij: qui ſolam matremfa. apportabāt: item iumēta, vel lectica, vel ſella. Et Marcellus, iumentis legatis boues non continentur. Inde Pompon. de verb. ſignific. Boues magis armentorum quàm iumentorum nomine appellantur. *Granius)* propter arenas & viæ longitudinem.

quo breue & molle. Varia hinc atque inde facies. nam modò occurrentibus ſyluis via coarctatur: modò latiſſimis pratis diffunditur & pateſcit. multi greges ouium. multa ibi equorum, boúmque armenta: quæ montibus hyeme depulſa, herbis & tepore verno niteſcunt. Villa vſibus capax, non ſumptuoſa tutela. Cuius in prima parte atrium frugi, nec tamen ſordidum: deinde porticus in O literæ ſimilitudinē circumactæ, quibus paruula, ſed feſtiua area includitur: egregium hæc aduerſum tempeſtates receptaculum. nam ſpecularibus, ac multo

Breue) quia facilius equo viarum conpendia rapiūtur. & Columellæ præceptum extat, Iter commodum, in fundum multum conferre. rationesque inibi explicantur. *Molle)* facile. [*Varia*) adſcribitur etiam grata.] *Facies)* rerum aſpectus. *Hinc atque inde)* à dextera & ſiniſtra. *Occurrentibus)* quas itinere offēdimus. *Coarctatur)* reſtringitur. *Diffunditur)* aperitur, dilatatur. *Greges)* propriè loquitur. *Montibus)* in adiacentibus iugis. *Depulſa hyeme)* tranſacto tempore hyberno: an quod magis probo, quæ tempore brumali à montibus in planum deducta: nam illic tunc ſtridet boreas [tēpore verno, calore temperato, vt aſſolet fieri vere. & licet videre in multis locis hyeme ad littus aurā apricari. Nec ignoro depellere apud Varrònem & Virgilium eſſe à lacte remouere] *Niteſcunt)* pingueſcunt. Virgil. quæ cura nitentes Paſcere equos. *Vſibus capax)* ſufficiens ad vſum. *Non ſumptuoſa tutela)* non cōſtat magni cuſtodia, & cura eius. *Frugi)* moderatum, non ſumptuoſum: [quamuis nō luculentū.] *Atrium)* quod erat in prima parte domus: inde quidam opinatur dictum, quod eſſet anterius. Varro ab Atriatibus Tuſcis appellatum credidit: illinc enim exemplum ſumptum. At Feſtus inquit, Atrium propriè eſt genus ædificij ante ædē continens mediam aream: in quā aqua collecta ex omni tecto deſcēdit. dictum autem atrium quòd à terra oriatur quaſi aterarium. Ideo non inconcinnè poeta dixerat, Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat. Et Appianus, Atrium quoque templo veneris circumduxit, quod Romanorum forum eſſe voluit [Ac Ouidius, Atria nobilium valuis celebrantur apertis.] In atrio ſolebant maiorum ſtemmata collocare ſuper tabulinum. Locus ſalutandi proprius, & ianuis propius atrium fuit, ſi Vitruuio credimus, monenti pauperibus non neceſſaria magnifica veſtibula, nec tabulinum, nec atria: quòd in aliis officia præſtent ambiendi. Gellius & Macrobius eius æmulator pleraque inſuper de atrio prodidere. *O literæ)* in rotunditatem ad typum literæ O. fuit etiam in ſecunda lectione in Δ literæ. vt ſcilicet porticus illæ triangulares eſſent. *E quibus)* porticibus. *Area)* locus in ædibus ſub dio. Florenti-

nus; Area locus in vrbe ſine ædificio: in rure ager appellatur: idémque ager cum ædificio fundus dicitur. At Paulus, Area pars inſulę eſt, & quidem maxima. Feſtus, Area locus vacuus quaſi exaruerit, & non poſſit quicquam generare. Apollinaris pro eminentiore loco videtur accepiſſe: In quorum inquit aream ſiue ſuggeſtum à ſubiecta porticu ſenſim gradibus aſcenditur. Eſt & trituræ locus, quam aream Varro fieri præcipit circularem. Celſus pro morbo aream ponit. *Feſtiua*) elegans. *Receptaculum*) confugium, ſunt illæ porticus. *Tempeſtates*) malas temporum qualitates. *Specularibus*) ſicut noſtra tempeſtate vitreis orbibus conglutinatis frigus & ventos arcemus: ſic olim lapidibus ſpecularibus in quamlibet tenues cruſtas fiſſis. Hiſpania & Cappadocia multitudine & magnitudine Cyprum & Ciliciam ſuperant. Sunt tamen obſcuriores. vt in agro Bononienſi breues, & maculoſi. Candido ſpeculari mira natura ineſt: cum neque ſeneſcat, faciléque ſolem & frigus ſuſtineat. Seneca quædam ſcribit, Noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, vt ſpeculariorum vſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen, & balneorum luxuriam vellicans. Pauper ſibi videtur ac ſordidus, niſi parietes magnis ac precioſis orbibus refulſerint. Quantæ nunc aliquis ruſticitatis damnat Scipionem quòd non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerat. In quem fuerint vſum ſequentia monſtrabunt exempla Iuuenalis, Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro Vlpian⁹, Neq; ſpecularia, neq; vela frigoris cauſa vel vmbræ, eſſe domus inſtrumenta ſed ornamenta. Sunt enim cõparata voluptatis gratia. Verum idem putat ſpecularia eſſe partem domus, ſiue ſint affixa ædificio, ſiue ad tempus detracta. Martialis ad frigus remouendum & ventos teſtatur, Hybernis obiecta notis ſpecularia puros Admittunt ſoles & ſine fece diem. Item, Condita perſpicua viuit vindemia gemma, Et tegitur fœlix, nec tamen vua latet. Nam & roſas eodem authore ſpecularibus à tempeſtate defendebat antiquitas. Et Columella cucumeres oſtendit fieri præmaturos, ſi vaſis maioribus rotulæ ſubducantur, quo tecti ſpecularibus hyeme ſerenis diebus tutò producantur ad ſolem, rurſus intra tecta recipiantur. Sic Tiberio ferè toto anno cucumis oblatus. Et Palladius iubet cellam olearem contra frigus ſpecularibus, vt lumen admittat, muniendam. [*Multo magis*, quia melius reſiſtunt tempeſtatibus.]

magis imminentibus tectis muniuntur. Eſt contra medias cauædium hilare: mox triclinium ſatis pulchrum, quod in litus excurrit: ac ſiquando Africo mare impulſum eſt, fractis iam, & nouiſſimis fluctibus leuiter adluitur. Vndique valuas, aut feneſtras non minores valuis habet: atque ita à lateribus, à fronte quaſi tria maria proſpectat. A tergo cauæ-

Muniuntur) defenduntur. *Medias*) porticus, [quidam legunt meſaulas non medias. de quibus Vitruuius, Inter duo autem piſtyla itinera ſunt, quæ meſaulæ dicuntur: quod inter duas aulas media ſunt interpoſita.] *Cauædium*) Vitruuius & Varro diſiũctum protulere, caua ædium appellantes. erat autem intra parietes locus tectus & patulus ad vſum omnium maximè ſalutantium relictus. nam etiam non inuitati illuc commeare poterant, ſic ad veſtibulum & periſtylia. ædificabantur autem iuxta triclinium in quinque genera diſtinctum Thuſcanicum, Corinthiũ, Tetraſtylum, diſpluuiatum, teſtudinatum. quare ſtatim ſubnectit triclinium. Hic dicet aliquis Secundum non ex arte locum deſcribere. præcipit enim Aphthonius in ſuis Præexercitamentis incipiendum à rebus circumiacentibus in locorum deſcriptionibus: quem ſanè ordinem ſeruauit idem, dum alteram in Thuſcis villam repræſentat. Sed hic non mirum ſi ſtatim membra domus aggreſſus eſt, cum nihil circa præter mare & litus haberet. Illic verò longè alia, vt agrorum & montium, colliũmque varias facies, à quibus non inartificioſè principiũ

fecit. *Excurrit*) extenditur, porrigitur. *Africo*) vento ab Africa ſpirante, qui & Lybs dicitur. *Fractis*) laſſis & deſinentibus. *Alluitur*) madefit. *Quaſi tria maria*) nam re vera mare Tyrrhenum tantum proſpectabat, ſed eum à tribus locis, à fronte ſcilicet & duobus lateribus proſpectum haberet, quaſi tria maria dixit propter diuerſam faciem. Inde Pollij Surrentinum ſic laudatur à Statio, Sua cuique voluptas. Atque omni proprium thalamo mare, transque iacentem Nerea diuerſis ſeruit ſua terra feneſtris. *Fronte*) anteriore triclinii parte: ſicut in homine, ac etiam in acie prima Decurionum ordinatio in aduerſos hoſtes ſpectans frons dicitur. *A tergo*) ab occipitio, reſpicit illud triclinium. *Porticum rurſus*) alteram porticum: an præcedentis partem.

dium, porticum, aream: porticum rurſus, mox atrium, ſyluas, & longinquos reſpicit monteis. Huius à laua retractius paulo cubiculum eſt amplum: deinde aliud minus, quod altera feneſtra admittit orientem, occidentem altera retinet. Hac & ſubiacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur. Huius cubiculi, & triclinij illius obiectu includitur angulus, qui puriſſimum ſolem continet, & accendit. Hoc hybernaculum, hoc etiam Gymnaſium meorum eſt. Ibi omnes ſilent venti, exceptis, qui nubilum inducunt, & ſerenum ante quàm vſum loci eripiunt. Adnectitur angulo cubiculum in apſida curuatum, quod ambitum ſolis feneſtris

Longinquos) remotos. *Huius*) triclinii. *Retractius paulo*) aliquantulum remotius. *Cubiculum*) dictũ autumat Feſtus à cuba Sabinorum lingua, quam militares lecticam vocant. cubicula etiam Vitruuius ſolet appellare tignorum & aſſerum ſuſtentacula. *Aliud*) cubiculum. *Orientem*) ſolem. nam cubicula ſicut bibliothecæ orientem ſpectare debent: cùm illa matutini luminis vſum poſtulent, in his libri non putreſcant. *Retinet occidentem*) caleſcit ſole occiduo & teporem in nocte reſeruat. *Hac*) feneſtra occidentalis. *Subiacens*) propinquum. *Illa*) orientalis. *Securius*) minori fragore. *Obiectu*) poſitu & occurſu. *Huius*) cubiculi minoris. *Illius*) maioris. *Includitur*) fit in receſſu. [*Angulus*) angulare membrum.] *Accendit*) auget in maius ex repercuſſione parietum. *Hybernaculum*) locus hyberno tempore idoneus; ſicut hybernacula militum ſtatiua per hyemem ſolemus appellare. Hybernaculum igitur ſecundum Vitruuii nocmam hybernum occidentem ſpectare debet: apparatus minimè ſumptuoſus & vtilis vſus Græcorum hybernaculorum fuit: adeo vt qui miniſtrantes ibi verſabantur, & ſi nudis pedibus fuiſſent, non reciperent frigus, propter quoddam pauimenti genus ex carbonibus, ſabulone, calce, & fauilla mixta confectum. mandat autem fodi hybernaculum intra libramentum triclinii. *Gymnaſium*) locus vbi exercebantur: propriè tamen de athletis, quoniam nudi contendebant: poſtquam primum nudus Orſitus cucurrit in Olympia: fuerat enim antiquis conſuetum ſubligaria ferre circum pudenda in gymnaſiis: Orſito verò Lacedæmonio certanti ſoluta fibula cauſam doloris incuſſit: vnde lex conſtituta, vt nudarentur. Nouimus publicas etiam balneas gymnaſia dici: quare Suidas vnctuaria, & lauacra appellat. Immo etiam certamina equeſtria, & venationes, quòd corpus exerceant, quidam dixere gymnaſia. & Baleares gymnaſias Græci vocarunt: quòd nudi æſtate incederent. autor Diodorus. *Silent*) non ſentiuntur. *Nubilum inducunt*) tempus nubilum faciunt quales ſunt auſtrales, notus, aphricus, libonotus, & eurus plerunque. *Ante, quàm vſum loci*) prius ſol obducitur nubibus: quàm calor ceſſat. *Vſum*) teporem. In ſole vngi & currere priſcos, tangit Ariſtophanes. *In apſida curuatum*) in formam aſpidis circumactum. Aſpis autem ſerpentis ſpecies, & ſcutum interpretatur: & locus eiuſdem cognominis apud Argos fuit. Legitur etiam in apſida, id eſt

in cur-

in curuaturam rotę ſiue teſtudinis. Hoc enim ſignificat ἁψὶς, familiaris dictio Pli. ſeniori, vbi de aſtronomicis rebus tractat. Et cameras ἁψῖδας dictas Suidas interpretatur. Recentiores ſcribunt in Baiano & Lucrino adhuc apſidas extare celſi ſuperbique operis: quarum partem balnea, partem ſacella, partem cubicula, & villarum aulas occupare: in earum aliquibus ferramenta ſemicorroſa supernè adhuc pendere. *Ambitum ſolis*) ab oticute in meridiem, & occaſum.

omnibus ſequitur. Parieti eius in bibliothecæ ſpeciem armarium inſertum eſt quod non legendos libros, ſed lectitandos capit. Adhæret dormitorium membrum tranſitu interiacente, qui ſuſpenſus & tabulatus conceptum vaporem ſalubri temperamento huc illuc digerit & miniſtrat. Reliqua pars lateris huius ſeruorum libertorúmque vſibus detinetur, pleriſque tam mundis vt accipere hoſpites poſſint. Ex alio latere cubiculum eſt politiſſimũ, deinde vel cubiculum grande, vel modica cœnatio, quæ plurimo ſole, plurimo mari lucet. Poſt hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æſtiuum, munimentis hybernum. eſt enim ſubductum omnibus ventis. Huic cubiculo aliud, & procœton communi pariete iunguntur. inde balinei cella frigidaria, ſpatioſa & effuſa, cuius in contrariis parietibus duo baptiſteria velut eiecta ſinuantur, abundè capacia,

Armarium) rerum receptaculum. veluti veſtiarium, in cuius formam vidimus bibliothecas comparatas interdum. *Inſertum*) adnexum. *Parieti*) muro cubiculi. *Capit*) cõtinet, inuitat. *Membrum*) pars domus. nam Columella [cum Apuleio] ſic nominat, & Vlpianus de manumiſſionibus, Quæri inquit poteſt ſi fabris duobus vel pictoribus templum, vel membrum depictum eſſet. Videtur autem fuiſſe dormitorium membrum, quod ipſe libro quinto in alterius villæ deſcriptione dormitorium cubiculum dixit. & Sidonius pariter Secundũ imitatus. *Suſpenſus*) eleuatus. [lege Vitruuium de ſuſpenſuris caldariorum] *Tabulatus*) tabulis vbique interpoſitis, per quas vapor huc & illuc digeratur. quod magis placet, quàm ſublatus ſubulonibus, id eſt, tibicinibus ſuffultus. Subulones enim tibicines Thuſci, autoribus Feſto & Varrone, dixerunt. ad cuius ſimilitudinem vnicornes ceruos appellauere ſubulones. & tranſlatiuè Auſonius pædiconem. nam ſubula inſtrumentum ferreum peracuti mucronis ad calceos conſuendos: de qua Seneca: Pudet in aciem deſcendere pro diis hominibus ſuſcepta ſubula armatum. Et Deſubulare, Marcello tradente, perfodere, à ſubula tractum. Legimus etiam quod ſuſpenſum & tabulatum, vt iſta referantur ad dormitoriũ tãta exemplariũ varietate.

Vaporem) ſolis. *Huc illúcque*) ad contigua loca. *Lateris*) parietis. *Detinetur*) occupatur pleriſque membris *Mundis*) politis, cultis. *Hoſpites*) amicos. [*Vel*) poterat enim vtroque nomine appellari.] *Modica*) mediocris *Cœnatio*) locus ad cœnam ſumendam. Sidonius pro diæta indifferenter ponit. Ex hoc triclinio, inquit, fit in diætam, ſiue cœnatiunculam tranſitus. De qua Iuuenalis, Parte alia longis Numidarum fulta columnis Surgat, & algentem rapiat cœnatio ſolem. Columella præcipit cœnationes in villa hyberni temporis æquinoctialem occidentem, ſed æſtiuas hybernum orientem ſpectare. Cœnatorium autem veſtis eſt qua in cœnis vtebantur: & ex diſticho Martialis quo vſu eſſet ſignificata, Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota. Hoc opus eſt pictis accubuiſſe toris. At cœnacula in ſuperiore domus parte erant, ad quæ ſcalis aſcendebatur,

ſolita inquilinis locari. autoribus Iuuenale, & Pompeio. & Vlpianus cœnaculariam exercere vſurpat pro eo quod eſt cœnacula locare. [& cœnaculum medianum pro eo loco, qui eſt communis cum inquilinis domus conductæ.] *Plurimo mari lucet*) ex plurima maris repercuſſione & proſpectu *Proceſtrio*) quo proceditur in muro. Ælius etiam referente Feſto ædificia eſſe dixit extra portam: Artorius quæ ſunt ante caſtra proceſtria ſcripſit. Caſtrerycium videtur appellare. Sunt qui legant procœtone, id eſt, antithalamo quod ſatis congruè facit, & Columella hoc vocabulo vſus eſt. Nec putant, inquit, ſe habere villam niſi multis vocabulis retineāt Græcis: quin vocent particulatim procœtona, palæſtram, apodyterion. *Altitudine*) expoſitum auræ. *Munimento*) parietibus ſpecularibus. *Hybernum*) aptum ad vſum hyemis. *Huic*) cubiculo. *Aliud*) cubiculum. προκοιτών, antithalamum. κοιτὼν cubiculum. & πρὸ ante. *Cella frigidaria*) vbi aqua frigida, ſi pœnituiſſet teporis, lauabantur. nam balinei cellæ tres erant: caldaria, vbi calida: tepidaria, vbi tepida: frigidaria, vbi frigida ſeruabātur. ipſe alibi hoc enarratius explicuit. Vitruuius in balnearum diſpoſitione cùm calidariam & tepidariam memorauit, ſtatim frigidarii aheni memoriam facit: nam præfurnio tria ahena imponebantur, caldarium, tepidarium, frigidarium, vt ex tepidario in caldarium, quantum aquæ exierit, influat, de frigidario in caldarium. Et Paulus tepidarium ſecundum parietem in balneo fuiſſe teſtatur. Antonius Muſa & frater eius Euphorbius inſtituerunt à balineis multa frigida corpora aſtringi: cùm prius conſueſcerent tantum calida lauari. *Effuſa*) expanſa. *Baptiſteria*) lauacra. ἀπὸ τοῦ βαπτίζω, à lauando. de quo Sidonius, Si apricari mauis, baptiſterium piſcinæ connectitur ab Oriente: quod viginti circiter modiorum millia capit: huc è lucis calore venientibus triplex medii parietis aditus per arcuata interualla reſeratur. vbi tria cellarum genera iam prædicta demonſtrantur. *Velut eiecta*) tanquam à pariete eminentia, laudat ab artificio. *Sinuantur*) circumuoluuntur, in orbem diſpartiuntur nam [extra parietem] hemicycli formam retinebant.

ſi innare in proximo cogites. Adiacet vnctuarium hypocauſton. adiacet propnigeon balinei. mox duæ cellæ magis elegātes quàm ſumptuoſæ. cohæret calida piſcina mirificè, ex qua natantes mare aſpiciunt. Nec procul ſphæriſterium, quod calidiſſimo ſoli, inclinato iam die, occurrit. Hîc turris erigitur, ſub qua diætæ

Proximo) loco. *Vnctuarium*) vbi ſeruabatur oleū vnctui opportunum. *Immo hypocauſtum*) per correctionem. legitur etiam ſine verbo immo. Vitruuius, Quod hypocauſtum græcè, nos latinè ſuccēſum appellamus: erat autem locus in thermis concameratus & fornicatus, habēs ante præfurnium quo igne impoſito illis calefaciebant: nām ὑπὸ ſub, & καυστικὸς ardens vaporarium à quibuſdam vocatur, quia vaporandis cubiculis adhibebatur. Papinius in ſyluis vſus eſt vocabulo Græco, Et tenuem voluunt hypocauſta vaporem. *Propnigeon*) Suida interprete πνιγεὺς caminum & furnum ſignificat: & propriè vbi carbones accenduntur. quod Latinè dici poteſt Præfurnium. ſic Vitruuius vtitur: apud quem propigneum inuerſum vocabulum offendes. magnus etymologicus πνῖγος æſtum interpretatur. *Elegantes*) gratioſæ. *Sumptuoſæ*) magnæ impenſæ. *Mirifice*) mira arte connexa cellis. vel mirifica id eſt admirabilis. *Piſcina*) non piſcandi ſed natandi cauſa ſine fructu, vt inquit Varro de piſcinis. Palladius, Piſcinales cellæ in æſtiuis balneis à Septentrione lumen accipiant, in hyemalibus à Meridie. Et Sidonius, Baſilicæ appendix piſcina forinſecus in quam fluentum de ſupercilio montis elicitum, canalibúſque circumactis per exteriora natatoriæ litora curuatum. Aquæ calidæ piſcinam Mœcenas primus in vrbe ſtruxit: & nimiam piſcinarum luxuriam Seneca taxat. Pauper inquit ſibi videtur, niſi thaſius lapis quondam rarum in aliquo ſpectaculum tem-

plo, piſcinas noſtras circundedit, in quas multa ſudatione corpora examinata demittimus. *Sphæriſterion*) locū putāt à ludo ſphæræ quam pilam poſſumus appellare: nam σφαιρίζειν & σφαιρομαχεῖν, eſt pila ludere: & σφαιριστὴς qui pila ludere ſcit, qualis Lycon Peripateticus, autore Athenæo. Lampridius non pro loco, ſed ludo vſus eſt. Poſt lectionem, inquit, palęſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus operam dabat. [inde Papinius libro quarto Syluarum, in præfatione. Sed & inquit Sphæromachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur. Tam & (ſi) fortaſſe non erit alienum à rotunditate ædificij deductum videri. plures enim circulos, pluraque genera exercitationum capiebat. Et Tranquillus ſcriptum reliquit Veſpaſianum fuiſſe ſolitum in ſphæriſterio fauces & cætera membra diſtringere. Pauſanias vbi de gymnaſiis Lacedæmoniorum agit, Eſt, inquit, & ſtatua antiqua Herculis, cui ſacrificant ſphæris qui ab ephebis in viros tranſeunt. Fit autem gymnaſium in curſu. *Diætæ*) diæta locus erat in quo per diem verſari ſolebant à verbo Græco, διαιτάομαι, quod eſt viuo & dego, deductū: ſiue vocabulum diætæ à die, & edendo tractum videatur: quod in ea de die cœnaretur: nam fuiſſe idem quod cœnaculum Vlpianus de extraordinariis criminibus innuit. Qui diætarij inquit appellantur, hoc eſt, qui in aliena cœnacula degunt. quamquam alibi diætarium vocet, qui curam diætæ ſuſtineat. Athenæus diætas tetraclinias ſcribit ſuſcepiſſe triginta viros, & nautarum diætam in Hieronis naui lectos habuiſſe quindecim. Et Sidonius, Ex triclinio fit in diætam ſiue cœnationem tranſitus. Fuiſſe autem diætas ſuperiores & inferiores oſtendit Scęuola de donationibus: & Pollux. ἀνδρῶνα delectationis cauſa conſtrui tradit. quare ſæpius apud Iuriſconſultum vt Africanum ex autoritate Marcelli in hortis ædificatam legimus diætam. Ipſe Secundus lib. vij. ad vxorem ſcribens monſtrat fuiſſe vbi per diem commoraretur. Ad diætam, inquit, tuam ipſi me pedes ducunt. Et Imperator Alexander in palatio ſtruxit diætas nomine matris ſuæ. Diæta etiam cibum vnius diei ſignificari receptum eſt, & ſpeciem medicinæ quæ victu medetur, diæticam appellatam Celſus in limine ſui operis teſtatur: de qua Rufus Epheſius ſcripſit libros quinque, vnum de diæta ſcilicet nauigantium. Suidas diætas vocat iudicia, quæ non fiunt pro tribunali: qualia ſæpe audiuimus hodie fieri apud Germanos. & diætetas iudices ad hoc electos. nam διαιτᾶν eſt iudico. *Sub qua*) in loco inferiori.

duæ, totidem in ipſa. præterea cœnatio, quæ latiſſimum mare, longiſſimum littus, amœniſſimas villas proſpicit. Eſt & alia turris: in hac cubiculum, in quo ſol naſcitur conditúrque: lata pòſt apotheca & horreum. Sub hoc triclinium, quod turbati maris non niſi fragorem

Totidem in ipſa) in loco ſuperiori. *Cœnatio*) locus eminens & paruulus, quales ſæpius eſt videre in Genuenſium villis, vbi & cibum capiunt, & littus ac mare proſpectāt terratiis vulgo appellant: quòd ſunt patenti cęlo & planæ, quáquam ſummo inſtar ęquatæ terræ. *Poſſidet*) circumſpicit tanquam domina. Adſcribitur etiam proſpicit. *Naſcitur conditúrque*) altera feneſtra Orientem, altera Occidentem ſolem admittit. [Lucianus domum commendat quæ patentibus feneſtris ſolem Occidentem excipit.] *Apotheca*) cella vinaria. nā quamuis apotheca poſſit eſſe locus, quo res ſeruandæ reponuntur ἀπὸ τοῦ ἀποτίθεσθαι, à reponendo & condendo dictus: tamen pro cella vinaria accipi ſolet autoribus Plinio auunculo & Columella. Sic Vlpianus tradit, Sicut fructus cæteros in horreum condi, & vela in apothecis extendi. ff. xxxiij. & xlvij. de furtis. Si præponas in apotheca amphoras eſſe vini, eaſque ſubtractas, ſingularum furtum fit, non totius apothecæ. *Horreum*) granarium ab hordeo, quod in eo ſeruabatur, quidam dictum autumant. debet autem eſſe ſicciſſimum, & ſicut cella vinaria ad Septentrionem ſpectare, auerſum omnino ab au-

ſtro. autores ſunt Vitruuius, Plinius, Palladius, Columella, qui in horreum, id eſt, in erectum, vitem firmari vſurpat. *Sub hoc)* horreo. nam debet eſſe penſile. *Triclinia)* eſt.

& ſonum patitur, eúmque iam languidum ac deſinentem. hortum & geſtationem videt qua hortus includitur. geſtatio buxo aut rore marino, vbi deficit buxus, ambitur. Nam buxus qua parte defenditur tectis, abunde viret aperto cælo, apertóque vento: & quanquam longinqua aſpergine maris, inareſcit. Adiacet geſtationi interiore circuitu vinea tenera & vmbroſa, nudíſque etiam pedibus mollis & cedens. Hortum morus & ficus frequens veſtit, quarum arborum illa vel maximè ferax eſt terra, malignior cæteris. hac non deteriore quàm maris facie cœnatio remota à mari fruitur. Cingitur diætis duabus à tergo, quarum feneſtris ſubiacet veſtibulum villæ, & hortus alius pinguis & ruſticus. Hinc cryptoporticus propè publici operis inſtar extēditur.

Patitur) ſentit. *Languidum)* iam fractum. *Videt)* illud triclinium. *Geſtationem)* locum, quo geſtabātur, quamplurimum ſub dio ambulacrum. *Buxo)* aut rore marino. ſunt iſti frutices notiſſimi. *Defenditur)* contegitur ab aſpergine maris. *Abunde)* fertiliter. *Aperto cælo)* ſereno & ventis expoſito. *Longinqua aſpergine)* vt vix poſſit conſpergi rore ſalſo. fit enim aſpergo maris ex concuſſione vicini ſcopuli. hinc Virg. Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes. *Inareſcit)* moritur. In ſecūda lectione fuit marceſcit. *Interiore circuitu)* magis horto propinqua. *Tenera)* nouella. & præſertim more Romano cùm vites ibi ſint breues & humiles. *Morus)* arbor Palladi dicata, quòd ſerò germinat: ideo nullis vernis ſubiecta tempeſtatibus. *Veſtit)* ornat, & contegit. *Illa)* terra Laurentina littoralis *Vel maxime)* ſupra cæteras arbores has nutrit. *Malignior)* infenſior, ſterilior. *Cæteris)* arboribus. *Hac non deteriore)* ſenſus eſt. alia quamuis procul à mari cœnatio, tamen fruitur aſpectu tam amœno quàm illa quæ mari adiacet, de qua ſuprà. *Cingitur diætis)* coniunguntur duæ diætæ cœnationi continentem verſus. [Ad idem fere legitur, vincitur.] *A tergo)* ab ea parte cœnationis, qua mare non aſpicit, à ſeptentrione. *Veſtibulum)* ingreſſus. Ex authoritate Cæcilii Galli Gellius, & eadem ad verbum tranſcribens Macrobius, refert non in ipſa domo nec partem ædium, ſed locum ante ianuam eſſe per quem de via aditus acceſſúſque ad ædes fit, cum dextra ſiniſtráque inter ianuam & tecta, quæ ſunt viæ iuncta, ſpatium relinquitur. fiebat autem in ædibus ampliſſimæ fortunæ. Veſtibuli deriuationē aliam refert Ouid. in Faſtis à Gellio & Macrobio, à Veſta deduci more poëtarum fingens his verſibus. Hinc quoque veſtibulum dici reor, vnde precamur. Qua famur Veſtam quæ loca prima tenet. Vitruuius & Vlpianus vocabulo Græco vtentes prothyrum appellarunt: alii propylæon, vt Maximus & Thucydidis interpres. *Villæ)* domus in agro. *Ruſticus)* rerum ruſticarum refertus non ad vmbram & voluptatem, vt ille ſuperior. *Cryptoporticus)* occulta & latens porticus. κρύπτω enim abſcondo & Crypta locus abditus, & concameratus, quam pro cryptoportico reor Vitruuiū poſuiſſe: In ædibus, ait, cryptæ, horrea, apothecæ. Iuuenalis pro ſubterranea cauerna fornicata, id eſt, cloaca, vſurpauit, Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ. Apud Sidonium de cryptoporticu hæc traduntur, A parte veſtibuli longitudo tecta interius patet, mediis non interpollata parietibus: quæ quia nonnihil ipſa proſpectat, etſi non hippodromus,

faltem cryptoporticus meo mihi iure vocitabitur. *Propè publici operis*) inſtar publici operis tam magnifica & ampla vt ferè operibus publicis ſit ſimilis: publica enim ampliora, honeſtiora, ſumptuoſioráque quàm priuata ſunt. *Extenditur*) in longum porrigitur.

Vtrinque feneſtræ, à mari plures, ab horto ſingulæ, & altius pauciores. Hæ cum ſerenus dies & immotus, omnes: cum hinc vel inde ventus inquietus, qua venti quieſcũt, ſine iniuria patẽt. ante cryptoporticũ xyſtus violis odoratus, teporémque ſolis infuſi repercuſſu cryptoporticus auget. inde area, quæ vt tenet ſolẽ, ſic aquilonẽ inhibet, ſummouétque, quãtúmque caloris antè, tantũ retrò frigoris, ſimiliter Africũ ſiſtit, atque ita diuerſiſſimos ventos alium alio à latere frangit & finit. Hæc iucunditas eius hyeme, maior æſtate. Nam ante meridiem xyſtũ, poſt meridiẽ geſtationes, hortique proximam partem vmbra ſua temperat, quæ vt dies cre-

Vtrinque) à Meridie & Septentrione. Illinc enim mare, hinc ortum ſpectabat. *Singulæ*) non gemellæ & binæ, vt à mari. *Et altius pauciores*) Sed in eminentiore parte ſunt pauciores quàm in inferiore. Legitur etiam.]Sed alternis pauciores: vt ſit ſenſus, ab horto habet pauciores feneſtras dimidio quã à mari. Poteſt etiam legi alterius, vt multi codices habent, in eundem ſenſum, ſcilicet feneſtris alterius partis. *Hæ patent*) aperiuntur feneſtræ. [*Iniuria*) offenſione.] *Immotus*) quietus à vento. *Hinc vel inde*) à Meridie vel Septentrione. *Iniuria*) ventorum moleſtia. *Xyſtus*) Vitruuius xyſtum ampla latitudine porticum, in qua athletæ per hyberna exercebantur, eſſe voluit Greca appellatione noſtróſque hypæthras ſub dio ambulationes xyſta vocare, quæ Græci paradromidas dicunt: ſed lib. v. à ſuperioribus in quibuſdam idem autor diſcrepat. Hæc inquit porticus xyſtus apud Græcos vocitatur, quòd athletæ per hyberna tempora intectis ſtadiis exercentur. [Vnde Póllux antiquos teſtatur dixiſſe xyſtos dromos, & Xenophontem in Oeconomico ſine dromo ſcripſiſſe xyſtum.] Faciunda autem xyſta ſic videntur vt ſint inter duas porticus ſyluæ, aut platanus, & in his perficiantur inter arbores ambulationes quas Græci paradromidas, noſtri xyſta appellant, in quis per hyemem è xyſto ſereno cælo athletæ prodeuntes exercentur. Nam modò xyſtum vocabulum eſſe Græcum, modò Latinum dicit; & xyſtum tam neutro quàm maſculino genere vſurpat: cum apud cæteros maſculino proferatur. quem puto M. Tul. per hæc intellexiſſe. Num tandem locus hic non idoneus videtur? in quo porticus hæc ipſa vbi inambulamus & palæſtra, & tot loci ſeſſiones, gymnaſiorum & Græcarum diſputationum memoriam quodammodo commonent. Et idem alibi dixerat palæſtritas in xyſto ſpatiari. Secundus lib. v. Eſt ante porticum xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctúſque buxo. Apud Tranquillum in Auguſto accipimus in eundem ſenſum dici xyſtum. Vlpianus Xyſticos appellat palæſtritas in xyſto ſe exercentes. Quidam Græcorum xyſtum interpretantur eſſe locum politum & æquatum, ſignificare etiam paruum haſtile ſeu iaculum. hinc Arrianus inquit, Signa electi exercitus, aquilæ, imagines regiæ, coronæ, omnes aureæ ſuper xyſtis argenteis. Xyſtis autem veſtis Tragicorum crocea. Et Xyſtiqn vulgarem quandam gemmam ex India mitti refert auunculus Secundi. *Odoratus*) odore repletus. Odoratum eſt quod aliunde accipit odorem, vt odoratum templum. Odorum, quod per ſe habet. Martialis, Tantus veris honos, & odoræ gratia Horæ. Hæc tamen poetarum licentia confunduntur. *Auget*) maiorem habet. *Repercuſſu cryptoporticus*) obiectu parietis auſtralis cryptoporticus. *Area*) diffunditur. *Tenet ſolem*) qui auſtro expo-

ſita. *Inhibet*) arcet cryptoporticu interme-dia ab aquilone. *Frigoris retro*) ſi opus fue-rit apertis cryptoporticus feneſtris: & perflante aquilone. *Africum ſiſtit*) clauſis cryptoporticus feneſtris non permittit incrudeſcere. *Diuerſiſſimos ventos*) Afri-cum & Aquilonem [à diuerſa cæli regio-ne venientes.] *Alio latere*) aquilonem à ſeptentrionali pariete, africum à meridio-nali. *Finit*) comprimit, extinguit. *Hac iu-cunditaē*) talis cryptoporticus vtilitas te-porem in anteriori area continere & fri-gora arcere. *Ante meridiem xyſtum*) quia æſtate ſol habet ortum magis ſeptentrio-nalem, ſic & occaſum. vnde mane xyſtum: quippe qui iuxta frontem orientalem ad meridiem ſitus erat. *Poſt meridiem geſta-tionem, & orti proximam partem*] vt quæ iuxta frontem occidentalem iacebant, ſua vmbra reſrigerabat. [*Temperat vmbra*) mollificat & habitabilē facit vmbra, quā ſui parietes cauſant.]

uit decreuitque, modò breuior, modò longior hac vel illac cadit. Ipſa verò cryptoporticus tūc maximè caret ſole, cum ardentiſſimus culmi-ni eius inſiſtit. Ad hoc patentibus feneſtris fa-uonios accipit, tranſmittitque: nec vnquam aëre pigro & manente ingraueſcit. In capite xyſti deinceps cryptoporticus, horti diæta eſt, amores mei: re vera amores. ipſe poſui. In hac

Breuior) vergente die ad hyemem vel meridiem. *Longior*) æſtate, recedente ſole ad ſeptentrionem vel ad occidentem. *Hac*) à ſe-ptentrione. *Illac*) à meri-die. *Caret ſole*) non ſentit æſtum: nam per æſtatem mediam culmini imminet, nec penetrat ſol aliis ſu-perimpoſitis membris. *Ad hoc*) inſuper. *Fauonios*) ze-phyros ab occidente.

Tranſmittit) per alias feneſtras: ſic moto aere, impigróque reſrigera-tur. *Manente*) quieto, nec exitum reperiente. *Ingraueſcit.* grauior fit in-habitantibus. nam vbi aer ſilet denſior & peſtilentior. Deinceps cryptoporticus: & pariter in capite cryptoporticus, dein-ceps enim ordinem denotat. *Orti diæta*) ſtructa in orto. nam teſtimonio Iuriſcon-ſulti oſtendimus diætam in ortis fieri. *Le-gitur etiam Zeta*) ſuper qua dictione vide-tur mihi operæprecium referre, quid ha-ctenus compererim. Lampridius in Heliogaballo, Odores indicos ſine car-bonibus ad vaporandas zetas iuſſit in-cendi. Sidonius libro nono, Quòd ſupra-dicto tamdiu potes vti libello, vt eum non amplius zetecula tua quàm memoria in-cludat. Et octauo. Nam per armariola & zeteculas noſtras non remanſerunt digna prolatu. Ex poſterioribus colligi poteſt zetam pro bibliotheca vſurpari. nec Si-donii autoritatem in hoc magnifacio: quòd nec Vlpianus Iuriſconſultus erudi-tiſſimus lib. xxxij. vbi de bibliothecis multa differit, vllam zetæ mentionem fa-cit. Quidam arbitrantur zetam eſſe lo-cum, quem antiqui deducta per parietes aqua frigida refrigerabant, vel feruenti calefaciebant. Neratius hunc modum deducendorum riuulorum per parietes notat. & Vlpianus de cuniculo inquit in-ſtituendo per quem vapor traditur in balneariis vaporibus. Et alibi, Balneis vaporibus cùm Quintilla cuniculum per-gentem in ortis induxiſſet. Alii propter ſe-quentia zetam locum eſſe voluerunt v-nius lecti cum ſellis duabus, qui velis ob-ductis & reductis modò adiiciebatur cu-biculo, modò auferebatur: & traxiſſe nomen, quoniam tribus è partibus fene-ſtras & proſpectus habeat, atque ſolem multipliciter accipiat. ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quod eſt feruere. nam Homerus inquit: ὡς δὲ λέβης ζεῖ id eſt vt autem lebes feruet: quando & he-liocaminus in ipſa zeta ponebatur. vel ἀπὸ τοῦ ζεῖν, quòd in ea commodiſſimè viua-tur. Alii omnino mendam vbique inole-uiſſe & diætam legendum. nam præter fi-dem veterum exemplarium hac vtuntur ratione, quòd cùm prius diæta & ziæta ſcriberetur, indifferenter. d. in z mutatis, vt Medentius Mezentius autore Priſcia-no: poſtea ex ziæta ſcriptum eſſe zeta eo-rum inſcitia, qui neſciebant ziætam & diætam idem eſſe. nec obſtat quòd aqua calefieret. nam hoc commodiſſimè fieri poterat in diæta in quam ſe recipi ſolitum

Saturnalibus ad ſtudia teſtatur Secundus. *Amores*) delitiæ & ſolatium. *Poſui*) ſtruxi.

Faciundam curaui.

heliocaminus quidem, alia xyſtum, alia mare, vtraque ſolem: cubiculum autem valuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit: quà mare contra parietem medium diæta perquam eleganter recedit: quæ ſpecularibus & velis obductis reductíſve modò adiicitur cubiculo, modò aufertur. lectum & duas cathedras capit, à pedibus mare, à tergo villæ, à capite ſyluæ: tot facies locorum, totidem feneſtris & diſtinguit & miſcet. Iunctum eſt cubiculum noctis & ſomni. non illud voces ſeruulorum, non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis. Tam alti abditíque ſecreti illa ratio, quòd interiacens andron parietem cubiculi, hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum

Heliocaminus) concameratus locus totus ſoli expoſitus, ac hyberno tempore calorem ex illo recipiens & continens diætæ pars: noſtri vaporarium ſolare vocant [ſiue ſolariũ vt apud Plautum in milite glorioſo. nam heliocaminus græcum eſt. ἥλιος enim ſol & κάμινος fornax. Eius meminit Vlpianus octauo. ff de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum, cùm ſcribit, Si arborem ponat vt lumini officiat, dicendum erit contra impoſitam ſeruitutem eum facere: nam & arbor officit, quominus cœlum videri poſſit. ſi verò heliocamino vel ſolario: ſimiliter dicendum erit quia vmbram facit in loco cui ſol fuit neceſſarius. Miror quoſdam perdere auſos olim caminos non fuiſſe in membris domus, cùm Sidonius ſecus apertiſſimè oſtendat his verbis, A cryptorticu in hyemale triclinium venitur: quod arcuatili camino ſæpe ignis animatus pulla fuligine infecit. Tranquillus in Vitellio. Nec antè in Prætorium rediit, quã flagrâre triclinio ex cõcepto camini. tunc quidem conſternatis, & quaſi omine aduerſo anxiis omnibus, inquit, bono animo eſtote, nobis illuxit. M. Tullius ad Atticum luculento camino vtendum dixit. Horatius, Per brumam Tyberis ſextili menſe caminus. Et Athenæus, Carnes coctas in caminis ad differentiam earum quę clibano coquuntur.] Lucianus ad hoc in Saturnalibus; vbi hyemem deſcribit, Multi inquit circum caminum verſantur. Et Didymus in re Ruſtica præcipit, faciundum caminum in balneis.] *Alia*) parte. *Solem*) quem vt exciperet, ideo ſtruebatur heliocaminus: vnde meritò Iuriſconſultus reſpondet, arbores quæ illum inumbrarent ſuccidi & tolli debere. *Valuis*) à foribus. *Proſpicit*) heliocaminus. *Medium parietem*) ſcilicet cryptoporticus à fronte. *Recedit*) diſiungitur. non enim diæta contignabatur cum cryptoporticu: ſed ſuis per ſe parietibus ſurgebat. *Eleganter*) ſumma architectura & gratia. *Specularibus*) lapidibus tranſlucentibus, eundem quem nunc vitrum, in feneſtris vſum præſtantibus. *Adiicitur cubiculo*) auget cubiculum remotis velis, & minuit eiſdem obductis. Seneca Natura. iiij. ſcripſit cœnationem velis & ſpecularibus muniri ſolitam. *Capit*) illud cubiculum tantæ capacitatis eſt, vt lectum & duas cathedras contineat. [*A pedibus*) lecti. Seneca de beneficiis, Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis, an ab ea parte lecti vbi ſtant pedes hominis dormientis.] *Mare*) eſt. *Villæ*) circumuicinæ. nam Laurentino vicus adiacebat. *Latere*) orientali *Facies*) diuerſos aſpectus, mare, villas, ſyluas. *Miſcet*) quia à quacunque feneſtra tria iſta videri poterant: an, quod magis probo, quòd anguſtia loci per tres feneſtras vno aſpectu omnia licebat intueri. *Diſtinguit*) ſeparat diuerſitate luminum. *Iunctum*) connexum priori cubiculo eſt aliud, quod abditum & obſcurum, vocat noctis & ſomni, id eſt tenebrarum

& quietis. Martia. pariter lib. x. Et in profundo ſomnus, & quies nullis offenſa linguis, nec dies niſi admiſſus. *Sentit*) videt. *Abditi*) remoti. *Interiacens*) inter hortum & cubiculum. *Andron*) locus domicilij appellatur anguſtior longitudine, in quo viri plurimum morantur, ſicut Gynęcium vbi mulieres. autores ſunt Feſtus, Suidas, Pollux, [qui androna etiam libro ſexto pro loco conuiuij interpretatur.] Ad hæc inquit Ariſtophanes iudicia omnia & porticus andronas faciam. Athenæus, Maiores domus heroum Homerus μέγαρα vocat, & δώματα, & κλισίας. nos verò ξενῶνας & ἀνδρῶνας. Et vbi de conuiuiis Cretenſium agit, Sunt, inquit, vbique in domibus duo loca conuiuiis celebrandis aſſignata, quorum alterum vocant ἀνδρεῖον, alterum, in quo hoſpites dormiunt, κοιμητήριον, ἀπὸ τοῦ κοιμᾶν, quod eſt dormio. Idẽ autore Pyrgione ἀνδρεῖον dictum aſſerit ξένιον à Ioue hoſpitali. Herodotus magnam domum vocat andreona. Leonidas in epigrammate, & alij Græcorum pro triclinio vſurpant, ſicut legimus geminos extra androna vocaſſe Simonidem, & ſtatim corruiſſe. Vitruuius ſcribit Græcos appellare andronas œcos, id eſt, domos vbi conuiuia virilia ſolent eſſe, quòd eò mulieres non accedant, quanquã iã dixiſſet, Græci meſaulas inter duas aulas poſitas nominant, eas noſtri andronas. Vt per hæc andron modò Latinum, modò Græcum ſit, quod non poteſt conuenire, niſi dicamus cùm teſtatur andron eſſe Græcum vocabulum reſpexiſſe originem & deriuationem ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, id eſt à viro: cùm verò Latinum, quòd a noſtris iam receptum eſſet, & pro ſuo vterentur: quæ ratio locum habere debet in recitatis ſuper verbo xyſtus teſtimonio eiuſdem Vitruuij. ſatis autem conſtat andron & andreon indifferenter pro eodem vſurpari. *Sonum*) intercurrentem ſtrepitum.

me dia inanitate conſumit. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Procœton inde & cubiculum porrigitur in ſolem. quem orientem ſtatim exceptum, vltra meridiem, obliquum quidem, ſed tamen ſeruat. In hanc ego diætam cùm me recipio, abeſſe mihi etiam à villa mea videor. magnámque eius voluptatẽ præcipuè Saturnalibus capio, cum reliqua pars

Media inanitate) ſpatioſo androne interpoſito. *Conſumit*) diſperdit. *Hypocauſtum*) vaporarium. *Anguſta feneſtra*) ſpiraculo, vnde ex hypocauſto calor in ſudatorium ingrediebatur. *Ratio*) temporis, ſi calor eſt retinet, ſi frigus, effundit. *Procœtrium*) legitur etiam προκοιτών. de vtroque paulo antè. *Obliquum*) non ex directo. *Seruat*) admittit, ſentit. *Abeſſe*) adeo ocio fruor, vt ciuili ornatáque habitatione. *Saturnalibus*) à Saturno ſaturnalia dicta: & in eius honorem inchoata nemo dubitat. quo autem tempore & à quibus inſtituta, magna inter eruditos concertatio: nam alij à Iano, quidam ab Hercule tradidere, Plutarchus à Numa. Liuius etiam Conſulibus A. Sempronio & M. Minutio ædem Saturno dicatam: Saturnalia diem feſtum inſtitutum prodidit. Martialis à Ioue initium cepiſſe. Sed quid agam potius madidis Saturne diebus, Quos tibi pro cœlo Iuppiter ipſe dedit? Athenæus apud Græcos longè multa explicat, Saturnalibus inquit libertate vtebantur ſerui apud Romanos, quam conſuetudinem traxere à Græcis: nam Mercurialibus in Creta ſimile feſtum celebratur referente Caryſtio, & diſcumbentibus ſeruis domini miniſtrant. In Trœzena congregatio populorum fit per multos dies: ſed eorum vno ſerui talis ludunt, & à dominis cibantur. Beroſus apud eundem Athenæum tradit de menſe Auguſto, die vndecimo agi feſtum, cognomento Saceam, diebus quinque, quibus moris erat regi dominos à ſeruis, & eorum vnum deduci regia ſtola indutum, quem vocarent zoganem. Baton Sinopenſis rhetor ſignificat Saturnalium feſtum Græcum eſſe, & apud Theſſalos Peloria dici, vbi ab Athenæo longa fabula ſuper hoc enarratur.

ratur. Seruis autem conceſſa licētia, quòd Saturno rege nemo ſeruitio vel libertate diſcriminabatur, vt ſcilicet vita illa ſimplex & antiqua per ſaturnalia repræſentaretur, primo per diem celebrata qui eſt quartus decimus Cal. Ianuarij. quamquam Acron primo die menſis Decembris Saturnalia fieri referat, ſed poſtea edictis C. Iulii Cæſaris duobus diebus huic menſi adiectis. & Auguſti edicto, trium dierum feriæ ſaturnalibus ſunt additæ, & ſigillariorum adiecta celebritas in ſeptem dies diſcurſum publicum & lætitiam religionis extendit. Nonnulli tamen nulla ſigillariorum habita mentione ſeptem dierum ſaturnalia fuiſſe ſcribunt. M. Tullius ad Atticum, ſecundis & tertiis ſaturnalibus, pro ſecundo & tertio ſaturnalium die dixit. Martialis quinque dierum tantum eo diſticho, cui Lemma eſt Flagra, Ludite laſciui, ſed tantum ludite ſerui. Hæc ſignata mihi quinque diebus erunt. Nemo illis diebus officiis publicis occupabatur, neque toga ſeu trabea vel paludata veſte, prætextatáque vtebatur: verùm ſola ſyntheſi.

tecti licentia dierum, feſtiſque clamoribus perſonat. nam nec ipſe meorum luſibus, nec illi ſtudiis meis obſtrepunt. Hæc vtilitas, hæc amœnitas, deficitur aqua ſalienti, ſed puteos ac potius fontes habet. ſunt enim in ſummo, & omnino litoris illius mira natura. quocunque loco moueris humum, obuius & paratus humor occurit, iſque ſyncerus, ac ne leuiter quidem tanta maris vicinitate ſalſus. Suggerunt affatim ligna proximæ ſyluæ. cæteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat. Frugi quidem homini

Licentia dierum) ſaturnalibus licebat ſeruis ſumptis pileis non modò ve ſci cum dominis, ſed pares honores illis in domo gerere, ius dicere, & omni ludorum genere remitti: cuius rei veſtigia in aliquibus Italiæ oppidis publicè adhuc reſtant poſt natalem redemptoris noſtri. *Obſtrepunt*) ſtrepitu impedimento ſunt, interturbant. *Villulas*) diæta, ex qua hanc capio vtilitatem. Sunt qui legant, nec vtilitas nec amœnitas deficit aqua ſalienti. vt ſit ſenſus, ex aqua ſalienti comparamus vtilitatem & amœnitatem. *Salienti*) ſcaturienti. *Habet*) ſolum Laurentinum. *Potius fontes*) non multum profundos latice ſtatim occurrente effoſſa humo, ſicut in multis Mediolanenſis agri locis. *In ſummo*) vt poſſint facile deduci ad inferiora, an non in profundo, ſed ſuperficie terræ, quod ſequentia probant. *Mira*) eſt. *Obuius*) ſubitus, expoſitus. *Syncerus*) purus, illimis. *Salſus*) In ſecūda lectione corruptus fuit. *Suggerunt*) miniſtrant ad vſum neceſſariū. *Affatim*) abundè. quod dictum credit Feſtus à copia fandi. & Terentium affatim id eſt ad laſſitudinē protuliſſe. Columella affatim paleas dixit, & plerumque eo dicendi genere vſus eſt. Ammianus referēte Gellio putat prima acuta pronūciandum. *Oſtienſis*) colonia. Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam à Septentrionali parte ad oſtium Tyberis Ancus Martius Romanorum Rex deduxit teſtimonio Cor. Nepotis, Plinii auunculi, & Stephani. quamquam is, vt ſcriptorum alii ab eo conditam fuiſſe tradat, eam Strabo neutro protulit. Appellatam Oſtiam Dionyſius autumat, quòd in oſtio Tyberis ſita ſit, quondam Romanorum nauale, quamuis antea importuoſum, ſed Imperatore Claudio portum extruēte ægrè tamen, vt quod poſt vndecim annos triginta hominum millibus ſine intermiſſione laborantibus hoſpitale factum eſt. Colonia eſt quæ ab vrbe propagata ſecundum Siculum Flaccum ad ipſos propinquiores municipiorum populos cohercendos vel hoſtium incurſus repellendos, iura inſtitutáque populi Romani habet, non ſui arbitrii: quæ conditio cùm ſit magis obnoxia & minus libera quam municipij, potior tamen ac præſtabilior exiſtimatur propter amplitudinem maieſtatémque pop. Rom. cuius quaſi effigies parua, ſimulacrúmque eſſe

videtur: & ſimul, quia obſcura obliterátáque ſunt mancipiorum iura, quibus vti iam per innotitiam non queunt. Coloniarum genera duo Aſconius eſſe voluit: municipium ſcilicet & coloniam intelligens: quorum illud extrinſecus in ciuitatem venit, hoc ex ciuitate in alium locum mittitur: hinc autore Dionyſio coloniæ in vrbe patronos habebant, qui colonos tanquam filios gratis defendebant. Mittebantur autem coloniæ ad exonerandam vrbem multitudine oppreſſam, & vt ſocios haberent tanquam eiuſdem generis nomini Romano fideliores. [Charax hiſtoricus apud magnum etymologicum refert Silenorum ſtatuas cum vtribus quos vitium cultores Bacchus ad bellum iturus ſeneſcentes in Italia reliquerat, ſolitas poni in Coloniis, vt his ſacrorum communicatio denotaretur: ſed quia erant in compedibus, voluiſſe per hoc demonſtrare eas Colonias populo Romano fuiſſe ſubiectas, & legibus Romanorum vixiſſe.] *Cæteras*) neceſſarias. Martialis loci penuriam notans, ſcribit omnem cœnam venire in Laurentinum ab vrbano macello. *Vicus*) In oppidis conſtat ex plurimis domibus, in agris ex villis, cuius incolas, vicanos Liuius appellauit. neque ignoro Vicanos populos eſſe, quos Coriolanus debellauit. Vicinia autem eſt ipſa vicinitas. & vicinales vias propinquas dixit Frontinus. *Frugi*) modeſto.

ſufficit etiam vicus, quem vna villa diſcernit, in hoc balinea meritoria tria. Magna commoditas, ſi fortè balineum domi, ni vel ſubitus aduentus, vel breuior mora calefacere diſſuadeat. Littus ornant varietate gratiſſima nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum, quæ præſtant multarum vrbium faciem, ſiue ipſo mari, ſiue ipſo littore vtare. quod nonnunquam longa tranquillitas mollit, ſæpius frequens & contrarius fluctus indurat. Mare non ſanè precioſis piſcibus abundat: ſoleas tamen & ſquillas optimas ſuggerit. Villa verò noſtra etiam mediterraneas copias præſtat, lac in primis. Nam illuc è paſcuis pecora conueniunt, ſiquando aquam, vmbrámve ſectantur. Iuſtiſne de cauſsis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum: quem tu nimis vrbanus es, niſi concupiſcis: atque vtinam concupiſcas, vt tot tantiſque dotibus villulæ noſtræ maxima commendatio ex tuo cōtubernio accedat. Vale.

Vna villa) media inter Laurentinum meum & vicum. *Meritoria*) mercedis cauſa ſtructa. ſic Iuuenalis ſeu balnea ſiue diuerſoria mercede conducta intellexerit Satyra tertia. nam quæ meritoria ſomnū Admittunt. Et Iulianus vetat vſufructuariū meritoria facere in domo legata. Quòd autem inquit dixi meritoria non facturum: ita accipi volo, quæ vulgo diuerſoria vel fullonica appellátur. Tranquillus meritoriam rhedam vocat mercede conductam: vt meritoriæ dicuntur mulieres, quæ mercedis gratia proſtituuntur. M Tullius in Philippicis, Ingenui pueri cum meritoriis. *Domini*) alicuius villæ Laurentinæ. *Subitus*) improuiſus. *Breuior mora*) quam ſit facturus in villa, vt nequeat priuatum balineum pati calefieri, [an momentaneum balnei tempus.] *Continua*) parietibus coniuncta. *Intermiſſa*) diſiuncta. *Multarum vrbium faciem*) in vnum ſæpius ſurgentia. cum quibuſdam interuallis. qualis proſpectus ferè per totam porciferam offertur Genuam tendentibus. *Siue mari vtare*) ſiue per mare nauiges, ſiue per littus ſpatieris. *Nonnunquam*) rarius. *Mollit*) quietum reddit. *Frequens*) fluctuoſus, aſper. *Indurat*) ex-

aſperat. *Precioſis piſcibus*) quorum venationem per hæc poetarum naſutiſſimus irridet, An Laurentino turpes in littore ranas, Et ſatius teneros ducere credis acos. *Soleas*) Solea piſcis genus. tranſlatum verbum autore Fabio à ſolea pedis tegumento: ex genere planorum, vt rhóbus eſt & paſſer. [*Squillas*) Mart. Cæruleus nos liris amat, quem ſylua Miricæ Protegit, hinc ſquillæ maxima cutba ſumus] Iuuenalis tãquam precioſum piſcẽ ſquillam introducit, Aſpice quam longo diſtendat pectore lancem, Quæ fertur domino ſquilla, & quibus vndique ſepta Aſparagis, qua deſpiciat conuiuia cauda. De qua lege Plinium ſeniorem lib. ix. & M. Tullium de Natura deorũ. Horatius, Affertur ſquillas inter murena natantes. *Suggerit*) ſubminiſtrat. In ſecunda lectione fuit egrrit, id eſt, rmittir. quod minus probo. *Mediterraneas*) quæ ſolent prouenire in locis mediterraneis. *Illuc*) in Laurentinum. *Vrbanus*) amicus vrbis. *Commendatio*) laus. *Accedat*) addatur. *Contubernio*) cohabitatione.

C. PLINIVS MAVRICO SVO S.

QVid à te iucundius mihi potuit iniungi, quàm vt præceptorem fratris tui liberis quærerem? Nã beneficio tuo in ſcholam redeo: & illam dulciſſimam ætatẽ quaſi reſumo. Sedeo inter iuuenes vt ſolebam: atque etiam experior quantum apud illos autoritatis ex ſtudiis habeam. Nam proximè frequenti auditorio inter ſe coram multi ordinis noſtri clarè loquebantur. intraui, conticuerunt. Quod non referrem niſi ad illorum magis laudem quàm ad meam pertineret, ac niſi ſperare te vellem, poſſe fratris tui filios probè diſcere. Quod ſupereſt, cùm omnes qui profitentur audiero, quod de illis quoque ſentiam, ſcribam: efficiámque, quantum tamen epiſtola conſequi potero, vt ipſe omnes audiſſe videaris. Debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc ſtudium, præſertim ſuper tanta re. Nam quid magis intereſt veſtra, quàm vt liberi, dicerem tui, niſi nunc illos magis amares, digni illo patre, te patruo reperiantur: quam curam mihi etiam ſi non mandaſſes vindicaſſem. Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas in eligendo præceptore. Sed oportet me non modò offenſas, verumetiam ſimultates pro fratris

QVid à te) Pollicetur Maurico, cùm omnes rethores audiuerit, ſe reſcriprurum ad quẽ mittat fratris filios. Inuenio non Maurico ſed Mario: in quibuſdam etiam codicibus Martio inſcriptam epiſtolam. *Dulciſſimam ætatem*) adoleſcentiam. *Vt ſolebam*) dum diſcipulus eram. *Ex ſtudiis*) quantum mihi deferant propter eloquentiæ ſtudia. *Frequenti auditorio*) in magna auditorum copia. nam frequẽter auditorium pro auditoribus vſurpat. vt li. iiij. Ingens auditorium. Et ſexto, Alienum auditorium. Auditores aliorum cauſa congregatos. Tranquil Cum primum frequenti auditorio commiſiſſet, .i. multis auditoribus. Neque interdũ negauerim accipi pro loco in quem conueniũt ad audiendum, vt auditorium publicum in quod promiſcuè venitur: ſicut Marcellus titulo de ſtatu defunctorum, videtur accepiſſe. *Ordinis noſtri*) Patricii. *Loquebantur*) Alia lectio ha-

tui filijs tam æquo animo ſubire, quàm parentes pro ſuis. Vale.

bet iocabantur. *Clare*) alta voce. *Ad illorum laudem*) qui tanti viri præſentiam ſilẽtio ſunt venerati. *Epiſtola*) nam viua mox magis afficit. *Memoriæ*) quia tunc defunctus erat. Sic enim de mortuis ſolebant fari. Apuleius, Cum fratre optimæ memoriæ viro dixit. Eſt adhuc videre in epitaphiis antiquorum, B. M. id eſt beatæ memoriæ: quem dicendi modum pariter de mortuis vulgo vſurpamus. *Studium*) diligentiam. *Tanta re*) tanti momenti. circumſpiciendus enim diligenter pueris magiſter eſt, à quo mores primum, mox eloquentiam hauriant. *Magis amares*) quàm ſi tui eſſent. *Illo*) ſummo viro. *Vendicaſſem*) vltro ſuſcepiſſem. *Offenſas*) quia omnes præceptores hanc prouinciam ambibant. *Simultates*) inimicitias. *Quam parentes*) ſubire decet.

C. Plinivs Cereali Svo S.

HOrtaris vt orationem amicis pluribus recitem. faciam, quia hortaris: quamuis vehementer addubitem. neque enim me præterit actiones quæ recitantur, impetum omnem calorémque, ac propè nomẽ ſuum perdere: vt quas ſoleant commendare, ſimul & accendere iudicum conſeſſus, celebritas aduocatorum, expectatio euentus, fama non vnius actoris, diductúmque in partes audientium ſtudium: ad hoc, dicentis geſtus, inceſſus, diſcurſus etiam, omnibúſque motibus animi conſentaneus vigor corporis. vnde accidit vt hi qui ſedentes agunt, quamuis illis maxima ex parte ſuperſint eadem illa quæ ſtantibus, tamen hoc quòd ſedent quaſi debilitentur & deprimantur. Recitantium verò præcipua pronunciationis adiumenta, oculi, manus præpediuntur: quominus mirum eſt ſi auditorum inten-

HOrtaris) Cereali petenti vt quandam orationem recitaret, multas cauſas proponit quibus deſiſtere debeat: poſtremò tamen aſſerit ſe iudicium eius ſecuturum. *Vehementer addubitem*) ſim in maximo dubio recitandi illam. *Nomen ſuum*) quia cùm agebantur, actiones dicebantur, ſed recitatæ iure videbantur appellandę recitationes. *Quas*) actiones. *Iudicum*) Cẽtumuirorum. *Conſeſſus*) nam in Tribunali iudices ſedebant, aduocati verò aſtabant. *Accendere*) augere, impetum dare. *Aduocatorum celebritas*) cauſidici laudati [& frequentes.] *Euentus*) finis cauſæ, qui non eſt in manu oratoris. *Non vnius*) multorũ. nã plures aduocati vnã eandémq; cauſam agebant. *Actoris*) litigatoris. Actor eſt qui agit causã vel tragœdiam, & ſimilia. Varro putat actorem tantum dici, qui aliquid agit motu corporis. poteſt enim aliquis facere, non agere, vt poëtæ comœdiam: & agere, non facere, vt comœdus tragœdiam. *Studium*) fauor. *Diductum*) diuiſum. *In partes*) diuerſas: nam id ſolet fieri vt diſceptantium vni magis faueat auditor: & ſi neuter nec beneficio, nec iniuria ſit incognitus. *Ad hæc*) præterea. Secundo peculiaris particula. *Geſtus dicentis*) oratoris motus: nam omnis actio in duas partes diuiditur, in vocem & geſtum. hic oculos, illa aures mouet: per quos duos ſenſus omnis ad animum penetrat affectus. *Inceſſus*) M. Tullius rarum in actione inceſſum, neque

admodum longum probat. *Diſcurſus*) modò ſit breuis & moderatus, aliâs improbandus. quare tradunt Virginium Flauium interrogaſſe quendam ſuum antiſophiſtam [in actione frequenter diſcurrentem,] quot millia paſſuum declamaſſet. *Vigor*) robur, firmitas. *Conſentaneus*) commodatus magis ad ſenſus quàm ad verba. *Agunt*) cauſam dicunt. *Eadem illa*) vox, caput, vultus, oculi, ſupercilia, & reliquæ corporis partes: geſtus etiam & motus: non autem inceſſus & diſcurſus. *Stantibus*) pedibus innitentibus. *Hoc*) propter hoc. *Deprimantur*) inferiores ſint ſtantibus. [*Recitantium*] quos ſedere oporter. *Oculi*) de quibus vndecimo Fabius, Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi, per quos maximè animus emanat, vt citra metum quoque & hilaritate niteſcant, & triſtitiæ quoddam nubilum ducant: quin etiam lacrymas iis naturæ mentis indices dedit, quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia manant. motu verò intenti, remiſſi, ſuperbi, torui, mites, aſperi fiunt. *Manus*) ſine quibus trunca eſſet actio ac debilis. vix dici poteſt quot motus habeant, cum pene ipſam verborum copiam proſequantur: nam & cæteræ partes loquentem adiuuant. hæ (prope eſt vt dicam) ipſæ loquuntur, an non iis poſcimus? pollicemur? vocamus? dimittimus? minamur? ſupplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? gaudiũ, triſtitiã, dubitationem, confeſſionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus oſtendimus? nam eadem concitant, ſupplicant, inhibent, probant, admirantur, verecundantur. Quare non immeritò Secundus oculos, & manus præcipua pronunciationis adiumenta appellat. *Præpediuntur*) multum diſturbantur ab officio ſuo.

tio langueſcit, nullis extrinſecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata. His accedit quòd oratio de qua loquor pugnax & contentioſa eſt. Porro ita natura comparatum eſt, vt ea quæ ſcripſimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus. Et ſanè quotuſquiſque tam rectus auditor, quem non potius dulcia hæc & ſonantia, quàm auſtera & preſſa delectent? Eſt quidem omnino turpis iſta diſcordia, eſt tamẽ, quia plerunque euenit vt aliud auditores, aliud iudices exigant, cum alioqui præcipuè auditor iis affici debeat, quibus idem, ſi foret iudex, maximè permoueretur. Poteſt tamen fieri vt quanquam in his difficultatibus libro iſti nouitas lenocinetur. nouitas apud noſtros: apud Græcos enim eſt quiddam quamuis ex diuerſo, non tamen omnino diſſimile. Nam vt illis erat moris, leges quas vt contrarias prioribus legibus arguebant, aliarum collatione conuincere, ita nobis, ineſſe repetundarum legi quod poſtularemus, cùm hac ipſa lege, tũ aliis colligendũ fuit: quod nequaquã blandum auribus imperitorũ, tãto maiorẽ apud doctos habere

Langueſcit) minuitur. *Capta*) pellecta, [delinita.] *Extrinſecus blandimentis*) motu corporis opportuno. *Aculeis*) ſtimulis. *Pugnax*) in genere iudiciali. *Contentioſa*) in qua opus eſt contra aduerſarium vocem intendere. nam contentio eſt oratio acris ad confirmandum & confutandum accommodata, quæ in continuationem & diſtributionem diuiditur: quatum illa eſt orationis enunciãdæ acceleratio clamoſa, hæc autem in contentione oratio frequens cum raris & breuibus interuallis, acri vociferatione. *Comparatum*) conſtitutum. *Sic*) cum labore. *Quotus quiſque*) cuiuſcunque ſit conditionis & ordinis. quota enim & ordinem dignitatis & minimum ſignificat. hoc inuenio apud M. Tullium, Plinios vtroſque, Tacitum, Senecam, Martialem. In fœminino genere hucúſq; tantum pro re minime an-

gratiam debet, quanto minorem apud indoctos habet. nos autem ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditiſſimum quemque: ſed planè adhuc an ſit recitandum, examina tecũ, omnéſque quos ego noui in vtraque parte calculos pone: ídque elige, in quo vicerit ratio. à te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium. Vale.

notauimus, præterquam apud Horat. in Sermonibus, vbi hora quota ſignificat ordinem. & Cic. in Rethorico, Quota noctis hora. *Dulcia hæc*) qualia ſunt epigrammata & orationes demonſtratiuæ. *Sonantia*) in iucundioribus vocaliora verba eſſe debent, Sonantia ergo ſimplicia, quę maximè exclamãt, aut ſono ſunt iucũdiſſima: nam ſicut ſyllabæ è litteris melius ſonantibus clariores ſunt, ita verba è ſyllabis magis vocalia: & quò plus quæque ſpiritus habet, eo auditu pulchrius: & quod facit ſyllabarum, idem verborum quoque inter ſe copulatio, vt aliud alij iunctum melius ſonet. *Auſtera*) ſeuera, grauia, quibus paria auditu verba referente Quintiliano conueniunt. *Preſſa*) aſtricta, diligentia, remiſſa. rebus tamen minoribus apta. *Turpis*) vituperanda. *Eſt tamen*) repetitio eiuſdem verbi maiorem vim habet. *Exigant*) appetant. *His*) rebus. *Affici*) moueri. Eſt enim affici trahi ad vnamquanquam rem ex aliqua animi perturbatione. Seneca affectus eſſe voluit motus animi ſubitos, improbabiles & concitatos, [quanquam Maximus egregium humani animi affectum dixerit.] Gręci τὰ πάθη vocãt, de quibus plura Quintilianus & Macrobius. Mouentur autem & dicendo, & faciendo, vt M. Antonius Cæſaris Dictatoris prætextam in funere proferens. Maximè fiunt in procemio & epilogo: alibi breuiores. ſatis cognitum eſt in illis eſſe vim eloquentiæ. *Lenocinetur*) blandiatur, gratiam addat. *Nouitas*) noua dicendi ſpecies. *Non diſſimile*) in genere. *Conuincere leges*) ſenſus eſt in conſtitutione legitima ex contrariis legibus, quas leges probabant eſſe contrarias aliis legibus, Græci conſueuerunt comparatione aliarum meliorum legum confutare. Scias autem neceſſe eſt iure ipſo nullam eſſe legem legi contrariam: quia ſi diuerſum iuſſiſſet, alterum altero abrogaretur: ſed eas caſu & euentu collidi, & diuerſas videri. *Ita nobis*) ordo eſt, ita fuit argumentandum & probandum nobis cum ipſa lege repetundarum, tum aliis legibus ineſſe legi repetundarum, id eſt, contineri ea lege quod accuſaremus: videtur autem iſta fuiſſe oratio, qua Mariũ Priſcum accuſauit. *Blandum auribus imperitorum*) gratum auditoribus imperitis. *Gratiam*) fauorem. *Placuerit*) tibi videbitur. *Planè*) diligenter. *Calculos*) difficultates, rationes: qui enim computabant, calculis vtebantur. vnde Vegetius Calculare. & Mart. calculatorem, quem vulgò ratiocinatorem dixerunt. & ratio pro calculo ſicut calculus pro ratione vſurpatur. Columella calculos pro ſumptu & redditu accipit, cùm præcipit ne maiorem agrum quàm ratio calculorum patitur, emere velimus. *Ratio exigetur*) petent auditores rationem à te quare ſuaſeris, vt recitarem. *Obſequium*) quia parui tuis imperiis.

C. Plinivs Calvisio Svo S.

Aſſem para, & accipe auream fabulam: fabulas immò, nam me priorum noua admonuit: nec refert à qua potiſſimum incipiam.

Aſſem para) Caluiſium contubernalẽ ſuum tribus de M. Regulo fabellis delectat, latenter tempora ſua pul-

Verania Piſonis grauiter iacebat. (huius dico Piſonis, quem Galba adoptauit.) Ad hanc Regulus venit. primùm impudentiam hominis qui venerit ad ægram, cuius marito inimiciſſimus, ipſi inuiſiſſimus fuerat. Eſto, ſi venit tantùm. at ille etiam proximus toro ſedit, quo die, qua hora nata eſſet, interrogauit. vbi audiuit, componit vultum, intendit oculos, mouet labra, agitat digitos, computat nihil, niſi vt diu miſeram expectatione ſuſpendat. Habes (inquit) climatericum tempus, ſed euades. quod vt tibi magis liqueat, aruſpicem conſulam,

ſans, quibus mali multò maiora quàm boni præmia conſequebantur. [*Aſſem*) As antiquitus libralis, id eſt duodecim vnciarum fuit. autores ſunt Donatus, Priſcianus, Gellius. Q. Fabio Dictatore vncialis factus: mox lege Papyriana ſemiuncialis. Prius non fuit pecunia numerata, vt poſtea. Dionyſio & Feſto autoribus æreus erat as. Plutarchus argenteum ſcribit. Varro & eum ſecutus Pompeius ab ære dictum cenſent. *Auream fabulam*) eximiam, precioſam, pulcherrimam. ſic Venerem, & mala aurea appellare ſolemus. nam aurum reliquis metallis pulchrius & precioſius. Quare ſuum Apuleius aſinum dici aureum voluit, quaſi admirandum & ſupra cæteros. quamuis aurum tradant in precio fuiſſe non propter colorem, ſed quòd rerum vni nihil igne deperit. *Aſſem para*) hoc verbo vtuntur circumforanei, & circulatores etiam nunc fabellas populo vendituri. *Fabulas immo*) Correctio. *Noua*) nuper facta. *Verania Piſonis*) vxor, quæ maritum poſt cædem compoſuit quæſito capite, quod venale interfectores ſeruauerant. meminit Tac. *Grauiter iacebat*) graui morbo preſſa lecto ſe continebat. *Huius Piſonis*) nam fuit & C. Piſo, qui in Neronem coniurauit, ac alij plures. *Galba adoptauit*) Imperator Galba, cùm Germaniæ legiones duce Aulo Vitellio defeciſſent, ſe verò non tam propter ſenectutem quàm orbitatem deſpici intelligeret, L. Piſonem Frugi Licinianum egregium iuuenem, generoſum, mitem, prudentem, M. Craſſo ex Scribonia genitum, vultu habituque moris antiqui recta interpretatione ſeuerum, deterius interpretantibus triſtiorem adoptauit: cuius adoptionem à Galba ſecreto habitam cùm in caſtra protuliſſet, milites nullo donatiuo dignati ægrè tulerũt. quod indignanti Othoni, quia non ſe adoptaſſet, materiam præbuit deficiendi. Piſo poſtea in veſtibulo Veſtæ ab Othonianis militibus interficitur ſexto poſt adoptionem die. Hanc rem copioſius tractant Tacitus, Tranq. Plutarchus, Dion. *Inimiciſſimus*) viuo Nerone. [neque minus poſt mortem Galbæ. nam Montanus Regulo obiecit Piſonis mortui caput morſu appetitum.] *Ipſi*) Veraniæ. *Eſto*) concedentis aduerbium, quale Virgilianum illud. Eſto, ægram nulli quondam flexere mariti. *Componit vultum*) in grauitatem & dubitationem format. *Intendit*) immobiles tenet obtutuque hæret defixus in vno. quod eſt ſignum cogitabundi, ſicut agitare digitos vt computaret ſiderum calculos. *Nihil*) facit. *Suſpendat*) excutiat ambiguã & ſuſpenſam teneat. [fuit in alia lectione, Computat nihil, diu miſeram expectatione ſuſpendit.] *Climatericum tempus*) arduum, difficile, contrarium Suida interprete: & Sidonius lib. viij. pleraque de climaterico, quod per hebdomadas fiebat. ſeptenarium enim annum ætatis Chaldæi periculoſum putabant, ſed maximè ſexageſimum tertium: vnde climatericum quaſi ſcalarium dixere Græci. quare Auguſtus apud Gellium gratulatur Caio nepoti quòd euaſiſſet climatericum: cum iam quartum & ſexageſimum natalem ageret, periculoſum profectò ſenibus ſi fides adhibenda ſcriptoribus: ſed Cenſorinus in eo opuſculo quod de natali compoſuit explicatiùs quàm ſuperiores ſuper climaterico ſcripſit: annum referens quadrageſimum nonum longè letaliſſimum: minus verò ſuſpectum tertium & ſexageſimum, ac vnum & nonageſimum: quam-

quam & ipſi letales ſint. Plinius ſenior quinium & quadrageſimum ſuſpectum tradidit, ſed per nouem annorum numerum procedens. *Euades*)valitudinem recuperabis. *Liqueat*)manifeſtum ſit. *Aruſpicem*) qui victimarum exta introſpiciebat aruſpex dictus. Dionyſius quos Græcè hieroſcopos Romanos veruſti nominis patum cuſtodes dixiſſe putat aruſpices. at Fabius à ſpectando à poſteriore parte dictos aſſerit. Donatus ab aruga, quæ & hoſtia: vel ab ara in qua ſeruatur, nomen ſumpſiſſe. Aruſpicinæ inuentum Delpho Plinius tradit, alij à Tage Thuſco ad Romanos tranſiiſſe.

quem ſum frequenter expertus. Nec mora: ſacrificium facit. affirmat exta cum ſiderum ſignificatione congruere. Illa vt in periculo credula, poſcit codicillos, legatum Regulo ſcribit: mox ingraueſcit, clamat moriens, O hominem nequam, perfidum, ac plus etiam quàm periurum qui ſibi per ſalutem filij peieraſſet. Facit hoc Regulus non minus ſceleratè quàm frequenter, quòd iram deorum quos ipſe quotidie fallit, in caput infelicis pueri deteſtatur. Velleius Blæſus ille locuples conſularis nouiſſima valetudine conflictabatur, cupiebat mutare teſtamentum. Regulus qui ſperaret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare eum cœperat, medicos hortari, rogare, quoquo modo ſpiritum homini prorogarent. poſtquam ſignatum eſt teſtamentum, mutat perſonam, vertit allocutionē, iiſdémque medicis quouſque miſerū cruciatis? quid inuidetis bonā mortē, cui dare vitam nō poteſtis? moritur Blæſus: & tāquam omnia audiſſet, Regulo ne tantulum quidem. Sufficiunt duæ fabulæ, an ſcholaſtica lege ter-

[*Expertus*) veridicum.] *Nec mora*)fuit. *Exta*)præcordia vno nomine in homine dicuntur. *Congruere*) eadem ſignificare vt liberaretur. *Significatione ſiderum*) aſtrologia collecta ex climaterica ratione. *Vt*) ſolet fieri. *In periculo*) qui in aliquo periculo ſūt: vnde in morbo nulli ſtatim magis quàm medico credimus. *Codicillos*) tabulas. *Legatum*) hæreditatis partem. Eſt autem legatum, deliberatio quædam hæreditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum hęredis foret, alicui quid collatum voluit. hæc Florentinus. At Modeſtinus breuius, Legatum, inquit, eſt quædam donatio teſtamēto relicta. Iuſtinianus, Legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda: ſed olim Legatorū genera quatuor fuerunt quæ ibi explicantur. *Ingraueſcit*) Verania magis premitur morbo. *Nequam*) malum, alii pro inutili accipiunt[monſtrum nulla virtute redemptum.] *Pluſquam periurum*) impium & prophanum. *Peieraſſet per ſalutem filij*) periurium feciſſet iurando per ſalutem filii ſui Veraniam conualituram. *Fallit*) peierando & viuendo. *In caput*) in vitam. *Pueri*)cuius ingenium Mart. epigrammate proſequitur, & Secundus non vituperat lib. iiij. vbi illius obitum refert. [*Deteſtatur*)teſtando retorquet.] *Velleius Blæſus*)crediderim hunc eſſe Blæſum, quē idem poeta lib. viij. ad Meliorem ſcribens nominat, & ſi ſciam Pedium Blæſum Sabinum à Nerone Senatu motum, Cyrenenſibus accuſantibus violatum ab eo theſaurum Æſculapii, delectúmque militarem precio & ambitione corruptum, cui poſtea ab Othone locus ſenatorius reſtitutus. Legimus etiam Iunium Blæſum Lugdunenſis Galliæ rectorem genere illuſtrem largum animo & parem opibus, qui accuſatus apud Vitellium veneno interiit, vir natalium & morum elegantia clarus. Velleium Paulum Bithyniæ Proconſulem recitat Secundus in Epiſtolis ad Traianum. *Nouiſſima*) qua poſtea

ſtea interiit. *Ille*) omnibus notus & admirandus. vt Tu ne ille Æneas. *Conflictabatur*) cruciabatur, vincebatur. *Teſtamentum*) de quo verbo ſuprà. *Nouis tabulis*) extremo teſtamento, nam poſteriora derogant prioribus. [ſecundum enim Iuriſconſultum licet homini vſque ad mortem mutare teſtamentum, quia ambulatoria eſt voluntas eius vſque ad mortem.] teſtamenti tabulas ſecundum Vlpianum accipere debemus omnem materiæ figuram. ſiue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcunque alterius materiæ, ſiue chartæ, ſiue membranæ, ſiue corium animalis alicuius, tabulæ rectè dicuntur. *Captare*) præmiis & donis ſpe maiorum aucupari. *Hortare*) infinita pro præteritis imperfectis more vſitato. *Spiritum*) vitam. *Homini*) Blæſo. *Signatum eſt teſtamentum*) Vlp. titulo de teſtamentis, ſignatas tabulas accipi docet, ſi & lintheo, quo tabulæ inuolutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint, & ſingulos teſtes, ſeptem ſecundum Paulum, qui in teſtimonio adhibentur, proprio chirographo annotare conuenit, quis & cuius teſtamentum ſignauerit. *Perſonam*) ſumit habitum miſerantis. *Allocutionem*) ſermone dicendi formam. *Iiſdémque me dicit*) Dicit. nota hominis impudentiam, qui quos paulo antè hortabatur, vt vitam Blæſo protraherent, nunc dehortatur. *Bonam*) laudabilem, [citam.] *Omnia*) quæ Regulus dixerat legati cauſa. *Tantulum*) minimum. ſubaudi reliquit. *Scholaſtica lege*) ſunt qui nullo autore dicant fuiſſe moris olim ſcholaſticis, vt expoſitis duabus controuerſiis tertiam exponendam poſtularent. Nos ſecus interpretandum duximus, Scholaſtica lege, id eſt, more ocioſorum: quibus conſuetudo fabellis oblectari. & tertiam dixit, non reſpiciens ad vllum antiquum morem, nec ad numerum ternarium, ſed perinde acſi diceret aliam: erat enim tertia poſt ſecundam. reſpexit autem ad ſignificatum verbi: nam σχολαστικὸν ocioſum ſignificat & fictum. Quid autem aliud eſt ſcholaſtica controuerſia quàm ficta cauſa? & ab ocioſis tractari ſolita: vnde Secundus lib. ix. Niſi fortè volumus ſcholaſticas atque (vt ita dicā) vmbraticas literas mittere, id eſt fictas, quales ab ocioſis ſcribi ſolent. Et ſcholaſticum ingenium dixit eodem libro pro ocioſo, Quare Petronius Arbiter ſcholaſticorum ocium deludens, controuerſiam vmbrantibus ſententiolis pictam dicit.

Eſt) materia. *Aurelia*) duas lego Aurelias per illa tempora, Aureliam Meſſalinam, Clodium Albinum, qui poſtea imperauit, genitricem: alteram Aureliam, diuitem & orbam: de qua Iuuen. Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat. Poſteriorem Secundus intelligit. *Ornata*) honoribus & claris natalibus illuſtrata. *Has*) tunicas. *Leges*) legato mihi relinquas. *Nec multa*) nec plura, ſed ſummam rei dicam. *Aperire tabulas*) Vlpian. de teſtamentis, Si, inquit, teſtamentum quod reſignauerit teſtator, iterum ſignatum fuerit ſeptem teſtium ſignis non erit imperfectum: ſed vtroque iure valebit, tam

tiam poſcis? eſt vnde fiat. Aurelia, ornata fœmina, ſignatura teſtamentum ſumpſerat pulcherrimas tunicas: Regulus quum veniſſet ad ſignandum, Rogo, inquit, has mihi leges. Aurelia ludere hominem putabat, ille ſeriò inſtabat, nec multa, coegit mulierem aperire tabulas, ac ſibi tunicas, quas erat induta, legare. obſeruauit ſcribentem, inſpexit an ſcripſiſſet. Et Aurelia quidem viuit, ille tamen iſtud tanquam morituram coegit. & hic hæreditates, hic legata, quaſi mereatur, accipit. ἀλλά τι διαπονοῦμαι in ea ciuitate, in qua iampridem non minora præmia, immò maiora, nequitia & improbitas, quàm pudor & virtus habent. Aſpice Regulum, qui ex paupere & tenui, ad tantas opes per flagitia proceſſit, vt ipſe mihi dixerit quum conſuleret, quàm citò ſeſtertium

ciuili quàm Prætorio. *Obſeruauit ſcribentem*) annotauit Aureliam, dum legatum ſcriberet, ne ſicut à Blæſo deciperetur. *Inſpexit*) an ſcripſiſſet. ad quod videtur Martialis mutatis nominibus libro xij. alluſiſſe, Hæredē tibi me Catulle dicis. Non credam, niſi legero Catulle. *Viuit*) adhuc ſuperſtes eſt. *Coegit*) ad ſcribendum ſibi legatum. *Moriturum*) mox. *Hæreditates*) totum patrimonium. nam hæreditas eſt tanquam genus, cui legatum ſpecies ſubeſt: maior enim res eſt hæreditas quàm legatū. ἀλλὰ τί διατείνομαι, id eſt, ſed quid extendo, videlicet, quid plura dicam. *Nequitia & improbitas*) nequam & mali. *Pudor & virtus*) pudici & boni. Idem notat Mart ad Fabianum ſcribens, & Iuuena. Saty. prima. ſceleſtis pręmia dari pulſans, bonos iacere algentes. *Paupere & tenui*) parua re & exiguis facultatibus. *Per flagitia*) bonorum citationes & teſtamentorum captationes. *Proceſſit*) ad ampliores diuitias & dignitates peruenit.

ſexcenties impleturus eſſet, inueniſſe ſe exta duplicata, quibus portendi millies & ducenties habiturum. & habebit, ſi modo, vt cœpit, aliena teſtamenta, (quod eſt improbiſſimum genus falſi) ipſis, quorum ſunt illa, dictauerit. Vale.

Seſtertium ſexcenties) ſexcenta millia nummum. *Impleturus*) ſummæ additurus. *Exta duplicata*) dum ſacrificaret, inuenit geminata exta in hoſtia, & duo capita habentia, quod erat ſignum admodum lætum. Hinc Valerius Marcelli ſacrificium laudans, ſcribit iecur cum duobus capitibus ei apparuiſſe. [Etiam Tranquil. tradit immolanti Auguſto omnium victimarum iecinora replicata intrinſecus ab ima fibra apparuiſſe, & reſponſum per hæc lęta & magna portendi.] Legitur etiam duplicia. *Portendi*) ſignificat prædici. Portenta ſunt propriè oſtenta, quæ aliquid imminere ſignificant. Monſtra deorum monita. *Prodigia*) iræ & minæ. *Millies & ducenties*) bis tot. *Dictauerit aliena teſtamenta*) quæ ad alios iure deberent peruenire, pro ſuo arbitrio diſpoſuerit. iam dictum eſt quid ſit dictare.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

Liber Tertius.

Cum doctiſsimis Ioannis Mariae Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS Calvisio Svo S.

NESCIO, an vllum iucundius tempus exegerim, quàm quo nuper apud Spurinnam fui: adeo quidem vt neminem magis in ſenectute, (ſi modò ſeneſcere datum eſt) æmulari velim. nihil eſt enim illo vitæ genere diſtinctius. me autem vt certus ſyderum curſus, ita vita hominum diſpoſita delectat, ſenum præſertim.

N*Eſcio*) Tertium epiſtolarum librum ad Caluiſium contubernalem ſuum inchoans, Veſtricii Spurinnæ & vitam & mores breuibus explicat: ſpondétque cum primùm ad ſenium peruenerit, ſe vſurum eo vitæ genere. [*Exegerim*) diſpenſauerim. exigere tempus, eſt diſponere & tranſmittere, interdum expellere. vt Iuriſconſultus in proœmio.ff. & Teren. An exigendæ ſint nobis. Ac Hiſtorici, Poſt exactos Reges.] *Vllum*) meæ vitæ. *Quo*) tempore. *Adeo*) in tantum iucunditatis prouectus *Diſtinctius*) ordinatius: vt qui incipiat & deſinat vbi conueniat. *Certus ſyderum curſus*) vt ſol & luna, cæteráque ſidera: quæ certa & firma mẽſura motus ſuos diſpartiuntur. Sidus à Græcis ἄστρον dictum, & pluribus ſtellis conficitur: quod pro ſole & luna ſæpius poſitum non modò apud poetas, ſed & rerum ſcriptores inuenimus. Sidus præterea genus morbi qui partem corporis tactam facit immobilem, vt qui fulmine feriuntur: à quo verbum ſideratus de-

duxit Plinius auunculus, & ſiderata membra, ac ſiderationem legimus.

[*Vita hominum*) vita adoleſcentis dicitur eſſe in ſalo, ſenis in portu.]

Nam iuuenes adhuc confuſa quadam & quaſi turbata non indecent: ſenibus placida omnia & ordinata conueniunt, quibus induſtria ſera, turpis ambitio eſt. Hanc regulam Spurinna conſtantiſſimè ſeruat. quinetiam parua hæc, parua, ſi non quotidie fiant, ordine quodam, & velut orbe circumagit. Manè lectulo continetur hora ſecunda calceos poſcit, ambulat millia paſſuum tria: nec minus animum quàm corpus exercet. Si adſunt amici, honeſtiſſimi ſermones explicantur: ſi non, liber legitur: interdum etiam præſentibus amicis: ſi tamen illi non grauantur. Deinde conſidet, & liber rurſus, aut ſermo libro potior, mox vehiculum aſcendit: aſſumit vxorem ſingularis exempli, vel aliquem amicorũ, vt me proximè. Quàm pulchrum illud, quàm dulce ſecretum: quantũ ibi antiquitatis: quæ facta, quos viros audias, quibus præceptis imbuare. quamuis ille hoc temperamentum modeſtiæ ſuæ indixerit, ne præcipere videatur. Peractis ſeptem millibus paſſuum, iterum ambulat mille, iterum reſidet, vel ſe cubiculo ac ſtylo reddit. Scribit enim, & quidem vtraque lingua, lyrica doctiſſimè. mira illis dulcedo, mira ſuauitas, mira hilaritas, cuius gratiam cumulat ſanctitas ſcribentis. Vbi hora balinei nunciata eſt (eſt autem

Confuſa) inordinata. *Induſtria ſera*) diligentia tarda, ingenium importunũ. commodiſſimè Seneca exagitatæ mentis concurſationem non induſtriam appellat. *Ambitio turpis*) honorum indecora affectatio in ſenibus. nam licèt per ſe vitium ſit ambitio: ſæpe tamen in iuuene cauſa virtutum fit. *Regulam*) ordinem. *Parua ſi non continuè fiant*) parua eſſent per ſe conſiderata: ſed ſi continuè fiant, magna ſunt. inſtar ſolis, qui certa menſura ſemper ſe circumagit, vitam diſponebat Spurinna. *Orbe*) ordine, circulo in ſe recurrente. *Hora ſecunda*) diei naturalis, id eſt, ab oriente ſole ad ſolis occaſum: quã uis autoribus Plutarcho, Gellio, Macrobio, Varronem ſecutis, diem Romani inciperent à ſexta noctis hora, Athenienſes autem ab occaſu, Thuſci à meridie, vno cœli circumactu, quo dies vetus & nox continetur. ciuilis hic appellatus à Cenſorino in libro de Natali: ſicut ille naturalis, vbi pluribus explicatur. Varia diei apud varias gentes obſeruatio. Rerũ ſcriptores quãplurimum de naturali die loquũtur. Sic Mart. illo epigrammate, Prima ſalutantes atque altera continet hora, & quæ deinceps. Iuuenalis, Ipſa dies pulchro diſtinguitur ordine rerum, vt Græcum epigramma conticeam, cui eſt initium ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται. Paulus de verborum ſignificatione, Cuiuſcũque diei maior, inquit, pars, eſt horarum ſeptem, primarum diei non ſupremarum: per quod deſignatur diem tãtum fuiſſe xij. horarum. In quam ſententiam apertius totis pedibus iuit Pædianus, & eandem libro octauo Secundus repetit. [*Mille paſſus*) Quidam codices habent, millia paſſuũ tria.] *Honeſtiſſimi*) de rebus honeſtiſſimis. *Si non*) adſunt amici. *Liber rurſus*) legitur. [nam ocium ſine literis mors eſt, & hominis viui ſepultura.] *Sermo*) oratio Spurinnæ demiſſa: quam tamen ita laudat, vt ſcriptis anteponat. *Vxorem*) Cocciam nomine. *Singularis exempli*) vnicæ & præcipuæ virtutis, quæ poſſet aliis exemplo eſſe. *Proximè*) nuper vna aſſumpſit. *Illud ſecretum*) vehi-

culo[eodem]cum Spurinna vehi. *Quantum antiquitatis*) quanta refert de antiquis illuſtria. [*Quibus*) Socraticis, optimis.] *Indixerit*)poſuerit, .i. ea modeſtia moneat. *Præcipere*) tanquam eruditior. *Peractis*)tranſactis vehiculo. *Iterum*)Iam enim dixerat ambulaſſe mille paſſus antequam vehiculum conſcenderet. [*Cubiculo*(ſtudio, [*Stilo*) compoſitioni. *Vtraque lingua*)Græca & Latina.[nam cęteræ linguæ credebantur eſſe barbaræ præter Latinam & Græcam. & ſanè ſi diſciplinas in vtraque ſcriptas conſiderabis, & verborum copiam,harum altera longè reliquas anteibit.] *Lyrica*)carmina: dicta à lyra, quæ latinè fidis, cuius concentu lyrica cantabãtur: quorum princeps apud Græcos Pindarus,apud nos Horatius.Lyricis aut heroum laudes, aut olympionicarum ſcribebantur: & amores eodem in arte dicente,Muſa dedit fidibus diuos,pueroſque deorum, Et pugilem victorem, & equum certamine primum. Et iuuenum curas, & libera vina referre. *Suauitas*) nam poteſt aliquid eſſe dulce non ſuaue. *Hilaritas*)lætitia. hilarus vel hilaris(vtroque enim modo dicitur)lætus. & hilariæ feſta matris deûm octauo Cal. Aprilis lætitiæ & feſtiuitatis: Lampridius & Macrobius prodidere.*Sanctitas*) incorrupta vita.

hyeme nona, æſtate octaua)in ſole: ſi caret vento, ambulat nudus. Deinde mouetur pila vehementer & diu. nam hoc quoque exercitationis genere pugnat cum ſenectute. Lotus accubat, & pauliſper cibum differt. interim audit legentem remiſſius aliquid & dulcius. per hoc omne tempus liberum eſt amicis, vel eadem agere vel alia ſi malint. Apponitur cœna non minus nitida quàm frugi in argento puro & antiquo. Sunt in vſu & Corinthia, quibus

Hyeme nona) Martialis palęſtræ & balineo nonam aſcripſit, nulla hyemis & æſtatis diſtinctione. Sparrianus in Adriano tradit neminem niſi ægrum lauari in publico paſsũ ante octauam horam. Latius Vitruuius lauandi tempus complexus eſt, conſtitutum fuiſſe referens à meridiano ad veſperum. Hic autem non tam publicum lauandi tempus, quàm Spurinnæ conſuetum deſignat Secundus. *Mouetur pila*)exercetur luſoria pila cuius inuĕtor Pythus.ſequentia monſtrant trigonalem intelligendam: in qua ſiniſtra manus plurimum erat adiumento: ex teſtimonio illius diſtichi,Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,Sum tua: ſi neſcis,ruſtice redde pilam. Minus enim mirandum fuiſſet, ſi folle ſenectuti dato luſiſſet Spurinna: de quo Martialis pariter, Folle decet pueros ludere, folle ſenes. De variis pilæ ludis lege Pollucem libro nono. *Hoc genere exercitationis*)trigonalis pilæ. *Pugnat cum ſenectute*) ſenex opus iuuenile exercet. *Accubat*)lecto. *Liberum eſt*)conceditur, poſſunt. *Nitida*)ſplendida: quod ad vaſa & ciborum mundiciem, frugi ad cibos refertur. *Puro*)defæcato: precioſo, expurato, emaculato, excocto, candefacto.quod putum dixit antiquitas, Græci ἄζυζον. *Antiquo*)meliore, *Corinthia*)vaſa: poſtquam Critolaus Corinthiorum dux, dubium an manu, certè oratione Legatos Romanos violauit, à Metello fuſus prælio eſt: Mummius Metelli ſucceſſor vrbem ab incolis deſertam poſt alterius ducis Diæti cladem diripuit,deinde deleuit. Quid ſignorum,quid veſtium, quidve tabularum raptum, incenſum atque proiectum eſt, quantas opes & abſtulerit & cremauerit,hinc ſcias:quod quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus: nam & æris notam precioſiorem ipſa opulentiſſimæ vrbis fecit iniuria, quia incendio peruſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris æris,auri argentique venæ in commune fluxere, quod à multis aſſertum Plinius ſenior ſupputata temporum ratione falſum probat. nam ante Corinthi ruinas nobiles in ære fictores eſſe deſierant. hinc Græcorum aliqui in vrbis excidio ſtatuarum & picturarum mentionem facientes,reliqua

ſilentio prætериere. obtinuit tamen vſus, vt quicquid notabile ſiue in ſignis æris, ſiue in vaſis antiquum inueniretur, pro Corinthio haberetur. & notatum legimus Auguſtum, vt precioſæ ſupellectilis, Corinthiorúmque percupidum. Pauſanias author eſt, æs Corinthium ignitum tingi aqua fontis Corinthi Pirenes, qua temperatura fieri elegans & celebre Corinthium æs, cum tamen ibi non naſcatur.

delectatur, & afficitur. Frequenter comœdis cœna diſtinguitur, vt voluptates quoque ſtudiis condiantur. Sumit aliquid de nocte & æſtate. Nemini hoc longum eſt, tanta comitate conuiuium trahitur. Inde illi poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum aurium oculorúmque vigor integer, inde agile & viuidum corpus, ſoláque ex ſenectute prudentia. Hanc ego vitam voto & cogitatione præſumo, ingreſſurus auidiſſimè, vt primùm ratio ætatis receptui canere permiſerit. Interim mille laboribus conteror, quorum mihi & ſolatium, & exemplum eſt idem Spurinna. nam ille quoque, quoad honeſtum fuit, obiit officia, geſſit magiſtratus, prouincias rexit, multóque labore hoc ocium meruit. Igitur eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, ídque iam nunc apud te ſubſigno: vt ſi me longius euehi videris, in ius voces ad hanc epiſtolam meam, & quieſcere iubeas quum inertiæ crimen effugero.

Vale.

Afficitur) detinetur, affectus capit. *Diſtinguitur*) variatur, interpolatur. *Comœdis*) comœdiarum actoribus: quod Perſius carpit. ecce inter pocula quærunt Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent. *Voluptates*) ciborum gratia. *Studijs*) vrbano ſale, quo reſpergitur comœdia. *Condiantur*) perficiantur. *Sumit*) cœna occupat aliquam noctis partem etiam in æſtate: nam in hyeme non erat mirum, cùm poſt nonam inciperet. Hic iure quæri poſſet, an omnes antiqui ſemel tantum in die cibum, quam cœnam dixere, ſumerent. Satis conſtat multorum teſtimonio circa Secundi ſecula cibum ſemel capi ab omnibus ferè ſolitum. vnde legimus in cœnarum luxum, non prandij leges promulgatas. Veteres bis in die cibum cepiſſe Secundus non multo pòſt oſtendit, auunculum ſuum ſcribens conſueuiſſe cibum interdiu leuem & facilem veterum more ſumere, mox habita eiuſdem cœnæ mentione. Tranquillus aſſerit Auguſtum ſolitum meridianum cibum ſumere: ſed cœnam fuiſſe meridianum cibum tradit Pompeius. quod per hæc Cor. Celſus demonſtraſſe videtur. Si autem vomitus fauces exaſperauit, qui vomuit, ſi mane id fecit, ambulare debet: tum vngi, deinde cœnare. Et Pompeius tradit, quod nunc prandium appellamus, antiquos cœnam dixiſſe: veſpernam, quam nuuc cœnam. Quare fuiſſe crediderim nonnullos tunc temporis, qui prandium ſumerent: ad quod in hyeme hortatur idem Celſus. uam Seneca in Naturalibus inquit, Sed prandia cœnis in lucem vſque perductis ingeſta ſunt. Lampridius Seuerum Imperatorem ſcribit egreſſum balneas multum lactis & panis ſumere ſolitum: & oua, deinde mulſum, atque his refectum aliquando ad prandia iniſſe, aliquando cibum vſque ad cœnam diſtuliſſe. Vitellium, inſuper Tranquillus memorat epulas trifariam ſemper, quadriſariam interdum diſpertire ſolitum: in ientacula, & prandia, & cœnas, & comeſſationes. Athenæus Platonis teſtimonio nixus refert in Sicilia & Italia bis cibum ſumere ſolitos: & alibi, Græcorum antiquos ter in die. irridétque, qui quater epulatos opinantur. Nec

mirum ſi tanta ſumendi cibi varietas olim fuit: cùm hodie quoque pletique ſemel tantum, plurimi bis, nonnulli & ter quater in die id faciant. Græcorum luculentiſſimi ſcriptores arbitrantur, quod nos prandium, ſuos ἄριστον: & quod cœnã, δεῖπνον dixiſſe. Feſtus tamen prandium ex Greco dictum autumat. Trebellius Pollio appellatum, quòd ad bellũ milites paret. *Hoc*) ſumere de nocte. *Comitate*) facetiis, [benignitate. nã comis, benignus, facilis, ſuauis.] *Trahitur*) pducitur. *Inde*) ob iſtas cauſas. *Vigor aurium & oculorum*) virtus audiendi & videndi. *Agile*) expeditum, promptum. *Prudentia*) quæ longo rerum vſu comparatur. Scientia autem eſt intelligendorum bonorum & malorum, eorum etiam media quæ dicuntur: multarum ſcilicet rerum memoria, & vſus plurium negociorum. *Hanc*) talem. *Voco*) inuoco, opto. Melius tamen voto legetur. *Præſumo*) prædeſtino, præoccupo mente. *Ingreſſurus auidiſſime*) initurus eam maximo deſiderio *Ratio ætatis*) ſenectus: qua excuſantur à ciuilibus officiis. *Receptui canere*) conſulere quieti & recipere me in ſeceſſum ab adminiſtratione rerum publicarum. tranſlatum verbum à re militari, cùm pugnando, feſſis vel interuentu noctis, ſeu alia ratione recipiendi ſignum tuba datur. *Obiit officia*) dixit in foro pro amicis, interfuit Senatui. *Magiſtratus*) dignitates, honores. *Prouincias rexit*) Tranſpadanam regionem bello Othoniano: in qua cùm in imperio eſſet, ſtrenue tutatus eſt Placentiam, poſtea miſſus à Traiano in Germaniam aduerſum Bructeros, populos eos ſolo terrore domuit. *Subſigno*) ſubſcribo, ſigillo obligo, affirmo. Calliſtratus de iure immumtatis, Sed ne extenuentur facultates eorum, quæ ſubſignatæ ſint fiſco. Sic Iuſtinianus de adminiſtratione tutorum. Secundus etiam ad Traianum, Non ſine magna fiducia ſubſigno. *Longius euehi*) ſupra rationem ætatis verſari ciuilibus negociis. *Ad hanc epiſtolam*) per hanc epiſtolam, qua fidem meam aſtrinxi. *Cum effugero crimen inertiæ*) cum iure non potero accuſari inertiæ: quòd ideo deſiſtam à cauſis agendis, cum expleuero ſexageſimum annum, tunc enim licebat ab officiis vacare. ſubſidium enim bellißimum exiſtimabant eſſe ſenectuti ocium: quamquam de numero annorum aliqua ſit inter autores varietas. nam Seneca libro de Vitæ breuitate, tradit Senatorem ſexagenarium ab officiis vacare ſolitum. At idem in Declamationibus, Senator poſt ſexageſimum quintum annum in curiam venire non cogitur nec vetatur. Alibi ſuperiori ſententiæ conuenit. Lex à quinquageſimò anno militem non legit, à ſexageſimo Senatorem non citat. Inde Secuiidus lib. quarto in eundem ſenſum inquit, Quando ſeceſſus mei non deſidiæ nomen, ſed tranquillitatis accipiunr, vt ipſæ leges monent quæ maiorem annis ſexaginta ocio reddunt. Iuriſconſulti tamen Vlpianus & Modeſtinus ſeptuageſimum annum aſſignarunt, interdũ quinque amplius vt vacationem haberent à tutelis & curationibus, denique à muneribus tantùm ciuilibus. nam ſi honores coniuncti ſunt patrimonio non excuſantur. quod latius tractat idem Vlpianus de iure immunitatis. Varro ſexageſimum ætatis annum à negociis publicis liberum & expeditum eſſe referens, inde tradit prouerbium natum, Sexagenarios per pontem mittendos, quia ſuffragium non ferebant, quod per pontem ferebatur: ideo dictum ſexagenarios de ponte eiici oportere, non vt popularitas malè intelligit, necandos Extat tamen in prouerbiis Græcis, Sardiniæ incolas ſupra ſeptuaginta annos Saturno ſacrificari.

C. PLINIVS GAVIO MAXIMO SVO S.

Q*Vod ipſe*) Gauiũ Maximum precatur vt aliquid dignitatis Arriano Maturio inopinanti conferre velit: quod vt libentius faciat, quanta ſit

QVod ipſe amicis tuis obtuliſſem ſi mihi eadem materia ſuppeteret, id nunc iure videor à te meis petiturus. Arrianus Maturius Altinatium eſt princeps. Cùm dico

princeps, non de facultatibus loquor quæ illi largè ſuperſunt: ſed de caſtitate, iuſtitia, grauitate, prudentia. Huius ego conſilio, in negocijs: iudicio, in ſtudijs vtor. Nam plurimum fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præſtat. Amat me (nihil poſſum ardentius dicere) vt tu. caret ambitu, ideo ſe in equeſtri gradu tenuit cùm facilè poſſet aſcendere altiſſimum. Mihi tamen ornandus excolendúſque eſt. itaque magni æſtimo dignitati eius aliquid adſtruere inopinantis, neſcientis, immò etiam fortaſſe nolentis: adſtruere autem quod ſit ſplendidum nec moleſtum: cuius generis quæ prima occaſio tibi, conferas in eum rogo: habebis me, habebis ipſum gratiſſimum debitorem. Quamuis enim iſta non appetat, tam gratè tamen excipit quàm ſi concupiſcat.

cum illo deuinctus amicitia breuibus tangit. *Eadē materia*) occaſio, facultas: nam fuit miſſus ad ordinandum Achaiæ ſtatum, poſtmodū Præfectus Prætorio. *Meis*) pro meis amicis. *Arrianum Maturum*) ſupra de Arriano latius. *Altinatium eſt princeps*) primū locum obtinet inter altinates. Princeps enim generale vocabulum eorum qui in aliqua facultate excellunt. Altinum oppidum Venetiæ in palude ſimilem Rauenæ ſitū habens, ab Attila dirutū ſeu incenſum. eius lanę tertium inter italas locū obtinent ex Martialis Diſticho, Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis Nobilis, Altinū tertia laudat ouis. *Facultatibus*) diuitiis. *Iudicio in ſtudiis*) emendatore meorum ſcriptorum. *Ambitu*) honorum cupiditate. *Equeſtri gradu*) dignitate equeſtri: cui conceſſum lege Roſcia in quartodecimo theatri gradu ſedere. *Tenuit*) ſubſtitit ad exemplum Mecœnatis. *Altiſſimum*) Conſulatus dignitatem. *Aſtruere*) addere. *Inopinantis*) ex improuiſo, præter ſpem. *Aſtruere*) reſumptio eiuſdem verbi quæ commodè fit cum aliqua ſunt interpoſita. *Aſtruere autem*) repete extrinſecus magni æſtimo. *Splendidum nec moleſtum*) dignitatem aliquam honorificam & quietam. *Quæ prima occaſio*) quàm primum ſimile aliquid tibi occurret.

C. PLINIVS CORELLIAE HISPVLLAE S.

CVm patrem tuum, grauiſſimum & ſanctiſſimum virum, ſuſpexerim magis an amauerim dubitē: téque & in memoriā eius & in honorem tuum vnicè diligam, cupiam neceſſe eſt: atque etiam, quantum in me fuerit, enitar, vt filius tuus auo ſimilis exiſtat: equidē malo materno: quanquam illi paternus etiam clarus ſpectatúſque contigerit. Pater quoque & patruus illuſtri laude conſpicui, quibus omnibus ita demum ſimilis adoleſcet, ſi imbutus honeſtis artibus fuerit, quas plurimum refert, à

CVm patrē) Corellia Hiſpulla, Corellio & Hiſpulla genita, adoleſcentem filium domi erudiebat. Secundus olim Corellio patri amiciſſimus eam monet iam rethori excolēdum tradere, Iulium Genitorem inter cæteros profeſſores vnicè probans. *Patrem*) Corellium. *Suſpexerim*) veneratus ſim vt rectorem & magiſtrū. *In memoriam eius*) cùm poſt Corellii obitum

adhuc

quo potiſſimum accipiat. Adhuc illum pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit, præceptores domi habuit. vbi eſt erroribus modica, vel etiam nulla materia. iam ſtudia eius extra limen proferenda ſunt, iam circumſpiciendus rhetor Latinus, cuius ſchola ſeueritas, pudor in primis, caſtitas conſtet. Adeſt enim adoleſcenti noſtro cum cæteris naturæ fortunæque dotibus, eximia corporis pulchritudo, cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo, ſed cuſtos etiam rectórque quærendus eſt. Videor ergo demonſtrare tibi poſſe Iulium Genitorem. amatur à me, iudicio tamen meo non obſtat charitas hominis, quæ ex iudicio nata eſt. vir eſt emendatus & grauis: paulo etiam horridior & durior vt in hac licentia temporum. quantum eloquentia valeat pluribus credere potes. nam dicendi facultas aperta & expoſita ſtatim cernitur. Vita hominum altos receſſus, magnáſque

adhuc illius memor ſim. *In honorem tuum*) cùm te honorem. vel vbi agitur de honore tuo. Alii legũt, quod non improbo, & in memoriam eius & honorem tuum vnicè diligam. ſic enim fit clarior ſenſus. *Materno*) Corellio patri tuo & illi auo. *Paternus*) à patre auus. *Spectatus*) probatus. tametſi maioris vis ſit ſpectatus. In Philipp. tamen M. Tull. dicit, Quàm porro ſpectatus ciuis, quàm probatus. *Adoleſcet*) par fiet. *Plurimum refert*) Fabius enim mandat eligendum præceptorem ſanctiſſimum, cuius rei præcipuam prudentibus curam eſſe aſſerit, cùm & moribus & dicendi genere plerunque diſcipuli præceptoribus ſimiles fiant. *Contubernium*) conſuetudinem, familiaritatem. *Domi*) tuæ. *Modica vel nulla materia*) ſi boni ſint præceptores, aliàs non minor peccandi in ſecreto quàm inter multitudinem datur, ſecundum Quintilianum. *Extra limen*) in ſcholas publicas, extra Grammaticam. *Circumſpiciendus*) deligendus. *Rhetor*) dicendi magiſter. Græci indifferenter pro eo qui artem exercet, vſurpant. *Seueritas*) diſciplinam, quæ maximè ſeuera fuerit, ex præcepto Fabii decet eligere. *Pudor*) Abſtinentia vitiorum, pudicitia: in quem ſenſum etiam Græci vtuntur. Valerius autem plerunque pro verecundia. *Caſtitas*) incorrupta vita. *Fortunæ dotibus*) diuitiis. *Lubrico ætatis*) in adoleſcentia, quæ facilè poteſt ad malum declinare. *Cuſtos etiam rectórque*) rhetor, à quo non ſolum inſtituatur ſed etiam regatur. nam intelligere pædagogũm, quem Fabius eſſe voluit amicum, virum grauem, liberum, aut fidelem libertum, ſequentia non patiuntur. [*Videor*) poſſum. *Non obſtat*) ad iudicandum acriter.] *Iulium Genitorem*) rhetorem: ad quem alibi Secundus. *Charitas*) amor. *Ex iudicio nata*) iudicaui ex moribus eum virum bonum antequam amarem. *Horridior*) formidoloſior. *Durior*) ſeuerior. qui inuitatus ad cœnam quamuis lautiſſimam, tamen grauatus eſt: quia ſcurræ, cinœdi, moriones menſæ inerrabant. *Vt in hac licentia temporum*) reſpectu noſtrorum temporum, quibus magna vtimur licentia: nam ſi reſpicimus antiqua, non horridus haberi poteſt. *Facultas*) Copia & poteſtas facilius dicendi. pro diuitiis ſæpe accipitur alibi, quæ multa faciendi facilitatem præbent. *Aperta*) facilis cognitu, prompta. nam vitandus à puero præceptor aridus, ne fiat humilis & velvti terram ſpectans. *Altos receſſus*) maxima ſecreta & abdita inuoluera, vt non ſtatim dignoſci poſſit. Videtur ſumptum à M. Tullio pro Marcello cùm ſcribit, In animis hominum tantas latebras & tantos receſſus eſſe. Et ex prima ad Brutum epiſtola, Non ſoleo, inquit, mi Brute, (quod tibi notum eſſe arbitror) temerè affirmare de altero: eſt enim periculoſum propter occultas hominum voluntates, multiplicéſque naturas. Clodij animum perſpectum habeo, cognitum, iudicatum.

Idem ad Q. fratrem, Multis inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura: frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio verò ſæpiſſimè. Lucianus de calumnia, refert in tenebris eſſe vniuſcuiuſque voluntatem. Secundum verò Nazarius in Panegyrico Conſtantij hoc loco conatus eſt imitari, Humanæ, ſcribit, mentes profundos gerunt cogitationum receſſus.

latebras habet, cuius pro Genitore me ſponſorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet niſi profuturum: nihil diſcet quod neſciſſe rectius fuerit: nec minus ſæpe ab illo quàm à te méque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quæ nomina & quanta ſuſtineat. Proinde, fauentibus diis, trade eum præceptori, à quo mores primùm, mox eloquentiam diſcat: quæ malè ſine moribus diſcitur. Vale.

Sponſorem) vadem, fideiuſſorem, nihil niſi virtuti congruum te in homine depræhenſurum. *Profuturum*) vtile. *Audiet*) Vnde Iuuenalis monet per iſta puerum ad nihil turpe admittendum, Nil dictu fœdum, viſúq; hæc limina tangat, Intra quæ puer eſt: nam ſequitur maximam puero reuerentiam habendam. *Neſciſſe*) & in moribus & literis. at potius moribus: nam ſi quidem ſtudiis ſcholas prodeſſe, moribus autem nocere conſtaret: potior mihi ratio viuendi honeſtè, quam vel optimè diſcendi videretur. *Quibus imaginibus*) præclaris maioribus: quorum imagines iuxta atrium ſuper tabulino collocabat antiquitas, & in funere gentilitio efferebantur, vt poſteri exemplo incitarentur, & maiorum nobilitas oſtentaretur. Quare Salluſtius arguens Marium ignobilem fuiſſe, refert ſine maiorum imaginibus, & pariter Tranquillus gentem Flauiam. *Oneretur*) niſi fuerit illis ſimilis: maius enim dedecus inuritur nobilium filiis degeneribus, quàm obſcuro loco natis. *Nomina*) maiorum illuſtria. Iuriſconſulti frequentius pro debitoribus vſurpant. *Suſtineat*) habeat ad imitationem proponenda. *Eloquentiam*) quæ ſine moribus iure non poteſt dici eloquentia, ſed loquentia. *Quæ malè ſine moribus*) Neque enim Fabius inquit, eſſe oratorem niſi bonum virum iudico: & ſi fieri poteſt, nolo: ideo non dicendi modo eximiam in eo facultatem, ſed omnes animi virtutes exigimus.

C. Plinivs Macrino Svo S.

QVamuis & amici quos præſentes habebam, & ſermones hominum factum meum comprobaſſe videantur, magni tamen æſtimo ſcire quid ſentias tu. Nam cuius integra re conſilium exquirere optaſſem, huius etiam peracta iudicium noſſe mirè concupiſco. Cum publicum opus mea pecunia inchoaturus in Thu-

QVamuis) Macrino familiariter vtebatur Secundus: teſtes ſunt multæ ad eundem epiſtolæ. huic igitur exponit cauſas, quibus aduocationem pro Bæticis contra Cæcilium Claſſicum ſumpſiſſet: & poſt factum conſulit, an rectè fecerit. *Re integra*) antequam aduocationem aggrederer. *Peracta*) finita cauſa. *Publicum opus*) templum in Tifernio Tiberino, ad quod rus poſſedit Secundus. meminit ædificationis & dedicationis illius lib. iiij.

ſcos excurriſſem, accepto, vt Præfectus ærarij, commeatu, legati prouinciæ Bæticæ queſturi de Proconſulatu Cæcilij Claſſici, aduocatũ me à ſenatu petierunt. Collegæ optimi, meíque amantiſſimi de communis officii neceſſitatibus prælocuti, excuſare me & eximere tentarunt. Factum eſt Senatuſconſultum perquàm honorificum, vt daret prouincialibus patronus ſi ab ipſo me impetraſſent. Legati rurſus inducti, iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam quam eſſent contra Maſſam Bæbium experti, allegantes patrocinij fœdus. Secuta eſt Senatus clariſſi-

Excurriſſem) properanter iuiſſem. *Accepto commeatu*) imperrata profectione. commeatus enim & diſceſſum ab officio & annonam ſignificat. *Vt præfectus ærarij*) vt qui tunc eram Præfectus ærarij: ideo fuit diſceſſus ab vrbe impetrãdus à Cæſare. Præfectus generale vocabulum eſt: nam & legionum, alarum, cohortium, vrbis, ærarij, caſtrorum, fabrorum, prętorij, annonæ, vigilũ præfecti iure dicuntur. & Pręfectos pro Prætoribus cõſtitutos, qui res vrbanas tractarent, legimus. Præfectus autem ærarij publicas pecunias curabat: proſcriptorum damnatorúmque bona in ærarium redigebat: denique omnia vectigalia reip. ſpectantia. Hinc Apuleius dixit, Quæſtores vectigalium habebant. Nam hi prius curam ærarij habebant, à quibus Auguſtus ad Prætorios, Prætorésve tranſmiſit. poſtea tranſlata fuit ad Præfectos. Tacitus, Dein Nero curam tabularum publicarum à Quęſtoribus ad Præfectos tranſtulit. Variè habita & ſæpe immutata eius rei forma. *Bætica*) pars Hiſpaniæ Bætica à fluuio Bæti cognominata, nunc regnum Granatæ. *De Proconſulatu*) Cæcilij Claſſici. quòd Cęcilius Claſſicus In Procõſulatu ſuo malè Bæticam tractaſſet. *Proconſulatu*) quantum ex M. Tullio & Liuio colligimus, conſtitutum erat, vt qui priore anno Conſul fuiſſet, in ſeuqenti Proconſul eſſet: qui prouinciam ſortitus pari Conſulibus imperio in eam mittebatur. Vlpianus inſuper. ff. primo. Proconſul vbique quidem proconſularia inſignia habet ſtatim atque vrbem egreſſus eſt: poteſtatem autem non exercet, niſi in prouincia quæ ei decreta eſt. ſed Martianus hoc latius tractat. poſtquam vrbem egreſſi ſunt Proconſules, iuriſdictionem habent non contentioſam, ſed voluntariam, vt ecce manumitti apud eos poſſunt tam liberi quàm ſerui & adoptiones fieri. Subdit Vlpianus, cũ pleniſſimam iuriſdictionem Proconſul habeat, omnium partes, qui Romæ, vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem ius dicunt, ad ipſum pertinent: & ideo maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem, nec quicquam eſt quod non per ipſum expediatur, non amplius ſex faſcibus vtitur, vrbem ingreſſus deponit imperium. *Cæcilius Claſſicus*) vir apertè malus Proconſulatum in Bætica non minus violenter quàm ſordidè geſſerat eo anno, quo in Africa Marius Priſcus: erat autem Priſcus ex Bætica, ex Africa Claſſicus: in quem cùm tota prouincia incubuiſſet, ille accuſationem morte præuenit, Bætica tamen in accuſatione perſtabat. Claſſici Tacitus & Martialis meminere. *A Senatu*) qui plerunque dabat aduocatos litigatoribus. *Collegæ*) qui Præfecti mecum fuerant ærario, è quorum numero vnus erat Cornutus Tertullus. *Neceſſitatibus*) negociis inſtantibus & neceſſariis, à quibus non poteram aduocationibus diſtineri. *Communis officij*) Præfecturæ ærarij. *Prælocuti*) præfati apud Senatum. *Eximere*) liberare ab aduocatione Bæticorum. *Honorificum*) in magnam mei commendationem. *Prouincialibus*) Bæticis. *Ab ipſo me*) à me ipſo, id eſt ſi hoc me exoraſſent. [*Inducti*) in Senatum. *Fidem*) fidele auxiliũ.] *Maſſam Bæbium*) Senatus Bæticis iam dederat Secundum & Senecionem aduocatos contra Bæbium Maſſam adhuc viuo Domitiano: quare damnatus Maſſa & bona eius publicè cuſtodita: nam & Tacitus in vita Agricolæ

reum fuiſſe tradit: Iuuenalis delatorem, Martialis furem ſcripſêre. Satis conſtat per hunc interfectum Piſonem: nam è procuratoribus Africæ iam tum optimo cuique exitioſus, & in cauſas malorum, quæ ſub Domitiano viri boni perpeſſi ſunt, ſæpius interfuit. *Patrocinij fœdus*) aduocationis vinculum ex longa conſuetudine. multis enim officiis, & laboribus, periculis etiam, eam prouinciam deuinxerat. [an quia ſe in omnibus fore illius prouinciæ patronum promiſerat.]

ma aſſenſio, quæ ſolet decreta præcurrere. Tũ ego, Deſino inquam P.C. putare me iuſtas excuſationis cauſſas attuliſſe, placuit & modeſtia ſermonis & ratio. Compulit autem me ad hoc conſilium, nõ ſolùm conſenſus Senatus (quanquam hîc maximè) verùm & alij quidem minores, ſed tamẽ innumeri. Veniebat in mẽtem priores noſtros etiam ſingulorum hoſpitum iniurias accuſationibus voluntariis executos, quo deformius arbitrabar publici hoſpitij iura negligere. Præterea cùm recordarer,

Aſſenſio) conſenſus & fauor pro Bæticis [ad Traianum ſcribens teſtatur ſe in Præfectura ærarij patronum fuiſſe prouincialibus contra Marium Priſcum.] *Decreta præcurrere*) qualis conſenſus ſolet fieri, cùm aliquid Senatores decernunt. Decernere eſt de magnis rebus certiam proferre ſententiam, vnde Senatus decretum. Fabius, Conſulta Senatus, decreta principum & magiſtratuum eſſe voluit. Inde Secũdus in Panegyrico, decreta coloniarum & ciuitatum dixit. & Tullius pro Roſcio, Decurionum decretum. Tranquillus frequentius monſtrat decretum eſſe partem Senatuſconſulti & ſpeciem, genus autem Senatuſconſultum. Seneca, cuiuſcunque profeſſionis decreta & præcepta: ſed hoc differre quòd illa generalia & tanquam elementa, hæc ſpecialia & tanquam membra. *P.C.*) Senatores quos Romul⁹ Patres appellauit, ſiue quòd alios ætate præcederent, ſiue quòd filij eis eſſent, ſiue ob ſimilitudinem curæ, ſiue ob nobilitatem, quòd poterãt ſuos patres oſtendere, ſiue propter hæc omnia. authores ſunt Liuius, Eutropius, Dionyſius, & alij Græcorum. Patres Feſtus ſcribit vocatos, qui eſſent Patricij generis. Tranquillus in Auguſto indicat potuiſſe fieri, vt aliquis Patricius fuiſſet & non Senator. [quã Iuſtinianus etiam in Inſtitutionibus hoc apertè declarat,] & Tacitus, vt aliquis Senator, & non Patricius. Erant autem Patricij, qui à Patribus, quos centum Romulus creauerat, nati ſunt, quaſi bonis parentibus orti eſſent dicti, Plutarcho tradente: qui ſcribit contra aliorum ſententiam, Publicolam, cùm bello & regis Tarquinij crudelitate exhauſtum Senatum videret, conſcripſiſſe centum & ſexaginta quatuor: & ideo conſcriptos appellatos. alij id inſtitutum Bruto aſſignant, eum poſt exactos reges, quo plus virium in Senatu frequentia ordinis faceret, cædibus Tarquinij etiam diminutum patrum numerum, primoribus Equeſtris gradus electis (quanquam Plutarchus è plebe tradat) ad trecentorum ſummam expleuiſſe: traditúmque deinde fertur, vt in Senatum vocarentur, qui Patres, quique conſcripti eſſent, conſcriptos videlicet nouum Senatum appellantes, vt per patres maiorum familias, quos Romulus Senatores creauerat, intelligeremus: per conſcriptos, minorum gentium Senatores. Feſtus ſimpliciter conſcriptos refert, qui in Senatu eſſent ſcriptis annotati: allectos poſtea, qui propter inopiam Senatorum ex Equeſtri ordine in Senatum aſſumpti ſunt. *Iuſtas*) iuſtè me excuſare: id eſt, quamuis poſſem iure hanc prouinciam deprecari, tamen parebo veſtræ ſententiæ. *Ratio*) quæ ſequitur [multiplex.] *Hoc conſilium*) vt pro Bæticis agerem. } *Hîc maximè*) conſenſus Senatus in primis me mouerit. *Minores*) cõſenſus, rationes. *Innumeri*) multi. [Quidam legunt minoris numeri, minoris effectus & ponderis. vel quod magis placet, minores numeri, debiliores calculi &

rationes.]*Priores noſtros*) oratores veteres, vt fecit Tul. [vnde libro 5. in Verrem, Adductus, inquit, ſum iudices officio, fide, miſericordia, multorum bonorum exemplo, veteri conſuetudine, inſtitutóque maiorum, vt onus huius laboris atque officij, non ex meo, ſed ex maiorum neceſſariorum tempore mihi ſuſcipiendum putarem. ſemper hæc cauſa plurimum valuit: ſemper hæc ratio accuſandi honeſtiſſima pro ſociis, pro ſalute prouinciæ, pro exterarum nationum commodis inimicitias ſuſcipere, ad periculum accedere, operam, ſtudium, laborem interponere. Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimúmque ducebant, ab hoſpitibus, clientibúſque ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam pop. Ro. ditionémque eſſent, iniurias propulſare, eorúmque fortunas defendere. Quod probat exemplo Catonis & Domitij. *Voluntarijs*) non rogantibus hoſpitibus, quibus erat illata iniuria.]*Hoſpitum*) amicorum, clientum. *Executos*) vltos. *Publici hoſpitij*) vnius prouinciæ amicæ, & meo patrocinio confiſæ.

quanta pro iiſdem Bæticis priore aduocatione, etiam pericula ſubiiſſem, conſeruandum veteris officij meritum nouo videbatur. Eſt enim ita comparatum vt antiquiora beneficia ſubuertas, niſi illa poſterioribus cumules. nam quamlibet ſæpe obligati, ſi quid vnum neges, hoc ſolum meminerunt, quod negatum eſt. ducebar etiam quòd deceſſerat Claſſicus, amotúmque erat quod in eiuſmodi cauſsis ſolet eſſe triſtiſsimum periculum Senatoris. Videbam ergo aduocationi meæ non minorem gratiam, quàm ſi viueret ille propoſitam inuidiam nullam. In ſumma, computabam, ſi munere hoc tertio fungerer, faciliorem mihi excuſationem fore, ſiquis incidiſſet quem non deberem accuſare. Nam cùm eſt omnium officiorum finis aliquis, tum optimè libertati venia obſequio præparatur. Audiſti conſilij mei motus, ſupereſt alterutra ex parte iudicium tuum. In quo mihi æquè iucunda erit ſimplicitas diſſentientis, quàm cõprobantis autoritas. Vale.

Priore aduocatione) contra Bebium Maſſam *Etiam pericula*) cùm Senecionem Maſſa impietatis reum poſtulaſſet, Secundus aduocationis particeps, ne præuaricator crederetur, interrogauit Maſſam cur etiam non poſtulaſſet ſe reũ impietatis, auſus malis temporibus eſſe vir bonus. *Comparatum*) conſtitutum, conſuetum. *Poſterioribus*) recentioribus beneficiis. *Cumules*) augeas, ſuffulcias. *Quamlibet*) multum, quantumuis. *Quid vnum*) aliquod beneficiũ.] [*Ducebar*) trahebar ad hãc aduocationem ſuſcipiendam] *Deceſſerat Claſsicus*) fortè an voluntaria morte incertum, ſuſpectam voluiſſe infamiam obitu fugere. *Eiuſmodi*) repetundarum. *Periculum*) exilium vel relegatio. *Propoſitam non minorem gratiam*) non minus gratam fore meam aduocationem Beticis. *Inuidiam nullam*) maleuolentiã nullius me ſubiturũ. *Iã tertio*) nam contra Maſſam pro Bæticis iam bis adfuerat. Idem lib. ſexto memorat ter pro illis egiſſe. *Nam cùm eſt*) ſententia. *Tum optimè*) tum maximè veniam cõſequi meremur, vt liberi ſimus, ſi multa beneficia præceſſerint *Obſequio*) aliò recenti beneficio. *Motus*) cauſas. *Supereſt*) reliquum eſt vt promas. *Alterutra ex parte*) approbando quod bene fecerim, vel reprehẽdendo quod malè. *Diſſentientis*) improbâris hoc meum conſilium [*Autoritas*) pondus, graue teſtimonium.]

C. PLINIVS MACRO SVO S.

PErgratum eſt mihi, quòd tam diligenter libros auunculi mei lectitas vt habere omnes velis, quæráſque qui ſint omnes. Fungar indicis partibus: atque etiam quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam. Eſt enim hæc quoque ſtudioſis non iniucunda cognitio. De iaculatione equeſtri vnus, hunc, cum præfectus alæ militaret, pari ingenio curáque compoſuit. De vita Pomponij Secundi duo, à quo ſingulari-

PErgratū) Marcus, librorum Plinij ſenioris ſtudioſus, requiſierat quot edidiſſet: omnes enim cupiebat habere: cui Secundus non ſolum numerum & ordinem recenſet, verumetiã diligentiam illius circa ſtudia, quum alioquin eſſet occupatiſſimus, repræſentat. Marcos plures multorum teſtimonio per illa tēpora fuiſſe lego. incertum tamē, ad quē ſit ſcripta epiſtola. Antoninum ſuſpicari licet: quædam verò exemplaria Macrum habent, quem Secundus alibi teſtatur fuiſſe Conſulem dēſignatum Philoſtratus inſuper Marcum Declamatorem Bizantium ab Adriano dilectum ſcripſit. *Auunculi*) Plinii ſenioris, cuius ſoror Cæciliū Secundum genuit. *Partibus*) officio. *Indicis*) tabulæ quæ præponitur libris, vt & numerum & ordinem, tam librorum quàm rerum, per capita indicet: an magis inſcriptio intelligenda, qua vnuſquiſque ſummatim liber demonſtratur: nam & Martialem comperio pro inſcriptione vſum, Et cocco rubeat ſuperbus index. Eſt præterea, qui alicuius facinoris particeps coniurationem detegit: & digitus poſt pollicem primus. *Hæc*) cognitio, ordo librorum. *Iaculatione equeſtri*) quomodo quis vtatur iaculo in equo aduerſus hoſtem. Huius libri octauo ſuarum hiſtoriarum idem meminit, in quo etiam videtur ſcripſiſſe de generoſitate equorum. *Iaculatione equeſtri*) Ferentarii equites ij dicuntur, qui eminus ſolent dimicare, quorum alii iaculis, alii arcu vtuntur, iaculantur: quos Tarentinos vocamus. arcu vtuntur, qui equites ſagittarii, & à nonnullis Scythæ vocantur. Tarentinorum duo ſunt genera. nam alii longius iaculantur, & ob eam rem equites iaculatores dicuntur, & Tarētini ſpeciali vocabulo: alii cùm ſemel aut bis iaculum miſerint (quo leuiori vtuntur) manus de cætero cum aduerſario conſerunt, & comminus pugnare incipiunt. Hæc Ælianus. *Vnus*) liber compoſitus eſt. *Alæ*) equitum, quòd ad ſimilitudinem alarum protegant acies ab vtraque parte, Vegetio, Modeſto, & Seruio tradentibus. Et alarios milites Cæſar, quos Vegetius alites appellat. [Tranquillus de Viris illuſtribus. C. Plinius Secundus Nouocomenſis equeſtribus militiis induſtriè functus eſt, quam militiam idem Plin lib. xvi deſignat.] *Pari*) ſūmo. *Quinti Pomponij Secundi*) Tacitus non Quintum, ſed Publium, interdum Lucium prænomine vocat, tanta ſcripturæ varietate, ſicut mendoſè apud Fabium legitur fuiſſe controuerſiam inter Pompeium & Senecam, an gradus eliminat, in tragœdia dici opportuiſſet: pro inter Pomponium & Senecam. Fuit enim in tragœdia omnium, quos Quintilianus vidiſſet, longè princeps: quem ſenes eruditione, ac nitore Pindarum tragicum putabant. Si quid fortè in tragœdiis familiarior amicus tolleret, quod ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, ad populum prouoco: ita ex populi vel ſilentio vel applauſu, aut amici, aut ſuam ſententiam ſequebatur, vir ſanè dignitate vitæ, vel perpetuitate famæ, quanuis diuerſo ſcribendi genere, Afro Domitio comparandus. nam cum Saturnillo, quibus Conſulibus Caius trucidatur, Collega fuit: & in Germania ſuperiore deuictis Cattis triumphalia ornamenta ex decreto Senatus eſt adeptus. modica fama eius apud poſteros, in quis carminum gloria præcelluit.

Huius igitur vitam conſcripſiſſe, & cœnam, quam ille C. Cæſari Germanici filio dederat, libro quartodecimo Plinius ſenior aſſerit: ſéque vidiſſe Tiberii Caiique Gracchorum literarum manus monumenta, quæ apud eundem vatem eiuſque clariſſimum ſeruabantur, [quem lib. vij. teſtatur nunquam ructaſſe] *Memoria*) æternitati, quâquam hoc opus cum multis interciderit in Germania, quam militiam Plinius ſenior libro decimo ſexto deſignat.

ter amatus, hoc memoria amici quaſi debitum munus exoluit. Bellorum Germaniæ viginti, quibus omnia, quæ cum Germanis geſſimus bella, collegit: Inchoauit, cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſimè victor ibi periit: commendabat memoriam ſuam, orabátque, vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret. Studioſi tres in ſex volumina propter amplitudinem diuiſi: quibus oratorem ab incunabulis inſtituit, &

[*Bellorum*) eadem refert Tranquillus.] *Militaret*) Præfectus alæ eſſet ſub Pomponio. *Adſtitit*) apparuit. *Quieſcenti*) in ſomno. *Druſi Neronis*) Druſus Nero Tiberij Neronis & Liuiæ Druſillæ filius, quam petéti Auguſto, iam Tiberium, qui poſtea imperauit, enixam, & tunc grauidam, maritus conceſſit; non abfuit tamen ſuſpicio ex vitrico per adulterij conſuetudinem procreatum. is in Quæſturæ Prętureq; honore dux Rhetici, deinde Germanici belli, Oceanum ſeptentrionalem primus Romanorum ducum nauigauit, trans Rhenum foſſas noui & immenſi operis effecit, quæ Druſinæ vocatæ ſunt: hoſtem etiam frequenter cæſum, ac penitus in intimas ſolitudines actum, non prius deſtitit inſequi, quàm ſpecies Barbaræ mulieris humana amplior, victorem tédere vltra ſermone Latino prohibuiſſet, Quo feſtinas Druſe non contentus rebus à te geſtis? non tibi omnia dii dederunt intueri, quare abi: nam & geſtorum tuorum, & vitæ iam tibi finis adeſt. Ouandi ius & triumphalia ornamenta percipiens, ac poſt Præturam confeſtim inito Conſulatu, atque expeditione repetita ſupremum diem morbo obiit in æſtiuis caſtris, quæ ex eo appellata ſunt ſcelerata. Nonnulli putant veneno interemptum, Auguſto conſentiente. quod non veriſimile videtur, cùm tantopere & viuum dilexerit, vt cohæredem ſemper filiis inſtituerit, & defunctum ita pro cócione laudauerit, vt deos precatus ſit, ſimiles illi Caium & Lucium ſuos Cęſares facerent, ſibíque tam honeſtũ quandoque exitum darent, nec contentus elogium tumulo eius verſibus à ſe compoſitis exſculpſiſſe, niſi etiam vitę memoriam proſa oratione compoſuiſſet, & Tiberiũ fratrem cum ægrum audiuiſſet, magnis itineribus vt contenderet, miſit. qui adhuc trahentem animam Druſum offendit, cuius cadauer magna pompa Romam delatum in ſépulchrum C. Cæſaris conditum eſt: qui Liuii epitomen fecit, contra cæterorum opinionem, fractura, equo ſuper crus eius collapſo, mortuum tradit, trigeſimo die quàm id acciderat. *Latiſſimè victor*) ad Albin vſque fluuium domuit Germanos. Illius geſta Strabo & Liuii abbreuiatores enumerant: ſed longè plura Ouidius, Liuiam matrem longo carmine ſolando proſecutus. [*Adſereret*) prouideret, ne obliuio ſepeliret nomèn & facta ſua.] *Studioſi tres*) libri tres quos ſtudioſos vocauit, quod iis maximum ſtudium impenderat, & lectores non minus adhibere deberent. Eſt enim ſtudium animi aſſidua occupatio ad aliquam rem applicata magna cum voluntate, ſic nuncupatos Fabius & Gellius teſtantur, quos hic libro octauo ſummè probat: in eis multa ad oblectandas eruditorum aures afferens, vnum tantum vellicans. *In ſex Volumina*) liber maiora complectitur, volumen minora: nam pars libri eſt volumen, vt ſic dixerim, Tranquillum ſcripſiſſe librum duodecim Cæſarum, iure totum opus librum appellauerim: at ſin-

gulorum vitas, volumina. Quare Ouidius de ſua Metamophoſi dixit. Sunt mihi mutatæ bis quinque volumina formæ. [Valetius , Quis enim omnis æui geſta modico voluminum numero comprehenderit?] ea Græci τμήματα, id eſt, ſectiones dixerunt, ſcias tamen interdum confundi. Volumen à voluendo , & implicando dictum, quòd antiqui ſchedas cōplicabant: & Iuuenalis per complicatos Cæſaris anticatones figuram obſcœnam deſcripſit. *Ab incunabulis*) ab infantia, [à rudimentis. Cunabula lectuli in quibus infantuli iacerę conſueuerunt, vel loca in quibus naſcūtur, quaſi cynabula cùm *κύειν* ſit prægnantem eſſe & parere.] Hunc ſecutus eſt Fabius (nam interdum Plinium citat) Inſtitutiones ſuas vberius lucubrādo. *Inſtituit*) inducit, inſtruit à principio. vnde Inſtitutiones Iuſtiniani, quæ legum rudem & inſcium per principia ad maiorā introducant.

perfecit. Dubij ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis, cùm omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius periculoſum ſeruitus feciſſet. A fine Aufidij Baſsi triginta vnus. Naturæ hiſtoriarum triginta ſeptem, opus diffuſum, eruditum, nec minus varium quàm ipſa natura Mirarus quòd tot volumina, multáque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit: magis miraberis, ſi ſcieris, illum aliquandiu cauſas actitaſſe, deceſsiſſe anno ſex-

Dubij ſermonis) de Grāmatica, in quo eſſet loquēdi ambiguitas. Diomedes & Priſcianus in hoc opere Plinium interdum citāt. ipſe præterea in præfatione Naturalis hiſtoriæ ſuum recognoſcit. Nam de Grammaticis, inquit, ſemper expectaui partu riri aduerſus libellos, quos de Grāmatica edidi: quorum fragmenta noſtro ſeculo Ioannes Tortellius afferit ad manus ſuas perueniſſe. *Nouiſsimis annis*) imperii : tunc iam magis atque magis ſæuiente Nerone. *Seruitus*) tyrannis. *Paulo liberius*) quale ſatyricum, hiſtoricum, comicum, tragicū. *A fine Aufidij Baſsi*) non à morte Aufidii Baſſi, ſed à fine hiſtoriarum eius: nam & ipſe hiſtorias compoſuit, egregiè vtique in libris belli Germanici præſtitit. Extant adhuc quædam illius verba de morte Ciceronis. Vir fuit optimus, ſed infirmi & exhauſti corporis, in quem ſenectus maximo pondere incubuit : verùm eam alacri animo, quoad defecit, ſuſtinuit. Illum Seneca vidiſſe teſtatur , & conſtantiam eius epiſtola commendat. Videtur illa hiſtoria Plinius Veſpaſiani tempora complexus. Nos quidem, inquit, in præfatione Natur. hiſto. omnes patrem te fratrémque diximus opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi à fine Aufidii Baſſi, vbi ſit ea quæres : iāpridem peracta ſancitur , & alioqui ſtatutum erat hæredi mandare , ne quid ambitioni dediſſe vita iudicaretur. *Triginta*) liber hiſtoriarum Romanarum, quas Tacitus & Tranquillus interdum citant. *Naturæ hiſtoriarum*) de naturali hiſtoria, quo vno opere Græcos eruditione vincimus : ibi enim omnem naturæ vim & potentiam explicat, quo ſi latinitas careret, non à fonte perenni, ſed à riuulis ſæpe deficientibus rerum cognitionem hauriret: quāta in eo eruditio & varietas, quanta rerum copia, quæ ſegetis fertilitas & apotheca, vt mihi innumerabiles & Græcorum, & noſtrorum theſauros in vnum compoſuiſſe videatur, & eſſe maris inſtar, in quod omnia decurrant flumina, & vnde emergant [hiſtoriarum. Suetonius, Nat. hiſt. xxxvii libros abſoluit, in quibus xx. millia rerum dignarum ex lectione voluminum circiter duum millium complexus eſt : primus autem liber quaſi index. xxxvi librorum ſequentium conſummationem totius operis & ſpecies continet titulorum.] *Diffuſum*) amplum, ſpatioſum. *Eruditum*) refertum rerum cognitione. *Varium*) diuerſitate rerum. *Scrupuloſa*) difficilia, ardua. *Occupatus*) officiis diſtentus. [nam procurationes, autore Tranquillo, ſplendidiſſimas atque continuas

neas ſumma integritate adminiſtrauit, & tamen liberalibus ſtudiis tantùm operam dedit, vt non temerè quis plura in ocio ſcripſerit.] *Homo*) non deus. Idem in præfatione, Homines enim ſumus, & occupati officiis. *Cauſas actitaſſe*) ſæpius dicendo patrocinium ſuum præſtitiſſe clientibus.

to & quinquageſimo. medium tempus diſtentum impeditúmque, qua officiis maximis, qua amicitia principum, egiſſe. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilãtia. Lucubrare à Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, ſtatim à nocte multa: hyeme verò ab hora ſeptima. vel cum tardiſſimè, octaua, ſæpe ſexta. Erat ſanè ſomni parciſſimi: nonnunquam etiam inter ſtudia inſtantis & deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem. Nam ille quoque noctibus vtebatur: inde ad delegatum ſibi officium. reuerſus domum, quod reliquum temporis, ſtudiis reddebat. poſt cibum ſæpe (quem interdiu leuem & facilem, veterum more, ſumebat) æſtate, ſi quid otij, iacebat in ſole, liber legebatur, adnotabat, excerpebátque. nihil .n. vnquam legit quod non excerperet. Dicere eti

Medium tempus) dimidium vitæ, interdiu. *Diſtentum*) implicitum, [occupatum, diſtrictum, vt in quibuſdam legitur exemplaribus.] *Qua*) partim. Libro ſexto. Qua fœminę, qua viri. Et ad Traianum, Qua priuati, qua publicè. In Panegyrico, Qua ciuium, qua ſociorum voluntatibus. Ideo plura exempla huc adduximus, quòd in multis exemplaribus legebatur quàm: & ne vno Secundo contenti ſimus, Apuleium audiamus libro nono dicentem, Qua pugnis, qua cubitis, qua morſibus conuerberat. Et Pacatũ in laudibus Theodoſij, Iam teipſum qua publicè, qua priuatim videret priſcorum luxuria ducum viuentem. Denique Mamertinum pro Conſulatu, Qua ſacra, qua prophana rapiebant. [Et Cic. ad Atticum, Qua dominus, qua aduocati ſibilis conſciſſi ludis Apollinaribus. Et lib. xv. Qua dę Buthrotis, qua de Bruto.] *Amicitia principũ*) Veſpaſiani præſertim & Titi, quod ipſe confitetur, Subciſiuis, inquit, temporibus iſta curamus, id eſt, nocturnis, ne quid veſtris putes ceſſatum horis, dies vobis impendimus. *Acre*) acutum, vehemens. *Lucubrare*) ſtudere. nam lucubratio eſt ſtudium nocturnum non ſolum circa literas, ſed etiam alias res. Fabius, Ideóque lucubrantis ſilentium noctis, & clauſum cubiculum, & lumen vnum velut tectos maxime teneat. Et lib. xl. Oratori vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda. Apuleius, Verum perpeti etiam nocte prorſus inſtabili machinarum vertigine lucubrabant peruigilem farinam. Columella, Item ad lucubrationem veſpertinam palos decem vel ridicas quinque conficere poteſt, totidémquę per antelucanam lucubrationem, & ſalix deciſſa pridie ad lucubrationem expurgari poteſt. Tranquillus lucubratoriam lecticulam appellat, in qua lucubrare ſolebat Auguſtus. *A Vulcanalibus*) feſtis Vulcano dicatis, ridicula illorum interpretatio, qui accipiunt tempora nocturna, quibus ſurgunt fabri ad opus antelucanum. De menſe Auguſti fuiſſe Vulcanaliorum dieẽ autoritate Plinii & Columellæ comprobatur. ille enim lib. xvij. fici, cùm Vulcanalibus tonuerit, cadent. [Libro xi. dixerat, Huic vindemiæ Attici ſignum dedere initium caprificialem diem Vulcano ſacrum.] At hic xij. libro inquit, Decimo Calendas Septẽbres ſol in Virginem tranſitum facit, hoc & ſequenti die tempeſtatem ſignificat, interdum & tonat. Et paulo pòſt, Cæterum Auguſto circa Vulcanalia tertia ſatio eſt, eáque optima radicis & rapæ, item napi. Idem mox, Atrum olus iubet ſerere à Vulcanalibus

vſque in Calend. Septembres: & raphanum Auguſto menſe circa Vulcanalia, cum maturius. De quibus in cultu hortorum ſic mentionem fecit, Quin & Tardipedi ſacris iam rite peractis Nube noua ſeritur, cœli pendentibus vndis Gongylis. Ex præcedentibus igitur colligo, Vulcanalia fieri ad decimum Calend. Septemb. cui ſententiæ accedit fragmentũ vetuſtiſſimi Calẽd. Romæ repertũ: ſic enim inciſum fuit in menſe Auguſt. C. X. VOLCAN. NP. VOLCANO. IN CIRCO. FLAM. Nam P. Victor ædem Vulcani in Circo Flaminio nona Vrbis regione locat. Poſtridie Vulcanalia mundum patere tradit Feſtus. Nec me fugit inſuper Vulcani luſtra fieri ſolita circa xi. Cal. Iunias, Ouidio in Faſtis referente: quem ſi totum haberemus, non profecto elaboraui ſſemus in Vulcanaliorum die inquirendo. Solitos autem fuiſſe veteres in fine autumni, quod etiam nunc in publicis gymnaſiis obſeruatur, lucubrationem antelucanam incipere, teſtatur Iuuenalis, at nunc Poſt finem autumni media de nocte ſupinum Clamoſus iuuenem pater excitat, accipe ceras, Scribe puer. Vnde nimium laudatur à Secundo auũculus, quòd ſoleret inchoare lucubratiooem autumni initio. *Non auſpicandi*) non auſpicii capiendi. Mos erat ante diluculum lumioibus & lychnis apertis auſpicia capere, Plut. in Quæſtionib. referente, priuſque auſpices, poſtea augures nominatos. Valerius Max. Prima luce Tiberium Gracchum auſpicia domi petiiſſe ſcribit. Et Metellũ Pont. Max. vetuiſſe poſt Auguſtum inaugurare, Gellius Varronis auctoritate innixus tradit. nam magiſtratus, quando vna die eis auſpicandum erat, & ſuper auſpicato agendum, poſt mediam noctem auſpicabantur: & poſt meridiem ſole magno. Diuerſum fuiſſe auſpiciũ ab augurio Pli. ſenior oſtẽdit: cũ inquit, Auguria ex auibus Car. [à quo Caria appellata] auſpicia auiũ Tireſias inuenit. Auſpiciũ. n. ab auiu aſpectu & augurium ab auium garritu dictum ſcribit Feſtus. *Statim*] à Vulcanalibus) ſic ordinandum. Sequenti die poſt Vulcanalia. Eſt alia lectio pro ſtatim, vt legas æſtate tanquam ſi annum in duo diuideret tantum, in æſtatem & hyemem: ac priorem autumni partem & veris poſteriorem pro æſtate intelligeret: nam ſequitur, hyeme vero. & ipſe Secundus lib. viij ad Fuſcum, vbi quomodo ſtudeat, ſcribit, annum tamen in æſtatem & hyemem partitur. *A nocte multa*) ad multum temporis ſpatium ante diei exortum. *Septima*) noctis. *Cum tardiſsimè*) repete incipiebat lucubrare. *Somni parciſsimi* tantũ enim dormiebat, quantum ad tuendam valetudinem ſatis erat. vnde in præfatione inquit, Cum ſomno valetudinem computamus. *Inſtantis*) grauantis eius oculos. *Deſerentis*) abeuntis ipſo tractu, & reſiſtẽtis. [Alii legunt ſomni paratiſſ. & deſerentis, vt ſtatim dormiret, & inter ſtudendum caput demitteret. an potius differentis, quòd eſſet ſomni dominus: vt cum dormire vellet: & ſomno inſtante illum differret.] *Ille noctibus vtebatur*) vigilabat ante diem. Memorat Tranquillus Veſpaſianum multum de nocte vigilaſſe: deinde perlectis epiſtolis, officiorúmque omnium breuiariis, amicos admittere ſolitum. Et Philoſtratus non multum diſparia refert, poſtridie ſummo mane Apollonium veniſſe ad Veſpaſianum, percunctatúmque ianitores, quid Imperator ageret, audiuiſſe illum iam pridem ſurrexiſſe, & ſcribendis epiſtolis vacare: quo audito dixiſſe Apollonium Damidi, Iam vir regnat. *Delegatum*) commiſſum, demandatum à Veſpaſiano. *Reuerſus*) poſt peractum officium. *Leuem cibum*) mediocre prandium. *Interdiu*) de die, in quem ſenſum Cato, Terentius, Varro, Marcellus accipiunt: nomen etiam interdius ab aduerbio deducentes. *Veterum more*) qui bis in die cibum ſumebant, id quod à quibuſdam Secundi temporibus obſeruabatur: maior tamen pars cœna contenta erat. *In ſole*) ad ſudores excitandos. Iuuenalis, Noſtra bibat vernum cõtracta cuticula ſolẽ. [*Excerpebat*) notabilia extrahebat.]

Frigida) aqua, quam antiquos guſtare conſueuiſſe Athenæus teſtatur. Conuenit itaque Cæcilianæ breuitati, vt frigida tan-

ſolebat, Nullum eſſe librum tam malum, vt non aliqua parte prodeſſet. Poſt ſolem plerunque frigida lauabatur, deinde guſtabat, dor-

tùm legatur, more antiquorum: nam in Muſtellaria dixit Plautus, Frigida non laui. Et Columella greges armentorum frigida lauari iuſſit. Pari modò li. xxviij. Os calida. Mart. in diſtichis. Frigida non deſit, non deerit calda potanti. Non abnuerim plerunque frigidam & calidam cum additione aquæ apud auctores inueniri. Fabius tradit ſæpius reperiri caldum quàm calidum: rarenter enim hoc vti probatos. Sic in epiſtolis ad C. Cæſarem emendatius executum Auguſtum, non quia calidum non ſit latinum, ſed quia odioſum. *Lauabatur frigida*) ad reſtringendum corpus.

miebátque minimū. Mox, quaſi alio die, ſtudebat in cœna tēpus: ſuper hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidē curſim. Memini quendā ex amicis quum lector quadam perperam pronuntiaſſet, reuocaſſe, & repeti coegiſſe, huic auunculum meum dixiſſe, Intellexeras nempe? quū ille annuiſſet. Cur ergo reuocabas? decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus, tanta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate à cœna, luce: hyeme, intra primam noctis, ſed tanquam aliqua lege cogente. hæc inter medios labores, vrbíſque fremitum. ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum diſtringitur, tergitúrque, audiebat aliquid, aut dictabat. In itinere, quaſi ſolutus cæteris curis, huic vni vacabat, ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus

Quaſi alio die) poſt ſomnum tanquam alia nox præteriſſet. *In*) vſque ad. *Legebatur*) ab aliquo lectore. *Curſim*) raptim, properanter. *Perperam*) male, barbare. vocabulum hiſtoricorum, quod Liuius interdum vſurpat, Hirtius tamen aut Oppius non vſquequaq; in eūdē ſenſum. Capti inquit tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium miſſi erant, perperámq; caſtra noſtra peruenerāt, i. temere, & errore viarum decepti. *Reuocaſſe*) iuſſiſſe lectorem, quæ dixerat repetere. [Repetūtur autem malè intellecta.] Nempe *cùm ille annuiſſet*: cùm amicus reſpondiſſet, ſe quæ lector malè pronunciauerat, intellexiſſe. *Verſus*) an quia liber ille metro conſtabat: an, quod magis probo, ordines verborū, quas vulgò lineas vocamus. Fabius, Quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus verſuum de Romanis tantum oratoribus loquatur. Secundus lib. iiij. Non paginas tantum epiſtolæ, ſed etiam verſus ſyllabáſque numero. Tranquillus in Auguſto, Non diuidere verba, non ab extrema parte verſuum abundantes literas in alterum transferre ſolitus erat. Virg etiam remorum & vitium ordines verſus vocat. Cēſorinus nominatum verſum ab eo quòd fluat, ſéque ipſe circumeat putat. *Interpellatione*) interruptione. Eſt autem interpellare ſecundum Aſconium mediam alterius orationem interrumpere, vel actioni alterius ſe interponere. [M. Tullius, In ſtudiis ſine interpellatore verſor.] Interdum ad alia transfertur, vt apud Liuium, morte alterius Cenſoris religionem interpellatam legimus. Idem valet interpollare frequens apud Q. Curtium tradentem epularum ſatietatem Alexandrum ludis interpolliſſe Et, Ocio bellum interpollandum. Alibi, Si quis arti tuæ intentum, & exta ſpectantem ſic interpollet. Aliquando differre ſignificat, vt illud, Non vltra interpollandum ratus. *Parſimonia*) diligentia non abutendi temporis. *Surgebat*) ordo & ſenſus: æſtate ſurgebat à cœna luce, id eſt æſtatis tempore finem cœnæ ſuæ faciebat adhuc lucente die: at hyeme intra primam noctis horam cœnam terminabat. *Lege*) neceſſitate. *Hæc obſeruabat*) prædictum vitæ ordinem. *Vrbis fremitum*) ſtrepitum, perturbationem vrbanam. *In ſeceſſu*) in villa. *Interioribus*) locis balinei

ſecretioribus, vt de thermis, baptiſterio, piſcina frigidaria & caldaria. *Diſtringitur*) ſtrigilibus raditur. de quibus Martialis. Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro. Conſueuere antiqui, ad ſudorem excitandum ſtrigilibus radi leuiter. Erat autem ſtrigilis inſtar eius, qua equi ſtrigilantur, ſed minor & leuior. Apuleius ſtrigileculam nominauit. Hippias inquit ſophiſta ſibimet fabricauerat honeſtam ſtrigileculã recta faſtigatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ, vt & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur. Et ſtrigilibus aureis vſos Græcorum quoſdam tradit Athenæus. nam fricatio ſi vehemens ſit, corpus durat: ſi lenis, mollit: ſi multa, minuit: ſi modica, implet. in hac Aſclepiades maximam partem voluminis, cui titulus communium auxiliorum, conſumpſit. *Audiebat aliquid*) intẽdebat legenti aliqua. *Dictabat*) dicebat, quæ notarius exciperet. *Huic ſimu*) compoſitioni. *Ad latus*) iuxta erat, adhærebat. *Notarius*) qui notis quibuſdam breuibus citiſſimè notabat, quæ Plin. dictaſſet. de quo Martialis Currant verba licet, manus eſt velocior illis: Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus. Seneca, Quid verborum notas? quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus ſequitur. Sed pluribus notarij velocitatem Auſonius exequitur eo carmine, cui initium, Puer notarum præceptum. Huius inuenti exordium Plutarchus Ciceroni aſcribit, Hanc ſolam, dicens, Catonis orationem ſeruatam, M. Tullio Conſule velociſſimos ſcriptores deponente atque docente, vt per ſigna quædam & paruas breuéſque notas multarum literarum vim habentes dicta colligerent: nondum enim reperti erant ij, qui notarij appellantur: ſed tunc primum huius rei veſtigium ſerunt extitiſſe. nam poſtea Mœcenas notas quaſdam literarum breuiſſimas excogitauit, & eas per Aquilam libertum multis publicauit. Notarios Tranquillus & Seneca actuarios appellãt, quòd in acta referrent actiones, quæ dicebantur in Senatu, & ad populum. Longo tempore pòſt dicti ſunt notarij, quibus publica cura ſtipulandorum inſtrumentorum ab Imperatore commiſſa fuit. Lampridius, Eum notarium qui falſum cauſæ breue in conſilio imperatorio retuliſſet, Scurrus inciſis digitorum neruis, ita vt nunquam poſſet ſcribere, deportauit. Dictos notarios à notis Hammonius credidit. & Paulus de teſtamento militari innuit. L. inquit, Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit.

hyeme manicis muniebantur, vt ne cæli quidem aſperitas vllum ſtudii tempus eriperet: qua ex cauſa Romæ quoque ſella vehebatur. Repeto me correptum ab eo cur ambularem, Poteras, inquit, has horas non perdere. nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Hac intentione tot iſta volumina peregit, Electorúmque commentarios

Manicis) tegumentis manuum contra frigus. Palladius, tunicas verò pellicias cum cucullis & ocreis, manicáſque de pellibus, quæ vel in ſyluis vel in vepribus ruſtico operi, & venatorio poſſint eſſe communes, parari iubet. Fiunt interdum manicæ ferreæ, quibus vtuntur milites in bello ad tutelam manuum. harum mentionem fecit Iuuenalis, Balteus & manicæ. Et Flauius Vegetius monet ſiniſtra brachia ſagittariorum manicis munienda. Sunt præterea manicæ vincula ad conſtringendas captiuorum manus. Verg. Manicis poſt terga reuinctum. Apuleius, Manicis etiam cunctos coarctant. Pedicæ autem ad cõtinendos pedes. Idẽ autor, Quid ſi manus manicis conſtrigantur? quid ſi pedes pedicis coarctentur? Verg. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. *Aſperitas cæli*) frigiditas aëris intoleranda. *Sella*) lectica, quam cubiculum viatorium Plinius vocat. in ea ſolitos legere Romanos teſtatur Iuuenalis, Atque obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus. *Repeto*) reminiſcor.

Ambularem)ſpatiarer ocioſè. *Perire omne tempus*) Varro dum ſtuderet,pluribus horis viuere arbitrabatur:noſtra enim vita, vigilia eſt. Salluſtius in præfatione Catilinarij,indoctorum vitam & mortem iuxta exiſtimat. *Impartiretur*)daretur. Legitur etiam impenderetur.*Intentione*)perſeueranti ſolicitudine.*Commentarios*)Commentarij ſunt non eloquentiæ cauſa ſcripti, ſed memoriæ ſummam rerum complectentes, & id præcipuè agentes, vt ſi quis eloquens vellet maiorum geſta referre, materiam ex commentariis eloquij miniſtris haberet. vnde multos Imperatorum legimus commentarios rerum ſuarum reliquiſſe, vt Tiberium, tradente Suetonio: nam de vita ſua commentarios ſummatim, breuitérque compoſuit, & Cæſarem Dictatorem commentarios ſuos tam eleganter compoſuiſſe, vt prærepta, non præbita facultas ſcriptoribus videatur. Pudet referre, quæ dicantur ſuper illud Modeſtini. ff., quarto, In commentarium Principis deferri: nos in diurnalem & rationalem in quem Princeps acta ſua refert, interpretandum ducimus. *Electorum*)rerum electarum.

centum ſexaginta mihi relinquit, opiſtographos quidem & minutiſſimè ſcriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe potuiſſe ſe, cum procuraret in Hiſpania, vendere hos commentarios Lartio Licinio, quadringentis millibus nummûm: & tunc aliquãto pauciores erant. Nónne videtur tibi recordanti quantum legerit, quantum ſcripſerit, nec in officiis vllis, nec in amicitia principum fuiſſe? rurſus quum audis

Opiſthographos) in tergò ſcriptos. ὄπισθεν enim pòſt, γραφὴ ſcriptura. fuit enim moris antiqui tantum in anteriore pagina ſcribere, quod Martialis monſtrat de ſuo libro ſcribens, Inuerſę pueris arande chartæ. Et Iuuenalis longiſſimam tragœdiam taxans in prima Satyra notat, Et in tergo nec dum finitus Oreſtes [Lucianus in vitis philoſophorum, Plena, inquit, fit pera lupinis, & libris opiſthographis] Porphyrionem Acro ſecutus hoc verbo vtitur,opiſtographas epiſtolas appellans Et Vlpianus de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. chartæ appellatio etiam ad nouam chartam refertur, & ad deletitiã. proinde ſi in opiſtographo quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſſio. Vis ridere? lege inibi Iuriſconſultorum gloſſemata. Opiſthonomos boues in Libya dici à quibuſdam teſtatur Athenæus, quòd retroeuntes paſcuntur. *Qua ratione*) quòd erant in tergo ſcripti & literis minutiſſimis. *Multiplicatur*)'geminatur. fiunt c c c x x. *Referebat*) narrabat. *Procuraret* (Procurator Cęſaris eſſet,cuius acta geſtáque ſic comprobabantur, acſi à Cæſare geſta eſſent: nam Claudius à Senatu impetrauit, vt quæ ſui procuratores ſtatuiſſent, eandem vim haberent,ac ſi ipſe ſtatuiſſet: ſi tamen venditionis,vel trãſactionis, vel donationis cauſa;quaſi rem propriam tradant,nihil agunt: non enim alienare rem Cæſaris inuito Principe licet, ſed diligenter gerere commiſſum. Eſt autem procuratoris officium,rationes omnium redituum, qui ad Cæſarrm ſpectarent, procurare diligenter cum facultate defendendi,& acquirendi,non alienandi & diſtrahendi. Lampridius in Seuero procuratores interpretatur rationales, in quorum ſimilitudinem,qui rem priuatam curant, procuratores Columella nominauit.*Largio Licinio.*)de quo in præcedẽtibus.*Quadringentis millibus nummum*)quadringentis ſeſtertiis. Potius nummûm dicimus quæ forma in ponderibus frequrntius obſeruatur. Nummorum quidam ferrei, vt apúd Spartanos, quorum auctor Lycurgus: quidam ærei, quorum inuentor Saturnus ſecundum Eutropium. Plinius tamen Seruium regem, primum ſignaſſe

ęs aſſerit) quidam argentei, quorū Phœdon excogitator, [vel Erichthonius , vel alij ſecundum Pollucem.] Aureorum nummorum inuentorem Plinius neſciri putat. Plutarchus ſcripſit quatuor nummos valuiſſe drachmam vnam atticam: ita vt mille nummi, drachmas atticas ducentas & quinquaginta conficerent. [νόμον ſecundum Suidam Dorienſes numiſmata appellant: à quo Romani nummum tráſmutati ſunt: quanquam ſecus putat libro nono. Pollux, vbi refert vocabulum nummi videri eſſe Romanum: eſſe etiam Græcorum, qui in Italia & Sicilia habitant, vbi de nummo æreo & argenteo , ac eius inuentoribus & ſignis plura explicantur.] *Pauciores*) minores numero. *Principum*) Veſpaſiani ac Titi, ſuperorúmque ætatis ſuæ Cæſarum. *Nec in officijs illis*) tanquam ſi ſtudio tantùm vacaſſet.

quid ſtudiis laboris impenderit , nec ſcripſiſſe ſatis nec legiſſe. Quid eſt enim, quod non aut illa occupationes impedire aut hæc inſtantia non poſsit efficere? Itaque ſoleo ridere cùm me quidam ſtudioſum vocant: qui ſi comparer illi , ſum deſidioſiſsimus. Ego autem tantùm, quem partim publica , partim amicorum officia diſtringunt. Quis ex iſtis, qui tota vita literis adſident, collatus illi , non quaſi ſomno & inertia deditus erubeſcat? Extendi epiſtolam, quamuis hoc ſolum quod requirebas ſcribere deſtinaſſem, quos libros reliquiſſet. Confido tamen hæc quoque tibi non minus grata , quàm ipſos libros futura, quæ te non tantū ad legendos eos, verùm etiam ad ſimile aliquid elaborandum poſſunt æmulatonis ſtimulis excitare.

Nec ſcripſiſſe ſatis) reſpectu ſtudij intentiſſimi. *Illæ occupationes*) circa diuina officia : quæ omnia ſtudia impedire debuiſſent. *Inſtantia*) continua ſtudiorum intentio, & aſſiduitas. *Ego autem*) ſum deſidioſiſſimus in comparationem illius , ſed aliorum non , cùm ſim occupatus publicis & priuatis officiis. *Collatus illi*, ſi compararetur auunculo meo. *Tota vita*) totum vitæ tempus. *Literis aſsident*) in ocio literario ſunt. *Somno*) quòd ſcripſerit & ſtuduerit minus, quàm ille. *Extendi epiſtolam*) longiorem feci quàm inſtitueram. *Hoc*) quot eſſent Plinij libri. *Hæc*) de ſtudio eius. *Elaborandum*) excolendum , [cum] labore perficiendum. *Stimulis*) irritamentis.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

EX hæreditate quæ mihi obuenit, emi proximè Corinthium ſignū: modicum quidem, ſed feſtiuum & expreſſum, quantum ego ſapio: qui fortaſsis in omni re , in hac certè perquam exiguum ſapio. Hoc tamen ſignum ego quoque intelligo. Eſt enim nudum, nec aut vitia, ſi qua

Ex hæreditate) Seuerum municipem ſuum rogat , vt ſignū æreum Comi in templo Iouis ponendum procuret , baſimque cum ſuo & honorum nomine incidédam : ſe breui in patriam venturum promittens. *Ex hæreditate*) ſiue Saturnini, ſiue aliorum : nam multorum hæres fuit Secundus. *Proximè*) nuper. *Corinthium ſignum*) ſtatuam ex ære Corinthio olim in maximo precio : vt Verres potius voluerit exulare, quàm Corinthia tradere Antonio. De Corinthio ære & ſtatuis ſupra hiſtoriam altius repetiuimus. *Modicum*) mediocre. *Feſtiuum*) gratioſum, e-

legans,amœnum. *Expreſſum*)fabcrrimè ſignatum & excuſſum ad archetypum. *In omni re*)ſapio perexiguum. *In hac*)fabrili & ſtatuaria.

ſunt, celat: aut laudes parum oſtentat. Effingit ſenem ſtantem: oſſa, muſculi, nerui, venæ, rugæ etiam vt ſpirantis apparent: rari & cedentes capilli, lata frons, contracta facies, exile collum: pendent lacerti, papillæ iacent, receſſit venter. A tergo quoque eadem ætas, vt à tergo æs ipſum, quantum verus color indicat, vetus & antiquum. talia denique omnia, vt poſſint artificum oculos tenere, delectare imperitorum. quod me quanquam tyrunculum, ſolicitauit ad emendum. Emi autem, non vt haberem domi (neque enim vllum ad huc Corinthium domi habeo) verùm vt in patria noſtra celebri loco ponerem, ac potiſſimùm in Iouis templo. Videtur enim dignum templo, dignum deo donum. Tu ergo, vt ſoles omnia quæ à me tibi iniunguntur, ſuſcipe hanc curam. Et iam nunc iube baſim fieri, ex quo voles marmore, quæ nomen meum, honoréſque capiat, ſi hos quoque putabis addendos. Ego ſignum ipſum, vt primum inuenero aliquem, qui non grauetur, mittam tibi: vel ipſe, quod mauis, adferam mecum. deſtino enim, ſi tamen officÿ ratio permiſerit, excurrere iſtó. Gaudes, quòd me venturum eſſe polliceor, ſed contrahes frontem, cùm adiecero, ad paucos dies: neque enim diutius abeſſe me eadem hæc, quæ nondum exire, patiuntur. Vale.

Celat Vetta)Veſtit, contegit: multo enim præſtantius faccre ſignum nudum ad vnguem, quàm veſtitú. *Parum*) obſcurè, ſed apertè. *Effingit*) format, exprimit, repræſentat per effigiem. *Stantem*) erectum, pedibus nitentem. *Muſculi*)ex neruis & cartilagine condenſati, quibus robur oſtenditur. Itaque Columella equum lato, & muſculorum toris numeroſo pectore commendat. Rutilius Taurus Æmilianus apud eundem omne corpus muſculorum, denſitate nodoſum cęteris anteponit. Et Vegetius tyrones muſculoſis humeris compactos mauult eligi. Hic quęret aliquis, cur Seneca in Naturalibus medullas & muſculos oſſibus attribuerit, tãquam eſſent medullis connexi muſculi. ſed non ita eſt: nam ſicut medulla eſt tanquam oſſis anima, ita muſculi caterna illius, an magis extrinſecus roboris miniſtri. Muſculus inſuper bellicũ inſtrumentum à marinis belluis auctore Vegetio de quo pluribus Cæſar & Hirtius in Commentariis. Et diminutiuum à mure, auctores ſunt Plinius & Apuleius. *Venæ*) ſanguinis receptacula, arteriæ, ſpiritus, Seneca tradente. at Gellius ſcribit venam receptaculum ſanguinis, & ſpiritus commixti: in quo minus ſpiritus ſit, plus ſanguinis: arteriam verò eiuſdem commixturæ, ſed in qua ſpiritus plus, ſanguinis minus. Magnus etymologicus ſententiam Senecæ comprobat: & arteriã, quòd ſpiritum ſeruet, vel quòd contra eleuetur tremores faciens, more ſuo, dictam putat. Ariſtoteles de venis multa libro tertio de animalibus. *Rugæ*) tenues ſulci: nam criſpatur pellis ex ſenio deficiente ſanguine *Vt ſpirantis*) tanquam ſi viueret. [Virgilius, Excudent alii ſpirantia mollius æra.] *Cedentes*) demiſſi, plani. [*Contracta*) rugoſa, macra, edentula. *Exile collum*) & quæ ſequuntur ſigna ſunt præmaturi ſenis. *Papillæ*) mammæ. abuſus tamen eſt vocabulo: nam mamilla eſt omnis eminentia vberis: papilla breue

illud, vnde lac trahitur: quantum à Columella colligitur. *Iacent*) dependent. *Receßit*) fugit, diminutus eſt. *Eadem*) ſenilis videtur. *Vt à tergo*) apparet, vel eſt. *Artificum*) peritorum, excuſſorum. *Tenere oculos*) in contemplationem ſui adducere. *Tyrunculum*) rudem in hac arte. Tyro enim in quacunque re nouus tranſlatiuè dicitur. [*Quod*) quæ præſtantia ſigni.] *Corinthium*) ſignum. *In patria noſtra*) Comi. *Celebri*) frequenti. *Dignum templo*) quod maximum in municipio erat. ſicut Iupiter inter deos maximus credebatur. [*Deo*) quia abſolutiſſimum. *Vt qua*) diligentia.] *Baſim*) firmamentum, ſuppedaneum. *Capiat*) inciſos habeat. *Honores*) magiſtratus, qui à nobis in eius vita enumerantur. *Quod mauis*) quod erit tibi gratius. *Officij*) præfecturæ ærarij. *Iſto*) Comum. *Contrahes frontem*) triſtaberis, quod monſtratur ex corrugatione frontis, quæ modò triſtitiam, modò lætitiam apertè indicat. *Adiecero*) addidero me futurum tecum. *Eadem hæc*) officij negocia & occupationes. *Extre*) proficiſci ab vrbe.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

MOdò nunciatus eſt Silius Italicus in Neapolitano ſuo inedia vitam finiſſe. Cauſa mortis, valetudo. erat illi natus inſanabilis clauus, cuius tædio ad mortem irreuocabili conſtantia decurrit, vſque ad ſupremum diem beatus: & fælix, niſi quòd minorem è liberis duobus amiſit, ſed maiorem melioremque, florentem, atque etiam Conſularem, reliquit. Læſerat famam ſuam ſub

MOdo nunciatus) Silii Italici mortem Caninio Rufo municipi ſuo ſignificans de breuitate vitæ conqueritur: inde ſumpta occaſione, cùm res humanæ futiles & caducæ ſint, eum hortatur, vt aliquo ſtudiorum opere perfecto mortalitatem fugiat. Silius Italicus orator & poeta, qui ſecundum bellum Punicum metro complexus. Italicum autem exiſtimo cognominatum non ab Italia, neque ab Italica colonia in Hiſpania, cuius gentile ſecundum Stephanum Italicenſis eſt: ſed à Corfinio Pelignorum metropoli, quam Samnites communem vniuerſis Italis ciuitatem demonſtrantes, eámque tali ito nomine Italicam appellantes contra pop. Romanum receptaculum propugnaculúmque conſtituerunt autore Strabone. Stephanus præterea Italicum Siciliæ oppidulum eſſe teſtatur: nam ſi fuiſſet Hiſpanus, profectò Mart. illius vnicus admirator & laudator, auidiſſimè tantú virú, & dignitate, & [ingenio, &] carminibus celeberrimú inter ſuos recenſuiſſet, vbi Hiſpanorum ſcriptorú ſumma cú voluptate meminit. Addo ex autoritate Taciti, Italicum Sueuorum Regem iiſdem temporibus fuiſſe. *Inedia*) abſtinentia edendi. *Neapolitano*) prædio, quod iuxta Neapolim poſſedit. *Valetudo*) morbus fuit. *Clauus inſanabilis*) ſecundum medicos clauus vocatur exitus tunicæ vueæ oculi: & tunicæ oculi exitus ab vlcere ἧλος Græcè dicitur. [Secundum Pollucem eſt contractio calloſa, rotunda, ſubpallida, denſa: ideo dictus clauus, quia in ſuperficie dilatatur, in carne vero reſtringitur,] incurabilis aliquando & ad perniciem trahens. Inquit autem, Paulus libro ſexto, Clauus, callus eſt rotundus, albus, ſimilis claui capiti, per omnem corporis partem conſiſtens, ſed præſertim in planta pedum & digitis, dolorem, & difficultatem ingreſſu inurit. Morticinum vulgo appellatum ſcribit Plinius. Et Corn. Celſus tradit, Clauus verucæ non diſſimilis, nonnunquam alibi, ſed in pedibus maximè naſcitur, præcipuè ex contuſo, quamuis interdum aliter: dolorémque, ſi non alias,

ingre-

ingredienti tamen mouet: ſine curatione vix vnquam deſinit. Naſcuntur & in albo oculi calloſa tubercula, quos clauos à ſimilitudine figuræ idem vocat. Et Vlpianus de edicto ædilitio, qui clauum habet, morboſum cenſet. Boum etiam ceruicem & ouium vngulas infeſtare clauos tradit Columella. Et clauum in arboribus morbum refert Theophraſtus, & eum ſecutus Plinius. Nec me prçterit, Columellam clauiculos in vite ſolitum nominare exiles nepotes exeuntes à palmite, quos Capreolos vulgus appellat. *Beatus & fælix*) de quibus copioſè libro primo. *Minorem*) filium Seuerum nomine, cuius obitu Martialis libro nono patrem ſolatus eſt carmine, cui initium, Feſtinata ſui gemeret cum fata Seueri Silius, Auſonio non ſemel ore potens. *Meliorem*) præſtantiorem filium. *Florentem*) ætate & fortuna. *Reliquit*) ſuperſtitem poſt ſe. *Conſularem*) iam Conſulatu functum. *Laſerat famam*) infamis fuerat, & mali nominis Silius.

Nerone, credebatur ſponte accuſaſſe. Sed in Vitellij amicitia ſapienter ſe, & comiter geſſerat. Ex Proconſulatu Aſiæ gloriam reportauerat: maculam veteris induſtriæ laudabili ocio abluerat. Fuit inter principes ciuitatis ſine potentia, ſine inuidia. Salutabatur, colebatur: multúmque in lectulo iacens, cubiculo ſemper nõ ex fortuna frequenti. Doctiſſimis ſermonibus dies tranſigebat, cùm à ſcribendo vacaret. ſcribebat carmina maiore cura quàm ingenio,

Sponte accuſaſſe) ſua ſponte & non metu Neronis viros bonos accuſaſſe. *In Vitellij amicitia*) Tacitus Cluuium Rufum & Silium Italicum teſtatur fuiſſe verborum teſtes, quæ Sabinus & Vitellius in æde Apollinis ſimul pepigere. *Proconſulatu Aſiæ*) quem ſub Domitiano fuerat adeptus. *Gloriam reportauerat*) laudatus fuit, quia in ea prouincia ſe integrè geſſerat. *Maculam*) infamiam. *Veteris induſtriæ*) dum alios accuſationibus inſectatur ſub Nerone [ob quæſtum: an] ne ipſe periret. *Laudabili ocio*) ſtudioſo receſſu. *Principes*) primarios viros diuitiis & autoritate. *Sine potentia*) ſine imperio & factione [nolebat poſſe,] vnde ſine maleuolentia. *Salutabatur*) quod erat potentiorum Mart. teſtimonio. *Cubiculo ſemper*) ſe continebat, cubiculo inquam. *Non frequenti ex fortuna*) id eſt, non ea multitudine ſalutantium frequentato, ſicut Silii fortuna exigebat: multos Silii cubiculum frequentaſſe non fortunam ſequentes, vt ſolet vulgus, ſed eius ſpectatos mores: nam homo dicitur tranſigere dies doctiſſimis ſermonibus & frequenti hominum conuentu, non ex fortuna, quando ſua virtute frequentatur à probiſſimis viris, & non fœlicitate data à fortuna. Alia lectio eſt, non ex fortuna præſenti: non ſcilicet cubiculo ſe continebat propter præſentem rerum ſtatum, qui optimus eſt Traiano principe, ſed propter morbum. [*Cùm à ſcribendo vacaret*) vt referantur ad præcedentia, ſed ſi legatur cùm ad ſcribendo, id eſt, ſtilo vacaret, tũc connecte cum ſequentibus.] *Scribebat carmina*) ſecundum bellum Punicum metro componebat. Martialis, Sili Caſtalidum decus ſororum. Qui periuria barbari furoris Ingenti premis ore. Nam cùm foro renunciaſſet, ad verſus tranſit, eodem libro Epigrammaton Sexto referente, Emeritos muſis & Phœbo tradidit annos, Próque ſuo celebrat nunc Helicona foro. *Cura*) labore, arte. *Ingenio*) natura. nam oratores ſimus, poetæ naſcimur: & poeta natura magis quàm arte conſtat. hic faciunt Diogenis verba, Ita ſe, inquit, habet res, vt poetæ quidem, ſi proſa oratione ſcribere velint, efficiant, qui verò proſa ſcribere conſueuerunt, ſi poetæ ſibi partes vendicare velint, non conſequantur. Ex quo liquet alterum naturæ, artis alterum opus eſſe. M. Tullius pro Archia, Atqui ſic à ſummis hominibus eruditiſſimiſque accepimus, cæterarum rerũ ſtudia, & doctrina & præceptis

& arte conſtare, poetam natura ipſa conſtare, & mentis viribus excitari. [id quod prius autore Luciano Socrates ſenſit.]

nonnumquam iudicia hominum recitationibus experiebatur. Nouiſſimè ita ſuadentibus annis ab vrbe ſeceſſit, ſeque in Campania tenuit, ac ne aduentu quidem noui principis inde commotus eſt. Magna Cæſaris laus, ſub quo hoc liberum fuit: magna illius qui hac libertate auſus eſt vti. erat Φιλόκαλος vſque ad emacitatis reprehenſionem. plures iiſdem in locis villas poſſidebat, adamatíſque nouis, priores negligebat: multum vbique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modò, verum etiam venerabatur: Vergilij ante omnes, (cuius natalem religioſius, quàm ſuum celebrabat:) Neapoli maximè, vbi monumentum eius adire, vt templum, ſolebat. In hac

Iudicia) quid de ſcriptis ſuis iudicarent. *Recitationibus*) nam Secundus aſſerit recitationem eſſe optimum emendandi modum. *Suadentibus annis*) poſt ſexageſimum ætatis annum: cùm liberum erat Senatori vacare ab officiis publicis. *Campania*) de qua Plin ſuo loco. & lib. xviij. ac cæteri rerum ſcriptores plura in laudem eius. vnus tamen nobis Lucius Florus his ſatisfaciet: toto orbe terrarum pulcherrimam Cāpaniæ plagam ſcribens, non modò Italiæ: nihil mollius cœlo, nanque bis floribus vernat: nihil vberius ſolo, ideo ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. nihil hoſpitalius mari, hic illi nobiles portus, Caieta, Miſenus, & tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus, & Auernus, quædam maris ocia: hic amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus omnium Veſuuius Ætnei ignis imitator: vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeij, & ipſa caput vrbium Capua, quondam inter tres maximas Romam, Carthaginémque numerata, Romani imperij æmula, & propter agri fertilitatem, ne deſtrueretur reſeruata. *Aduentu noui principis*) Traiani in vrbem, qui dum eſſet in expeditione contra Germanos à Nerua ſene adoptatus, & Cæſar factus in vrbem rediens habenas imperii ſumpſit. Huius reditus Martialis, ſed latius Secundus in Panegyrico, meminere. vbi nos hiſtoriam melius explicabimus. *Commotus*) vt occurreret Traiano venienti. nemo enim Traiani aduentum expauit. *Cæſaris*) Traiani. *Liberum*) permiſſum impune, ne Senator aduenienti principi officium ſuū præſtaret. *Illius*) Silii, qui non eſt veritus iram Traiani ocio ſuo. φιλόκαλος) elegans, amator pulchritudinis. Eſt alia lectio non diſſona propter ſequentia, φιλόκαινος, id eſt, nouarum rerum cupidus. *Emacitatis reprehenſionem*) emendi vitium. rarum vocabulum inuenta emacitas, quod apud vnum alium annotauimus, Quoſdam, inquit Columella, emacitas in comparandis armentis exercet, de tuendis nulla cura tangit. Ab emace rectè deduci poteſt, quo M. Cato vſus eſt. *Nouis villis*) quas nuper coemerat. *Priores*) prius præſtinatas. *Statuarum*) virorum illuſtrium & doctrina præſtantium. *Imaginum*) picturarum, quas in bibliothecis locabat antiquitas, vt illarum ſtimulis ad ſtudia incitarentur. *Cuius natalem*) Virgilii natalis Idibus Octobris fuit. Mart. Octobres Maro conſecrauit Idus. Cui ſententię [Donatus] accedit. Seruius opinatur natalem tantùm antiquos dixiſſe, iuniores addidiſſe diem, viderit ipſe & eum ſecuti. ego autem non Horatium, quem inter antiquos putat, ſed Terentium potius antiquum reor. antiquum Neſtorem & Vlyſſem intelligit Secundus apud Tacitum, Quid ergo dixit comicus ille? nempe Virg. & Horatius natalem tantùm: & iuniores, vt Martialis

plerunque ſine additione diei,& longè recentior eo Vegetius. quid ipſe Secundus? quinimmo ſæpius apud iuniores,quibus, [vt ſuperius quoque notaui] eſt amica breuitas,natalem tantummodo inuenies, præſertim ſoluta oratione: nam poëtas pro commodo ſuo non diſſentio confundere. *Neapoli*)Palæpolis olim vicina Neapoli, poſtea ex duabus vna facta ciuitas, & dicta Neapolis Chalcidenſium colonia: & ipſa Parthenope à tumulo Syrenis appellata,ad quam plurimi ab vrbe ſecedebãt quietis gratia, vt quos ſenectus, vel aduerſa valitudo conflictabar. maximè autem qui eruditioni dabant operam: nec iniuria igitur à Martiale docta appellatur. *Monumentum eius*) quod teſtatur idem autor libro. xi. Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis. Et mox, Iam propè deſertos cineres & ſancta Maronis Nomina qui coleret pauper & vnus erat. *Monumentum eius*) cùm Brunduſij [vel Tarenti,vt alij volunt]mortuus eſſet, tranſlata ſunt eius oſſa Neapolim, & ſepulta via Puteolana intra lapidem ſecundum. *Vt templum*) tanquam rem ſacram & diuinam.

tranquillitate annum quintum & ſeptuageſimum exceſſit, delicato magis corpore quàm infirmo. Vtque nouiſſimus à Nerone factus eſt Conſul, ita poſtremus ex omnibus, quos Nero Conſules fecerat, deceſſit. Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Conſularibus obijt, quo Conſule Nero perijt. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Quid enim tã circumciſum, tã breue, quàm hominis vita longiſſima? An non videtur tibi Nero modò fuiſſe, cum interim ex ijs qui ſub illo geſſerant Conſulatũ, nemo iam ſupereſt? quanquã quid hoc miror? nuper Lucius Piſo pater Piſonis illius, qui à Valerio Feſto per ſummum facinus in Africa occiſus eſt, dicere ſolebat, Neminem

Tranquillitate) ocio literario [& vitæ.] *Exceſſit*) tranſgreſſus eſt. *Delicato*) eneruí, fluxo. *Factus eſt Conſul*)Creatus eſt Conſul à Nerone Silius, cum Galerio Trachallo. Plinius ſenioe libro octauo, æui ſui Conſulatus Appij Iunii & Publii Silii meminit. *Neronianis Conſularibus*) quos Nero Coſs. fecerat. *Quo Conſule*) dum Silius gereret Cõſulatum, [idquod Martialis etiam demonſtrat libro ſeptimo, Poſtquam biſſenos ingentem faſcibus annum Rexerat, aſſerto qui ſacer orbe fuit. Sane dignum notatione, quòd Silius fuerit à Nerone vltimo loco creatus Conſul, & ſub eo Conſule Nero interierit: ille autem vltimus omnium Conſulum,& Conſularium Neronianorũ, obierit. Nero enim hoſtis ab Senatu adiudicatus in ſuburbanum Phaontis liberti confugiens, cum milites ſentiret aduenientes, ſeipſum adiuuante Epaphrodito conſecit, anno ætatis ſuæ trigeſimoſecundo, vt alij vno minus, quidam trigeſimo, menſibus quinque, diebus viginti. *Fragilitatis*) inſtabilitatis, caducitatis. [is demum profectò vitam æqua lance penſabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.] *Circumciſum*) contractum. *Longiſſima*)vt centum annorum: nam reſpectu immortalitatis vita hominũ quamuis longiſſima, tamen breuis eſt. *Nero*) legimus etiam Neronem. [*Interim*) hoc paruo temporis interuallo.] *Lucius Piſo*) qui cum Nerone Secundo Conſul fuit: deinde ab eodem Imperatore vectigalibus publicis cum Ducennio Geminio, & Pompeio Paulino præpoſitus, Veſpaſiano & Tito Conſulibus Africæ præfectus, eius filius ingenio quietus Legatum habuit Valerium Feſtum ſumptuoſæ adoleſcentiæ, neque modica cupientem, ſed affinitate Vitellii anxium, qui par imperium Proconſuli gerens, incertum, an Piſonem tentauerit ad res nouas, an tentanti reſtiterit, quoniam ſecreto eorum

nemo aſſuit. Claudius Sagitta proſpera nauigatione præuenit Papyrium Centurionem miſſum à Mutiano: aſſeuerauitque mandata interficiendi Piſonis Centurioni data: multa præterea addens, quibus Piſonem ad res nouas moliendas impelleret. Nihil ad ea moto Proconſule Centurio à Mutiano vbi portum Carthaginis intrauit, magna voce, læta Piſoni omnia tanquam Principi continuare, ad ſimilia obuios hortari: vulgus credulum in forum ruere, præſentiam Piſonis expoſcere: ille indicio Sagittæ, vel inſita modeſtia, domi ſe continens Centurionem percontatur. poſtquam quæſitum ſibi crimen cędémque comperit, animaduerti in eum iuſſit non tam ſpe vitæ quàm ira in percuſſorem, quòd idē Clodiū Macrū Legatū interfeciſſet. anxio deinde edicto Carthaginenſibus increpitis intra domū clauſus ſolita munia haudquaquā obibat. Feſtus igitur conſternatione vulgi, & ſupplicio Centurionis audax, Pœnos auxiliares & Mauros in necem Piſonis miſit, qui domum Proconſulis obſcura luce ingreſſi haud procul cubiculo ſeruum, qui ſe interrogantibus egregio mendacio Piſonem eſſe reſponderat, obtruncant. nec multo poſt indicio Bebii Maſſæ Piſo interficitur. Hæc Tacitus. *Neminem*) Senatorum. nam omnes deceſſerant.

ſe videre in Senatu, quem COS. ipſe ſententiā rogauiſſet. Tam anguſtis terminis, tantæ multitudinis viuacitas ipſa concluditur, vt mihi non venia ſolùm digna, verum etiam laude, videantur illæ regiæ lacrymæ. Nam ferunt Xerxem, cum immenſum exercitum oculis obiſſet, illacrymaſſe, quòd tot millibus tam breuis immineret occaſus. ſed tanto magis hoc, quicquid eſt temporis futilis & caduci, ſi non datur factis, (nam horum materia in aliena manu) nos certè ſtudijs proferamus: & quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus

Conſul ipſe) cum Nerone ſecundo. *Sententiam rogaſſet*) Conſul enim Senatui præſidebat, & ius rogandarum ſententiarum habebat: primùm Conſules deſignati, deinceps cæteri cenſebant. *Tam anguſtis*) ſenſus eſt, tam breui ſpatio tot homines viuūt, & moriuntur. Exclamatio opportuna, qua mouet indignationem & miſerationem. *Viuacitas*) vita. Fabius pro cupiditate viuendi ponit, impiam viuacitatem dicens. Apuleius verò pro vigore & robore vitæ, Virum, inquit, magnanimum magnanimæ viuacitatis volentem volentes accipire. Ac Val. pro longa vita, Et ipſe, inquit, numeroſæ viuacitatis haud paruum exemplum. *Xerxem illacrymaſſe*) Diuus Hieronymus ad Heliodorum, Xerxes ille magnus Rex, potentiſſimúſque, qui ſubuertit montes, maria conſtrauit, cùm de ſublimi loco infinitam hominum multitudinem, & innumerabilem vidiſſet exercitum, fleuiſſe dicitur, quòd poſt centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet. ſed Herodotus libro hiſtoriarum ſeptimo latius hoc tractauit: Xerxes, inquit, cùm intueretur omnem Helleſpontum nauibus obductum, omnia litora, atque Abydenorum plana hominibus referta, ſe beatum iactauit: & poſt hæc lachrymas fudit. quod animaduertens Artabanus eius patruus interrogauit, Quàm diuerſa Rex inter ſe facis? dudum te beatum eſſe dixeras, nunc lachrymas fundis. Et ille, reputantem me, inquit, quàm breuis eſt omnis humana vita, ſubiit horum miſeratio, quorum cùm tot ſint, nemo ad centeſimum annum ſupererit. [Seneca tamen hoc Xerxis dictum carpit, vt qui hominum calamitatem lugeret, quos ipſemet ad macellum duceret. At Vale. Max. alia ratione, quoniam mihi ſpecie aliena, re vera ſuam conditionem deploraſſe videretur, opum magnitudine, quàm altiore animi ſenſu felicior. Quis enim etiam mediocriter prudens mortalem ſe natum fleuerit? *Tot millibus*) Septingenta millia de regno, & trecenta millia de auxiliis armaſſe traditur: vt non immerito proditum ſit, flu-

mina ab exercitu eius ſiccata. Nauium quoque decies centena millia numero habuiſſe dicitur, niſi menda eſt apud Iuſtinum. Plinius refert Xerxem in Doriſco centum viginti millia hominum tantum dinumeraſſe. *Obiiſſet*) luſtraſſet. *Hoc temporis*) vita noſtra. *Quicquid eſt*) quantulacunque eſt. *Futilis*) fluxi, vani: ab effundendo. & futile vas, quod paruulo ore, & acuto fundo in ſacris erat. autores ſunt grammatici. *Si non datur factis*) niſi diſpenſatur circa præclarè geſta. *Horum*) factorum. *In aliena manu*) in facultate aliorum, non noſtra. q. d. materia bene gerendarum rerum eſt in manu Imperatoris, ac eorum, qui præſunt exercitibus. nos, quod vnum poſſumus, æternitatem ſtudiis comparemus. nam & qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur. *Proferamus*) extendamus viuendo poſt mortem.

aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. Scio te ſtimulis non egere. me tamen tui charitas euocat, vt currentem quoque inſtigem, ſicut tu ſoles me. ἀγαθὴ δ' ἔρις, cùm inuicem ſe mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuunt. Vale.

Aliquid) aliquod opus memoratu dignum. *Stimulis*) incitationibus, exhortationibus. *Euocat*) impellit. *Currentem*) pronum ad ſtudia. Perſtat in verborum metaphora. *Me*) inſtigare. *ἀγαθὴ δ' ἔρις*) ſumptum ab Heſiodi Georgicis, quibus ſcribit, ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν, id eſt bona autem contentio hæc mortalibus. Hic enim poeta duas facit contentiones inter mortales: quarum altera eſt laudanda, cùm inuicem certamus honoris, & virtutis cauſa: altera pernicioſa, cùm malorum gratia cõtendimus. [Quare Galenus in præfatione eius libri, qua tradit viam curandi, ſcribit olim inter medicos fuiſſe illam, cuius meminit Heſiod. bonam concertationem augendæ medicinæ, ſed ſuis temporibus interiiſſe.]

C. PLINIVS TRANQVILLO SVO S.

Facis pro cætera reuerentia, quam mihi præſtas, quòd tam ſolicitè petis, vt tribunatum, quem à Neratio Marcello, clariſſimo viro, impetraui tibi, in Cæſennium Syluanum propinquum tuum transferam. Mihi autem, ſicut iucundiſſimum, ipſum te Tribunum, ita non minus gratum, alium per te videre. Neque

Facis) Suetonius Tranquillus per Secundum impetrauerat ſibi à Neratio Marcello Tribunatum militum: deinde rogauerat vt in Cæſenniũ Syluanũ transferretur: quod conſilium ſummè probat Secundus, & pollicetur ſe facturum. *Pro cætera reuerentia*) inter reuerentiam, quam mihi præſtas in cæteris rebus hoc quoque reuerenter facis. *Tribunatum*) militarem. Aſconius duo genera facit eorum qui Rufuli dicuntur, vel ſecundum alios Rutuli: quia Rutulus Rufus legem primò tulit de iure Tribunorum ab exercitu creandorum. alij ſunt comitiati, qui comitiorum cauſa deſignantur. Vegetius maiorem Tribunum militum tradidit per epiſtolam ſacram Imperatoris iudicio deſtinari: minorem Tribunum prouenire ex labore. & cum vnaquæque legio decem cohortes haberet, primæ, quæ miliaria vocabatur, præerat Tribunus armorum ſcientia, virtute corporis, morum honeſtate præcipuus: reliquæ cohortes prout principi placuiſſet, à Tribunis vel à Præpoſitis regeban-

tur. Ælianus, cohorti quingentariæ, quá hominũ quingenti duodecim cõponunt, Tribunum minorem: & milliariæ, quam hominum mille viginti quatuor, Tribunum maiorem præficit. Tribunum vocarum à tribu ſcribunt: præeſt enim militibus, quos ex tribu primus Romulus legit. Vel à tribuendo iure. lege Marcellum de re militari, quod Tribuni officium eſſet. *Clariſſimo viro*) Priſcus Neratius Marcellus imprimis Traiano clariſſimus, & ſummus Iuriſcon. de quo non multo anté. *Tibi*) pro te. tua cauſa. *Caſennium Syluanum*) Syluinum rhetorem ab Heliogabalo Lampridius tradit interfectum, & Cæſonium à Seuero Spartianus, ſi tamen alter horum fuit, veriſimilius eum potuiſſe ad Seueri tempora, quàm Heliogabali peruenire.

enim eſſe congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulos inuidere, qui ſunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, cùm ſit egregium & mereri beneficia, & dare, vtranque te laudem ſimul aſſecuturum, ſi quod ipſe meruiſti, alij tribuas. Preterea intelligo mihi quoque gloriæ fore, ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotum amicos meos non gerere tantum Tribunatus poſſe, verumetiam dare. quare ego verò honeſtiſſimæ voluntati tuæ pareo. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt. Ideóque liberum eſt nobis Syluanum in locum tuum ſubdere: cui cupio tam gratum eſſe munus tuum quàm tibi meum eſt. Vale.

Titulos) laudes. *Pietatis*) amoris in propinquum. *In numeros relatum*) tuum nomen nondum relatum eſt in ordinem Tribunorum: erat enim adhuc integrum alium ſubrogare: ſecus ſi fuiſſet aſcriptum numero cæterorum. dicimus milites nondum relatos in numero, eum delecti quidem ſunt, nondum tamẽ in ſuos ordines peruenere. quod Iuriſconſultus plerunque teſtatur, vt Vlpianus de bonorũ poſſeſſione ex teſtamento militari. Si quis, inquit, militum ex alio numero tranſlatus ſit in alium quemuis, & hinc exemptus ſit, & illò nondum peruenerit, tamen poterit iure militari teſtari. eſt enim miles quamuis in numeris non ſit, ſed nomen ipſius tantum. Quare Traianus Plinio quærenti de modo pœnæ ſeruorum, qui reperti fuerant inter tyrones, & ſi ſacramentum acceperant, tamen nõdum fuerant diſtributi in numeros: reſpondet ſi conditionis ſuæ conſcij ad militare ſacramentum peruenerunt, animaduertendum in illos eſſe: neque enim multum intereſſe, quòd nondum per numeros diſtributi eſſent: illum enim diem, quo primum probati fuerant, veritatem ab iis originis ſuæ exigere. Caſſiodorus libro primo hiſtoriæ tripartitæ, inquit, Romanorum cohortes, quæ nunc numeri nuncupantur. *Subdere*) ſubſtituere. *Munus tuum*) Tribunatum illi à te conceſſum. *Meum*) per me tibi impetratum.

C. PLINIVS MINVTIANO SVO S.

P*Oſſum*) Cor. Minutiano Macrino ſingulos actus accuſationis Claſſici per epiſtolam narrat, & quem eucn-

P*Oſſum iam perſcribere tibi, quantum in publica prouinciæ Bæticæ cauſa laboris exhauſerim. Nam fuit multiplex, actáque eſt ſæpius*

tum actio ſortita, quótque labores perpeſſus ſit. quamuis L. Albinum in dicendo copioſum, ſocium haberet, aſſeueranter contenderem hunc eſſe Minutianum, quem ſuprà roguaerat an approbaret ſuſceptam Claſſici accuſationem: & nono libro huius actionis orationem mittit. *Perſcribere*) totam rem literis ſignificare. *In publica prouincia Bætica cauſa*) in negocio publico Bæticorum. hoc enim pertinebat ad illorum rem publicam. *Exhauſerim*) ſuſtinuerim. *Multiplex*) quia multi criminum participes accuſati ſunt.

cum magna varietate. Vnde varietas? vnde plures actiones? Cæcilius Claſſicus, homo fœdus & apertè malus, Proconſulatum in ea non minus violenter quàm ſordidè geſſerat, eodem anno quo in Africa Marius Priſcus. Erat autem Priſcus ex Bætica, ex Africa Claſſicus. Inde dictum Bæticorum, (vt plerunque dolor etiam venuſtos facit) non illepidum ferebatur. Dedi malum, & accepi: ſed Marium vna ciuitas publicè, multique priuati reum peregerunt: in Claſſicum tota prouincia incubuit. Ille accuſationem vel fortuita, vel voluntaria morte preuertit. nã fuit mors eius infamis: ambigua tamen. Vt enim credibile videbatur voluiſſe exire de vita cùm defendi non poſſet, ita (mirum) pudorem damnationis morte fugiſſe, quem non puduiſſet damnanda committere. Nihilominus Bætica etiam in defuncti accuſatione perſtabat: prouiſum hoc legibus, intermiſſum tamen, & poſt longam intercapedinem tunc reductum. addiderunt Bætici, quot

Varietate) alii enim abſoluti, alij reorum damnati. *Vnde*) ex quibus cauſis euenit tanta varietas. *Fœdus*) auarus. *In ea*) prouincia Bætica. *Violenter*) crudeliter. *Sordide*) auare. *Priſcus*) pariter Conſulatum violenter & ſordidè geſſerat. *Dictum*) ſcomma, adagium. *Venuſtos*) Qui cum gratia quadam, & venere loquuntur, ij venuſti appellantur. Fabius autor, Imitatus eſt Secundus M. Tullium, qui ſexta in Verrem actione, inquit, Nũquam tantum malum eſt Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant velut in hac re aiebant, in labores Herculis, nec minus hunc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprũ Erymanthium referre oportere. [Et in tertia, Hinc illi homines erant, qui etiã ridiculi inueniebantur ex dolore: quorũ alij, vt audiſtis, negabant mirandum eſſe ius tã nequã eſſe Verrinũ, alij ſacerdotẽ execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet] *Non illepidum*) non inſulſum, vrbanum, cum lepore. *Dedi malum*) Marium Priſcum malum virum in Africam Proconſulem miſi. *Accepi*) Claſſicum Afrum Proconſulem in Bætica habuimus. *Reum peregerũt*) condemnari fecerunt. ſic interpretatur Vlpianus. Nam peregiſſe reum non aliter quis videtur, niſi condemnauerit. *Prouincia*) Bætica. *Incubuit*) fecit impreſſionem, accuſationem intendit. *Ille*) Claſſicus. *Preuertit*) declinauit, ſubterfugit. *Infamis*) turpis, non ſine ſuſpicione mortis vltroneæ. *Ambigua*) an voluntaria, an fortuita. [*Non poſſet defendi*) nõ haberet rationem

facti, eſſet aſiſtata.] *Mirum*) eſt hominem fœdum) & ſordidum. *Damnanda*) atrocia ſcelera animaduerſione digna. *Prouiſum hoc legibus*) cauent leges, vt mortuos liceat accuſare. Scæuola ad legem Iuliam repetundarum, Datur ex hac lege, & in hæredes actio intra annum dumtaxat à morte eius qui arguebatur. Marcellus ad Senatuſconſultum Turpilianum, morte rei iudicium ſoluitur: niſi tale crimen fuerit, cuius accuſatio aduerſus hæredes durat, veluti maieſtatis. idem in accuſatione repetundarum eſt, quia hæc quoque morte non ſoluitur. Modeſtinus de accuſationibus, & inſcriptionibus ex iudiciorum publicorum admiſſis, Non alias tranſeunt aduerſus hæredes pœnæ

bonorum ademptionis, quàm ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſecuta, excepto repetundarum & maieſtatis iudicio: quæ etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum eſt adhuc, exerceri placuit, vt bona eorum fiſco vendicentur. adeo vt diui Seuerus & Antoninus reſcripſerint, Ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eũ poſſe. Martianus de publicis iudiciis, Defuncto eo, qui reus fuit criminis, pœna corporalis extincta eſt. In quacunque cauſa criminis extincti debet is cognoſcere: cuius de pecuniaria re eſt cognitio. *Intermiſſum*) per aliquod tempus leges iſtæ ſiluere: nã per longam deſuetudinem tacito omniũ conſenſu illas abrogari receptum eſt. ſed Senatus & abrogatas reducere, & nouas inducere poteſt. *Intercapedinem*) temporis ſpatium, & loci plerunque. vt apud Ciceronem, Feſtus ait eſſe tempus intercœptum. Ille vocabulum obſcœnum eſſe voluit in Epiſtolis ad Pætum, & pariter Fabius: contrarium eius diuiſionem eſſe dicentes: ſicut illa coniunctio aliâs appellari poſſet. Eſt autem intercapedo interſtitium, & ſpatium inter anum, & vuluam: quod ſcilicet duo foramina intercapiat, & ſepiat. Inde tranſlatiuè pro ſpatio ad alia tranſfertur. *Addiderunt*) accuſationi.

ſimul ſocios, miniſtróſque Claſſici detulerunt: nominatímque in eos inquiſitionem poſtulauerunt. Aderam Bæticis: mecúmque Luceius Albinus, vir in dicendo copioſus, ornatus, quem ego cum olim mutuò diligerem, ex hac officij ſocietate amare ardentius cœpi. Habet quidem gloria, in ſtudijs præſertim, quiddam ἀκοινώνητον: nobis tamen nullum certamen, nulla contentio: cùm vterque pari iugo, non pro ſe, ſed pro cauſſa niteretur. Cuius & magnitudo, & vtilitas viſa eſt poſtulare, ne tantũ oneris ſingulis actionibus ſubiremus. Verebamur, ne nos dies, ne vox, ne latera deficerẽt: ſi tot crimina, tot reos vno velut faſce cõplecteremur. deinde ne iudicum intentio multis nominibus multiſq; cauſſis nõ laſſaretur modò, verum etiã confunderetur. mox ne gratia ſingulorum collata, atque permiſta, pro ſingulis quoque vires omnium reciperet: poſtremò, ne potentiſſimi viliſſimo quoque quaſi piaculari

Socios) conſcios & ſcelerum participes. *Detulere*) reos fecere. [*Nominatim*) per ſingulorum nomina, non gregatim, & nominatim ſuo proprio nomine.] *Inquiſitionem*) cognitionem criminũ, quod ſolet fieri, ſi præceſſerint iudicia. *Aderam*) aduocatus eram. *Lucius Albinus*) quo ſocio etiam vſus eſt in cauſa Iulii Baſſi, & Ioſephus tradit ante Hieroſolymarum captiuitatem illic Albinum iudicem Romanũ fuiſſe. Dion in Traiano meminit Lucium fuiſſe profectum aduerſus Dacos. & contra Parthos multa memorãda geſſiſſe. *Officij*) aduocationis. *ἀκοινώνητον*, incommunicabile. nam, Qui velit ingenio cedere, rarus erit. *Iugo*) labore, cõcordia. *Pro ſe*) pro gloria propria. *Pro cauſa*) ad vtilitatem Bæticorum. *Poſtulare*) exigere. *Tantũ oneris*) ſi omnes reos ſimul complexi fuiſſemus. *Singulis actionibus*) nam plures actiones in vna cauſa habebantur: quod vidimus factum aduerſus Priſcum. [Quare viſum eſt poſtulare, ne ſinguli patroni ſua actione vniuerſali omnia reorum crimina complecterentur.] *Dies*) quia interuentu noctis Senatus ſoluebatur. *Latera*) vires, ſpiritus. [Tulliana imitatio. nam in Verrem, Me, inquit, dies, vox, latera deficient.] *Nominibus*) reorum. *Ne gratia ſingulorum collata*) ſenſus eſt, verebamur, ſi omnes ſimul accuſarentur, ne gratia, quam vnuſquiſque reorum habebat apud vnum aliquem Senatorum,

natorum, ſi ſimul conferretur, prodeſſet etiam omnibus, reſpectu huius & illius. *Omnium*) nam aliqui inuiſi abſoluti fuiſſent fauorr gratioſorum reorum. *Potentiſſimi*) Rei vel gratia vel diuitiis.

dato, alienis pœnis elaberentur. Etenim tum maximè fauor, & ambitio dominatur, cùm ſub aliqua ſpecie ſeueritatis deliteſcere poteſt. Erat in conſilio Sertorianum illud exemplum, qui robuſtiſſimum & infirmiſſimum militem iuſſit caudam equi: reliqua noſti. Nam nos quoque tam numeroſum agmen reorum ita demum videbamus poſſe ſuperare, ſi per ſingulos carperetur. Placuit in primis ipſum Claſſicum oſtendere nocentem: hic aptiſſimus ad ſocios eius, & miniſtros tranſitus erat, quia ſocij miniſtríque probari, niſi illo nocente, non poterant. Ex quibus duos ſtatim Claſſico iunximus, Bæbium Probum, & Fabium Hiſpanum: vtrumq; gratia, Hiſpanum etiam facundia validum. Et circa Claſſicum quidem breuis, & expeditus labor: ſua manu reliquerat ſcriptum, quid ex quaque re, quid ex quaque cauſſa accepiſſet. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam, iactantes & glorioſas, his quidem

Dato) expoſito, damnato. *Viliſſimo*) conditionis infimæ. *Quaſi piaculari*) tanquam ad expurgationem cæterorum reorum. Piacularia auſpicia arbitrabatur antiquitas, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, & Seruius piaculum duo ſignificare credidit, purgationem & contaminationem. *Ambitio*) fauor quęſitus blanditiis & precibus. [*Poteſt*, cum ſunt in vno ſeueri, in cæteris nrgligentes, & indulgentes.] *Extat in conſilio*) accedebat ad noſtrũ conſilium: & nos non mediocriter mouebat. *Sertorianum illud exemplum*) Sertorius corporis robore atque animi conſilio parem naturæ indulgentiam expertus, proſcriptione Syllana dux Luſitanorum fieri coactus, cùm eos ratione plectere non poteſt, ne cum Romanis vniuerſa acie confligere vellent, ſtatuit ita obiicere, noſtri vt periclitarentur: ipſe verò cum reliquis copiis in tempore ſubueniret. Quare multis vulneribus confectos, qui iniuſſu ſno pugnam inierant, ſuppetiis opportunè latis in caſtra reduxit, nec multos poſt dies vafro conſilio in ſuam ſententiam perduxit. Duns enim in conſpectu eorum conſtituit equos: alterum validiſſimum, alterum infirmiſſimum, ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim carpi: infirmi à iuuene eximiarum virium vniuerſam conuelli iuſſit. obtemperatum imperio eſt: ſed dum adoleſcentis dextera irrito ſe labore fatigaret, ſenio confecta manus miniſterium eſt executa. Tunc barbaræ concioni quorſum res ea tenderet cognoſcere cupienti, ſubiecit Sertorius: equi caudę conſimilem eſſe noſtrum exercitum: cuius partes aliquis aggrediens opprimere poſſit: vniuerſum conatus proſternere, celerius tradiderit victoriam, quàm occupauerit. Ita gens barbara aſpera & regi difficilis in exitiũ ſuũ ruẽs: quam vtilitatem auribus reſpuerat, oculis peruidit Hæc Valerius Maximus, Plutarchus, & Iulius Frontinus in ſuo ſtratagematico, [at Horatius breuius hanc hiſtoriam illo metro tetigit, Caudæ ſetas quod equinas Paulatim vello.] *Equi caudam*) ſimul totam conuelli. *Reliqua*) reliquum hiſtoriæ de equis. *Agmen*) multitudinem. tranſlatum verbum ab hiſtoricis nec immeritò, cùm ſermo per comparationem ab hiſtoria dependeat. *Carperetur*) vellicaretur, exciperetur. nam carpi agmen dicitur, cùm aliquis intercipitur, militum. *Nocentem*) obnoxium criminibus tanquam principem. *Aptiſſi-*

mus) iuſtiſſimus, commodiſſimus. *Tranſitus*) deſcenſus ad accuſandum. *Gratia*) beneuolentia Senatorum. Legitur etiam genere, id eſt, nobilitate. *Expeditus*) facilis ad comprobanda crimina. *Sua manu*) manus non tantum corporis membrum, ſed & proprias literas ſignificat, quod etiam nunc vulgo vſurpamus. & amanuenſes ſcribendi miniſtri à manu dicti ſunt. In maſculino manus bonum ſignificat. vt in carmine ſaliari, cerum manum, creatorem bonum dixerunt. *Amiculam*) meretriculam. [Caius autore Tranquillo quoties vxoris, vel amiculæ collum exoſculabatur, addebat, tam bona ceruix ſimul ac iuſſero, demetur.] Maſſurius libro memorabilium ſcribit pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non eſſet, cum aliquo viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honeſtiori vocabulo concubinam appellari Paulo referente. Amiculum verò diminutiuum ab amictu. [& ſi Valerius pro amico vtatur.]

verbis, Io io, liber ad te venio: iam ſeſtertium quadragies redegi, parte vendita Bæticorum. Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris. Horum antequam crimina ingrederer, neceſſarium credidi elaborare, vt conſtaret miniſterium crimen eſſe. quod niſi effeciſſem, fruſtrà miniſtros probaſſem. Neque enim ita defendebantur, vt negarent, ſed vt neceßitati veniam precarentur. Eſſe enim ſe prouinciales, & ad omne Proconſulum imperium metu cogi. Solet dicere Claudius Reſtitutus, qui mihi reſpondit, vir exercitatus & vigilans, & quamlibet ſubitis paratus, nunquam ſibi tantum caliginis, tantum perturbationis effuſum, quam cum ea prærepta & extorta defenſioni ſuæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. Conſilij noſtri exitus fuit: bona Claßici, quæ habuiſſet ante prouinciam, placuit Senatui à

Io io liber ad te venio) inſtar rhythmi. io io lætantium vox. [Plautus in Pſeudolo, Io io te tyranne te rogo, qui imperas Pſeudolo. Et Ouidius, Dicite io pæan, & io bis dicite pæan.] *Liber*) à debitis ſolutus & à paupertate, diues. *Sextertium quadragies*) quadringenta millia nummûm. *Redegi*) accumulaui, expleui. *Vendita parte*) diſtracta & alienata bonorum parte. An potius Claſſicum iactanter ſcripſiſſe Bæticorum hominum partem vendidiſſe, quod maioris criminis fuit, quàm eorum bona vendidiſſe. *Sudoris*) laboris perpeſſi ſumus: ab eo, quod ſequitur. *Ingrederer*) attingerem, ordirer. [*Elaborare*) eniti, contendere] *Miniſterium*) turpe miniſtrorum officium. *Crimen eſſe*) perinde teneri, ac ſi ipſi autores forent. Marcellus, ff. xlviij. In comites quoque iudicum, qui repetundarum rei ſunt, iudicium datur. Gratianus & Valentinianus Auguſti, non ſolùm miniſtros præſidum prouinciarum, repetundarum teneri cenſuerunt: ſed etiam in quadruplum, quæ rapiunt, exoluere cogunt, codice ad legem Iuliam repetundarum. *Defendebantur*) ab aduocatis, vt Claudio Reſtituto. *Negarent*) non fuiſſe miniſtros ſcelerum Claſſici. *Neceßitati*) quòd coacti imperio ea patraſſent. *Prouinciales*) Bæticos. *Claudius Reſtitutus*) orator eloquentiſſimus, & Cæcilio amicus: ad quem alibi epiſtolæ eiuſdem. Valerius Mart. quãtæ autoritatis eſſet, natalem eius celebrãs oſtendit ibi, Octobres age ſentiat calendas Facundi pia Roma Reſtituti. Linguis omnibus, & fauete votis, Natalem colimus, tacete lites. *Vigilans*) prouidus, intentus. *Quàmlibet ſubitis*) ad quamtumuis improuiſa & inexpectata. *Caliginis*) cæcitatis, ignorantiæ. [*Offuſum*) iniectum. *Prærepta*) anticipata: quibus cogitauerat

iudices flectere.] *Extorta*) conuerſa in rem noſtram. *In quibus*) iam enim parauerat Reſtitutus probare miniſterium non eſſe crimen: in hoc omnem defenſionis ſuæ fiduciam collocans, neque in eo exiſtimans aduerſarium elaboraturum. *Exitum conſilij noſtri*) euentus noſtræ actionis, quam ex conſilio ceperamus. *Ante prouinciam*) antequàm Proconſul in Bæticam iret.

reliquis ſeparari, illa filiæ, hæc ſpoliatis relinqui. Additum eſt, vt pecuniæ, quas creditoribus ſoluerat, reuocarentur. Hiſpanus & Probus in quinquennium relegati. Adeo graue viſum eſt, quod initio dubitabatur an omnino crimen eſſet. Poſt paucos dies Clauium Fuſcum, Claſſici generum, & Stillonium Priſcum, qui Tribunus cohortis ſub Claſſico fuerat, accuſauimus, diſpari euentu. Priſco in biennium Italia interdictum: abſolutus eſt Fuſcus. Actione tertia commodiſſimum putauimus, plures congregare: ne ſi longius eſſet extracta cognitio, ſatietate & tædio quodam iuſtitia cognoſcentium ſeueritáſque langueſceret: alioqui ſupererant minores rei, data opera hunc in locum reſeruati: excepta tamen Claſſici vxore, quæ ſicut implicita ſuſpicionibus, ita non ſatis conuinci probationibus viſa eſt. Nam Claſſici

Illa) bona, quæ habuiſſet ante Proconſulatum, placuit Senatui relinquere filiæ Claſſici. *Hæc*) quæ in Proconſulatu comparauerat relinquenda Bæticis ſpoliatis. *Additum eſt*) huic ſententiæ. *Soluerat*) Claſſicus. *Reuocarentur*) redimerentur, à creditoribus retraherentur. *Graue*) miniſterium, res atrox apparuit. [*Clauium*] inuenies etiam paſſim Claudium.] *Chilonium Priſcum*) Alij legunt Tilonium: nonnulli, Stilonium: tanta exemplarium varietate confundente. *Tribunus cohortis*) vna quæque legio decem cohortes continebat: prima cohors reliquas & numero militum, & dignitate præcedebat: pedites habebat mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos: cui præerat Tribunus maior: ac deinceps cæteræ ſequebantur: quorum militum numerum Flauius Vrgetius, & eum ſecutus ad verbum Modeſtus tradiderunt. Indicabo tamen apud Vegetium mendoſè legi ſecundam cohortem, quæ pedites quingentos quinquaginta quinque, equites loricatos ſeptuaginta ſex continebat, appellatam quinquagenariam: cùm & ratione maioris numeri, & aliorum autoritate quingenariam nominus appellandam. Non minori cenſura indiget locus Seruij Grammatici, vbi legionem ſcribit ſex tantum cohortes habuiſſe: cùm præter ſuperiorum ſcriptorum ſententiam Gellius libro. xv. decem cohortes in vna quaque legione fuiſſe aſſerat. Accepimus à Liuio Turmam equitum eſſe cohortem peditũ. Adde quòd apud Græcos interdum non diuerſus militum in cohorte numerus fuit: nam Plutarchus cohortem quingentos habuiſſe viros confirmat. ſic Curtius Rufus: ſed ab Alexandro in mille vſque viros creuiſſe, Antea, inquit, quingenariæ cohortes erant. Quamuis paſſim corruptè legatur quinquagenariæ: niſi tantùm apud veriora exemplaria manu ſcripta. in quibus ſana lectio adhuc extat. Cohors inſuper: & per ſyncopen cors, locus eſt ad pullos educandos idoneus. *Interdictum*) vetitum, relegatum. *Plures*) reos. *Congregare*) ſimul complecti. *Iuſtitia cognoſcentium*) iuſti Senatores crimina examinantes. *Langueſceret*) refrigeret, debilitaretur. *Alioquin*) inſuper. *Hunc in locum*) in tertiam actionem: ad hunc finem, vt vnà complecteremur. *Excepta*) quia non erat minor, vt alij: nam & Proconſulum vxores coguntur ad reddendam ratiooem. Iulianus. ff. primo, proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine vxore, ſed & cum vxore po-

teſt, dummodo ſciat Senatum Cotta & Meſſala Coſſ. cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur. *Non ſatis conuinci*) non ſufficienter poſſe oſtendi noxiam. *Probationibus*) quæ ab Hiſpanis contra illam producebantur.

filia, quæ & ipſa inter reos erat, ne ſuſpicionibus quidem hærebat. Itaque cum ad nomen eius in extrema actione veniſſem (neque enim vt initio ſic etiam in fine verendum erat, ne per hoc totius accuſationis autoritas minueretur) honeſtiſſimum credidi non premere immerentem: idque ipſum dixi & liberè & variè. Nam modò legatos interrogabam, docuiſſentne me aliquid, quod reprobari poſſe conſiderent: modò conſilium à Senatu petebã, putarétne debere me, ſiquam haberem in dicendo facultatem, in iugulum innocentis, quaſi telum aliquod, intendere: poſtremò totum locum hoc fine concluſi. Dicet aliquis, Iudicas ergo? Ego verò non iudico. Memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum. Hic numeroſiſſimæ cauſſæ terminus fuit, quibuſdam abſolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis: alijs in tempus, alijs in perpetuum. Eodem Senatuſconſulto induſtria, fides, conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt: dignum, ſolúmque par precium tanti laboris. Concipere animo potes, quàm ſimus fatigati, quibus toties agendum, toties altercandum, tam multi teſtes interrogandi, ſubleuandi, refutandi. Iam illa quàm ardua, quàm moleſta: tot reorum amicis ſecretò rogantibus negare,

Herebat) detinebatur. nulla in ea ſuſpicio erat, non modò probatio. *Extrema actione*] in vltima actionis parte potius, quã in tertia actione. erat enim is locus contra Claſſici filiam in extrema tertiæ actionis parte. *Pro hac*) gratia filiæ Claſſici. *Ipſum*) quòd putabã turpe innocentem vrgere. *Dixi*) tractaui. [*Liberè*) ingenuè] *Legatos*) Bæticos. *Docuiſſent*) inſtruxiſſent. *Reprobari*) refelli, dilui [an potius ream probari, id eſt noxiã] *In iugulum*) in perniciem. *Intendere*) dirigere, infigere. *Totum locum*) illam cauſæ partem pertinentem ad filiam Claſſici. *Dicet aliquis*) Fabius libro nono inter figuras proſopopœiæ, & hanc connumerans, inquit, Eſt & incertæ perſonæ ficta oratio: vt hic, Dicat aliquis. *Datum*) ſolitos dari aduocatos litigantibus à Senatu iam ſuprà memorauimus. [*Ex iudicibus*) ex numero iudicum. quare quamuis ſim aduocatus, tamen reſeruo authoritatem grauitatémque iudicialem.] *Numeroſiſſimæ*) multiplici. magnum reorum numerũ continenti. *Terminus*) finis. *Eodem*) quo pronunciatum eſt in Claſſicum & miniſtros eius. *Par*) æquale meritum comprobari teſtimonio Senatus. *Precio*) nam abſtinebat Secundus in agendis cauſis ab omni pecunia & munere, contentus ſola laude. Si leges precium, interpretaberis munus. *Altercandum*) contendendum. *Teſtes interrogandi*) Circa teſtes, vt eius præceptor inquit, maximus patronis ſudor eſt, nam ſummis artibus interroganti opus eſt: timidus enim terreri, ſtultus decipi, iracundus concitari, ambitioſus inflari, longus protrahi poteſt: prudens & conſtans, vel tanquam inimicus, & peruicax dimittendus ſtatim vel aliqua facetia refrigerandus. *Subleuandi*) adiuuandi, ſi quid titubauerint, opportuna rurſus eius, à quo producti ſunt, interrogatione velut in

gradum reponendi. Quare ſecundum Archadium, quorum teſtium fides non vacillat, frequens vſus adhibendus eſt. [Aliud eſt eleuare teſtes, quàm ſubleuare: immo è directo eius contrarium, id eſt, imminuere, & deprimere: nam libro. vi Fabius in refutatione collocat eleuationem. & affert duplicem eleuandi rationem, vt aut veniam quis, aut iactantiá minuat: Et libro. v. Iam dixerat gentium ſimul vniuerſarú eleuata eſſe ab oratoribus teſtimonia. Ad hæc libro xij. Non vendendam eloquentiæ operam, neque eleuandam tanti beneficij autoritatem, id eſt, minuendam. Sic M. Tullius ſcribit, Lucius ſolicitudines eleuandas eſſe prudentia. Liuius. iij. ab vrbe condita, Vos, inquit, authoritatem eleuatis. Et Valerius lib. viij. Tot eleuatis teſtibus. Et primo, Ille eleuat autoritatem. Tranquil. Iidem eadem hæc eleuant.] *Refutandi*) imprimis conditio cuiuſque teſtis exploranda: an Decurio, an Plebeius: an honeſtæ vitæ & inculpatæ, an notatus & reprehenſibilis: an locuples, vel egenus: an inimicus, an amicus: nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium vel propter perſonam, à qua fertur, quòd honeſta ſit: vel propter causá, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa ſit, admittendum eſt. Lege Iulia de vi, cauetur ne liceat in reum dicere teſtimonium ei qui ſe ab eo, parentéve eius liberauit: quive impuberes erunt, quique iudicio publico damnatus erit: qui eorum in integrum reſtitutus nõ erit: quive cum beſtiis, vt depugnaret, ſe locarat: quive in vinculis cuſtodia publica erit: quæ palam quæſtum faceret feceritve: qui ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit. hæc Calliſtratus. *Negare*) quæ pro reis petebant, neque velle deſiſtere ab accuſatione.

aduerſantibus palàm obſiſtere? Referam vnũ aliquid ex ijs, quæ dixi. Cum mihi quidam è iudicibus ipſis pro reo gratioſiſſimo reclamarent, Non minus, inquam, hic innocens erit, ſi ego omnia dixero. Coniectabis ex hoc quantas contentiones, quantas etiam offenſas ſubierimus, duntaxat ad breue tempus. Nam fides in præſentia eos, quibus reſiſtit, offendit: deinde ab illis ipſis ſuſpicitur, laudatúrque. Non potui magis te in rem præſentem perducere. Dices, Non fuit tanti. quid enim mihi cum tam longa epiſtola? Nolito ergo identidem quærere, quid Romæ geratur: & tamen memento eſſe non epiſtolam longam, quæ tot dies, tot cognitiones, tot denique reos, cauſſáſque complexa ſit. Quæ omnia videor mihi non minus breuiter quàm diligenter perſecutus:

Vnum aliquid) vnam quandam rem. *Gratioſiſſimo*) fauorabili admodum, chariſſimo, [qui multorum gratiam habet. M. Tullius pro Cælio, Qui hominibus potentibus, gratioſis, diſertis vltro ſe offerre ſoleant. Et ad Q. Fratrem, tamen ſpecies ipſa tá gratioſi liberti, aut ſerui dignitatem habere nullam poteſt.] *Reclamarent*) improbarent cum clamore, quæ dicerem. *Non minus inquam*) Senſus eſt: ſi ego omnia in illum dicá quæcumque potero, non ideo erit magis nocens: ná mea accuſatio non faciet eum magis nocentem, quàm eſt. *Non erit minus innocens*) id eſt non erit nocés, & crimini obnoxius: qui enim minus innocens eſt, nocens eſt. *Ex his*) actionibus. *Offenſas*) inimicitias. *Suſpicitur*) veneratur. Legitur etiá ſuſcipitur id eſt approbatur [patroni conſtantia. *Illis*) offenſis.] *In rem præſentem perducere*) rem totam cognoſcendam tibi tradere, tanquam ſi præſens fuiſſes [in loco diſceptationis & controuerſiæ. Idem ad Traianum, Nunc videor commodiſſimè poſſe in rem præſentem excurrere.] *Non fuit tanti*) hæc cauſa non tanti erat, vt epiſtola me tam

longa obtunderes. *Longa*) reſpectu rerum quas complexa eſt.

Temerè dixi, diligenter: ſuccurrit quod præterieram, & quidem ſerò: ſed quanquam præpoſterè, reddetur. Facit hoc Homerus, multíque illius exemplo. Eſt alioqui perdecorum: à me tamen non ideo fiet. E teſtibus quidam ſiue iratus, quòd euocatus eſſet inuitus, ſiue ſubornatus ab aliquo reorum, vt accuſationem exarmaret, Norbanum Licinianum legatum, & inquiſitorem reum poſtulauit: tanquam in cauſſa Caſtæ vxor hæc Claſſici præuaricaretur. Eſt lege cautum, vt reus antè peragatur, tũc de præuaricatore quæratur: videlicet quia optime ex accuſatione ipſa accuſatoris fides æſtimatur. Norbano tamen non ordo legis, non legati nomen, non inquiſitionis officium præſidio fuit: tanta conflagrauit inuidia, homo

Temerè dixi) Correctio. *Serò*) extra locum. *Præpoſterè*) conuerſo ordine *Facit hoc Homerus*) vt multa præpoſterè referat. immo ſuum opus à decimo Troiani belli anno inchoauit: quem poſteriores [boni] poetæ æmulantes pariter obſeruarunt. *Alioqui*) præterea. *Perdecorum*) venuſtum, mutato ordine rem narrare: ſed poetis hoc conceſſum, oratoribus interdum, hiſtoricis nunquam. [De poetis Horatius in Arte, Pleraque differat & præſens in tempus omittat.] *Ideo*) vt ſit perdecorum, *Euocatus*) ante iudices poſtulatus. *Subornatus*) iam domi inſtructus, vt hoc faceret, quod Fabius damnat. Illæ verò inquit peſſimæ artes teſtem ſubornatum in ſubſellia aduerſarii mittere: vt inde excitatus plus noceat, vel dicendo contra reum cùm ſederit, vel cùm adiuuiſſe teſtimonio videbitur, faciendo ex induſtria multa immodeſtè & intempetanter: per quæ non à ſe dictis tantum detrahat fidem, ſed cæteris quoque qui profuerant, auferat autoritatem. *Exarmaret*) in firmaret, debilitaret. Exarmatos leones, pardos, & vrſos dicit Lampridius cicures, manſuetos, edentulos, exungues. [Claudianus, Et amiſſa redit exarmatus arena] *Norbanum Licinianum*) fuit alius Norbanus Præfectus Prætorij, qui in necem Domitiani coniurauit. *Legatum*) in numero Legatorum Bæticorum. *Inquiſitorem*) præfectum inquirendis criminibus. *Cauſa*) accuſatione. *Præuaricaretur*) deflecteret à præſcriptione ſui officii, & aduerſario Caſtæ faueret. Præuaricari autore Marcello eſt vera crimina abſcondere. Tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Is autem ſecundum Vlpianum præuaricator, propriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit, cæterùm aduocatus non propriè præuaricator dicitur. *Cautum*) ſancitũ, prouiſum. Vlpianus de publ. iudiciis, Is qui reus factus eſt purgare ſe debet: nec antè poteſt accuſare, quàm fuerit excuſatus. conſtitutionibus enim obſeruatur, vt non relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur. *Reus peragatur*) accuſatio perficiatur antequam de præuaricatione quæratur. *Optimè*) cum ratione laudat hanc legem. *Fides*) veritas: quia æſtimatur non audere accuſare, niſi perficere intenderet accuſationem. *Ordo legis*) vt prius peragatur reus, quàm de prçuaricatore quæratur. *Legati nomen*) quod ſemper ſacroſanctũ habitum eſt, & eius iniurias populus Ro. ſeuerè vltus eſt. Vlpianus, Legati non compellũtur ſe Romæ defendere, quamdiu Legationis cauſa hìc morantur. quod & Iulianus ſcribit, & diuus Pius reſcripſit. Quare Paulinus cenſuit apud Secundum lib. iiij. referendum de Theophane Legato, cùm Legationi renunciaſſet. Venuleius de accuſationibus, Nos accuſare non licet Legatum Imperatoris, id eſt Præſidem prouinciæ ex ſententia Lentuli Dict. Sylla & Tyrone Coſſ. Item Legatum prouincialem eius duntaxat crimi-

nis,quod antè commiſerit, quàm in Legationem veniret: item magiſtratum populi Romani, eúmve, qui reipublicæ cauſa abfuerit, dum non retractandæ legis cauſa abfuerit. *Inuidia*) maleuolentia.

alioqui: flagitioſus, & Domitiani temporibus vſus, vt multi, electúſque tunc à prouincia ad inquirendum non tanquã bonus & fidelis, ſed tanquam Claſſici inimicus. Erat ab illo relegatus: dari ſibi diem ad diluenda crimina poſtulauit. Neutrum impetrauit, coactus eſt ſtatim reſpondere: reſpondit: malum prauúmque ingenium hominis facit, vt dubitem confidenter, an conſtanter, certè paratiſſimè. Obiecta ſunt multa, quæ magis quàm præuaricatio nocuerunt. Quinetiam duo Conſulares, Pomponius Rufus & Libo Frugi, læſerunt eum teſtimonio, tanquam apud iudicem ſub Domitiano Saluij Liberalis accuſatoribus adfuiſſet: damnatus, & in inſulam relegatus eſt. Itaque cũ Caſtam accuſarẽ, nihil magis preſſi, quã quòd accuſator eius, præuaricationis crimine corruiſſet. Preſſi tamen fruſtrá. Accidit enim res contraria & noua, vt accuſatore præuaricationis damnato, rea abſolueretur. Quæris quid nos dum hæc aguntur? indicauimus Senatui ex Norbano didiciſſe nos publicam cauſſam, rurſúſque debere ex integro diſcere, ſi ille præuaricator probaretur. Atque ita dum ille peragitur reus, ſedimus. Poſtea Norbanus

Alioqui) in aliis rebus. *Domitiani temporibus vſus*) delator. & bonorum accuſator ſub Domitiano. *Vt multi*) alii fuere, quia talia videbant placere Principi. numerantur inter delatores Carus, Maſſa, Veiento, Publicius, Regulus. *Prouincia*) Bætica. *Inquirendum*) reos *Fidelis*) Bæticis. *Ab illo*) Claſſico. *Dari diem ad diluenda crimina*) decerni præfixum diem ad defendendum quæ obiiciebantur. *Neutrum*) nec vt reum prius perageret, nec vt in aliud tempus defenſionem protraheret. *Confidenter*) audacter, in malam partem quod mali plerunque faciunt, & tamen à multis iuſtam cauſam tueri creduntur. Iuuenalis, Nam cum magna malæ ſupereſt audacia cauſæ, Creditur à multis fiducia. *Multa*) crimina. *Pomponius Rufus*) ſic legẽdum ex vetuſto codice, & quòd lib. iiij. eundem peritum & vehementem in dicendo fuiſſe afferat. *Libo Frugi*) Annium Libonem Conſulem M. Antonini philoſophi patruum Capitolinus recitat: & Libonem eiuſdem Imperatoris Legatum in Syria interiiſſe non ſine veneni ſuſpicione. *Læſerunt eum teſtimonio*) contra Norbanum teſtimonium dixerunt. *Adfuiſſet accuſatoribus*) adiuuiſſet accuſatores. *Saluij Liberalis*) de quo in præcedentibus. *In inſulam*) incertum in quam inſulam. Conſueuerant Romani in aſperrimas inſularum, vt Cyclades & Sporades, deportare nocentes atrocium ſcelerum: ſi autem mollius daretur exilium, in humaniores vel inſulas vel prouincias. *Preſſi*) inſtiti, dicendo immoratus ſum. *Corruiſſet*) damnatus eſſet. *Accuſatore præuaricationis*) Norbano accuſatore Caſtæ damnato, quòd præuaricaretur ab officio ſuo, & Caſtæ faueret. *Rea abſolueretur*) Caſta iudicio liberaretur. *Quid nos*) fecimus. *Hæc aguntur*) accuſatio Norbani peragitur apud iudices. *Ex integro diſcere*) nam ſi damnandus erat Norbanus, quòd cauſam eo modo, vt erat, non ageret, Secundus, qui à Norbano prius fuerat illam edoctus, iure petiit à Senatu, vt ab alio rurſus inſtrueretur, ne & ipſe præuaricari crederetur. *Publicam cauſam*) ad remp.

Bæticorum pertinentem, non autem Norbanum me docuiſſe de ſuis priuatis criminibus: quare non poſſe agere nos de re quam non cognouimus. *Rurſus*) indicauimus Senatui nos debere. *Peragitur reus*) examinatur, vt condemnetur. Reum facere, eſt accuſare: reum peragere, eſt condemnare. *Poſtea*) nam per multos dies Norbani cognitio habita eſt.

omnibus diebus cognitionis interfuit: eandémque vſque ad extremum vel conſtantiã, vel audaciam pertulit. Interrogo ipſe me, an aliquid omiſerim: rurſus & rurſus penè omiſi. Sũmo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter increpuit, tanquã non omnes, quos mandaſſet prouincia, reos peregiſſent. Atque, vt eſt vehemens, & diſertus, in diſcrimen adduxit. Protexi viros optimos, eoſdémque gratiſſimos: mihi certè debere ſe prædicant, quòd illum turbinem euaſerint. Hic erit epiſtolæ finis, re vera finis: literam non addam, etiamſi adhuc aliquid præteriiſſe me ſenſero. Vale.

Extremum) cognitionis diem, quo relegatus eſt. *Audaciam*) in malum. Ambigit enim malè an bene de illo ſẽtiat. *Pertulit*) ſuſtinuit. *Interrogo me rurſus & rurſus*) frequenter mecum diſcutio. *Summo die*) die extremo. *Mandaſſet*) iuſſiſſet condemnandos. *Vehemens*) impetuoſus, à vi mẽtis. *Diſertus*) eloquentia populari imbutus. minus eſt diſertus, quàm orator, Fabio referente. M. Tullius de Perfect. Orat. Doctis eloquentia popularis, diſertis elegans doctrina defuit. *Turbinem*) impetum, tempeſtatem. Fuit in dicendo acer & liber: eſt autem tranſlatum verbum. turbo enim aqua circumacta eundem ambiens locum, ac ſe ipſa vertigine concitans: in cuius ſimilitudinem ventus in ſe contorquens turbo dicitur, qui repugnantior ſi eſt, ac diutius volutatus, inflammatur: & efficit, quod præſtera Græci vocant. Mendoſè tamen legitur apud Senecam poſtera. Diſtat turbo à vortice meandro, quo fragor à ſtridore. Apud Horatiũ & Spartianum, Turbo Turbonis viri proprium.

C. PLIN. SPVRINNAE SVO ET COCCIAE S.

COmpoſuiſſe me quædam de filio veſtro non dixi vobis, quum proximè apud vos fui. Primùm, quia non ideo ſcripſeram, vt dicerem: ſed vt meo amori, meo dolori ſatiſfacerem. Deinde, quia te Spurinna cùm audiſſes recitaſſe me (vt mihi ipſe dixiſti) quid recitaſſẽ, ſi-

Compoſuiſſe) Veſtritius Spurinna rebus bellicis & doctrina excellens Cocciam Saluij Cocciani à Domitiano interfecti filiam duxit vxorem. ex qua filium Cocciũ ſingularis indolis ſuſcepit, qui iuuenis admodũ mortuus triumphali ſtatua donatus eſt ab Imperatore in ſolatium orbitatis paternæ, & victoriæ præmium devictis Bructeris. In laudem igitur filij Secundus quædam lucubrauerat parentibus inſciis: ea nunc per epiſtolam præter cæteras familiarem legenda illis tranſmittit. *Deinde*) ordo & ſenſus eſt: ô Spurinna, deinde, cùm audiſſes me recitaſſe illa, vt tu ipſe mihi dixiſti: quia ſimul etiam credebam audiſſe, & cognouiſſe, quid recitaſſem, id eſt totam ſummam rei.

Feſtiu)

mul audiſſe credebam. Præterea veritus ſum ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in meo mriam grauiſsimi luctus reduxiſſem. Nunc quoque pauliſper hæſitaui, id ſolum, quod recitaui, mitterem exigentibus vobis, an adÿcerem, quæ in aliud volumen cogito reſeruare. Neque enim affectibus meis vno libello chariſſimam mihi & ſanctiſsimam memoriam proſequi ſatis eſt: cuius fama latius conſuletur, ſi diſpenſata & digeſta fuerit. Verùm hæſitanti mihi, omnia, quæ iam compoſui, vobis exhiberem, an adhuc aliqua differrem, ſimplicius & amicius viſum eſt, omnia: præcipue cùm affirmetis intra vos futura, donec placeat emittere. Quod ſupereſt, rogo, vt pari ſimplicitate, ſiqua exiſtimabitis addenda, cõmutanda, omittenda indicetis. Mihi difficile eſt hucuſque intendere animum in dolore. difficile, ſed tamen vt ſculptorem, vt pictorem, qui filÿ veſtri imaginem faceret, admoneretis, quid exprimere, quid emendare deberet: ita me quoque formate, regite, qui non fragilem & caducam, ſed immortalem, vt vos putatis, effigiem conor efficere: quæ hoc diuturnior erit, quo verior, melior, abſolutior fuerit. Vale.

Feſtis) lætis, vt Saturnalibus, & natali ſuo vel Principis. *Confunderem*) perturbarem. *Reduxiſſem*) vos legentes ſcripta de Coccio. *Grauiſsimi luctus*) quem habuiſtis in obitu filÿ. *Id ſolum*) eam ſolam partem. nam hanc conſolatoriam duobus voluminibus diſtinguere decreuerat. *Adÿcerem*) mittẽrem etiam illa. *Affectibus*) amori. *Proſequi memoriam*) honeſtis ſcriptis memorare Coccium. *Latius*) diutius. *Diſpenſata*) limata, vulgata, diſtributa. *Digeſta*) per ordinem diſpoſita. *Amicius*) non a micitius: nam ab amico comparatiuum fit amicior: quo Ouidius vtitur. ac Cic frequenter ad Atticum & Lentulum, & Liuius libro ſecundo ab vrbe condita, ac Valerius libro v. *Intra vos*) apud vos ſecreta. *Indicetis*) placet magis, quàm ſi legatur iudicetis. *Difficile eſt hucuſque*) verba ſunt, quæ dici poſſent à Spurinna, & Coccia. *Intendere*) dirigere ad inquiſitionem rerum. *Difficile*) Secundi verbum concedentis ſuperiora. *Sculptorem* marmorarium, ſtatuarium. *Quid exprimere*) quem geſtum, & habitum referre *Immortalem*) literarum enim monumenta ſtatuis diuturniora. Nec magis expreſſi vultus per ahenea ſigna, Quã per varis opus mores animique virorum Clarorum apparent. *Vt vos putatis*) dicta hæc vt iactantiam declinaret. *Hoc*) tanto magis.

C. PLINIVS IVLIO GENITORI SVO S.

EST omnino Artemidori noſtri tam benigna natura, vt officia amicorum in maius extollat: inde etiam meum meritum, vt vera,

EST *omnino*) Artemidorus philoſophus à Secundo bene affectus, beneficiorum memor, apud Iulium Genitorem, copioſum & grauem in dicendo magiſtrum, maximis laudibus illum cumulauerat: quod pre Genitorem edoctus Secundus, eidem re-

ſcribit nō eſſe mirandū, cū eius naturæ ſit Artemidorus, vt amicorum facta in maius extollat: explicat tamen, quod pro eo periculū ſubierit. *Noſtri*) amici. Artemidori. fuit Artemidorus Daldianus (Daldis autem ciuitas Lydię) philoſophus: qui ſomniorum interpretamenta libris quatuor, & augurandi diſciplinam, ac chiromanticam ſcripſit. Alium Artemidorum cognomento Pſeudariſtophanium legimus coquinariarum dictionum collectorem. Artemidori meminit Martialis.

ita ſupra meritum prædicatione circumfert. Equidem cùm eſſent philoſophi ab vrbe ſummoti, fui apud illum in ſuburbano: & quo notabilius, hoc eſt, periculoſius eſſet, fui prætor. pecuniam etiam qua tunc illi ampliore opus erat, vt æs alienum exſolueret, contractum ex pulcherrimis cauſis, muſſantibus magnis quibuſdam & locupletibus amicis, mutuatus ipſe, gratuitam dedi. Atque hæc feci cum ſeptem amicis meis aut occiſis aut relegatis: occiſis, Senecione, Ruſtico, Heluidio: relegatis, Maurico, Gratilla, Arria, Fannia. Tot circa me iactis fulminibus quaſi ambuſtus, mihi quoque im-

In maius) ſupra veritatem. *Circumfert*) omnibus narrat, diuulgat. *Philoſophi ab vrbe ſummoti*) Domitiano iubente philoſophi ſunt eiecti non ſolùm vrbe, ſed etiam Italia. Autores habeo Tranquillum, & Gellium. qua tempeſtate Epictetus quoque philoſophus ob eandem cauſam Roma Nicopolim conceſſit. Quidam inſuper Græcorum tradunt multos philoſophorum Domitianum necaſſe, reliquos verò relegaſſe: philoſophis etiam mathematicos addidiſſe. Euſebius in Chronicis bis per edictum vrbe philoſophos interdictos teſtatur. *Suburbano*) villa iuxta vrbem. [*Notabilius magis*) magis notari poſſem, vt criminari apud Domitia.] *Fui prætor*) tunc gerebam Præturam: cuius rei mentionem facit libro ſeptimo. Duo Prætores creabantur in vrbe, qui præeſſent iuridicendo. alter qui vrbanis, alter qui peregrinis ius diceret. Liuii abbreuiator refert numerum Prætorum ampliatum, vt eſſent quatuor. M. Tull. in Miloniana connumerat ſeptem Prætores ſuæ ſalutis autores. Captis deinde prouinciis totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt ſecundum Pōponium Iuriſconſultum, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Deinde Cor. Sylla quæſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, & Prætores quatuor adiecit. Deinde C. Iulius Cæſar duos Prætores inſtituit: ita vt fierent duodecim numero. Idem tradit ſexdecim Prætores creaſſe Auguſtum: & Tranquillus ab eo Prætorum numerum ampliatum, perinde ac ſi prius tantum octo fuiſſent. Diuus Claudius duos Prætores adiecit, qui de fideicommiſſis ius dicerent: ex quibus vnum diuus Titus detraxit. Nerua vnum adiecit qui inter fiſcum & priuatos ius diceret, ita decem & octo Prætores ius vrbe ius dicebant. Cùm Prætorem qui fideicommiſſis ius dicebat, fideicommiſſarium appellatum ſcribit Iuſtinianus. Liuius in monumentis reliquit creatos Prætores, qui præeſſent prouinciis ad bellicas res tractandas, vt ex ordine belli, exercitúſque, quemadmodum Conſules haberent poteſtatem: erant enim velut minores duces, quibus vna legio mixtis auxiliis. x. millia peditum & duo millia equitum dabantur. Horat. in Epiſtolis, Prætorem, quòd militibus præeſſet, Imperatorem vocat. M. Varro, quòd populis præſit prætorem dictum putat. [*Fui prætor*) quia nulla perſona Principem offendere debet, tanto minus publica.] *Ampliore*) maxima: comparatiuum pro ſuperlatiuo. *Aes alienum*) quod aliis debebat. *Contractum*) comparatum, mutuo ſumptum. *Pulcherrimis cauſis*) honeſtiſſimis rationibus. *Muſſantibus*) dubitantibus, verentibus, nam muſſare interdum vereri

& dubitare: quandoque tacere, nonnunquam obmurmurare ſignificat. Sic muſſitate opinor verbum deductum, ſicut mutus, ab m litera quam dubitantes & muti exprimunt imprimis. *Amici*) Artemidori. *Magni*) magnæ autoritatis. *Mutuatus ipſe*) cùm mutuo ab aliis accepiſſem, quantú debebat Artemidorus. *Dedi gratuitam*) largitus ſum ei. *Senecione*) Herennio Senecione, de cuius interitu repete quæ lib.i. retulimus. Fuit & Soſſius, & Sempronius Senecio iiſdem temporibus, & alij prius Seneciones. Senecio inſuper herba quæ à Græcis erigeron vocatur. *Ruſtico*) Iunio Aruleno Ruſtico. de quo pariter ſupra. Fuit & Iunius Ruſticus tradente Iulio Capitolino Stoicus præceptor Antonini Philoſophi, domi militiæque pollens, quem idem imperator in primis reuerebatur, cui omnia conſilia & publica & priuata communicabat, & ante Præfectos Prætorio oſculum dabat, quem Conſulem iterum deſignauit, ac ei poſt obitum ſtatuas à Senatu poſtulauit. *Heluidio*) Heluidius Priſcus municipio Tarracinæ, patre Cluuio, ingenium illuſtre philoſophiæ dedit, quam totam ad animi bona exercuit: adhuc quæſtorium Pætus Thraſea generum aſſumpſit deſponſata ei Fannia. is omnibus virtutibus prę́ditus, libertate præſertim, ruina ſoceri ab Italia relegatus, Galbæ principatu reſtituturus, cuius cadauer permiſſu Othonis ſuſtulit: dein Prætor deſignatus in eo honore, præeunte Plauto Heliatio Pontifice, fundamenta Capitolii reſtituendi iecit. quem ex Syria reuerſum nunquam Veſpaſianum Imperatorem ſalutantem, & in Prætura omnibus edictis ſine vlla mentione ac honoris præfatione tranſmittentem æquo animo paſſus eſt Imperator, donec Thraſeæ audaciam importune imitans, & inſolentiſſimis altercationibus pene Cæſarem in ordinem redigens, à Tribunis plebis comprehenſus miniſtris traditur, conturbato Veſpaſiano, & eum lachrymis è Senatu egreſſo, tantum hoc prælocuto, Mihi filii ſuccedent aut nemo: ſed prius illum relegauit, deinde iuſſit interfici: mox pœnitentia ductus, magni æſtimauit ſeruare quoquomodo miſſis, qui percuſſores reuocarent: & ſeruaſſet vtique niſi iam periiſſe falſo nunciatum eſſet. Huius filius nomine Heluidius poſtea à Domitiano occiditur: quòd quaſi ſcenico exodio ſub perſona Paridis & Oenones diuortium Imperatoris cum vxore tractaſſet: quem nunc Secundus ſignat: nam cum patre nulla propter ætatem potuit fuiſſe amicitia. Altius tamen patris hiſtoriam repetiuimus, quòd video Tranquilli interpretem ſcripſiſſe, Heluidium patrem à Domitiano morti datum: quinimmo hoc ſtatim ſic repetet. Sanguinarius Princeps non contentus interfeciſſe virum ſanctiſſimum Heluidium patrem, occidit & filium. Poterat ſanè admoneri ex recenti lectione in Veſpaſiani vita, vbi legerat illum percuſſum iuſſu Veſpaſiani. Sed demus veniam alienis erroribus, vt & noſtris aliquando impetremus. *Maurico*) Iunio Maurico in exilium pulſo: de quo pariter lib.i. *Gratilla*) Pomponia Gratilla Aruleni Ruſtici vxore, quæ poſtea exhæredato filio Aſſudio Curiano, legatum Secundo & cohæredibus reliquit. *Arria*) Arrias tres celebratas comperio. primam Cecinnæ Pæti vxorem, quæ marito & ſolatium mortis & exemplum fuit: ſecundam filiam prioris, & vxorem Pæti Thraſeæ, quæ cognito Senatuſconſulto aduerſus maritum, & ipſa exemplum matris ſequi voluit, ni à Thraſea eſſet admonita, vt viueret, & Fanniæ filiæ ſubſidium vnicum eſſet, quam Secundus libro octauo teſtatur cum Fannia poſt interitum Domitiani ab exilio rediiſſe: tertiam Arriam Fatidillam Antonini Pii, qui poſtmodum imperauit, matrem. ſecundam Arriam nunc intelligit. *Fannia*) duæ fuerunt Fanniæ, vna quæ C. Marium captum iuſſu Minturnenſium detinuit in domo, altera Thraſeæ & Arriæ filia Heluidio deſponſata, quæ bis maritum ſecuta in exilium, tertiò ipſa propter maritum relegata. nam cum Senecio reus eſſet, quòd de vita Heluidii libros compoſuiſſet, & in defenſionem ſui dixiſſet ſe rogatum à Fannia, vt hos ſcriberet: quærente minaciter Metio Caro an rogaſſet, reſpondit, rogaui: an commentarios ſcripturo dediſſet, dedi: an ſciente matre Arria, neſciente: poſtremo nullam vocem qua periculum euitaret emiſit, quin etiam illos ipſos libros quamquam ex neceſſitate & metu temporum

abolitos Senatuſconſulto publicatis bonis ſeruauit, habuit, tulitque in exilium exilii cauſam. *Fulminibus*) hanc rem tangit in fine panegyrici, Vtrunque, inquit, noſtrum ille optimi cuiuſque ſpoliator & carnifex ſtragibus amicorum in proximum iacto fulmine afflauerat. *Fulminibus*) ſupplieiis violentis.

pendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer. Non ideo tamen eximiam gloriam meruiſſe me, vt ille prædicat, credo: ſed tantum effugiſſe flagitium. Nam & C. Muſonium ſocerum eius, quantum licitum eſt per ætatem, cum admiratione dilexi, & Artemidorum ipſum iam tum cum in Syria tribunus militarem, arcta familiaritate complexus ſum: idque primùm nonnullius indolis dedi ſpecimen, quòd virum aut ſapientem, aut proximum, ſimillimúmque ſapienti intelligere ſum viſus. Nam ex omnibus qui nunc ſe philoſophos vocant, vix vnum aut alterum inuenies tanta ſinceritate, tanta veritate. Mitto qua patiẽtia corporis, hyemes iuxtà, & æſtates ferat, vt nullis laboribus cedat, vt nihil in cibo, in potu voluptatibus tribuat, vt oculos animúmque contineat. Sunt hæc magna, ſed in alio: in hoc verò, minima, ſi ceteris virtutibus comparentur: quibus meruit, vt à C. Muſonio ex omnibus

Idem exitium) vel necem, vel exilium. *Notis*) ſignis. *Ideo*) quòd me expoſuerim periculo, & mutuatam pecuniam donauerim. *Tantum flagitium*) ne amicum ab omnibus derelictum in calamitate, & ipſe negligerem. [an tantùm, duntaxat.] *C. Muſonium*) C. Muſonius Rufus, genere Thuſcus, equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiæ & Stoicorum placita æmulatus, & Plautum ad conſtantiam mortis hortatus, ſtudia iuuenum præceptis ſapientiæ fouebat. bello Vitelliano legatis ad Antonium ſe miſcuit: & in Publium Celerem, à quo Baream Soranum, falſo teſtimonio circumuentum arguebat, inuectus eſt. Miror Suidã tradere Muſonium Capitonem Thuſcum ex oppido Vulſinio dialecticũm & Stoicũ philoſophum Apollonii Tyanei familiarem: quorum inuicem multas extare epiſtolas propter audaciam & arguendi libertatem ſummam à Nerone interfectum: cum Philoſtratus libro ſeptimo prodiderit Muſonium in inſula Gyaro relegatum feciſſe fontem ad quem omñes viſendi cauſa concurrebant. Dion æque referat Muſonium philoſophum à Nerone in exilium pulſum. Aut igitur apertè inter ſe diſſentiunt, aut plures fuere Muſonij, quod ex ſequentibus magis ſuſpicamur: nam Philoſtratus libro quarto ſcriptum reliquit Muſonium Babyloniũ ab Apollonio ſapientia ſecundum iuſſa Neronis in carcerem detruſum, in ſummo vitæ diſcrimine verſatum, & niſi valido robuſtóque corpore fuiſſet, in carcere proculdubio moriturum. Idem in vita Herodis Declamatoris, aſſerit Muſonium fuiſſe Tyrrhenum: quanquam mendoſè legatur τυρίῳ pro τυῤῥηνῷ. Ad hæc Euſebius in Chronicis recitat Muſonium philoſophum inſignem Nerone imperante: dein à Tito reuocatum ab exilio, cùm Dion & alij Græcorum adfirment Mutiani accuſatione impulſum Veſpaſianum philoſophos ab vrbe ſubmouiſſe præter Muſonium. Scripſit Muſonius Tyrrhenus ſermones ex profeſſo, philoſophiam continentes & epiſtolas ſi Suidæ credimus. *Per ætatem*) Secundus enim Muſonio ſene admodum iuuenis erat. *Tribunus militarem*) Tribunus militum eſſem, & in Tribunatu militiam exercerem. *Specimen*) indicium, ſpecioſum ſignum. *Indolis*) futuræ virtutis. *Proximum*) ſapienti, philoſophum, vel quia ſolus ſapiens Socrates ab

oraculo indicatus. *Sinceritate*) ſimplicitate. Sincerum authore Donato purum, ſine fucco, & ſimplex dicitur, vt mel ſine cera. *Mitto*) miſſum facio. *Hyemes*) frigora. *Iuxta*) pariter. in qua ſignificatione frequentiſſimè Tacitus vtitur. & Liuius libro quinto ab vrbe condita, Se iuxta hyeme atque æſtate bella gerere poſſe. Plin. lib. viij. Iuxta cornua mobilia. *Voluptatibus*) non ad voluptatem bibit, neque comedit, ſed ad neceſſitatem. *Oculos*) per quos multæ voluptates in animum penetrant. *In hoc*) Artemidoro.

omniū ordinum aſſectatoribus gener adſumeretur. Quæ mihi recordanti eſt quidem iucundum, quòd me cùm apud alios, tum apud te tātis laudibus cumulat. vereor tamen ne modum excedat, quē benignitas eius (illuc enim vnde cœpi reuertor) nō ſolet tenere. Nam in hoc vno interdum vir alioqui prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamen errore verſatur, quòd pluris amicos ſuos, quàm ſunt, arbitratur. Vale.

Ordinum) conditionum. *Aſſectatoribus*) diſcipulis. proprie locutus eſt, nam ſectæ philoſophorum dicuntur. *Alioqui*) in aliis. *Honeſto errore*) laudare ſupra modum. *Pluris*) maiori laude dignos.

C. Plinius Catilio Suo S.

V*Eniam ad cœnam, ſed iam nunc paciſcor, ſit expedita, ſit parca, Socraticis tantùm ſermonibus abundet: in his quoque teneat modum. Erunt officia antelucana in quæ incidere impunè, ne Catoni quidem licuit. Quem tamen C. Cæſar ita reprehendit vt laudet. De-*

V*Eniam*) A Catilio Seuero inuitatus ad cœnam Secundus breui epiſtolio reſpondet, iis conditionibus ſe venturum, vt ſit breuis & frugi: nec in ſeueris ſermonibus modum excedat, cùm ſit iturus ante lucem ad officia. *Expedita*) ſuccincta, breuis. *Socraticis*) [moralibus, amatoriis, iucundis, honeſtis, philoſophicis.] Socratis bonitatem, vt Laertium Diogenem omittam, & reliquos per illud carmen, Cecropium ſuperas qui bonitate ſenem, in lib x Mart. repræſentauit: quamuis interpres Epicurum ſentiat. primus enim Socrates introduxit ethicam philoſophiam ad officia vitæ neceſſariā: [eius verò amores & iucūdos ſermones, qui viri ingenium ſcripſere quis omiſit.] *Antelucana*) ante lucem. Varro in re ruſtica antelucanum tempus vocat gallicinium. ſic Apuleius, apud quē legitur, Antelucio volo ire. pro ante lucē diei. [*In quæ*) ad quæ officia antelucana dum Cato maximæ auctoritatis vir accederet, inuoluto capite à petulantibus iuuenibus fuit deprehenſus. *Impune*) ſine reprehenſione.] *Catoni*) Vticenſi. *C. Cæſar*) C. Iulius Cæſar dictator. nam poſt necem Catonis, qui ſemet Vticæ confecit, M. Tullius laudem eius complexus eſt libro qui Cato Maior dicitur. hunc autem librum & propter ingentes viri virtutes & oratoris ſummam eloquentiam cùm Cæſar videret amplecti, exorſus eſt duos anticatones, quibus crimini Catonis colligens (fuerat enim illi Cato in rep hoſtis, vt qui Cæſaris tyrannida præſagiret) magnam in tantum virum iracundiam effudit. Sunt tamen qui vrbanitatis [magis] gratia, vt cum Cicerone contenderet, quàm odio aduerſus defunctum, ſcriptos opinentur. Anticatonum meminere Fabius, Tranquil. Iuuenalis,

Plutarchus & Seruius. Cicero præterea his verbis ad Atticum, Qualis futura ſit Cæſaris vituperatio contra laudationem meam, perſpexi ex eo libro quem Hirtius ad me miſit, in quo colligit vitia Catonis, ſed cum maximis laudibus meis. Et eodem libro, Id enim ipſum putaram, qood ſcribis: vt cum ingenium Cæſaris noſtri probaretur, argumentum vituperandi Catonis irrideretur.

ſcribit enim, eos, quibus obuius fuerat, cùm caput ebrij retexiſſent, erubuiſſe. deinde adijcit, Putares non ab illis Catonem, ſed illos à Catone deprehenſos. Potuítne plus autoritatis tribui Catoni quàm ſi ebrius quoque tam venerabilis erat? Noſtræ tamen cœnæ vt apparatus & impendij, ſic temporis modus conſtet. neque enim ij ſumus quos vituperare ne inimici quidẽ poſſint, niſi vt ſimul laudẽt. Vale.

Ita reprehendis, Vt laudet) reprehenſio Catonis laudi coniungitur. *Eos*) petulantes iuuenes. *Obuius*) Cato. *Ebrij*) nam vino incaluit., & noctes bibendo amicis imparticbatur, cũ toto die circa negocia publica occupatus eſſet: vnde Memmius quidam totas noctes Catonem ebrium eſſe dicebat: cui Cicero, Num addes eum dies totos ad aleam ludere? Non video cur Acron in Odis apud Horat. ſuper illud, Narratur & priſci Catonis, Sæpe mero caluiſſe virtus: priſcum interpretetur Cenſorinum, cùm hiſtoria repugnet. nam Secundus hic & Seneca cum Plutarcho, non Cenſorinum, ſed Vticenſem merum amaſſe tradunt. Priſci ergo venerandi & ſancti. liberalior autem potio vigorem dat: hominis nanque defatigati atque defecti, Homero referente, ſuaui vino mirè & animus excitatur, & robur exurgit. & nonnunquam vſque ad ebrietatem veniendum, non vt mergat nos, ſed deprimat curas, quas profectò trudit & ab imo animam mouet, morbiſque vt quibuſdam, ita triſtitiæ medetur. ideóque vini inuentor Liber dictus, non ob licentiam linguæ, ſed quia liberum à ſeruitio curarum animum aſſerit, & audaciorem in omnes conatus facit. *Erubuiſſe*) verecundia confuſos cùm agnouiſſent eſſe Catonem. [*Adiecit*) Cæſar in ſuis anticatonibus.] *Deprehenſos*) inuentos in aliquo crimine. nam ſecundum Senecam, quiſquis obiecit Catoni crimen, facilius eum fecit honeſtum quàm turpem. *Venerabilis*) reuerendus. dum eſſet ebrius. *Conſtet* ſit. *Modus*) honeſta mẽſura. *Ij*) talis conditionis. *Niſi vt ſimul laudent*) niſi vituperationi laus ſit annexa, quod Catoni eueniebat.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

Librum, quo nuper optimo Principi Conſul gratias egi, miſi exigenti tibi, miſſurus etſi non exegiſſes. In hoc conſideres velim vt pulchritudinem materiæ, ita difficultatem. In cæteris enim lectorem nouitas ipſa intentum habet: in hac, nota, vulgata, dicta ſunt omnia, quo fit, vt quaſi ocioſus ſecurúſque lector tan-

Librum, Panegyricam orationẽ, qua Traiano Cõſulatus accepti gratias egit, Vocooio Romano emendandũ mittit: & difficultatem in ea propter vulgatam iam materiam excuſat. *Librum*) orationem in genere demonſtratiuo omniũ pulcherrimam. *Optimo principi*) Traiano, qui ob morum probitatem à Senatu Optimi cognomen meruit. *Conſul*) cum Cornuto Tertullo. *Gratias egi*) Senatus

iuſſu. *Exigenti*) petenti. *Hoc*) libro. *Pulchritudinem materia*) ſingulares in Principe virtutes: exemplum vnicum futuris Imperatoribus. *Cætera*) rebus dicendis. *Ipſa nouitas*) noua materia & cauſa inaudita.

Habet) tenet. *Nota*) iam prioribus dicta principibus. *Omnia*) quæ laudanda Imperatores faciunt. *Ocioſum*) non occupatus circa inuentionem, vtpote iam vulgatam.

tùm elocutioni vacet: in qua ſatiſfacere difficilius eſt, cùm ſola æſtimatur. Atque vtinam ordo ſaltem & tranſitus, & figuræ ſimul ſpectarentur. Nam inuenire præclarè, enunciare magnificè, interdum etiam barbari ſolent: diſponere aptè, figurare variè, niſi eruditis negatum eſt. Nec verò affectanda ſunt ſemper elata & excelſa. Nam vt in pictura lumen non alia res magis quàm vmbra commendat, ita orationem tam ſummittere, quàm attollere decet. Sed quid ego hæc doctiſſimo viro? Quin potius illud, adnota quæ putaueris corrigenda. Ita enim magis credam cætera tibi placere, ſi quædam diſplicuiſſe cognouero. Vale.

Elocutioni vacet) intentus ſit rationi bene & aptè dicendi. eſt autem elocutio idoneorum verborum & ſententiarum ad inuentiones accõmodatio, quæ ſuauitatem & grauitatem plurimam affert: in oratore difficillima pars, vbi plurimum ſtudij eſt adhibendum. debet enim perfecta elocutio habere tres res in ſe, elegantiam, compoſitionem, dignitatem. M. Tul. & eum ſecutus Fabius, quartam elocutioni virtutem addit, vt apta & accommodata rebus ac perſonis ſit. *Cum ſola æſtimatur*) cùm per totam orationem nulli alij rei attenditur, immo præceptor eius voluit elocutionem eſſe difficillimam, etſi reliquæ ſpectarentur. *Ordo*) qui rectus eſſe debet: nam vt quæque geſta ſunt prius, ita narranda præſertim in genere demonſtratiuo. in coniecturali non ſemper: & ſententioſè dicere ſine verborum & ordine & modo, infantia eſt autore M. Tullio de Oratore. *Tranſitus*) qui in eo mirabilis eſt, cùm ſcilicet ab vna re ad aliam tranſitur: debet autem fieri vt præcedens ſequentem trahere videatur, & oratio ſit quaſi corpus vna ſuperficie contentum, ne commiſſura perluceat. Tranſitio alioqui exornatio cùm orator breuiter oſtendit quid dictum ſit, & proponit quid conſequatur. *Figuræ*) tria illa dicendi genera graue, medium, attenuatum: quæ ita in oratione mutari debent, vt graue medium, & medium attenuatum ſuſcipiat. Figuræ præterea omnes exornationes dicuntur, quæ ſuo loco diſpoſitæ afferunt lumen: vt clauus purpuræ inſertus. *Simul*) cum elocutione. *Inuenire præclarum*) excogitare res opportunas cauſæ. conuenit in hoc cum præceptore Fabio, Inuentio, inquit, cum imperitis ſæpe communis eſt.

Enunciare magnificè) vti magna & præſtanti pronunciatione cui in toto genere dicendi Demoſthenes ſummam dedit: conſiſtit autem in voce & geſtu. *Barbari*) imperiti non callentis oratoriam. *Diſponere aptè*) ordinare & diſtribuere res ſuis locis, vt inter ſe iunctæ & cohærentes ſint: quod fiet ſi verba quæ ſe inuicem complectantur, verbis applicemus: ita res priores ſequentibus conſimiles: ſic videbitur oratio non ſolùm compoſita, ſed etiam continua: quæ ſi diſpoſitione caruerit, tanquam nauis ſine rectore fluctuabit. [*Apte*] vt verba ſint apta & accommodata rebus & perſonis.] *Figurare variè*) mutare dicendi figuram prout res exigit. *Eruditis*) arte inſtructis. *Affectanda*) nimiũ curioſè quærenda. Quintilianus, Rrfiſtam neceſſe rſt his, qui omiſſa rerum diligentia, (qui ſunt nerui cauſarum) quodam inani circa voces ſtudio ſrneſcunt: idque faciunt gratia decoris, qui eſt in dicendo mea quidem opinione pulcherrimus: ſed cùm ſequitur, non cùm affectatur. Nam affectare eſt conari aliquid contra naturam rei: vnde putatur Virgilius locutus affectatè, dicendo pinguem ari-

ſtam: quòd dicta ſit ariſta ab ariditate. *Elata*) ſublimia, grauis ſtylus & magnificus: debet enim orator interdum erigi & attolli, nonnunquam deprimi, & per plana incedere. *Vmbra*) extrema circumlita corporibus, cùm nec pictura in qua nihil circumlitum eſt, emineat: ideóque artifices etiam cùm plura in vnam tabellam opera contulerunt, ſpatiis diſtingunt, ne vmbræ in corpore cadant. præter hoc color ipſe dicendi quamlibet clarius, multis tamen variis velut maculis conſpergitur. Hunc locum Fabius lib. viij. capite de generibus ſententiarum latius tractat. *Lumen*) colorem, ſplendorem. *Submittere*) ad figuram attenuatam. *Attollere*) ad grauem, quod vtrunque per mediam commodiſſimè fit. *Hæc*) commemoro. *Doctiſſimo*) iam prædiximus Voconium fuiſſe oratorem & poetam præſtantiſſimum. *Adnota*) veru ſigna.

C. PLINIVS ACILIO SVO S.

REm atrocem, nec tantùm epiſtola dignam, Largius Macedo, vir prætorius, à ſeruis ſuis paſſus eſt, ſuperbus alioqui dominus & ſæuus, & qui ſeruiſſe patrem ſuum parum, immò minimum meminiſſet. Lauabatur in villa Formiana. repentè eum ſerui circumſiſtunt: alius fauces inuadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem: atque etiam (fœdum dictu) verenda cõtundit: & cum exanimem putarent, abyciunt in feruens pauimentum, vt experirentur, an viueret. Ille, ſiue quia non ſentiebat, ſiue quia ſe non ſentire ſimulabat, immobilis, & extentus, fidem peractæ mortis impleuit. tum demum quaſi æſtu ſolutus effertur: excipiunt ſerui fideliores: concubinæ cum vlulatu & clamore concurrunt. Ita

REm atrocem) Exẽplo Macedonis monet non debere dominos erga ſeruos truces eſſe, à quibus ille penè in balineo necatus, non multo pòſt interiit: verùm priùs vltus eſt mortem ſuam, comprehenſis & occiſis interfectoribus. Acilios plures fuiſſe conſtat, ſed maximè celebratum, qui nauali ad Maſſiliam prælio iniecta in puppem hoſtium dextera, & abſciſſa, memorabile illud apud Græcos exemplum imitatus tranſiluit in nauem, vmbone obuios agens. Item Aciliũ poetam, & Aciliũ Glabrionem Conſulem cũ Traiano à Domitiano relegatum, & interfectum: vt Aciliũ Stenelum omittam, & quos iam alibi prænotauimus. *Epiſtola*) ſed tragœdia. *Prætorius*) prætura functus, vel ius habens geſtandi prætoria ornamenta. *Macedo*) apud Iuriſconſultos lego Macedonem fuiſſe virum ſceleſtum: & ceteris malis, quæ illi natura adminiſtrabat, etiam æs alienum adhibuiſſe: vnde decretum Senatuſconſultum Macedonianum, ne ſæpe materiam peccandi hominibus malis præſtaret. *Seruiſſe*) ſeruum fuiſſe. *Minimum meminiſſet*) non reſpiceret natales ſuos: ſed inſolentius ſe gereret, quàm parentum obſcuritas pateretur. *Formiana*) quam in agro Formiano habebat. Formiæ oppidũ antiqua Læſtrigonũ ſedes, cuius Lacones conditores prius Hormias à ſtatione frequenti appellantes: deinde aſpiratione in F mutata, dictæ ſunt Formiæ. Eius littoris amœnitatem & crebras ſtationes Martialis libro decimo multis cõmendat. ſic exordiens. O temperatæ dulce Formiæ littus. [*Circumſiſtunt*) circumueniunt.] *Inuadit*) repentè conſtringit. {*Fœdum*) cùm præfatione protulit rem verendam.] *Verenda*) inguina, genitalia. *Feruens pauimentum*) peruſtum ſolum balinei.

lineі. Pauire antiqui ferire dixerunt, à quo pauimentum ex crebra percuſſione. [*Extentus*) tanquam mortuus.] *Fidem perfecta mortis impleuit*) cùm non ſe moueret, fecit fidem tanquam ſi verè mortuus eſſet. *Æſtu ſolutus*) nimio feruore necatus. *Effertur*) extra balineum portatur à conſciis tanquam mortuus: nam efferri propriè dicuntur cadauera ad ſepulturam. *Excipiunt*) ab interfectoribus Macedonem tollunt. *Vlulatu*) lugubri voce.

& vocibus excitatus, & recreatus loci frigore, ſublatis oculis agitatóque corpore, viuere ſe (& iam tutum erat) confitetur. Diffugiunt ſerui, quorum magna pars comprehenſa eſt, cæteri requiruntur: ipſe paucis diebus ægrè refocillatus, non ſine vltionis ſolatio deceſſit, ita viuus vindicatus vt occiſi ſolent. Vides quot periculis, quot contumelijs, quot ludibrijs ſimus obnoxij, nec eſt quòd quiſquam poſſit eſſe ſecurus, quia ſit remiſſus & mitis. Non enim iudicio domini, ſed ſcelere perimuntur. verùm hæc hactenus. Quid prætera noui? Quid? nihil, alioqui ſubiungerem. Nam & charta adhuc ſupereſt, & dies feriatus patitur plura contexi. Addam, quod opportunè de eodem Macedone ſuccurrit, Cum in publico Romæ lauaretur, notabilis, atque etiam vt exitus docuit, ominoſa res accidit. Eques Romanus à ſeruo eius, vt tranſitum daret manu leuiter admonitus, conuertit ſe, nec ſeruum à quo erat tactus, ſed ipſum Macedonem tam grauiter palma percuſſit, vt penè concideret. Ita balneum illi, quaſi per gradus quoſdam, primùm contumeliæ locus, deinde exitij fuit. Vale.

Excitatus) expergefactus. *Frigore*) quod modicum aſtringit corpora, & excitat. *Et iam erat tutum*) núquam enim auſi fuiſſent mali quicquam, ſerui nequam, præſentibus bonis. *Refocillatus*) reparatus, reſtauratus. *Vltionis*) quia ſerui ſunt puniti. Apud Iuriſconſultos multis quæritur, qui ſeruorum veniant puniendi occiſo domino: vbi Vlpianus Iuriſconſultorum præſtantiſſimus, reſpondet, pariter condemnandos, qui ei auxilium non tulerunt, quoties potuerunt aduerſus vim opem ferre. *Vindicatus*) ſumptum ſupplicium de complicibus adhuc eo viuente. *Obnoxij*) ſubiecti. [*Nec eſt*) nulla cauſa eſt.] *Quiſquã*) dominus. *Iudicio*) iure, merito, ratione. *Scelere*) immanitate ſeruorum.

Hæc) dicta ſint. *Quid præterea*) dices noui eſt. *Quid*) repetit quæ dicere potuiſſet Acilius: & infert nihil noui eſſe. *Feriatus*) ocioſus, feſtus. [Marc. Tullius in epiſtolis ad Lentulum, Ab his ſtudiis, inquit, feriarum.] *Contexi*) ſcribi. *Publico*) balineis publicis. *Ominoſa*) malum omen portendens. *Eius*) Macedonis. *Vt daret tranſitum*) vt liberaret ingreſſum, & ſpatium tranſeundi præberet. [*Palma percuſſit*) diuerſum ab exemplo Diogenis, qui cum vidiſſet adoleſcentem laſciuum, percuſſit pædagogum tanquam huius intemperantiæ auctorem.] *Contumeliæ*) deſpectus, dum manu percutitur. *Gradus*) aſcenſus, incrementa. minor enim contumelia quàm mors.

C. PLINIVS PROCVLO SVO S.

PEtis vt libellos tuos in ſeceſſu legam, examinem, an editione ſint digni: adhibes preces, allegas exemplum. Rogas etiam vt aliquid ſuccisiui temporis ſtudÿs meis ſubtraham, impertiam tuis. Adÿcis M. Tullium mira benignitate poetarum ingenia fouiſſe. Sed ego nec rogandus ſum nec hortandus. nam & poeticen ipſam reliogiſsimè veneror, & te validiſsimè diligo. Faciam ergo, quod deſideras, tam diligenter quàm libenter. Videor autem iam nũc poſſe reſcribere eſſe opus pulchrum, nec ſupprimendum, quantum æſtimare licuit ex ÿs quæ me præſente recitaſti: ſi modò mihi non impoſuit recitatio tua. legis enim ſuauiſsimè & peritiſsimè. Confido tamẽ me non ſic auribus duci, vt omnes aculei iudicÿ mei illarum delinimentis refringantur: hebetentur fortaſſe & paululum retundantur, reuelli quidem. extorquerique non poſſunt. Igitur non temerè iam nunc de vniuerſitate pronuncio: de partibus experiar legendo. Vale.

PEtis) Roganti Proculo vt verſus ſuos emendaret, & an publicandi eſſent iudicaret: rrſpondet ſe libentiſſimè ſuſcepturum tale onus, iámque videri dignos editione, niſi deceptus fuerit ſuaui eius recitatione. *Seceſſu*) ruri. *Exemplũ*) Ciceronis, qui fouit poëtas. *Succiſiui*) ſubciſi, ſub tracti à rebus vrgentibus. Plinius ſenior in præfatione ſuæ hiſtoriæ, Succiſiuis temporibus iſta curamus. Vocabulum Apuleianum: quo Marc. Tullius, Tranquillus, Gellius etiam vtuntur. Succiſiuum interdum ſignificat reliquum, ſuperfluum, inutile. *Marc. Tullii*) Extat adhuc oratio, pro Archia poëta, præceptore, qua eum ciuitate Romana donatum, & dignum, quia poeta, probat. Fuit enim Cicero puer ad carmen non mediocriter inclinatus, vt libellis quibuſdam verſibus editis ingenium eius primùm eluxerit, poſtmodum in ſeceſſu hæc ſtudia exercuit: & in vrbe interdum non pauciores quingentis verſibus per ſingulas noctes componere ſolitum tradiderunt, [vnde in epiſtolis ad Lentulum teſtatur ſe ſcripſiſſe quædam carmina, ac ab orationibus diſiunxiſſe, ſéque ad manſuetiores muſas retuliſſe, quæ maximè ſe ſicut à prima adoleſcentia delectarunt.] nam multa tranſtulit ex Demetrio, & Aratum Latinum fecit. Balchionas, Vxorium, Nilum metro panxit. [libros treis de temporibus] ſed quanto maiorem laudem ſoluta oratione meruit, tanto minorem verſu inuita (vt inquit Martialis) minerua. *Poeticen*) artem ſcribendæ poeſeos: eſt enim fictæ veræque narrationis congruenti rhythmo, vel pede compoſita metrica ſtructura ad vtilitatem, voluptatémque accommodata. diſtat autem à poemate & poeſi, quòd poetica ars ipſa intelligitur: poema autem pars operis, vt deſcriptio armorum Achillis: poeſis contextus & corpus totius operis effecti: vt Ilias, Odyſſea, Æneis: autores habeo Marcellum, Aphthonium, Diomedem, Ephestionem. Donatus autem putat poeſin eſſe vnius carminis plures libros. *Religioſiſsimè*) tanquam rem diuinam & ſanctam: nam quaſi diuino quodam ſpiritu afflantur poetæ. quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat: quòd quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur. hæc Cicero pro Archia. *Nec ſupprimendum*) non con-

tinendum domi, ſed publicandum. *Mihi non impoſuit*)non me decepit. *Suauiſſimè*) miro cum lepore. *Peritiſſimè*)cum maxima arte. *Auribus duci*)oblectamentis audiendi trahi & affici. *Aculei*)igniculi, ſtimuli, diminutiuum ab acu, à quo aliud aculeolus deducitur, in vſu apud Martialem. *Delinimentis*)blanditiis. *Reſtringantur*)reprimantur, minuantur. [refringantur, vt eſt in aliquibus exemplaribus.] *Hebetentur*)debilitentur. *Retundantur*) refringantur. *Exterqueri*) per vim extrahi. *Temerè*)fruſtrà, inconſultè. Tranquillus pro ferè poſuit. Nec temerè, inquit, vnquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens. & in Tito, Peſtilentia, quanta non temerè alias. in quem ſenſum pariter Plinius ſenior frequentius vſurpauit. *Vniuerſitate*)toto opere.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

ADnotaſſe videor facta, dictáque virorum fœminarúmque alia clariora eſſe, alia maiora: confirmata eſt opinio mea heſterno Fanniæ ſermone. neptis hæc Arriæ illius, quæ marito & ſolatium mortis & exemplum fuit. Multa referebat auiæ ſuæ non minora hoc, ſed obſcuriora· quæ tibi exiſtimo tam mirabilia legenti fore, quàm mihi audienti fuerunt. AEgrotabat Cæcinna Pætus, maritus eius. AEgrotabat & filius, vterque mortiferè, vt videbatur. Filius deceſſit eximia pulchritudine, pari verecundia, & parentibus non minus ob alia charus, quàm quòd filius erat. huic illa ita funus parauit, ita duxit exequias vt ignoraret maritus. quinimmò quoties cubiculum eius intraret, viuere filium atque etiam commodiorem eſſe

Adnotaſſe)Probat exemplo alia eſſe clariora, alia maiora facta. nam Arria non minora fecit, dum viueret, quàm dum moreretur: & tamen magis laudatur vox eius porrigẽtis marito gladium, Pæte non dolet: quàm dum mortuum filium viro ægrotanti viuum ſimulat, & exulem nauicula proſequitur. *Adnotaſſe*) animaduertiſſe. *Clariora*)illuſtriora, magis cognita. [*Maiora*) reipſa plus virtutis habentia, ſed minus nominis] *Illius*) ad differentiam filiæ Arriæ, quæ Thraſeæ vxor fuit. *Marito*) Cæcinnæ Pæto. *Exemplum*) quia ſe prius interfecit. Martialis, Caſta ſuo gladiũ cùm traderet Arria Pæto, Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis. Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit. Sed quod tu facies, hoc mihi Pæte dolet. *Multa*)fortiter geſta. *Auiæ.*)prioris Arriæ Cæcinnæ vxoris. *Hoc*) ſe interficere & maritum ad idem impellere. *Obſcuriora*)minus vulgata. *Cæcinna Pætus*)decipiuntur, qui exiſtimant Arriam iſtam in morte ſua & mariti conſtantia celeberrimam Pæti Thraſeæ vxorem, cùm non hæc, ſed eius filia pari nomine Arria fuerit. illos autem ſefellit, quòd vterque & Cæcinna & Thraſea cognominatus eſt Pætus, opinantes vnum tantum fuiſſe Pætum. apud Dionis abbreuiatorem mendoſè ſcriptum eſt de Arria γυνὴ καικίνα ὑπάτου pro γυνὴ καικίνα παίτου, id eſt, vxor Cæcinni Pæti. *Filius*) Cæcinnæ & Arriæ. *Mortiferè*) cum periculo mortis. Legitur etiam vtrique. pro vterque. *Ob alia*)propter bonam indolem & morum elegantiam. [*Filius*)quem parentes etiam rudem & malum ſolent amare [*Huic*)filio. *Funus*)exequiarum pompam, aliquando ipſum officium ſignificat, vt apud Terentium: interdum cadauer, vt apud Virgilium, ſic appellatum, autoribus Donato & Seruio, à Funalibus, quæ intra

ceram ſunt. nam funes incenſos maiores noſtri mortuis præferebant. generalius eſt funus quàm exequiæ. eſt enim tota pompa tam domeſtica quàm extrinſeca: exequiæ verò tantùm in via, dum funus procedit. [*Ita*)cautè,& ſimulatè,]*Eius*) mariti.

ſimulabat. Ac perſæpe interroganti quid ageret puer, reſpondebat, Bene quieuit, libenter cibum ſumpſit. Deinde cum diu cohibitæ lacrymæ vincerent prorumperéntque, egrediebatur. tunc ſe dolori dabat. ſatiata ſiccis oculis, compoſito vultu redibat tanquam orbitatem foris reliquiſſet. Præclarum quidem illud eiuſdem, ferrum ſtringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac penè diuinam, Pæte non dolet. Sed tamen iſta facienti dicentique gloria & æternitas ante oculos erant: quo maius eſt ſine præmio æternitatis, ſine præmio gloriæ abdere lachrymas, operire luctum, amiſſóque filio matrem adhuc agere.. Scribonianus arma

Commodiorem) validiorem, conualeſcentem. *Interroganti*) marito *Vincerent*) patientiam Arriæ. *Prorumperent*) cum impetu exirent. *Egrediebatur*) à cubiculo Pæti. *Dolori dabat*) fletus ſpargebat,& triſtabatur. *Satiata*) flendo. *Compoſito*) formato in lætiorem habitum. *Redibat*) ad maritum. *Orbitatem*) filij obitum. *Illud*) facinus. *Eiuſdem*) Arriæ. *Stringere ferrum*) gladium denudare. ab eo quod præcedit. ſtrictam aciem ferri pro nuda Virgilius poſuit. Stringere item amplecti ſignificat, vt apud Senecam, Adulteram ſtrinxit. Et defrondare ac læuigare: nam ſtricta folia ex arboribus dixit Cæſar,& Virgilius frondes ac remos. Marcellus inſuper ſtricturas appellari voluit ſcintillas, quæ de feruenti ferro emittuntur. *Perfodere pectus*) Arria Meſſalinæ familiaris cùm maritum Cæcinnam morti deſtinatum intueretur: deliberauit & ipſa mori, immo virum meticuloſum confirmauit enſe primum ſe confodiens: deinde illi tradens his quidem verbis. I, feri te, non doleo: qua re multis celebrata fuit. Pæte non dolet vulnus, quod ego feci, ſed quod tu facies. hæc eſt illa vox immortalis ac pene diuina. Neque moúeatur aliquis præter literarũ regulas Secundum dixiſſe, dolet vulnus, cũ Martial. idẽ argumentũ tractás pariter dixerit: & lib. 11. dẽtes dolere Glyceræ: & 12. non aures dolere ſed capillos. [Plinius in muſtellaria, Cor dolet.] quod imitatus eſt ſcribens Ouidius Cor dolet: atque ira mixtus abundat amor. & alibi, id ipſum indoluit Iuno. Iuuenalis. Protinus ante meum quicquid dolet, exue limen. Prudentius, Hic omne quicquid lancinamur non dolet. Dolet quòd cruor pectori inſedit tuo. *Æternitas*) famæ immortalitas. quare in hoc non tantùm admiranda, cùm præmium conſtantiæ intueretur. [*Æternitas*) immortale præconium ſui facinoris.] *Quo*) idcirco. [*Maius*) celebratione dignius.] *Abdere*) ſupprimere. *Sine præmio*) quia nemo aderat qui talia poſſet monumentis mandare. *Matrem agere*) ſimulare illum adhuc viuere, monſtrare ſe matrem, [agere amicum, præſtare officium amici.] agere autem fabulam repræſentare ſignificat, agere interdum audire, alibi dicere, item tractare, impellere, mouere. Donatus ſic diſtinguit. agere eſt aliquid neceſſarium facere, agitare voluptuarium, vt agitator equorum. *Scribonianus arma*) Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus bellum ciuile molitus legiones multas fortiſſimáſque ad ſacramenti mutationem pellexerat, & cùm non dubitaſſet citra bellum Claudium imperatorem poſſe terreri, contumelioſa & minaci epiſtola eum cedere imperio iubet, vitámque ocioſam in priuata re gerere, Dubitauit Claudius adhibitis principibus viris, an obtemperaret: ſed die dicto vt in vnum vndique

ad nouum imperatorem conueniretur: neque aquilę ornari, neque conuelli quoquomodo ſigna, mouerive potuerunt: exercitus tanta & tam inuſitata fide miraculi motus & in pœnitentiam verſus imperatorem Scribonianum quinto ſtatim die deſtitutum interfecit: ſeſéque ſacramento prioris militiæ continuit. Hæc ſumpta à Paulo Oroſio, & Tranquillo. Alij hunc motum altius repetentes longius etiam exequuntur. Cùm Romani de moribus Claudii deſperarent, à multis inſidiis petitus eſt, præſertim ab Annio Vinitio: qui ad Futium Camillum Scribonianum Dalmatiæ legatum miſit, & perſuaſit, vt arma aduerſus Claudium ſumeret, ac militibus non patentibus, manu propria ſe transfverberauit. Claudius hac defectione conſternatus plurimum ſibi metuebat: tamen illius morte cognita confirmatus eſt: & donatiuo militibus diſtributo, qui in partes Scriboniani fuerant conquiſitos & eorum plurimos deprehenſos occidit: multi inter quos Vinitius, ſibi manus intulerunt. Meſſalina & Narciſſus libertus cum reliquis hac oblata occaſione nulli potentum pepercere, niſi quis aut pecunia aut gratia, quamuis nocentiſſimus periculũ ſubterfugit: nam non viri tantùm, ſed & mulieres trucidatæ ſunt. Ad hęc Tacitus Scriboniani filius inquit clementia Claudii reſeruatus, poſtea quaſi finem principis per Chaldæos ſcrutaretur, in exilium actus eſt.

Illyrico contra Claudium mouerat: fuerat Pætus in partibus, & occiſo Scriboniano, Romam trahebatur. Erat aſcenſurus nauem, Arria milites orabat, vt ſimul imponeretur. Nempe enim (inquit) daturi eſtis conſulari viro ſeruulos aliquos quorum è manu cibum capiat, à quibus veſtiatur, à quibus calcietur. Omnia ſola præſtabo. Non impetrauit. Conduxit piſcatoriam nauiculam, ingénſque nauigiũ minimo ſecuta eſt. Eadem apud Claudium, vxori Scriboniani, cũ illa profiteretur indicium, Ego (inquit) te audiam, cuius in gremio Scribonianus occiſus eſt: & viuis? Ex quo manifeſtũ eſt, ei conſilium pulcherrimæ mortis non ſubitum fuiſſe. Quinetiam cum Thraſea gener eius deprecaretur, ne mori pergeret: intérque alia di-

Illyrico) illyris prouincia Pannoniam ſeptentrionem verſus, meridiem verò Adriaticum mare diſterminat: optimis portubus propter adiacẽtes inſulas illuſtrata. Aduerte ab aliis ſcriptoribus dici mota eſſe arma in Dalmatia: à Secundo in Illyrico: ſunt autem prouinciæ contiguæ. [quare probata lectio eſt arma Illyrico mouerat vt ex Dalmatia, quã obtinebat, Illyricum inuaſerit.] *Fuerat in partibus.*) fauerat Scriboniano. & ſecutus erat illum contra Claudium. *Occiſo*) per ſe, vel milites. Secundus à militibus ſcribit occiſum. Trahebatur ab Illyrico. *Arria*) vxor eius, quæ vna in ꝓuincia fuerat. *Imponeretur*) in eandẽ nauẽ. *Conſulari*) Cecinnæ, qui geſſerat Conſulatũ. *Omnia*) prædicta. *Vxori*) Iuniæ: quæ defectionis Scriboniani conſcia, relegata eſt. quare impariens annexa eſt etiam crimini: quo deinde filius in exilium actus eſt. *Profiteretur indicium*) ſponte indicaret coniurationis mariti conſcios contra Claudium. *Et viuis?*) neque tu vnà occubuiſti? [*Ex quo*) ex quibus præludiis.] *Non ſubitum*) ſed multo antè præuiſum, & ex rebus anteactis decretum. *Thraſea gener*) Thraſea Pætus, Patauij ortus, vir egregius, & malis temporibus clarus. Nam exercebantur mitis modis inter Neronem & Thraſeam inimicitiæ: verùm cuidam multa criminoſè iactanti, atque cauſam ſuam perperam iudicaſſe dicenti, obſtitit Nero, tantúmque abſuit criminibus de inimico contra veritatem aſſentiri, vt exclamauerit, vtinam tam me Thraſea diligat, quàm iudex æquus & rectus eſt. huic Cecinna filiam Arriam deſponſauit: ex qua Fanniam ſuſcepit.

xiſſet, Tu vis ergo filiam tuam, ſi mihi pereundum fuerit, mori mecum? Reſpondit, ſi tamdiu, tantáque concordia vixerit tecum, quàm ego cum Pæto, volo. auxerat hoc reſponſo curam ſuorum. Attentius cuſtodiebatur, ſenſit, Et, nihil agitis, inquit. Poteſtis enim efficere vt malè moriar: ne moriar, non poteſtis. Dum hæc dicit, exiluit cathedram, aduerſoque parieti, caput ingenti impetu impegit & corruit. Focillata, dixeram, inquit, vobis, inuenturam me quamlibet duram ad mortem viam, ſi vos facilem negaſſetis. Videntúrne hæc tibi maiora illo, Pæte non dolet. ad quod per hæc peruentũ eſt. Cum interim illud quidem ingens fama, hæc nulla circunfert. Vnde colligitur, quod initio dixi, alia eſſe clariora, alia maiora. Vale.

Filiam) Arriam. *Pereundum*) violenter. Nero virtutem ipſam exſcindere concupiſcens Thraſeæ infenſus, accedentibus cauſis quòd Senatu egreſſus, antequam aliud decerneretur, quum legeretur epiſtola de matris Agrippinæ nece, & de natali eius, vt inter nefeſtos eſſet, referretur, quòd in municipio ſuo egiſſet Tragœdiam more patrio in quodam feſto, quod celebrabatur trigeſimo quoque anno, quòd Iuuenalium ludicro patum expectabilem operam præbuerat, quòd mitiora in Prætorem Antiſtiũ ob ꝓbroſa in Neronẽ cõpoſita carmina cenſuerat, & obtinuerat: & ſpõte abſens, cũ diuini honores Poppeæ decernerẽtur, fuerat: neq; funeri interfuerat. ea renouauerat Capito Conſutianus flagitioſus, & Thraſeæ inimicus: quòd autoritate eius repetũdarum concidiſſet: deinde illa obiiciebat, quòd principio anni ſolitus eſſet ſolẽne iuſiurãdũ vitare, nuncupationibûs votorũ nõ adeſſe, nunquã pro ſalute principis immolaſſe, nunquã pulſantẽ citharam audiuiſſe, neq; laudaſſe, neq; pro ſacra illius voce ſacrificaſſe, & trinnio non introiiſſe curiam: ſolitus olim adſiduus adeſſe vulgaribus patrum conſultis, tãquam præſenſibus offenderetur. Quare cùm ei mortis arbitrium datum eſſet, Quæſtor conſulis ad eum in hortis agentem miſſus, etiam tum maximè intentum Demetrio, cynicæ inſtitutionis doctori, donec aduenit Domitius Cæcilianus ex intimis amicis, & illi, quid Senatus cenſuiſſet, expoſuit. Vocato igitur propius Quæſtore, & vtriúſque brachij venis inciſis effuſo cruore humum ſpargens, Libemus, inquit, Ioui liberatori. Dicere ſolebat, parcere Neronis adulatotibus, ſi ideo poſſent crudelitatem eius fugere: ſed cum pariter & ipſi trucidarentur, meliùs eſſe non ſeruiliter perire, cum fama poſt ſe duratura eſſet: illorum verò tantum, quòd iugulati eſſent. Illud præterea frequenter ſecũ vſurpabat, Me Nero interficere poteſt, lædere nequaquam. Alij ſcripſerunt Thraſeam mori iuſſum ob vultus triſtitiam & aſperitatem. hiſtoriam collegimus ex Tacito, Dione & Plutartarcho. *Mori mecum*) Thraſea, referente Tacito, vxorẽm Arriam tentantem mariti ſuprema, & exemplum Arriæ matris, ſequi: monuit retinere vitam, filiæque Fãniæ communi ſubſidium vnicum nõ adimere, quæ viri dicto obediens vſque ad Traiani tempora ſupervixit. *Auxerat curam*) intenderat diligentiam. *Cuſtodiebatur*) ne ſe interficeret. *Senſit*) animaduertit Arria cuſtodiri ne ſibi manus inferret. *Nihil agitis*) exemplo Catonis & Portiæ: ille enim ſecundum Plutarchum dixit, ſi caput parieti illiſero, aut ſpiritum præcluſero, facilè mori poſſum. De hac autem Martialis, Coniugis audiſſet fatum cùm Portia Bruti, Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor. Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari. Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem. Dixit & ardentes auido bibit ore fauillas. I nunc & ferrum turba moleſta nega. *Male*) dolentius. [cũ maiori cruciatu.] *Impegit*) impulit, percuſſit. *Refocillata*) reparata, reſtaurata: [recreata à ſuis.] *Duram*) difficilem, longiorem. *Illo*) dicto. *Per hæc*) con-

ſtantiæ & fortitudinis prælùdia. *Illud*) Parte non dolet. Hæc præexercitamenta. *Circumfert*) vulgat. *Colligitur*) comprobatur.

C. PLINIVS SERVIANO SVO S.

REcténe omnia quòd iampridem epiſtolæ tuæ ceſſant, an non omnia rectè? ſed occupatus es tu, an tu non occupatus? ſed occaſio ſcribendi vel rara vel nulla? Exime hunc mihi ſcrupulum, cui par eſſe non poſſum. Exime autem vel data opera tabellario miſſo, ego viaticum, ego etiam præmium dabo, nuntiet mihi modò, quod opto. Ipſe valeo, ſi valere eſt ſuſpenſum & anxium viuere, expectantem in horas, timentémque pro capite amiciſſimo, quicquid accidere homini poteſt. Vale.

R*Ecténe*) Anxius pro ſalute Seruiani, quòd iam pridem nihil ſcriberet, rogat vt ſtatim tabellario miſſo nunciet quid faciat. Non mediocriter dubitandum Seueriano, an Seruiano ſcripta fuerit epiſtola. nam vtrunque nomen legitur in exemplaribus etiam manu ſcriptis. Secundus libro octauo Seruianum virum exactiſſimum nominat. Spartianus ſæpius in Adriano refert Seruianum virum ſummę autoritatis. nam Iulius Seruianus legatus Pannoniæ. ſub Traiano fuit, & eo imperante bis cõſulatũ geſſit, ſemel cum Subſurano: illi Adriani ſoror Paulina nupſit. cui is Imperator tantum detulit vt venienti de cubiculo ſemper occurrerit: tertium conſulatum ne eſſet ſecundæ ſententiæ non petenti, ac ſine precatione conceſſit. filiam habuit, quam Fuſco Salinatori deſtinauit. Cùm incidiſſet Adrianus in morbum lethalem, factus de ſucceſſore ſolicitus primùm de Seruiano cogitauit: poſtea quaſi affectatorem imperii: quòd ſeruis regis cœnam miſiſſet, quòd in ſedili regio iuxta lectum poſito ſediſſet, quòd erectus ad ſtationes militum ſenex nonagenarius proceſſiſſet, mori coegit: re vera ne ſibi ſuperſtes eſſet. Flauius Vopiſcus recitat epiſtolam Adriani ſcriptam Seruiano conſuli. Gellius Seruilianum virum ſuæ ætatis doctiſſimum teſtatur. At Dion Seuerianum vocat. Eum, inquit, Traianus ſucceſſorem aliquando, & dignum imperio iudicauit: nam in conuiuio olim quæſiuit ab amicis, vt decem nominarent viros quibus ſumma reipubl. & rerum faſtigium demandari poſſet: tum verò compreſſo aliquantulum ſermone, nouem dixit per vos diſcere cupio, vnum ego Seuerianum habeo. hunc cum Fuſco eius nepote, quòd Commodi adoptionem ægrè ferre viderentur ſuſpectos & inuiſos occidi iuſſit Adrianus. Seuerianum nonagenarium, alterum decem & octo annos natum. ſed Seuerianus priuſquam iugularetur, ignem popoſcit atque incẽſo thure, Vos, inquit, deos teſtor, me nihil mali commiſiſſe: Adriano hoc tantum imprecor, vt cùm mori cupiet, non poſſit. Seueriani Africę proconſulis meminit Apuleius & Lucianus in ſermone, cui titulus quomodo hiſtoria ſcribenda ſit, Seuerianum refert. item Vlpianus Seuerianum conſulem Adriano imperante, apud quem ff quinto menda inoleuit, vbi commemorat Adrianum reſcripſiſſe Seriano. aut igitur Seruiano, aut Seueriano ex præcedentibus legendum. *Omnia*) tua ſe habent. *Scrupulum*) dubiũ, difficultatem. Terentius in Andria, At mihi etiam vnus ſcrupulus reſtat. tranſlatio à ſcrupulo lapillo, qui nos in calceo latens plerunque offendit. Vnde idem comicus alibi, Inieci ſcrupulum. Et aſperas ſalebroſáſque vias ſcrupuloſas dicimus. Scrupulus pręterea ponderis genus. Mart, libras ſcrupulos ſextuláſque dicit. at neu-

tro genere. Iugeri pars minima eſt decem ſcilicet pedes & longitudine & latitudine quadratum. *Par*) non poſſum pati hanc difficultatem, neque mea conſtantia tolerare. *Data opera*) ob hanc ſolam rationem. *Viaticum*) viæ neceſſariam impenſam, quæ proficiſcenti erogatur. Græci ἐφόδιον dixere: ſed interdum pro facultate & paratu Latini ſunt vſi: ſicut illi ἐφόδιον πολλῆς ἀρετῆς καὶ τέχνης· id eſt, facultas virtutis diuitiæ & vitii. viaticulum per diminutionem dixit Caius. ff. v. & pariter Apuleius qui lib. vij, viagium pro itinere vſurpauit. *Præmium*) laboris mercedem præter viaticum. *Quod opto*) te beneualere. *Si valere*) correctio: non enim bene valet qui aliquibus animi moleſtiis perturbatur. *Capite amiciſſimo*) vita tua mihi amiciſſima. *Quicquid*) omne malum quod.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

OFficium Conſulatus iniunxit mihi, vt Reip. nomine principi gratias agerem. quod ego in Senatu cum ad rationem & loci & tẽporis ex more feciſſem, bono ciui conuenientiſſimum credidi, eadem illa ſpatioſius & vberius volumine amplecti. primùm, vt imperatori noſtro virtutes ſuæ veris laudibus commendarentur: deinde vt futuri principes non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerentur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriam niti. Nam præcipere qualis eſſe debeat princeps, pulchrum quidem, ſed onerosum, ac propè ſuperbum eſt: laudare verò optimum principem, ac per hoc poſteris, velut è ſpecula, lumen quod ſequantur oſtendere, idem vtilitatis habet, arrogantiæ nihil. Cepi autem non mediocrem voluptatem, quòd hunc

O*fficium*) Seuero ſcribit in Senatu orationẽ Panegyricã dixiſſe, deinde recitaſſe quibuſdam amicis cum ſumma auditorum attẽtione: quare & principem Traianum & ſua tempora laudat, quibus ſpretis adulationibus grauia & ſeuera placerent. Seueros per ea tempora multos fuiſſe cõperio, Curtium Seuerum præfectum recitat Tacitus. Septimi Seueri doctrinam laudat Statius in ſyluis. Seuerum doctum fuiſſe Martialis libro xi. teſtatur. & Decium Seuerum imperante Seuero claruiſſe Iuriſconſultus, ſicut idẽ Iulii Seueri meminit, qui Dione tradente, à Britannia in Iudæos deficientes ab Adriano miſſus eſt, vir iuſtus, & ſapiens, dignitate & autoritate inſignis, poſtmodum regendæ Bithyniæ deſtinatus. *Officium conſulatus*) quia Conſul creatus eram, ideo Traiano gratias egi, quod ſecutus eſt Auſonius pro Conſulatu ſuo Gratiano principi gratias agens. *Reip. nomine*) ex autoritate reip. & imperio Senatus, ſicut ipſe refert in eadem oratione. *Ad rationem*) ſecundum reſpectum. *Loci*) Senatus immo Senatorum, apud quos breuius dicendum erat propter reuerentiam. *Temporis*) ſeculi noſtri, quo liberius fari licebat. *Ex more*) ad imitationem aliorũ. *Spatioſius*) pluribus verbis. [Hoc repugnat illi epiſtolæ ex lib. primo, qua aſſerit oratores plura egiſſe quàm edidiſſe. quod tamen hac ratione poteſt excuſari, quoniam illis oratoribus priſcis datæ erant liberæ perendinationes, ita vt quantum voluiſſent dicere, potuiſſent. at Plinii ſeculo intra conſtitutum tempus dicebant. an quòd alia erat apud iudices, alia apud ſenatum agendi ratio?] *Vberius*) eloquentius. *Suæ*) propriæ. ſolius Traiani. fuerunt enim in eo virtutes fere diuinæ. *Magiſtro*) rectore, doctore. nam Plato

librum

librum de regimine principum ſcripſerat, & Xenophon dialogum de tyrannide. *Sub exemplo*) ad imitationem Traiani: exemplo enim magis quàm verbis mouemur. *Niti*) contendere. *Onerosum*) magni ponderis, ne prætermittenda dicamus, & dicenda omittamus. *Superbum*) vt inferior ſuperiori præcipiat, & tantum ſibi arroget. *Per hoc*) hac ratione, ductu figurato. *Lumen*) ſpecioſum exemplum. *Specula*) loco edito è turri, tranſlatio à nauigantibus, qui ſolẽt dirigere curſum ſuum ad lampadem, in ſpecula portus accenſam. *Arrogantia nihil*) habet. ſic enim vitatur ſuperbia, & par vtilitas ſequitur.

librum cùm amicis recitare voluiſſem, non per codicillos, non per libellos, ſed ſi commodum eſſet, & ſi valdè vacaret, admoniti. nunquam porro, aut valdè rarò, vacat Romæ, aut commodum eſt audire recitantem. fœdiſſimis inſuper tempeſtatibus per biduum conuenerunt. Cùmque modeſtia mea finem recitationi facere voluiſſet, vt adiicerem tertium diem, exegerunt. Mihi hunc honorem habitum putem, an ſtudiis? ſtudiis malo, quæ propè extincta refouentur. At cui materiæ hanc ſedulitatem præſtiterunt? nempe quam in Senatu quoque, vbi perpeti neceſſe erat, grauari tamen vel puncto temporis ſolebamus. eadem nunc & qui recitare, & qui audire triduo velint, inueniuntur: non quia eloquentius quàm prius, ſed quia liberius, ideóque etiam libentius ſcribitur. Accedet ergo hoc quoque laudibus principis noſtri, quòd res antea tam inuiſa quàm falſa, nunc vt vera, ita amabilis facta eſt. Sed ego cùm ſtudium audientium, tum iudicium mirè probaui. Animaduerti enim ſeueriſſima quæque vel maximè ſatisfacere. Memini quidem me non multis recitaſſe quod omnibus ſcripſi: nihilominus tamen, tanquam ſit eadem

Librum) orationẽ panegyricam. *Codicillos*) epiſtolas [ad illos miſſas] *Libellos*) ſupplicationes. *Vacat Romæ*) vacui ſunt ab officiis in vrbe. id quod lib. x. Mart. conqueritur. *Fœdiſſimis tempeſtatibus*) turbidis & tempeſtuoſis diebus. Fœdum eſt pluſ quam turpe, interdũ crudele ſignificat. idcirco Salluſtius, fœdos oculos dixit. *Tertium diem*) vt totam orationem recitarẽ: relinquebatur enim tertia pars eius recitanda. *Mihi*) mea cauſa. *Honorem*) audiendi diligentiam. *Studiis malo*) crediderim id factum potius propter ſtudia. *Extincta*) deperdita ſuperiorum principũ ſæuitia præſertim liberiora ſtudia: vt [vetus comœdia, &] ſatyra, & hiſtoria. *Refouentur*) reſpiciuntur ſub Traiano: nam Iuuena. ſub eo ſuũ opus publicauit & compoſuit: quod non diſſimulat idẽtidem, ſed in primis. vii. ſaty. Tacitus verò & Trãquill ſuas hiſtorias. *Cui materiæ*) demonſtratiuo generi & ſolutæ orationi quæ minus tenet auditorem. an potius qua ſolebãt imperatores commendare. *Sedulitatem*) per triduum audiendi diligentiã. *Nẽpe*) præſtiterũt ei materiæ hanc ſedulitatem, quã quoque prę́ſtiterant in Senatu, cum primum dixi: perinde ac ſi inferret quòd non tantum deberent capi in recitatione eius orationis, quam ſemel audiuerant. *Perpeti*) totam audire. *Neceſſe erat*) propter præſentiam Cæſaris, quamuis eſſet moleſtum & graue audientibus. *Puncto*) momento, quantulo ſpatio. M. Tullius pro Cluentio, Neque poſtea Larini punctum temporis moratus eſt. *Solebamus*) ſub malis imperatoribus. *Quàm prius*) nunc dicantur. iam enim adulatio omnia noua excogitauerat.

cc. j.

Liberius) verios. cùm ſub Domitiano capitale fuerit laudare bonos, id eſt verum dicere. *Accedet laudibus*) ad alias eius laudes addetur hæc etiam. *Res*) laudatio panegyrica. *Antea*) ſub malis imperatoribus *Nunc*) Traiano principe. *Vera*) continens veras laudes. *Amabilis*) grata. *Studium*) attentam operam. *Seueriſsima quæque*) ſcripta admodum auſtera & grauia. *Satiſfacere*) placere. *Non multis*) paucis doctis, quibus ſolebat ſua committere. *Omnibus*) pro communi vtilitate.

omnium futura ſententia, hac ſeueritate aurium lætor. Ac ſicut olim theatra malè muſicos canere docuerunt, ita nunc in ſpem adducor poſſe fieri vt eadem theatra bene canere muſicos doceant. Omnes enim qui placendi cauſa ſcribunt, qualia placere viderint, ſcribent. At mihi quidem confido in hoc genere materiæ lætioris ſtyli conſtare rationem cum ea potius, quæ preſſius & adſtrictius, quàm illa quæ hilarius & quaſi exultantius ſcripſi, poſſint videri accerſita & inducta. Non ideo tamen ſegnius precor, vt quandoque veniat dies: vtinámque iam venerit, quo auſteris illis ſeueriſque dulcia hæc blandáque vel iuſta poſſeſſione decedant. Habes acta mea tridui, quibus cognitis volui tantum te voluptatis abſentem, & ſtudiorum nomine, & meo capere, quantum præſens percipere potuiſſes. Vale.

Hac ſeueritate aurium) iudicio audientium libenter ſeuera ſcripta. *Olim ſub Nerone*) qui cantu & muſica oblectatus adeo, vt in certamen ſæpius deſcenderit, & aduerſarios quaſi plane eiuſdem conditionis obſeruarit, captarit, infamarit, maledictis inceſſerit: ac ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam ſolitus fuerit: inde peſſimum cantandi genus, dum principi male cantanti cedunt, introductum. fuit enim exiguæ & obſcuræ vocis. quare non immerito Ariſtoxenus apud Athenæum, inquit, poſtquam theatra in barbaros mores fluxere, & multum à prioribus deſciuere, publicè ipſa muſica defecit: paucíque ſciunt, qualis olim fuerit: nunc muſicæ modi peſſimi introducti, quibus qui vtuntur pro humanitate molles fiũt, pro tẽperátia libidinoſi. [Plutar. in libello de muſica refert antiquos Græcos neſciuiſſe theatralem muſam: ſed eius ſcientia vſos tantùm ad honorem deorum, & heroum laudem, ac inſtitutionem iuuenum, quod prius Horatius in poetica tetigiſſe videtur per illud. Muſa dedit fidibus diuos puerosque deorum. idem Plutarchus, cum colligat theatrum fuiſſe poſt: quoniam θεωρεῖν vnde theatrum deductum eſt, ἀπὸ τοῦ θεοῦ denominationem traxerit, aſſeritque, ad pueros erudiendos olim muſica in vſu erat: eam ſuis temporibus fuiſſe ſublatam, omnéſque ad theatralem conuerſos.] *Theatra*) quæ inſtituta ſunt ad deorum immortalium ludos, & populi voluptatem, id græcorum inuentum, vnde etiam nomen Latinè arena dicitur. nulla fermè Italiæ ciuitas fuit nobilis, quæ theatro careret. Inſtituto igitur quinquennali ludicro Romæ à Nerone ſecundum Tacitum ad morem Græci certaminis variam famam fuiſſe conſtat. quippe erant qui Cn quoque Pompeium incuſatum à maioribus ferrent, quòd manſuram theatri ſedem poſuiſſet: proceres Romani ſpecie orationum & carminum ſcena (nam & ea in theatro conſtituebatur) polluantur? an decurias equitum egregium iudicandi munus expleturas, ſi fractos ſonos & dulcedinem vocum perite audiuiſſent? *Eadem theatra*) tranſlatio à theatris adſcripta, cuius ſenſus ſicut olim mali principes coegerunt oratores ad malè dicendum, dum volont adulari ſibi, ita nuue confido optimum imperatorem noſtrum fieri autorem benè dicẽdi. [*Qualia*) veras laudes.] *Muſicos*) oratores metaphoricè. *Materiæ lætioris*) legi-

tur etiam latioris in eandem ſententiam, quam ſcilicet latius & copioſius diffudi quàm priores. *Conſtare rationem*) poſſe me reddere manifeſtam rationem. *Preſſius*) humilius, [caſtigatius, grauius.] *Aſtrictius*) breuius, compendioſius. *Hilarius*) delectabilius, lætius. *Exultantius*) diffuſius, copioſius. *Accerſita*) affectata, extra rem inſerta. *Segnius*) ſupina prece [minus.] *Auſteris illis, ſeueriſque*) veris ſcriptis ſed auditu ſuperioribus, qualis ſatyra & antiqua comœdia, cuius ſub Traiano ſcriptor extitit Virg. Romanus. Auſtero contrarium eſt dulce. *Blanda*) adulatoria. *Iuſta*) debita auſteris & ſeueris, [quæ iuſto tit. occupare deberent locum dulcium.] *Et meo*) & mea cauſa.

C. PLINIVS CALVISIO RVFO SVO S.

ASſumo te in conſilium rei familiaris, vt ſoleo. Prædia agris meis vicina, atque etiam inſerta venalia ſunt: in his me multa ſolicitant, aliqua nec minora deterrent. Solicitat primùm ipſa pulchritudo iungendi: deinde, quod non minus vtile quàm voluptuoſum, poſſe vtraque eadem opera, eodem viatico inuiſere, ſub eodem procuratore, ac penè iiſdem actoribus habere, vnam villam colere & ornare, alteram tantum tueri. Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilis, ſumptus atrienſium,

ASſumo) Hæſitabundus an prædia ſuis vicina emeret, Claudium Rufum amicum cōſulit: exponens, quæcunque ad emendum illa ſolicitarent, & quæ deterrerent. Multi codices habent Clauſiū Rufum, alii Caluiſium, quem ſupra legimus contubernalem Secundi. *Aſſumo te in conſilium*) te conſulo, & participem conſilij mei facio. Idem lib. vi. euocatus in conſilium à Cæſare noſtro. [M. Tullius, Adhibuit ſibi in conſilium. xv. principes. cum quibus cauſas cognouit Max. niſi eo in cōſilium adhibito.] Spartianus, Adriano mos erat, vt cum princeps cauſas cognoſceret, & Senatores & Equites Romanos in conſilium vocaret & alios, quos Senatus probaſſet. *Familiaris*) domeſticæ. *Prædia*) rura, prædia ſunt res ipſæ, prædes homines, id eſt fideiuſſores. *Vicina*) contigua. *Inſerta*) interiacentia. *In his*) emendis. *Solicitant*) prouocant, incitant. *Deterrent*) retrahunt ab emptione. *Pulchritudo*) decorus proſpectus agrorum perpetuorum. *Vtraque*) prædia vetera & noua. [*Opera*) excurſu.] *Viatico*) viæ impēdio. *Inuiſere*) ire ad videndū. *Procuratore*) rei ruſticæ curatore, cuius imperio ſubiacet villicus: verū & pro cuſtode alicuius rei neceſſariæ, vt ſcœtus apū, Columella poſuit: at Lampridius & multi pro eo qui rationes vectigaliū principū ſeruat, ſuper quo iam multa præſcripſimus. [*Actoribus*) quod probo, cùm apud Iuriſconſultos actor pro villico accipiatur. quale illud, actori ſuo Antiocho data libertate. quinimmo etiam Columella in eundem ſenſum accepit cùm inquit, Sed nec conditum cura, fide, rationibus inſeruit: ita vt & actor & familia peccent, & ager ſæpius infametur.] *Villam*) domum in agro. *Tueri*) [ruſticam villam] reparare, ne corruat. nam villarum alia ciuica, in qua ciues æſtatis tempore, alia ruſtica, in qua cultores agrorum inhabitant. Item fructuaria in qua fructus & reditus agrorum reponuntur. *Ineſt*) numeratur, miſcetur. *Computationi*) calculo.] *Supellectilis*) rerum mobilium ad vſum domeſticum. Pomponius de ſupellectili. Supellex eſt domeſticum patris familiæ inſtrumentum: quòd neque argento auróue facto, vel veſti annumeraretur. vbi Paulus recenſet quæ ſupellectilis appellatione con-

tinentur. Tubero hoc modo demonſtrare ſupellectilem tentat, dicens eſſe inſtrumentum quoddam patrisfamilias rerum ad quotidianum vſum paratarum, quod in aliam ſpeciem non caderet. Celſus ibidem autor. Columella appellatione ſupellectilis, etiam veſtem comprehendit. *Atrienſium*) qui habebant curam atrij & ſupellectilis. nam ianitores atrienſes dixit. Apuleius lib. de mundo, & Columella. Tum inſiſtere iubet atrienſibus vt ſupellectilē exponant. Vlp in familia atriēſem numerat, & aſſerit fuiſſe in villa cultiori: ſicut ſcoparios, viridarios, & topiarios. [Siculus Flaccus etiam oſtiarios, cùm ſeribit villis portas dominos villarum facere, ianuáſque imponere, & ſeruos huic negocio ad tranſmittendum populum applicare. Plau. in Aſinaria his verbis declarat, quod eſſet officium atriēſium Iuſſin', inquit, ſcelеſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri? iuſſin' columnis deiici operas aranearum? Iuſſin' in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?]

topiariorum, fabrorum, atque etiam venatorij inſtrumenti: quæ plurimum refert, vnum in locum conferas, an in diuerſa diſpergas. Contrà, vereor ne ſit incautum, rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus, iiſdem caſibus ſubdere. Tutius videtur incerta fortunæ poſſeſſionum varietatibus experiri. Habet etiam multum iucunditatis ſoli cœlique mutatio, ipſáque illa peregrinatio interſita. Iam, quod deliberationis noſtræ caput eſt, agri ſunt fertiles, pingues, aquoſi. Conſtant campis, vineis, ſyluis,

Topiariorum) artificum traducendarum & formādarum arborum, ac herbarum in varias formas & circinnos Plin. ſenior lib. xij. ficus inquit, Indica vaſtis diffūditur ramis, quorum pondera adeo in terram curuantur, vt annuo ſpatio figantur, notámque ſibi propaginem faciant circa parentem in orbes quodam topiario opere. & Africanus cum Vlpiano topiarium vſurpant pro ſeruo parato arborum ornandarum cauſa fortaſſe à funiculis dictus eſt topiarius, quibus in opere vtitur. nā reſtes Pauſan. ait topia dici. topiarium opus non in viridiis tantùm, ſed & in ſcenis ſatyricis antiquitas ſtruxit, quæ ornatæ arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſq; agreſtibus rebus in topiarij cœli ſpeciem transformabantur. Topiariorum autem cura fuit poſt flatum Fauonij. *Fabrorum*) lignariorum & ferrariorum, [dendrophororum.] *Venatorij*) comparati ad venationem, quæ propriè ferarum eſt: nam aucupium minus virile. Vlp. ff. xxxiij. Si in agro venationes ſint, puto venatores quoque & veſtigatores, & canes, & cætera quæ ad venationes ſunt neceſſaria, inſtrumenti vocabulo contineri: maximè ſi ager ex hoc reditum habet, vnde iure Secundus venatorium inſtrumentum dixit. eſt autem inſtrumentum, ſecundum Vlpianum de fundo inſtructo, apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio: ibi inſuper idem Iuriſconſultus exequitur de inſtrumento rurali diligenter. Tranquil. in Auguſto, inſtrumentum regium pro apparatu & ſupellectili regia poſuit. *Conferas*) componas: nam in vnum melius cuſtodiuntur. [*Rem*) prædia.] *Tam magnam*] magni momenti, [tam magno emptam.] *Tempeſtatibus*) malis temporum qualitatibus. vocabulum, quòd vtroque verſus dici poteſt, vt valitudo, facinus, dolus: poëta enim claram tempeſtatem dicit, & pro tempore antiquos accipere ſolitos Pompeius teſtatur. *Incerta fortuna*) incertitudinem fortunæ, ac temporum mutationes. *Poſſeſſionum varietatibus*) habere poſſeſſiones in diuerſis locis: vt ſi calamitas vnam aliquam opprimat, alia diuerſitate cœli grādinem euitet. [*Experiri*) an poſſimus euitare.] *Soli*) loci, regionis. *Cœli*) aëris *Peregrinatio*) peregre ſeceſſus. *Interſita*) interpoſita, viciſſitudinaria. *Caput*) ſumma, maxima propoſitio *Fertiles*) non ſeruauit ordinem. nam præponere debuit pingues, vnde deſcendit fertilitas. *Aquoſi*) vligino-

ſi, irrigui, abundantes aqua[qua poſſint irrigari,]qui ex ſe aquam fundant. Cato in re ruſtica per gradum ſuperlationis dixit.

quæ materiam & ex ea redditum ſicut modicum, ita ſtatum præſtant. Sed hæc felicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur. Nā poſſeſſor prior ſæpius vendidit pignora: & dum reliqua colonorum minuit ad tēpus, vires in poſterum exhauſit, quarum defectione rubus & reliqua incōmoda creuerunt. Sunt ergo inſtruendi complures frugi mancipes. Nam nec ipſe vſquam

Materiam)ligna. ὕλη apud Græcos materiam & ſyluam ſignificat, & noſtri pro ligno ſæpe vtuntur, vt Cato: Columella etiam pro pampinis, qui relinquuntur vitis conſtituendæ vel ſubſtituendæ cauſa. Vlp. ff.xxxij Ligni appellatio nomen generale eſt, ſed ſic ſeparatur, vt ſit aliud materia, aliud lignum: materia eſt, quæ ad ædificandum fulciendúmque neceſſaria eſt: lignum, quicquid cōburendi cauſa paratum eſt. Plato inſuper materiam voluit eſſe rem improcreabilem, incorruptā, non de principiis abſolutis elementis, ſed ex omnibus primam figurarum capacem, fictioníque ſubiectam, adhuc rudem & figurationis qualitate viduatam. ſtoici duo eſſe in rerum natura voluerunt, ex quibus omnia fiunt, materiam & cauſam. materia iacet iners, res ad omnia parata ceſſatura, ſi nemo moueat: eam autem ratio format, & quocunque vult verſat: ex illa varia opera producit. hæc autem omnium rerum prima ſubſtantia, cauſa verò deus *Modicum*) mediocrem. *Statum*)certum, firmum. nā ſtatæ obſeruationes, & feriæ certis diebus conſtitutæ dicuntur ſunt autem ſyluæ minus ſubiectæ tempeſtatibus, quàm reliqua ruris. ſtatus verò ſubſtantiuum eſt conditio vniuſcuiuſque rei, & conſtitutio cauſæ apud Rhetores. *Felicitas* fertilitas, vbertas. *Imbecillis*)pauperibus, debilibus. *Fatigatur*)colitur, exercetur[eneruatur, exinanitur. *Poſſeſſor*)dominus.] *Pignora*) ſeruos, & bona, ac inſtrumenta rei ruſticæ, quæ colonis adiumento dominus dederat. nā ea ſunt obligata creditori, quinimmo ſecundum Catonem in re ruſtica. quicquid illatum fundo erit, donec colonus ſatisfecerit, pignori eſto. *Reliqua colonorum*)debita contracta à colonis. ſic enim Iuriſconſulti vſurpare ſolent[vi] Pomp. de ſtatu lib Rationem reddere iuſſus, reliquum, quod apparet, ſoluit: de eo quod obſcurius eſt, ſatiſdare paratus eſt. Iulianus, Si quis teſtamento libertatem accepit ſub conditione, ſi rationem reddiderit, debet pro hæreditaria parte hæredibus reliqua ſoluere. [Et Paulus, Offidius quidam inſtituta filia Valeriana hærede, actori ſuo Antiocho data libertate prædia certa, & peculium, & reliqua legauerat. Vlpianus. Siquis libertatem dederit ſeruis duobus, ſi rationes reddiderint. Iulia enim tractat ſi alter reddere ſit paratus, alter non ſit, an alter per alterum impediatur. & rectiſſimè ait. ſi quidem ſeparatim rationes geſſerant, ſufficere ad libertatem adipiſcendam ei qui rationes ſuas reddiderit. ſi verò ſimul, non alias videri alterum paruiſſe, niſi vtriuſque reliqua exolucrit. in reliquis accipere debemus, vt & ipſa rationum volumina reddantur. Calliſtratus, Quid ergo conuenitur his verbis, ſi rationes reddiderit quidam hoc aiunt, ſi reliqua reddiderit, quaſi nihil interſit verum ſub hac conditione, ſi reliqua: vel ſub hac, ſi rationes reddiderit. Scæuola demum ff. de fundo inſtructo bis repetens in eadem lege reliqua colonorum, innuit eſſe, quæ coloni debent dominis.] quod nos admonuit Baptiſta Tetonus, qui ſine magiſtro ius ciuile ſumma cum laude profitetur. Hoc etiam vocabulo vſus eſt M. Tullius ad Atticum. Id inquit reliquum, quod ipſe in Tuſculano me referre in commentarium mea manu voluit, quódque idem in Aſia ſua manu ſcriptum dedit, id ſi præſtaret, & quæ ibi ſequuntur. Plautus in Ciſt Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere, vt expungatur' nomen, ne quid debeam. & paulo pòſt, Quod dedi, datum non vellem: quod reliquum eſt, non dabo.] *Ad*

tempus) ante tempus. nam ad interdum præter, & ante ſignificat. *Vires*) excolendi prædij. *Exhauſit*) abſumpſit. dum partis malè vtitur, ita in futurum facultatem contriuit, vt incultos agros reliquerit. *Rubus*) arbor mora producens. namque curuatus gracilitate nimia ſimul proceritate defigit rurſus in terram caput, iterúmque naſcitur ex ſeſe repleturus omnia, niſi reſiſtat cultura prorſus, vt poſſint videri homines terræ cauſa geniti; ita peſſima atque execranda res propaginem docuit, atque radicem acquiri viridem. Eius autem plura genera, inter quæ illud, quòd Theophraſtus canis rubum, Palladius rubum caninum appellat. Plinius rubum arborem eſſe dicit, Theophraſtus fruticem. [Fuit in alia lectione rurſus reliqua creuerunt, ſcilicet debita in maius aucta fuere: quam magis probo.] *Sunt ergo*) quòd ſcilicet ager incultus eſſet & pignora diſtracta, ideo inſtruendi & muniendi erant inſtrumentis neceſſariis complures frugi mancipes. *Mancipes*) coloni qui agros mercede conducant. [Cic. ad Rufum, Docuerunt me periti homines in his cùm omnium peritiſſimus, tum mihi amiciſſimus C. Camillus ad Voluſium transferri nomen à Valerio non potuiſſe, prædes Valerianos teneri, neque id erat. xxx. ſeſt. vt ſcribis, ſed. xix. erat enim curata nobis pecunia Valerij mancipis nomine, ex qua reliquum, quod erat in rationibus rettuli. vbi manceps pro præde, & reliquum pro debito.] *Frugi*) fructuoſi, vtiles.

vinctos habeo, nec ibi quiſquam ſupereſt, vt ſcias quanti videantur poſſe emi. Seſtertio tricies, non quia non aliquando quinquagies fuerint, verùm & hac penuria colonorum & communi temporis iniquitate, vt redditus agrorum, ſic etiam precium retrò abÿt. Quæris, an hoc ipſum tricies facilè colligere poſſimus. Sum quidem propè totus in prædÿs, aliquid tamen fœnore: nec moleſtum erit mutuari. accipiam à ſocru, cuius arca non ſecus ac mea vtor. Proinde hoc te non moueat ſi cætera non refragantur: quæ velim quàm diligentiſſimè examines. Nam cùm in omnibus rebus, tum in diſponendis facultatibus plurimum tibi & vſus & prouidentiæ ſupereſt. Vale.

Vinctos) in compedibus: quibus vincti ſerui ad agriculturam deſtinabantur: eos autem oportebat ſecundum rei ruſticæ præcepta non eſſe formidoloſos, non animoſos, non ſecordes, neque ſomniculoſos: id genus culturæ Plinius ſenior libro decimooctauo, capite tertio reprehendit: At nunc inquit agros, vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus exercent. *Quiſquam*) ſeruus eſt. *Ibi*) in illis prædiis. *Supereſt*) reliquum eſt in hoc conſilio. *Seſtertio tricies*) ſume extrinſecus emi poſſunt. nam amico omnia detegit, vt melius conſulat. *Seſtertio tricies*) tricies centenis milibus nummũ. tricies autẽ ſyncopatũ pro triginties profertur. *Quinquagies*) ſeſtertio, id eſt, quinquagies centenis milibus nummum fuerint vænales. *Penuria*) paucitate, caritate. *Iniquitate*) malignitate: qua inculti per Italiam iacebant agri: [an potius ſterilitate & crebris tempeſtatibus.] *Retro abÿt*) viluit, minutum eſt. *Tricies*) ſeſtertium. *Colligere*) comparare, cogere. *Prope totus in prædÿs*) ferè omnes meas pecunias contuli emendis prædiis. *Fœnore*) fœnus non [illegible]: ſed à fœtu deductum eſt, quaſi à fœtura quadam pecuniæ parientis: nam propriè fœnus eſt naturalis terræ fructus: ob quam cauſam & nummorum fœtus fœnus eſt vocatum: ſors autem ſumma, cui extrinſecus requiritur fœnus. Autore Appiano, veteres Romani abhorruiſſe videntur fœnoris conſuetudinem, quemadmodum & Græci: non ſecus ac cauponandi quæſtum quendam exiſtimantes grauem intolerabilémque pauperibus, &

inimicitias vltro procreantem, qua ratione commoti Perſæ commodari deceptibile quoddam mendaciiſque refertum crediderc. [& Cæſar dict. aduerſus fœneratores legem tulit, qua de modo credendi cauebatur. *Mutuari fœnore*) accipere mutuo cum fœnore. *A ſocru*) mea, Pompeia Celerina. *Area*) pecunia, poſitum continens pro contento. *Hoc*) quod non habeam integram ſummam pecuniarum pro emendis his prædiis.] *Refragantur*) reſiſtunt, aduerſantur.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Meministine te ſæpe legiſſe quantas contentiones excitarit lex tabellaria? quantúmque ipſi latori vel gloriæ, vel reprehenſionis attulerit? At nunc in Senatu ſine vlla diſſenſione

Meministi) Monet amicũ Meſſium comitiorum ordinem immutatum: neque per aperta ſuffragia: ſed tacitam tabellam creari magiſtratus: & verendum, ne inde vitia oriantur. quod poſtea eueniſſe, per epiſtolam ad eundem Meſſium lib. iiij. ſignificat, in primis ſeculi malas artes taxans, & Traiani curam circa publica non mediocriter commendans. Paulus de iure fiſci refert Meſſium fuiſſe Iuriſconſultum: marmoreæ veterum inſcriptiones Meſſium Ruſticũ curatorẽ aluei, & riparum Tyberis, & cloacarum vrbis Romani populi Adriano Auguſto Imperante: [at in monumentis Brixianorum legi T. Meſſium Licinianum. ſicut apud Forumiulii L. Geminium Meſſium curatorem ærarii Mediolanenſis] in vetuſto codice Metium Maximum inuenio. Tranquillus Metium recitat. in quem fuit illud notabile dictum Domitiani, Vellem tam formoſus eſſe, quàm Metius ſibi videtur. *Lex tabellaria*) qua populus per tabellam ſuffragium ferebat: cum prius non viritim, ſed per curias conuocatus magiſtratus crearet: & quod pluribus viſum eſſet curiis, ad Senatum referebatur. Lex autem tabellaria, quæ & Caſſia dicta eſt, quòd Caſſius Longinus hanc tulit, C. Mario Cn. Flacco Coſſ. cauebat non voce, ſed puncto debere fieri ſuffragia: quæ antiqui non ſcripto, vt poſtea in ciſtam tabellas ſuas conücientes, eáſque candidati cui fauebant inſculptas literas habentes, ſed puncto in tabellam facto notabant: quod M. Tullius pro Planco oſtendit: & Horatius in arte tetigit, Omne tulit punctum id eſt omnium tribuum ſuffragium habuit. nam tribus conuocatæ per tabellam ferebant ſuffragia, quibus latis ſortitio fiebat, præco renunciabat, quem tribus creaſſet. autores ſunt M. Varro in re ruſtica, & Cicero pro eodem Planco. [& de lege agraria idem inquit, Meis comitiis non tabellam vindicem tacitæ libertatis, ſed vocem vnam præ vobis indicem veſtrarum erga me voluntatum & ſtudiorum tuliſtis.] *Latori*) L. Caſſio Longino. *Gloriæ*) ſi bene ceſſiſſet. *Reprehenſionis*) ſi malè. vel pro hominum diuerſo iudicio. nam M. Tullius legum ſecundo, In ea ſum inquit ſententia qua te fuiſſe ſemper ſcio, nihil vt fuerit in ſuffragiis voce melius. quis autem non ſentit omnem autoritatem optimatum tabellariam legem abſtuliſſe? quã populus liber nunquam deſiderauit: oppreſſus dominatu, & potentia principum efflagitauit. Itaque grauiora iudicia de potentiſſimis hominibus erant voces quã tabellæ: quamobrem ſuffragandi nimia libido, in non bonis cauſis eripienda fuit potentibus: non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quiſque ſentiat, tabella vitioſum occultaret ſuffragium. itaque iſti rationi neque lator quiſquam eſt inuentus, neque autor vnquam bonus: ſunt enim quatuor leges tabellariæ quarum prima de magiſtratibus mandandis: ea eſt Gabinia, lata ab homine ignoto & ſordido: ſecuta biennio pòſt Caſſia eſt de populi iudicio, iſta ab homine nobili lata L. Caſſio. Carbonis eſt ter-

tia de iubendis legibus ac vetandis ſeditioſi atque improbi ciuis. vno in genere relinqui videbatur vocis ſuffragiū, quod ipſe Caſſius exceperat, perduellionis. dedit huic quoque iudicio Cælius tabellam, eámque optimam remp. eſſe dico quam hic Conſul conſtituerit, quæ ſit in poteſtate optimatum: ſic enim recitata eſt de ſuffragiis, Optimatúmque plebi libera ſunto: quæ lex hanc ſententiam continet, vt omnes leges tolleret quæ poſtea latæ ſunt, quando tegunt omni ratione ſuffragium, ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet: dummodo hæc optimo cuique & grauiſſimo ciui oſtendatur, vtroque offeratur.

hoc idem, vt optimum placuit. Omnes comitiorum die tabellas poſtulauerunt. Exceſſeramus ſanè manifeſtis illis apertiſque ſuffragiis licentiam concionum. non tempus loquendi, non tacendi modeſtia, non denique ſedenti dignitas cuſtodiebatur. magni vndique diſſonique clamores. Procurrebant omnes cum ſuis candidatis. multa agmina in medio, multique circuli & indecora confuſio: adeo deſciueramus à conſuetudine parentum, apud quos omnia

Hoc idem) lex tabellaria ſine vlla defenſione. Legitur etiam diſſenſione in eundem ſenſum, id eſt, omnibus ſententiis, ſine controuerſia. *Omnes*) ſenatores. *Comitiorum die*) quo die* populus coibat ad creandos magiſtratus. inde comitiales dies ſunt dicti, quibus cū populo agi licebat: nundinis enim comitia haberi non poterāt, neque mundo patente. ſolebant autem auſpicari de menſe Martio, ſecundum alios etiam alio tempore: conſularia ſequebantur prætoria & ædilitia: quidam etiam teſtantur conſularia comitia aliquando facta. vi. Cal. Auguſti. Et comitiorum alia calata dicebantur, quæ pro collegio pontificum, aut regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa habebantur: alia curiata, cùm ex generibus omnium ſuffragium ferebatur, quæ per lictorem curiatim vocabantur: alia centuriata, cùm ex cenſu & ætate, ea per cornicinem vocari ſolebant. hæc Gellius. At Liuius ab vrbe condita. Curiata dicit comitia quæ rem militarem continerent: & centuriata, quibus Conſules Tribunique militares creabantur. Tributa comitia ſunt cùm ex regionibus & locis ſuffragium fertur: ea minoribus creandis magiſtratibus dantur: maioribus autem centuriata, quæ iuſta haberi & dici voluiſſe maiores Cic. tradit. Curiata, vt alii arbitrantur, pontificibus arbitris præbentur. Conſules, Dictatores, Tribuni militares indicēdorum comitiorum poteſtatem habebant. Bina autem fieri comitia ſolebant de eiſdem candidatis: priora domi, quo facilius concordia populi firmaretur: poſteriora vel in loco comitii, vel in campo Martio. Comitium autem locus iuxta Senatum à coëundo dictum, quòd illuc populus coiret comitiis centuriatis & litium cauſa: erat enim foro connexum, ſecundo bello punico tectum: in quo ruminalis arbor, quæ Remi Romulíque infantiam texerat ſupra octingentos & quadraginta annos fuit. Significat etiam comitium tempus coeundi & actum: in quem ſenſum nunc Secundus vſurpat: à quo verbum comitiare & incomitiare deducitur ſecundum Feſtum. *Comitiorum die*) hanc rem in Panegyrico breuius tetigit, Nam quod, inquit, precatus es, vt illa ipſa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, reip. *Licentiam*) nimiam libertatem *Concionum*) dicendi publicè. prænotauimus cōcionem tria ſignificare. *Manifeſtis ſuffragiis*) viua voce & ſententiis palam dictis. hoc enim primum in vſum venerat apud Romanos, vt in creatione magiſtratuum ſententiæ ferrentur viritim, eadem vi, eodémque iure promiſcuè ab omnibus. à Seruio rege poſtea gradus facti, vt neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis eſſet. equites namque vocabantur primi octuaginta: inde primę

claſſis

claſſis centuriæ vocabantur : ibi ſi variaret,quod rarò incidebat, vt ſecundæ claſſis vocarentur , nec ferè vnquam ita deſcenderent vt ad infimos peruenirent. Diſſentit Dionyſius Halicarnaſſeus [à Liuio.] Ille enim ſub Romulo populum per centurias vocatum , hic ſecus ſcribit. Appianus innuit, aliud eſſe ſuffragia ferre in rreandis magiſtratibus , aliud participem eſſe in legum creatione. *Non ſedendi dignitas*)non locus honeſtior dabatur dignioribus , [non diſplicet etiam ſedenti, vt qui etiam ſedendo interfari loquentes vellet.] *Diſſoni*)diſcordes.*Cum ſuis candidatis*) Lege Fabia à Fabio lata adiecta eſt pœna illis, qui non certo numero, vt antè fuerant definiti , deducerent & ſectarentur in comitia candidatos. Iam memorauimus rationes cur petituri magiſtratum alba veſte inducrentur. *Agmina*) globorum motus. *Circuli*) conuenticuli hominum. coronæ. *Indecora confuſio*) inhoneſta perturbatio & commixtura. *Deſciueramus*)deſeceramus. *Parentum*) maiorum.

diſpoſita , moderata , tranquilla , maieſtatem loci , pudorémque retinebant. Superſunt ſenes , ex quibus audire ſoleo hunc ordinem comitiorum , Citato nomine candidati , ſilentium ſummum. Dicebat ipſe pro ſe , vitam ſuam explicabat , teſtes & laudatores dabat : vel eum ſub quo militauerat , vel eum cui quæſtor fuérat , vel

Diſpoſita) ordinata. *Maieſtatem*) amplitudinem , dignitatem. *Loci*) comitij vel campi Martij. [*Senes*) qui fortaſſe ſub Auguſto hoc viderant. nam is referente Tranquillo quoties magiſtratuum comitiis intereſſet tribus cum candidatis ſuis circuibat ſupplicabátque more ſolenni. ferebat & ipſe ſuffragium in tribus vt vnus è populo.] *Hunc*) talem olim fuiſſe. *Citato*) vocato per præconem. *Silentium*) attentio,ſubaudi erat.*Ipſe*)cãdidatus.*Pro ſe*)quæ arbitrabatur ad cauſam ſuam.*Explicabat* narrabat. *Vitam ſuam* M. Tullius pro Planco tradit in candidato virtutem,probitatem,integritatem inquiri ſolere. *Teſtes*)Idem in Panegyrica oratione, [Næ]ſuffragus conſularium virorum vrbes , populi , gentes inſeruntur. *Dabat*) producebat. *Legatus*) Proconſulis vicarius. placet etiam legi militauerat. nouimus Romanos auſpicari ſolitos honores à militia. ſic Cæſar Dictator ſub Seruilio Iſaurico primum meruit. ſic Secundus Tribunatum militum geſſit.[nam primò ad militiam,deinde ad quæſturam procedebant antiqui.] *Quæſtor*)quæſtura enim fuit primus honorum [vrbanorum] gradus. quæſtor autem Latinum nomen eſt Pomponio Iuriſconſulto referente, ro quòd inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa crearetur.Quæſtorum alii erant vrbani,qui pecunias publicas in ærarium referebant , alii Prouinciales Proconſulibus & Prætoribus dati ad pecuniam publicam conſeruandam : nam & Conſules in bello Quæſtores habebant ad curam prædæ &.ſpoliorum : at vrbani damnatorum bona accipientes in publicum referebant , publica funera de publico locabant , ærarij pecunias expenſas & acceptas] in tabulas referebant , quæſtores enim aliquando Tribuni & præfecti ærarij appellati : à recentioribus referẽdarij, vocabulo non incongruo. Origo quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt,& pene ante omnes magiſtratus. nanque Vlpianus aſſerit ex teſtimonio Iunij Gratiani lib. vij. de poteſtatibus ipſum Romulum & Numam Pompilium binos quæſtores habuiſſe,quos iidem reges non ſua voce,ſed populi ſuffragio crearunt ſed ſicut dubium eſt, an Romulo & Numa Pompilio regnantibus Quæſtor fuerit,ita à Tullo Hoſtilio rege quæſtores fuiſſe creatos certum eſt, & ſanè crebrior apud veteres opinio eſt. Tullum Hoſtilium primum in remp. induxiſſe quæſtores à genere quærendi initio ſic appellatos, & Iunius , & Trebatius ac Feneſtella ſcribunt. Idem Vlpianus ibidem inquit, Ex Quæ-

ſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri ex Senatuſconſulto: quod factum eſt D Druſo & Porcinna Coſſ. Non autem omnes Quæſtores prouincias ſortiebantur: nam excepti erant Candidati principis: hi etenim ſolis libris principalibus in Senatu legendis vacabant. poſteáque obtinuit Quæſtores creari indiffetenter, tam Patricios quàm plebeios. ingreſſus eſt enim quæſtura, vt iam prædiximus, & quaſi primordium gerendorum honorum. Quæſtor item frumenti erat qui in ſumma caritate, vt vrbs abundaret annona, curare debebat, & eſſe negociatoribus comis, mercatoribus iuſtus, municipalibus liberalis, ſociis abſtinens: & quia de capite ciuis Ro. iniuſſu populi non erat permiſſum lege Conſulibus ius dicere, propterea Quæſtores conſtituebantur à populo qui capitalibus rebus præeſſent: ij appellabantur Quæſtores parricidij. vnde pro Sylla M. Tullius, Quæſtiones, inquit, nobis ſeruorum ac tormenta accuſator nobis minitatur: in quibus quamquam nihil periculi ſuſpicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiuſque, tum animi, tum corporis, regit quæſtor.

vtrunque, ſi poterat. Addebat quoſdam ex ſuffragatoribus: illi grauiter & paucis loquebantur. Plus hoc quàm preces proderat. Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat. Audiebat Senatus grauitate cenſoria: ita ſæpius digni, quàm gratioſi præualebant. Quæ nunc immodico fauore corrupta, ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium, decurrerunt. quod interim planè remedium fuit. erat enim nouum & ſubitum. Sed vereor, ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur. Eſt enim periculum, ne tacitis ſuffragijs impudentia irrepat. Nam quoto cuique eadem honeſtatis cura ſecreto, quæ palam? Multi famam, conſcientiam pauci verentur. Sed nimis citò de futuris: interim beneficio tabellarum habebimus magiſtratus, qui maximè fieri debuerunt. Nam vt in

Vtrunque) ſub quo militauerat, & quæſturã geſſerat. *Addebat*) pducebat in teſtimonium ſui. *Suffragatoribus*) fautoribus [qui ſibi fauebant perparcè, iuxta illud, Lauda parcè, vitupera parcius.] *Natales*) obſcuros parentes, conferendo ſuos cum natalibus competitoris. tale quid Cicero pro Murena declarat, Summam, inquit, video in te eſſe Serui Sulpitii dignitatem generis, integritatis, induſtriæ, cæterorúmque ornamẽtorum omnium, quibus fretum ad Conſulatus petitionem aggredi par eſt. paria cognoſco eſſe iſta in L. Murena, atque ita paria, vt neque ipſe dignitate vinci potuerit, neque te dignitate ſuperarit. contempſiſti L. Murenæ genus, extuliſti tuum, & quæ ſequuntur. *Competitoris*) eundem magiſtratum petentis. *Annos*) nimium teneros, vel præmaturos: nam lege annaria, quæ annorum modum in petendis honoribus definiebat, cautum ne omnis ætas ad dignitates admitteretur: interdum tamẽ vt in Scipione Africano propter ſummam indolem & virtutem non obſeruata. *Cenſoria*) caſtigata, iudiciaria, magna. [*Digni*) propter virtutes, mores, nobilitatem. nam poteſt eſſe quiſpiam gratioſus abſque virtute, cùm ſit potius fortunæ nomen.] *Gratioſi* gratia validi, & fauorabiliores. *Præualebant*) creabantur, eligebantur. *Immodico*) nimio. *Tacita*) per tabellam. *Interim*) ſtatim. diſcretio huius rei quæ ad narrationem pertinet ſuperiorem. *Subitum*) inopinatum. nam vbi vſitata remedia non procedunt, contraria tentanda ſunt autore Seneca. *Ipſo remedio*) lege tabellaria, quod ſequentibus comitiis euenit eodem lib. iiij. ad eũdem ſignificante. *Irrepat*) latenter & paulatim ingrediatur. *Quoto cuique*) cuiuſcunque

ordinis. *Curâ*)eſt. *Multi famam*) Sententia veriſſima prius à Seneca prænotata, Plerique,inquit,famam:conſcientiam pauci verentur. *De futuris*) malis conqueror. *Qui*)quales, boni ſcilicet,in Panegyrico enim multis laudat Conſules his comitiis declaratos. [*Maxime*] in primis.]

recuperatoriis iudiciis, ſic nos in his comitiis quaſi repentè apprehenſi, ſinceri iudices fuimus. Hæc tibi ſcripſi, primùm vt aliquid noui ſcriberem, deinde vt nonnunquam de Rep. loquerer, cuius materia nobis quanto rarior quã veteribus, occaſio tanto minus omittenda eſt. Et Hercule quouſque illa vulgaria? Eho quid agis? ecquid commode vales? Habeant noſtræ quoque literæ aliquid non humile, nec ſordidum, nec priuatis rebus incluſum. Sunt quidem cuncta ſub vnius arbitrio, qui pro vtilitate communi ſolus omnium curas, laboréſque ſuſcepit: quidam tamen ſalubri temperamento ad nos quoque, velut riui ex illo benigniſſimo fonte decurrunt, quos & haurire ipſi, & abſentibus amicis, quaſi miniſtrare epiſtolis poſſumus. Vale.

Recuperatoriis iudiciis) Recuperatores iudices dabantur edicto Prætorio iniuriis æſtimandis, quòd per illos ius noſtrum recuperemus,[vnde in lege Roſcia Peducea de terminis agrorum ſcriptum extat, déque ea re curatores, qui hoc lege egerit iuriſdictio recuperatorúmque datio additio eſto: erant autem huiuſmodi quãdo legibus aliquibus, quibus parua admodum pecunia delinquentes mulctabantur, propter exiguam pœnam oriebatur contemptus,túc recuperatores iudices prouinciis æſtimandis reo dabantur.]M. Tullius in Verrem innuit tres dari ſolitos. & pro Flacco inquit à recuperatoribus cauſa cognoſcitur. Tranquil. in Nerone, Cautum vt rerum actu ab ærario cauſæ ad forũ,ac recuperatores transferrentur. Idem in Veſpaſiano, Flauia Domicilla ingenua, & ciuis Romana recuperatorio iudicio pronunciata. [Poſtremo in Domitiano recuperatores, ne ſe ſemper perſuaſoriis aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit.] Fiebant autem recuperatoria iudicia extra ordinem. *Repentè*) ex improuiſo. *Veteribus*) vt Ciceroni, aliiſque qui apud eundem plura de rep. per epiſtolas locuti ſunt. *Quouſque*) ſcribemus, quaſi diceret ſemper ne? *Eho*) interiectio eſt principium vel animaduerſionem in ſe poſcẽtis, aut repentè cernentis, interdum admirantis, aliàs ad ſe vocantis, vt eho dum ad me. aliquando intentionem audientis expoſcit. nonnunquam interiectio eſt ponẽtis aurem propiorem. vt eho nunquidnam accuſat virum? plerunque ehone ridiculè additur apud comicos. *Sordidum*) vulgare. *Incluſum*) continens, [inſiſtens, inhærens.] *Vnius*) Traiani. *Arbitrio*) nutu, imperio. *Quidam riuuli*) aliqua munia publica. [*Salubri*) vtili. *Hos*) Senatores. *Riui*) negociorum paruæ materiæ.] *Temperamento*) modeſtia. *Benigniſſimo fonte*) principe humaniſſimo, quia libertatem Nerua cũ imperio mixtam quotidie augebat, & imaginem priſtinæ reip. repræſentabat. *Haurire*) perſtat in tranſlatione ſumpta à fonte.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

AVdio Valerium Martialem deceſſiſſe,& moleſtè fero. Erat homo ingenioſus, acutus, acer, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis haberet, & fellis, nec candoris minus. Proſecutus eram viatico ſecedentem, dederam hoc amicitiæ, dederã etiam verſiculis, quos de me compoſuit. Fuit moris antiqui, eos qui vel ſingulorum laudes, vel vrbium ſcripſerant, aut honoribus vt pecunia ornare: noſtris verò temporibus, vt alia ſpecioſa & egregia, ita hoc in primis exolevit. Nam poſtquam deſiimus facere laudanda, laudari quoque inepti putamus.

AVdio) Apud Cor. Priſcum, ordinis Senatorii virum, Martialis poetæ obitum luget, cuius ingenium plurimum admiratur. fuit enim illi amicus Secundus, & ab eo hendecaſyllabo laudatus. *Deceſsiſſe*) in patria Bilbili: nam tædio vrbis feſſus iam ad ſenium vergens cùm ſub Traiano nullus eſſet adulationi locus in Hiſpaniam reuerſus non multos poſt annos migrauit ab humanis, relicto epigrammatico libro laudatiſſimo: adeo vt Ælius Verus, qui Cæſar ab Adriano eſt appellatus, Martialem, ſuum Virgilium diceret. Martiales tamen plures fuiſſe lego. Cor. Martialem Tribunum. Iulium Martialem. item Martialem, cuius impulſu Caracalla occiditur. & Gargilium Martialem ſcriptorem temporum Seueri imperatoris. ad Martialem amicum idem poëta ſcripſit. *Ingenioſus*) qui poterat ex his quæ didicerat, inuenire quæ non didicerat. *Acutus*) celeriter per diſcurſum mentis cognoſcens. *Acer*) vehemens. *Salis*) lepôris, gratiæ, facetiarum. Salſum inquit Fabius in conſuetudine tantùm pro ridiculo accipimus. ridicula enim oportet eſſe ſalſa. & Cicero, omne quod ſalſum ſit, ait eſſe Atticorum, quia ſunt maximè ad riſum compoſiti. & Catullus cum dicit, Nulla eſt in toto corpore mica ſalis: hoc dicit, nihil in corpore eius eſſe ridiculum. Salſum igitur erit quod non erit inſulſum, velut quoddam ſimplex orationis condimentum, quod ſentitur latente iudicio, & velut palatum excitat, quod & à tædio defendit orationem. *Fellis*) amaritudinis, morſus. *Candoris*) elegantiæ, Latinitatis. *Proſequutus*) proſequi eſt aliquem officio vel munere afficere. Secundus libro quinto proſequutus eſt quibus offenſior erat. Martialis. Aut quæ proſequitur non alienus eques. Tranquillus. Ex reliquo quoque ordinum genere vel inuitatos, vel ſponte ad ſe commeantes vberrimo congiario proſequebatur. [& ſi Valerius libro quinto pro inſectari vſus ſit, Leui inquiens querela proſequenda eſt. Et nono, Licentiam furoris ægre reip. gemitu proſequendam.] *Viatico ſecedentem*) diſcedenti ab vrbe in Hiſpaniam viaticum dederam. *Hoc*) viaticum. *Amicitiæ*) gratia amicitiæ quæ mihi cum illo fuit. *Verſiculis*) hendecaſyllabis. *De me*) in laudem meam. *Antiqui*) aliàs antiquis, in eundem ſenſum. *Honoribus & pecunia*) Tranquil. Virtutem ac merita cuiuſque Auguſtus dignè proſequutus eſt. quare miror Ouidium vetera, non ſui tempora laudare: inquit enim, Cura ducum fuerant olim regúmque poetæ: Præmiáque antiqui magna tulere chori: Sanctaque maieſtas, & erat venerabile nomen Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes: Ennius emeruit Calabris in montibus ortos Contiguos penè Scipio magne tuis. Nunc hederæ ſine honore iacent, operataque doctis Cura vigil muſis nomen inertis habet. *Vrbium*) multorum. continens pro contento *Honoribus*) dignitatibus, ſtatuis in publico. quod multis Græcorum datum autore Pauſania: & in monumento Scipionum extra

portam Capenam. tradit Cicer pro Archia. Ennium ſepultum. In libro de claris oratoribus recitat eundem donatum ciuitate à Q. Nobiliore M filio. quot præterea dignitates & opes Senrca per diſciplinas comparauit? Quintilianus cõſularia ornamenta, & vt altius repetam Ariſto. & Iſocrates, ac alii pro ſcriptis ſuis, multis talentis plerunq; donati ſunt. *Specioſa*) laudabilia, exoleuerunt *Exoleuit*) deleuit. *Laudanda*) Claudianus pro Stilicone. Gaudrr enim virtus teſtes ſibi iũgere muſas. Carmen amat quiſquis carmine digna gerit.

Quæris qui ſint verſiculi quibus gratiam retulerim? Remitterem te ad ipſum volumen, niſi quoſdam tenerem: Tu, ſi placuerint hi, cæteros in libro requires. Alloquitur muſam, mandat vt domum meam in Exquiliis quærat, adeat reuerenter:

Sed ne tempore non tuo diſertam
Pulſes ebria ianuam, videto.
Totos dat tetricæ dies Mineruæ,
Dum centum ſtudet auribus virorum,
Hoc, quod ſecula poſterique poſſint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas,
Hæc hora eſt tua quum furit Lyæus.
Quum regnat roſa, quum madent capilli,
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Meritóne eum qui hæc de me ſcripſit, & tunc dimiſi amiciſſimè, & nunc vt amiciſſimum defunctum eſſe doleo? Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet. Tametſi quid homini poteſt dari maius, quàm gloria, & laus, & æternitas? At non erunt æterna quæ ſcripſit. Non erunt fortaſſe, ille tamen ſcripſit tanquam eſſent futura. Vale.

Gratiam) viaticum, pręmium. *Volumen*) indifferenter vſurpat volumen pro libro. quamquam alterum ab altrro differre ſuprà admonuimus. *Tenerem*) memoria haberem. *Hi*) quos recitabo verſus. *Alloquitur muſam*) proponit argumentum carminis ex lib. x. Mart. cui initium, Nec doctum ſatis, & parum ſeuectum: Sed non ruſticulum nimis libellum Facundo meo Plinio Thalia, I. perfer & reliqua. *Exquiliis*) exquiliæ vicus in vrbe ab exquilino colle: à quo porta exquilina, ſecundum Dionyſium. P Victor campum exquilinum, & lucum in quinta vrbis regione deſcribit. *Tempore non tuo*) matutino. *Ebria*) laſciua, impudens. *Caueto*) videto. quod etiam receptum eſt in quibuſdam codicibus. *Dat*) impendit. *Tetricæ Mineruæ*) ſeueræ muſæ, id eſt, iudicialibus cauſis. Tetricus autem mons in Sabinis aſper & difficilis, qurm Maro Tetricam, fœminino protulit. *Studet*) quærit placere. cum accuſatiuo maiorẽ intentionẽ ſignificat. *Auribus centumuirorum*) iudicibus cauſarũ centumuiralium. *Hoc*) tale genus orationum *Secula*) futura tempora ſeculum iuxta quoſdam] triginta annorum ſpatium continet, alii putant centum viginti, quidam mille: at Cẽſorinus inquit, ſeculum eſt ſpatium vitæ humanæ longiſſimum partu & morte definitum: quare qui annos triginta ſeculum crediderunt, multum videntur errasſe: hoc enim tempus γενεὰ vocari Neratius autor eſt, quia orbis ætatis in eo fit ſpatio. ibique plura de ſęculo enarrantur, pariter capite de gradibus ætatum. *Arpinis chartis*) orationibus, & ſcriptis Tullianis: nam Cicero traxit originem ex municipio Arpinati. *Seras*) vinoſas, lætiores in cœna. *Lucernas*) lectiones noctur-

nas. *Tua*) commoda, conueniens tibi. *Lyæus*) Bacchus, vnum ex cognominibus ipſius, ἀπὸ τοῦ λύω à ſoluo, quaſi λυσιμέριμνος, .i. curarum ſolutor. vel ἀπὸ τῆς λύσεως τοῦ ῥάμματος, id eſt, à ſolutione fili. aſſutus eſt enim Iouis femori: vel quòd ſoluat vino ebrios. Sunt autem illius plura cognomina epigrammate Græco per ordinem literarum annotata. *Furit*) bullit, exultat. *Roſa*) corona roſacea, qua conuiuæ coronabantur. ſanè pro voluptate vſurpatur. *Madent*) vnguento. *Catones*) viri graues: quales fuerunt duo Catones, Cenſorinus, & Vticenſis. *Rigidi*) ſeueri, triſtes. *Amiciſſimè*) donato viatico. *Amplius*) maius donum: erat enim pauper. *Tametſi*) correctio. *Fortaſſe*) nam ſcripta quamuis eloquentiſſima ſubiecta ſunt fortunæ caſibus. *Futura*) quod multis in locis apertè Martialis gloriatur.

TERTII LIBRI FINIS.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

LIBER QVARTVS.

Cum doctiſsimis IOANNIS MARIAE Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS FABATO PROSOCERO SVO S.

CVPIS poſt longum tempus neptem tuam, méque vnà videre. Gratum eſt vtrique noſtrûm quod cupis, mutuò mehercule. Nam inuicem nos incredibili quodam deſiderio veſtri tenemur, quod non vltrà differemus. Atque adeo iam ſarcinulas alligamus, feſtinaturi quantum itineris ratio permiſerit. Erit

Cupis) Certiorem facit proſocerum Fabatum de aduentu ſuo in patriam, ſed in itinere docet biduo ſe moraturũ Tiferniȷ, in dedicatione templi, quod ſua pecunia extruxerat. [*Poſt longum tempus*) quo nos non videris.] *Neptem tuam*) Calphurniam filiam filiȷ tui & vxorem meam. [L. autẽ Calphurnius] Fabatus Eques Romanus accuſatus fuit tanquam Lepidæ inceſti conſcius: & inſtantem damnationem fruſtratus eſt: mox Neronem circa ſumma ſcelerum diſtentum, quaſi minor euaſit: demum annis grauis ſe Comum recepit, vbi noſtra tempeſtate in templo diui Carpophori extat illius memoria in vetuſto ſaxo: quamuis multis literis detruncata: ſed latius honores eius alio poſtmodum Comi reperto lapide perleguntur *Mutuo*) æquè nos cupimus videre te. *Nos*) ego & Calphurnia. *Deſiderio veſtri*) cupidine viſendi vos. Eſt enim deſiderium rerum abſentium. *Non vltra*) non longius. *Sarcinulas*) onera, itineris impedimenta *Feſtinaturi*) acceleraturi ad te. *Ratio itineris*) quia longum eſt.

vna ſed breuis mora: deflectemus in Thuſcos, non vt agros, rémque familiarem oculis ſubijciamus (id enim poſtponi poteſt) ſed vt fungamur neceſſario officio. Oppidum eſt prædijs noſtris vicinum. nomen Tifernum Tyberinum, quod me penè adhuc puerum patronum cooptauit: tanto maiore ſtudio quanto minore iudicio aduentus meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus gaudet. In hoc ego vt referrem gratiam (nam vinci in amore turpiſſimum eſt) templum pecunia mea extruxi, cuius dedicationem, cum ſit paratum, differre longius irreligioſum eſt. Erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui. Subſiſtemus fortaſſe, & ſequenti die, ſed tanto magis viam ipſam corripiemus, contingat modò te filiámque tuam fortes inuenire: nam hilares certum eſt, ſi nos incolumes receperitis. Vale.

Deflectemus) à recta via declinabimus. *In Thuſcos*) vbi eum ſpecioſiſſima villa paria prędia poſſidebar. *Oculis ſubijciamus*) coram intueamur & examinemus. *Oppidum*) locus mœnibus cinctus & munitus. dictum oppidũ ab ope, quod munitur opis cauſa, vt opem præbeat, vbi ſint quæ opus erunt ad vitam reparandam tuta: & vbi homines opes ſuas condant, vel quod opere muniebant. Oppidum item locus in Circo, vnde quadrigæ emittuntur. *Tifernum Tyberinum.*) legitur etiam Tiferni Tyberini. Tyberinum autem iuxta Tyberim ſitum, ad differentiam Tiferni, quod incolunt Dauni, auctore Pomponio Mela. Ptolemęus Tiphernum in Vmbria collocat ad Apenninum. Apud Plinium ſeniorem vbi refert Tiſernates tiburinos, puto mendam inoleuiſſe, & legendum tyberinos. *Pene puerum*) nam vndeuigeſimo anno dicere in foro cœpit. *Patronum*) oratorem, defenſorem. patronus etiam dicitur dominus tradente Valerio Martiale, & ſubinde Iuriſcõſultis. ff. lib. xxxvij, titulo de iure patronatus. *Cooptauit*) aſciuit, aſſumpſit, elegit. *Minore iudicio*) facultatem ſuam extenuat, ſe indignum referens tãta cura & celebritate. *Celebrat*) tanquam rem ſolennem proſequitur. *Angitur*) affligitur, triſtatur. *Profectionibus*) diſceſſu meo. hoc enim ſolent facere qui vehementer amant. *Hoc*) oppido. *Templum arbitror illud eſſe*) de quo ſcripſerat decurionibus, vt ſibi ſolum aſſignarent, in quo templum ſua pecunia extrueret, & illi electionem loci Plinio obtulerant. Huius autem extructionis cauſa, vt Traiani indulgentia principum ſtatuas per agros diſperſas in vnum locum venerandum colligeret, Neruæque & Traiani illis adderet. Singulorum deorum locum dicimus templum, quod tribus modis intelligitur, à natura, ab auſpicando, à ſimilitudine: à natura, in cœlo: ab auſpicijs, in terra: à ſimilitudine, ſub terra: in cœlo templum dicitur, vt magna cœli templa, tum commixta ſtellis ſplendidis, quia initium erat oculi à tuendo primo templum dictum. ſic in terra, vt ſcrupea ſaxa, bacchi templa prope aggreditur. ſub terra, vt Acheruſia templa, alta orci ſaluete inſera. Templi cœleſtis partes quatuor appellantur. ſiniſtra ab oriente, dextra ab occaſu. antica ad meridiem, poſtea ad ſeptentrionem. Liuius teſtatur in terris locum augurij & auſpicij cauſa quibuſdam conceptis verbis finitum vocari templum. Significat ad hæc templum tignum quod in ædificio deo ſacrato ponitur tranſurſum. *Dedicationem*) conſecrationem dedicare. & dicare propriè eſt dicendo differre, & obſequio dare alicui numini, ac in perpetuũ conſtituere. Fiebat autem dedicatio templi, aut per Conſulem aut Imperatorem præeuntibus verbis Pont. Max. ex auctoritate Senatus lata lex eſt ne quis templum arámve in-

ve iniuſſu Senatus aut Trib. pl. partis maioris dedicaret. Et Varro de ling. latina, Ædis, inquit, ſacra à magiſtratu pontifice præeunte dedicatur quibuſdam verbis, dicendo. hinc dedicatio dicta. hanc conſuetudinem primus Flauius ædilis curulis ſcriba Libertino patre, humili fortuna ortus, interrupit in dedicatione Concordiæ in area Vulcani. Multa de dedicatione Marcus Tullius pro domo ſua, vbi quid interſit inter conſecrare & dedicare colligi poteſt, & in reſtauratione Capitolii morem extruendi templi pluribus tangit. *Paratum*) templum abſolutum: an nomen poſitum ſit pro aduerbio: & dicas in promptu & expedito. *Epulo publico*) conuiuio lauto & decenti apparatu: ad deos plerunque refertur, vt apud diuū Auguſtinum de ciuitate dei. Velut ſuis epulis immunda dæmonia paſcerentur. [*Celebrare*) celebrem reddere.] *Sequenti*) die. *Magis*) velocius. *Corripiemus*) feſtinabimus, accelerabimus. *Filiam tuam*) Pompeiam Celerinam, ſocrum meam. *Fortes*) ſanos. *Certum eſt*) pro comperto habeo vos eſſe hilares in aduentu meo.

C. PLINIVS CLEMENTI SVO S.

REgulus filium amiſit: hoc vno malo indignus, quod neſcio an malum putet. Erat puer acris ingenij, ſed ambigui: qui tamen poſſet recta ſectari, ſi patrem non referret. Hunc Regulus emancipauit, vt hæres matris exiſteret. Mancipatum (ita vulgò

REgulus) M. Regulum malum cauſidicū morte filij dolorem ſimulantem apud Clementem notabiliter taxat. Clementes per ea tempora plures inuenio. ſub Nerone Salienum Clementem & Suedium Clementem ab Othone claſſi præfectum. item Aretinum Clementem domui Veſpaſiæ per affinitatem coniunctum à Muciano Prætorianis præpoſitum: & prius Domitiano gratiſſimum, familiarémque, & mox ab eo necatum, quemadmodum idem tyrannus Flauium Clementem patruelem ſuum iugulari iuſſit, quamuis apud Dionem mendoſe legatur Fabius pro Flauio. Clementis Patauini Mart. mentionem facit, & eum Theophilo Clementem geſſiſſe Conſulatum ſub Seuero refert Vlpianus, ſicut Pomponius Pacuuium Clementem Iuriſconſultum teſtatur. Fuit & Coruinus Clemens erudītiſſimus, & poetarum ſuauiſſimus metro Alexandri Macedonis geſta complexus. & Apuleio familiaris. ego tamen crediderim epiſtolam ſcriptam Cælio Clementi. quem ſibi in Proconſulatu ſucceſſorem alibi recitat Secundus. niſi me impediret vetus inſcriptio ex lib. primo, vbi legimus Atrio Clementi eundem ſcripſiſſe, Clementi inquam Patauino. *Filium*) Regulum nomine, de quo Mart. lib. ſexto. Aſpicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena, Regulus auditum laudet & ipſe patrem. *Indignus hoc*) ſenſus eſt, merebatur Regulus mortem filij ſi eam malum putaret. ſed cum timendum obitum eius optaſſet, vt hæres filii exiſteret, ideo indignum cenſeo hoc malo, quia malum non credit, ſed vtile. *Acris*) acuti. *Ambigui*) qui poterat iam ad malū quàm ad bonum vergere. *Patrem*) malū.] *Referret*) repræſentaret, nam fortes creantur fortibus. *Emancipauit*) manumiſit, liberauit, liberum eſt ei, qui filium habet de poteſtate patria dimittere: emancipari tamen non poterat, niſi erat in imaginariā ſeruilem cauſam deductus. emancipatione autem deſinunt liberi eſſe in patria poteſtate, ſed emancipatio antea quidem, vel per antiquam legis obſeruationem procedebat, quæ per imaginarias venditiones & intercedentes manumiſſiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto, verùm Iuſtiniani conſtitutione hoc in melius reformato. Eadem tamen iura à libe-

ris emancipatis præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Emancipati auctore Pompeio duobus modis intelliguntur, aut qui ex patris iure exierunt, aut qui aliorum fiunt domini. vtrunque fit emancipatione. *Captabat*) mãcipatum, muneribus ſolicitabat vt ſe hæredem relinqueret: non placebat vxori Reguli, vt filius eſſet in patria poteſtate. quare eum reliquerat hæredem ſub hac conditione, ſi pater eum manumiſiſſet. Itaque timens Regulus eũm in filium emancipatum iura patroni tantum haberet, ne alium relinqueret hæredem, blanditiis & largitione eum captabat. Tranquillus ferè eadem memorat de Vitellio, qui filium ſuum altero oculo captum & hæredem à matre ſub conditione inſtitutum, ſi de poteſtate patris exiſſet, manumiſit, breuíque interemit, vt ipſe filij hæres fieret, à quo non abeſt illa conſtitutio Ant. Imp. Si mater inquit vos filios ſub conditione emancipationis reliquiſſet. *Mancipatum*) emptũ hac fraude, non manumiſſum, nam dum illum muneribus captaret, vulgus non emancipatum ſed mancipatum dictabat. *Fœda*) indecora, àuara indulgẽtiæ ſimulatione. ſimulabat omnia filio indulgere tan quã filio: eũ id faceret hæreditatis cauſa, quod erat inſolitum & turpe parentibus.

ex moribus hominis loquebantur) fœda & inſolita parentibus indulgentia ſimulatione captabat. Incredibile, ſed Regulum cogita. Amiſſũ tamen luget inſane. Habebat puer mannulos multos, & iunctos & ſolutos: habebat canes maiores minoréſque: habebât luſcinias, pſittacos, merulas: omneis Regulus circa rogum trucidauit. nec dolor erat ille, ſed oſtentatio doloris. Conuenitur ad eum mira celebritate. Cuncti deteſtantur, oderunt: & quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant, vtque breuiter, quod ſentio, enunciem, in Regulo demerendo, Regulum imitantur. Tenet ſe trans Tyberim in hortis, in quibus latiſſimum ſolum porticibus immenſis, ripam ſtatuis ſuis occupauit:

Ex moribus hominis) ex coniectura malorum morum Reguli *Inſolita*) qua parentes in filios vti non ſolent *Incredibile eſt*) vt pater filium deciperet, ſed ſi Regulum omnium bipedum nequiſſimum cogitaueris, omnia nefaria in patre veriſimilia videbuntur. *Tamen*) quamuis non verè doleat. *Inſane*) ſtulte, multum. *Mannulos*) equos puſillos, quos vulgo ſuo ſeculo Burieos appellatos teſtatur Porphyrio, de quibus Mart. xij. mannuli tacebunt: & Horatius, terruit mannos, [ac Ouidius in amoribus, Rapiẽtibus eſſeda mãnis.] *Iunctos*) currum trahẽtes, iugatos. *Solutos*) vehiculis inſuetos. *Luſcinias*) philomelas, quæ victæ ſępe vitam morte finiunt, ſpiritu prius deficiente quàm cantu. Plin. li. x. capite. xix. miranda admodum de voce illarum: ex c. xlij. prodidit Cæſares Titum & Domitianum habuiſſe luſcinias Græco, Latinóque ſermone dociles: prætera meditantes in diem, & aſſiduè noua loquentes longiore etiam contextu. *Merulas*) aues, nomen etiam piſcis & viri. de aue Pli. Merula ex nigra ruſeſcit, canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta eſt, roſtrum quoque annicu1is in ebur transfiguratur duntaxat maribus. circa Cyllenem Arcadiæ, nec vſquam aliubi candidæ naſcuntur bis anno pariunt. merulis & turdis amicitia. *Pſittacos*) ſuper omnia humanas voces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. India auem hanc mittit, pſittacen vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice diſtinctam: Imperatores ſalutat: hinc illud diſtichon, Pſittacus à vobis aliorum nomina diſco. Hoc didici per me dicere, Cæſar aue. Quę verba accipit, pronunciat, in vino præcipuè laſciua. capiti eius duritia eadem, quæ roſtro. Hæc eũm loqui diſcit, ferreo verberatur radio: non ſentit aliter ictus, cũ deuolat, roſtro ſe excipit, illi innititur, leuiorémque ſe ita pedũ infirmitate

facit. paria Plinio, & pleraque plura recitat Apuleius in ſecundo Fluridorum, vbi inuerſa lectio, ſed & capitis eadem durities quæ ruſticum, ſic emendanda ex verbis Plinij præſcriptis, ſed & capiti eadem duritia quæ roſtro. *Regum*) filij. *Celebritate*) frequentia. nam à multis colebatur. *Deteſtantur*) Regulo imprecantur. Deteſtatio, Pompeio tradente, vocatur in deteriorem partem, obteſtatio in meliorem. deteſtabiles enim quorum teſtimonium malum & execrandum eſt. Apuleius non ſine ratione deteſtationem vſurpat pro caſtratione. *Demerendo*) obligando. [nam demereri eſt valde mereri. Fabius, Simul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei.] *Regulum imitantur*) falſum oſtentant dolorem, ſimulant. *In horto*) rus habuit Regulus trans Tiberim ad tertium lapidem, ad hæc in Vmbria, Thuſcia, Thuſculi autor Mart.

ut eſt in ſumma auaritia ſumptuoſus, in ſumma infamia glorioſus. Vexat ergo ciuitatem in ſaluberrimo tempore, & quòd vexat, ſolatium putat. dicit ſe velle ducere vxorem: hoc quoque, ſicut alia, peruerſé. audies breui nuptias lugentis, nuptias ſenis: quorum alterum, immaturum, alterum, ſerum eſt. Vnde hoc augurer quæris? non quia affirmat ipſe, quo mēdacius nihil eſt: ſed quia certum eſt Regulum eſſe facturum, quicquid fieri non oportet. Vale.

In ſumma auaritia ſumptuoſus) acutè dictū quāuis fatuè videatur. nam in multis accidit aliquem eſſe auarum, in aliquibus prodigum: quæ cùm turpiſſima ſeparata ſunt, turpius tamē iunguntur. [*In famia*) quoniam per vrbem malè audiebat.] *Vexat*) turbat *Ciuitatem*) Romanos. *Saluberrimo tempore*) Traiano optimo remp. adminiſtrante. *Solatium*) mali ſui remediū, quia delectatur aliena moleſtia. *Hoc*) faciet. *Peruerſè*) perperam, importunè [præpoſterè.] *Sicut alia*) facit. *Lugentis*) nunc obitum filij. *Alterum immaturum*) inducere vxorem nuper mortuo filio. *Alterum ſerum eſt*) ducere vxorem in ſenectute. [an potius lugere filium amiſſum quem debuerat amittere ante emancipationem vel antequam fieret hæres. Non auguror.]

C. PLINIVS ANTONINO SVO S.

QVòd ſemel atque iterum Conſul fuiſti, ſimilis antiquis, quòd Proconſul Aſiæ, qualis ante te, qualis poſt te, vix vnus aut alter. non ſinit enim me verecundia tua dicere, nemo: quòd ſanctitate, quòd autoritate,

Q*Vod ſemel*) Voicè probat Antoninum in rebus grauioribus & facetis. nam argutum epigramma & iambum in eo admiratur. tanto magis, quòd Græce Latinus ipſe mira cum venuſtate ſcribat. Non Adriano ſcribitur epiſtula, ſed M. Arrio Antonino, Antonini Pii auo materno, à quo ſua carmina diligi Martialis teſtatur apud Atticum. Marcus amat noſtras Antonius Attice muſas. Hic igitur Iulio Capitolino & Spartiano referentibus, bis Conſul fuit, homo ſanctus, & qui Neruam miſeratus eſt, quòd imperare cœpiſſet. [Scio in quibuſdam exemplaribus legi hanc epiſtolam Adriano non Antonino ſcriptam, etſi ex teſtimonio præſertim Spartiani ſcimus illum fuiſſe doctiſſimum & vtraque lingua carmina ſcripſiſſe, tamen hac potiſſimum ratione non potuit ſub Traiano ſcribi Adriano, qui tunc non erat princeps ciuitatis

ris emancipatis præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Emancipati auctore Pompeio duobus modis intelliguntur, aut qui ex patris iure exierunt, aut qui aliorum fiunt domini. vtrunque fit emancipatione. *Captabat*) mãcipatum, muneribus ſolicitabat vt ſe hæredem relinqueret: non placebat vxori Reguli, vt filius eſſet in patria poteſtate. quare eum reliquerat hæredem ſub hac conditione, ſi pater eum manumiſiſſet. Itaque timens Regulus cùm in filium emancipatum iura patroni tantum haberet, ne alium relinqueret hæredem, blanditiis & largitione eum captabat. Tranquillus ferè eadem memorat de Vitellio, qui filium ſuum altero oculo captum & hæredem à matre ſub conditione inſtitutum, ſi de poteſtate patris exiſſet, manumiſit, breuíque interemit, vt ipſe filij hæres fieret, à quo non abeſt illa conſtitutio Ant. Imp. Si mater inquit vos filios ſub conditione emancipationis reliquiſſet. *Mancipatum*) emptũ hac fraude, non manumiſſum, nam dum illum muneribus captaret, vulgus non emancipatum ſed mancipatum dictabat. *Fœda*) indecora, àuara indulgẽtiæ ſimulatione. ſimulabat omnia filio indulgere tanquã filio: cũ id faceret hæreditatis cauſa, quod erat inſolitum & turpe parentibus.

ex moribus hominis loquebantur) fœda & inſolita parentibus indulgentiæ ſimulatione captabat. Incredibile, ſed Regulum cogita. Amiſſũ tamen luget inſane. Habebat puer manulos multos, & iunctos & ſolutos: habebat canes maiores minoréſque: habebat luſcinias, pſittacos, merulas: omneis Regulus circa rogum trucidauit. nec dolor erat ille, ſed oſtentatio doloris. Conuenitur ad eum mira celebritate. Cuncti deteſtantur, oderunt: & quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant, vtque breuiter, quod ſentio, enunciem, in Regulo demerendo, Regulum imitantur. Tenet ſe trans Tyberim in hortis, in quibus latiſſimum ſolum porticibus immenſis, ripam ſtatuis ſuis occupauit:

Ex moribus hominis) ex coniectura malorum morum Reguli *Inſolita*) qua parentes in filios vti non ſolent *Incredibile eſt*) vt patet filium deciperet, ſed ſi Regulum omnium bipedum nequiſſimum cogitaueris, omnia neſaria in patre veriſimilia videbuntur. *Tamen*) quamuis non verè doleat. *Inſane*) ſtulte, multum. *Mannulos*) equos puſillos, quos vulgo ſuo ſeculo Buricos appellatos teſtatur Porphyrio, de quibus Mart. xij. mannuli tacebunt: & Horatius, terruit mannos, [ac Ouidius in amoribus, Rapiẽtibus eſſeda mánis.] *Iunctos*) currum trahẽtes, iugatos. *Solutos*) vehienlis inſuetos. *Luſcinias*) philomelas, quæ victæ ſępe vitam morte finiunt, ſpiritu prius deficiente quàm cantu. Plin. li. x. capite. xix. miranda admodum de voce illarum: ex c. xlij. prodidit Cæſares Titum & Domitianum habuiſſe luſcinias Græco, Latinóque ſermone dociles: prætèrea meditantes in diem, & aſſiduè noua loquentes longiore etiam contextu. *Merulas*) aues, nomen etiam piſcis & viri. de aue Pli. Merula ex nigra ruſeſcit, canit æſtate, hyeme balbutit, circa ſolſtitium muta eſt, roſtrum quoque anniculis in ebur transfiguratur duntaxat maribus. circa Cyllenem Arcadiæ, nec vſquam alibi candidæ naſcuntur. bis anno pariunt. merulis & turdis amicitia. *Pſittacos*) ſuper omnia humanas voces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. India auem hanc mittit, pſittacen vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice diſtinctam: Imperatores ſalutat: hinc illud diſtichon, Pſittacus à vobis aliorum nomina diſco. Hoc didici per me dicere, Cæſar aue. Quę verba accipit, pronunciat, in vino præcipuè laſciua. capiti eius duritia eadem, quæ roſtro. Hæc cùm loqui diſcit, ferreo verberatur radio: non ſentit aliter ictus, cũ deuolat, roſtro ſe excipit, illi innititur, leuiorémque ſe ita pedũ infirmitate

facit. paria Plinio, & pleraque plura recitat Apuleius in ſecundo Floridorum, vbi inuerſa lectio, ſed & capitis eadem durities quæ ruſticum, ſic emendanda ex verbis Plinij præſcriptis, ſed & capiti eadem duritia quæ roſtro. *Regum*) filij. *Celebritate*) frequentia. nam à multis colebatur. *Deteſtantur*) Regulo imprecantur. Deteſtatio, Pompeio tradente, vocatur in deteriorem partem, obteſtatio in meliorem. deteſtabiles enim quorum teſtimonium malum & execrandum eſt. Apuleius non ſine ratione deteſtationem vſurpat pro caſtratione. *Demerendo*) obligando. [nam demereri eſt valde mereri. Fabius, Simul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei.] *Regulum imitantur*) falſum oſtentant dolorem, ſimulant. *In hortis*) rus habuit Regulus trans Tiberim ad tertium lapidem, ad hæc in Vmbria, Thuſcia, Thuſculi autor Mart.

vt eſt in ſumma auaritia ſumptuoſus, in ſumma infamia glorioſus. Vexat ergo ciuitatem in ſaluberrimo tempore, & quòd vexat, ſolatium putat. dicit ſe velle ducere vxorem: hoc quoque, ſicut alia, peruerſè. audies breui nuptias lugentis, nuptias ſenis: quorum alterum, immaturum, alterum, ſerum eſt. Vnde hoc augurer quæris? non quia affirmat ipſe, quo mēdacius nihil eſt: ſed quia certum eſt Regulum eſſe facturum, quicquid fieri non oportet. Vale.

In ſumma auaritia ſumptuoſus) acutè dictū quāuis fatuè videatur. nam in multis accidit aliquem eſſe auarum, in aliquibus prodigum: quæ cùm turpiſſima ſeparata ſunt, turpius tamē iunguntur. [*Infamia*) quoniam per vrbem malè audiebat.] *Vexat*) turbat. *Ciuitatem*) Romanos. *Saluberrimo tempore*) Traiano optimo remp. adminiſtrante. *Solatium*) mali ſui remediū, quia delectatur aliena moleſtia. *Hoc*) faciet. *Peruerſè*) perperam, importunè [præpoſterè.] *Sicut alia*) facit. *Lugentis*) nunc obitum filij. *Alterum immaturum*) inducere vxorem nuper mortuo filio. *Alterum ſerum eſt*) ducere vxorem in ſenectute. [an potius lugere filium amiſſum quem debuerat amittere ante emancipationem vel antequam fieret hæres. Non auguror.]

C. PLINIVS ANTONINO SVO S.

QVòd ſemel atque iterum Conſul fuiſti, ſimilis antiquis, quòd Proconſul Aſiæ, qualis ante te, qualis poſt te, vix vnus aut alter. non ſinit enim me verecundia tua dicere, nemo: quòd ſanctitate, quòd autoritate,

QVod ſemel) Vnicè probat Antoninum in rebus grauioribus & facetis. nam argutum epigramma & iambum in eo admiratur. tanto magis, quòd Græce Latinus ipſe mira eum venuſtate ſcribat. Non Adriano ſcribitur epiſtola, ſed M. Arrio Antonino, Antonini Pii auo materno, à quo ſua carmina diligi Martialis teſtatur apud Atticum. Marcus amat noſtras Antonius Attice muſas. Hic igitur Iulio Capitolino & Spartiano referentibus, bis Conſul fuit, homo ſanctus, & qui Neruam miſeratus eſt, quòd imperare cœpiſſet. [Scio in quibuſdam exemplaribus legi hanc epiſtolam Adriano non Antonino ſcriptam, etſi ex teſtimonio præſertim Spartiani ſcimus illum fuiſſe doctiſſimum & vtraque lingua carmina ſcripſiſſe, tamen hac potiſſimum ratione non potuit ſub Traiano ſcribi Adriano, qui tunc non erat princeps ciuitatis

ætate, ſed admodum iuuenis. quare vide rint qui nuper epiſtolas impreſſere Plinii, & hanc Adriano ſcriptam voluere: an ille ſuus antiquiſſimus codex fuerit tempori bus Plinii ſcriptus, vt taceam, quod hoc ipſo libro ad eundem Antoninum ſcribens excellentiam verſuum eius Græcorum admiratur. ſed hoc leue peccatum ſi reliqua diligenter conſiderabis.] *Semel*) primum cum Mario Celſo, quanquam apud Tacitum mendoſè legatur Archio Antonio, non Arrhio Antonino & Mario Celſo Coss. *Iterum*) cum Neratio. autor Venuleius ad legem Corneliam de ſicariis. *Antiqui*) optimis. nam poſtmodum ad luxuriam & Imperatorum libidinem corripiebant Conſulatum & Flauius Vopiſcus teſtatur factum eſſe, vt iam diuitiarum, non hominum Conſulatus eſſet *Proconſul Aſiæ*) Capitolinus in Pio per tranſitum huius Proconſulatus mentionem facit, Pius, inquit, Proconſulatum Aſiæ ſic egit, vt ſolus auum vinceret: auum ſcilicet maternum, Antoninum demonſtrans. *Aſiæ*) intra Taurum, quam iuniores Aſiam, quo nomine totam continentem vocarunt. dicta Aſia à matre Promethei & Atlantis, ſiue ab vxore, vt Herodotus exiſtimat, Promethei Lydi: [ſiue] ab Aſio Manei filio. quidam quia habeat multum cœni. nam ἄσις limus appellatur. Strabo & Apollonii interpres Lydiam dictam putant Aſiam freti illo Homerico, ἀσίῳ ἐν λειμῶνι: & Vergilius in Georgicis, Aſia prata vocat à Cayſtro irrigata. Nuſquam enim pro palude, niſi apud vnum Seruium offendi. nam Aſiam vicum in agro Megalopolitano inter duos fontes lego: & ciuitatem Lydiæ, ac inſulam Æthiopiæ. Diodorus Aſiam fluuium in Æthiopia ponit. vnde autem dicatur Aſia prouincia, Stephanus quædam inſuper refert. *Vnus aut alter*) duo. *Verecundia*) modeſtia. *Nemo*) fuit. tanquam inferat neminem fuiſſe Proconſulem Aſiæ digniorem te, . ſed tua modeſtia non patitur me ſic dicere.

ætate quoque princeps ciuitatis, eſt quidem venerabile & pulchrum, ego tamen te vel magis in remiſſionibus miror. Nam ſeueritatem iſtam pari iucunditate condire, ſummæque grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile quàm magnum eſt. id tu cùm incredibili quadam ſuauitate ſermonum, tum vel præcipuè ſtilo aſſequeris. nam & loquenti tibi illa Homerici ſenis mella profluere, & quæ ſcribis complere apes floribus, & innectere videntur. Ita certè ſum refectus ipſe cum Græca epigrammata tua, cum iambos proximè lege-

Ætate) maximus Senator natu. *Princeps*) primus. [*Eſt venerabile*] quod ſemel & reliqua. ſic enim ordinabis.] *Vel*) etiam, aliquando correptionem ſignificat, ſæpius coniunctio diſiunctiua eſt. *Remiſſioribus*) leuioribus, hilarioribus, [remiſſionibus etiam legitur.] *Condire*) concinne miſcere. *Pari*) opportuna, [non minore.] *Non minus*) æque. *Magnum*) magni viri. *Id*) iocunditatem. *Stilo*) ſcriptis. *Mella Homerici ſenis*) Neſtoris, cuius ore dixit Homerus fluere mel propter dulcedinem ſermonis. verſus eſt ex primo Iliad. ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορητὴς τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδὴ, id eſt, ſuauiloquus ſurrexit acer Pyliorum concionator. Cuius etiam à lingua melle dulcior fluebat vox. Apuleius de deo Socratis, Pylius orator eloquio comis, experimentis cautus, ſenecta venerabilis, cui omnes ſciebant corpus annis abire, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere. *Loquenti*) ſermocinanti. *Apes complere floribus*) videntur tua ſcripta condita luminoſa dulcedine, & te more apum flores eloquentiæ colligere. Sic Horatius de ſe, Ego apis Matinæ more modóque, Grata carpentis thyma per laborem. *Innectere*) componere inſtar coronæ. *Affectus*) oblectatus, [an potius refectus, recreatus à laboribus fori.] *Epigrammata*) verſus ad voluptatem & acumen ingenii. *Iambos*) metra contumelioſa. nam ἰαμβίζω conuicior ſignificat, Suida & Hammonio

conteſtantibus, vel appellatus iambus, ἀπὸ τοῦ ἰουβάζειν, quòd tanquã telũ vadãt verba: an ἀπὸ τοῦ ἰαμβάζειν quòd cõmunis hominũ lĩgua, ἰώ, vocetur: aut à baccha lãbe illi⁹ inuẽtrice, filia Echus & Panis, quę Cererẽ dolentẽ ludẽs & inutilia dicẽs, figuráſque abſurdas formás ad riſũ coegit. Epheſtiõ altius fabulam repetit. Iambum ſcribens dictum ab Iambe Celei ancilla, quia Ceres mœrens in raptu Proſerpinæ errabunda à Celeo ſuſcepta ſit hoſpitio, & ab vxore eius Nere, cuius ancilla Iambe ſaltans & cantans tali rhythmo deam ſolata ſit: aut Iambus denominationem traxit ab Iambe puella turpiter conuicio affecta, & ideo laqueo enecta, aut à vetula quadam nomine Iambe, cui ſe lauanti fortè occurrit Hipponax, & ſolium in quo anus illa lauabatur, contingens, audiuit dicentem eam, Homo abi, ſolium euertis. aut quòd ἰαμβίζειν, id eſt, conuiciari dicitur ab ὑβρίζω quòd eſt ſermones acerbos profero. Diomedes qui ferè eadem in ſua grammatica refert, non Neren vxorem Celei, ſed Megamiram ſcribit. Ouid in Faſt. Menalinam vocat, neque ſaltaſſe Iamben, ſed malè tractaſſe, & quoſdam crediſſe Iambum quaſi triambum à triumphatorę Libero cognominatum. alios ab Iambo ſtrenuo duce, qui cùm crebrò pugnas iniret, & telum cum clamore torqueret, παρὰ τὸ ἰὸν βάλλειν, Iambũ appellatum: iccirco ex breui, & longa pedem huuc eſſe compoſitum: quòd qui iaculantur, & breui acceſſu intenſum paſſum proferunt, vt fortiore nixu telis ictũ confirment: quamuis Suidas rationem proferens cur à conuiciis dicatur: ſicut inquit iambus ex breui & longa conſtat, ita conuicium ex paruo principio procedit in maius: à quibuſdam iambus appellatur Daunius & gradarius tumidum & concitatum Fabius vocat: non ſolum quòd ſit è duabus ſyllabis, eo quòd frequentiorem quaſi pulſum habet: quæ res lenitati contraria eſt: ſed etiam quòd omnibus pedibus inſurgit, & à breuibus in longas nititur & creſcit: cuius impetum pluribus expreſſit Auſonius. Iambe Parthis, & Cydonum ſpiculis. vbi in omnibus quæ viderim exemplaribus corruptè legitur Sidonum. nam & metri ratio vulgatæ lectioni repugnat. longam enim habet primam, at in Cydonum corripitur: ſunt autem Cretenſes populi quos nouimus ſagittandi peritia celeberrimos. vnde non immeritò illo carmine coniunguntur Parthus & Cydon, vt apud Virgilium, Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit. quod ſanè crediderim æmulatum fuiſſe Auſonium. *Proximè*, nuper.

rem. quantum ibi humanitatis, venuſtatis. quã dulcia illa? quàm amantia? quàm antiqua? quàm arguta? quàm recta? Callimachum me, vel Herodem, vel ſi quid his melius, tenere credebam. quorum tamen neuter vtrunq; aut

Humanitatis) eruditionis. *Venuſtatis*) leporis & gratiæ. *Illa*) epigrammata. *Amantia*) quę amores tractant. In alia lectione fuit antiqua, id eſt antiquorum ſtilum referentia. *Arguta*) acuta, facetiarum prurigine conſperſa. *Recta*) ad normã condita. *Callimachum*) Callimachus Cyrenæus Batti & Mæſatmæ filius, Hermocratis diſcipulus: adeo ſtudio intentus fuit, vt per omne genus metri poemata ediderit, quorum plurima à Suida numerantur: ſed inter cætera compoſuit Ibin, poema ſanè obſcurum, & conuicioſum, in quendam inimicum Ibin, Apollonium nomine. claruit autem Ptolemæi Philadelphi & Euergetis temporibus. Fuit & alius Callimachus Cyrenæus poeta, filius ſororis prioris Callimachi. *Herodem*) Iulius Herodes [cuius meminit Lucianus in Demonacte] ſumma facundia præditus ſecundum aliquos patricius, quidam etiam Conſularem tradiderunt, filius Attici qui theſauro inuento ab Imperatore Nerua donatus eſt. quanquam in vita Herodis quæ ſcribitur à Philoſtrato mendoſe legatur νεούα pro νέρουα, id eſt Nerua, in ſummis opibus declamator, & poeta inſignis, altiloquúſque, Traiano & Adriano imperantibus. moritur ſexto & ſeptuageſimo ætatis anno, cui tale inſcriptum tumulo epitaphiũ. *Ἀθήνω-*

ee. III.

[illegible], id eſt Attici Herodes Marathonius, cuius hæc omnia ponuntur hoc ſepulchro, in omnibus probatus. Epiſtolas, diſputationes, ephimeridas, orationes, enchiridia opportune ſcripta reliquit. quatuor equos deauratos præter arma eburnea in templo Neptuni Iſthmiaci ſtatuit, ac pleraque admiranda ſtruxit. Antoninum Pium diſcipulum habuit. Reſtituenda dictio in ſanam lectionem apud Iulium Capitolinum, vbi legitur Herode Atrio pro Attico, ex auctoritate Philoſtrati, Suidæ & Gellij. *Si quid extat*) metro ſcriptum. *Hu editis*) à Callimacho ac Herode cæteriſque. *Vtrunque*) epigramma, & iambum.

abſoluit aut attigit. Hominémne Romanum tam Græce loqui? Non mediusfidius ipſas Athenas tam Atticas dixerim. Quid multa? inuideo Græcis, quòd illorum lingua ſcribere maluiſti: neque enim coniectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, cùm hoc inſititio & inducto, tam præclara opera perfeceris. Vale.

Abſoluit) perfecit, ita vt Antoninus, hoc refertur ad Callimachum, qui vtroq; metri genere eſt vſus. *Attigit*) Herodem reſpicit, qui alterum tãtùm tetigit. *Hominémne*) credibile ne eſt Latinum ſcribere Græca adeo abſoluta? *Mediusfidius*) iurat per Iouis nuncium, Mercurium ſcilicet, qui creditur vocis ac ſermonis præſes. quare appoſitè interponitur iuſiurandum, cùm de elegantia ſermonis loquatur. Scimus etiam Herculem intelligi ſolitum, quoniam is à Sabinis ſanctus Fidius, ac Semipater appellaretur, auctoribus Propertio, Ouidio, Silio. *Tam atticas*) tam eloquentes. nam atticè loqui eſt eleganter, & ſumma cum eloquentia dicere. Athenienſes enim limati & emuncti, nihil inane, nihil redundans ferebant. Repete quæ in præcedentibus ſuper attico ſermone collegimus. *Quid*) dicam. *Neque eget coniectura*) non eſt ambiguum, ſed manifeſte comprobatur. *Patrio*) Romano. *Quid exprimere laudabiliùs*) ſcilicet carmen Latinum tanquam natiuum eras editurus. *Inſititio*) Græco, aliũde accerſito, aduena. Apuleius inſititium dicit ad inſerendum idoneum, quod Varro inſititioſum. [*Inducto*) acceſſorio.]

C. PLINIVS SOSSIO SVO S.

CAluiſium Nepotem validiſſimè diligo, virũ induſtrium, rectum, diſertum, quod apud me vel potiſſimum eſt. Idẽ C. Caluiſium cõtubernalem meum, amicum tuum, arcta propinquitate complectitur. Eſt enim filius ſoro-

Caluiſium) Rogat Soſſium vt conferat Tribunatũ ſemeſtrem Caluiſio Nepoti cõiuncto affinitate. *C. Caluiſio contubernali ſuo*) C. Soſſium Antonius Syriæ præfecit. hic vero Senatorij ordinis Soſſius Papus, cuius amicitia vſus eſt Adrianus, cùm tempore expeditionis Parthicæ legatus à Traiano deſtinatus eſt, adiuuante Plotina. eũ imprimis dilectum ab eodẽ Imperatore tradit Dion honeſtatum ſtatua publica. Soſſio vitam Demoſthenis Plutarchus ſcripſit. [*Nepotem*) ad differẽtiam alterius Caluiſii, ex cuius ſorore hic natus erat.] *Induſtrium*) diligentem & intentum circa res neceſſarias. nam tumultu gaudentes non ſunt induſtrii. ſed exagitatæ mentis concurſatores. *Rectum*) iuſtitiæ cultorem. *Potiſſimum*) prima cauſa. ſlegitur etiam potentiſſimum, ſcilicet vin-

ris.Hunc rogo ſemeſtri Tribunatu ſplendidiorem, & ſibi & auunculo ſuo facias. obligabis me, obligabis Caluiſium noſtrum, obligabis ipſum nõ minus idoneum debitorem, quàm nos putas. Multa beneficia in multos contuliſti. auſim contendere nullum te melius, æquè bene vnum, aut alterum collocaſſe. Vale.

culum ad amandum. *Arcta*) gradu propinquiore. *Sororis*) Caii Caluiſii. *Tribunatu*) militum. *Semeſtri*) non placet hoc loco intelligere quòd Tribuni annulo aureo vtantur circulari, & ſemeſtrem Tribunatum dixiſſe annulatum, vt reſpiciamus Iuuenalis illud, Semeſtri vatum digitos circumligat auro. ſed ſemeſtri interpretaberis ſex mẽſium. Vnde Cæſar conquerebatur ſemeſtre imperiũ ſibi eripi, & ſemeſtrem ſationem Columella vernalem dixit, ſicut ſemeſtrium ſpatium ſex menſium. Vlpianus titulo de migrando ſemeſtrem penſionem vocat ſex menſium, & annum diuidi in duas ſemeſtres penſiones interdum idem refert. *Sibi*) ſua cauſa. *Auunculo*) Caio Caluiſio matris fratre. *Noſtrum*) contubernalem. *Idoneum debitorem*) aptum & gratum in referenda gratia. (*Nos*) ex diſciplina Iuriſconſultorum ſponſor efficitur ſecundus debitor, quia poteſt grauari tanquam primus: ſic tranſlatiuè in conferendis beneficiis ſpõſor habetur pro debitore.) *Nullum*) beneficium contuliſſe in vnum aliquem. *Melius*) quàm in Caluiſium Nepotem. *Vnum aut alterum*) duo beneficia.

C. PLINIVS SPARSO SVO S.

AEſchinem aiunt petẽtibus Rhodijs legiſſe orationem ſuam: deinde Demoſthenis, ſummis vtranque clamoribus. Quod tantorum virorum contigiſſe ſcriptis non miror, cum orationem meam proximè doctiſſimi homines hoc ſtudio, hoc aſſenſu, hoc etiam labore per biduum audierint. quanuis intentio-

AEſchinem) Latenter comparat aſſenſũ auditorum in recitatione orationis facto quod accidit Æſchini, ſuam & Demoſthenis orationem apud Rhodios repræſentanti. Ad eundem Sparſum Mart. lib. xii. mittit epigrãma. *AEſchinem aiunt*) Laertius Æſchines octo refert. hic verò Athenienſis fuit, filius Atrometi & Leucotheæ [ſiue Glaucotheæ.] primùm ſcriba, deinde orator, diſcipulus Alcidamantis, plenior Demoſthene & magis fuſus, grandiori ſimilis, quo minùs ſtrictus, carnis tamen plus habet, minus lacertorum. cùm Cteſiphontem accuſaſſet, quòd diceret Demoſthenem dignum coronari, recriminatione tanti oratoris, cui titulus pro Corona, acriter accuſatus & exilio mulctatus, Rhodum ſibi ſedem elegit, vbi oratoriam profeſſus eſt, & cùm rogaſſent Rhodii vt vtranque orationem exilii cauſam recitaret, magno auditorum aſſenſu auditus eſt. *Suam*) contra Cteſiphontem. *Demoſthenis*) pro corona. *Clamoribus*) laudibus, applauſu. *Tantorum virorum*) Demoſthenis & Æſchinis ſummorum oratorum. *Orationem meam*) Marii Priſci accuſationem, quam li. ij. Cereali promittit recitare. nam nulla ratione credo hic intellexiſſe librum quem. ix. tradit idem recitaſſe ſummo audientium aſſenſu, cùm liber ille opuſculis & metris varius eſſet, neque iure dici poſſet oratio: ſicut enim oratio li-

ber appellari poteſt, non pariter omnis liber eſt oratio. Neque accipi debet hoc loco panegyrica oratio quam lib. iij. teſtatur per triduum reciraſſe: niſi velimus arbitrari hic mendam inoleuiſſe, & potius triduum quàm biduum legendum, quod placet. *Proxime*) nuperrime. *Hoc*) ſimili. *Labore*) vel quia nunquam fere vacat Romæ, & reſpicit orationem panegyricam ad quam audiendam conuenerunt per biduum fœdiſſimis etiam tempeſtatibus.

nem eorum nulla hinc, & inde collatio, nullũ quaſi certamen accenderet. Nam Rhodij cùm ipſis orationum virtutibus, tum etiam comparationis aculeis excitabantur: noſtra oratio ſine æmulationis gratia probabatur. an meritò, ſcies, cùm legeris librum, cuius amplitudo non ſinit me longiore epiſtola præloqui. oportet enim nos in hac certè, in qua poſſumus, breues eſſe: quo ſit excuſatius, quòd librum ipſum, non tamen vltra cauſæ amplitudinem, extendimus.

Hinc & inde collatio) quia panegyrica oratio nullum habet aduerſarium: ſed Demoſthenis & Æſchinis contentio ſuſcitabat audientium attentionem. *Certamen*) contentio, pugna. nam ſunt foréſes cauſæ ſimiles duello. *Virtutibus*) eſt enim vtraque pulcherrima. *Aculeis*) ſtimulis. *Comparationis*) vera melior foret. *Æmulationis*) quia laudatiua, ergo ſine æmulo & aduerſario. *An merito*) probaretur. *Librum*) ſuprà eandem orationem librum appellauit. *Amplitudo*) quòd ſit diffuſiſſima orationum demonſtratiuarum. *Præloqui*) præfationem facere. *Hac*) epiſtola. *Extendimus amplitudinem cauſæ*) ampliorem fecimus latam virtutum Traiani materiam.

C. PLINIVS NASONI SVO S.

THuſci grãdine excuſſi, in regione Tranſpadana ſumma abundantia, ſed par vtilitas nunciatur: ſolum mihi Laurentinum meum in reditu. nihil quidem ibi poſſideo præter tectum & hortum, ſtatimque arenas, ſolum tamen mihi in reditu. ibi enim plurimum ſcribo, nec agrum quem non habeo, ſed ipſum me ſtudijs excolo, ac iam poſſum tibi, vt aliis in locis horreum plenum, ſic ibi ſcrinium, oſtendere. Igitur tu quoque ſi certa & fructuoſa prædia concupiſcis, aliquid in hoc litore para. Vale.

THuſci) Cõqueri[T]ur agros ſuos [p]artim grandine concuſſos, & vbi ſummam fructuum copiam collegerat, vili precio vænundari, ſolum ſibi reliquum eſſe ait, Laurentinum, ſtudiorum ſuorum muſeum. Hic Iulius Naſo ſingulari amicitia deuinctus Secundo & Tacito fuit. non placet epiſtolam ſcriptam fuiſſe Nanio, quod in quodam exemplari vidimus. Thuſci iuxta Tifernium Tyberinum, vbi Tuſculanum rus poſſedit. teſtatur Pli. ſenior à rege Lydorum Tyrrhenos dictos, mox à ſacrifico ritu lingua Græcorum Thuſcos appellatos. Strabo potius hoc nomen à Latinis inditum tradit. Tyrrhenos inquit Romani Ethruſcos dicunt atque Thuſcos.

Thuſci excuſſi) fructus decuſſi ſunt in prçdio quod in Thuſcis teneo. *Tranſpadana regione*) Comum intelligit, in cuius territorio latos agros tenuit. Tranſpadana regio Italiæ nona, tota mediterranea, cui maria cuncta important, dicta tranſpadana reſpectu commorantium Romæ, quòd ſita ſit trãs Padum. *Parum vtilitatu*) alia lectione par vilitas, in eundem tamen ſenſum: quamuis magna fructuum copia ſit, tamẽ precij vilitas facit, vt parũ vtilitatis habeamus. vt ſit par. i. ſumma. *Laurentinum*) rus lib. ij. iã deſcriptum. *In reditu vtile*) fructuoſum. *Tectum*) villam. *Hortum*) duos enumerauit in Laurentino hortos, delicatiorem vnum, pinguiorem alterum. *Arenas*) littus arenoſum. *Excolo ſtudijs*) exerceo, & orno ſtudendo. *Horreum granarium*) ab horrore ſpicarum cognominatum, prius à farre farreum dictum. *Scrinium*) arcam librorum & epiſtolarum. *Certa*) non ſubiecta caſibus fortunæ.

C. PLINIVS LEPIDO SVO S.

SAEpe tibi dico ineſſe vim Regulo. mirum eſt quàm effigiat in quod incubuit. Placuit ei lugere filium: luget vt nemo. placuit ſtatuas eius & imagines quàm plurimas facere, hoc omnibus officinis agit. Illum coloribus, illum cera, illum ære, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit. Ipſe verò nuper adhibito ingenti auditorio librum de vita pueri recitauit. Tamen eundem librum in exemplaria tranſcriptum mille, per totam Italiam prouinciáſque dimiſit. Scripſit publicè, vt à decurionibus eligeretur vocaliſſimus aliquis ex ipſis, qui

SAEpe) Reguli ingenium ita laudat vt vituperet, qui cũ multa in obitu filii faceret, librum de vita pueri etiam edidit, tam ineptum vt à puero ſcriptus videretur. Largium Lepidum decimæ legionis præfectum in expugnatione Hieroſolymarum adducit Ioſephus, quamuis ſint exemplaria, quæ ſignificent hanc epiſtolam ſcriptam Luperco, ad quem alibi Secundus. *Vim*) potẽtiam, impetum. *Incubuit*) intẽdit animum. *Filium*) ſuum defunctum. *Vt nemo*) iam bene lugeret. *Imagines*) quæ notæ ſunt, quibus ea, quæ ediſcenda ſunt notamus, vel imago eſt collatio formæ cum forma cum quadam ſimilitudine. tu verò hic imagines refer ad picturam & ceram, ſtatuas ad ea, quæ ſiunt ex marmore, ære, argento & ſimilibus. *Officinis*) tabernis fabrorum & pictorum *Auro, ebore, marmore*) Magis placet quàm illum auro, illum ebore, illum marmore, nam mutatur dicendi modus, & vitatur nimium crebra repetitio, qua ſi mediocriter vtimur, plurimum gratiæ: ſi frequentius inculcamus, faſtidii tantundem affert niſi velimus putare voluiſſe per hoc immodeſtiam Reguli demonſtrare. *Effingit*) exprimit, per effigiem repræſentat. *Ipſe*) Regulus. *Ingenti auditorio*) multis conuocatis auditoribus: annotabis. auditorium pro auditoribus frequentius vſurpari. *Prouincias*) regna ſubiecta Romanis legibus & ſecuribus, quibus præerant Proconſules cum exercitu. *Dimiſit*) vulgauit, tranſmiſit. *Publicè*) rebus publicis, an potius impetrata publica iubendi facultate. *Decurionibus*) Senatoribus in municipiis. Inſuper decurio eſt ordo in militia, qui præerat turmæ triginta duorum equitum, ſi Modeſto credimus Ælianus decurionem à decuria dictum aſſerit. Decuriæ autem numerum à diuerſis autoribus variè traditum à duce

vno, vel in octauum, vel in duodecimum, vel in decimum ſextum. *Vocaliſsimus*) maximæ & ſplendidiſſimæ vocis. *Ex ipſis*) decurionibus, vt maior autoritas libro accederet.

legeret eum populo: factum eſt. Hanc ille vim, (ſeu quo alio nomine vocāda eſt intētio quicquid velis obtinendi) ſi ad potiora vertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet? quanquam minor vis bonis quàm malis ineſt, ac ſicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, *ita recta ingenia debilitat verecundia, peruerſa confirmat audacia. Exemplo eſt Regulus, imbecillum latus, os confuſum, haſitans lingua, tardiſsima inuentio, memoria nulla: nihil denique præter ingenium inſanum: & tamen eò impudentia ipſoque illo furore peruenit, vt à plurimis orator habeatur. Itaque Herennius Senecio mirificè Catonis illud de oratore in hunc econtrario vertit, Orator eſt vir malus dicendi imperitus. Non me Hercule Cato ipſe tam bene verum oratorem, quàm hic Regulum expreſsit. Habéſne quo tali epiſtolæ parem gratiam referas? habes, ſi reſcripſeris, num aliquis in municipio veſtro ex ſodalibus meis: num etiam ipſe tu hunc luctuoſum Reguli li-*

Legeret) recitaret.

Factum eſt) impetratum quod ſcripſerat: nam per prouincias diuulgatus eſt. *Ille*) Regulus. *Vim*) quia potius vis ad laudē refertur, infert Secundus, appellandam magis intentionem obtinendi quicquid voluiſſet. ordo eſt, ſi Regulus vertiſſet ad potiora hanc vim (ſeu quo alio nomine vocāda eſt intentio obtinēdi quicquid velis) quantum boni efficere potuiſſet? *Vis*) impreſſio, celer impetus. ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Inſcitia quidem audaciam, conſideratio autem tarditatem fert. Thucydidis dictum lib. ij. in oratione funebri quā dixit Pericles, cui initium, οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων. Quā ſententiam Seneca in prouerbiis latinè tranſtulit, Recta ingenia debilitat verecundia, praua confirmat audacia. Quare Lucianus dum malū oratorem inſtruit, iubet imprimis compareт inſcitiam, deinde audaciam, & impudentiam, verecundiam autem & manſuetudinē domi relinquat. *Peruerſa*) mala, dictum Euripidis, vt peſſimi melius cauſam ſuam dicere norint. *Imbecillum latus*) debiles vires. *Os confuſum*) perturbatus ſermo. *Hæſitans*) blæſa. Inuentio rerum verarum, aut veriſimiliū excogitatio, qua continentur ſex illæ orationis partes, exordium, narratio, diuiſio, confirmatio, confutatio, concluſio. *Memoria*) qua omnis diſciplina conſtat, fruſtráque docemur, ſi quod audimus, præterfluit. *Ingenium*) acrem naturam. [*Inſanum*) modum excedens.] *Eo*) ad eam exiſtimationem. [*Impudentia*) Idem Lucianus, Sit inquit oratori impudentia, mendacium promptum & iuſiurandum in ſummis labris, & in omnes inuidia, odium, blaſphemia & calumniæ veriſimiles. hæc te breui celebrem & illuſtrem reddent, hæc in publico ac domi omnia prophana exercebis.] *Habeatur*) credatur. *Orator*) vir bonus & dicendi peritus. *A plurimis*) à malis. *Herennius Senecio*) iam vita functus cùm hæc ſcriberet Secundus. *Illud Catonis de oratore.*) M. Cato diffiniuit oratorem eſſe virum bonum & dicendi peritum. *In hunc*) Regulum. *Orator eſt vir malus*) reſpectu Reguli, orator eſt vir malus dicendi imperitus, cùm Regulus eſſet malus & dicendi imperitus. *Hic*) Herennius. *Expreſsit*) diffiniuit. *Regulum*) malum & imperitum. *Habéſne*) aliquid ſimile. *Habes*) quo referas parem gratiam.

brum, vt circulator in foro legeris: ſcilicet, vt ait Demoſthenes, ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων. Eſt enim tam ineptus, vt riſum magis poſſit exprimere, quàm gemitum. credas non de puero ſcriptũ, ſed à puero. Vale.

Circulator) qui lucri cauſa circuit fora & plateas, ac ſibi nouitate aliqua coronam audientium comparàt. Paulus de extraordinariis criminibus, In circulatores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, pro modo admiſſi actio dabitur. Eos circumforaneos vocat Apuleius. & M. T. pharmacopolam circumforaneum pariter protulit. Trãquil. laniſtam circumforaneum, qui circuit fora vendendi vel emendi gratia. & Seneca circulatores ſophiſtas qui philoſophiam vendunt, & circulis autoritatem quærunt. Fabius verò circulatoriam voluptatem oratoriam appellauit, quæ gaudet circuitione. At circitor militiæ gradus eſt, qui vigilias circumit, & renunciat ſiqua emerſerit culpa. Verg. in carmine obſcœno pro cuſtode poſuit. ἐπάρας ſcilicet vt ait Demoſthenes, τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων. verba Demoſthenis ἐν τῷ περὶ στεφάνου, quæ ſic transferri poſſunt, extollens vocem & lætus & exultans. Sunt autem dicta contra Æſchinem. ea vt melius intelligantur, repetemus ex eadem oratione priora quædam. Multa igitur, ô viri Athenienſes, etiam alia accuſauit, & mentientem vnum maximè admiratus ſum omnium, quòd quæ mala acciderant ciuitati tunc memorans, non tanquam beneuolus, neque iuſtus ciuis, ſenſit, neque collacrymatus eſt, neque quid tale in animo paſſus eſt, ſed extollens vocem & lætus & exultans exiſtimauit ſcilicet me accuſare. λαρυγγίζειν propriè eſt vocem intendere, neque naturaliter loqui, ſed gula præcluſa. *Exprimere*) inuito eximere, educere. *De puero, ſed à puero*) traductio, colur, puerilem & fatuum librum monſtrat.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

GRatularis mihi, quòd acceperim auguratum. iure gratularis: primùm quòd grauiſſimi principis iudicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt: deinde quòd ſacerdotium ipſum cùm priſcum & religioſum, tum hoc quoque ſacrum planè & inſigne eſt quod

Gratularis) Reſpondet Arriano, iure pro auguratu ſuo gratulari, tum iudicio grauiſſimi principis, tum auguratus dignitate, & quòd ſucceſſerit tanto viro Iulio Frontino, demum ſcribit potuiſſe M T. dignitates conſequi, eloquentiam verò impoſſibile. *Iure*) iuſta cauſa. *Principis*) Traiani, qui me fecit augurem. [Extat eius ad Traianum epiſtola, qua ſibi auguratum vel Septemuiratum petit. *Minoribus*) magiſtratibus *Sacerdotiũ*) auguratus. [nam de cæteris etiam dicitur. cùm & Valerius Max. Pont. ſacerdotio vſus fuerit.] *Priſcum*) nam à Tarquiniis Romam tranſlatum teſtatur Strabo: at Dionyſius in antiquitatibus à Numa rege conſtitutum collegium augurum, qui interpretarentur ſigna à diis miſſa tam publica, quàm priuata: & ab vna ſpecie ſpeculationum artis augures vocarunt Romani, id eſt, ab auibus & gerendo, vel ab auium garritu. Primus Actius Nauius hanc artem commendauit apud Tarquinium Priſcum nouacula cotem diſcindens: poſtea tantus honor collegio augurum acceſſit, vt nihil foris domique niſi auſpicato gereretur, concilia populi, id eſt, magiſtratuum creatio, exercitus vocatio, ſumma rerum, vbi aues non annuiſſent, dirimerentur. & diu hic honor patri-

ff. ij.

cius fuit, & principibus vrbis deſtinatus: primò tres tribus, Rhamnenſes, Titienſes, Luceres, ſex augures crearunt: deinde hoc ſacerdotium cum populo communicatum eſt, & ius ſacerdotum ſubrogandorum à collegiis ad populum tranſtulit Cn. Domitius Trib. plebis. Sylla augurum collegium ampliauit, vt eſſent quindecim, adeo creuit hæc ars, vt ex araneo etiam auguria fierent, quæ Plin. memorat, ſcribens ex periculis artem eſſe factam, & per aues (nam aliis modis fiunt) primus Car, à quo Caria dicta eſt, inuenit. Seneca tamen illa deridens fortuita, & vaga ſine ratione dicit non recipere diuinationem. quod belliſſimè Moſſolanus apud Ioſephum facto memorando oſtendit. *Religioſum*) maieſtatis venerationiſque plenum. nam nec Senatus cogi nec conueniendi locum poterat habere, niſi quando & vbi augures præſcripſiſſent, qui à ſummis imperiis, à ſūmis poteſtatibus comitia tollere, conſilia vel inſtituta dimittere, vel habita repudiare poterant. Quid grauius quàm rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus augur aliter dixerit? quid magnificentius quàm poſſe diſcernere, vt magiſtratu ſe abdicent Coſſ. quid religioſius quàm eum populo, cum plebe, agendi ius dare? aut non dare? quid legem, ſi non iure rogata ſit, tollere? omnibus magiſtratibus auſpicia dantur & iudicia. *Hoc*) ob hanc cauſam. *Sacrum*) diuinum, venerabile, conſecratum.

non adimitur viuenti. Nam cætera, quanquā dignitate propemodum paria, vt tribuuntur, ſic auferuntur: in hoc fortuna hactenus licet, vt dari poſſit. Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quòd ſucceſſi Iulio Frōtino, principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat, tanquam in locum ſuum cooptaret: quod nunc euentus ita comprobauit, vt non fortuitum videretur. Te quidem (vt ſcribis) ob hoc maximè delectat auguratus meus, quòd Marcus Tullius augur fuit. Lætaris enim quòd

Non adimitur viuenti) ſemel factus augur nunquam priuatur hoc honore, etſi in iudicium ductus damnetur, cùm aliis ſacerdotibus cōdemnatis ſubſtituatur alius. augur, donec vita ſuppetat, licèt maximorum criminū conuictus ſit, ſacerdotio non priuatur, quia ſcilicet iureiurando adactus ſit res augurum nemini enunciare: ergo factum priuatum ſacramento liberari nolunt. an quòd non honoris nec magiſtratus, ſed potius cuiuſdam ſcientiæ & artis eſt nomen augur? ſimile igitur eſſet ſiquis medicum medicandi arte prohibeat, muſicum muſica, diuinum diuinatione. His enim appellatio detrahi poteſt, vis & facultas nequaquā. *Alia officia inſignia*) ſacerdotia magiſtratus. legitur etiam cætera. *Paria*) auguratui. *Vt*) à fortuna ad breue tempus. *Hactenus*) in hac re tantùm. *Fortuna licet*) fortuna dominatur, vt dari poſſit, non vt adimatur. *Iulio Frontino*) Sextus Iulius Frontinus vir Conſularis Præturam vrbanam geſſit, Veſpaſiano iterum, ac Tito Coſſ. & eo eiurante Domitianus Præturam cepit. Frontinus igitur curam Britanniæ, ac molem ſuſtinens magnā quantum licebat validam, & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit ſuper virtutem hoſtium locorúmque difficultatem eluctatus: aquarum præfectus à Nerua creatus libellum de Aquæductibus vrbem influentibus edidit. auguratum geſſit, ſeceſſu Tarracinenſi oblectabatur, rei militaris peritus. Traiano libros ſtrategematicos dicauit, ſcripſit longè plura, quæ ſimul cum aliis communi literarum iactura olim intercidêre. ſummus Iuriſconſultus Secundo interdum reſpondit, Martialem ac cæteros ſcriptores fouit, moriens vetuit ſibi ſepulchrum conſtrui. Fuit & Iulius Fronto Tribunus vrbanarum cohortium ab Othone exautoratus, & Claudius Frontinus ſub Antonino Pio. Principem ergo virum appellauit Frontinum, ſcilicet dignitate, autoritate, diſci-

plina, & rebus præclarè geſtis. *Nominationis die*) principio anni autore Tacito, quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſuo ſacerdotio iudicent. *Hos*) proximos neci ſuæ, an verius. quibus Frontinus augur fuit. *Inter ſacerdotes*) inter eos quos dignos tali ſacerdotio credebat. *Cooptares*) eligeret. Tranquillus in cooptandis per collegia ſacerdotibus neminem niſi iuratus nominauit. M. Tullius de Claris Oratoribus, ſcribit nouos augures ab aliis auguribus in collegium cooptari, & inaugurari: & augurũ inſtitutis, qui inaugurasſet, ab inaugurato loco parentis coli debere. [Et in epiſtolis ad Appium, refert non modò nefas fuiſſe in collegio augurum violare amicitiam, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem licuiſſe, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus.] *Euentus*) quòd mortuo ei in auguratu ſucceſſi. *Non fortuitum*) ſed diuinum. *Tullius augur fuit*) poſt Craſſi interitum Cicero factus eſt augur.

honoribus eius inſiſtam, quem æmulari in ſtudys cupio. ſed vtinam, vt ſacerdotium, idem & Conſulatum, multò etiam iuuenior quàm ille, ſum cõſecutus: ita ſenex ſaltem ingenium eius aliqua ex parte aſſequi poſſim. Sed nimirum, quæ ſunt in manu hominum, & mihi, & multis contigerunt: illud verò, vt adipiſci arduũ, ſic etiam ſperare nimium eſt, quod dari nonniſi à dys poteſt. Vale.

Inſiſtam) Sequar. vterque enim Quæſturã, Præturam, Auguratum, Conſulatum geſſere. *Sacerdotium*) auguratum. *Iuuenior*) ita habent omnes codices præter vnum, quos viderim. Iunior enim ſecũdum grammaticos, ſed iuuenior ſecundum analogiam. *Ingenium*) eloquentiam, vim & copiã dicendi. *Aliqua ex parte*) in eloquẽdi ſtudio. nam & metra ſcripſit, ac philoſophiam primus. Cic. Latinè loqui docuit. an magis in aliqua parte oratoriæ. *Quæ ſunt in manu hominum*) dignitates quas homines cuilibet conferre poſſunt. *Illud*) ingenium Cic *Niſi à dijs*) natura primum atque ingenium ad dicendum vim afferunt maximam. nam animi atque ingenij celeritas quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acutè: & ad explicandum, ornandúmque ſunt vberes, & ad memoriam firmi atque diuturni. ſed quis eſt qui hæc putet arte accipi poſſe? Præclare enim res ſe habet, ſi hæc accendi, aut commoueri arte poſſint: inſeri quidem & donari ab arte non poſſunt omnia. Sunt enim illa dona naturæ. Quidam ita rebus habiles, ita naturæ muneribus ornati, vt non nati ſed ab aliquo deo facti eſſe videantur. Quare non poſſum non ingenio primas partes concedere. Hæc M. T. diuinum & inauditum lumen eloquentiæ ac ſapientiæ, parens profectò noſtrarum literarum, immortalis ingenij beatiſſima vbertas dono quodam prouidentiæ, in quo totas virtutes ſuas experiretur eloquentia.

C. PLINIVS VRSO SVO S.

CAuſam per hos dies dixit Iulius Baſſus, homo laborioſus, & aduerſis ſuis clarus. Accuſatus eſt ſub Veſpaſiano à priuatis duobus: ad Senatum remiſſus diu

Cauſam) Iulius Baſſus ſæpe in iudiciis periclitatus, deinde Bithyniam ſortitus, rediit reus, quòd quædam accepiſſet à prouincialibus. princeps accuſationis fuit Theophanes, legatorum vnus: defenſus tamen acriter à Secundo & Albino, tandem abſoluitur. Quòd Vrſum amicum admonet, ad Vrſum alibi Secundus

ff. iij.

ſuper eadẽ re ſcribit. Dionis abbreuiator refert Vrſum fuiſſe in aula Domitiani autoritate prędituũ, à quo Domitiani Imp. vxorẽ adulterij accuſatã. Ad Vrſum mittit epicedion Statius in ſyluis pro morte Pileti: apertè oſtẽdẽs fuiſſe cauſidicũ. *Iulius Baſſus*) Baſſos pleroſque notauimus per ea tempora. Galbium Baſſum Præfectum oræ Ponti, virum integrum & probum. Salei Baſſi poëtæ excellentiſſimi ſuorum temporum meminere Tacitus, & Iuuenalis. Iulium Baſſum declamatorem recitat Senec. in controuerſiis, non Ionium vt interdum ſcriptum offendes. Facit tamen Fabij teſtimonium legi debere Iunium Baſſum, quem hominem dicacem & cognomento Aſinum album, ac à ſe puero cognitum, idem teſtatur. in Baſſum interdum Mar. Aurelio Baſſo prodit Vlpia. diuum Pium reſcripſiſſe. Pli. ſenior Iulium Baſſum qui de medicinis Græcè ſcripſit, nominat. Secundus ad Traianum aſſerit acta Iulij Baſſi reſciſſa: dictũmque à Senatoribus ius omnibus: de quibus ille aliquid conſtituiſſet ex integro agendi dunraxat per biennium. *Laborioſus*) qui multos labores ſuſtinuit. *Aduerſis*) propter res aduerſas. nihil enim eſt in omni vita Cicerone referente ad laudem illuſtrius, quàm calamitas ipſa. *Priuatũ*) ſine dignitate. *Remiſſus*) à Veſpaſiano. *Ad Senatum*) ad iudicium Senatus.

pependit: tandémque abſolutus vindicatúſque eſt. Titum timuit, vt Domitiani amicus: à Domitiano relegatus eſt, reuocatus à Nerua: ſortitúſque Bithyniam, redit reus. accuſatus nõ minus acriter, quàm fideliter defenſus: varias ſententias habuit: plures tamen, quaſi mitiores. Egit contra eum Pomponius Rufus, vir paratus & vehemens. Ruſo ſucceſſit Theophanes, vnus ex legatis princeps, & fax accuſationis & origo. Reſpondi ego. Nam mihi Baſſus iniunxerat vt totius defenſionis fundamenta

Pependit) antequam abſolueretur, in ambiguo fuit. *Vindicatus*) liberatus. *Vt Domitiani amicus*) tanquam ſuſpectus quòd Domitianum foueret: inter quem & Titum erant ſimultates. *Reuocatus à Nerua*) reſtitutus in patriam generali edicto Neruę qui autoritate Senatus cenſuit decreta à Domitiano reſcindenda. quare multi ab exilio rediere, inter quos Ioannes Apoſtolus ex Patmo. *Sortitus*) per ſortem adeptus. *Bithyniam*) prouinciam in Ponti exordio ad partem ſolis orientis, Thraciæ oppoſitam, opulentam ſanè & vrbium diuitem. Læta quidem regio eſt, atque omni referta vbertate, teſtamento alterius Nicomedis filij Romanis relicta. Traxere Bithyni originem à Thracibus, qui cum Rheſo ad Ilion caſtrametati ſunt: nam rege ſuo interfecto vltra Byzantium tranſgreſſi prope Bithyn fluuium, vnde nomen accepere, conſederunt: deinde fame compulſi, in Bebryciam rediere, & Bithyniam pro Bebrycia à fluuij nomine, iuxta quem habitauerant, appellarunt. Herodotus, inquit, Thraces tranſgreſſi in Aſiam vocati ſunt Bithyni, prius appellati Strymonij, quòd Strymonem accolerent. Quidam græcorum à Bithyno Iouis & Thraciæ filio cognominatam prouinciam tradiderunt: quibus aſtipulatur Solinus, tantum nomine parentum ſuppreſſo. Strabo verò hæc refert, Bithyni cùm prius Myſij eſſent, à Thracibus Bithynis & Thynis, qui ibi habitauerunt, poſtea ſunt appellati. Eadẽ fere ſentit Pli. quo autore Thyni omnem oram Boſphori tenẽt, interiora Bithyni. *Varias ſententias*) cẽſuit enim Bebius Macer Coſ. deſignatus lege Repetundarum teneri, Cepio Hiſpo ſalua dignitate iudices dandos, Senatus decreuit vt acta Baſſi reſcinderentur. *Pomponius Rufus*) vir Conſularis. *Paratus*) in ſecunda lectione fuit paratus. *Vehemens*) acer. *Theophanes*) alius Theophanes poeta, quem Græcè Pompeij geſta ſcripſiſſe Tullius aſſerit. hodie quoque Theophanis extat Græcum epigramma. *Legatis*) Bithynis *Fax*) vehemẽs cauſa. *Stimulus*) cauſa. Valerius, Cn. Carbo orientium ciuilium malorum fax ardẽtiſſima. *Fundamẽta*) argumẽta fortiora.

iacerē? dicerem de ornamentis ſuis, quæ illi & ex generis claritate, & ex periculis ipſis magna erant: dicerem de conſpiratione delatorum, quam in quæſtu habebant: dicerem cauſas, quibus factioſiſſimum quemque vt illum ipſum Theophanem offendiſſet. eundem me voluerat occurrere crimini, quo maximè premebatur. in alijs enim, quanuis auditu grauioribus, non abſolutionem modò verumetiam laudem merebatur. Hoc illum onerabat, quòd homo ſimplex & incautus quædam à prouincialibus, vt amicus, acceperat. Nam fuerat in prouincia eadem Quæſtor. Hæc accuſatores furta ac rapinas, ipſe munera vocabat. Sed lex munera quoque accipi vetat. Hîc ego quid a-

Iacerem) collocarem, ſcilicet in deprecatione: quę & in Senatu & apud populum principémque, ac vbicunque iuris clementia eſt, habet locum: in qua plurimum valent ex ipſo qui reus eſt hæc tria in vita præcedere, ſi innocens, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurum innocenter victuri, & in aliquo vſu futuri. Pręterea ſi vel alijs incommodis vel præſenti periculo vel pœnitentia videatur ſatis pœnarum dediſſe, extra nobilitas, dignitas, propinqui, amici, in iudiciis etiam ex magna parte hic locus ſæpe tractatur nā & diuiſio frequens eſt, etiā ſi feciſſet ignoſcendū fuiſſe: idq; in cauſis dubiis præualuit. & epilogi oēs in eadē ſæpe materia verſari ſolēt. *Ornamētis*) nobilitate, dignitate. *Generis claritudine*) Baſſorum familia peruetuſta clariſſimos viros protulit. Nobile autem id eſt quod ex bono prodit genere, generoſum, quod à ſua natura non degenerauit. *Periculis*) quibus vita mortalium illuſtratur, & auditores commouentur ad miſericordiam, & ex quibus vt inſons euaſerat. *Conſpiratione*) malo conſenſu. *Delatorum*) iniquorum accuſatorum. *Quæſtu*) nam quartam bonorum confiſcatorum partem habebant: inde quadruplatores dicti. *Factioſiſſimum*) factionum principem. *Cauſas*) dū æque prouincialibus iuſtitiam adminiſtrat. *Illum*) primum & acerrimum accuſatorem. *Me eundem*) me Secundum. *Occurrere*) ſatisfacere. *Crimini*) furto, & rapinæ. *Alijs*) quæ obiiciebantur tanquam crimina. *Simplex* ad delatores effugiendos. *Quædam*) munera. *Prouincialibus*) Bithynis. *Quæſtor*) inde non mirum ſi multos habebat amicos. *Furta & rapinas*) controuerſia de nomine, & conſtitutio diffinitiua. Furtorum duo eſſe genera refert Caius: manifeſtum & non manifeſtum. manifeſti conuictus tenetur in quadruplum, quòd rapi quidem ſine vi non poteſt ſecundum Vlpianum. furti non manifeſti tenetur in duplum, vi bonorum raptorum in quadruplum Paulo conteſtante. *Lex*) Acilia, quam Manilius Acilius Glabrio de pecuniis repetundis ſeueriſſimam tulit: ne comperendinari quidem reum ſinens. Tacitus tamen, inquit, Magiſtratuum auaritia Calphurnia ſcita peperit. nam ſecundum Modeſtinum plebeſcito continetur, ne quis præſidum munus, donúmque caperet: niſi eſculentum, poculentúmve, quod intra dies proximos prodigatur. Non enim in totum xeniis, Vlpia. autore, abſtinere debet Proconſul, ſed modum adiicere, vt neque modo ſe in totum abſtineat, neque auare modum xeniorum excedat. Quam rem diuus Seuerus & Imperator Antoninus elegantiſſimè epiſtola ſunt moderati: cuius epiſtolæ verba hæc ſunt, Quantum ad xenia pertinet, audi quid ſentimus: vetus prouerbium eſt, Valde inhumanum eſſe, à nemine accipere. ſed paſſim, viliſſimum: & per omnia, auariſſimum. & quod mandatis continetur, ne donum, vel munus ipſe Proconſul, vel qui in aliquo officio eſt, accipiat, emátve quid, niſi victus quotidiani cauſa, ad xenia non pertinent, ſed ad ea quæ edulium excedent vſum. ſed nec xenia producenda ſunt ad munerum quantitatem. Lege etiam Iulia de repetundis, Marcello reſpondente, nulla quantitas pecuniæ permittitur capi ab his, qui eo capite commemorantur: tametſi in præce-

dentibus ex autoritate Venulii permittitur ſumma aureorum centum dono, munerève. *Hic*)hoc loco ancipiti, contra legem. *Ego*)legitur etiam ergo.

gerem? quod iter defenſionis ingrederer? Negarem? verebar ne planè furtum videretur, quòd confiteri timerem. præterea rem manifeſtam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis: præſertim cùm reus ipſe nihil integrũ aduocatis reliquiſſet. Multis enim, atque etiam principi dixerat, ſola ſe munuſcula, duntaxat natali ſuo, aut Saturnalibus accepiſſe, & pleriſque miſiſſe. Veniam ergo peterem? iugulaſſem reum, quem ita deliquiſſe concederem, vt ſeruari, niſi venia, non poſſet. Tanquam rectè factum tuerer? non illi profuiſſem, ſed ipſe impudens extitiſſem. In hac difficultate placuit medium quiddam tenere. Videor tenuiſſe. Actionem meam, vt prælia ſolet, nox diremit. Egeram horis tribus, & dimidia, ſupererat ſeſqui hora. Nam cùm è lege accuſator ſex horas, nouem reus accepiſſet, ita diuiſerat tempora reus inter me, & eum qui dicturus pòſt erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur. Mihi ſucceſſus actionis ſilentium, finémq; ſuadebat. Temerarium eſt enim ſecundis non eſſe contentum. Ad hoc verebar, ne me corporis vires iterato labore deſererent, quem difficilius eſt repetere quàm iungere. Erat etiam periculum, ne reliqua actio mea & frigus vt depoſita, & tædium vt reſumpta, pateretur.

Iter)modum, rationem. *Negarem*) vt præcipit M. Tullius de Oratore, Plerunque inquit cauſæ infíciatione defendũtur: nam & de pecuniis repetundis, quæ maximę ſunt, neganda ferè omnia. *Planè*) nimium maniſeſte. *Inficiari*) negare. *Augentis crimen*) potius ad crimen augendum pertinebat. *Diluentis*)defendentis. *Integrum*) in facultate & arbitrio negandi. *Aduocatis*) mihi & Albino. *Principi*)Traiano. *Natali ſuo*) nam priuatorum natalibus ſolebant amici munera mittere, vt ſæpe teſtatur Martialis. *Saturnalibus*) Saturni diebus, quibus xenia munera mittebantur amicis eodem autore, & apophoreta remittebantur. *Iugulaſſem*) enecaſſem, cauſa cecidiſſem. *Recte factum*) quòd iure accepiſſet munera. *Impudens*) qui contra leges niteret. *Mediũ quiddam*) vt nec concederem nec tuerer rectè factum. *Tenuiſſe*) ſeruaſſe. *Nox diremit*) interuentu noctis interrupta eſt. Ciceroniana imitatio. ſic enim ad Quintum fratrem ſcribit, Sed inquit vt prælia ſolet. quia hiſtorici hoc dicendi genere vtuntur cum nocte ſuperueniẽte vterque exercitus intermiſſa pugna receptui canit. *Seſquihora*)vna & dimidia. nã Tacitus ſeſquiplagam pro vna & dimidia dixit. ſic Perſius, Seſquipedalia verba. & Columella, ſeſquiculearia dolia, ſeſquimodiũ, ſeſquioperam, ſeſquimenſes pullos. *Ex lege*)quæ longiſſimum ſpatium ad agendum largitur, ſed maius reo cui ſemper fauorabilior eſt. nam M. Tullius pro domo ſua tradit multa ad placandum atque ad miſerendum reis conceſſa. & Apuleius aſſerit reũ amplum dicendi ſpacium habuiſſe. *Reus*) Baſſus. *Eum*) L. Albinum coaduocatum. *Reliquis*)quatuor. *Succeſſus*)bonus euentus. *Finem*) vt actioni finem imponerem. *Temerarium*)ſententia, color. *Iterato*)redintegrato. *Repetere*) intermiſſum reſumere. *Iungere*)cõtinuare *Reliqua actio*)reliqua pars actionis. *Frigus auditorũ*)negligẽtiá. ſicut plerũq; M. T. ad Q. fratrẽ, vel etiá mei iá depoſito feruore *Tædiũ vt reſũpta*) nã repetita res faſtidiũ affert, vtpote iá prçcognita: vnde illud δὶς κράμβη θάνατος.

Vt enim

Vt enim faces ignem aſsidua concuſsione cuſtodiunt, dimiſſum ægerrimè reparant: ſic & dicentis calor, & audientis intentio continuatione ſeruatur, intercapedine & quaſi remiſſione langueſcit: ſed Baſſus multis precibus, penè etiam lacrymis, obſecrabat, implerem meũ tempus. Parui, vtilitatémq; eius prætuli meæ. Bene ceſsit: inueni ita erectos animos Senatus: ita recentes, vt priore actione incitati magis quàm ſatiati viderentur. Succeſsit mihi Lucius Albinus, tam aptè, vt orationes noſtræ varietatem duarum, contextum vnius habuiſſe credantur. Reſpondit Herennius Pollio inſtanter & grauiter. Deinde Theophanes rurſus. Fecit enim hoc quoque vt cætera, impudentiſsimè, quòd poſt duos, & Conſulares & diſertos, tempus ſibi, & quidem laxius, vindicauit. Dixit in noctem, atque etiam nocte illatis lucernis. Poſtero die egerunt pro Baſſo Titius Homulus, & Fronto, mirificè: quartum diem probationes occupauerunt. Cenſuit Bæbius Macer, Conſul deſignatus, lege repetundarum Baſſum teneri. Cæpio Hiſpo ſalua dignitate iudices dandos: vterque rectè.

Vt enim faces) ſimilitudinem infert per collationem quæ ſumitur ante oculos negocii ponendi cauſa. Certamen fuit apud Athenienſes currendi ab ara Promethei in vrbem cum facibus ardentibus, ſimul in curſu ſeruare facem accẽſam, quę ſi fuiſſet extincta quãuis curſu pręueniſſet, nullam victoriam reportabat. [hinc illud, Vidi ego cõcuſſas mota face creſcere flammas.] *Concuſſione*) motu. *Dimiſſum*) ſopitum. *Intercapedine*) intermiſſione. *Langueſcit*) debilior fit. *Meum tempus*) dicendi ſpatium mihi ex lege datum. *Mea*) quia multum vires intendi, & laboris ſuſtinui. *Erectos*) attentos. *Recentes*) integros, indefeſſos. *Senatus*) Senatorum. *Priore actione*) priore actionis parte. *Incitati*) ad vlteriora audiendum. [*Aptè*) conuenienter, opportunè.] *Varietatem duarum*) nã quiſque diuerſis argumentis, & ſtilo nitebatur. *Contextum vnius*) [ordinem. Valerius. an abigi debet Pontius ab horum exemplorum contextu?] quia exceperat actionem vbi Secundus deſiuerat: ita vt videretur vnum & idem corpus. *Herennius Pollio*) quo cum Flauio Conſulatum gerente Dion aſſerit Titum interiiſſe. nec ignoro Marcellum Iuriſconſultũm referre Pollionem fuiſſe Conſulem cum Pudente ſub Antonino. Annotauimus alios Polliones per eadem tempora, quos conſultò omittimus. *Inſtanter*) acriter, cum inſtantia cõtra conantem. *Duos*) Albinum, & Pollionem: nam de ſe non ita magnificè loqui ſolet. *Vindicauit*) aſſumpſit ad dicendum. *Laxius*) ſpatioſius. *In noctem*) poſt ſolis occaſum contra maiorum inſtituta. *Titius Homulus*) in quibuſdam exemplaribus ſcriptum fuit C. Titius Homulus, ſed Iulii Capitolini teſtimonio probabilior eſt lectio, Valerius Homulus, qui Secundo familiaris pro Vareno Rufo cauſam egit. Eius multos iocos Antoninus Pius ſemper patienter tulit. vt cùm domum Homuli viſens admiránſque columnas porphyriticas requiſiſſet, vnde eas haberet: reſpondit Homulus, cùm in domum alienam veneris, & mutus & ſurdus eſto. Idem Lucillam matrem M. Antonini philoſophi in viridio venerantem ſimulacrum Apollinis videns, Pio inſuſurrauit. Illa nunc rogat, vt diem tuum claudas, & filius imperet: quod verbum omnino apud Pium nihil valuit. *Probationes*) teſtes, tabulæ, rumores, [quòd Rufus deliquiſſet.] *Bæbius Macer*) cui Appiæ viæ cura demandãta, cùm Proconſul rexiſſet

Hiſpanos: eodem imperio miſſus in Dalmatiam integrè & iuſtè prouinciam continuit: eum præfectum vrbis ſeruauit Adrianus, quamuis ab Actiano per epiſtolas admonitus, vt ſi reniteretur Imperio, necaretur. Bæbium item Macrum teſtatur Flauius Vopiſcus Prætorii præfectum ſub Aureliano *Teneri repetundarum*) obnoxium eſſe pœnæ: qua tenentur damnati repetundarum. *Hiſpo*) ſiue is fuerit in quē iaculatus eſt Iuuenalis ſatyricum illud fulmen, Hiſpo ſubit iuuenes, & morbo pallet vtroque, ſiue alius. *Salua dignitate*) non adempta Senatoria dignitate, & perſeuerante in ea Baſſo: nam mox ſequitur: negant enim congruens eſſe retinere in Senatu, cui iudices dederis. *Iudices dandos*) ſeligendus iudices qui cognoſcerent accuſationem. *Vterque*) conſul deſignatus Macer, & Hiſpo. *Rectè*) cenſuit.

Quî fieri poteſt, inquis, cũ tã diuerſa cẽſuerint? quia ſcilicet & Macro legem intuenti, conſentaneum fuit damnare eum, qui contra legem munera acceperat: & Cæpio cum putaret licere Senatui, ſicut licet, & mitigare leges, & intendere, non ſine ratione veniam dedit facto, vetito quidem, non tamen inuſitato. Praualuit ſententia Cæpionis. Quinimmò conſurgenti ei ad cenſendum acclamatum eſt, quod ſolet reſidentibus. Ex quo potes æſtimare, quanto conſenſu ſit exceptum cum diceret, quod tam fauorabile fuit, cum dicturus videretur. Sunt tamen vt in Senatu, ita in ciuitate, in duas partes hominum iudicia diuiſa. Nam quibus ſententia Cæpionis placuit, ſententiam Macri vt rigidam durámque reprehendunt: quibus Macri, illam alteram diſſolutam, atque etiam incongruentẽ vocant. Negant enim congruens eſſe, retinere in Senatu, cui iudices dederis. Fuit & tertia ſententia. Valerius Paulinus aſ-

Qui) quomodo *Diuerſa*) vnus ſecundũ legem, alius cõtra. *Cẽſuerint*) ſenſerint. *Conſentaneum*)] conſequens, conueniens. *Intuenti*) reſpicienti, conſideranti. [*Vim legis*) quæ prohibebat accipere munera. *Mitigare leges*) minuere pœnam legibus conſtitutam. nam Marcello referente, etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt: & ſummum ius antiqui ſummam putabãt crucem, vt aſſerit Columella, [præſertim cùm Senatus ſit eas tollere, cuius eſt eundere.] *Intendere*) ſi reus meretur atrociora ſupplicia inferre, quàm leges præcipiant. *Sicut licet*) ſuſtinet enim perſonam principis Senatus, qui nullis legibus tenetur. *Vetito*) lege prohibito. *Inuſitato*) inſolito. nam multis iam repetundarum reis ſeruata eſt dignitas Senatoria. Inueterata enim conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, & hoc eſt ius quod dicitur moribus conſtitutum. *Praualuit*) ſuperior & frequens fuit. *Cenſendum*) dicendam ſententiam. *Acclamatum*) aſſenſum, laudatum, applauſum: hinc acclamationes imperatorum laudationes. *Solet*) fieri. *Reſidentibus*) poſt ſententiam pronunciatam, & comprobatam. *Conſenſu*) confirmatione. concordia. *Exceptum*) admiſſum *Fauorabile*. ſummo fauore præſumptum. *Iudicia*) ſententiæ, opiniones. *In ciuitate*) inter ciues: quorum alii populares, alij nobilium partes fouentes. *Rigidam*) nimis ſeueram. *Quibus Macri*) ſententia placuit. *Illam alteram*) dicendi modus apud ſcriptores obſeruatus, [vt apud M. Tullium de prouinciis conſularibus, & Valerium libro octauo,] ſic apud Apuleium ille alius, & illa alia: & libro quinto Secundus dixit ille alter, *Diſſolutam*) nimiùm mitem, & indulgentem. *Retinere*) in Senatu. Reſeruare dignitatem ſenatoriam. [*Cui*) tanquam nocenti.] *Valerius Paulinus*) Paulinum Tri-

bunum lego miſſum à Veſpaſiano ad Ioſephum latitantem : & poſtea præfectum Alexandriæ. Valerius autem Paulinus accuſatus eſt, & à pluribus proditionis inſimulatus, dum Celſo otioſè auxilium ferι, quòd propter religionem non eſſet functus ducis officio : prædia in Foroiulienſi agro poſſedit : famæ ac immortalitatis vnicus amator Conſul creatus eſt : & Secundo arcta familiaritate coniunctus : nam moriens et ius libertorum ſuorum reliquit.

ſenſus Cæpioni, hoc amplius cenſuit referendum de Theophane cùm legationem renunciaſſet. Arguebatur enim multa in accuſatione feciſſe, quæ illa ipſa lege, qua Baſſum accuſauerat, tenerentur. Sed hanc ſententiam Conſules quanquã maximæ parti Senatus mirè probabatur, non ſunt perſecuti. Paulinus tamẽ & iuſtitiæ famã, & conſtantiæ tulit. Miſſo Senatu Baſſus magna hominũ frequentia, magno clamore, magno gaudio exceptus eſt. Fecerat eum fauorabilẽ renouata diſcriminũ vetus fama, notúmque periculis nomen, & in procero corpore mœſta & ſqualida ſenectus. Habebis hãc interim epiſtolam πρόδρομον: expectabis orationem plenam, onuſtámque expectabis diu. neque enim leuiter & curſim, vt de re tanta, retractanda eſt. Vale.

Referendum) ponendum in conſultatione. *De Theophane*) an Theophanes reus peragendus eſſet. *Legationi renunciaſſet*) poſtquam functus eſſet legatione : nec amplius ageret legatum. nam legatus iure nõ poterat accuſari : quod teſtantur Iuriſconſulti, & nos libro tertio recitauimus. [Legitur etiam legationem renunciaſſet.] *Illa ipſa*) quo dicendi modo vtitur Seneca in epiſtolis. Eſt enim remiſſus, & de medio petitus, epiſtolari ſtilo conueniens. *Lege*) repetundarum, qua cauebatur puniri eum, qui iniuſtè accuſaſſet. [*Maximæ*) maiori. ſuperlatiuum pro comparatiuo.] *Non ſunt perſecuti*) non comprobarunt. nam Conſules deſignati, quod referebatur primi cenſebant, ac deinceps reliqui Senatores : verùm Conſules qui tunc conſulatum gerebant, ſenatui præſidebant: & quicquid placuiſſet, decernebant. *Tulit famam*) ſummè laudatus eſt. *Fauorabilem*) gratioſum, charum. *Vetus fama*) diſcriminum. dum referebatur olim ſæpius periclitatum. *Renouata*) reducta in recentem memoriã hac Bithynorum accuſatione. *Nomen*) Baſſi. *Squalida*) ſitu obſita. vocabulum ſecus ab antiquis acceptum Gellio, & Macrobio autoribus. *Πρόδρομον*) præcurſatricem, prænunciam. *Plenam*) copioſam. *Onuſtam*) multas res complexam. *Tanta re*) tanti ponderis, & momenti. *Retractanda*) emendanda.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

SCribis mihi, Sabinam, quæ nos reliquit heredes, Modeſtum ſeruum ſuum nuſquam liberum eſſe iuſſiſſe: idem tamen ſic adſcripſiſſe legatum, Modeſto, quem liberum eſſe iuſſi.

SCribis) Monet Sabinum, & libertatem & legatum deberi Modeſto ſeruo: cui Sabina legatum dederat tanquam liberum eſſe iuſſiſſet: quod

tamen nuſquam apparebat relictis ſibi hæredibus Sabino & Secundo. Occurrunt nobis ex diuerſis ſcriptoribus per illa tempora quibus Secundus claruit, multi Sabini, vt ambiguitas oriatur ad quem ſcripſerit. nam Iuſtinianus refert Iulium Sabinum malè tractantem ſeruos, in quem reſcripſit Antoninus Pius. eundem imperatorem autor Vlpianus Iubētio Sabino reſcripſiſſe. Sabinus item Antonius matrem habuit Iuniam Valerianam & filium Antoninum. Calliſtratus tradit Sabinum Maximum fuiſſe ſub Adriano. & eodem imperante Suidas Sabinum declamatorem. Crediderim tamen magis fuiſſe Cæſium Sabinum, quem Secundus ad præſidium & ornamentum ſui ſumpſerat. Auli Pudentis municipem totius Vmbriæ decus ad eum librum ſeptimum Martialis mittit, & nono poſt laudem laeus eiuſdem, roſaceam coronam. quamuis Pomponio memorante, Caſſio Iuriſperito ſucceſſit Cæſius Sabinus, qui plurimum potuit Veſpaſiani temporibus, ad quem reſcripſiſſe Adrianum retulit Vlpianus. *Iuſſiſſe*) legale verbum. *Aſcripſiſſe legatum*) inſtitutis vniuerſalibus hæredibus teſtamento, legatum poſtea Modeſto reliquiſſe his quidē verbis: Modeſto quē liberū eſſe iuſſi, legatum relinquo.

Quæris quid ſentiam? Contuli cum prudentibus. conuenit inter omnes nec libertatem deberi, quia non ſit data: nec legatum, quia ſeruo ſuo dederit. Sed mihi manifeſtus error videtur: ideóque puto nobis quaſi ſcripſerit Sabina faciendum quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit. Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cùm religioſiſſimè ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatem, quam bonis hæredibus intellexiſſe pro iure eſt. Neque enim minus apud nos honeſtas quàm apud alios neceſſitas valet. Moretur ergo in libertate ſinentibus nobis, fruatur legato, quaſi omnia diligentiſſimè cauerit. Cauit enim quæ hæredes bene elegit. Vale.

Contuli) communicaui. In eundem ſenſum Papinianus inquit. Nicoſtratus eũm de ea re mecum contuliſſet, dixi poſſe defendi. *Cum peritis iuris*) Legitur in multis exemplaribus cum prudentibus in eundem ſenſum: nam reſponſa prudentium ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſũ fuit iura publicè interpretari, & à Cæſare ius reſpondendi datum eſt, qui Iuriſconſulti appellantur. horũ omnium ſententiæ & opiniones eam autoritatem tenebant, vt iudici ex conſtitutionibus non liceret à reſponſo eorum recedere. *Conuenit inter omnes*) conſentiunt omnes. Similis locutio in ſenſu apud Iuuenalem, ſæuis inter ſe conuenit vrſis. & Martialis, [Cùm ſitis ſimiles paréſque vita, Vxor peſſima, peſſimus maritus: Miror non bene conuenire vobis. & Tranquillus in Claudio, Veneno quidem occiſum conuenit.] *Libertatem deberi*) liberum eſſe debere. *Non ſit data*) nuſquam enim apparebat eum liberum eſſe iuſſiſſe. *Nec legatum*) deberi. *Seruo ſuo*) ergo Modeſtus hoc iure priuabatur libertatis fauore: & legati iure habendi, & omne beneficium redibat ad hæredes Sabinæ, Sabinum ſcilicet & Secundum: nam ſerui noſtri ex quacunque cauſa acquirunt, id nobis acquiritur. Ipſe enim ſeruus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt: ideo conuenienter legatum nobis per eundem acquiritur. [*Error*) Sabinæ.] *Quaſi ſcripſerit Sabina faciendum*) concedendam libertatem, & legatum Modeſto: tanquam ſi apertè hoc cauiſſet Sabina, [ſicut iuris eſt ſecundum Iuſtinianum in inſtitutionibus, ſeruum etiam ſine libertate hæredem inſtitutum liberum fieri, & pariter ſeruo à domino liberis tutori dato nulla facta libertatis mentione, tamen libertatem intelligi datam. His multùm non diſſimile Labeonis illud titulo de conditionibus, Hæres inquit meus Sticho, ſeruo meo, quem in teſtamento liberum eſſe iuſſi, au-

reos quinque quos in tabulis debeo, dato: nihil ſeruo legatum eſſe, quia dominus ſeruo nihil debere potuit. Ego puto ſecundum mentem teſtatoris naturale magis, quàm ciuile debitum ſpectandum eſſe, & eo iure vtimur. Quamuis illa verba, quem liberum eſſe iuſſi, ſint enunciatiua, quibus non oſtenditur libertas data, ſed tamen diſponunt: quia Caio de regulis iuris referente libertas omnibus rebus honorabilior eſt. *Scripſiſſe*) ſcriptis libertatem dediſſe. *Voluntatem*) vltimam. *Intellexiſſe*) ſi non expreſſe: tamen tacitè. *Bonus*) vt nobis. *Pro iure*) loco iuris. *Neceſſitas*) ſummum ius. *Moretur*) eſto, maneat Modeſtus *Caueris*) prouideris Sabina. vtitur autem verbis Iuriſconſultis propriis. *Caui*) diligentiſſimè. *Bene*) quia nos boni ſumus.

C. PLINIVS MINVTIANO SVO S.

AVdiſtine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Nondum te puto audiſſe. Eſt enim recens nuncius. Prætorius hic modò inter eloquentiſſimos cauſarum actores habebatur: nunc eò decidit vt exul de Senatore rhetor de oratore, fieret Itaque ipſe in præfatione dixit dolenter, & grauiter, Quos tibi fortuna ludos facis? Facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores. Cui ſententiæ tantum bilis, tantum amaritudinis ineſt, vt mihi videatur ideo profeſſus vt

AVdiſti) Minutiano Liciniani exilium narrat, in quod pulſus fuerat à Domitiano reus inceſtus eum virgine Veſtali: ſimul & illius vitia taxans, & fortunæ mobilitatem notans. *Valerium Licinianum*) Liciniani Hiſpani municipis Martialis mentio fit apud eundem poetam. Vir Celtiberis nõ tacende gentibus: Noſtræque laus Hiſpaniæ. Videbis altam Liciniane Bilbilim & mox, Te Liciniane gloriabitur noſtra: Nec me tacebit Bilbilis. *Profiteri*) oratoriam docere. *Sicilia*) olim Italiæ coniuncta, mox interuentu freti diuulſa: omnium inſularum fertilitatis claritudine celebrata. Italia ſoperiorem diceres frumento, melle, croco, aliiſque permultis: & meritò Romanorum horreum appellatam. Trinacria & Triquetra à pluribus nominata eſt, à tribus angulis & promontoriis, quibus in diuerſa procurrentibus Δ literam efficit. Thucydides Sicaniam cognominat ab incolis, quos quidam putarunt indigenas: poſtremò ab Italis, qui Siculi dicebantur in eam vulgo profectis, Sicilia vocata: ſiue (vt alii) à Siculo rege. Sunt qui credant à Sicano Iberiæ flumine nomen traxiſſe. Eius autem Inſulæ ambitum ſtadiorum quatuor millium trecentorum ſexaginta Siculus Diodorus protulit: maiorem facit Plinius ex autoritate Agrippæ. circuitu ſcilicet patentem ſeptingentis centum decemoctomiliariis. Siciliam etiam minorem Strongylen appellatam idem autor. *Nuncius Prætorius*) à Prætore miſſus: ſicut dicimus prætoriā portam, & prætorium præconem. [nam Sicilia à prætoribus regebatur.] Vel prætorius, prætoria dignitate præditus. Nam per Suetonii verba colligitur Licinianum fuiſſe virum prætorium, *Recens*) nuper à Sicilia in vrbem qui venerat. *Hic*) Licinianus. *Modo*) aliquot ante annos. *Cauſarum actores*) cauſidicos *Rhetor*) artis dicendi magiſter, orator qui eam exercet. Græci tamen rhetorem pro oratore paſſim vſurpant. *Præfatione*) qua breuibus explicari ſolet ſcriptoris intentio ante quam opus aggrediatur: aliquando etiam pro excuſatione abſolutè ponitur. *Grauiter*) quod explicatur per ſequentia: quibus multum ponderis verbis ineſt. *Fortuna ludos facis*) [homines tanquam pilas habens.] Sunt qui in-

fortunæ iam caſibus omnia ponunt, Et nullo credunt mundum rectore moueri, Natura voluente vices, & lucis, & anni. hæc Iuuenalis, qui ambiguum an imitatus ſit Secundum ſatyra. vij. an Secundus Iuuenalem. fuerunt enim contemporanei: nam inquit, Si fortuna volet, fies de rhetore Conſul. Si volet hæc eadem, fies de conſule rhetor: Valerium Licinianum ſanè monſtrans. *Profeſſoribus*) hac epiſtola ſermocinatio abſoluitur, cæterarum exornationum pulrherrima. nihil autem in vrbe fuit eloquentia, vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius: nam plurimos ex obſcuro genere ad opes & magiſtratus ſummos illa præduce peruenisse teſtantur Fabius, Tacitus, & Auſonius. *Bilis*) virus fellis, & quia Plinii verba ſatis appoſitè iſti loco faciũt, ea tráſcribã. Sed in felle nigro inſaniæ cauſa, [homini] mórſque toto reddito, hinc & in mores crimen bilis nomine: adeo magnum eſt in hac parte virus, cùm ſe effundit in animum. *Ideo*) ob hanc tantùm cauſam.

hoc diceret Idem cùm Græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, circumſpexitque habitum ſuũ, Latinè inquit, declamaturus ſum: dicens triſtia & miſeranda. Dignum tamen illum qui hæc ipſa ſtudia inceſti ſcelere maculauerit. Confeſſus eſt quidem inceſtum: ſed incertum, vtrum quia verum erat, an quia grauiora metuebat, ſi negaſſet. Fremebat enim Domitianus, æſtuabátque ingenti inuidiæ deſtitutus. Nam cum Corneliam Veſtalium Maximam defodere viuam concupiſſet, vt qui illuſtrari ſeculum ſuũ eiuſmodi exemplo arbitraretur, Pontificis maximi iure, ſeu potius immanitate tyranni,

Hoc) hanc ſententiam grauiſſimam. *Græco pallio*) quo veſtis genere Græci philoſophi vtebãtur, quinimmo mortui amiciebantur: deſcendebat autem vſque ad calceos. *Iure togæ carent*) non poſſunt togam ferre veterum Romanorum indumentum: vtpote qui iure ciuium Romanorũ priuati ſint: nam cui aqua & igni interdictum eſt, nec teſtamentum valet quod ante fecerit, nec quod poſtea fecerit: bona quoque quæ tunc habuit cum damnaretur, publicabuntur: & libertatem, & ciuitatem, cognationes, affinitates omnes, quas ante habuit, amittit: & eius exiſtimatio conſumitur: ac demũ vltimo ſupplicio ſecũdum Iuriſconſultos affiri dicitur. Ideo autẽ quẽ Romana ciuitate pellebãt, aqua & igni interdicebant, cõmunione omni ciuitatis priuatũ ſignificãtes, quòd duobus his clemẽtis maximè humana indiget vita. vnde nouę nuptæ quamprimũ mariti domum ingrediebatur, aqua & ignis à ſponſo per manus tradebatur. *Compoſuit*) ſumpſit habitum dicturi, [pallium amicuit. ſicut de Iſæo recitauit.] *Habitum*) Græcum. *Latinè*) Siculi primum lingua barbara, deinde Græca, poſtremo Latina vſi ſunt: quare trilingues Apuleius vocat. *Declamaturus*) fictam cauſam acturus. Eſt enim declamatio, exercitatio, & imago iudiciorum & conſiliorum: vt per eam poſſimus peruenire ad veram actionem cauſarum. quare debet eſſe ſimilis veritati. & declamare eſt mediocriter orare: dicere verò, bene. *Dignum*) putem ne dignum hoc ſupplicio? [quidam volunt illa verba eſſe Liciniani: vt ſit ſenſus, illum eſſe dignum dicere triſtia & miſeranda, qui ſtudia literarum inceſto maculauerit. alii potius Plinio aſcribunt.] *Studia*) eloquentiæ. *Inceſti ſcelere*) quòd putabatur cum Veſtali concubuiſſe. *Incertum*) in ambiguo eſt, an Licinianus confeſſus ſit inceſtum, quia id verè patraſſet, an quia grauiora ſupplicia quàm exilium timebat, ſi negaſſet. *Grauiora*) virgas & necem. *Inuidia*) hominum maleuolentiæ. *Corneliam Veſtalium Maxi-*

tiuam) Cornelia ex familia Coſſorum capta in locum Læliæ defunctæ, Nerone Imperante olim abſoluta, ac multo pòſt repetita accuſatione conuicta à Domitiano defodi iuſſa eſt, autore Tranquillo, & Euſebio in Chronicis: quamquam is paulo ſuprà in rebus Domitiani iam dixerat tres virgines Veſtæ ob ſtuprum damnatas. Dionis abbreuiatór ibidem inquit, Ne ſuppliciis quidem Veſtalium abſtinuit poſt mortes & exilia multorum procerum, ſed tanquam inceſtas puniuit: vt cùm dura aſperáque de illis inquiſitio fieret, & multis inſimulatis ac interfectis, Ælius Agrippa vnus ex pontificibus non ſuſtinuerit vltra, ſed deterritus in ipſo concilio expirauerit. Alii codices habent Corneliam Maximillam Veſtalem. *Defodere viuam*) quam conſuetudinem mox diffuſe tangemus. *Illuſtrari ſeculum ſuum*) celebrari in poſterum tempora Imperij ſui. *Eiuſmodi*) notabilibus, punitione Veſtalium, quam neglectam à Veſpaſiano & Tito Domitianus ſeuerè coercuit. Ocellatis ſororibus & Varonillæ Veſtali liberum mortis arbitrium permiſit, & corruptores earum relegauit Hoc Papinius laudat. Tacitus circa finem fragmentatæ hiſtoriæ, Cerealem patraſſe ſtuprum cum Claudia ſacrata muliere refert. *Pontificis Max iure*) cui licebat inquirere Veſtalium crimina & vindicare. denique omnes ſacras cauſas diiudicare. Fuit autem pontifex Max domitianus. quod teſtantur ærea ipſius numiſmata. & Iuuenalis ſatyra quarta de eo loquens, Deſtinat hoc monſtrum cymbæ linique magiſter Pontifici ſummo. *Immanitate tyranni*) crudelitate mali principis.

licentia domini, reliquos Pōtifices nō in regiā, ſed in Albanam villam cōuocauit. Nec minore ſcelere quàm quòd vlciſci videbatur, abſentē inauditámq; dānauit inceſti, cū ipſe fratris filiā inceſto nō polluiſſet ſolùm, verūetiā occidiſſet. Nam vidua abortu periit. miſſi ſtatim Pontifi-

Licentia) iniuſta poteſtate. *Domini*) ſe dominum & deum appellari iuſſit, tradente Tranquillo, & Martiale ſic adulante, ſed poſt eius interitum exprobrante. *Pontifices*) minores, qui in poteſtate maximi erant. *Regiam*) palatium. *Albanam villam*) quò ſæpiſſimè conuocabat patres in conſilium. Iuuenalis carmen extat de re conſulia ſuper Rhombo in ſeceſſu Albano: vbi afferit Suetonius confixiſſe eundē Imperatorē multas feras, & Martialis quinquatria ſingulis annis Mineruæ celebraſſe. Sed non ſine ratione, ſi tamē ea ratione motus, de nece Veſtalis deliberaturus pōtifices in Albanum acciuit, quòd ſcilicet ſacerdotium Veſtalium inſtitutum eſſet à Troianis, qui Albam condidere. Fuerant igitur Veſtales primo Albę, inde Romam tranſlatæ. *Nec minore*) ſenſus eſt, condemnauit Corneliam indicta cauſa, quod erat non minus ſcelus, quàm quòd ira videbatur illam trahere ad vltionem. *Vlciſci*) non punire. *Abſentem*) in vrbe. *Inauditam*) indicta cauſa. *Inceſti*) ſtupri. nam inceſtus committitur inter ſacras perſonas & affines. *Fratris filiam*) Iuliam Titi filiam, quam adhuc virginem oblatam in matrimonium recuſauerat, & Sabino collocatam corrupit, mox interfecto marito ardentiſſimè & palàm dilexit, vt cauſa mortis illius extiterit, cùm coēgiſſet abortum facere: vnde in illum Satyricum fulgur ſtrinxit Iuuenalis, Cùm tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas. Statuam amoris indicium è lygdo marmore, & manu tenentem ceſton ei fieri iuſſit Domitianus. vnus tamen Philoſtrati interpres libro ſexto mendoſè traduxit Iuliam Domitiani ex filia neptem: Nonnulli inquit laudabant Domitianum, quòd Romæ templum Veſtæ purgaſſet, virginibus tribus zonarum cauſa interemptis, & quia rem cum viris habuiſſe culparentur: cùm oporteret eas caſtas atque intactas Ilienſem Palladem, & ignem perpetuum cuſtodire: at ipſe agnato ſuo Sabino interfecto Iuliam duxerat vxorem: erat autem Iulia Domitiani ex filia neptis cùm Græcè legatur illam fuiſſe fratris Titi filiam. *Abortu*) infante ante legitimum naſcendi tempus excuſſo ab vtero.

ces, qui deſodiendam necandámque curarent. Illa nunc ad Veſtam, nunc ad cæteros deos manus tendens, multa, ſed hoc frequentiſsimè clamitabat, Me Cæſar inceſtam putat: qua ſacra faciente vicit, triumphauit. Blandiens hæc, an irridens, ex fiducia ſui, an ex contemptu principis dixerit, dubium eſt: dixit donec ad ſupplicium neſcio an innocens, certè tanquam nocens ducta eſt. Quinetiam quum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetque deſcendenti ſtola, vertit ſe, ac recollegit. Cúmque ei carnifex manum daret, auerſata eſt, & reſiluit: fœdúmque contactũ quaſi planè à caſto puróque corpore, nouiſsima ſanctitate

Deſodiēdam necandámque) quæ Veſtalium virginitatem prodiderat, viua ad portam Colinam deſodiebatur tumulo, qui ſceleratus campus appellabatur intra vrbem: vbi ſubterranea domus mediocris erat, in quam è loco ſuperiore deſcendebatur. Iacebat in eo ſtratus lectulus, & lucerna ardens: primitiæque rerum earum, quæ ſunt ad victum breues quædam, panis, aqua in vaſe, lac, & oleum: quaſi caueret ipſa domus ne fame eius corpus interiret, quæ maximis expiationibus dedicata eſſet: ipſam verò pœnę obnoxiá feretro impoſitam: & exterius, obtectam, loriſque ligatam: quo neque vox queat etiam audiri. per forum vehebant deflentibus eam ac præmittentibus amicis, atque cognatis. cæteri cum ſilentio accedebant: & ſine voce graui cum mœrore quodam deducebant. neque aliúd ſpectaculum horribilius erat, neque alium diem ciuitas mœſtiorem agebat: cùm verò ad iam prædictum locum feretrum delatum erat, ſolutis vinculis à miniſtris, ſacerdotum Princeps precatus arcana quædam, ſublatíſque ad deos manibus, ad ſupplicium adducebat eam capite opertam, cõſtituebátque in ſcalis in domicilium deferentibus: deinde ipſe cum aliis ſacerdotibus auertebatur: cùm autem illa deſcendiſſet, & ſcalæ tollebantur: ac multa deſuper iniecta humo domicilium operiebatur, adeo vt is locus reliquo tumulo æqualis eſſet. hoc modo ſcelus deteſtantes: verùm ne religionem quidem ſugiebant: nam ſacerdotes cum locum poſtea adeũtes parentabant. Ideo autem conuictas inceſti alia pœna non afficiebant, quòd cadauera comburebantur. Illis igitur id tribuere iniuſtum iudicabant, quæ negligenter ſacrum ignem obſeruaſſent: an magis quòd corpus maximis ac ſanctiſſimis religionibus conſecratum interficere, & mulieri ſacræ manus inferre nefas putantes rationem inierunt, qua ſubterraneo ſpecu deſoſſo obrutæ per ſe morerentur. Dionyſius, à quo & Plutarcho maiorem prædictorum partem mutuati ſumus, ſcribit Veſtales corruptas virgis cæſas occidi ſolitas: poſtea inſtitutum Romanorum, vt quidam ferunt, Tarquinii Superbi, vt viuæ deſoderentur, quem morem Iuuenalis monſtrat Satyra quarta, cum qua nuper vittata iacebat Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos. ſed apertius in Faſtis Ouidius, Nulláque dicetur vittas temerare ſacerdos Hoc duce, nec viua deſodietur humo. Sic inceſta perit, quia quam violauit, in illa Conditur, & Tellus Veſtáque numen idem eſt. *Veſtam*) quam alii flammam, alii terram eſſe volunt, ideo mulierem fingunt terram tympanum ferentem, quia terra ventos in ſe concludit. *Cæſar*) Domitianus. *Qua*) me. *Sacra faciente*) pro eo ſacrificante: Veſtalium ſacra nulli cuipiá fas eſt ſcire. Legimus tamen vti conſueuiſſe in ſacrificiis muria, ſale ſcilicet in pila tonſo & in ollam fictilem coniecto, ac in furno præcocto, deinde in aquam miſſo. *Vicit*) triũphauit. nam de Cattis & Dacis poſt varia prælia duplicem triumphum egit. de Sarmatis lauream tantùm Ioui Capitolino retulit. bellum ciuile motum à L. Antonio ſuperioris Germaniæ præſide confecit abſens mira felicitate. hæc Tranquillus. quæ Martialis ſæpius ſuis ſcriptis inſeruit.

ſeruit. vt libro nono, Cornua Saematici ter perfida contudit Hiſtri. Sudantem Getica tee niue lauit equum. *Blandiens*) Domitiano quòd viciſſet, & triũphaſſet. *Irridens*) quia victus potius à barbaris fuit ille, & ſimulatum triumphum egit. *Sui*) quòd ſe puram ſciret. *Dixerit*) hæc, me Cæſar & reliqua. *Innocens & nocens*) annominatio. *Cubiculum*) antrum ad poetam Colinam, repete præcedentia. *Demitteretur*) per ſcalas. *Stola*) veſtis muliebris rugoſa, autore Varrone, Martiale, Nonio: at Olympiacæ ſtolæ forma, teſte Apuleio, talis fuit, picta veſtis ex humeris pone tergum dependens, talorum tenus vario colore viſenda: circumnotatis animalibus inſignita: hinc dracones Indici, inde gryphes hyberborei. *Recollegit*) cõpoſuit ſtolam ne pudenda detegeret: quod fecere Pompeius, & Cæſar in nece ſua. Recolligere alias eſt confirmare & reficere animum. M. Tullius, Manifeſto furto perturbatus vbi ſe recollegit. Tranquillus, Reuocato rurſus impetu aliquid ſecretioris latebræ ad colligendum animum deſiderauit. *Carnifex*) miniſter iuſtitiæ. *Daret*) porrigeret in deſcenſu. *Refilijt*) refugit. *Fœdum*) obſcœnum, turpem. *Contactum*) Alia ſcriptura contagium habet, id eſt, pollutionem. *Planè*) manifeſtè. *Sãctitate*) integritate vitæ. [*Nouiſſima*) vltimo actu vitæ ſuæ ſanctitatẽ præ ſe ferẽs.

reiecit: omnibúſque numeris pudoris, πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. Præterea Celer, eques Romanus, cui Cornelia obÿciebatur, cũ in comitio virgis cæderetur, in hac voce perſtiterat, Quid feci? nihil feci. Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis & iniquitatis infamia. Arripit Licinianum, quòd in agris ſuis occultaſſet Corneliæ libertam. Ille ab ÿs, quibus erat cura, præmonetur, ſi comitium & virgas pati nollet, ad confeſſionem confugeret, quaſi ad veniam. fecit. Locutus eſt pro abſente Herennius Senecio tale quiddam, quale eſt illud, κεῖται Πάτροκλος. Ait enim, Ex aduocato nuncius factus ſum. Receſſit Licinianus. gratũ

Reiecit) repulit, reſpuit. *Numeris*) gradibus. apud Martialem pro nummo libro quarto ponitur numerus, Et centum numeros nouæ monetæ. πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, verba Talthybii ex Euripidis Hecuba, narrantis Polyxenæ necem. ἡ δὲ καὶ θνῄσκουσ' ὅμως πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. id eſt, hæc autem & moriens tamen multam prouidentiam habuit honeſtè cadere, celare autem quæ celare oculos marium opus eſt. Quam ſententiam tranſtulit Ouidius libro decimotertio Metamorphoſeos, vbi Polyxenæ immolationem deſcribit. Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas, Cùm caderet: caſtique decus ſeruare pudoris. [Et apud Græcos Quintus Calaber libro primo derelictorum ab Homero: Pentheſileæ necem explicando accepit.] *Celer*) In Celerem plerunque Martialis. fuit & P. Celer accuſator Bareæ damnatus accuſante Muſonio. *Cui Cornelia obÿciebatur*) qui accuſabatur quòd cum Cornelia inceſtum commiſiſſet. *Virgis cæderetur*) fuſtibus cædi liberos, flagellis ſeruos innuit Paulus de incendio, & ruina. Tranquillus autor Domitianum ſtupratores virginis in comitio ad necem cædi iuſſiſſe, excepto prætorio viro: cui dubia etiam tunc cauſa, & abſque quæſtionibus, atque tormentis de ſemet profeſſo exilium indulſit: ſanè Licinianum monſtrans. *Comitio*) loco iuxta Senatum, quò populus coibat comitiorum & litium cauſa. *Perſtiterat*) perſeuerauerat vſque ad extremum. *Ardebat*) cruciabatur. *Infamia*) non diſplicet infamia, id eſt maleuolentia & inuidia: cui manifeſtè expoſitus erat, ſi Celer tanquã innocens occiſus videretur. *Arripit*) comprehendi iubet. *Agris*) villa. *Quibus erat cura*) qui tuebãtur illũ. *Comitiũ & Virgas*)

necem in publico. *Confeſſionem*) obiecti criminis. *Confugeret*) in rebus afflictis confugimus ad aliquem ſubſidij cauſa. *Fecit*) paruit monitis. *Abſente*) Liciniano. *Tale quiddam*) ſimile dictum κεῖται Πάτροκλος. iacet Patroclus, id eſt, iudicatum, & actum eſt. Carmen ex lib. xxii. Iliados. κεῖται παρὰ νήεσσι νέκυς ἄκλαυστος ἄθαπτος Πάτροκλος, id eſt, iacet apud naues mortuus, indefletus, inſepultus Patroclus. [ſequentia tamen apertè monſtrant in Pliniano codice legendum κεῖται νεκύς.] Melior tamen eſt ſenſus, cùm deberem agere cauſam pro Liciniano, [quoniam deſperata eſt,] tanquam nuncius affero vobis illius confeſſionem, ſicut Neſtoris filius Achilli necem Patrocli libro. xviij Iliados. ὤμοι Πηλέος υἱὲ δαΐφρονος, ἦ μάλα λυγρῆς. πεύσεαι ἀγγελίης, ἣ μὴ ὤφελλε γενέσθαι. κεῖται Πάτροκλος, νέκυος δὲ δὴ ἀμφιμάχονται γυμνοῦ. ἀτὰρ τά γε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ. Hei mihi Pelei fili periti in bello, profectò valdè triſte nuncium accipies, quod nunquam vtinam fuiſſet. Iacet Patroclus, pro mortuo ſanè pugnant nudo. verùm hæc arma habet galeatus Hector. Cuius narrationis breuitatem Fabius mirum in modum probat. *Receſſit*) ab vrbe.

hoc Domitiano, adeo quidem, vt gaudio proderetur, dicerétque, Abſoluit nos Licinianus. Adiecit etiam, non eſſe verecundiæ eius inſtandum: ipſi verò permiſit ſi qua poſſit, ex rebus ſuis raperet, antequam bona publicarentur, exiliúmque molle, velut præmium dedit. Ex quo tamen poſtea clementia diui Neruæ tranſlatus eſt in Siciliam, vbi nunc profitetur, ſeque de fortuna præfationibus vindicat. Vides quàm obſequenter paream tibi, qui non ſolùm res vrbanas, verumetiam peregrinas tam ſedulò ſcribo, vt altius repetam. & ſanè putabam te, quia tunc abfuiſti, nihil aliud de Liciniano audiſſe, quàm relegatum ob inceſtũ. Summam enim rerum nunciat fama, non ordinem. Mereor vt viciſſim quid in oppido tuo, quid in finitimis agatur (ſolent enim notabilia quædam incidere) perſcribas. Denique quicquid voles: dummodo non minus longa epiſtola nuncies. Ego non paginas tantùm, ſedetiam verſus ſyllabáſque numerabo. Vale.

Hoc) quòd Licinianus iudicio abierit. & eius cauſam Herennius fatenti ſimilis ſit complexus.] *Proderetur*) [exultaret.] detegeretur. *Abſoluit*) liberauit ab inuidia. Martialis, Abſoluit Phrygium veſtra rapina Patin. *Adiecit*) ſententiæ. *Non inſtandum verecundiæ*) non occidendum Licinianum, qui pudore criminis aufugiſſet. *Ipſi*) Liciniano. *Rapere*) ſecum auferre. *Publicarentur*) à præfectis in ærarium referrentur. *Exilium molle*) apud gentes humaniores. Exilium, Marcello tradẽte, triplex eſt, aut certorũ locorum interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum habitatio præter certum locum, aut inſulę vinculum. ſed Calliſtratus ſignificat aliud fuiſſe in inſulam relegari, aliud in inſulam deportari. In exulibus, inquit, gradus pœnarum conſtituit edictum diui Adriani, vt qui ad tempus relegatus eſt, ſi ante præſcriptum redeat, in inſulam relegetur: ſed qui relegatus in inſulam exceſſerit, in inſulam deportaretur: qui deportatus euaſerit capite puniatur. Vlpianus de interdictis, Relegatorum duo ſunt genera: quidam qui in inſulam relegantur: ſunt qui ſimpliciter, in prouinciis eis interdicatur nõ etiam inſula aſſignetur. & mox, hæc eſt differentia inter deportatos & relegatos. quòd in inſulam relegari, & ad tempus & in perpetuũ quis poteſt. [Paulus tamen de publicis iudiciis, Exilium inquit eſt aquæ & ignis interdictio. nam cætera exilia, ſed relegationes propriè

dicuntur.] *Præmium*) quòd ſe liberaſſet ab inuidia fatendo crimen. *Diui Neruæ*) cùm hæc ſcriberet Secundus, iam Nerua exceſſerat ab humanis, & inter deos à Traiano relatus fuerat. *Altum*) iam pridem geſta, à principio rei. *Tunc*) cùm inquiſitio facta eſt in illum. *Summam*) argumentum. *Oppido*)Brixia. *Finitimi*)vt Bergamo, Veronæ, & Cremonæ. *Notabilia*)notatu digna. *Verſus*)ordines verborũ.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

AMas Egnatium Marcellinum, atque etiam mihi ſæpe commendas: amabis magis, commendabiſque, ſi cognoueris recens eius factum. Cùm in prouinciam Quæſtor exiſſet, ſcribámque qui ſorte obtigerat, ante legitimũ ſalarij tempus amiſiſſet, quod acceperat ſcribæ daturus, intellexit, & ſtatuit ſubſidere apud ſe non oportere. Itaque reuerſus, Cæſarem, deinde Cæſare autore, ſenatum conſuluit, quid fieri de ſalario vellet. Parua quæſtio, ſed tamẽ quæſtio. Hæredes ſcribæ ſibi, præfecti ærarij populo vindicabant. Acta cauſa eſt, dixit hæredum aduocatus, deinde populi: vterque percommodè. Cæcilius Strabo ærario cenſuit inferendum: Bæbius Macer hæredibus dandum, obtinuit Strabo. Tu lauda Marcellinum, vt ego ſtatim feci. quamuis enim abundè ſufficiat illi quòd eſt & à principe & à Senatu probatus, gaudebit tamen teſtimonio tuo. Omneis enim qui gloria famáque ducuntur, mirum in modũ

A*Mas*)Marcellini factũ laudat, quòd Quæſtor cùm ante tempus ſalarium ſcribæ recepiſſet, eo mortuo Traianum ſuper hoc conſuluerit, & Senatum hortatur. itaque Arrianum ideo Marcellinum commendat epiſtola. P. Egnatium aduerſus Soranum teſtimonium dixiſſe recitar Tacitus. Macrobius Egnatium citat in libris de rerum naturã. Egnatium Feſtum Ædilem duumuirum, cui ludos ſub Antonino Pio publicè edenti plebs vrbana ad ſtatuam ponendam, pecuniam obtulit, referunt antiqua monumenta: verùm is honore contentus impenſam remiſit. Ad Ignatium Dextrum ſcripſit Herennius Modeſtinus librum de excuſatione tutelæ. Ignatium Antiochiæ epiſcopum ſub Nerua & Traiano, autores ſunt Græci ſcriptores. Vlpianus teſtatur. Ignatium Taurinum fuiſſe Proconſulem Vticæ, Adriano imperante. *Quæſtor*) prouincialis, qui dabatur Proconſuli vel Prætori eunti in prouinciam, ve pecuniam principalem, vel publicam, inquireret & curaret. *Sorte*) quæſtores enim ſortiebantur ſcribas, ſicut Procoſs. prouincias & legatos. *Amiſiſſet*) morte perdidiſſet. *Ante legitimum tempus*) laudat per tranſitum tempora ſua, quibus publicis officialibus ante diem ſuam ſatiſfieret. *Salarij*) ſalarium merces annua laborum dicitur: at ſalarius qui ſalſamenta vendit. *Quod*) ſalarium.

Intellexit)obitum ſcribæ. *Subſidere*) ſalarium remanere. *Reuerſus*)à prouincia in vrbem. *Quæſtio*) diſputatio fuit ſuper hac re. *Præfecti*)quæſtores vrbani. *Populo*) quia ærarium reipub. erat. *Vendicabant*) aſſerebanr. proprium faciebanr. *Pop.*)aduocatus dixit. *Cœlius Stra.*) legitur etiam Cæcilius Sera. ſed nullius apud alium quempiam mentionem habitam memini. hoc tantùm velim admonuiſſe, & Strabonem & Bebium fuiſſe conſules deſignatos qui ius cenſendi habebant, & in cauſa Iulij Baſſi Secundum deſignatos conſules nominaſſe Bebium Ma-

crum, & Cepionem Hiſpanum, non Cælium Strabonem. *Statim*) nam interfuit illi Senatuſconſulto. *Feci*) laudaui. Facio verbum late patet multorum locum explens. Pli. ſenior lib. ij. & vtranque paginam facit, id eſt implet. Cato dixit munditias facere, pro mundare. & facere manipulos, pro colligere in manipulos. Varro factum olei, quòd vno tempore conficitur: & ad victimas faciunt, id eſt conueniunt, & idonei ſunt ſacrificio. ſicut Mart. non facit ad ſtomachum. & Columella, Rectè faciunt ad eam rem ſylueſtres pinus. & lib. ix. Pariter maximè facit ad hanc rem. Sic. x. Optime facit. Interdum pro cauſare, vt apud Mar. Frigus enim magnum ſyntheſis vna facit. Terentius pro compoſuit, vel tranſtulit, nonnunquam pro tacere vſus eſt. & fac te huc, pro veni huc. In infinitum procederem ſi ſingula perſequi vellem.

aſſenſio & laus à minoribus etiam profecta delectat. Te verò Marcellinus ita reueretur, vt indicio tuo plurimum tribuat. Accedit his, quòd ſi cognouerit factum ſuum iſtò vſque penetraſſe, neceſſe eſt laudis ſuæ ſpatio & curſu & peregrinatione lætetur. etenim neſcio quo pacto vel magis homines iuuat gloria lata quã magna. Vale.

Aſſenſio) approbatio. *Minoribus*) qualis erat Arrianus. reſpectu principis dixit, vel magis ſit generale dictum. *Iſto*) Altinum, Arriani municipium. *Peregrinatione*) profectione peregre. *Lata*) diffuſa. *Magna*) ampla ſed reſtricta, Macrobius, In appetenda, inquit, gloria duo ſunt maximè quæ probari poſſunt, vt & quàm latiſſimè vagetur, & quàm diutiſſimè perſeueret.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Aluum te in vrbem veniſſe gaudeo, veniſti autem ſiquando alias, nunc maximè mihi deſideratus. ipſe pauculis adhuc diebus in Thuſculano commorabor, vt opuſculũ quod eſt in manibus, abſoluam. Vereor enim, ne ſi hanc intentionem iam in finem intermiſero, ægrè reſumam: interim nequid feſtinationi meæ pereat, quod ſum præſens petiturus, hac quaſi præcurſoria epiſtola rogo, ſed priùs accipe cauſas rogandi, deinde ipſum quod peto. Proximè cùm in patria mea fui, venit ad me ſalu-

Aluum) Fuerat in patria Secundus, vbi quum audiuiſſet municipes ſuos Mediolanum petere, ſtudiorum cauſa, quòd nullos Comi præceptores haberent, hortatus eſt parentes vt liberis magiſtrum conducerent de ſuo, promittens tertiam ſalarij partem. quare in Thuſculanum reuerſus, vbi opuſculum quoddam erat abſoluturus, interim rogat Tacitum vt aliquem conquirat, qui ſibi fidens iudicio Nouocomenſium ſe ſubiiciat. *Vrbem*) Romam. *Quando*) aphæreſis, pro aliquando. *Deſideratus*) id eſt expectatus. *Thuſculano*) agro iuxta Tiphernium. *Intentionem*) excitataram diligentiam. *Iam in finem*) quæ iam ſpectat finem. *Intermiſero*) in ſecunda lectione fuit laxauero: magis placet intermiſero ſcilicet aduentu meo vrbem, per tempus deponam. *Ægrè reſumam*) difficulter repetam. *Quid*) aliquod tempus. *Feſtinationi*) feſtinanti deſiderio. *Præcurſoria*) præcedente & officio curſoris fungente. Legitur etiam præceptoria, quod minus probo. *In patria mea*) in Nouocomo.

tâdum municipis mei filius prætextatus. Huic ego, Studes? inquam. Reſpondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Cur non hîc? & pater eius? (erat enim vnà atque etiam ipſe adduxerat puerum) quia nullos hîc præceptores habemus. Quare nullos? Nam vehementer intererat veſtra qui patres eſtis (& opportunè cùm plures patres audiebant) liberos veſtros hîc potiſſimum diſcere. Vbi enim aut iucundius morarentur, quàm in patria? aut pudicius continerentur, quàm ſub oculis parentum? aut minore ſumptu, quàm domi? Quantulum eſt ergo collata pecunia conducere præceptores? quódque nũc in habitationes, in viatica, in ea quæ peregrè emuntur (omnia autem peregrè emuntur) impenditis, adiicere mercedibus. Atque addo ego qui nondum liberos habeo, paratus ſum pro rep. noſtra quaſi pro filia vel parente tertiam partem eius, quod conferre vobis placebit, dare. Totum etiam pollicerer, niſi timerem, ne hoc munus meum quandoque ambitu corrumperetur: vt accidere multis in locis video, in quibus præceptores publicè conducuntur. Huic vitio vno remedio occurri poteſt, ſi parentibus ſolis ius conducendi relinquatur, iiſdémque

Prætextatus) toga prætexta indutus: iam. xiiij. annos natus: nam prætexta cùm prius eſſet regum veſtis, vt poſtea conſulum fuit, permiſſa eſt nobilioribus pueris cum bulla aurea ad excitandam in eis virtutem memorando facto Tarquinij Priſci filij: qui dicitur in bello aduerſum Sabinos, cùm xiiij. annum ageret, hoſtem manu percuſſiſſe: inde à patre pro concione laudatus, & bulla aurea prætextáque toga donatus eſt, ſuprà annos fortis præmia virilitatis & honoris meruit. ſicut enim prætexta magiſtratuũ, ita bulla geſtamen erat triumphantium: hinc deductus mos, vt prætexta & bulla in id ætatis à pueris vſurparetur nobilibus. Sunt qui credant eundem regem cũ ciuium ſtatum ordinaret, inſtituiſſe etiam patricios pueros, quorum duntaxat patres curulem geſſerant magiſtratum, bulla aurea & toga, cui purpura prætexitur, vti: cæteros autem prætexta tantùm quorum parentes equo ſtipendia iuſta meruiſſent, libertinos verò & peregrinos, nullo modo: ſed poſtea quoque libertinorum filiis, qui ex iuſta matre familias nati fuiſſent conceſſum prætextam & lorum geſtare. quamquam ſint qui hoc inſtitutum ad Romulum referant in Hoſtilium inchoatum. Trebellius Pollio etiam ſacerdotes vſos prætexta retulit, & honeſtorum indumentum fuiſſe Pædianus autor eſt, ſumíque ſolitam lætitiæ ſignum abbreuiator Liuij tradit: eam autem ſupra tunicas induebant. *Etiam*) conſentientis aduerbium. *Mediolani*) Ptolomæus Mediolanum in Germania iterum refert. Stephanus Aquitaniæ vrbem ſcribit. hic verò Mediolanum Galliæ ciſalpinæ (vt omittam quæ ſub nomine Catonis circumferuntur) à Gallis conditum Plin. & Strabo teſtãtur: qui Liuio autore tráſgreſſi Alpes haud procul Ticino flumine, fuſis Thuſcis, cũ agrum Inſubrium, in quo cõſederant, appellari audiuiſſent cognomine Inſubribus pago Heduorum, ibi omen ſequentes loci, vrbem Mediolanum condidere: ſic appellatam à porca lanata in media fronte vt quidam autumant: alij ab vrbe Senonum in Gallia eodem cognomento. Olim omnes vicatim habitabant, deinde Italicarum populoſiſſima & metropolis, quam Strabo tempeſtate ſua dignitatis eximiæ teſtatur. clara ſanè vrbs vtraque fortuna, & ab hiſtoricis noſtri ſeculi celebrata monumentis, vt taceam illud Auſonii carmen, cui initium, Et Mediolani mira omnia. *Hic*) Comi ſtudes:

Pater)inquit, retinet hic locum dialogi. *Præceptores*) fuit enim Mediolanum olim profeſſorum celebritate illuſtre. nam & ibi Virgilius oratoriam didicit: & Albutius Nouarienſis rhetor declamauit. Auguſtinus qui poſtea ſuis virtutibus inter diuos relatus eſt, liberales diſciplinas profeſſus. [hic etiam nos clariſſimos præceptores habuimus, Georgium Merulam in Latinis: in Græcis Demetrium Chalcondilum ac Valerium.] *Quare nullos*)habetis præceptores. verba Seeundi ſunt alloquẽtis patres Nouocomenſes vſque ad hæc, putaui. nam tunc conuertit ſermonem ad Tacitum. *Pudicius*)hæc melior lectio ſeruata forma analogiæ quàm pudicitius. nam à pudico rectè pudicius fit: abſurdum autem eſſet à pudicitia deductum credere pudicitius. *Quantulum*) erit minimum. in quam ſignificationem vſum inuenio Tacitum in libello de moribus Germanorum, & Iuuenalem Satyra. vi. Quantulum in hoc. & paulo pòſt, Nam quantula noſtra voluptas. ſic apud Pliniũ auunculum libro ſeptimo, Quantulo ſerpentis ictus dente. & Apuleium. ix. Quantulum ferentes auxilium. ſic Curtium. vij. Quantulo contenti eſſe deberent. & ne ſingulos excutiam authores, redeo ad ipſum Secundum in panegyrico, Nam quantulum refert deponas, an partiaris imperium. *Collata*)publicè in vnum collecta. *Habitationes*) conductas domos. *Viatica*)vix neceſſarias impenſas. *Adijcere mercedibus*)ſuperaddere ſalario, quod impenditis præceptori Mediolanenſi, vt in patriam noſtram alium conducatis. vel addicere mercedibus, id eſt aſſignate impenſas prædictas ſalario præceptoris. *Eius*)ſalarij. *Ambitu corrumperetur*) nam ſæpe accidit in oppidis præceptores indignos publica ſtipendia conſequi, quia ſciunt ambire principes & decuriones. inde ſalaria dicuntur corrumpi ambitu, cùm indoctis deſtinantur, quòd ſint fauorabiliores. *Publicè*)ſtipendio publico. *Occurri*)prouideri.

Religio) diligens metus. ſolicita cura. *Rectè*) digni an indigni ſint qui conducantur. *Addatur*) augeatur. *Collationis*) pro duabus partibus. *Alieno*) de repub. *Eam*) tertiam partem. *Dignus*)bonus & literatus. *Accepturus*)duas ſtipendii partes. *His*)parentibus. Videntur hæc ad Tacitum directa verba. *Conſpirate*) conuenite ad hoc. nunc in bonam partem, alibi in malam dicitur. *Ex meo*)exemplo meo. *Quàmplurimum*)ſalarium, quod fiet ſi conducetis optimum preceptorem. *Nihil*) quàm dignum profeſſorem literarum. *Edoceantur*) legitur etiam educentur. *Natale ſolum*)patriam. *Studia*) liberales diſciplinæ. *Confluant*) vndique conueniant. *Fonte*)primordio negocii. *Foret*)eſſet futurum. [*Studioſorum*)ſi legis ſtudiorum, ipſa ſtu-

religio rectè iudicandi neceſſitate collationis addatur. Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, certè de ſuo diligentes erunt: dabúntque operam ne eam à me pecuniam non niſi dignus accipiat, ſi accepturus & ab ipſis erit. Proinde conſentite, conſpirate, maiorémque animum ex meo ſumite, qui cupio eſſe quamplurimum, quod debeam conferre. Nihil honeſtius præſtare liberis veſtris, nihil gratius patriæ poteſtis. Edoceantur hîc qui hîc naſcuntur, ſtatímque ab infantia natale ſolum amare, frequentare conſueſcant: atque vtinam tam claros præceptores inducatis, vt à finitimis oppidis ſtudia hinc petantur: vtq́; nunc liberi veſtri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum confluant. Hæc putaui altius, & quaſi à fonte repetenda: quò magis ſcires, quàm gratum mihi foret, ſi ſuſciperes, quod iniũgo. iniungo autem, & pro rei magnitudine rogo, vt ex copia ſtudiorum quæ ad te ex admiratione ingenij tui

dia pro ſtudioſis accepit.] *Admiratione ingenij tui*) fuit enim Tacitus vir admirabili ingenio, vt quidam eius dicendi genus ſupra cæteros ſcriptores extollant.

conuenit, circunſpicias præceptores quos ſollicitare poſſimus: ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam. Omnia enim libera parentibus ſeruo. Illi iudicent, illi eligant: ego mihi curam tantùm, & impendium vindico. Proinde ſi quis fuerit repertus, qui ingenio ſuo fidat, eat illuc ea lege, vt hinc nihil aliud certum, quàm fiduciam ſuam ferat. Vale.

Circumſpicias) deligas. *Solicitare*) ex ſuo loco mouere, quaſi ex ſolo citare. *Obſtringam*) obligem. *Libera*) intacta. iudicio meorum municipum. *Curam*) quærendi præceptorem. *Impendium*) tertiam ſtipendii partem. *Illuc*) Comum. *Hinc*) à me. *Fiduciam*) doctrinę ſuę.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

TV fortaſſe orationem, vt ſoles, & flagitas, & expectas: at ego quaſi ex aliqua peregrina delicatáque merce luſus meos tibi prodo. Accipies cum hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros: quibus nos in vehiculo, in balineo, inter cœnam oblectamus ocium temporis. his iocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, iraſcimur: deſcribimus aliquid modò preſſius, modò elatius: atque ipſa varietate tentamus efficere, vt alia aliis, quædam fortaſſe omnibus placeant. Ex quibus tamen ſi nonnulla tibi paulo petulantiora videbuntur, erit eruditionis tuæ cogitare ſummos illos & grauiſſimos

TV fortaſſe) Excuſat laſciuiam hendecaſyllaborum ſuorum apud Paternum, & carminis genere, & exemplo antiquorum: deinde liberum facit ei imponendi ſuis verſiculis quod nomen libuerit, rogátque vt quicquid in illis diſplicuerit, ſe velit admonere. *Orationem*) aliquam ex meis. *Peregrina*) externa, pretioſa, & chara. *Luſus*) epigrammata, iocos complexa: ſic idem libro ſeptimo appellat & Martialis ſæpius, iocóſque vocat. *Prodo*) edo, publico. *Hendecaſyllabos*) vndecim ſyllabarum menſuram continentes quibus admodum claruit Catullus, & Valerius Mart. & Statius in ſyluis. Auſonius tria hendecaſyllaborum genera enumerat. Alibi Secundus teſtatur emiſiſſe librum hẽdecſayllaborum, decantatum non modò à noſtris, ſed etiam à Græcis. *Oblectamus ocium*) vel oblectamur ocio. vtraque lectio conuenit. oblectamus ergo ocium temporis, id eſt tempus ocioſum & vacuum à rebus ſeriis, deducimus in voluptate ſcribendo iocoſa. Oblecto enim trahitur à lacto lactas, quòd eſt animos in aliquam voluptatem inducere, in quam ſignificationem interdum Terentius vſurpauit: quare non placet ſententia Feſti, qui à verbo lacit deductum autumat: niſi reſpexerit quòd lactat frequentatiuum tractum ſit à verbo lacit olim in vſu, à quo allicit, pellicit, illicit, *Iocamur*) & quæ ſequuntur monſtrant quam materiam habeant hendecaſyllabi: nam in iocis, luſibus, amore, dolore, querimonia, ira verſantur iocari autem refertur ad res veriſimiles, quæ riſum prudentem & liberalem excitant: nam iocum accipimus quod eſt contrarium ſerio: fingere enim, ac terrere & promittere, interdum iocus eſt.

Preſſius) humiliori ſtylo. *Elatius*) grandiori. ad idem tendit ſi legatur altius. *Varietate*) vario dicendi genere & materiarum: nam ſicut verborum varietas, ita rerum pulchra eſt: & quemadmodum in orationibus variare figuram commendatur, ſic in epigrammate diuerſitas ſtyli & argumenti plurimum appetitur. *Alia*) quædam epigrammata. *Alijs*) aliquibus. *Petulantiora*) laſciuiora. nam pætum laſciuum dicunt à petendo, à quo petulans & petulcus. *Erit eruditioni tuæ*) conueniet tuæ excultæ doctrinæ.

viros qui talia ſcripſerunt, non modò laſciuia rerum, ſed ne verbis quidem nudis abſtinuiſſe. quæ nos refugimus, non quia ſeueriores (vnde enim?) ſed quia timidiores ſumus. Scimus alioqui huius opuſculi illam eſſe veriſsimam legem quam Catullus expreſsit,

Nam caſtum eſſe decet pium poëtam
Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tunc denique habent ſalem & leporem,
Si ſunt molliculi, & parum pudici.

Ego quanti faciam iudicium tuum, vel ex hoc potes æſtimare, quòd malui omnia à te penſitari, quàm electa laudari. Et ſanè quæ ſunt commodiſsima, deſinunt videri cùm paria eſſe cœperunt. Præterea ſapiens ſubtiliſque lector non debet diuerſis conferre diuerſa, ſed ſingula expendere: nec deterius id alio putare quod eſt in ſuo genere perfectum. Sed quid ego plura?

Viros) quorum plurimos Secundus libro quinto ad Ariſtonem, & Apuleius prima apologia commemorant. & Martialis in præfatione octaui, aſſerit epigrammata à ſeueriſſimis & supremę fortunę viris ita ſcripta, vt nimiam verborum licentiam affectaſſe videantur. *A laſciuia rerum*) laſciua materia. *Nudis*) turpibus, propriis, ſine circumlocutione, quę Latina vocat idem epigrammatarius, & laſciuam verborum licentiam interpretatur linguam epigrámatôn. *Refugimus*) vitamus. *Vnde enim*) qua ratione fieri poteſt vt ſimus grauiſſimis illis viris ſeueriores? *Alioqui*) inſuper. *Huius opuſculi*) hendecaſyllaborum. *Catullus expreſsit*) carmen ex libro primo Catulli ad Aurelium & Furium. Pædicabo ego vos & irrumabo Aureli pathice & cinæde Furi. Qui me ex verſiculis meis putaſtis, Quòd ſint molliculi, parum pudicum Nam caſtum, & quæ ſequuntur. in quam ſententiam multos ire totis pedibus cerno. nam Ouidius ſecundo de Triſtibus, inquit, Crede mihi diſtant mores à carmine noſtro: Vita verecunda eſt, muſa iocoſa mea eſt. Et diuus Adrianus Voconii poetæ tumulum hoc carmine incidendum iuſſit, Laſciuus verſu, mente pudicus erat. Et Martialis, Laſciua eſt nobis pagina, vita proba. Quem verſum Apuleius tanquam Secundi recognoſcit his verbis; Nec fortaſſe mores meos ſpectent de carmine. Laſciua eſt nobis pagina, vita proba, vt Plinius dicit. Meminerint quippe eruditi, probatiſſimo viro Plinio in poematis laſciuiam, in moribus conſtitiſſe cenſuram: ſciamus tamen veriſimilius eſſe Secundum hoc carmē mutuatum à Martiale: cuius ſcripta prius edita fuerant, quàm Secundi. *Verſiculos*) eſſe caſtos. *Salem*) vrbanitatem. *Leporem*) gratiam *Molliculi*) laſciui. idem Mart. ad Cornelium ſcribit. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, Nec poſſunt niſi pruriant iuuare *Omnia*) mea carmina tam bona quàm mali. *Electa*) digniora. ſicut alibi refert quoſdam ſolitos tantum electa recitare, vt placeant, non vt emendent [*Et*) præterea.] *Commodiſsima*) optima. *Videri*) eſſe optima. *Paria*) omnia optima, & ſimili figura deſcripta. quare liber diſtinguendus eſt & varietate rerum & ſtyli, ad quod reſpexiſſe videtur Martialis illo diſticho,

Sunt

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura. Quæ legis hic, aliter non fit Auite liber. *Diuerſa epigrammata*) diuerſam complexa materiam: nam alia materia ſtylum grandiorem, vel acutiorem, alia humiliorem, vel ſimpliciorem expetit. *Alio*) reſpectu alius epigrammatis melioris.

Nam longiore præfatione vel excuſare, vel commendare ineptias, ineptiſſimum eſt. Vnum illud prædicendum videtur, cogitare me has nugas meas ita inſcribere, Hendecaſyllabi, qui titulus ſola metri lege conſtringitur. Proinde ſiue epigrammata, ſiue idyllia, ſiue eclogas, ſiue (vt multi) poemata, ſeu quod aliud vocare malueris, licebit voces: ego tantùm Hendecaſyllabos præſto. A ſimplicitate tua peto, vt quod de libello meo dicturus es alijs, mihi dicas. neque eſt difficile, quod poſtulo. Nam ſi hoc opuſculum noſtrum aut potiſſimum eſſet, aut ſolum, fortaſſe poſſet durũ videri dicere, Quære quod agas. molle & humanum eſt. Habes quod agas. Vale.

Præfatione) prælocutione. *Ineptias*) luſus meos. *Titulus*) inſcriptio. *Conſtringitur*) colligitur. legitur etiam conſcribitur. *Edullia*) ſiue idyllia: nam commodè Græca dictio εἰδύλλια, vtroque verſus tranſferri ad nos poteſt: quæ lectio melior eſt quàm elegidia, quanquam id ſignificet paruas elegias: verùm Secundi carmen non erat elegum, & lugubre: ſed iocoſum hendecaſyllabum. εἰδύλλια autem parua poemata. Sic Catullus ſuum hexametrum, ſic prius Theocritus ſuas eclogas, proinde ſtatim ſubdit ſiue placet vocare *Eclogas*) inſtar Virgilianæ bucolicæ, tanquam delectum aliquod. *Poemata*) partes operis. *Præſto*) inſcribo. *Simplicitate*) ſynceritate. *Alijs*) cum quibus liberius loquimur de alieno opere: quàm cum autore. *Potiſſimum*) aliorum meorum optimum. *Solum*) quòd nullum aliud edidiſſem: nam plura iam publicauerat in facultate dicendi. *Fortaſſe*) ſume extrinſecus iure, vel merito. *Durum*) ruſticum, impolitum. nam cùm diffideret Secundus facere vnum aliquod opus excellens, pluribus ſe experiebatur: quare. viij. dicet, Cùm hoc, vel illud leges: ita ſingulis veniam, vt non ſingulis dabis. [*Dicere*) quod aliis es dicturus. an potius legas poſſe videri durum dicere.] *Quære*) vide. *Quod agas*) iocando monet quid iudicandum ſit. *Molle & humanum*) reſpexit ad genus carminis: quod laſciuum & vrbanum eſt. *Quod agas*) quomodo iudices.

C. PLINIVS FVNDANO SVO S.

Siquid omnino, hoc certè iudicio facio, quòd Aſinium Rufum ſingulariter amo. Eſt homo eximius, & bonorum amantiſſimus. Cur enim non me quoque inter bonos numerem?

Siquid) Fundano in proximum annum conſulatum ominatur. quare petit, vt ſuffragio & teſtimonio ſuo Aſinium Baſſum quæſtorem ſibi aſſumat. quem more ſuo in cæteris commendationibus obſeruato laudat à parentibus & animi bonis. *Facio*) adiunctio, color. *Eximius*) electus, egregius. *Me*) quia mei eſt amantiſſimus.

Idem Cornelium Tacitum (ſcis quem virum) arctà familiaritate complexus eſt. Proinde ſi vtrunque noſtrûm probas, de Ruſo quoque neceſſe eſt idem ſentias, cùm ſit ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vinculum, morum ſimilitudo. Sunt ei liberi plures. Nam in hoc quoque functus eſt optimi ciuis officio, quòd fœcunditate vxoris largè frui voluit eo ſeculo, quo plerìſque etiã ſingulos filios orbitatis præmia graues faciunt: quibus ille deſpectis, aui quoque nomen aſſumpſit. Eſt enim auus & quidem ex Saturio Firmo, quem diliges, vt ego, ſi vt ego propius inſpexeris. Hac eò pertinent, vt ſcias, quàm copioſam, quàm numeroſam domum vno beneficio ſis obligaturus: ad quod petendum, voto primùm, deinde bono quodam omine adducimur. Optamus enim tibi, ominamúrque in proximum annum Conſulatum. Ita nos virtutes tuæ & iudicia Principis augurari volunt. Concurrit autem, vt ſit eodem anno quæſtor maximus ex liberis Ruſi Aſinius Baſſus, iuuenis: neſcio an dicam, quod me pater & ſentire & dicere cupit, adoleſcẽtis

Quem grauiſſimum, eloquentiſſimum, denique omni virtute abſolutiſſimũ. *Idem*) quod nos, id eſt, optimè. *Similitudo morum*) Sententia à multis celebrata. nam traditur à M. Tullio in Lælio morum ſimilitudinem eſſe tenaciſſimum vinculum ad amicitiam. [& Officiorum primo, Nihil autem eſt amabilius nec copulatius quàm morum inquit ſimilitudo bonorum: in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates. in his fit, vt æquè quiſque altero delectetur, ac ſe ipſo: & mox, Eſtque ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit.] quam rem idem orator pluribus libello de amicitia complexus eſt, Nihil, inquit, quod ad ſe rem vllam tam alliciat, & tam attrahat, quàm ad amicitiam ſimilitudo. conceditur profectò eſſe verum, vt bonos boni diligant, aſciſcántque ſibi quaſi propinquitate coniunctos atq; natura. Philoſt. l. 6. ſimilia ſimiles amant. Apul. lib. de philoſophia, Æqualitas non aliter prouenit, niſi ſimilitudo in vtroque amico parilitate, charitatéque conueniat: pares enim paribus inſolubili nexu iunguntur. vnde Iſocrates ad Demonicum, bonorum amicitias nullum ſeculum poteſt abolere. tantam vim habet ſimilitudo morum, vt etiam peſſimi facilè conueniant: Nam Othonem, qui poſtea imperauit, docet Tranquillus apud Neronem inter amicos congruentia morum ſummum locum obtinuiſſe. & Cor. Nepos in epitomate rerum Romanarum, Feroces, inquit, ſimilitudo morum coniunxit: ſic ex moribus contrariis naſcitur odium, autore Philoſtrato in vita Æſchinis. *In hoc*) in hac re. *Frui largè fœcunditate, Vel de fœcunditate vxoris*) ſuſcipere multos filios. *Eo*) noſtro. *Quo plerìſque*) ordo eſt, quo præmia orbitatis faciunt graues etiam ſingulos filios [quòd ſi eximes de: Latinitas melius procedet] graues plerìſque. præmia ergô orbitatis, id eſt, munera quæ mittebantur orbis: adeo creuerat auaritia, vt patri vnicus filius videretur moleſtus, quia ſcilicet per eum priuabatur muneribus, quæ dabantur orbis à captatoribus: quod Iuuenalis notat, Tollere dulcem Cogitat hæredem caritorus turture magno, Mullorúmque iubis, & captatore macello. Legimus apud Tranquil. Tiberium Cæſarem Lepidam fœminam generoſiſſimam cõdemnaſſe in gratiam Quirini Conſularis prædiuitis, & orbi. Et Marcellinus ſcribit orbos, & cælibes à captatoribus cultos. Et. vi. Mar. hortatur patres ad vitam contra quorundam nimiam parſimoniam. Cecuba non ſolos vindemia nutriat orbos. Poſſunt &

pātres viuere crede mihi. Ar in panegyrico refert Secundus in cauſa fuiſſe ſæuitiã principum, ne ciues oblectarentur prole. [cùm verè ſecundum naturam orbitas ſit res miſera.] *Quibus*) præmiis. *Aſſumpſit nomen aui*) factus eſt auus ſuſcepto per filium nepote. *Ex Saturio Firmo*) opera Saturij Firmi filii ſui. *Propius*) penitius, familiarius. *Inſpexeris*) cognoueris à præcedenti tractum. *Ominamur*) nam omen plerunque fit cauſa victoriæ: ſicut Locrenſibus petentibus auxilium à Lacedæmoniis aduerſum Crotoniatas. *Principis*) Traiani, qui dignis honores & dignitates diſtribuere ſolet. *Concurrit*) accedit.

verecundia vetat, ipſo patre melior. Difficile eſt, vt mihi de abſente credas, quanquam credere ſoles omnia. tantùm in illo induſtriæ probitatis, eruditionis, ingenij, ſtudij, memoriæ denique eſſe, quantum expertus inuenies. Vellē tam ferax ſeculum bonis artibus haberemus, vt aliquos Baſſo præferre deberes. Tum ego te primus hortarer, monerémque, circunferres oculos, ac diu penſitares, quem potiſſimum eligeres. Nunc verò, ſed nihil volo de amico meo arrogantius dicere. hoc ſolum dico, Dignum eſſe iuuenem, quem more maiorum in filij locum aſſumas. Debent autem ſapientes viri, vt tu, tales à rep. liberos accipere, quales à natura ſolemus optare. Decorus erit tibi conſuli quæſtor patre prætorio: propinquis conſularibus: quibus iudicio ipſorum, quanquam adoleſcentulus adhuc, iam tamen inuicem ornamento eſt. Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio: & ante omnia, ſi feſtinare videor, ignoſce: primùm quia votis ſuis amor plerunque præcurrit: deinde quòd in ea ciuitate, in qua omnia quaſi ab occupantibus aguntur, quæ legitimum tempus expectant, non matura ſed ſera ſunt: in ſumma, quòd rerum, quas aſſequi cupias, præſumptio ipſa iucunda eſt. Revereatur iam te Baſſus vt conſulem: Tu dilige illum, vt quæſtorem. Nos denique vtriuſque veſtrum amantiſſimi, duplici lætitia perfruamur. Etenim cum ſic te, ſic Baſſum diligamus, vt & illum cu-

[*Verecundia*) optimæ indolis ſpecimen in adoleſcente verecundia eſt, autore Seneca.] *Abſente*) Baſſo, tibi incognito. *Ferax ſeculum bonis artibus*) copiam bonorum, qui præſtarent circa bonas artes. [Sic M. Tul. de Imperatore deligendo, Vtinam tam ferax eſſet ætas noſtra, ac rot eſſent Pompeio conferendi, vt elaborandum eſſet in aliquo deligendo] *Nunc verò*) diminutio, exornatio. *More maiorum*) qui dignos adoptabant. nam à filio P. Scipionis Aphricanum minorem ad optatum fuiſſe legimus. *Vt tu*) ſapiens debes. *Liberos*) quæſtores, qui ſunt conſulibus vice liberorum. Cicer. in Verrem, Sic enim à maioribus noſtris accepimus, prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque iuſtiorem, neq; grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionem ſortis, quàm officij, quàm publicam muneris ſocietatem, neque ferè venit in contentionem de accuſando qui quæſtor fuiſſet, quin repudiaretur.] *Decorum*) legitur etiam decorus, id eſt, ornamento. *Patre prætorio*) genitus. *Quibus*) propinquis. *Inuicē*) ſicut illi cõſulares ſunt ei ornamento, ſic ipſe illis. *Feſtinare*) ante tempus petere. *Præcurrit*) præoccupat tempus. *Votis*) deſiderio. *Occupantibus*) præuenientibus. *Quæ legitimum*) ſi expectaſſet Secundus, quòd conſul creatus fuiſſet Fundanius, quòd erat tempus legi-

timum petendi quæſturam, in periculo erat, ne iam præoccupanti dediſſet. *Quòd*) quia. *Præſumptio*) diuinatio, votum *Illum*) Baſſum.

Cuiuſcunque) conſulis.

Quæcunque) quicunque eſſet, ſiue Baſſus, ſiue alius.

Adiuturi) reſpectu tui. idem erit ſi legas iuuaturi.

Si ratio tui cõſulatus) quia conſul futurus es, & potes ipſum eligere quęſtorem.

Meæ) erga te.

Studium noſtrum) fauorem, quem nos enixè poſtulamus.

Eundem) Baſſum.

Suffragio) auxilio.

iuſcunque, & tuum quemcunque quæſtorem in petendis honoribus omni ope, omni labore, gratia ſimus iuuaturi, perquàm iucundum nobis erit ſi in eundem iuuenem ſtudium noſtrum & amicitiæ meæ & conſulatus tui ratio contulerit: ſi denique precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius ſenatus & ſuffragio libentiſſimè indulgeat, & teſtimonio plurimum credat. Vale.

C. PLIN. VALERIO PAVLINO SVO S.

GAude meo, gaude tuo, gaude etiam publico nomine. Adhuc honor ſtudijs durat. Proximè cùm dicturus apud Centumuiros eſſem, adeundi mihi locus, niſi à tribunali, niſi per ipſos iudices, non fuit: tanta ſtipatione cætera tenebantur. Adhoc quidam ornatus adoleſcens, ſciſſis tunicis, vt in frequentia ſolet, ſola velatus toga perſtitit, & quidem horis ſeptem. Nam tamdiu dixi, magno cum labore, ſed maiore cum fructu. Studeamus ergo, nec deſidia noſtra prætendamus alienam. Sunt qui audiant, ſunt qui legant, nos modò dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus.

GAude) Hortatur Valerium Paulinum ad ſtudium, cùm ſit adhuc literis honor. nam quum eſſet acturus, tanta auditorum corona tribunal circundatum erat, vt per ipſos iudices vix acceſſerit, & auditus ſit maximo aſſenſu. *Gaude*) legitur etiá gaudeo. [*Tuo*) qui doctus es. & foues ſtudia: quæ cùm honorantur, illorum gloriæ aliqua portio venit ad nos.] *Nomine*) cauſa. *Studijs*) eloquentiæ. *Proximè*) nuperrimè. *Dicturus*) cauſam acturus. *Non fuit*) non patuit. *Adeundi*) ad dicendum. *Tribunali*) iudicum ſede. *Stipatione*) frequentia auditorum, denſa corona. *Ad hoc*) inſuper. [*Ornatus*) egregius, laudatus.] *Adoleſcens*) qui præſens actioni meæ fuerat, quamuis ſciſſis tunicis, & ſola velatus tunica, tamen aſtitit vij. horis, vt me audiret. *Tunicis*) Romani primò ſine tunicis ſola toga amicti fuerunt. deinde ſubſtrictas & breues tunicas citra humerum deſinentes habebant ſine manicis. quod genus Græci ἐξωμίδας appellabant. quare P. Africanus P. Sulpitio Gallo obiectauit, quòd vteretur tunicis manus totas operientibus. & apud Vir. Itali exprobrant Troianis manicatas tunicas: Marcellus ex autoritate Titinij tunicam dixit eſſe veſtimentum ſine manicis. vbi manicatas tunicas teſtimonio multorum notat. Apul. ij. floridorum tenuiſſimo textu tunicam interulam refert. & Mar. in diſtichis magno fuiſſe precio. Det tunicam diues. Muliebrem & virilem fuiſſe veſtem Var-

ro in libris analogiæ declarat. Tunicam moleſtam Mart. lib. x. accipit pro ignito thorace. antiqui inſuper tunicam nominarunt velamẽtum illud neruoſum quod ſuperinducitur vlceribus ſubiectoriam vetuſtiore pure. *Frequentia*) multitudine virorum. *Fructu*) victoria de aduerſariis. *Prætendamus*) excuſemus. *Alienam*) quòd non ſint auditores & laudatores. *Legant*) ſcripta. *Auribus*) auditu. *Chartis*) memoria. *Elaboremus*) excudamus.

C. PLINIVS GALLO SVO S.

ET admones, & rogas vt ſuſcipiam abſentis Corelliæ cauſam contra C. Cæcilium, conſulem deſignatũ. Quòd admones, gratias ago: quòd rogas, queror, admoneri enim debeo, vt ſciam: rogari non debeo vt faciam: quod mihi non facere turpiſſimum eſt. An ego tueri Corelli filiã dubitem? Eſt quidem mihi cum iſto, contra quem me aduocas, non planè familiaritas, ſed tamen amicitia. Accedit huc dignitas hominis, atque hic ipſe cui deſtinatus eſt honor. Cuius nobis hoc maior agenda reuerentia eſt, quòd iam illo functi ſumus. Naturale eſt enim vt ea quæ quis adeptus eſt, ipſa quàm ampliſſima exiſtimari velit. Sed mihi cogitanti adfuturum me Corelli filiæ, omnia iſta frigida & inania videntur. Obuerſatur oculis ille vir, quo neminem ætas noſtra grauiorẽ, ſanctiorẽ,

ET admones) Admonente Gallo pollicetur omnem ſuam operam Coreliæ Corelli filiæ aduerſum C. Cæciliũ, à qua defenſione quum deterreri poſſet, & quia erat Secundo amicus, & cõſul deſignatus, tamen quũ recordabatur patris Corelli, cui plurimum debebat, ſperat nullam reprehenſionem, ſed laudem etiam ab ipſo Cæcilio conſecuturum. Quidam codices Antonino, non Gallo ſcriptam epiſtolam ſignificant. *Coreliæ*) filiæ Corelli Rufi, & ſororis Coreliæ à Secundo ſumma reuerentia dilectæ, quæ Fuſcũ Minutiũ maritũ habuit. *C. Cæciliũ*) multos Cæcilios per illa tempora fuiſſe lego, vt Cæcil. Secũd. de quo Martialis, Dum mea Cæcilio formatur imago Secundo. Cæcilium Simplicem creatum conſulem à Vitellio. Cæcilium Celerem, cuius ſuprà Secundus mentionem fecit. nam Cæcilium Claſſicum hîc intellexiſſe omnino negauerim. Cæcilium Rufinum ſenatu mouit Domitianus cenſor, quòd ſaltaſſet. Cæcilio Proculo reſcripſiſſe diuum Pium teſtatur Vlpianus. Cæcilij rhetoris meminit Athenæus, & plurimi adhuc extant in monumentis Inſubrium. *Deſignatum*) decretum, conſtitutum in ſequentem annum.. nam deſignare eſt rem nouam facere, & in bonum & in malum accipi ſolet: quare dixit Apuleius, Contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid. & Terentius, Modò quid deſignauit, id eſt cum ignominia fecit. Qui ludis funebribus præerant deſignatores dicebantur. in quem ſenſum leges apud Hor. in epiſt. & Sen. vi. de beneficiis. *Non facere*) ſi non facerem. *Iſto*) C. Cæcilio. *Me aduocas*) aduocationem meam pro Corelia petis. aduocamur enim daturi patrocinium Agreſtio tradente. Familiaritas plus eſt quam amicitia. *Huc*) ad eius amicitiam. *Dignitas*) quia ſenator. *Ad hoc ipſe*) non diſplicet atque hic ipſe. *Honor*) conſulatus. *Hoc*) ob hanc cauſam. *Functi ſumus*) geſſi conſulatum. fuit enim cum Tertullo Conſul. *Ea*) eos honores & magiſtratus. *Exiſtimari*) credi eſſe. *Adfuturum*) cauſam ſuſcepturum. *Caroli*). Rufi. cuius interitum lib. I. epiſtol. ii. iij.

deplorauit. *Frigida*) ineffieaeia, imbeeillia. nam frigus orationis dicimus eùm inutilis eſt oratio. & frigidum ac inane dicendi genus Fabius. x. carpit. Donatus frigidum non adhærens interpretatur, tranſlatum afferens à pieatione vaſorum, quæ frigidam picem non tenent. frigidũ pletunque nocens. *Obuerſatur*) frequenter oceurrit.

ſubtiliorem denique tulit : quem ego cùm ex admiratione diligere cœpiſſem, quod euenire contrà ſolet, magis admiratus ſum, poſtquam penitus inſpexi. (Inſpexi enim penitus) Nihil à me ille ſecretum, non ioculare, non ſeriu, non triſte, non lætum. Adoleſcentulus eram, etiam mihi ab illo honor, atque etiam, (audebo dicere) reuerentia, vt æquali habebatur. Ille meus in petendis honoribus ſuffragator, & teſtis: ille in inchoandis deductor & comes: ille in gerendis conſiliator & rector: ille denique in omnibus officiis noſtris, quanquam & imbecillus & ſenior, quaſi iuuenis & validus conſpiciebatur. Quantum ille famæ meæ domi, in publico, quantum etiam apud principem adſtruxit?. Nam cùm fortè de bonis iuuenibus apud Neruam imperatorem ſermo incidiſſet, & plerique me laudibus ferrent: pauliſper ſe intra ſilentium tenuit, quod illi plurimum autoritatis addebat: deinde grauitate quam noras, Neceſſe eſt (inquit) parcius laudem Secundum, quia nihil niſi ex conſilio meo facit. Qua voce tribuit mihi, quantum petere voto immodicum erat, nihil me facere non ſapientiſſimè, cùm omnia ex conſilio ſapientiſſimi viri facerem. Quinetiam moriens filiæ ſuæ (vt ipſa ſolet prædicare) multos quidem amicos tibi in longiore vita paraui, præcipuos ta-

Subtiliorem) aeutiorem. Fuit enim prudentiſſimus iuriſeonſultus, & ætatis ſuæ ſapientiſſimus. Sie de Ariſtone Iuriſc. loeutus eſt ſuprà, Quid illo grauius? ſanctius? doctius? *Sanctiorem*) meliorem probitate morum. *Contra*) vt familiaritas multum reuerentiæ detrahat. *Admiratus*) veneratus. *Inſpexi*) cognoui. *Ille*) habuit. *Ioculare*) iocoſum. ioci cauſa dictum factúmve. Tranquil. in Nerone. Paulatim verò inualeſcentibus vitiis iocularia & latebras omiſit. & poſt iocularia in defectionis duces carmina laſciuéque modulata ſuper abundantiſſimam cœnam geſticulatus eſt. *Serium*) graue ſine triſtitia. *Contentio*) color. *Vt æquali*) tanquam ſi fuiſſem illi æqualis & tempore & autoritate. *Suffragator & teſtis*) ſic prius dixerat, ſuffragio & teſtimonio. *Deductor*) in comitium. *Conſiliator*) cuius fœmininum cõſiliatrix protulit Apuleius is autem eſt qui ratione altè petita plura perpendens & comparãs habet inuentionem & iudieationẽ in ſe ſecundum mores. *Rector*) conqueſtus eſt in obitu eius amiſiſſe rectorem & magiſtrum vitæ ſuæ. *Imbecillis*) valetudine lõga podagræ. *Senior*) nã lxvij. annum expleuit. *Domi*) inter domeſticos. *Adſtruxit*) addidit. *Iuuenibus*) per tranſitum monſtrat ſe fuiſſe iuuenem imperante Nerua. *Intra ſilentium tenuit*) cõticuit, vt ſententiæ ſuæ maiorem autoritatem adderet. *Quam*) ſummam. *Secundum*) C. Plinium. [*Parcius*] ne me laudare videar.] *Voce*) dicto. *Quantum*) laudis. *Immodicum*) nimium. *Nihil non*) omnia. *Moriens*) dixit *Filiæ*) Coreliæ. *Prædicare*) publicè narrare dixiſſe iſta patrem ſuum.

men Secundum,& Cornutum. Quod dum recordor, intellıgo mihi laborandum ne qua parte videar hanc de me fiduciam prouidentiſſimi viri deſtituiſſe. Quare ego verò Corelliæ adero promptiſſimè, nec ſubire offenſas recuſabo: quanquam non ſolùm veniam me, verumetiam laudem apud iſtum ipſum, à quo, vt ais, noua lis fortaſſe vt fœminæ intenditur, arbitror conſecuturũ, ſi hæc eadem in actione latius ſcilicet, & vberius, quàm epiſtolarum anguſtiæ ſinunt, contigerit mihi vel in excuſationem, vel etiam in commendationem meam dıcere. Vale.

Cornutum) Tertullum, de quo ın præcedentibus copioſe. *De me*) quam de me Corelıus habuit. *Offenſas*) inimicitıas. *Iſtum ipſum*) C. Cæcilıum. *Noua*) inſolıta. *Intenditur*) mouetur, ınfertur. *Vt fœmina*) quæ ſe neſciat defendere: vel quia quibuſdam priuılegııs muniuntur fœminæ. *Epiſtolarum anguſtiæ*) non enim dıffundı tantum epıſtola debet quantum oratıo. *Commendationem*) quòd defendam tãti viri filiam. [& amico defuncto aliquam gratiam referam. nam ſecundum M. Tullıum vtendum eſt excuſatione aduerſus eos, quos inuitos offendas quacumque poſſis. quare id quod feceris neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris. In alıquıbus exẽplaribus peruetuſtıs eſt loco *contigerit mihi dicere, dixero.*]

C. PLINIVS ANTONINO SVO S.

Qvemadmodum magis approbare tibi poſſum quantopere miror Epigrammata tua Græca, quàm quod quædam æmulari Latinè, & exprımere tentaui? In deterius tamen accidit hoc prımum imbecillitate ingenij mei, deinde inopia: ac potius, vt Lucretius ait, egeſtate patrÿ ſermonis. Quòd ſi hæc, & quæ ſunt Latina, & mea habere tibi aliquid venuſtatis videbuntur, quantum putas ineſſe eis gratiæ, quæ & à te, & Græcè proferuntur? Vale.

Qvemadmodum) Antonini epigrãmata Græca laudat, quæ cùm Latinè Secundus conatus eſſet exprimere, multum ab illis decidit. *Latine æmulari*) traducere in linguam noſtram. *In deterius*) multum deſcei ab archetypo. nam longè tua meliora quàm mea. accidit autem hoc plerunque vt imitator minor ſit imitato. *Egeſtate*) maius eſt quã inopia: nam hęc impotentiã, illa neceſſarıorũ penuriã ſignificat. Inops .n. qui ſine ope, egens verò quaſi exigens, cuı ne gens quidem ſit reliqua. (vt Lucretius ait) lıb. 1. de rerũ natura, vbi de anima agit, inquit. Nec me anımı fallıt, Graiorum obſcura reperta Difficile illuſtrare Latinis verſibus eſſe. Multa nouis verbis præſertim cum ſit agendum Propter egeſtatem linguæ & rerum nouitatem. ac eodem lib vbi de ὁμοιομερείᾳ agit. Quam Græci memorant nec noſtra dicere lingua Concedit nobis patrii ſermonis egeſtas. & Seneca ſtatim lıb. viij. epiſtolarũ. Quanta inquit nobis verborum paupertas immo egeſtas ſit nunquam magis quàm hodierno dıe intellexı. mille res inciderunt cum forte de Platone loqueremur, quæ nomina deſiderarent nec haberent. T. Lucretius autem præcepta ſapientiæ verſibus complexus & amatorio poculo in furorem verſus,

cùm aliquot libros, quos poſtea Cicero emendauit, per interualla inſaniæ conſcripſiſſet, propria ſe manu confecit, anno ætatis. xliij). Cn. Pompeio & M. Licinio Craſſo coſſ. qua die Virg. poeta ſumpſit virilem togam. Eius lectionem probat Quintilianus, ſed non vt corpus eloquentiæ faciat. Vitruuius vim verborum laudat. *Patrij ſermonis*) Latinæ linguæ: Græcis enim longe maior verborum copia ac licentia, præſertim poetis: quibus licet & noua fingere: & breuibus pro longis, ac contrà vti. nam Latini magis ſeueri. quod notat hendecaſyllabo Martia. Dicunt Earinon tamen poetæ, ſed Græci quibus eſt nihil negatum. Et quos ἆρες ἆρες decet ſonare, Nobis non licet eſſe tam diſertis, Qui muſas colimus ſeueriores. *Hæc*) carmina. *Venuſtatis*) gratiæ, leporis. à Venere deductum verbum. *Proferuntur mihi*) mittunrur ad me. Igitur & ſine *mihi*). *A te*) viro doctiſſimo. *Græce*) propriè.

C. PLINIVS HISPVLLAE SVAE S.

CVm ſis pietatis exemplum, fratrémque optimum & amantiſſimum tui pari charitate dilexeris, filiámque eius vt tuam diligas, nec tantùm amitæ eius verum etiam patris amiſſi affectum repræſentes, non dubito maximo tibi gaudio fore, cùm cognoueris dignam patre, dignam te, dignam auo euadere. Summum eſt acumen, ſumma frugalitas: amat me, quod caſtitatis indicium eſt. Accedit his ſtudium literarũ, quod ex mei charitate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediſcit etiam. Qua illa ſollicitudine cum videor acturus, quanto cum egi gaudio afficitur? Diſponit qui nuncient ſibi, quem aſſenſum, quos clamores excitarim, quem euentum iudicij tulerim. Eadem ſiquando recito, in proximo diſcreta velo ſedet, laudéſque noſtras auidiſſimis auribus excipit. Verſus quidem meos cantat, formátque cithara, non artifice aliquo docente, ſed amore, qni magiſter eſt optimus. His ex cauſis in ſpem certiſſimam adducor, perpetuam nobis maiorémque in dies futuram eſſe concordiam. Non enim ætatem

CVm ſis) Gratulatur ſibi & Hiſpullæ, quòd vxor Calphurnia ſe dignam maioribus ſuis oſtenderet: nam & lætabatur Secundi laudibus. nec corpus ſed gloriam illius exoſculabatur. *Pietatis*) pietas eſt per quam ſanguine coniunctis, & patriæ & beniuolis, cultus officium diligens tribuitur: pars ſanè iuſtitiæ proxima æquitati. *Charitate*) amore alibi etiam pro penuria cuiuſcunque rei. *Filiam*) Calphurniam vxorem meam. *Affectum*) amorem. latini imitatione Græcorum affici dicunt moueri aliqua paſſione, ſiue bona ſiue mala. [ſũt qui legant effectum, id rſt officium.] *Auo*) Fabato. *Acumê*) ingenij perſpicacitas. *Frugalitas*) temperantia ciborum. *Concepit ſtudium*) facta eſt ſtudioſa, quia me ſequitur. *Habet*) amat, tenet. *Qua*) maxima. *Acturus*) cauſam dicturus. *Diſponit*) collocat per interualla, vel mittit auditorrs. *Aſſenſum*) fauorem. *Clamores*) applauſus. *Euentum*) fortunam, quæ plurimum in iudiciis dominatur. *Diſcreta*) ſecluſa ab aliis auditoribus. Adde quod Sidonius viij ſcribit, Calphurniamlegrnti Plinio & meditanti candelas & candelabra tenuiſſe. *Excipit*) audit, attendit *Formatque cithara*) ad ſonum citharæ cantat,] & concordat.

cordat. Statius, Diſcendum muſis ſonat, & mea carmina flectit. Eſt alia lectio format ad citharam, id eſt concordat cum cithara. *Artifice*) magiſtro muſico. *Magiſter eſt optimus*) longè enim amor valentior ad obtinendum quòd velis quàm timor. nam timor abit ſi recedas, manet amor ac ſicut ille in odium, hic in reuerentiam vertitur.

meam aut corpus quæ paulatim occidunt ac ſeneſcunt, ſed gloriam diligit. Nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis præceptis inſtitutam: quæ nihil in contubernio tuo viderit, niſi ſanctum honeſtúmque: quæ denique amare me ex tua prædicatione conſueuerit. Nãquum matrem meam parentis loco venerêre, méque à pueritia ſtatim formare, laudare, talémque qualis nunc vxori meæ videor, ominari ſolebas. Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego, quòd illam mihi: illa, quòd me ſibi dederis, quaſi inuicem elegeris. Vale.

Corpus) quod tantum amplectuntur ſcorta & libidinoſæ mulieres. *Occidunt*) minuuntur. hinc Ouidius in Faſtis, Tempora labuntur, tacitíſque ſeneſcimus annis: Et fugiunt freno non remoráte dies. *Tuis*) ſanctiſſimis. *Contubernio*) conuictu, familiaritate. *Prædicatione tua*) cõmendatione & laude tua de me. *Parentis*) matris tuę (ſunt qui legant, parentis loco venerere.) *A pueritia*) dum puer eſſem. *Formare*) inſtituere. *Ego*) ago gratias. *Illam*) Calphurniã vxorem. *Elegeris*) nos, egregium par.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

QVid ſenſerim de ſingulis libris tuis, notũ tibi, vt quemque perlegeram feci. Accipe nunc, quid de vniuerſis generaliter iudicẽ. Eſt opus pulchrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, purum, figuratũ, ſpatioſum etiam, & cum magna tua laude diffuſum. In quo tu ingenij ſimul, doloríſque velis latiſſimè vectus es, & horum vtrunque inuicem adiumento fuit. Nam dolori ſublimitatẽ & magnificentiam, ingenio vim & amaritudinem dolor addidit. Vale.

QVid ſenſerim) In genere indicat quid ſentiat de libris Nonij Max. in quibus ingenium, ſublimitatem, elegantiam, varietatem, ac pulchritudinem probat. De Max. alibi plura recitauimus. Nonium à Seuero interfectum refert Spartianus. hic autem Nonius Max. ſiue Nauius. (vtraque enim ſcriptura circũfertur) ſcripſit libros in Blateram Secundo lib. viij traditę. *Generaliter*) ſummatim & vniuerſaliter. cuius contrarium ſpecialiter, pro quo ſpeciatim. M. Tullius, Spartianus, Ouidius, Lampridius certatim vſurpant: nam & Columella pro generaliter prius generatim dixerat, quod interdum per ſingula genera accipi ſolet. *Validum*) neruoſum, robuſtum, non flaccidum. *Acre*) vehemens. *Sublime*) grande, elatum, in figura graui. *Varium*) diuerſa complexum. [an quod ſecundum res ſcinerit figuram variari.] *Elegans*) latinum, & remotum ab omni vitio. Elegantia eſt quæ facit, vt vnumquodque verbum purè & aptè dici videatur. elegans tamen vocabulum apud

antiquos in vitio fuit, ex teſtimonio M. Catonis, referente Gellio: illo enim ſignificari hominem, qui nimis læto amœnóque cultu ac victu eſſet, & concertantis ac faſtidioſi iudicij: nam & Terentius in Eunucho, Chæream dixit, elegantem formarum ſpectatorem, cui non facilè quæuis mulier quamuis formóſa placeret: poſtea inter laudem & vituperationem vſu venit elegans, demum totum in laudem receptum eſt. *Purum*) apertum, dilucidum, explanatum: quod duobus comparatur, verbis vſitatis & propriis. *Figuratum*) figuris opportunè illuſtratum & variatum. *Spatioſum etiam & diffuſum*) copioſum, alterum longitudinem, alterum latitudinem reſpicit. *Velis*) inſtrumentis, adminiculis. metaphora à nauibus. *Vtrumque*) ingenium & dolor. *Inuicem*) ſibi mutuo. *Magnificentiam*) quæ rerum magnarum & excelſarum eſt, cùm animi ampla quadam & ſplendida propoſitione cogitatio atque adminiſtratio. [*Vt ſcilicet parta reddat*) nam cùm ſcripſit ingenium addidiſſe dolori ſublimitatem, & magnificentiam, ſubdit dolorem addidiſſe vim & amaritudinem ingenio.] *Vim*) potentiam, celerem impetum.

C. Plinivs Velio Cereali Svo S.

TRiſtem & acerbum caſum Heluidiarum ſororum. vtraque à partu, vtraque filiam enixa deceſſit. Afficior dolore, nec tamen ſupra modum doleo, ita mihi luctuoſum videtur, quòd puellas honeſtiſſimas in flore primo fœcunditas abſtulit. Angor infantium ſorte, quæ ſunt parentibus ſtatim, & dum naſcuntur, orbatæ. Angor optimorum maritorum, angor etiam meo nomine. Nam patrem illarum defunctum quoque perſeuerantiſſimè diligo, vt actione mea, libriſque teſtatum eſt. Cui nunc vnus ex tribus liberis ſupereſt, domúmq; pluribus adminiculis paulo ante fundatam deſolatus fulcit, ac ſuſtinet. Magno tamen fomento dolor meus acquieſcet, ſi hunc ſaltem fortem & incolumem, parémque illi patri, illi auo fortuna ſeruauerit. Cuius ego pro ſalute, pro moribus, hoc ſum magis anxius, quòd vnicus factus eſt Noſti in amore mollitiam animi mei, noſti metus. Quo minus te mirari oportebit, quòd plurimū timeam, de quo plurimum ſpero. Vale.

Triſtem) Deflet apud Veliū Cerealem interitum Heluidiarum ſororum, quæ à partu mortuæ fuerant. Primùm dolet mortis genere, deinde conqueritur prolem Heluidij quem ſummè dilexerat, in dies minorem fieri. *Triſtem & acerbum*) ô ſubaudiendum, dolentis aduerbium. *Acerbum*) ante tempus immaturum. *Caſum*) malum euentum. *Heluidiarum ſororum*) filiarum non Heluidij Priſci à Veſpaſiano occiſi, ſed Heluidii filii à Domitiano interfecti, qui tres liberos ſuperſtites reliquit, duas puellas & puerum Heluidium. *A partu*) partus cauſa. vel poſt partum, interdum præpoſitio à ſignificat cauſam. vt apud Iuuenalem, Iram atque animos à crimine ſumunt. Aliquando poſt. Tranquillus, Auguſtus à cœna in lecticulam lucubratoriam ſe recipiebat. [Plinius cap. de ceruis. A conceptu ſeparant ſe. & mox, A partu duas habent herbas. & ibidem, Ab eo tempore ſimilia reuiuiſcunt. Item cap. de mulis, Fœminas à partu optime ſeptimo die impleri.] *Enixa*) ad partum refertur. Virgilius. Triginta capitum fœtus e-

nitæ. *Supra modum*) nam reſpectu cauſarum quæ maximæ ſunt mediocriter doleo. *Fœcunditas*) properus partus. *Honeſtiſſimas*) nobiliſſimas. *Flore primo*) adoleſcētia. *Infantium*) filiarum vtriuſque. *Nomine*) cauſa. *Maritorum*) cauſa. *Patrem*) Heluidium filium. nam cum Priſco propter ætatem diuerſam nulla potuit cum Secundo fuiſſe amicitia. *Actione mea*) aduerſum Publicium Certum: quod latius declaratur lib. ix ad Quadratum. *Libris*) editis ad imitationem Demoſthenis contra Midiam. *Ex tribus liberis*) liberorum appellatione etiam fœminæ intelliguntur: vnde ex tribus liberis, id eſt ex duabus fœminis & mare Pliniana lectio interpretanda. & alibi iam dixerat tres liberos pro duobus maribus & fœmina. *Adminiculis*) adiumentis, auxiliis, appendicibus, affinitatibus. *Deſolatus*) ſolus relictus. *Fomento*) remedio. *Hunc*) liberorum reliquum & ſuperſtitem. *Illi*) optimo. *Patri*) Heluidio occiſo à Domitiano. quòd quaſi ſcenico exodio ſub perſona Paridis & Oenones diuortium imperatoris cum vxore tractaſſet. *Auo*) Heluidio Priſco omni virtute prædito, ſed præſertim libertate dicendi. *Pro moribus*) vt bonis imbuatur: nam ſunt & mali. Mos inſuper Varro inquit, eſt iudicium animi, quem ſequi debeat conſuetudo. Iulius Feſtus de verborum ſignificationibus morem teſtatur eſſe inſtitutum patrium pertinens ad religiones cerimoniáſque maiorum. At Horatius, Columel. Mart. morem pro modo poſuere. *Vnicus*) ſolus in domo Heluidiorum. *Moleſtiam*) paſſionem.

C. PLINIVS SEMPRONIO RVFO SVO S.

INterfui principis optimi cognitioni in conſilium aſſumptus. Gymnicus agon apud Viennenſes ex cuiuſdam teſtamento celebraba-

I*nterfui*) apud Viēnēſes cū celebraretur certamē gymnicū: quod Trebonius tollendum curabat, aduocatus eſt in conſilium Secundus ab Imperatore Traiano cum multis. Mauricus ſententiam rogatus cenſuit omnino tollendum: addens, vtinam Romæ quoque remoueri poſſet: inde tranſgrediens non importunè ad Imp. Neruam fortitudinem Maurici multum laudat. *Cognitioni*) diſcuſſioni, examinationi. *Optimi*) Traiani cognomēto optimi. *In conſilium*) aſſumptus, accitus, vt & ipſe ſuper hoc conſulerem. *Agon gymnicus*) certamen, quo nudi exercebantur, & maximos labores perpetiebantur. prima olympiade agon gymnicus actus, in quo Chorebus Helienſis victor extitit: deinde complures per Græciam celebrari, quorum Greca epigrammata ſæpe meminerunt. conſtituti autem in honorem mortuorum ad imitationem Mauſoli: cui Artemiſia conſtructo monumento Mauſoleo & diis manibus dicato, agona laudibus eius dicundis fecit, propoſuitque præmia pecuniæ, aliarúmque rerum bonarum ampliſſima. Græcos, Itali, & multæ prouinciæ poſtea ſecutæ ſunt. ἀγὼν græca dictio, qua vtuntur Latini, & certamen ſignificat, & γυμνικὸς nudus: deducitur ἀπὸ τῶ συνάγεσθαι, vel παρὰ τὸ ἀγωνιᾶν, quòd ferat multam moleſtiā, & mœrorē. quinque ſignificat, locum, multitudinem ſpectatorum, congregationem cuiuſque rei, certamen, templum. In commentariis Iliadis inueniſſe refert Hammonius eſſe locum rotundum ſine angulis: nam Homerus & Thucydides agona intelligi etiam volunt pro gymnaſio. Agon præterea ſacrorum verbum quo ſacerdos percuſſurus victimam vtebatur. Aſinius Pollio apud Senecam, Filius inquit ceruicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem, & dicat, Agon? quod fieri ſolet victimis, id eſt ago ne? hinc agonales dies credit Varro denominatos, per quos rex in regia arietem immolat, eo quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur. *Viennenſes*) Vienna Allobrogum metropolis, iuxta Rhoda-

num ſita ciuitas mediterranea, olim vicus, poſtea in ciuitatis formam redacta, à clariſſimis Allobrogum habitata, facta eſt colonia, & vetuſtate & dignitate clara. Vitellij principatu ob iram Lugdunenſium fere euerſa. Stephanus ab vrbe in Creta eiuſdem denominationis appellatā Viennam refert: ſiccitate olim vniuerſam inſulam occupante, in aliena loca incolæ coloniam deduxerunt accepto oraculo, vt habitarent vbi vidiſſent locum paludoſum. Delati igitur ad Rhodanum Galliæ fluuium paludibus ſtagnantem, ciuitatem Viennam condidere. vel ita cognominatam ab vna cum eis virgine Vienna nomine, quæ choream ducens hiatu terræ abſorpta fuit. Aduertant lectores mendoſè ſcribi apud Stephanum Viennam eſſe ciuitatem Galilææ iuxta fluuium Rhodam. cum pro ἐπὶ τὸν ῥόδον ποταμὸν τῆς γαλιλαίας, legendū ſit, ἐπὶ τὸν ῥόδανον ποταμὸν τῆς γαλατίας. Laudatur à Valerio Mar. tanquam ſtudioſa ſuorum librorum. Fertur habere meos, ſi vera eſt fama, libellos, Inter delicias pulchra Vienna ſuas.

tur. Hunc Trebonius Rufinus, vir egregius, nobíſque amicus, in duumviratu ſuo tollendum, abolendúmque curauit. Negauit ex autoritate publica feciſſe. Egit ipſe cauſam non minus feliciter quàm diſertè. Commendabat actionē, quòd tanquam homo Romanus & bonus ciuis in negocio ſuo maturè & grauiter loquebatur. Quū ſententiæ rogarentur, dixit Iunius Mauricus (quo viro nihil firmius, nihil verius) non eſſe reſtituendum Viennenſibus agona: adiecit, Vellem etiam Romæ tolli poſſet: Conſtanter, inquis, & fortiter. Quídni? Sed hoc Maurico nouum non eſt. Idem apud Neruam Imperatorem non minus fortiter. Cœnabat Nerua

Trebonius Rufinus) occurrunt nobis plures Rufini per illa tempora. Fabius Rufinus vir egregius: Cæcilius Rufinus tradente Dione: Iunius Rufinus, quem Vlpianus meminit præfectum vigilum ſub Seuero & Antonino, & Calliſtratus Proconſulem Macedoniæ ſub Adriano. fuit & Apuleius Rufinus. Licinium Rufinum reſcripſiſſe Iulio Paulo Iuriſconſultus Paulus recitat. *Duumuiratu*) in oppidis, quibus datum ius Latii, fuit magiſtratus duumuiratus dictus, quòd ſcilicet duo tantum eſſent in eo officio. Spartianus in Adriano, Per latina oppida Dictator, & ædilis, & duumuir fuit. Paulus titulo de actionibus, & Vlpianus de damno infecto teſtantur duumuiratum fuiſſe magiſtratum municipalem: iidem alibi autores ſunt extitiſſe dignitatem proximam decurionatui, qua niſi decuriones fungi nulli poterant. duumuiri locabant publica: quod reſpondet Vlpia. de iniuriis, poteſtatem habebant dimittendi è carcere vel cuſtodia captos. Idem de furtis. Erant enim municipiorum defenſores & eius fere dignitatis, qualis in vrbe cenſura à decurionibus creabantur. Græci ſyndicos appellant, Iuriſconſulto prodente. In vrbe duumuiratus fuit, qui de rebus capitalibus inquireret. primùm creatus ab Hoſtilio rege, poſtea factus triumuiratus. Alii duumuiri creati ad ædes ſacras locandas & faciendas, ad aquas in vrbem educendas, ad claſſem ordinandam & reficiendā: hi dicebantur duūuiri nauales creati., & alii duumuiri qui præeſſent ſacris faciundis: carminum ſibyllæ ac fatorū populi Ro. interpretes & antiſtites Apollinis ſacri ceremoniarúmque aliarū, quibus additi octo & facti decemuiri, deinde quamuis quinque adderentur vt. xv. eſſent, tamen remanſit nomen decemuirorum. *Abolendum*) obliterandum in perpetuum *Ex autoritate publica*) ex conſenſu publico decurionum, qui erat maximus magiſtratus in municipiis. *Feliciter*) quia bene ceſſit. *Tanquam Romanus*) eius enim oratio grauis & libera

fuit, more priſcorum Ro. vel tanquam Romanus, quia Vienna fuit Romanorum colonia. *Ciuis*) Viennenſis. *Bonus*) boni publici ſtudioſus. *Rogarentur*) à Conſulibus. *Firmius*) conſtantius. *Adiecit*) ſententiæ ſuæ. *Tolli*) gymnica certamina, quæ vrbem infecerant. *Fortiter*) conſtanter & animoſè dixit. Dictio fortiter hunc in ſenſum à multis vſurpata. [Nam M. Tullius dixit, Animi non minoris fortiter ferre. Et alibi, Conſtanter quidem & fortiter.] Et Mart. inquit, Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt. Canace apud Ouid. Scimus & vtemur violento fortiter enſe. Idem alibi, Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet. Secundus lib. vij. Quaſi nimis fortiter incautéque progreſſum. In Panegyrico pro vehementer, Nolo illum quia Cæſarem fortiter amat. Martianus, Sed fortiter defenditur. Pomp. non puto fortiter poſſe defendi. *Quidni*) quinimmo certè. *Idem*) Mauricus. *Fortiter*) locutus eſt. [*Hoc*) fortiter, quod etiam in contextu epiſtolæ legitur.]

cum paucis: Veiento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat. Dixi omnia, quum hominem nominaui. Incidit ſermo de Catullo Meſſalino, qui luminibus orbatus, ingenio ſæuo mala cæcitatis addiderat. Non verebatur, non erubeſ-

Veiento) Fabricius Veiento Senator, Domitiani temporibus, adulator & delatorum defenſor, teſtimonio tamen Iuuena. prudens, quòd adulando euitaret Tyranni crudelitatem. ſub Nerone à Talio Geminio accuſatus, quòd multa probroſa in patres & ſacerdotes compoſuiſſet, iis libris quibus nomen codicillorum dederat, & vendita ab eo munera principis adipiſcendorúmque honorum ius: quæ cauſa Neroni fuit ſuſcipiendi iudicii, conuictúmque Veientonem Italia expulit, & libros exuri iuſſit conquiſitos lectitatóſque, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi obliuionem attulit. Veientonis vxor fuit Hippia, quæ relictis omnibus ſuis, Sergium Gladiatorem mœchum in Ægyptum vſque ſecuta eſt. *Recumbebat*) ſedebat. *Sinu*) Neruæ. *Omnia dixi*) monſtraui omnia vitia & mala. *Hominem*) Veientonem. *Incidit*) fortè factus eſt. *Catullo Meſſalino*) is Senator delationibus pollens, nec minus adulatione Domitiano charus. vnde nimirum viroſque coniunxit Iuuen. ſaty. iiij. cæcum Catullum demonſtrans, Et cum mortifero prudens Veiento Catullo, Qui nunquam viſæ flagrauit amore puellæ: Grande, & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum, Cæcus adulator, dirúſque à ponte ſatelles. Hic Libyæ rector ſub Veſpaſiano, & Tito multa crudelia commiſit: ſed eorum clementia quamuis depræhenſus pœnam fugit, non multo pòſt multiplici morbo & inſanabili correptus acerbiſſimè, non corporis tantum cruciatus ſuſtinebat. nam erat illi maior animi morbus & grauior, terroribus expaueſcebat, & crebrò videbat ſibi inſtantes occiſorum manes: quare exclamans, cùm ſe continere non poſſet, exiliebat ſtratis tanquam tormentis ſibi & flammis adhibitis: quo magis inualeſcente malo extiſque defluentibus, ac inteſtinis exhauſtis, moritur. Hunc igitur & crudelitatis indicio, & quòd ſub Domitiano plurimum potuit, luſcum, nec penitus cæcutientem, Iuuenalis repræſentatū in tragœdia à Damaſippo, cuius natales fuerant clari, taxat Satyra. viij. dicens, Clamoſum ageres cum phaſma Catulli. Quid enim aliud accipi debet, clamoſum phaſma? quàm tragœdia de Catullo Meſſalino, qui terroribus expaueſcebat, & inſtantes manes exhorrebat. vnde phaſma dixit hanc tragœdiam ex apparitione manium. clamoſum verò, quòd mimus exclamans in perſonam illius introducebatur Nam Satyra xiij. hoc repetens, inquit, Mimum agit ille Vrbani qualem fugitiuus ſcurra Catulli. Alium credo fuiſſe, quem Plin. tradit Meſſalinum ex Conſularibus Patriciis: qui cùm admiſiſſet hirudines ad genua extrahendi ſanguinis cauſa, quòd podagris laboraret, interiit: propterea quòd adfixa ſanguiſugarum relicta capita feciſſent vulnera incurabilia. ſed Meſſalinum Cottam Meſſalæ orato-

ris filium deſignaſſe virum guloſum & culinæ condimentorum repertorem. Meſſalinum inſuper Iulius Frontinus tradit geſſiſſe Conſulatum cum Valerio. quæ lectio ſanè referri poteſt ad Catullum Meſſalinum. *Captus*) orbatus. fuit in ſecunda ſcriptura luſcus: & cæcutientem puto, non omnino cæcum: vt Secundus & Iuuenalis, vitium corporis in maius extollentes, ad animum referunt. quamuis cæcus pro alio poſtulare non poſſit: tamen & Senatorium ordinem retinet & iudicandi officio fungitur, & magiſtratum acceptum retinet, ſed nouum aſpirare prohibetur. autor Vlpianus. *Mala cæcitate*) ſicut erat corporis luminibus captus, ita cognitione intellectus & iuſtitiæ. quare malum corporis addiderat animo. *Ingenio ſæuo*) naturæ crudeli.

cebat, non miſerebatur. Sæpius à Domitiano non ſecus, ac tela, quæ & ipſa cæca & improuida feruntur, in optimum quenque contorquebatur. De huius nequitia, ſanguinariiſque ſententiis, in commune omnes ſuper cœnam loquebantur. Tum ipſe Imperator, Quid putamus paſſurum fuiſſe, ſi viueret. & Mauricus, Nobiſcum cœnaret. Longius abii, libens tamẽ. Placuit agona tolli, qui mores Viẽnenſium infecerat, vt noſter hic omnium. Nam Viennenſium vitia intra ipſos reſidunt, noſtra latè vagantur. Vtque in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. Vale.

A Domitiano) autore & fauente Domitiano. *Improuida*) temeraria, commiſſa caſui. *In optimum*) in perniciem cuiuſque viri optimi, criminando eum apud principem. *Nequitia*) malitia. *Sanguinariis*) mortiferis, crudelibus. *In commune*) In medium, inter conuiuas. *Imperator*) Nerua, vir bonus inquit. *Paſſurum*) Catullum Meſſalinum. *Si viueret*) ſi foret noſtris temporibus. nam iam ſub Domitiano exceſſerat. *Mauricus*) reſpondit. *Cœnaret nobiſcum*) id eſt, eſſet conuiua tuus Imperator quemadmodũ Veiento malus. quod fuit liberè dictum, aduerſus tamen principem mitem & deſpectui habitum propter ſenectutem & debilitatem autore Dione. *Longius abii*) digreſſione longiore vſus ſum. *Libens*) vt laudarem Mauricum amicum & optimè meritum. *Placuit*) decretum eſt. *Tolli*) aboleri. *Hic noſter*) agon gymnicus. nam ſcena & theatrum mores Ro. corrupere. Liuii abbreuiator, cùm locatum à Cenſoribus theatrum extrueretur, P. Cor. Naſica autore tanquam inutile & nociturum publicis moribus ex S. C. deſtructum eſt. quam rem latius tractat diuus Auguſtinus primo de ciui. dei. & Tertullianus aſſerit Theatra ſtuprandis moribus nata. Tacitus refert quoſdã incuſaſſe Cn. Pompeium quòd manſuram theatri ſedem poſuiſſet, dum in theatro conſidet populus, totos dies ignauia conſumere, & patrios mores paulatim abolitos funditus euerti per accitam laſciuiam, vt quod vſquam corrumpi & corrumpere queat, in vrbe viſatur, degenerétque ſtudiis externis iuuentus, gymnaſia, & otia, & turpes amores exercendo. [Seneca. Ætas ſubſequens ludicra priſcorum iuuenta traxit ad vitia: & quod honeſtæ cauſa delectationis inuentum eſt, ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt. Caſſiodorus ſpectacula & ludi ſcenici nihil aliud quàm inceſtus, adulteria, crudelitates, & quæque flagitia repræſentando edocuerint.] Hinc Plin. ſenior iuuenes exercendo ſe & vngendo animi vires perdidiſſe reprehendit. Similiter Iuuenalis multis gymnaſia carpit. *Omnium*) mores infecit. propter concurſum & imitationem omnium gentium. *A capite*) ab vrbe Roma gentiũ principe.

C. PLINIVS POMPONIO BASSO SVO S.

M*Agnam cepi voluptatem, cum ex communibus amicis cognoui, te, vt ſapientia tua dignum eſt, & diſponere ocium, & ferre, habitare amœniſſimè, & nunc terra, nunc mari corpus agitare: multum diſputare, multum audire, multum lectitare: quúmque plurimum ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere. Ita ſeneſcere oportet virum, qui magiſtratus ampliſſimos geſſerit exercitus rexerit, totúmque ſe Reip. quandiu decebat, obtulerit. Nam & prima vitæ tẽpora, & media patriæ, extrema nobis impertire debemus, vt ipſæ leges monent, quæ maiorem annis lx. ocio reddunt. Quando mihi licebit? quando per ætatẽ honeſtũ erit imitari iſtud pulcherrimæ quietis exemplũ? quando ſeceſſus mei non deſidiæ nomen, ſed tranquillitatis accipient?* Vale.

M*Agnam*) Laudat Pomponiũ Baſſum, quòd iam ingraueſcentibus annis ſeceſſum ſuum prudenter diſponat: optátque ſibi aliquando dari parem occaſionem, qua ſine dedecore poſſit tranſigere vitam ocioſam. Pomponii Mar. meminit, pariter & Baſſi, cuius pueri Vrbici mortem immaturam deflet. *Ocium*) vacationem ab officiis ciuilibus. *Amœniſſimè*) reſpicit ædes, [viridia] & loca lauta, quæ incolebat. *Agitare*) exercere. *Terra*) venando, ludendo: dum veheris lectica & equo. *Mari*) natando, nauigando. *Magiſtratus*) dignitates. magiſtratus aut perſonã ipſam demonſtrat, vt cùm dicimus magiſtratus iuſſit: aut honorem, vt ſi dicatur Mario datus eſt magiſtratus Vlpianus. ff. ſecundo inquit, Magiſtratus eſt vel is qui in poteſtate aliqua ſit, vt puta Proconſul, vel Prætor, vel qui prouincias regunt. omnino hi dicuntur eſſe in magiſtratu, qui per imperia potentiores fiunt quàm priuati. Magiſtrare enim regere & moderari ſignificat. Tacitus inter magiſtratus tantum recenſet, quæſturam, ædilitatem, tribunatum, præturam, conſulatum. Tranquillus etiam aliis vtitur, ſcribens Auguſtum diuiſiſſe vrbem in regiones & vicos, ac inſtituiſſe vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur, & ad hoc magiſtros è plebe cuiuſque viciniæ electos. Nam magiſtri dicuntur non ſolùm doctores artium, ſed pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum. Inde Paulus de verborum ſignificatione, Quibus ait, præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt, debent, hi magiſtri appellantur: quin ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur: hinc cuiuſlibet diſciplinæ præceptores magiſtros appellari à monendo vel monſtrando: & quem poſteritas dictatorem vocauit, magiſtrum populi prius nuncupatum quidam tradunt, à quo magiſtrum equitum dictum. autores ſunt Seneca & Varro, qui putant reliquos pręter dictatorem & magiſtrum equitũ, magiſtratus dictos, ita vt ab albo albatus. *Ampliſſimos*) quales ſunt Cõſulatus, Procõſulatus, Prętura. *Reip.*) ad vſum publicũ & cõmunẽ vtilitatẽ. Curiales oẽs interminatione moneri iubet Imperator ne ciuitates fugiant, aut deſerant, rus habitandi cauſa: fundum, quem ciuitati prętulerint ſcientes fiſco eſſe ſociandum, cõque iure ſe eſſe carituros, cuius cauſa impios ſe patriam vitando demonſtrauerint. *Quamdiu*) per ætatem legitimam. *Prima vitæ tempora*) iuuentæ. [Tradit Seneca hominem in freto viuere debere, in portu autem mori: quo dicto ſignificat, homi-

nem in iuuenta ſemper negociari debere, in ſenectute autem ociari.] *Media*) virilitatis. *Extrema*) ſenectutis. nam ætatem hominis in tria tantum diſtinguit. *Nobis*) quieti, & honeſto ocio. *Anni. lx.*) lib. iij. oſtendimus Senatorem ſexagenarium, neque in curiam cogi, neque repelli. *Per ætatem*) excuſante ætate, non morbo: optat enim ſibi vitam longã & ocioſam. *Exemplum*) quod tu facis. *Quando*) ſcilicet nam ſibi reſpondet. *Deſidia*) quod eueniret, ſi ante tempus legitimum publica officia desererem.

C. PLINIVS VALENTI SVO S.

PRoximè cùm apud centumuiros in quadruplici iudicio dixiſſem, ſubiit recordatio egiſſe me iuuenẽ, æquè in quadruplici. proceſſit animus, vt ſolet, longius: cœpi reputare, quos in hoc iudicio, quos in illo ſocios laboris habuiſſem. Solus eram, qui in vtroque dixiſſem: tantas conuerſiones, aut fragilitas mortalitatis, aut fortunæ mobilitas facit. Quidam ex iis, qui tunc egerant, deceſſerunt, exulant alij: huic ætas, & valetudo ſilentium ſuaſit: hic ſponte beatiſſimò ocio fruitur: alius exercitum regit: illum ciuilibus officiis principis amicitia exemit. Circa noſipſos quã multa mutata ſunt, ſtudiis proceſſimus, ſtudiis periclitati ſumus:

PRoxime) Quum dixiſſet apud cẽtumuiros, vbi nullos habebat in dicendo ſocios eorum, quos primo habuerat, cõqueritur de fragilitate humana & mutabilitate fortunæ, exemplóque ſui docet quàm varia, quàm lubrica ſit. Fabius Valens, cui hæc ſcribitur epiſtola, Conſul cum Vetere fuit: cùm reſp. diu preſſa tandem in Neruam reſpiraſſet: illo Antoninus Pius quòd erat vir peritus vſus eſt familiariter. Valentis Iuriſcõſulti meminit Paulus titulo de fideicommiſſariis hæreditatibus. Aliũ Fabium Valentem leges apud Tacitum, legatum, Vitellianas partes ſecutum, cui agmen agenti præceſſit aquila clangore læto: is non multo pòſt Vrbini in cuſtodia interfectus eſt, & caput Vitellianis cohortibus oſtentatum, ne quam vltra ſpem fouerent. *In quadruplici iudicio*) vbi ſedebant iudices centum & octoginta, tot enim quatuor conſiliis conſcribebantur. *Dixiſſem*) egiſſem cauſam. *Subijt recordatio*) venit in mentem. *Iuuenem*) vndeuiceſimo anno. *In quadruplici*) iudicio apud centumuiros. *Animus proceſſit longius*) conſideraui vlteriora. *Hoc iudicio*) hac cauſa proximè dicta. *Illo*) cùm primùm cœpi. *Socios*) participes, coadiutores in dicendo: nam plures eandem cauſam tuebantur & accuſabant. *Laboris*) actionis. *Eram*) ſupereram. *Solus*) aduocatus, [extinctis cæteris qui tunc dixerunt vel abſentibus.] *Vtroque*) primo & poſtremo. *Conuerſiones*) mutationes. *Fragilitas mortalitatis*) vita mortalium fragilis. Iuriſconſulti frequenter vſurpant mortalitatem pro morte. Vlpianus, Is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit: extinguitur enim crimen mortalitate. [Et ſemel vt annotarim Tranquil. In vltima inquiens cognitione pro tribunali acceſſiſſe Neronem ad finem mortalitatis pronunciaſſe. Et Valerius pro ipſis mortalibus lib. ix. Cùm tot refert cruciatus ſibimetipſa mortalitas impulſu crudelitatis excogitauerit.] *Tunc*) cùm primam cauſam dixi. *Huic*) alicui. *Ætas*) ſexagenaria. *Silentium*) vacationem fori. *Hic*) alius. *Amicitia principis*) à Traiano ob amorem in conſilium rerum ſuarum adhibiti nequibant tractare cauſas ciuiles, quales erant centumuirales. *Studijs proceſſimus*) ſub Domitiano: cum egi pro

Iulio

Iulio Paſtore in centumuirali iudicio aduerſus potentiſſimos ciuitatis, & Domitiani amicos: qua actione quia bene ceſſit, ſummam famam eſt adeptus & magiſtratus, quod in fine Panegyrici obſcurius complectitur. Vos, inquit, patres conſcripti credite, ſi curſu quondam prouectus ab illo inſidioſiſſimo principe, antequam profiteretur odium bonorum, poſtquam profeſſus eſt, ſubſtiti, cùm viderem quæ ad honores compendia paterent, longius malui. *Studijs perſeclitati ſumus*) vel dum fauit ſtudioſis, vt Artemidoro philoſopho, & cæteris: vel dum Bæbium Maſſam reum peregit: proinde lib. viij teſtatur ſe futurum reum, ſi Domitianus diutius vixiſſet: nam in ſcrinio eius poſt interitum datus à Caro in Secundum libellus inuentus eſt.

rurſúſque proceſſimus. Profuerunt nobis bonorum amicitiæ, bonorum obſuerunt, iterúmque proſunt. Si computes annos, exiguum tempus: ſi vices rerum, æuum putes. Quod poteſt eſſe documento, nihil deſperare, nulli rei fidere, cùm videamus tot varietates tam volubili orbe circumagi. Mihi autem familiare eſt, omnes cogitationes meas tecum communicare, iiſdémque te vel præceptis vel exemplis monere, quibus ipſe me moneo, quæ ratio huius epiſtolæ fuit. Vale.

Rurſúſque proceſſimus) ſub Nerua & Traiano: quibus imperantibus, dignitate, gloria, diuitiis plurimum creuit. *Exiguum tempus*) non multi anni. nuſquam enim comperio Secundum perueniſſe ad ſenium, quod tantopere votis petierat. *Vices*) tot mutationes. *Æuum*) æternitatem. dictum æuum ab æternitate omnium annorum: hinc æuiternum, & per ſyncopen æternum. Et Cenſorinus, inquit, Cæterum de æuo, quod eſt tempus vnum & maximum, non multum eſt quod in præſentia dicatur. eſt enim immenſum, ſine origine, ſine fine: quod eodem modo ſemper fuit, ſemper futurum eſt, neque ad quenquã hominum magis quàm ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur, præteritum, præſens, futurum. æuum neque annorum neque ſæculorum numero, nec denique vllo finito temporis modulo metiri conabor. Secundum vero Hammonium παρὰ τὸ αἰών deductum videri poteſt, quod quinque ſignificat, vitam hominis, mille annorum numerum, æternitatem, autore Gregorio Nazanzeno, & ſeptem ſecula à principio mundi vſque ad reſurrectionem mortalium, & tergoris medullam Hippocrate tradente, [ſed longè plura de æuo in quodam opuſculo diſſeruit Ioannes Damaſcenus.] *Documento*) exemplo. *Nihil deſperare*) in nulla re deſperandum eſſe. [*Nulli rei fidere*) propter vices rerum, & quoniam multa obſunt, quæ prodeſſe videntur. *Volubili*) fortuito.] *Orbe*) reuolutione. *Circumagi*) rotari. *Familiare*) conſuetum. *Ratio*) cauſa.

C. PLINIVS MESIO MAXIMO SVO S.

Scripſera) Reuocata lege tabellaria de ſuffragiis, prius factum laudauerat, quia repentinum, ſed ſcripſerat verendum ne procedente tempore vitia aliqua naſcerentur.

Scripſeram tibi verendum eſſe, ne ex tacitis ſuffragiis vitium aliquod exiſteret. Factum eſt. proximis comitijs in quibuſdam tabel-

quod cùm eueniſſet, impudentiam ſuffragatoris taxat. nam pro candidatis in

tabula reperti ſunt ſuffragatores. *Scripſeram tibi*) lib. iij. ad eundem Maximũ. *Ex tacitis ſuffragiis*) quæ per tabellam ferebãtur ſine voce. iam enim dixerat, Sed vereor ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcantur. eſt enim periculum tacitis ſuffragiis ne impudentia irrepat aliqui legunt, extractis. *Factum eſt*) natum eſt. *Proximis comitijs*) cùm nuperrimè congregati ſunt ad magiſtratus creãdos, [cùm proximè habita ſunt comitia.]

lis multa iocularia, atque etiam fœda dictu: in vna verò pro candidatorum nominibus, ſuffragatorum nomina inuenta ſunt. Excanduit Senatus, magnóque clamore ei qui ſcripſiſſet, iratum principem eſt comprecatus: ille tamen fefellit, & latuit, fortaſſe etiam inter indignãtes fuit. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam ſcurriliter ludat? qui denique omnino in Senatu dicax, & vrbanus, & bellus eſt. Tantum licentiæ prauis ingenijs adijcit illa fiducia. Quis enim ſciet? popoſcit tabellas, ſtylum accepit, demiſit caput, neminem veretur, ſe contemnit. Inde iſta ludibria, ſcena & pulpito digna. Quò te vertas? quæ remedia conquiras? vbique vitia remedijs fortiora. ἀλλὰ ταῦτα τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἄλλῳ μελήσει. *Cui multum quotidie vigiliarum, multum laboris adijcit hæc noſtra iners, ſed tamen effrænata petulantia.* Vale.

Iocularia) ludibria, [inſcripta fuere.] *Fœda dictu*) inhoneſta ſilentio inuoluenda. *Vna*) tabella. *Candidatorum nomina*) in tabellis non ſuffragatorum, ſed candidatorum nomina, quibus ſuffragium ferebant, ſcribere debebant. hæ autem literæ ſecundum Ciceronem de Oratore in dandis ſuffragiis ſubſcribebantur. A. F. P. R. id eſt actum fide Publij Rutilij. *Excanduit*) [ſubitò] iratus eſt. *Scripſiſſet*) illa iocularia. *Principem*) Traianum. *Comprecatus*) precibus contendit vt inquireret & puniret. [*Ille*) qui hæc ſcripſerat.] *Latuit*) non deprehenſus eſt. *Fuit inter indignantes*) ipſe cum aliis indignationem ſimulauit, & in numero indignantium fuit. *Domi*) clàm & ſecreto. *In tanta re*) in creatione magiſtratuum. *Seriò*) quo ſeria & grauia tractãtur. *Scurriliter*) nequiter, petulanter. *Dicax*) qui iocoſis ſalibus ludit. ſine dubio dicax à dicendo dicitur: ſicut dicacitas, quæ ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem. ideo Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant: de quo Cicero de Oratore, Demoſthenes non tam dicax fuit quàm facetus. eſt autem illud acrioris ingenii, hoc maioris artis. Idem dicacem appellat, qui riſus magnos mouet: etenim cùm duo genera ſint facetiarum, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breue: illa à veteribus ſuperior cauillatio, hæc altera dicacitas nominatur. Leue nomen habet vtraque res, quippe leue eſt totum hoc, riſum mouere. alibi in narrando conſiſtere facetias putat, dicacitatem in faciendo. *Vrbanus*) nouum oſtendit M. Tullius vrbanum eſſe vocabulum: vrbanitas autem dicitur qua ſignificari videtur ſermo præ ſe ferens in voce, ſono, viſu, proprium quendam guſtum vrbis, & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem. Cui contraria ruſticitas. Idem pro Cælio, Maledictio, ſi facetius iactatur vrbanitas nominatur. *Bellus*) Feſtiuus. Mart. Bellus homo, & magnus vis idem Cotta videri. Sed qui bellus homo eſt Cotta, puſillus homo eſt. Fabius lib. vi. Raro bellè reſpõdent, id eſt feſtiuè & cum venere. Cicero de Oratore, Bella eſt familiaris reſponſio quaſi errantis. Idem, Magnum riſum mouent magis, vt bellè & literatè dicta laudantur. *Fiducia*) latendi: quæ ſtimulus eſt

peccandi. *Qui enim ſciet*) ethopœia. nam finguntur quæ dici poſſent à dicace [illo & prauo homine.] *Stylum*) acutum ferrum ad ſcribendum in ceratis tabulis. *Demiſit*) incuruauit conſuetudine ſcribentium. *Ludibria*) iocularia. *Scena*) quæ in theatro excitabatur agendarum fabularum gratia. & ſicut tria fabularum genera, totidem ſcenarum fuerunt tragicum, comicum, ſatyricum. Placidus grãmaticus ſcenam eſſe dicit cameram hinc inde compoſitam, quæ vmbræ loco in theatro erat, in quo ludi actitabantur: itẽ ſcenam vocari arborum in ſe incubantium quaſi concameratam denſationem, vt ſubterpoſitos tegere poſſit. Item compoſitionem alicuius criminis quæ digna ſit agi in theatro exclamationibus tragicis. Iuriſconſultus diffinit ſcenam eſſe ludorum faciendorum cauſa quolibet loco vbi quis conſiſtat, moueatúrque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſitam in publico priuatóque vel vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectandi cauſa admittantur. nam Secundus pro auditorio, & Apuleius pro ſpectaculo & motu vſurpane. *Pulpito*) in proſcenio ſiebat pulpitũ, quod Græci λογεῖον appellant: ideo quòd eo tragici & comici actores in ſcenam pergũt. Pro recitantium cathedra Mart. poſuit. [*Quo te Vertas*) quod remedium parabis.] *Vitia remediis fortiora*) Tacitus felicitatem Ro. ſub Traiano commendans inquit, Natura tamen infirmitatis humanæ tardiora ſunt remedia quàm vitia. [illegible]. ſed hæc alii qui ſupra nos eſt curæ erunt, id eſt, verùm hæc mala imperator noſter Traianus curabit. Poteſt hoc dictum reſpicere illud Apollinis, ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις. id eſt, mihi curæ erunt hæc & candidis puellis. [*Iners*) inutilis.] *Petulantia*) procax laſciuia.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

Petis, vt libellos meos, quos ſtudioſiſſimè comparaſti, recognoſcendos, emendandóſque curem: faciam. Quid enim ſuſcipere libentius debeo, te præſertim exigente? Nam quum vir grauiſſimus, doctiſſimus, diſertiſſimus, ſuper hæc occupatiſſimus, maximæ prouinciæ præfuturus, tanti putes ſcripta noſtra circumferre tecum, quantopere mihi prouidendum eſt, ne te hæc pars ſarcinarum, tanquã ſuperuacua offendat? Adnitar ergo primùm, vt comites iſtos quàm commodiſſimos habeas: deinde, vt reuerſus inuenias, quos iſtis addere velis. Neque enim mediocriter me ad noua opera tu lector hortaris. Vale.

Petis) Pollicetur ſe emendaturum libellos, quos Nepos iturus in prouinciam comites profectionis ſuæ petierat, quinimmo nouos eõ poſiturum. *Studioſiſſimè*) diligentiſſimè. *Comparaſti*) emiſti, conquiſiſti. *Recognoſcendos*) caſtigandos, ab eo quod præcedit: vel primò relegendos, deinde caſtigandos. [*Faciam*) cum cura & diligentia emendandos ſuſcipiam.] *Te*) tanto viro & amico. *Super*) ad, præter, ſiue in primis. vt, Super omnia vultus Acceſſere boni. *Prouinciæ*) incertum cui propter illorum temporum interceptam hiſtoriam. *Præfuturus*) cum imperio recturus. *Tanti putes*) plurimi facias. *Sarcinarum*) libellorum meorum. *Superuacua*) inemendata. *Comites*) libellos iter tecum facturos. *Commodiſſimos*) emaculatiſſimos: qui ſi viuo autore deprauabantur, quantum nunc defeciſſe ab archetypo poſt tot ſecula, & in tanta barbarie

putamus? quare tanto magis nobis elaborandum fuit, vt quod in manibus extat, ab ipſis orci faucibus liberaremus. *Reuerſus in Vrbem*) finito Proconſulatu. *Nouos*) nouos aliquos. *Tu*) doctiſſimus, cùm videam noſtra conquiri à te.

C. Plinivs Falconi Svo S.

Tertius dies eſt, quòd audiui recitantem Sentium Augurinum cũ ſumma mea voluptate, immò etiam admiratione (poematia appellat) multa tenuiter, multa ſublimiter, multa venuſte, multa temerè, multa dulciter, multa cũ bile. Aliquot annis puto nihil generis eiuſdẽ abſolutius ſcriptũ, niſi forte me fallit aut amor eius, aut quòd meipſum laudibus euexit. Nam lemma ſibi ſumpſit, quod ego interdum verſibus ludo. Atque adeo iudicij mei te iudicem faciam, ſi mihi ex hoc ipſo lemmate ſecundus verſus occurrerit. nam cæteros teneo, & iam explicaui:

Canto carmina verſibus minutis,
His olim quibus & meus Catullus,
Et Caluus, veteréſque. Sed quid ad me?
Vnus Plinius eſt mihi, priores
Mauult verſiculos, foro relicto,
Et quærit quod amet, putátque amare.

Tertius) Falconi commẽdat Sentij Augurini poemata. inde ſumpta occaſione recitat quæ in laudem ſui ſcripſerit: non eſſe tamen mirandum ſi talia faciat, cùm grauiſſimorũ & eruditiſſimorũ virorum contubernio vtatur. *Sentium Augurinum*) filium Cn. Sentij Galli viri illuſtris, qui multa in Britannos & Iudæos geſſit. *Poëmatia*) parua poemata. *Appellat*) inſcribit. *Multa*) ſunt in illis ſcripta. *Tenuiter*) in figura tenui: cui opponitur ſublimiter, id eſt, grandiori ſtylo. *Temerè*) molliter, amabiliter. *Bile*) amaritudine. *Amor eius*) meus amor in eum, qui cùm ſit animi paſſio, interdum obſtat vero iudicio. *Lemma*) argumentum. Mart. in diſtichis, Lemmata ſi quæris cur ſint aſcripta, docebo, Vt ſi maloeris, lemmata ſola legas. Alibi, Viuida cùm ponis epigrammata: mortua ponis Lemmata. Scribitur enim duplici m. apud Ariſtotelem pro poſitione, id eſt, interrogatione ſumitur. nam interrogatio cauſa reſponſionis eſt, ex qua ſyllogiſmus. eam etiam aſſumptum dicũt. ex monolemmatis propoſitio: vt reſpiras? viuis igitur. nam manifeſtum eſt aſſumptum: quòd omne quod ſpirat, viuit. Lemma inſuper dicimus quod ſumitur ratione doni: item prophetiam, & ex proprio corde apophthegma. ſimplici verò m dignitatem, fortitudinem, elationem animi, ſuperbiam, luctum: quamuis alij ducti errore ſcripturæ aliter interpretentur. *Iudicij mei*) an rectè iudicem. *Occurrerit*) memoriæ ſe obtulerit. *Teneo*) memini. *Explicaui*) reuocaui in mentem [etiam ſecundum verſum.] *Minutis*) breuibus, quales ſunt hendecaſyllabi, an magis humili filo. *Meus*) municeps, ſiue quo delector. de vtroque abundè iam dictum. *Veteres*) ſcriptores. quorum plurimos non multo poſt nominabimus. *Sed quid ad me*) nihil illi faciunt mihi ad exemplum. *Vnus Plinius eſt mihi*) detineor hendecaſyllabo mei Plinij. *Mauult priores verſiculos*) magis capitur ſcribendis verſiculis, & hos præponit ſtudio orationũ. vel magis ſic diſtingue, & dic, vnus Plinius eſt mihi priores, id eſt, pro Catullo & Caluo, ac aliis veteribus, ſtudeo Plinij hendecaſyllabo. *Relicto foro*) omiſſis actionibus forenſibus. *Quod amet*) amicam vel puerum.

Ille Plinius, ille. quid Catones?
I nunc qui ſapias, amare noli.

Vides quàm acuta omnia, quàm apta, quàm expreſſa? Ad hunc guſtum totum librum repromitto, quem tibi, vt primùm publicauerit, exhibebo. Interim ama iuuenem, & temporibus noſtris gratulare pro ingenio tali, quod ille moribus adornat. Viuit cum Spurinna, viuit cum Antonino: quorum alteri affinis, vtrique contubernalis eſt. Poſſis ex hoc facere coniecturam quàm ſit emendatus adoleſcens, qui à grauiſſimis ſenibus ſic amatur. Eſt enim illud veriſſimum, γιγνώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Vale.

Ille) admirandus in moribus & eloquentia. *Quid*) opus eſt mirari ſeueros illos Catones reſpectu Plinij? an potius referendum ad ſcripta Catonis iocoſa: de quibus Ouidius libro ſecundo de Triſtibus, Et leue Cornifici, párque Catonis opus. *Amas*) oblectaris luſibus & amoribus, ſcribendo iocoſa. Sunt qui legant, qui ſapias, nô quiſquis amas. *Amare noli*) cû talia ludant ſeueriſſimi, & ſupremæ fortunæ viri. eſt autem conceſſio prohibitiua. *Apta*) materiæ congruentia. *Expreſſa*) explicâtia quod intêdit. *Guſtū*) gratiam, lepôrem. *Moribus*) malè enim habitat ſcientia, cum vitio. *Spurinna*) Veſtricio Spurinna doctiſſimo & prudentiſſimo viro. *Antonino*) Arrio Antonino auo màterno Antonini Pij. quare non audiendi qui Antonino Pio legunt, cùm is natus ſit imperante Domitiano. nec ſub Traiano potuerit eſſe ſenex: mox enim Spurinnam, & Antoninum, grauiſſimos ſenes appellat: de vtroque enarrationis iam præſcripſimus. *Contubernalis*) conuictor. {*Ornatur*) Inſtituitur, formatur. *Illud*) dictum. γιγνώσκων, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών: cognoſcens quòd talis eſt vnuſquiſque, quibus delectatur côuerſans.

Iambica) Demoſthenes in oratione de tranſgreſſa legatione hæc adducit tanquam ex Phœniſſis Euripidis, ſi quibuſdam exemplaribus credimus. ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ, οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται ξυνών, id eſt, quicunque autem conuerſans delectatur malis vir, nunquã inquiſiui, cognoſcẽs quòd talis eſt vnuſquiſque quibus delectatur conuerſans. Hanc etiam ſententiam Aphthonius recitat ſuppreſſo autore: nos illam Euripidis tragœdiam diligenter recognouimus. neque vllibi talia carmina deprehendimus. aut igitur ab exemplaribus periere, aut alterius autoris ſunt.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

HErennius Seuerus, vir doctiſſimus, magni æſtimat in bibliotheca ſua ponere imagines municipum tuorum, Cornelij Nepotis, &

HErennius) Nomine Herennij Seueri rogat Iulium Seuerum, vt per aliquem ſummum artificem curaret imagines Cor. Nepotis, & Titi Caſſij, quamſimillimas archetypo depingendas, quas Herennius in ſua bibliotheca poſiturus erat. *Bibliotheca*) quæ latinè libraria dicitur, ſicut bibliopola librarius: qui etiam ſcriptor & cuſtos librorum eſt apud Varronem, qui libros rationum curat. ſed libralia fruſta ſunt vnius libræ Columella referente. *Cornelij Nepotis*) hic vir ſanctus, Ciceroni familiaris & amicus: cuius vitam conſcripſit Clarus hiſtoricus habitus eſt, nam inſuper vitam Titi Attici, librum de illuſtribus viris, item de ſaginatione auiũ edidit: ac Daretem Phrygium latinitate

donauit, chronica conſcripſit, item epigrammata luſit. Tranquillus aſſerit compoſuiſſe librum, quo diſtinguit literatum ab erudito. moritur principatu diui Augusti Plinio authore.

Titi Caßij: petitaq́; ſi ſunìt iſtic, vt eſſe credibile eſt, exſcribendas, pingendáſque delegẽ. Quam curam tibi potißimum iniungo: primùm, quia deſiderijs meis amicißimè obſequeris: deinde, quia tibi ſtudiorum ſumma reuerentia, ſummus amor ſtudioſorum: poſtremò, quòd patriã tuam, omnéſque qui nomen eius auxerunt, vt patriam ipſam, veneraris, & diligis. Peto autem vt pictorem quàm diligentißimum aſſumas. Nam quum eſt arduum ſimilitudinem effingere ex vero, tum longè difficillima eſt imitationis imitatio. A qua rogo, vt artificem, quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. Vale.

Titi Caßij) Fuit Titus Caſſius Seuerus Parmenſis orator, qui primùm flexit ab illa veteri atque dicendi via directa: non infirmitate ingenii, nec inſcitia literarum, ſed iudicio & intellectu, ſi Tacito credimus. Vtroſque coniunxerunt duo religionis noſtrę profeſſores eloquentiſſimi Tertullianus & Lactantius: quorum ille inquit, Neque Caſſius Seuerus aut Cor. Nepos, neque vllus commentator eiuſmodi antiquitatũ aliud quàm hominem promulgauerunt. hic verò Nepotem & Caſſium lib. primo diuinarum inſtitutionum connectit. Fateamur ergo ex verbis Czeilii Cor. Nrpotem fuiſſe Parmenſem, cùm conſtet Caſſium Parmenſem: neque obſtat quòd Veronenſes viri ſanè illuſtres afferunt, ideo Nepotem Veronenſem, quòd illi tãquam amico ſcripſerit Catullus. Leuis hæc & minimi cõiectura. aut, quod alii ſcribunt, Padi accolam: tunc enim iure conſurgent Cremonenſes ſiue Placentini ac alii innumeri, & melius ſibi hac ratione vendicabunt. proinde longè magis proxima Pado Parma, quàm Verona. [Non negauerim tamen in aliquibus antiquiſſimis exemplaribus legi Titi Catij non Titi Caſſij. [*Iſtic*) in municipio tuo. *Delegem*) mandem, committam. *Studiorum*) literarum. *Patriam*) Parmam. *Nomen*) famam. *Auxerunt*) vt omittam Parmenſium lanarum celebritatem, & Caſſio centurione, ac Macrob. ciuibus ſecundum quoſdam honeſtatam Parmam. refert Plutar. in vita C. Marii, cùm inter eius milites, & Catulli, de Cimbrorum victoria contentio oriretur, in hæc pacta ventum eſſe, vt legati Parmenſium, qui tunc aderant de hac re iudicium ferrent: qui ducti per cadauera hoſtium à militibus, conſpexerunt iacula militum Catulli barbarorum corpora perforata: quod dignoſcebatur ex literis, quæ nomen Catulli in telis deſignabant. ex quibus ſanè coniici poteſt, quanta tunc temporis eſſet Parmenſium autoritas, qui ſuper tanta re diſceptatores electi fuerint. *Ex Vero*) ex archetypo à viuo homine. *Imitatio imitationis*) effigies, quæ deducitur ab alia pictura, quæ & ipſa tranſcripta fuit à prima & vera forma. nam imitator ſemper deficit ab imitato *In melius*) in maiorẽ decorẽ quàm Nepos & Caſſius dum viuerent, fuerunt.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

EIa tu, quum proximè res agentur, quoquo modo ad iudicandum veni. Nihil eſt, quòd in dextram aurem fiducia mei dormias: non im-

EIa tu) Romanũ monet vt in curiam veniat cùm proximè iudices cogentur. nam Nepos Prætor ceſſanti mul-

ctam indixerat, & niſi eum venia abſolutus fuerat. *Eia*) interdum hortantis aduerbium, quandoque corripientis. hic commodè in vtraque ſignificatione accipi poteſt. *Proximè*) primum. *Res agentur*) cauſæ tractabuntur. *Quoquo modo*) omnino. *Iudicandum*) nam erat iudex Voconius Romanus. *Nihil eſt*) non prodeſt, non opus eſt. Virg. Si ad vitulam ſpectas, nihil eſt quod pocula laudes. *Dormias in dextram aurem*) ſecurus ſis, prouerbium in eos qui ſecurè viuunt. *Dextram*) à nobiliori. nam etiam dicimus dormire in vtranque aurem. [quod teſtatur Iulius Pollux lib. ij.] *Fiducia mei*) quia fidis quòd te excuſem. *Ceſſatur*) vacatur ab officio ſuo.

punè ceſſatur. Ecce, Licinius Nepos, prætor, acer, & fortis vir, mulctam dixit, etiam Senatori. Egit ille in Senatu cauſam ſuam: egit autem ſic, vt deprecaretur. Remiſſa eſt mulcta, ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus venia fuit. Dices, Nō omnes prætores tam ſeueri. Falleris. Nam vel inſtituere, vel reducere eiuſmodi exemplū, non niſi ſeueri: inſtitutum, reductúmve exercere etiam leuiſſimi poſſunt. Vale.

Ecce) hoc aduerbium pro maiori parte affert aliquid noui, interdum demonſtrat. *Licinius Nepos*) cuius conſtantiam & ſeueritatem in Præetura poſtmodum laudat. Fuit alius Licinius Nepos declamator, autore Seneca. *Prætor*) qui iuridicundo præerat, & in poteſtatem habebat tabellas omnium iudicum. *Fortis*) conſtans. *Mulctam dixit*) vſus veterum præualuit, vt ita loqueremur, mulctam dixit. quamuis Cato, mulctam facit protulerit non ſine ratione, vt inquit Gellius. *Mulctam*) pecuniariam pœnam inſtituto antiquo ex bobus & ouibus mulcta dicebatur, & maximam mulctam quam Gellius appellat ſupremam duarum ouium & triginta boum inſtituerūt: ſed cùm eiuſmodi mulcta à magiſtratibus dicta erat, adigebantur boues ouéſque aliàs precij parui, aliàs maioris: eáque res faciebat inæqualem mulctæ pœnam: idcirco lege Aterina conſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni. Vlpianus de verb. ſignificatione, inter mulctam & pœnam, inquit, multum intereſt, cùm pœna generale nomen ſit, & omnium delictorum coertio, mulcta ſpecialis peccati: cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt, pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis & æſtimationis irrogari ſolet. & mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit. pœna non irrogatur, niſi quæ quacunque lege, vèl quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt quinimmò mulcta ibi dicitur vbi ſpecialiter pœna non eſt impoſita: item mulctam is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt. magiſtratus enim ſolos & præſides prouinciarum poſſe mulctam dicere mandatis permiſſum eſt Pœnam autem vnuſquiſque irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue delicti, executio competit. ſuper quibus Labeo ibidem pleraque multa. Tacitus mulctari exilio plerunque vſurpat, [ac quod mai' eſt, Valerius mulctare pro capitali ſupplicio afficere, libro ſexto vſus eſt. ſicut libro nono morte mulctata eſt, dixit] & mulctare ſignificat interdum lacerare, mutilare, mollire, diſſoluere: itaque Terentianus Demea dixit omnem familiā mulctaſſe vſque ad mortē. Vnde Mulciber, quaſi mulctiber deductus creditur. *Ille*) Senator. *Deprecaretur*) precib' obſecraret. nā deprecatio & in Senatu, & apud principem locum habet. *Sed timuit*) quamuis abſolutus tamen extimuit, & opus fuit precibus ac venia, quæ vitaſſet ſi ad officium conueniſſet. *Inſtituere*) introducere primum. *Reducere*) iam perlata lege ne quis ceſſaret, ab officio ſuo ſine legitima cauſa, poſtmodum deſueta, quæ tunc per Nepotem reduci videbatur. *Seueri*) Prætores, qualis erat Licinius Nepos. *Inſtitutum*) receptum.

C. PLINIVS LICINIO SVO S.

ATtuli tibi ex patria mea pro munuſculo quæſtionem, altiſſima iſta eruditione digniſſimam. Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta. Ibi paululum retentus in Larium lacum decidit. Huius mira natura. Ter in die ſtatis auctibus, ac diminutionibus creſcit, decreſcitque. Cernitur id palàm, & cum ſumma voluptate deprehenditur. Iuxta recumbis & veſceris: Atque etiam ex ipſo fonte (nam eſt frigidiſſimus) potas: interim ille certis dimenſiſque momentis vel ſubtrahitur vel aſſurgit. Annulum, ſeu quid aliud ponis in ſicco, alluitur ſenſim, ac nouiſſimè

ATtuli) Miram fontis ſuis naturam in agro Comēſi refert. nam ſtatis horis creſcebat, & decreſcebat. cauſas ergo tanti miraculi nititur inueſtigare, & poſt multas rationes iudicio Surræ plura ſcruranda relinquit. Licinio Surræ ſcriptam epiſtolam in vetuſto codice lego, qui diues admodum teſtimonio hiſtoricorum, pariter à Iuuenale per hæc demonſtratur, Diſpoſitis prædiues hamis vigilare cohortem Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro Electro, ſigníſq; ſuis, phrygiáque columna, Atque ebore, & lata teſtudine. Eò enim diuitiarum proceſſit, vt gymnaſium Ro. pop. ſuis impenſis extruxerit. Fuit autem vir alti ingenij & profundæ doctrinæ, quod epigrammate ex lib. vij. teſtatur Mar. Doctorum Licini celeberrime ſumme virorum. Cuius priſca graues lingua reduxit auos: ambiguum cùm idem poëta ſcribat ad Licinianum, Dum Surra laudatur tuus: & alibi, Quique vider propius magni certamina Circi, Laudat Auētinæ vicinus Surra Dianę: an ſignificauerit Palphurium Surram pulſum olim à Senatu, & Domitiano imperante de oratoribus coronatum: an Licinium Surram: omitto enim Manlium Surram cauſidicum, cuius meminit Fabius Maxima fuit cum Traiano & Licinio Surra amicitia, quod oſtendemus in panegyrico commodius. *Patria*) Como. *Quæſtionem*) diſputationem. Quæſtio latius intelligitur omnis de qua in vtranque partem, vel in plures dici credibiliter poteſt, in quem ſenſum hîc eſt accipienda: at in iuridiciali materia du pliciter vſu venit: altero modo, quo dicimus multas quæſtiones habére controuerſiam: quo etiam minores omnes complectimur: altero, quo ſignificamus illam ſummam, in qua cauſa vertitur, ſcilicet controuerſiam ex conflictatione conſtitutionis cauſarum natam. *Iſta*) tua profunda rerum [ſublimiū] cognitione. *Fons*) ab incolis etiam nunc cognomento Plinianus, ferè eandem naturam ſeruans: quod prius monumentis mandarat Plinius auuuculus. In Comenſi, inquit, agro iuxta Larium lacum fons largus, horis ſingulis ſemper intumeſcit, ac reſidet. quare dici poſſet anapauomenos ad inſtar Iouis fōtis, qui naſcitur in Dodone: meridie deficiēs, & ad mediū noctis exuberās. *Cœnatiuncula*) loco paruo ad cœnandū apto. *Manu facta*) artificiali, nō natiua. *Retētus*) remoratus. *Ter*) auūculus eius dixerat ſingulis horis *Statis*) dimenſis, certis, vt ſtata ſacra, quæ certo die fiunt. ergo non placet legere ſtatutis. *Auctibus*) aquarum incrementis. *Palam*) manifeſtè, non obſcurè. *Recumbis*) ſedes cibum ſumpturus. *Veſceris*) comedis. *Potas*) miſces vinū. *Ille*) fons. *Dimenſis*) æqualibus. *Momentis*) breuibus ſpatiis. nam momentariam vitam breuem dixit Apuleius: & momentarium maritū in eundem ſenſum. ſic momentarium venenum, quod ſtatim interficeret, & momentariam ſalutem quantulamcunque.

Subtrahitur)

Subtrahitur)decreſcit. *In ſicco*) in ripa & margine. *Senſim*) paulatim. *Alluitur*) ma- deſit creſcente fonte. *Nouiſſimè*) demum.

operitur: detegitur rurſus, paulatímque deſeritur. Si diutius obſerues, vtrunque iterum ac tertiò videas. Spiritúſne aliquis occultior os fontis & fauces modò laxat, modò includit, prout in latus occurrit, aut deceſſit expulſus? Quod in ampullis cæteríſque generis eiuſdem videmus accidere, quibus non hians, nec ſtatim patens exitus. Nam illa quoque, quanquam prona & vergentia, per quaſdam obluctantis animæ moras crebris quaſi ſingultibus ſiſtunt, quod effundunt. An quæ Oceano natura, fonti quoque? quáque ille ratione aut impellitur aut reſorbetur, hac modicus hic humor vicibus alternis ſupprimitur vel egeritur? An vt flumina quæ in mare deferuntur, aduerſantibus ventis, obuióque æſtu retorquentur, ita eſt aliquid quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat? An latentibus venis certa menſura, quæ dum colligit quod exhauſerat, minor riuus eſt & pigrior: cùm collegit,

Operitur) aqua contegitur. *Detegitur*) aperitur decreſcente aqua. *Deſeritur*) in ſicco. *Vtrunque*) operiri & detegi. *Iterum*) ſecundò. *Spiritus ne aliquis*) nunc incipit cauſas facti inquirere, an ſcilicet aliqua lenis aura obſtruat os fõtis, qua remiſſa, aperiatur, prout illata occurrit, aut decidit expulſa. [Hic loquitur Secundum philoſophos, & præſertim Plin. auunculum, qui credit orbem terrarum ita habere ſpiritum & anhèlitum ſicuti homines: & quando ſpiritum emittit, tunc maria creſcere, cùm recipit, decreſcere.] *Illatus*) ori obiectus. *Incurrit*) legitur etiam occurrit. *Expulſus*) à contrario ſpiritu vel vi aquæ. *Cæteris eiuſdem generis*) vt amulis. *Hians*) manifeſtus, apertus. *Illa*) vaſa collo anguſto. *Prona*) in os conuerſa *Siſtunt*) remorantur. *Moras*) interualla. *Animæ*) ſpiritus. *Obluctantis*) reſiſtentis. *Singultibus*) tranſlatum verbum. *Quæ*) eadem eſt natura. *Quæ Oceano eſt*) mare Oceanum quod vniuerſum terrarum orbem ambit, & medium ſcindit dictum, ſcribente Theone, & magno etymologico, vel quia ὠκὺ ῥέει, id eſt, celeriter fluit, vel quia celeriter expeditur, an quod celeriter fertur. Dicitur autem comes lunæ, quòd cũ ea ſimul ſeneſcit adoleſcitque. Incremento ſuo hunc ordinem ſeruat: primo naſcentis lunæ die fit copioſior æſtus ſolito, minuitur pauliſper ſecundo, minorémque videt cum tertius quàm ſecundus, & ita decreſcendo ad diem ſeptimum peruenit, rurſus octauus dies manet ſeptimo par, & nonus fit ſimilis tertio, decimus quinto, & vndecimus fit quarto par, tertio quoque duodecimus, & tertiuſdecimus fit ſimilis ſecundo, quartuſdecimus primo, tertia verò hebdomas eadem facit quæ prima: quarta eadem quæ ſecunda. excitatur autem bis in die, ſemper horarum. xij. ſpatio. Luna verò creſcente maiores fiunt, vt refert Cæſar in Commentariis. Plinius ſenior etiam in ſole cauſam æſtus ponit. apud quem libro ſecundo, & naturam Oceani & æſtus modum leges, quam rem Curtius libro octauo ante oculos maniſeſtiſſimè ponit, vt Strabo, Cenſorinus, Philoſtratus. nos verò quæ à Mela dicuntur ſuper hoc tantùm referemus. Modò, inquit, Oceani æſtus inundat campos, modò latè nudat ac refugit: nec adhuc ſatis cognitum eſt anhelitu ne ſuo id mundus efficiat, retractámque cum ſpiritu regerat vndam vndique, ſi (vt doctioribus placet) vnum animal eſt: an ſint depreſſi aliqui ſpecus, quo reciproca maria reſidant, atque vnde ſe rurſus exuberantia attollant: an luna cauſas tantis meatibus præbeat. ad ortus

mm. j.

certè eius occaſúſque variantur, nec eodem aſſiduè tempore, ſed vt illa ſurgit, ac demergitur, ita recedere atque aduentare comperimus. *Impellitur*) exæſtuat. *Reſorbetur*) refluit. *Hac*) ratione. *Hic humor modicus*) hic fonticulus reſpectu maris. nam largum fuiſſe teſtatur auunculus. *Alternâ*) viciſſitudinariis. *Supprimitur*) retinetur. *Egeritur*) emittitur. aſſerit Plinius, Gadibus iuxta templum Herculis fontem incluſum ad putei modum, aliàs ſimul cum Oceano augeri & minui, aliàs vtrunque contrariis temporibus. *Æſtu obuio*) aqua maris, obluctante vi ventorum. *Retorquentur*) remouentur à mari. *Momenta*) breuia ſpatia. *Repercutiat*) ſiſtat, remoretur. *Latentibus*) terra obductis. *Quod*) humoris. *Exhauſerat*) emiſerat. *Riuum*) aqua.

agilior maióṙque profertur? An neſcio quod libramentum abditum & cæcum, quod cùm exinanitum eſt, ſuſcitat & elicit fontem: quum repletum, moratur, & ſtrangulat? Scrutare tu cauſas (potes enim) quæ tantum miraculum efficiunt. mihi abundè eſt, ſi ſatis expreſſi quod efficitur. Vale.

Agilior) excitatior, creſcente humore. *Profertur*) exit. *Libramentum*) menſura certa. nam librare eſt libra metiri. Libra autem ſiue libella menſorum inſtrumentum, & librator menſor dicitur. *Suſcitat*) commouet, [aliàs ſuſcitatur.] *Elicit*) ſenſim & latenter educit. *Fontem*) aquam. *Strangulat*) retinet ſpiritum, occupat exitum. *Satis*) manifeſtè. *Expreſſi*) deſcripſi. *Quod efficitur*) effectum, & rem ipſam.

Qvarti Libri Finis.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

LIBER QVINTVS.

Cum doctiſsimis IOANNIS MARIAE Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS SEVERO SVO S.

LEGATVM mihi obuenit modicum, ſed ampliſsimo gratius? Cur ampliſsimo gratius? Pomponia Gratilla exhæredato filio Aſſudio Curiano, hæredem reliquerat me: dederat cohæredes Sertorium Seuerum, prætorium virum, aliôſque equites Romanos ſplendidos: Curianus orabat, vt ſibi donarem portionem meã, ſéque præiudicio iuuarẽ: eandem

L*Egatum*) Pōponia exhæredatò filio Curiano hæredes reliquerat Secundum & quoſdam alios: filius poſt matris obitum voluerat ſecretò cum Secundo ſe componere: ſed re infecta, & ad Iuriſconſultos delata, eſt Curiani cauſa viſa iniqua: Is tamen poſtulauit vt cæteros cohæredes, qui temporibus metuentes quærebant rem ſine lite tranſigere. itaque accepta quarta hæreditatis parte deſtitit ille à iudicio. Huius facti Secundus autor poſtea à Curiano legatum capiens, nō ſine exultatione rem commemorat apud amicum Seuerum: quanquam non Seuero, ſed Arrinio, alii Annio ſcriptam epiſtolam codices indicant. *Legatum*) quod legauit mihi moriens Curianus. *Ampliſsimo gratius*) longè charius quàm ſi alius mihi ampliſſimum reliquiſſet, propter Gratillæ amicitiam, vel quòd poſtea laudandum contigit. *Pomponia Gratilla*) Ruſtici Aruleni vxor: [quare potius probo vt legatur Gratilla quàm Galla.] *Splendidos equites*) Hirtius aut Oppius appellauit ſplendidos ac illuſtres equites (vt

opinor) à ſplendore auri, quo radiantur: nam pariter Tacitus in rebus Claudii vocat illuſtres. *Præiudicio*) Secundum oratores præiudiciorum vis omnis tribus in generibus verſatur: rebus, quæ aliquando ex paribus cauſis ſunt iudicatæ, quæ exempla rectius dicuntur: aut de reſciſſis patrum teſtamentis, vel contrà in filios confirmatis iudiciis ad ipſam cauſam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum eſt: aut cùm de eadem cauſa pronunciatum eſt, vt in partibus centumuiralium, quæ in duas haſtas diuiſæ ſunt. Confirmantur autem præiudicia duobus præcipuè, autoritate eorum qui pronunciarunt, & ſimilitudine rerum de quibus quæritur. quod intendebat nunc Curianus, exiſtimans, ſi Secundus ſuam hæreditatis partem donaſſet, poſſe hoc præiudicio repetere à cohæredibus alias partes: ſed fallebatur.

tacita conuentione ſaluam mihi pollicebatur. Reſpondebam, non conuenire moribus meis aliud palam, aliud agere ſecretò. Præterea, non eſſe ſatis honeſtum donare & locupleti & orbo. In ſumma, non profuturum ei, ſi donaſſem: profuturum, ſi ceſſiſſem. Eſſe autem me paratum cedere, ſi iniquè exhæredatum mihi liqueret. Ad hoc ille, Rogo cognoſcas. Cunctatus paulum, Faciam, inquam. Neque enim video, cur ipſe me minorem putem, quàm tibi videor. Sed iam nunc memento, non defuturam mihi conſtantiam, ſi ita fides duxerit ſecundum matrem tuam pronunciandi. Vt voles, ait: voles enim quod æquiſſimum. Adhibui in conſilium duos, quos tunc ciuitas noſtra ſpectatiſſimos habuit, Corellium & Frontinum. His circumdatus, in cubiculo meo ſedi.

Tacita) ſecreta inter nos. *Saluam mihi*) totam rediturã ad me. *Moribus meis*) qui erant ſinceri & integri. *Palam*) donare. *Secreto conuenire*) vt portio mea reſtitueretur mihi. *Locupleti & orbo Curiano*) ne videretur captare hæreditatem. *Si donaſſem*) ſi dediſſem ea mente, vt ſtatim voluiſſem accipientis fieri: nec vllo caſu ad me reuerti: & propter nullam aliam cauſam feciſſem, quàm vt liberalitatem & mũificentiam exercerem. nam hæc propriè Vlpiano tradente, donatio appellatur. *Si ceſſiſſem*) Curiano tanquam potiora iura habenti. Sciamus tamen Paulo reſpondente, per minorem cauſam maiori cognitioni præiudicium fieri non oportere. maior enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit. & Modeſtinus tit. de exceptionibus inquit, Res inter alios iudicata, aliis non obeſt, nec ſi is contra quem iudicatum eſt, hæres extitit, ei contra quem nihil pronunciatum eſt hereditariam litem preſcribi ex ea ſententia poſſe. *Exhæredatum*) hæreditate priuatum. non enim quæuis exhæredatio ſummouet filium à contra tabulas poſſeſſione bonorum, ſed quę ritè facta eſt. Vlp. de bonorum poſſeſ. ſcribit, vnde filiis querela ſupereſt de inofficioſo teſtamento. *Ille*) Curianus reſpondit. *Cognoſcas*) examines an iure ſim exhæredatus. *Cunctatus*) remoratus, vt rectè conſiderarem antequam reſponderem. *Minorem putem*) eredam me inferiorem æquitate, & iuſtitia, quàm tu me putas *Non defuturam mihi conſtantiam*) me futurum conſtantem, & fortem *Fides*) veritas. *Duxerit*) traxerit in ſententiam. *Pronunciandi*) iudicandi. *Vt voles ait*) facies, inquit, Curianus vt lubet. *Adhibui in conſilium*) participes cõſilij mei feci. Spartianus, Erat mos, vt cùm Adrianus cauſas cognoſceret, & Senatores & Equites Ro. in conſilium adhiberet. *Tunc*) Domitiani temporibus. nam hanc epiſtolam ſub Traiano ſcripſit. *Ciuitas noſtra*) Roma, quia donatus fuerat vrbe Romana Secundus. *Spectatiſſimos*) probatiſſimos, vocabulum ſanè ad Iuriſconſultos relatum. *Corellium*) Corellium

Rufum. *Frontinum*) Iulium Frontinum, relege vtroſque in præcedentibus. *Hic circundatus*) medius inter hos duos, an magis conſilio horum munitus.

Dixit Curianus, quæ pro ſe putabat. Reſpondi paucis ego. Neque.n.aderat alius qui defunctæ pudorem tueretur. Deinde seceſſi, & ex conſilij ſententia Videtur inquam, Curiane, mater tua iuſtas habuiſſe cauſas iraſcendi tibi. Poſt hoc ille, cum cæteris ſubſcripſit centumuirale iudicium, mecum non ſubſcripſit.

Pro ſe) in rem ſuam. *Pudorem*) honeſtatem, decus. omnes enim hæredes, vel eos qui loco hæredum ſunt, officioſè agere circa defunctos conuenit. teſtatur Paulus Iuriſc. *Defuncta*) Pomponiæ Gratillæ. *Et ex conſilij ſententia*) id eſt vt conſuluerant mihi Corellius & Frontinus, dixi, quæ ſequuntur. Legitur etiam. Hæc conſilii ſententia, fuit ſcilicet: in eundem ſenſum, in quē ſuperior lectio. *Multas*) vel vt alii legũt) *iuſtas cauſas*) in authentica, titulo, vt cũ de appellatione cognoſcitur. cap. aliud quoque, Iuſtinianus cauit ne cui patri vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauiæ, liceret ſuum filium vel filiam vel cæteros liberos exhæredare, niſi ſi probabantur ingrati: & ingratitudinis cauſas parentes in ſuo teſtamento inſeruiſſent: quarum primam dicit eſſe, ſi quis parentibus manus intuliſſet: ſi grauem & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſiſſet: ſi eos in criminalibus cauſis, quæ non ſunt aduerſus principem, ſiue remp. accuſaſſet: ſi cum maleficis vel maleficiis verſaretur: vel vitæ parentum ſuorum per venenum, aut alio modo inſidiari tentauerit: ſi nouercæ aut concubinæ patris ſeſe permiſcuerit: ſi delator contra parentes extiterit, & per ſuam delationem, grauia eos diſpendia ſuſtinere fecerit: ſi fideiuſſionem incluſo præſtare noluerit: ſi prohibuit parentem ſuum condere teſtamentum: ſi præter voluntatem illius inter arenarios & mimos ſe filius ſociauerit & permanſerit: & reliqua quæ ibi latius referuntur. *Ille*) Curianus. *Hoc*) noſtrum factum. *Subſcripſit centumuirale iudicium cum cæteris*) citauit & accuſauit cæteros cohæredes apud Centumuiros. nam ſcribere ſiue ſubſcribere ſignificat accuſare & denunciare: quare Terentius dixit, Tibi ſcribam dicam, id eſt, denunciabo tibi accuſationem. [quod prius in Aulularia Plautus ſcriptum reliquerat. & in Pœnulo, Cras ſubſcribam dicam homini.] Mart. in præfatione libri primi, Nec epigrammata mea ſcribat, id eſt, accuſet. Apuleius in defenſione magiæ, docet accuſatores porrecto libello ſolitos fuiſſe ſe ſubſcribere, cauſidicos ſe aſcribere. Sed apertius Paulus de accuſationibus & inſcriptionibus, vbi præbet ordinem libellorum inſcribendorum, Subſcribere inquit debebit is qui dat libellum ſe profeſſum eſſe, vel alius pro eo ſi literas neſciat. Vlpianus ibidem, Si cui crimen obiiciatur, præcedere debet in crimine ſubſcriptio, quæ res ad id inuenta eſt, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem, cùm ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram: & de furtis, Meminiſſe oportebit, nunc furti plerunque criminaliter agi, & eũ qui agit in crimine ſubſcribere: & de priuatis iudiciis, ſi extra ordinem eius rei pœnam exercere velit, tunc ſubſcribere crimen oportebit. [Valerius Maximus ſubſcribere iudicio pro approbare vſus eſt. Huic inquit, animi iudicio Fabius Gurges, C. Numerius, Fabius Pictor, Q. Ogolinus ſe ſubſcripſere. Idem, Loquatur nunc Græcia nefandis Theſea Pirithoi amoribus ſubſcribentem,] Athenæus vbi de Phaſianis agit, δημοσίᾳ σε γράψομαι, Id eſt, publicè te accuſabo. Alex. imp. ad legem Flauiam, Subſcriptio & accuſatio & ſententia neceſſaria eſt. Seneca lib. iij. de beneficiis manifeſtè ſubſcriptionem pro accuſatione poſuit, ibi, & delatoriam ſubſcriptionem componeret. Pædianus ſubſcriptores vocat, qui adiuuare accuſationem cauſidici ſolent, quos oportet ſubmiſſius agere, quàm dicit ille quem ſequuntur. Secundarium igitur munus exequuntur.

non ſolùm chartarum cauſa atque iuuandi accuſatoris, ſed etiam vt non facilè corrumpantur. indifferenter autem omnis, qui aliquid ſcripſiſſet, vel cuius nomine ſcriptum fuiſſet, ſcriptor à veteribus dicebatur. quare inuenies Horatium ſcribere vſum pro mutuo accipere: & reſcribere pro reſtituere. nam qui mutuo accipiunt ſolent chirographum creditori ſcribere, qui recipiunt, creditam pecuniã ſubſcribere. Tranquillus pro ſubnotare vſus eſt, Cum Pinarium, inquit, equitem ſubſcribere quędam animaduertiſſet Auguſtus. Et M. Tullius pro Cluentio ſæpenumero cenſorias ſubſcriptiones pro notis & iudiciis cenſoriis. Marcellus. ff. primo pro conſentire. Non enim aliter voluntati eius, qui arrogare pupillum volet etiam, & ſi cauſam eius ob alia probauerit, ſubſcribendum erit. in quem ſenſum frequenter vſurpat Vlpianus [& Alexander Ro. Imperator more principum, qui ſubſcribere ſolent quæ rata habent, ſubſcriptioni operam dabat, & lectioni epiſtolarum poſt horas meridianas. ſic Caius. x. quoque die numerum puniendorũ ex cuſtodia ſubſcribebat.]Columella autem lib. primo pro fauere, Quòd ſi voto, inquit, fortuna ſubſcribit, agrum habebimus ſalubri cœlo. *Cæteris*) cohæredibus meis. *Mecum non ſubſcripſit*) me non citauit, mihi non denunciauit.

Appetebat iudicij dies. Cohæredes mei cõponere & trãſigere cupiebant: non diffidẽtia cauſæ, ſed metu temporũ. Verebantur, quod videbant multis accidiſſe, ne ex centumuirali iudicio capitis rei exirent. Et erant quidam in illis, quibus obijci & Gratillæ amicitia & Ruſtici poſſet: Rogant me, vt cum Curiano loquar. Conuenimus in ædem Concordiæ. Ibi ego, Si mater

Appetebat) adueniebat, appropinquabat. Liuius, Iam ver appetebat, cùm Annibal ex hybernis mouit. *Componere*) concordare, conuenire ſine ſtrepitu & figura iudicij. *Transigere*) conficere rem, [litem finire ex compoſitione. titulus eſt apud iureconſultos de tranſactionibus, &] Vlpianus ad Senatuſconſultum Tertullianũ, tranſacta debemus accipere bona fide [poſſeſſa,] vt valeat tranſactio. Paulus de Verb. ſig. tranſacta non ſolùm de quibus controuerſia fuerit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſunt poſſeſſa. *Cauſæ*) ſuæ, quæ bona erat. *Temporum*) Domitiani *Exirent rei capitis*) audax locutio pro dimitterentur rei, id eſt, ex centumuiralibus cauſis, quæ erant ciuiles traherentur in iudicium capitale. *Capitis rei*) accuſarentur capitaliter. Labeo exiſtimat capitis accuſationem eam eſſe, cuius pœna mors aut exilium eſſet, Terentio auctore de iure patronatus. Nam capitalia iudicia dicimus quæ vltimo ſupplicio afficiunt, veluti aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo ſecundum Iuſtinianum quarto Inſtitutionum. *Multis accidiſſe*) qui diffidebant cauſæ ſuę, aduerſarios alicuius atrocis criminis reos trahebant in aliud iudicium, quod permittebatur, etſi contra leges erat, ſub auaro & ſæuo tyranno, rem gratam illi facturi, ſi quouis modo fiſcum repleuiſſent.

Ex illis) ex illorum cohæredum numero. *Gratillæ & Ruſtici amicitia*) qui fuerant amici Ruſtici & Gratillæ eius vxoris. Hanc Domitianus relegauerat, illum occidi iuſſerat. *In ædem Concordiæ*) [In curia fuiſſe, &]ibi aliquando Senatum habitum teſtantur Lampridius, Varro, [M. Tullius] ac Liuius in area Vulcani ſumma nobilium inuidia ædem Concordiæ à Flauio dedicatam prodidit, ex mulctatitia pecunia fœneratoribus condemnatis aream feciſſe, cùm ad id publica non daretur, quam vouerat, ſi populo reconciliaſſet ordines, inciditque in tabula ærea eam ædem treecntis quatuor annis poſt capitolinam dedicatam fuiſſe autore Plinio. Liuius tamen ſecundo bello Punico aſſerit L. Manlium Prætorem in Gallia vouiſſe ædem Concurdiæ, & bienniu poſt à Cn. Pompeio & Quintio Flaminio Duumuiris in arcem faciendam locatam fuiſſe, & per M. [& Cn.] Atilíũ dedicatam. Plutarchus tradit Camillum

in tumultu patrum & plebis ædem Concordiæ vouiſſe, & poſt reconciliationem ex decreto in foro erectam. Idem tamen poſt necem Gracchorum refert ædem Concordiæ ab Opimio extructam, tanquam ſi de cæde Romanorum triũphaſſet. quare noctu parieti eius aſcriptum, opus vecordiæ templum Concordiæ. Appianus ſcribit poſt necem Gracchorum Senatum iuſſiſſe ædem Concordiæ in foro erigi. Tranquillus teſtatur Tiberium ædem Concordiæ dedicaſſe. In monumẽtis vrbis hoc reperitur S.P.Q.R. ædem Concordiæ vetuſtate collapſam in meliorem faciem opere & cultu ſplẽdidiore reſtituerunt. aut igitur neceſſe eſt diuerſas Concordiæ ædes in vrbe conſtructas & dirutas interdum reparatas: aut apertiſſimè inter ſe diſſentiunt ſcriptores. *Scripſiſſet*) reliquiſſet teſtamento ſua manu ſcripto. abſolutè tamen ſcribere de teſtamentis accipitur tantùm pro relinquere: nam alius pro teſtatore poterat ſcribere ipſo conſentiente.

inquam te ex parte quarta ſcripſiſſet heredẽ, num queri poſſes? Quid ſi heredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, vt non amplius apud te quàm quarta remaneret? Igitur ſufficere tibi debet, ſi exheredatus à matre, quartam partem ab heredibus eius accipias, quam tamen ego augebo. Scis te non ſubſcripſiſſe mecum, & iam biennium tranſiſſe, omniáque me vſu cepiſſe. Sed vt te coheredes mei tractabiliorem experiantur, vtque tibi nihil abſtulerit reuerentia mei, offero pro

Ex quarta parte) ex quadrante. ſub aſſis nomine tota hæreditas notabatur, cuius partes ſunt: vncia ab vno dicta: ſextans ſexta pars aſſis: quadrans quarta pars: triens tria: quincunx quinque partes aſſis: ſemis dimidium aſſis: ſeptunx ſeptem vnciæ. bes, octo: dodrans, nouem: decunx vel dextans decem: deunx vndecim. autores ſunt Vlpianus, Iuſtinianus, Priſcianus. *Ex quarta parte*) Paulus ad legem Falcidiam, Lex inquit Falcidia lata eſt, quæ primo cap. liberam legandi facultatem dedit vſque ad dodrantem: ſecundo capite modus legatorum conſtituitur his verbis, Quicunque ciuis Ro poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantam cuique ciui Ro pecuniam in rep. dare, legare volet, ius poteſtáſque eſto: dum ita detur legatum: ne minus quàm quartam partem hæreditatis ex eo teſtamento hæredes capiant. Vlp. ff. v. de inofficioſo teſtamento ſcribit quartam partem debitæ portionis ſufficere ad excludendam querelam. quarta autem accipitur, deducto ære alieno & funeris impenſa. Iuſtinianus in Inſtit. eodem titulo. Quartam quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſſit, ſiue iure hæreditario, ſiue legati, vel fidei commiſſi, vel ſi mortis cauſa ei donata quarta fuerit, vel inter viuos ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, vt idem de lege Falcidia teſtatur, ſiue plures apud eum, eóſve pars quarta remaneret. Falcidia lex de hæreditatibus lata à Publio Falcidio Tribuno inter bella ciuilia Auguſti & Antonii, Dione memorante, ſed Curianus in nullo prædictorum caſuum fuit. nam omnino à matre erat exhæredatus. quare niſi ille habuiſſet iuſtas exhæredandi cauſas, poterat agere de inofficioſo teſtamento. Illud addam ex conſtitutione diui Pii quartam partem arrogantis concedi. *Num queri poſſes*) perinde ac ſi diceret, non, quia id iure feciſſet. hoc autem agit interrogatio vt neges. *Ex aſſe*) ex vniuerſa hæreditate. *Exhauſiſſet*) extenuaſſet, alienaſſet. *Quarta*) legitima pars nam ſi totam hæreditatem legatis aſſumpſiſſet, profuiſſet Curiano doli exceptio, quod reſpondet Paulus de iure codicillorum. *Quarta*) repetè, num queri poſſes? *Augebo*) Volebat Secundus vt Curianus acciperet quartam bonorum partem à ſuis cohæredibus. nam ſuam portionem iam ſibi vſucapione vendicauerat, tamen pro liberalitate ſua pollicetur ſe daturũ quartã ſuæ partis. Augebo igitur hoc pacto, ſi

me vnum ex illis quos in iudicium vocaſti, putauero, & mea cum illis communicauero. ſic enim fiebat quarta maior. *Non ſubſcripſiſſe mecum*) non denunciaſſe, neque me citaſſe. nam ſic interrumpitur vſucapio. *Biennium*) Iuſtinianus in inſtit. titulo de vſucapionibus, Iure ciuili conſtitutum olim fuiſſe tradit, rem mobilem anno vbique vno, immobilem biennio tantùm in italico ſolo vſucapi. quod ſequentes Imperatores emendarunt longius tempus vſucapionibus conſtituendo. *Vſucepiſſe*) mihi vendicaſſe vſu lege cauto. nam vſucapio bono publico introducta eſt, ne ſcilicet quarundam rerum diu, & ferè ſemper incerta dominia eſſent, cùm ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium. Eſt autem vſucapio ſecundum Modeſtinum acquiſitio vel adiectio dominii per continuationem poſſeſſionis lege definiti. *Tractabiliorem*) minus grauem. quod fiebat cō̃municata Secundi portione cum cæteris. *Reuerentia mei*) quia dum me venerarìs non vocaſti in iudicium. & ſic proceſſit vſucapio. *Nihil abſtuleris*) nullum præiudicium iuri tuo, id eſt, quartæ parti feceris.

mea parte tantundē. Tuli fructū non conſcientiæ modò, verū etiam famæ. ille ergo Curianus legatum mihi reliquit: & factum meum (niſi fortè blandior mihi) antiquorum notabili honore ſignauit. Hæc tibi ſcripſi, quia de omnibus quæ me vel delectant vel angunt, non aliter tecum quàm mecum loqui ſoleo. Deinde, quòd durum exiſtimabam, te amantiſſimum mei fraudare voluptate quam ipſe capiebam. Neque enim ſum tam ſapiens, vt nihil mea interſit, an ijs, quæ honeſtè feciſſe me credo, teſtificatio quadā, & quaſi præmiū accedat. Vale.

Tantundem) quartam cum cæteris cohæredibus, vt ſcilicet computata vniuerſa hæreditate quarta pars detraheretur & Curiano daretur. *Tuli fructū*) ſenſus eſt, non ſolum gaudium in animo ſenſi, quòd rem honeſtiſſimam feceram, ſed etiam à multis laudatus ſum. *Legatum mihi reliquit*) quia in hoc negocio tam modeſtè me geſſeram, moriens legato modico proſecutus eſt. nam in limine epiſtolæ dixerat, Legatum mihi obuenit modicum, ſed ampliſſimo gratius. *Signauit*) monſtrauit elogio de me in teſtamento ſcripto. *More antiquorum*) quo modo ſolebant antiqui facere, [vel legas honore, quo proſequebantur antiquos.] *Blandior mihi*)mihi applaudo. mea nimium laudo. *Durum*) inurbanum, ruſticum. *Tam ſapiens*) quin ducar gloria. verus enim ſapiens contentus eſt conſcientia rectè facti, non fama. *Vt nihil mea interſit*) vt credam non intereſſe meā. *Teſtificatio*) laus præſertim à te amiciſſimo.

C. PLINIVS FLACCO SVO S.

ACcepi) Flacco agit gratias pro turdorum corona. Annium Flaccum Senatorem apud eundem inuenies. Ad hæc ſcimus Valerium Flaccum poetam per illa tempora claruiſſe. crediderim tamen, cùm hæc ſcriberet Secundus, ab humanis exceſſiſſe. In quibuſdam exemplaribus non Flacco, ſed Calphurnio ſcriptam epiſtolam nota-

ACcepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere, nec vllis copijs ex Laurentino, nec maris tam turbidis tempeſtatibus poſſum. Recipies ergo e-

notauimus: ſiue is fuerit Calphurnius Piſo, cuius paulo pòſt fit mentio: ſiue Calphurnius Agricola, ab Antonino philoſopho miſſus aduerſum Britannos. Calphurnio Rufo ſcripſit Adrianus: & Calphurnio Flacco, ſecundum Paulum, quem conſtat perueniſſe vſque ad Antonini & Seueri tempora, Calphurnium Macrum Secundus teſtatur ſua tempeſtate virum clariſſimum Vlpianus Calphurnium Rufum Proconſulem Arcadiæ ſub Adriano: ſic Calphurnium Celerianum. Marcellus, Calphurnio diuum Pium & Antoninum reſcripſiſſe, & Calphurnium Longinum fiſci aduocatum recitat. *Turdos*) fuerunt inter aues turdi gratiſſimo ſapore, autoribus Horatio & Martiale. Tria genera facit Ariſtoteles libro nono de animalibus. *Ponere*) reddere. *Parem calculum*) par munus. (tracta ſimilitudine à calculatoribus, qui parem calculum, id eſt parē rationē aſcribunt.] *Nec villæ copiis ex Laurentino*) cùm ibi nihil præter tectum & arenas ſtatim poſſideret, vt alibi refert: nullæ ergo erant in Laurentino copiæ. [Plures legunt, nec vrbis copiis ex Laurentino, id eſt, ex vrbanis copiis, quas iuſſi exportari in Laurentinum, ſed durior dicendi modus.] *Turbidis tempeſtatibus*) quibus non licet piſcari. id autem mare ſæpius contrariis fluctibus incrudeſcebat, ſoleas & ſquillas optimas producebat, in cæteris non admirabile.

Steriles) ſine apophoretis. *Simpliciter*) apertè. *Imitantes ſolertiam Diomedis*) nullo quantulocunque munere te dignantes. In. vi. Iliados rapſodia tradit Homerus Glaucū & Diomedem poſt congreſſum inter ſe mutaſſe arma: Glaucum aurea, quæ centum bobus: Diomedem ferrea, quæ nouem tantum æſtimabantur, dediſſe: quod indicat ſequens verſus, χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Huius rei meminere inſuper Plinius libro. xxxiij. cap. primo, & Gellius lib. ſecundo cap. xxiij. & Martialis libro nono expreſſit. Homeri carmen Marcus Tullius ad Atticum libro ſexto recitat, Habes inquit ad omnia non vt poſtulaſti, χρύσεα χαλκείων, ſed paria paribus reſpondimus. Et prouerbium inde ortum in ſagaces: χρύσεα ἀντὶ χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς, id eſt, aurea pro æreis permutare noſti. *Quæ facilitas tua*) tua ſolita facilitate. *Mereri veniam*) id eſt, apertè ſuum crimen fatentur literæ meæ.

piſtolas ſteriles, & ſimpliciter ingratas: ac ne illam quidem ſolertiam Diomedis in permutando munere imitantes. Sed, quæ facilitas tua, hoc magis dabis veniam, quòd ſe non mereri fatentur. Vale.

C. PLINIVS ARISTONI SVO S.

CVm plurima officia tua mihi grata & iucunda ſunt, tum vel maximè quòd me celandum non putaſti, fuiſſe apud te de verſiculis meis multum copioſúmque ſermonem eúmq; diuerſitate iudiciorum longius proceſſiſſe: extitiſſe etiam quoſdam, qui ſcripta quidem ipſa

CVm) Dum legerentur Secūdi epigrammata apud Ariſtonem præſentibus multis, quidam laudarunt, alij damnarunt, quòd vir tantus laſciua talia publicaret. quibus ab Ariſtone cognitis ſcribit Secundus ſe honeſtas animi laxationes ſequi præſertim in componendis verſiculis, nec id facere ſine multorum ac maximorum virorum exemplo. quos plurimos commemorat: deinde cur epigrammata reciter, prudenter explicat. *Verſiculis*) hendecaſyllabis. *Diuerſitate iudiciorum*) varia enim hominum iudicia. *Longius*) in multum temporis & verborum.

non improbarent, me tamen amicè ſimpliciterque reprehenderent, quòd hæc ſcriberem recitarémque. Quibus ego, vt augeam meam culpam, ita reſpondeo. Facio nonnunquam verſiculos ſeueros parum, facio comœdias, & audio & ſpecto mimos, & lyricos lego, & ſatyricos intelligo: aliquando præterea rideo, iocor, ludo, vtque omnia innoxiæ remiſſionis genera breuiter amplectar, homo ſum. Nec verò moleſtè fero hanc eſſe de moribus meis exiſtimationem: vt qui neſciunt talia doctiſſimos, grauiſſimos, ſanctiſſimos homines ſcriptitaſſe, me ſcribere mirentur. Ab illis autem, quibus notum eſt, quos quantóſque auctores ſequar, facile impetrari poſſe confido, vt errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modò, verumetiam luſus exprimere, laudabile eſt. An ego verear (neminem viuentium, ne quam in ſpeciem adulationis incidam, nominabo) ne me non ſatis deceat, quod decuit M. Tulliũ, Caium Caluum, Aſiniũ Pollionem,

Non improbarent) laudarent. *Hæc*) laſciua. *Scriberem*) componerem. *Recitarem*) emitterem, publicarem, auditorum iudiciũ experirer. *Seueros parum*) molliuſculos, tenellos, prurientes. *Comœdias*) xiiij. natus annos comœdiam Græcam compoſuit, vt alibi refert. *Mimos*) omniũ geſticulatores, vnde & Pãtomimi appellati. eos qui ſpectaſſe, Apuleio tradente, ridere opus erat. mimographi autem mimorum ſcriptores, è quibus Laberius palmam tulit. *Satyricos*) qui turpia verſu notant & carpunt. [non diſplicet ſotadicos ſcilicet verſus, de quibus alibi. Qui ſocraticos legunt, videntur reſpicere Socratis amatorios ſermones, cùm tamen ferè alibi Socratici ſermones pro ſapientibus & moralibus accipiantur.] Intelligo dixit non tam propter difficultatem, & figuratum dicendi genus, quod illis peculiare eſt, quàm propter turpia, Intelligo igitur lego. *Innoxiæ*) conceſſa, vel legatur innoxiæ remiſſionis, in eundem ſenſum. *Homo ſum*) trahor affectibus *Vt*) tanquam. *Talia*) laſciua. *Doctiſſimos*) in ſecunda lectione fuit ditiſſimos, id eſt, ſupremæ fortunæ viros. *Doctiſſimos*) conuenit autem cum illo Papinij ad Stellam, Nec quiſquã inquit eſt illuſtriũ poetarũ, qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore præluſerit. *Grauiſſimos*) Sic procedit Apuleius in oratione prima contra accuſatores, enumerans viros grauiſſimos, qui ſcripſerant epigrammata. *Errare*) ſcribere talia, ſi tamen error eſt. *Cum illis*) exemplo illorum. *Exprimere*) explicare, referre. *Seria*) res graues. nam vt in vita, ſic in ſtudiis pulcherrimum & humaniſſimũ exiſtimo ſeueritatem comitatémque miſcere. *An ego verear*) quæ illi non veriti ſunt. *Neminem viuentium*) multi enim tunc viuebant, qui in ſcribendis epigrammatibus excellebant, quos dicit ſe omittere: ne tanquam grauiſſimis & ſanctiſſimis viris videatur adulari. *Marcum Tullium*) quem idem libro ſeptimo teſtatur laſciuos verſus compoſuiſſe, & ad exemplum eius commotum, vt ſimiles pangeret. *Caium Caluum*) oratorem & poetam. De verſibus vtriuſque ſatis iam prædiximus. *Aſinium Pollionem*) Longum eſſet recenſere omnia, quæ ab hiſtoricis de iſtis ſcriptoribus referantur: quare contenti erimus tantum allegare, quibus probentur fuiſſe ſummi & oratores & poetæ. Aſinius igitur Pollio vir conſularis & triumphalis, orator ac hiſtoricus inſignis, & ſecundum aliquos declamator philoſophúſque. nam temporibus Pompeii Magni declamauit in vrbe, & Timagenis ſcholæ ſucceſſor fuit. lxxx. ætatis ſuę anno in villa Tuſculana moritur. eum Sen. poetam appellat. nam tragœdias compoſuiſſe Tacitus & Horatius meminêre, & illius carmen mirum in modum Vergilius in

Bucolicis extollit. ſcripſit autem multa, quorum aliqua recitantur à Suida. Alios Polliones plures annotauimus, quos nunc conſulto omittimus.

Marcū Meſſalā, Quintū Hortenſiū, M.Brutū,

Marcum Meſſalam)Hic patre M. Meſſala natus iiſdem Coſſ. quibus T. Liuius hiſtoricus, minor natu quàm Cic. orator nullo modo inops, ſed non nimis ornatus genere verborum, prudens, acutus, minimè incautus patronus, in cauſis cognoſcendis componendiſque diligens, magni laboris, multæ operæ multarúmque cauſarum. ſecundum alios nitidus & candidus, quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuā. quare dignitatem in eo probat Fabius. Fuit ingenio exactiſſimo & Latini ſermonis diligentiſſimus obſeruator. vnde quoſdam totos libellos non de rebus modò ſingulis, ſed etiam de literis edidit. Illi vertere Græca in Latinum placuit, multæque fuerunt ad hunc modum ſcriptæ orationes: adeo vt etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderit. Senem adoleſcens Octauius obſeruauit, & in oratione Latina ſequi conatus eſt. Hic ille Meſſala quem triumuiri morte proſcripſerant, pecuniam, libertatémque interfectori polliciti. Verùm ad Brutum & Caſſium confugiens cum bellicoſiſſima militum parte in cornu Bruti collocatus aduerſus Antoninum multa fortiter geſſit. defunctis partium ducibus exercitum per inducias Antonio tradidit, & Octauium ſe proſcribentem in tanta clade nactus in poteſtatem ſuam, tamen vt Imperatorem tuuit, ſalutíque reſtituit. tradúntque ab Auguſto laudatum, quòd licèt in cāpis Philippicis Bruti gratia hoſtis acerrimus ei fuiſſet, in Actio promptiſſimum ſeſe præbuiſſet. Iam autem illi aduerſum Sext. Pompeium Dicæarchiam promiſerat, & primam legionem ad Hipponium ducere impetrauerat: ad illa igitur Meſſala inquit, Ego tibi ô Cæſar ſemper melioris atque iuſtioris partis, honoriſque fui. Bis Coſſ. per annos. lv. auguratum geſſit. aquarum præfecturam primus ab Auguſto accepit, à quo præfectus vrbis primò factus ſexto die magiſtratu ſe abdicauit, inciuilem poteſtatem eſſe conteſtans. Ante biennium quàm moreretur, ita memoria excidit ac ſenſu, vt vix pauca verba coniungeret, & [nominis] ſui obliuiſceretur: ad extremum vlcere ſibi circa ſacram ſpinam nato inedia ſe confecit, anno ætatis. lxxij. Agere in foro cœpit iam Cicerone arcem eloquentiæ tenente. in iudicio pro Aufidio Ser. Sulp. contradixit. Cauſam Phaſelli & Herodis accuſantibus Iudæis apud M. Ant. defendit. Tibullus panegyricum ſcripſit, in quo Meſſalam à rebus bellicis & eloquentia laudat. & eius natalem ſuprema elegia celebrat. Liuius & Macrobius Meſſalæ cognomentū pluribus exequuntur. *Q. Hortenſium*) Hic Conſularis vir clarus & humanus Prætor Pompeianas partes ſecutus in Macedoniam. *M. Brutum*) Orator plurimùm actione valens, cuius rei fides eſt, quòd eius ſcripta tantùm intra famam fuerunt. diu oratorum princeps: aliquando æmulus Ciceronis exiſtimatus eſt: nouiſſimè quoad vixit ſecundus: nam omnibus ferme ætatis ſuæ oratoribus, niſi M. Tullio clarior. fuit multa cum munditia indutus amictúſque, piſcinarum & pauonum amator Cicero de Claris Oratoribus, & Valerius Max. lib. viii. plurimùm actione valuiſſe tradunt. Catone familiariter vſus, cuius vxorem Martiam ad prolem impetrauit. Pompeii bona defendit. Pomponio Attico amicus, & Siſennæ hiſtorico, Lucullóque, vt inter ſe ſortem proponerent, quis poemate, quis oratione Græca pariter & Latina aliquod opus componeret. Ouid. ij. Triſtium oſtendit in verſibus Hortenſii non defuiſſe laſciuiam. eius tamen carmina, ſi Gellio credimus, inuenuſta quidam Græcorum putarunt. Tradit Plutarchus in Bruti vita, Cùm Hortenſius C. Antonium M. Antonii in in vindictam Ciceronis occidiſſet, comprehenſus poſtea in Philippis à M Antonio iugulatur. at Q. Serenus inquit, Sic eſt Hortenſius olim Abſumptus: cauſis etenim confectus agendis Obticuit, cùm vox domino viuente periret. Et nondum extincti moreretur lingua diſerti.

M. Brutum) philoſophos ferme omnes Brutus, ſed præſertim Platonicos attigit. quare in his egregius & multo quàm in orationibus præſtantior, ſuffecit ponderi rerum. ſcias eum ſentire quæ dicit. nam grauitatem quandam præ ſe fert, virtutibus ſuis à pleriſque amatus, ab amicis deſideratus, ab optimis admiratus, hoſtibus non inuiſus, clemens & magnanimus, inflexibilem mentem ad bonum & æquum conſeruans. Eius eloquentiam pluribus M. Tullius de Claris Oratoribus commendat. Epiſtolas ſcripſit Laconico ſtilo, breuis enim & aſtrictus fuit: quibus ſimpliciter & ingenuè iudicium animi ſui detexit. Librum de virtute compoſuit. orationem pro Deiotaro rege adoleſcens dixit, ſed pro Milone ſcripſit, exercitationis cauſa. Brutum ſeptem libellos de iure ciuili feciſſe Pomponius de origine iuris autor eſt. Puerum à ſe dilectum illuſtrauit, qui poſtea in ſigillis celebratus. Meminere Plinius & Mart. in eius amorem condita in bibliothecas carmina retulit: non melius quàm Cicero, ſed fœlicius, quia illum feciſſe pauciores ſciunt. Ouidius lib. primo de Ponto, ſi tamen is eſt [credo tamen alium fuiſſe,] nam multi per ea tempora Bruti fuere. teſtatur Brutum poetam doctum, Doctus, & in promtu carmina Brutus habet. In Brutum etiã edita carmina prodit Seneca lib. vi. Controuerſiarum. M. Bruti vita luculentiſſimè à Plutarcho deſcribitur.

L. Sullam, Q. Catulum, Quintum Scæuolam,

L. Syllam) Sullam quidam legunt, quòd facilis tranſitus ſit ab y in u. Syllam à colore nomen traxiſſe credit Plutarchus: alii, vt Macrobius, dictum quaſi Sibyllam. L. igitur Sylla cognomento Fœlix, ſalibus & ſcommate oblectatus commentarios rerum ſuarum reliquit, poſt captas Athenas allatam Apelliconis bibliothecam [in vrbem] tranſtulit, in qua fuerant Ariſtotelis & Theophraſti libri, qui publicati multum Romanis ad philoſophiam contulerunt. Fuit enim Sylla literis Græcis & Latinis pariter doctiſſimè eruditus, facundus ac ingenio incredibili, vt in hiſtoriis memorat Saluſtius. quare illud C. Iulii Cæſaris apud Tranquil. Syllam neſciſſe literas cum ſtomacho prolatum eſt, quòd dictaturam depoſuiſſet, tanquam non legiſſet in hiſtoriis, Dionyſium ſæpe vſurpaſſe hanc vocem., Tyrannum pedibus tractum non inſidentem equo relinquere tyrannidem debere. *Q. Catulum*) Q. Catulus Luctatius Conſul cum Mario de Cimbris triumphauit. Cenſuram cum Craſſo geſſit, ciuilibus negociis, quàm rei militari commodior, Syllanæ factionis aliquando princeps, in ſummo honore apud optimates &. multitudini non inuiſus, omnium verò Romanorum manſuetiſſimus, autoritatis, integritatis, æquitatis primus, poſt dedicatum à ſe Capitolium, qui ſomniauit Iouem in gremium ſuum Auguſtum puerum repoſuiſſe, atque reip. ſignum, quod manu geſtaret, in ſinum eius collocaſſe. Catulo non ſolùm nos Latini, ſed etiam Græci ipſi (Cicero refert) ſolent ſuæ linguæ ſubtilitatem elegantiámque concedere. Epigrammata luſiſſe Gellius autor, apud quem ſequentes verſus Q. Catuli recognoſcuntur, Aufugit mi animus, credo (vt ſolet) ad Theotimum Deuenit. ſic eſt, perfugium illud habet. Quid ſi non interdixiſſem ne illuc fugitiuum Mitteret ad ſe intro, ſed magis eiiceret? Ibimus quæſitum, verum ne ipſi teneamur, Formido, Quid ago? da Venus conſilium. M. Tullius primo de natura deorum tradit à Catulo Roſcium quendam in deliciis habitum, in quem pulcherrimum illius epigramma recitat. Conſtiteram exorientem auroram fortè ſalutans, Cùm ſubitò à læua Roſcius exoritur. Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra. Mortalis viſus pulchrior eſſe dea eſt. Plutarchus & Appianus teſtantur interiiſſe poſtquam Marius pro Catulo, rogantibus reſpondit, Mori oportere Incluſum domi accenſis carbonibus ſe ſuffocantem. Plinius tamen libro xxxv. ſcribit interfectum ab Amphione. Satis conſtat quem Plutarchus & Appianus recitãt non fuiſſe Capitolini templi dedicatorem, cùm is poſt Syllam perierit: at ille viuo adhuc Sylla, cuius fœlicitati non obtigit vt Capitolium dedicaret, cùm id maximè cuperet. *Q. Scæuolam*) Q. Mutius

Scæuola, P. filius, & L. Craſſi ſocer, princeps Romæ in ædilitate ſua leonum ſimul plurium pugnam dedit, collega Craſſo oratori in Conſulatu. & iterum cum L. Cæcilio Metello, cùm vterque de Dalmatis triumphauit, pontifex Max. Romanorum vnus & ingenio & induſtria præſtantiſſimus. nam fuit orator ac Iuriſconſultus inſignis, qui Ciceronem in iure ciuili inſtituit. vnde merito Quintū Scæuolam libro primo de Oratore vocat omnium doctiſſimum, & diſciplina iuris ciuilis eruditiſſimum, & ingenio prudentiáque acutiſſimum, & oratione maximè limatum: ſubtilem atque iuriſperitorum eloquentium iuriſperitum eloquentiſſimum. Plura lege apud eundem in libro de Claris Oratoribus. Fabius ſanè facundiam in Scæuola probat. Hunc Marius filius interfici iuſſit: & in Tiberim deiici. Alterum Scæuolam Iuriſconſultum recitat Iulius Capitolinus, cuius autoritate & periculo Antoninus philoſophus ſemper iura dictauit: & ſub eo Papinianus, & Seuerus Iuriſconſultus profeſſi ſunt.

Ser. Sulptium, Varronem,

Seruiū Sulpitium) Seruius Sulpitius vir princeps, qui interrex Pompeium vnicum Cōſulem creauit in adoleſcentia verbis redundantibus, & efferueſcentibus: poſt Lucii Craſſi auditor magnificum illud dicendi genus expreſſit: tantam facultatem aſſecutus, vt non æqualibus ſuis ſolùm anteponeretur, ſed cum maioribus natu cōpararetur. Nemo enim nec motu corporis, nec ipſo habitu, atque forma fuit aptior, nec voce plenior, aut ſuauior, cuius tanta erat in dicendo grauitas, tanta iucunditas, tanta breuitas, vt poſſet, vel vt prudentes errarent: vel vt boni minus bene ſentirent, dicendo perficere. & cum M. Tullius de Claris Oratoribus eloquentiam Sulpicii pluribus proſequatur: contenti erimus, quæ ab eodem pro Murena dicuntur. Seruius inquit Sulpitius forum ſecutus eſt, ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, præſto multis fuit, magna laus & gratia hominibus, vnum hominum elaborare in ea ſcientia, quæ ſit multis profutura. Pomponius de Origine iuris, cum Seruius Sulpitius in cauſis orandis primum locum obtineret, aut certè poſt Ciceronem, traditur de re amici Q. Mutium conſuluiſſe: qui quanuis ſæpius reſpondiſſet, Seruium tamen parum de iure intellexiſſe. quare à Mutio obiurgatus, quòd turpe eſſet patricio, & nobili viro cauſas oranti, ius, in quo verſaretur, ignorare: ea velut contumelia Seruius tactus, operam dedit iuri ciuili ſub Albo Lucillio. Sed maximè inſtructus ab Aulo Aquilio. Fabius iuriſconſultiſſimum appellat: at Gellio aſſerente iuris ciuilis autor, & bene literatus, nec minus facundus orator, Marco Varrone familiariter vſus. Cùm in legatione periiſſet, eius ſtatuam populus Romanus pro roſtris poſuit: & ſecundum Euſebium in Chronicis publico funere elatus eſt. Antequam diceret, commentariis cauſas mandabat, & in libros digerebat, cuius ſe tres orationes vidiſſe teſtatur Quintilianus, quarum vna erat pro Aufidia, cui contradixit Meſſala. Hi de quibus loquor commentarii, ita extabāt exacti, vt ab ipſo in memoriam poſteritatis viderentur eſſe compoſiti. Reliquit autem propè centum & octoginta libros, autore Pomponio: hoc ſolo exercitationis genere ſe exercere ſolebat in componendis carminibus. nam & ſublimis ſpiritus attollere orationem poterat, & verba poetica libertate audaciora præſumūt eandem dicendi facultatem. quare Ouidius, ſecundo Triſtium monſtrat Seruiū, aliquando verſibus laſciuiſſe. Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Serui.

Varronem) Hic mihi concedent lectores ita profunda Varronis doctrina poſtulante pluribus agere, nec moleſtum erit illis legere, quæ nos hinc inde inquirendo non grauarunt: Omiſſis igitur rebus bellicis: nam foris pariter ac domi clarus extitit. M. Terentius Varro ſecundum Sidonium alius ab eo qui natus in vico Attace Narbonenſis prouinciæ [ille] xxxv. agens annum literas Græcas ſummo ſtudio edidicit: in Latinis præceptorem habuit Lælium virum doctum, & ſocerum C. Fundanium, vir ingenio omníque doctrina præſtans. L. Ælium equitem eruditiſſimum, & Græcis literis & Latinis, antiquitatiſque noſtræ

penitus literatum imitatus: eam ſcientiam per ſeſe etiam auctam pluribus & illuſtrioribus literis explicuit: quem ſenſum voluit, optimè expreſſit: omnium Rom. doctiſſimum, linguæ Latinæ peritiſſimum, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum noſtrarúmque, teſtantur Seneca & Fabius: plus tamen ſcientiæ collaturum, quàm eloquentiæ: nam philoſophū accuratiſſimè doctum atque eruditum ſcribit Apuleius. Macrobius in omnibus imitatorem Homeri: Gellius doctrinarum multiformium, variarúmque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmen habuiſſe. Dionyſius in antiquitatibus, ſuæ ætatis omnium florentium longè peritiſſimum. Appianus philoſophum, & hiſtoriarum ſcriptorem egregium. Eius viuentis imago poſita fuit in Bibliotheca: quæ prima in vrbe ab Aſinio Pollione de manubiis publicata Romæ, haud minore gloria principe oratore, & ciue: ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit multitudine, vni hanc coronam dante, quam cùm eidem Magnus Pompeius pyratico ex bello naualem dedit. Iulius Cæſar bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximè poſſet publicare deſtinans, M. Varroni curam dedit comparandarum, ac digerendarum: qui cùm eſſet vndecunque doctiſſimus, tamen contumelioſè à Quinto Rhemnio Palęmone porcus literarum appellatus eſt. Pręcepta autem ſapientię verſibus Latinis tradidit, rhetoricorum libros rerum humanarum, de vita populi Romani, epiſtolarum, de liberis educandis, Promethei libros, diſciplinarum libros nouem, pro Gallio & Fundanio de rebus admirandis, rerum diuinarum, de vita patrum, de legibus periplum, imagines ſeptingentorum illuſtrium voluminibus ſuis inſeruit: non paſſus intercidere figuras, aut vetuſtatem æui contra homines valere. Pompeio in Conſulatu commentarium introductoriū, quæſtiones epiſtolicas, de Aboriginibus libros, vnum de architectura, nauales libros, quos diligēter excoluit: comedias, ſatyras, quas alij cynicas, ipſe appellauit Menippeas, à Menippo philoſopho, cuius libros æmulatus eſt: de compoſitione ſatyræ, de æſtuariis, & plures quos longum eſſet recenſere: nunc de agricultura tres extant quos fecit cùm octogeſimumprimum vitæ annum ageret: de libris linguæ Latinæ, ſiue ſermonis Latini, quid ſentiamus conſultò nunc ſuperſedimus. Vnum addam Varronem Argonautica conſcripſiſſe, quod colligitur ex primo Naſonis amorum. Varronem, primámque ratem quæ neſciet æras, Aureáque Æſonio terga pétita duci. Et idem immo: quod hic optimè facit libro ſecundo Triſtium ſatis ſignanter expreſſit. Is quoque Phaſiacas Argon qui duxit in vndas, Non potuit Veneris furta tacere ſuæ. Nam & Varronis Argonautica & epigrammata monſtrauit. In Triumuiratu & Tribunatu clarus, & prætura functus propè nonagenarius moritur: ſe condi iubens fictilibus doliis Pythagorico modo in myrthi & oleæ atque nigræ populi foliis. Quidam prodiderunt Varronem eiuſdem nominis cuidam à Triumuiris proſcriptorum veritum ne ideo mali aliquid quale Cinna pateretur, propoſuiſſe ſcriptum, quo id iſum admoneret. Erat autem tunc Trib. pl. quare impetum carnificum à ſe repuliſſe & riſum excitaſſe. Appianus tamen refert inter proſcriptos relatum, apud Calenum clàm retentum in villa, in quam Antonius deambulationis cauſa aliquando veniebat.

Torquatum, immò Torquatos; C. Memmium,

Torquatum immò Torquatos) primum Torquato cognomentum indidiſſe accepimus torquē ex auro hoſtis Galli induuias, quē ſingulari certamine prouocatus occiderat, & torquē detractū collo ſuo impoſuerat: inde cognomen in familiam receptum. Igitur Torquatos eloquentes adducit: quorum primus L. Torquatus, M. Tullio referente, elegans in dicendo: in æſtimando admodum prudens orator: quem non tam citò rhetorem dixiſſes, & ſi non deerat oratio, quàm (vt Græci dicunt politicon: verùm in eo erant plurimæ literæ, nec vulgares, ſed interiores quædam, & reconditæ: diuina memoria, ſumma verborum & grauitas, & elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. Fuit autem Pomponij Attici & Ciceronis condi-

ſcipulus, bello pyratico &ciuili implicitus. Eius ac Iuliæ epithalamium celebrauit Catullus. L. Torquatum tamen Gellius ſubagreſti ingenio & infeſtiuo fuiſſe teſtatur: & dum contra Hortenſium apud conſilium iudicum (quamquam ligatur iudicium Conſulum) ageret, appellaſſe eum Dionyſiam geſticulariam. Eius filius, T. Torquatus doctus vir ex Rhodiana diſciplina Molonis, & à natura ad dicendum ſatis ſolutus atque expeditus: cui ſi vita ſuppeditauiſſet, ſublato ambitu Conſul factus eſſet: plus facultatis habuit ad dicendum, quàm voluntatis: itaque ſtudio huic non ſatisfecit, officio verò nec in ſuorum neceſſariorum cauſis, nec in ſententia Senatoria defuit. At Aulus Torquatus Caſſij & Bruti partes ſecutus, poſt quorum interitum metu perculſum Atticus tuendum inſtituit: ad hunc ſcripſit Horatius epiſtolam libro primo. *C. Memmium*] C. Memmius, L. filius, perfectus literis, ſed Græcis: faſtidioſus ſanè Latinarum: argutus orator, verbiſque dulcis: ſed fugiens non modò dicendi, verùm etiam cogitandi laborem: tantum ſibi de facultate detraxit, quantum imminuit induſtriæ. hæc Cicero de claris Oratoribus. & quæ ſequuntur, Tum etiam C. & L. Memmij fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi Itaque in iudicium capitis multos vocauerunt, pro reis non ſæpe dixerunt. nam C Memmius Tribunus plebis, Marcum Luculli fratrem reum fecit, & cùm iudicium Marcus euaſiſſet, conuertit accuſationem in L. Lucullum, ſed conſpiratione nobilium defenſus eſt. Hic eſt ille Memmius, qui dixit Catonem totas noctes ebrium eſſe, & orationibus aſperrimis inſectatus eſt Iulium Cæſarem, à quo non minore acerbitate repreſſus, ſed mox Cæſar in petitione Conſulatus Memmio ſuffragator fuit. Memmij dura epigrammata notat Gellius, Ouidius Latina libro ſecundo Triſtium, Quid referam Tindæ? quid Memmi carmen? apud quos Nomen adeſt rebus, nominibúſque pudor. Vbi tamen quidam pro Tindæ legunt Ticidæ.

Lentulum, Gætulicum, Annæum Senecam,

C. Lentulum] C. Lentulus Marcellinus Cenſorinus, nec vnquam indiſertus, & in Conſulatu pereloquens viſus eſt: non tardus ſententiis, non inops verbis. Legitur etiam. Cn Lentulus, qui teſtimonio M. Tullij multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat: non peracutus, quanquam & ex facie & ex vultu videbatur: nec abundans verbis, & ſi fallebat in eo ipſo, ſic interuallis, exclamationibus, voce ſuaui & canora, admirando irridebat: calebat agendo, vt ea quæ deerant non deſiderarentur. Cicero alios Lentulos oratores in libello de claris Oratoribus nominat. Fuêre præterea alij Lentuli autoribus Cæſare, Liuio, Plinio, Plutarcho, quos conſultò prætermimus. *Gætulicum*] cum Caio Gætulico inimicitias geſſiſſe, libro quarto naturalium quæſtionum adfirmat Seneca, apud alium quempiam nihil adhuc de illo comperi. præter vnum Martialem, qui in præfatione libri primi aſſerit Gætulicum epigrammata ſcripſiſſe. *Annæum Senecam.*] Lucius Annæus Seneca Cordubenſis: cuius ſi ſingula exequi vellem, formam interpretis excederem, Cyrum Maryllium Eſerninum rhetorem præceptorem, & condiſcipulum Portium Latronem declamatorem habuit: & Phocionem Stoicum in philoſophia audiuit, & Attalum: ſiue, vt alij ſcribunt, Plotium: Alfio inſuper Flauio, & Aſinio Pollione, ac ferè omnibus ſui temporis declamatoribus vſus: nam ſuperuixit ad multum ætatis, vt potuerit ipſo conteſtante M. Tullium audiuiſſe. Primus ſcholam frequentabat, & vltimus exibat; memoria vſque in admirationem. Neronem puerum iam à Claudio adoptatum ab exilio reuocatus Senator præceptis eloquentiæ inſtruere conatus eſt: per aliquod temporis apud Agrippinam, & mox, Neronem, cum Burro potens. Plurimum ſtudij in eo fuit, multarúmque rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab his, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus eſt. natus ingenio amœno, & temporis illius auribus accommodato: tractauit omnem ferè ſtudiorum materiam: nam plura ſcripſit

quàm nunc extent. In dicendo copiam præ ſe tulit: at in philoſophia parum diligens, egregius tamen vitiorum inſectator: multæ in eo claræque ſententiæ, multa etiam morum gratia legenda, ſed in eloquendo corrupta pleraque. Velles eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno iudicio. Sanè fractum dicendi genus habuit, ac ab antiquis defluxit. Potiores ſe nimium inceſſit. Lege Gellium libro duodecimo cap. ſecundo. Poemata Fabio prodente ſcripſit: nam ad gratuita carmina deflexit, quod anſam dedit delatoribus, tanquam laudem ſibi aſciſceret, poſtquam Neroni amor eorum eueniſſet. Moriens ſibi hoc epitaphium condidit, Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere honores Ite, alias poſt hac ſolicitate animas. Me procul à vobis deus euocat, illicet actis Rebus terrenis hoſpita terra vale. Corpus auara tamen ſolennibus accipe ſaxis. Namque animam cælo reddimus, oſſa tibi. Sidonius Apollinaris hendecaſyllabo ad Felicem ex profeſſo docet tragœdias ab altero Seneca ſcriptas. Vitam & mores, fortunam, mortis cauſas & genus cum vxore Paulina, ſi quis requirit, legat Tacitum, Dionem & diuum Hieronymum à prioribus diſſentientem.

Luceium, & proximè Virginium Rufum: & ſi non ſufficiunt exempla priuata, Diuum Iulium, Diuum Auguſtum, Diuum Neruam,

[*Et*] *Lucanum*) Annæus Lucanus Mella, Gallionis & Acilię filius cōiurauit in Neronem, quòd famam eius carminum Imperator vanus oſtentatione premebat, prohibuerátque oſtentare. Scriptor in dicendo ardens, & concitatus, & ſententiis clariſſimus. Quintiliano iudice magis oratoribus, quàm poetis connumerandus: Martiale ſecus ſentiente, & libro decimo atteſtante luſiſſe interdum epigrammate, cùm ad vxorem illius Pollam ſcribit, Contigeris regina meos ſi Polla libellos, Non tetrica noſtros excipe fronte iocos. Ille tuus vates Heliconis gloria noſtri, Pieria caneret cùm fera bella tuba: Non tamen erubuit laſciuo dicere verſu, Si nec pædico, Cotta, quid hic facio? [In quibuſdam exemplaribus non legi Lucanum, quod magis probo, quoniam non memini legere eum fuiſſe Senatorem.] *Proximè*) quia non multo antè Virginius deceſſerat, de quo ſuprà copioſè. *Priuata*) reſpectu imperatorum. ſic vſurpat in panegyrico: nam aliàs omnes fuerant in magiſtratu. *Diuū Iulium*) C. Iulius Cæſar Dictator poema reliquit, cui titulus, iter, puer, & adoleſcentulus: quædam ſcripſerat, vt laudes Herculis, OEdipi tragœdiam, dicta collectanea. Tacitus aſſerit eum feciſſe carmina & in bibliothecas repoſuiſſe. apud quem & Ciceronem, Hircium, Fabium, Tranquil. Plut. Gellium multa de illius eloquentia, & ingenio diſſeruntur. *Diuum*) relatus eſt in deorum numerum, non ore modò decernentium, ſed & perſuaſione vulgi: ſiquidem ludis quos primò conſecratos ei Auguſtus edebat ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit exoriens circa xi. horam: creditúmque eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti, & hac de cauſa ſimulacro eius in vertice additur ſtella. *Diuum Auguſtum*) de cuius deificatione, & ſequentium (nam & Titus apotheoſim meruit) in panegyrico referemus. Auguſtus autem Cæſar iocos affectauit, ſaluo tamen maieſtatis pudoriſque reſpectu, nec vt caderet in ſcurram. Aiacem tragœdiam ſcripſit, quam, cùm diſplicuiſſet, deleuit. Suidas etiam Achillis tragœdiam addidit. Extat adhuc carmen illius hexametrum, quo vetuit Æneida comburi. Nam fuit poeticæ ſtudioſus Horatij teſtimonio muſas alloquentis, Vos Cæſarem altum militia ſimul Feſſas cohortes addidit oppidis. Finire quærentem labores Pierio recreatis antro. Item hexametris librum edidit, cui argumentum & titulus Sicilia. & epigrammaticum librum modicum quidem, quem fere balnei tempore meditatus eſt. vnde Valerius Mart. excerpta ſex carmina ſuo volumini inſeruit eo epigrammate, cui initiū, Cæſaris Auguſti laſciuos liuide verſus Sex lege qui triſtis verba Latina leges. *Diuum Neruam*) Cocceius Nerua qui poſt Domitianum imperauit, & nunquam viſus eſt ridere,

dere,neq; ludere inter amicos,epigrāmata ſcripſit,& ad eū Nero opus ſuum miſit, ac Tibullum alterum appellauit. Ex libro nono referam Mart. carmen. ad eundem Neruam. Audet facundo qui carmina mittere Neruæ, Pallia donauit glaucina Coſme tibi, Pęſtano violas, & cana liguſtra colono, Hyblęis apibus corſica mella dabit. Sed tamen & paruæ nonnulla eſt gratia muſæ, Appetitur poſito vilis oliua lupo. Nec tibi ſit mirum modici quòd conſcia vatis Iudicium metuat noſtra Thalia tuum. Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur aures, Laſciuum iuuenis cùm tibi luſit opus. Facit hoc loco & illud ex octauo libro. Quanta quies placidi tanta eſt facundia Neruæ. Sed cohibet vires ingeniúmque pudor, Cùm ſiccare ſacrum largo Permeſſida poſſet Ore verecundam maluit eſſe ſitim. Pieriam tenui frontem redimite corona, Contentus famæ nec dare vela ſuæ. Sed tamen hunc noſtri ſcit temporis eſſe Tibullum, Carmina qui docti nota Neronis habet. Nec mirum Tito Neruam præpoſitum, cùm tamen ille prior imperauerit. Non enim hoc reſpicit Secundus, ſed quis natu prior.

T. Cæſarem. Neronem enim tranſeo, quamuis ſciā nō corrūpi in deterius, quæ aliquando etiā à malis, ſed honeſta manere quæ ſæpius à bonis fiunt. inter quos vel præcipuè numerandus eſt P. Vergilius, Cornel. Nepos, & prius Ennius,

Titum Cæſarem) Amor ac deliciæ generis humani Titus Cæſar Latinæ Grę cæque linguæ, vel in orando vel in fingendis poematibus ad extemporalitatem vſque promptus & facilis: quod præter Tranquillum Suetonium, Plinius ſenior in præfatione naturalis hiſtoriæ tetigit ad eundem ſcribens, Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris amas? quantus in poetica es? ô magna fœcunditas animi. Iam autem monſtrauerat oblectatum ſcriptis iocoſis verſu Catulliano, quanquam nōnulli referant iſta ad Domitianum [ſed falſò: placet magis vt legamus Titum quàm Tiberium, vt Plinius ordinem Imperatorum ſeruauerit. & ſciam Tiberium compoſuiſſe carmen Lyricum & Græca poemata feciſſe.] *Neronem*) Domitius Nero Cæſar puerilibus ſtatim annis aliquando carminibus pangendis animum exercuit, ita vt ineſſe ſibi elementa doctrinæ oſtenderet. Imperator quoque carminum ſtudium affectauit. Contracti ſunt quibus aliqua pangendi facultas, necdum inſignis ætatis: qui conſidere ſimul, vel allatos, vel ibidem repertos verſus connectere ſolebant, atque ipſius verba quoquo modo prolata ſupplere: quod ſpecies ipſa carminum docuit, non impetu & inſtinctu, nec vno ore fluēs, ſed Tranquill' diuerſa à Tacito ſentit. Namque ad poeticā pronū fuiſſe, & carmina libenter ac ſine labore ſcripſiſſe, neque aliena pro ſuis edidiſſe. Veniſſe enim in manus ſuas pugillares & libellos refert cum quibuſdam notiſſimis verſibus ipſius chirographo ſcriptis, vt facilè appareret non tranſlatos, aut dictante aliquo exceptos, ſed planè quaſi à cogitante exaratos: ita multa & deleta & inducta, & ſuperſcripta inerant. Philoſtratus libro. iiij. ſcriptum reliquit Neronem hymnos ſcripſiſſe, & multas tragœdias tranſtuliſſe. Suetonius Neronis carmina in theatro recitata, tanta vniuerſorum lætitia, vt ſupplicatio decerneretur, atque pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata ſit. Dion addit, poemata troica à ſe compoſita in theatro ſpectante populo recitaſſe, & deſtinaſſe res Romanorum, [carminibus mandare. Trāquil. inquit in Domitiano, Extat poema Neronis in Clodium Pollionem prætorium virum,] quod inſcribitur Luſcio. Tacitus autem, Nero Quintianum molli corpore infamem probroſo carmine diffamauit. *Tranſeo*) omitto. *Corrumpi*) maculari *Malis*) hominibus. *Sæpius*) frequentius. ab vſu bonorum firmatur argumentum, [Bene dicta & bene præcepta à malis corrumpi non debent. hinc Lacedæmonii cùm malus Senator ſententiam vtiliter dixiſſet, iuſſerunt vt alius bonus illam diceret, & ſubinde obſeruarunt, vt quibus dictum non autor placuiſſet. [*Quos*) bonos] *P. Vergilius*) poeta Latinorū maximus: cuius hæc [ingens laus, quòd auditis illius in theatro verſibus ſurrexerit populus, &

oo.).

fortè præſentem, ſpectantémque Virgilium veneratus ſit, ſic quaſi Auguſtum. Reliquit autem Priapeia laſciuum admodum carmen, quod Angelus Politianus vir magni nominis ad Ouidium tráſferre conatus: non tamen pro comperto, ſed in ambiguo vbique legentium iudicio rem ipſam relinquens, & Senecæ vnicum exemplar mendoſum ſignificans, quòd ſcilicet in controuerſiis illius recitetur iſte verſus tanquam Ouidii, Dum timet alterius vulnus inepta loci. Qui ſanè extat in carmine, cui titulus eſt Priapus. Hic lectorem admonebo vt conferat libri. vij. præfationem in declamationibus cum illa, quam eandem libro quarto cótrouerſiarum repetit, ex hoc facilè iudicaturus, quantum cæteris ſcriptis confidere poſſit: nam non ſolùm verba immutata, vocabula manca, ſed multos vtrinque verſus abeſſe deprehendet. Quare illic corrigendum cenſeo Virgilianum illud, nec legendum Ouidianum. Addo inſuper Fabium Quintilianum li. x. ſcribere, Senecam falſum in cognitione rerum aliquando ab iis quibus inquirẽda quædam mandabat. Nec in hac re minor eſt apud me Secundi autoritas, quàm Senecæ, cùm ex præcedentibus apertè colligatur Virg. publicaſſe laſciua epigrammata, vt omittam Donati & Seruii teſtimonium non ſpernendum. Adhæc in antiquo Diomedis codice, vbi de variis carminum generibus agit, referatur Virg. in præluſionibus ſuis vſum carmine Priapeio. & pro comperto habeam ſi huius oratoris exactiſſimi ſententiam animaduertiſſet Politianus, totis pedibus in noſtram conceſſurum, quanquam apertiſſimè hoc profeſſus ſit illa ſylua: cui titulus eſt Manto, eo carmine (cum refert) Nec te Lampſacium pudeat luſiſſe Ithyphallum. ita vt ſuo gladio ſemet confoderit. Leuia enim illa, & facilè tranſeunda, quòd dictus ſit Parthenius à verecundia oris: nihil enim prohibet (vt refert Pli.) ſanctiſſimos viros talia ſcriptitaſſe. Neq; inficias eo Ouidium ſcripſiſſe epigrammata, quæ ſi intercidère (nuſquam namque apud vllum Naſonis iuſtum volumen reperitur) cur hac ratione Priapi luſus illi aſcribunt? cuius ſtilus grauior, & abſolutior magis Virgilianæ maieſtati & plenitudini, quàm Ouidianæ exuberantiæ, ne dicam redundantiæ, conuenit. Eſt enim abſolutum, quod in ſuo genere perfectum eſt. Neque illud, Ride ſi ſapis ô puella ride, ſit in priapeis: ſed, Inſulſiſſima quid puella rides? cuius ſenſus diuerſus eſt à ſuperiori, [Neque placet illorum opinio, qui volunt carmina de priapo à diuerſis autoribus compoſita poſtmodum in vnum libellum redacta, cùm ſint diuerſi ſtili, & in principio illorum, vt qui vnus autor extiterit veniam petat laſciuię ſuæ, & deinceps dicat ſe non inuocaſſe muſas in limine ſui operis, vt ſolent cæteri poetarum, quia illæ virgines, & ipſe eſſet ſcripturus res libidinoſas.] *Cor. Nepos*) relege in præcedentibus ex indice quæ volueris facilè inuenturus. *Prius*) quia antiquiores ſunt, Ennius, & Actius Virgilio & Nepote. *Ennius*) Q. Enniú oriundum fuiſſe à Rhudiis vrbe Græca iuxta Tarentum lib. vi. notat Strabo. Sic Pomponius Mella, quem locum Pli. ſingulari numero protulit, Eutropius Tarenti natum. Quam rem videtur indicaſſe Gellius lib. xii. cap. ii. Mendam apertiſſimam video apud Apuleium prima oratione Apologię, vbi ſcribit Quintum Ennium Hædeum phagitica verſibus complexum, & innumerabilia piſcium genera. quæ ſcilicet curioſè cognorat, enumeraſſe. Nam Rhudinum, aut Rudienſem, reponendum arbitramur. Editus igitur Ennius, M. Tullio referente, ſequenti anno, quo C Clodius Cæci filius, & M. Tuditanus conſulatum geſſere, ſtatim poſt primum bellum Punicum: contentus vnius ancillæ miniſterio: ſuper qua, & Ennio, ac Naſica Cicero libro ſecundo de Oratore rem iocoſam narrat. Donatus ciuitate à Q. Nobiliore, ſe habere tria corda prædicabat. quod loqui Græcè, oſce, Latinè ſciret. Virum certè magnum fuiſſe prodit Seneca, ſed eius verborum ſitum reprehendit. M. Tullius de optimo genere oratorum, ſummum epicum poetam aſſerit, qui Annalibus ſuis Romanorum geſta metro complexus, primus Latinorum, ſi Porphyrioni credimus, ad Heroici verſus imitationem aſpirauit. Vino incaluit, & ſic ad carmen prodibat. Autor Horatius in epiſtolis Etiam Satyras edidit. Eum propter antiquitatem ſu-

ſpiciendum putat Fabius. Ex teſtimonio Gellii, T. Aellius Sulo dicere ſolebat fuiſſe Ennium menſæ & ſermonis, ac rerum ſuarum liberalem: poſt maxima officia quibus in Senatu & in foro toto die diſtringebatur, ſolitum veſpera non modò de rebus magnis, ſed etiam paruis ac iocoſis, eloqui, interdum carmen cum bile plerunque bonum & cum voluptate & gaudio euomuiſſe, ſuaui facundia (vt illa ætas tulit) præditum, ſuo contentum, & opportunè locutum, virum paucorum verborum, antiquorum morum, quàm nouorum ſcientem. humanum diuinúmque ius callentem, qui multa loqui tacerévе poſſet. Moritur M. Cornelio Cethego. & P. Tuditano Coſſ. quanquam Varro diligentiſſimus antiquitatis inueſtigator exiſtimet in hoc erratum, Ennii vitam longius producens. nam Prætore C. Sulpitio Gallo ludos Apollini faciente cùm Thyeſten fabulá docuiſſet, Q. Martio & Cn. Seruilio Coſſ. mortem obiit ſecundum Q. Serenum articulari morbo dum nimium vino indulget. cuius epitaphium recitat Cicero in Tuſculanis. Aſpicite ô ciues ſenis Ennii imaginis vrnam, Hic veſtrum pinxit maxima facta patrum. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? volito viuus per ora virûm. Tranquil. alium Ennium ſcriptorem poſteriorem à poeta, & M. Tullius pro Cluentio Ennium quendam egentem commemorant.

Actiúſque. non quidem hi Senatores. ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus. Recito tamen: quod illi, an fecerint, neſcio etiam, ſed illi iudicio ſuo poterant eſſe contenti: mihi modeſtior conſtantia eſt quàm vt ſatis abſolutum putem, quod à me probetur. Itaque has recitandi cauſas ſequor. Primũ quòd ipſe qui recitat,

Actius) L. Actius, ſiue Accius (nam vtraque lectio frequens circumfertur) poeta tragicus Pacuuio iunior, iiſdem tamen temporibus: quorum congreſſum Tarenti enarrat Gellius libro. xii. cap. ſecundo, vtrique ſcriptores clariſſimi grauitate ſententiarum, verborúmque pondere, autoritate perſonarum: cæterùm nitor, & ſumma in excolendis operibus manus magis videri poteſt temporibus ipſis defuiſſe: virium tamen Actio plus tribuitur, Pacuuium videri doctiorem, qui eſſe docti affectãt, volunt. Quare inquit Horatius in epiſtolis. aufert Pacuuius docti famam, ſenis Accius alti. Fuit enim in Accio ingenii altitudo, & ſublimitas verborum: cuius carminibus, qui ſtudioſè delectarentur, non modò verborum virtutes, ſed etiam figuram eius videntur ſecum habere. Tanto honore habitus apud Romanos, vt P. Mutius eum, qui L. Actium poetam ſine præfatione honoris nominauerat, condemnauerit. In eam œnarum æde maximam ſtatuam ſibi poſuit Actius, cùm breuis admodum eſſet. Virorumque nimiam & obſoletam antiquitatẽ Mart irridet. Attonitúſque legis terrai frugiferai Actius & quicquid Pacuuiúſque vomunt. Omitto alios Actios domi fortíſque claros, ne legentium aures multitudine rerum opprimam. *Hi*) P. Virg. & reliqui non fuerunt Senatores, vt qui Senatum ingrediendi & ſententias dicendi ius haberent: quidam tamen autumant Pacuuium & Cor. Nepotem fuiſſe Senatores. *Sanctitas morum*) honeſta, & integra vita. *Non diſtat*) par eſt. *Ordinibus*) illis qui geſſerunt magiſtratus certo ordine dari ſolitos. propriè tamen in dignitatibus ordo equeſtris, & Senatorius dicitur: [vt in militia primipilatus.] Vitruuius in ſtructione murorum lapidum ordines, & Columella ordines angulares in agris. Virg. de remis dixerunt. de ordinibus in militia libro. vi. referemus [latius.] *Recito*) committo iudicio auditorum, legendo ea. *Fecerint*) recitauerint. *Iudicio*) quod optimum erat, nec indigebat aliorum cenſura. *Conſtantia*) fiducia. *Modeſtior*) timidior, cautior. *A me*) ſolo, & non ab aliis, quaſi diceret, non ſum iudicio meo contentus, niſi etiam aliorum experiar. *Has recitandi cauſas ſequor*) moueor his rationibus ad recitandum.

aliquãto acrius ſcriptis ſuis auditorũ reuerẽtia intẽdit: deinde quòd de quibus dubitat, quaſi ex cõſilij ſentẽtia ſtatuit. Multa etiam à multis admonetur, & ſi nõ admoneatur, quid quiſque ſentiat, perſpicit ex vultu, oculis, nutu, manu, murmure, ſilentio, quæ ſatis apertis notis iudicium ab humanitate diſcernunt. Atque adeo, ſi cui fortè eorum qui interfuerunt, curæ fuerit eadem illa legere, intelliget me quædam aut commutaſſe, aut præteriiſſe, fortaſſe etiam ex ſuo iudicio, quamuis ipſe nihil dixerit mihi. Atque hæc ita diſputo, quaſi populum in auditorium, non in cubiculum amicos aduocarim, quos plureis habere, multis glorioſum, reprehenſioni nemini fuit. Vale.

Intendit acrius reuerentiam auditorum ſcriptis ſuis) diligentius ſcripta ſua examinat, quia reueretur auditores: nam auditorum reuerentiam paſſiuè accipi volo. Hoc magis placet, quàm quòd recitando facit auditores magis reuereri ſcripta ſua. *Intendit*) auget. *Ex conſilij ſententia*) ex certa auditorum ſententia, quos adhibuerat in conſilium. Quare Mart. xii. inquit, ſi quid eſt in meis libellis, quod placeat dictauit auditor. legimus etiam ex conſiliariorum ſententia. *Perſpicit*) animaduertit recitator. *Ab humanitate*) ab homine. ſicut diximus antiquitatem pro antiquis, mortalitatem pro morte: ita humanitatem pro hominibus, quod dicendi genus probat Quintilianus in ſuis inſtitutionibus. *Adeo*) tantùm per ea ſigna cognoſco auditorum iudicium. *Eadem illa*) quæ audiuit recitari à me. *Præteriiſſe à libro*) exemiſſe. *Diſputo*) examino, conſidero. *Populum*) omnimodam multitudinem. *Auditorium*) locum publicum ad audiendum ſtructum. *Amicos*) præcipuos quoſdam. *Quos*) amicos. *Habere*) iudices ſuorum ſcriptorum.

C. PLINIVS VALERIANO SVO S.

RES parua, ſed initium non paruum. Solers vir prætorius à Senatu petijt, vt ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. Contradixerunt

R*Es*) Thuſcilli Nominati & auaritiã fœdam, & inconſtãtiam notat, quòd eũm à Vicentinis pro aduocatione pecuniam accepiſſet, fidem fefellit. Valeriano ſcribitur epiſtola: inuenio Valerianũ Seruilianum, Valerianum Pollionem, Valerianum ducem militum prætorianorum, ac eiuſdem nominis Imperatores duos recentiores. *Solers*) proprium viri, aliàs quaſi totus arte conſiſtens, & in omni re prudens *In agris ſuis*) ruri, vbi ſuos agros habebat. *Nundinas*) nona die Romani fora, quas nundinas vocant, conſtituere: quarum cõuentus manifeſta ratio, vt nonis tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticæ: inde nundina Romanorum dea à nouo die naſcentium, qui luſtricus appellatur, nuncupata. Priſcis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur: & cùm conſilium publicum deſiderabatur in Senatum à villis accerſebantur. Plut. tradit nundinas Saturno conſecratas, quòd cuſtos & fœlicitatis cauſa ille deus eſſet, & nihil aliud eſſe, niſi conuentum ex agro in vrbem emendi, vendendive gratia, quem mercatum vulgo nominant. Nundinarũ inſtitutum alij ad Romulum referunt: alij exactis iam regibus celebrari cœpiſſe, quia plerique de plebe repetita Seruij.

Tullij memoria parentarent ei nundinis, quas primùm inſtituiſſe Seruium Tulliũ regem prodiderunt, vt octo quidem diebus ruſtici operas facerent, nono autem intermiſſo rure ad mercatum legéſque accipiendas Romam venirent, & vt ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die propoſita à ſingulis & vniuerſis facilè noſcebantur. vnde etiam mos tractus vt leges trinundino die autore Dionyſio promulgarentur. ea re etiam candidatis vſus fuit in comitium nundinis venire, & in colle conſiſtere: vnde coràm poſſent ab vniuerſis videri, ſed hęc omnia negligentius haberi cœpta, & poſt abolita, poſtquam trinundino etiam ob multitudinem plebis adeſſe cœperunt frequentes. Si cecidiſſent in anni principem diem, vel in nonas vtrunque pernicioſum Reip. putabatur. Nundinis concio aduocari, neque agi cum populo poterat. Sacræ enim Ioui erant, ideo omnibus nundinis flaminicà in regia Ioui arietem immolabant. Vt autem liceret ius nundinarum in priuatis prædiis habere, id priuilegium, vel à Senatu vel à Principe impetrabatur, quod Claudius quamuis Imperator tamen à Conſulibus petiit.

Vicentinorũ legati: adfuit Thuſcillus Nominatus: dilata cauſſa eſt. alio Senatu Vicentini ſine aduocato intrauerunt: Dixerunt ſe deceptos, lapſine verbo, an quia ita ſentiebãt. Interrogati à Nepote Prætore, quẽ docuiſſent: reſponderũt, quẽ prius. Interrogati, an tunc gratis adfuiſſet: reſponderunt, Sex millibus nũmûm. an rurſus aliquid dediſſent: dixerũt, mille denarios. Nepos poſtulauit vt Nominatus induceretur. Hactenus illo die. Sed quantum auguror longius res procedet. Nam pleraque tacita tantum ex minimo commota, latiſſimè ſerpunt. Erexi aureis tuas, quandiu nunc oportet: quàm blandè roges vt reliqua cognoſcas, ſi tamen non antè ob hæc ipſa veneris Romam, ſpectatórque malueris eſſe quàm lector. Vale.

Vicentinorum legati) Vicentia in regione Venetiæ municipium à Gallis conditum: prius pulſis Ethruſcis à veteri ſede. olim paruum: deinde ſub Veneto Imperio vt cætera nobile & illuſtre, vbi tamen ortus Cæcinna Vitelliani exercitus dux: & Q. Rhemmius Palæmon grammaticus ſummus teſtimonio Tranquilli in libello de Grammaticis. *Thuſcillus Nominatus*) de quo paulo pòſt fit mentio: cùm exitum totius cauſæ reſcribit. *Adfuit*) pro Vicentinis aduocationem ſuſcepit. *Alio Senatu*) cùm primùm haberetur Senatus. Nam non omnibus diebus cogebantur Senatores. Auguſtum legimus apud Tranquillum ſanxiſſe ne pluſquàm bis in menſe legitimus Senatus ageretur, ſcilicet Calendis & Idibus, neque Septembri Octobrive menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quàm ſorte ductos. *Intrarunt*) curiam proximo Senatu. *Aduocato*) Thuſcillo. *Deceptos*) à Thuſcillo. *Lapſine verbo*) eſt ambiguũ an imprudenter, & inconſideratè dixerint ſe deceptos ab aduocato ſuo. *Nepote*) Licinio Nepote. *Quem docuiſſent*) cui aduocato cauſam ſuam expoſuiſſent: vnde M. Tullius inquit, aduocatos totam cauſam ſolitos à cliẽtibus diſcere. *Quem prius*) docuerãt. ſcilicet Thuſcillũ Nominatũ. *Interrogati*) iterũ Vicẽtini à Prætore. *Gratis adfuiſſet*) patrocinium gratuitum, & ſine mercede Nominatus præſtitiſſet. *Sex millibus nummum*) ſuſcepiſſe cauſam ſeſtertiis ſex. *Rurſus*) pro ſecunda aduocatione qua Vicentinos fefellerat. *Poſtulauit*) Coſſ. petiuit. Vlpianus autem de damno infecto, Poſtulare, inquit, dicitur pro tribunali petere, non alibi. latius tamen. ff tertio declarauerat, quid eſſet Poſtulare ſcilicet eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſditioni pręeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *Induceretur*) in Senatum vocaretur.

Haſtenus) hucuſque proceſſit cauſa. *Augurer*) coniecto. *Res*) Tuſcilli cauſa. *Minima*) non maximi momenti, tacita, & cõmota, minima, & latiſſimè exornatio cõtrarium. Eſt alia lectio non improbanda. *Ex minimo commota*) id eſt, ex cauſa leui detecta, vt reſpiciatur ad illud Liuianum, Parua ſcintilla plærunque incendium ingens exuſcitat. *Serpunt*) paulatim extenduntur, diffunduntur, augentur. *Erexi aures tuas*) te intentum ad futura reddidi. Tranſlatio à brutis quæ intentionem dirigentes intendunt aures. Virg. arrectiſque auribus aſtant. ſic Terentius tranſlatiuè dixerat, arrige aures Pamphile. *Quandiu*) ad tempus refertur. *Quàm blandè*) ad modum. ludit Secundus cum amico. *Reliqua*) ſecutura in hac cauſa. *Si non*) niſi. Virgil. Si non pertæſum thalami. Martialis, Si non ſit Næuia mutus erit. Ouidius libro primo Metamorphoſeos, Si non Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi. *Antè*) quà proximus Senatus cogetur. *Lector*) per epiſtolam meam cognoſcere.

C. Plinivs Maximo Svo S.

Nunciatum mihi eſt, C. Fannium deceſſiſſe: qui nuncius graui me dolore confudit. Primùm, quòd amaui hominem elegantem, & diſertum: deinde, quòd iudicio eius vti ſolebam. Erat enim natura acutus, vſu exercitatus, varietate promptiſſimus. Angit me ſuper iſta caſus ipſius. Deceſſit veteri teſtamento. Omiſit quos maximè diligebat: proſecutus eſt quibus offenſior erat. Sed hoc vtcunque tolerabile: grauius illud, quòd pulcherrimum opus imperfectum reliquit. Quanuis enim agendis cauſis diſtringeretur, ſcribebat tamen exitus occiſorum, aut relegatorum à Nerone: & iam treis libros abſoluerat ſubtileis, & diligenteis, &

Nunciatur) Fannij obitum luget in ſinu Maximi ob amicitiam, ingenium, egregios illius mores [commemorans,] & quòd teſtamento reliquerat hæredes ſuos inimicos, quódq; imperfectis libris quos de Neronis ſceleribus inchoauerat, deceſſerat. Fannios ante Secundi tempora multos annotaui, eius verò ætate nullum præter hunc. *Confudit*) perturbauit, cõcuſſit, affecit. *Elegantem*) egregium, circa mores, & ſcripta. *Diſertum*) acrem in diſputando, eloquentia populari inſtructũ. *Iudicio*) in emẽdatione meorũ librorũ. *Natura acutus*) ingenioſus. quod primũ in oratore credidit Tull. *Vſu*) qui eſt dicendi magiſter. *Varietate*) multarũ rerum cognitione, qua maxima facultas paratur. *Super iſta*) præter iam prædicta. *Caſus*) euentus malus. *Veteri teſtamento*) olim condito, multo antequam obiret. *Omiſit*) præteriuit, nullo legato dignatus eſt. *Proſecutus eſt*) beneficio affecit, reliquit bonorum hæredes. Tranquil. in Claudio, Qui tamen moriens & in tertiis hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato, & circa ſeſtertium vicies proſecutus. *Quibus offenſior erat*) quos tum maximè oderat. nam dum ſcripſit teſtamentum, hæredes inſtituerat ſibi amicos, ſed poſtea inuiſus prioribus, alios ſibi comparauerat amicos: verùm non timens mortem, neque ideo teſtamentum vetus mutans hæredes reliquit inimicos. *Vtcunque*) quomodocunque, aliqualiter. *Grauius*) moleſtius, damnoſius eſt. *Diſtringeretur*) detineretur, occuparetur. *Occiſorum aut relegatorum à Nerone*) qui Claudii Imperatoris necis conſcius, Germanici fratris Agrippinæ parentis, amitæ Lepidæ, Octauiæ, Poppeiæ Sabinæque vxorum, autor extitit: præterea Antoniæ Claudii, At-

tici Veſtini Conſulis, Auli Plautii priuigni, Rufi Criſpini, Tuſci nutricis filii, Senecæ præceptoris, Lucani, & multorum: quorum nomina apud Tranquil. & Tacitum referuntur: præſertim coniuratione Piſoniana, & Vinciana, in quibus etiã damnatorum liberi vrbe pulſi, & enecti veneno aut fame. *Subtiles*) refer ad acumen ingenii. *Diligentes*) ad curam veritatis.

Latinos, atque inter ſermonem hiſtoriámque medios. Ac tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto frequentius hi lectitabantur. Mihi autem videtur acerba ſemper & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant. Nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem viuunt, viuendi cauſas quotidie finiũt: qui verò poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, his nulla mors non repentina eſt, vt quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat. Caius quidem Fannius, quod accidit, multo antè præſenſit. Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem iacere in lectulo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium (ita ſolebat.) mox imaginatus eſt veniſſe Neronem, in toro ſediſſe: prompſiſſe primum librum, quem de ſceleribus eius ediderat, eúmque ad extremum reuoluiſſe: idem in ſecundo

Latinos) ad elegantiam. *Inter ſermonem hiſtoriámque medios*) ſtyli neque grandioris, neque infimi. Eſt autem ſermo (quod iam prædiximus) oratio remiſſa & finitima quotidianæ locutioni: hiſtoria minor quidem oratione, ſed maior ſermone. Non multo pòſt dicetur in quo differat hiſtoria ab oratione. *Lectitabantur*) placebant, in manibus erant. *Acerba*) intempeſtiua, lugubris. *Immortale*) perpetuum, quod fit per ſcripta probata. *Nam qui*) eſt duplex ſententia, prior magis apparet per contrariam poſteriorem. *In diem*) ad præſens & inſtans commodum, nulla habita ratione futurorum. quod Columella libro quarto apertè declarat. Fructum inquit plerique quàm vberrimum præſentem conſectantur, nec prouident futuro tempori, ſed quaſi planè in diem viuant, ſic imperant vitibus, & eas ita multis palmitibus onerant, vt poſteritati non conſulant. At in dies cum augumento dicitur, vt in dies debilitantur mortalium corpora. *Viuendi cauſas quotidie finiunt*) faciunt ea per quæ quotidie morte digni ſint, id eſt voluptatibus inuoluti nullam habent iuſtam viuẽdi cauſam. Inde illud Iuuenalis Satyricum, Dignus morte perit, cœnet licèt oſtrea centum Gaurana, & Coſmi toto mergatur aheno. nam horum vita & mors iuxta eſt. *Poſteros cogitant*) poſteritatem & immortalitatem ante oculos habent. *Extendunt*) prorogant, & quàm maximè longam efficiunt. *Operibus*) laudandis, præſertim ingenij. *Nulla mors*) etiam ſi extrema moriantur ſenectute. *Aliquid*) præclari. *Abrumpat*) intercidat. *Quod accidit*) ſibi, meri ſcilicet. *Per nocturnam quietem*) dormiens in inſomniis. *Compoſitum*) conformatus. *Scrinium*) capſam librorum, & armarium ſcriptorum. Theophraſtus, Taxus tenuiter ſecta, conglutinamenta capſis, ſcriniis, ſubſelliis: atque in totum ſimilibus præſtat. Iuuenalis, Quæ ſcripta, & quot lecture tabellas, Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ. Horatius in epiſtolis, Calamum & chartas, & ſcrinia poſco. Libris legatis Sabinus & Caſſius ſcripſerunt non contineri bibliothecas, neque ſcrinia, neque armaria, neque cætera in quibus libri continentur. Fuiſſe etiam ſcrinium vnguentorum apothecam docet Plin. vbi ſcribit Alexandrum expugnatis Darii caſtris cepiſſe ſcrinium vnguentorum. *Prompſiſſe*) Neronem exemiſſe à ſcrinio. *Ediderat*) Fannius iam publicauerat. *De ſceleribus*) ſcelus eſt, cuius ſpecies plures

ſunt, vt libido, auaritia, prodigalitas, crudelitas, & vitiorum reliqua quæ in Nerone fuerunt. *Reuoluiſſe*) voluendo inſpexiſſe à principio vſque ad finem [eſt alia lectio in antiquo codice ad idem, cúmque ad extremum reuoluiſſet, & idē in ſecundo ac tertio feciſſet.] *Secundo*) libro. appellatione librorum ſecundum Vlpianum continentur omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſiue in quauis alia materia.

ac tertio feciſſe, tunc abiiſſe. Expauit, & ſic interpretatus eſt, tanquam idem ſibi futurus eſſet ſcribendi finis, qui fuiſſet illi legendi: & fuit idem. Quod me recordantem miſeratio ſubit quantum vigiliarum, quantū laboris exhauſerit fruſtra. Occurſant animo mea mortalitas, mea ſcripta. Nec dubito te quoque eadem cogitatione terreri pro iſtis quæ inter manus habes. Proinde dum ſuppetit vita, enitamur vt mors quàm pauciſſima quæ abolere poſſit, inueniat. Vale.

Abiiſſe) euanuiſſe ab imaginatione Fannii. *Expauit*) extimuit hoc viſu. *Illi*) Neroni. *Et fuit idem*) nam mortuus eſt antequā inciperet quartum. *Subit miſeratio*) miſereor, & doleo. *Exhauſerit*) ſuſtinuerit, exanilauerit. *Fruſtrà*) quia opus tanquam imperfectum decider. *Mea mortalitas*) ne penitus intereaṁ. *Mea ſcripta*) quæ imperfecta adhuc contineo domi. *Iſtis*) libris, quos in Blatteram componebat: nam libro octauo inquit, Sæpe te monui, vt libros quos vel pro te in Blatteram: immo pro te & in illum compoſuiſti, quàm maturiſſimè emitteres. *Suppetit*) reſtat, & facultatem præſtat, inde ſuppetiæ, auxilium. *Abolere*) interrumpere, de medio tollere, quaſi dicat, hoc fiet ſi abſoluerimus inchoata opera.

C. PLINIVS APOLLINARI SVO S.

AMaui curam & ſolicitudinem tuam, qui cùm audiſſes me æſtate Thuſcos meos petiturum, ne facerem ſuaſiſti, dum putas inſalubreis. Eſt ſanè grauis, & peſtilēs ora Thuſcorū quæ per litus extenditur: Sed hi procul à mari

Amaui) Apollinaris, vir doctiſſimus, intellexerat Secundū in Thuſculanum ſuum ſeceſſurum: quare ſtudio motus amicitiæ, quum audiuiſſet oram Thuſcorum eſſe peſtiferam, admonuerat literis vt periculum fugeret: inde Secundus ſcribendi oblata materia opportuna, & regionis in qua ius erat, ſalubritatem & villam vniuerſam per membra deſcribit. *Amaui curam*) probaui, & amplexus ſum tuam de me diligentiam. *Meos*) in quibus agrum poſſideo, & mihi ob patrocinium charos. *Grauis*) infeſta, malè ſana. quòd ſit inſalubris, apud nullum alium memini legiſſe. *Thuſcorum ora*) Strabo lib. quinto, Thuſci campos vſque ad amnem Tyberim poſſident: quos ad ſolis ortum maximè fluuius alluit, donec pelagus intret: parte autem ex altera Tyrrheno atque Sardonico mari ſunt cōfines. Thuſcorum finis ſub ipſis eſt montibus, qui ex Liguria in Adriaticum ſinum eos quaque verſum includunt, à proprio autem mari capiunt initium, atque Tyberi. Thuſciæ longitudinem maximam à Luna vſque Oſtiam per littus ſtadiorum mille duorum & quingentorum eſſe dicunt: Polybius verò

non

non iam mille. cccc. xxx inquit. *Per littus extenditur*) à Macra fluuio vſque ad Tyberim. [Placet potius intelligere maritimam Vmbriam. quæ ſecundum antiquorum deſcriptionem inter Thuſcos recenſebatur ſicut Bononia. nam illa ora ad Picenum etiam tunc inſalubris. Quare Catullus, inquit, Præterquam iſte tuus moribunda à ſede Piſauri Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.] *Hi*) Thuſci, quos ſumus adituri.

receſſerunt. Quinetiam Apennino ſaluberrimo montium ſubiacent. Atque adeo, vt omnem pro me metum ponas, accipite temperiem cæli, regionis ſitum, villæ amœnitatem, quæ & tibi auditu, & mihi relatu iucunda erunt. Cælum eſt hyeme frigidum, & gelidum. Myrtos, oleas, quæq;

Receſſerunt) poſiti ſunt. verbum hiſtoricū, & idoneum. *Subiacent*) adhærēt, accolæ ſunt. *Apennino*) à tranſitu Pœnorum dictum quidam opinantur Apenninum, quod confutat Liuius, ab vno vel acri incola iugi eius cognomentum inditum aſſerens.] Eſt autē mons Italię ampliſſimus peepetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. de quo præter Stephanum Claudianus in laudibus Honorij. Quos Apenninum perhibent tunc eſſe, ferebat Incola: qui ſiculum porrectus aduſque Pelorum, Finibus ab Ligurum populos amplectitur omnes Italiæ, geminum litus ſtringentia longè, Vtraque perpetuo diſcriminat æquora tractu. Strabo libro tertio, Per ipſam Italiæ extenditur in longitudinem mons Apenninus ad ſeptem vſque ſtadiorum millia. Latitudo verò eius inęqualis. Ad Genuam Liguſticum emporium rupes Apenini coniunguntur Alpibus eodem autore libro quinto: nam & Ptolemæus, inquit, Apennini iuga ferè Liguriæ imminens, & ab Alpibus incipiunt: deinde vſque ad Anconam protenduntur: hincque verſa dum ad Adriaticum inclinantur vſque ad montem Garganum ducuntur: pòſt ad meridiem inclinata in Leucopetra fines habent. Strabo etiam libro quarto videtur appellare montem Apenninum, qui ab Iſtro diſcriminat Italiam à Germania, ſuper Carnos ſcribens Apenninum incumbere: *Saluberrimo*) quod etiam teſtatur Plinius, propter ventum Boream, qui cæteris purior & ſanior eſt. *Ponas omnem metum*) ſecurus ſis penitus, neque amplius in vlla re mihi timeas. *Temperiem cæli*) habent iſta locum narrationis: nam proponit quæ deſcripturus eſt. *Temperiem cæli*) aeris æqualitatem, vbi æſtus non admodum intenditur. *Regionis ſitum*) loci formam. ſanè regio maior eſt quàm locus. Virgilius in ſexto, Quæ regio Anchiſen, quis habet locus? [Vnde antiqui prouincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis diuiſere. & Siculus Flaccus de conditionibus agrorum ſcripſit, regiones dictas intra quarum fines ſingularum coloniarum, aut municipiorum magiſtratibus ius dicendi, coercendíque eſt libera poteſtas.] Sunt qui opinantur regionem à regno dictam, quòd ſit magnitudine regni: ſed Plinius cùm Italiam in plures regiones diuidat: oſtendit hoc non obſeruari: nam & Tranquillus refert diuiſam fuiſſe vrbem in regiones, & vicos. & apud Secundum pro tractu illius partis Thuſciæ in qua idem rus & agros habuit intelligatur. *Villa*) Domus in agris. [quidam putant villam à valle dictam, id eſt ab aggere terræ, quòd pro limite conſtitui ſolet.] *Amœnitatem*) delectationem. Amœna dicunt, quæ ſolùm amorem præſtant: ſolius voluptatis plena, quaſi amunia, quòd nullus fructus exoluitur: vnde nullum vectigal pendentes, immunes vocantur: vt Varro, & Carminius docent, autore Seruio. *Gelidum*) plus eſt quàm frigidum: nam gelu aquas ſiſtit. *Myrtos*) hanc arborem gaudere littoribus ſatis conſtat, Seruii teſtimonio: & illo, Littora myrtetis gratiſſima. Habet autem natura præcipuam admirationem ſuccorum in myrto: quando ex vna omnium olei vinique bina genera fiant. Græcum ei nomen remanet, quo peregrinam eſſe apparet. lege plura apud Plin. lib. xv. capite

xix. vbi Hermolaus Barbarus vir aliàs doctiſſimus, cùm tria myrti genera prodidiſſe Catonem citat Plinius, candidam, nigram, coniugalem: coniugulum non coniugalem apud Catonem ſcriptum tradit obſeruaſſe. Nos tamen in vetuſto Catonis codice coniugalem, non coniugulum legimus. Hinc Plinius ſtatim repetit, Coniugalem exiſtimo nunc noſtratem dici. Illud magis adnotandum, Columellã libro xiij. duo myrti genera tantùm feciſſe. tanquam Catonis verba ſint aliter accipienda quàm Plin. ſenſerit: coniugalem ſcilicet myrti albæ & nigræ epithetum, quòd eſſet idonea ad connubia, & non tertium myrti genus. nam coniunctioni præerat Venus, cui hæc arbor ſacra: quin & ara vetus fuit Veneri myrteę, quam Murtiam ideo appellabant.

alia aſsiduo tepore lætantur, aſpernatur ac reſpuit: laurum tamen patitur, atque etiam viridiſsimam profert interdum: ſed non ſæpius, quàm ſub vrbe noſtra, necat. Aeſtatis mira clementia. Semper aër ſpiritu aliquo mouetur, frequentius tamen auras quàm ventos habet. hinc ſenes multos videas auos, proauóſque. Iam iuuenum audias fabulas veteres, ſermonéſque maiorũ. Cúmq; veneris illò, putes alio te ſeculo natum. Regionis forma pulcherrima, imaginare Amphitheatrũ aliquod immẽſũ, &

Alia) arborum vt citrus, cedrus. *Lætantur*) virent, creſcunt, luxuriant. *Tepore aſsiduo*) continuo [ac] moderato colore. hæc melior lectio quàm æſtiuo tempore. *Nitidiſsimam*) fertiliſſimam, egregiam, comantem. Nitidos enim dicimus vberes & pingues. *Necat*) in ſecunda lectione fuit negat, id eſt reſpuit, in eundem tamen ſenſum. *Non ſæpius*) pariter. *Vrbe noſtra*) aut Como, aut Roma. nam meritò ſe Romanum facit, & in Auentino Lauretum fuit. de quo Plinius libro decimoſexto, capite trigeſimo. Scimus per vrbis appellationem ſine additione alterius verbi intelligi Romam. Quare non video cur addiderit, noſtra, ſi de Roma loquitur, niſi tollatur noſtra, quod etiam in vno codice manu ſcripto ſublatum vidimus. *Clementia*) caloris temperies. *Auras*) leniter ſpirantes ventos & ſecunde. apud Ouidium auram in æſtu optari à venatoribus legimus. *Hinc*) ob hanc temperiem cæli. *Multos*) ſi legitur multos, ſenſus per ſe manifeſtus: ſi verò multis, ſic ordinanda verba. Hinc videas ſenes auos & proauos multis, id eſt multos habere auos & proauos grandæuos. [legitur etiã. Hinc ſenes multi, videas, &c. quæ lectio æquè plana atque prima.] *Proauos*) anteauos. *Iam iuuenum audias fabulas veteres*) iuuenes narrabunt tibi veteres fabulas, quas à maioribus ſuis audiuerunt. quomodo quidam rerum ſcriptores putant hiſtorias traditas poſterioribus ante inuentum literarum. *Iam*) pręterea. *Iuuenũ*) à iuuenibus) alii cõiungunt. iam iuuenum cum præcedentibus, legentes auos proauóſque iam iuuenum, non tantùm puerorum: quod eſt teſtimonium maioris æuitatis. *Illo*) in Thuſcos. *Alij ſeculo*) priſcis temporibus, reſpectu morum antiquis ſimilium & longæ vitæ. *Regionis forma*) diſpoſitio & ſitus illius tractus. Ingreditur ſecundam diuiſionis partem. *Imaginare*) præſume animo & phantaſia. *Amphitheatrum*) Dion in rebus Cæſaris, Amphitheatrum appellatum eſt, quia circumquaque ſedilia habet ſine ſcena, ædificium ſanè compactum circum circa, quod indicat ipſius verbi interpretatio. & Secundus expreſſè monſtrat, & Suidas refert Amphitheatrum dici locum vndique ſpeculas habentem. Theatrum pariter fuiſſe ſemirotundum indicat Vitruuius libro quinto. & Virgilii hemiſtichium, Mediáque in valle theatri. [hanc autem autumo differentiam inter theatrum & amphitheatrum, quòd hoc habebat illo amplius circulum exteriorem, qualem cernimus fuiſſe Veronenſi arenæ, adhuc aliqua ex parte ſuperſtitem, quam incolæ alàm vo-

citant.] Apertius tamen Plinius libro xxxvi.cap.decimoquinto,monſtrat theatrum habuiſſe formam hemicycli, cùm refert Curionem theatra duo iuxta feciſſe ampliſſima, è ligno, cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento, in quibus vtriſque antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis nè inuicem obſtreperent ſcenæ,& repentè circumactis, vt contrà ſtarent incedentibus lignis & cornibus inter ſe coeuntibus feciſſe amphitheatrum & gladiatorum ſpectacula edidiſſe & quæ ſequuntur. nam per hæc etiam colligitur Amphitheatri forma corrotunda, [præſertim accedente teſtimonio Caſſiodori.cùm inquit,Theatrum Hemiſphærium Græcè dicatur,Amphitheatrum quaſi in vnum iuncta duo viſoria conſtat eſſe nominatum, quòd ſpeciem eius arena concluderet,vt & currentibus aptum daretur ſpatium, & ſpectantes omnia facilius viderent, dum quædam prolixa rotunditas vniuerſa colligeret.]

quale ſola rerum natura poßit effingere. Lata & diffuſa planities montibus cingitur: Montes ſumma ſui parte procera nemora & antiqua habent. Frequens ibi & varia venatio: Inde cæduæ ſyluæ cum ipſo monte deſcendunt: has inter pingues,terrenique colles, (neque enim facilè vſquam ſaxum, etiam ſi quæratur, occurrit,)planißimis campis fertilitate non cedunt: opimámque meſſem ſerius tantùm, ſed non minus percoquunt.Sub his per latus omne vineæ porriguntur,vnámque faciem longè latéque contexunt. Quarum à fine,imóque quaſi margine,arbuſta naſcũtur:prata inde,campiq. Campi, quos nõniſi ingẽtes boues & fortißima aratra perfringũt: tãtis glebis tenacißimũ ſolũ

Quale) an hoc verbum reſpicit variam montium & ſyluarum faciem; an ad immenſam amplitudinem caueæ, & tunc neceſſe erit, quale pro quantum vſurpatum fuiſſe. *Rerum natura*)deus ipſe. *Sola*) nam ope humana impoſſibile eſſet tantum ſpatii ædificio complecti. *Summa parte ſui*)in vertice. *Procera*) alta. *Frequẽs*)copioſa. *Varia*) diuerſo ferarum genere. *Syluæ*)minorum arborum. ſeruat ad vnguem præcepta deſcribendorum locorum, quæ iubene primùm attingenda extrinſeca, & circumvicina: deinde id quod intendimus, vt præcipit & obſeruat Aphthonius in progymnaſmate arcis Alexãdrinæ.[ſecũda lectio nõnihil variat, quæ habet, inde cæduæ ſyluæ. quod ita poſſit commodè intelligi, vt ſumma tantùm nemora venationi ſeruiant, media verò & ima lignationis vſum præſtẽt. *Deſcendunt*)pendent,demittuntur: tranſlatum verbum elegantiſſimè, vt videatur rem ante ipſos oculos ponere. *Has inter*) in medio harum ſyluarum. *Non cedunt*) pares ſunt. [Hoc dixit quia ſecundum rei ruſticæ ſcriptores campi ferunt fructus vberiores,ſed viliores quàm montes:nam natura in montibus operator precioſius, in cãpis vberius] *Opimam*)fertilem,vberẽ. *Serius*)tardius quàm alibi. *Non minus*) pari menſura. *Percoquunt*)ad maturitatem perducunt. *His*)collibus. *Latus*)ad radices. *Contexunt*)connectunt. inter ſe enim coniunctæ erant. *Faciem*) aſpectũ,apparentiã:nam etiã de rebus inanimis dicitur.vt Virg de mari,Quibus aſpera quõdam Viſa maris facies. Et Tacitus libro. xiiij.Aliam ferè littore faciem.Et in legione facies, quæ & frons. denique Gellius ſcribit faciem eſſe omnem formam, & modum, facturámque quandam totius corporis, à faciendo dictam:vnde errare qui faciem hominis eſſe putant os labium & genas, & oculos: & non ſolùm in hominum corporibus, ſed etiam in rerum cuiuſque modi faciem dici: nam montis, & cæli, & maris facies ſi opportunè dicatur, probè dicitur. Marcellus tamen exemplis nititur monſtrare, faciem eſſe oris ſpeciem: & Cornel. Celſus ita faciem terminauit, Facies futuram habet maxi-

mam, quæ à tempore incipiens per medios oculos nareſque tranſuerſa peruenit ad alterum tempus. at Ariſtoteles libro primo de animalibus, Faciem, inquit, partem eam nominamus duntaxat in homine, quæ caluæ ſubiecta eſt. nam piſcis aut bouis faciem dicere non ſolemus. *Margine imo*) à radice. dicitur etiam fœminino genere ab autoribus probatis. *Arbuſta*) paruæ arbores maritandis vitibus opportunæ. [Apuleius in re ruſticæ commemorat arbuſta quę locis aquoſis lætantur, & quæ aridis] *Campi*) frumentarij) reſumpſit idem verbum ornatus, & maioris euidentiæ cauſa. Sic Virgil. Sequitur pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens. Præpoſuit prata campis exemplo Catoniano in re ruſtica. *Ingentes*) robuſti, valentiſſimi. *Perfringunt*) proſcindunt.

cùm primùm proſecatur, aſſurgit, vt nono demum ſulco perdometur. Prata florida & gemmea, trifolium, aliáſque herbas, teneras ſemper & molles, & quaſi nouas alunt. Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur. Sed vbi aqua plurimum, palus nulla: quia deuexa terra quicquid liquoris accepit, nec abſorbuit, effundit in Tyberim. Medios ille agros ſecat: nauium patiens, omnéſque fruges deuehit in

Cùm primùm proſecatur) cùm primùm rumpitur, quod fit æquinoctio verno in frigidioribus locis denſa terra quàm ſoluta, pingui quàm macra. Plinius lib. xviij. ca. xix. vbi multas alias rationes proſcindendi adducit: monet altum & graue ſolum etiam moueri hyeme. legitur aliàs, *proſcinditur*. nã Columella, Plinius, Palladius, cùm primùm campus aratro rumpitur, proſcindi appellant. *Nono ſulco*) nona aratione. Plinij verba ſunt ad hoc quàm opportuna, Quarto ſeri ſulco, Virg. exiſtimatur voluiſſe, cùm dixit optimam eſſę ſegetem quæ bis ſolem, bis frigora ſenſiſſet: ſpiſſius ſolum ſicut plerunque in Italia quinto ſulco ſeri melius eſt: in Thuſcis verò nono. *Prata*) agricolis neceſſarius prati cultus, cui veteres primas in agricolatione partes tribuerunt. nomen quoque indiderunt ab eo, quòd protinus eſſet paratum ad fructum dandum, nec magnum laborem deſideraret. huius duo genera ſiccaneum & riguum: ſiccaneum, quod ſuapte natura ſuccoſo ſolo gignit fœnum: riguum, quod aquis irrigatur: de quo nũc loquitur. *Gemmea*) lucida propter flores, an propter interlabentes riuulos, quibus numerare lapillos poſſes. *Trifolium*) herba notiſſima à tribus foliis dicta, pratis conueniens. Pli. Herba optima in prato trifolij. *Molles*) recentes, ſuccoſas. *Nouas*) non duras, & vetuſtate ac ſiccitate exangues. *Perennibus*) perpetuis. nam perenne ex per & amne componitur. alij à per & anno deductum opinantur. *Palus nulla*] Columella autore, campus vbi pratum fieri libet, neque concauæ poſitionis, neque collis prærupti eſſe debet. ille ne collectam diutius contineat aquam: hic ne ſtatim præcipitem fundat: poteſt tamen mediocriter accliuis, ſi aut pinguis eſt, aut riguus ager, pratum fieri. at planicies maximè talis probatur, quæ exiguè prona non patitur diutius imbres, aut influentes riuos immorari: quippe aquarum abundantia atque penuria graminibus æquè eſt exitio. *Tyberim*) Tyberis fluuius cæterorum omnium princeps & imperator à ſolis ortu maximè Thuſcos alluens: ex Apennino autem defluit, pluribus verò augetur amnibus, partímque per Etruriam excurrit: deinceps ipſam diſterminans primùm ab illa diuidit Vmbriam, poſtea Sabinos & Latinos Romæ ad littus vſque finitimos. hæc Strabo & Dionyſius. ſed longè melius & latius ſenior Plin. cuius verba, quia multum ad rem noſtram faciunt, non erit importunum recitare. Tyberis, antea Tybris inquit appellatus, & prius Albula, è media ferè longitudine Apenini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primo, nec niſi piſcinis cortiuatus emiſſúſque nauigabilis, ſicuti Tinnia & Glanis influentes in eum nouenorum ita conceptu dierum, ſi non

adiuuent imbres: ſed Tyberis propter aſpera & confragoſa, nec ſic quidem prærterquàm trabibus veriùs quàm ratibus lógè meabilis fertur. per C.L.M paſſuum, non procul Tiferno, Peruſia, & Ocriculo. Ethruriam ab Vmbris, & Sabinis, mox citra. xiij. M. p. vrbis Veientem agrum à Cruſtumino, dein Fidenatem, Latinúmque à Vaticano dirimens: ſed intra Tinniam & Glanim duobus & .xl. fluuiis auctus: præcipuis autem Nare & Aniene, qui & ipſe nauigabilis Latium includit à tergo, nec minus tamen aquis ac tot fontibus in vrbem perductis, & ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus: & quæ ſequuntur apud eundem libro tertio capite quinto. *Secat medios agros*) fluit per mediam planiciem. *Fruges*) Plinius facit duo genera frugum, frumenta ſcilicet & legumina, inter frumentum, milium, panicum & ſimilia recenſens. à Columella frugiferæ arbores dicuntur, vt oleæ. Iulianus de verborū ſignifi. retulit frugem pro reditu appellari, non ſolùm pro frumentis aut leguminibus, verùm etiam quòd ex vino, vel ex ſyluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. A frumine, id eſt, ab eminente ſub mento gutturis parte nomen traxiſſe Seruius credidit. Donatus à fruendo, quòd his fruamur, & fruor à frumine. quam ſententiam prior Varro dixerat. Frux frugis declinauit antiquitas, Feſto tradente.

vrbem, hyeme duntaxat, & vere. æſtate ſummittitur, immenſiq́; fluminis nomen arenti alueo deſerit, autumno reſumit. Magnam capies voluptatem, ſi hunc regionis ſitum ex mōte proſpexeris. Neque enim terras tibi, ſed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam videberis cernere. ea varietate, ea deſcriptione, quocunque inciderint oculi, reficiētur. Villa in colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſummo, ita leuiter & ſenſim cliuo fallente conſurgit, vt cùm aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe. A tergo Apenninum, ſed longius habet. Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno & placido die, non tamen acres, & immodicas, ſed ſpatio ipſo laſſas & infractas;

Vrbem) Romam. *Submittitur*) decreſcit. *Deſerit*) deponit, ad tēpus perdit. *Arenti alueo*) ſicco receptaculo fluminis. *Reſumit*) iterum dicitur flumen cū incipit fluere plenior. *Situm*) poſitum, typum. *Formam*) modulum fabrerimè compactum. *Varietate*) quæ ſi decora fuerit, multū afficit & tenet. *Deſcriptione*) conuenienti poſitura colorum *Inciderint*) reſpexerint, ſe contulerint. *Reficientur*) reparabuntur, inſtaurabuntur longo reſpectu. *Villa*) domus in agro. nunc accedit ad tertiā propoſitionis partem: ſuprà enim pollicitus ſe deſcripturū villæ amœnitatē. *Imo colle*) radice collis. *Quaſi ex ſummo*) tāquam ſi eſſet in vertice ſita [ex Catonis præcepto villa ædificanda eſt in edito, vt totus fundus proſpectari poſſit, & ſic melius ſit ſub tutela.] *Proſpicit*) in longum ſpeculatur & proſpectum habet. quod eſt hominum venuſte ad rem inanimem tranſtulit. *Senſim*) paulatim. *Fallente*) ita molli & accliuo, quem conſcendentes non intelligant, vt ne quidem cliuus eſſe videatur *Conſurgit*) ſimul cum colle eleuatur. *Non putes*) propter facilitatem. *Aſcendiſſe*) perueniſſe in editum.. *Longius*) non tergo imminentem ſed procul, comparatiuum pro poſitiuo, quod ſubinde apud idoneos reperitur. *Accipit ab hoc auras*) afflatur villa leni vēto ab Apennino. *Quamlibet ſereno*) quantúlibet: perinde ac ſi diceret, alibi pigro & quieſcēte aere: hic molliter agitatur. quod maximè ſalubre & exoptatú in ęſtu. *Acres*) vehementes, moleſtas. *Infractas*) debilitatas. Virg. Turn⁹ vt īfractos aduerſo Marte Latinos. *Spatio ipſo*) quia remota eſt villa ab Apēnino, vnde venti excitātur. nā quo ex ppinquiore loco ſpirāt eo fortiores ſunt.

magna ſui parte meridiē ſpectat, æſtiuūq́; ſolē ab hora ſexta, hybernum aliquanto maturius, quaſi inuitat in porticum latam, & pro modo longam. Multa in hac membra: atrium etiam ex more veterum, ante porticum: xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctúſque buxo, demiſſus inde, pronúſq; puluinus, cui beſtiarum effigies inuicē aduerſas buxus inſcripſit.

Magna ſui parte) id eſt ferè tota ad meridiem eſt expoſita, qui villæ ſitus maximè probatur. *Hybernum*) reſume ſolem & ſpectat. *Maturius*) ante horam ſextam. *Inuitat*) allicit incolam ad apricandum in ſole hyemali, qui diffundebatur in porticum latam, & reſpectu amplitudinis longam. *Modo*) menſura, proportione latitudinis: [in exemplari vetuſto non eſt & pro modo longam, ſed & prominulā, vt porticus illa aliquantulum prominere.] *Membra*) partes domus. Apuleius lib. vij. Ianuæ clauſtra ſedulo explorauerat, & ipſa mēbra, in quibus omne patrimonium condi ſolebat, curioſè perſpexerat. *In hac porticu*) per quam ad illa membra ibatur. *Atrium*) locus ianuis proximus, de quo ſuprà. *More veterum extructum*) ad imitationem antiquorum. *Porticum*) iam prædictam. *Xyſtus*, locus conſitus arboribus in plurimas ſpecies non animalium modò, ſed nauium & aliarum rerum diſtinctus conciſúſque. *Conciſus*) legitur etiam confiſſus. placet prior ſcriptura. *Buxo*) buxus magnitudine non excellis, folio myrto ſimilis: naſcitur ſecundum Theophraſtum, locis algentibus, atque aſperis: Plinio autore amat frigida & aprica: quipe Olympus Macedonicus frigidus eſt, & in eo gignitur: maxima autē pulcherrimáque in Corſica eſt, procera enim craſſitudinéque cæteris longè præſtantior. referente Seruio buxum etiam neutro genere profertur pro arbore. *Puluinus*) ſedes mollis. M. Tullius de oratore, Afferri iuſſit puluinos, & omnes in ſuis ſedibus ſederunt. Iuuenalis. Et de puluino ſurgat equeſtri. Fiebat autem puluinus ex terra tumulus, ſiue ſaxo, vel ramento, vel pluma, aut tomento, poſtremis tela vel corio circumſitis: nam Varro in re ruſtica ſcribit neceſſe fieri puluinos in violariis: & Palladius inquit, caulis eliuis delectatur, & ideo ponendæ ſunt plantæ per puluinos, id eſt eminentes tumulos arearum. Columella libro. xij. Puluinis poſitæ allii ſpicæ minus infeſtantur hyemis aquis: & ſexto, pro eminentiore parte arearum: in primo verò, pro inſtrumento quo parietum & ſoli iuncturæ ſibulantur. Seruius ait, Durior arena, quæ remeantibus fluctibus & euntibus denſatur, & in modum ſaxi dureſcit, à nautis puluinus vocatur, à Virgil. dorſum, quod videtur ſignificaſſe Vitruuius de ſtructuris in aqua faciendis ſcribens, quomodo puluinus quàm firmiſſimè ſtruatur: ſed libro primo, vbi columnas puluinatas nominat, columnas intelligit. quibus ſubeſt puluinus marmoreus: nam decimo minorem columnam, cui ſuperſit altera, chelonium, ſiue puluinum appellat. Tranquillus ſcribit puluino iniecto ſpiritum Tiberio interclusum. pro lectica, ſiue ſede ex plumis, Seneca ad Marriam vſurpauit. equeſtri inſidens ſtatuæ in ſacra via celeberrimo loco Chlœlia exprobrat iuuenibus noſtris puluinum aſcendentibus, in ea illos vrbe ſic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus. Cuius diminutiuo puluillo pro lecto & ceruicali vtitur Apuleius. Dii boni, fatur, qualis ille quámque præclarus apparatus, quatuor eunuchi confeſtim puluillis compluribus ventoſè tumentibus, pluma delicata, terreſtrem nobis concubitum præſtruunt: ſed & ſtragula veſte, auro & murice tyrio depicta, probè conſternunt, ac deſuper breuibus admodum, ſed ſatis copioſis puluillis, aliis nimis modicis: quis maxillas & ceruices delicatæ mulieres ſuffulcire conſueuerunt, ſuperſtruunt. Puluinaria pro lectis, qui ſterni diis in templis ſolebant paſſim occurrunt apud hiſtoricos. Liuius, Curatum lectiſternium, & per triduum habitum Decemuiris ſacrorum curantibus, & puluinaria in conſpectu fuere, Ioui & Iunoni vnū, alterū Neptuno

& Mineruæ. *Inuicem aduerſas*) ex oppoſito inter ſe. *Buxus inſcripſit*) buxus habet inſcriptas. nam inciſæ ſunt in buxo, [circa illas humiles ſedes.]

Acanthus in plano mollis, & penè dixerim liquidus. ambit hunc ambulatio preſſis, variéque tonſis viridibus incluſa: ab his geſtatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humiléſque, & retentas manu arbuſculas circumit. omnia maceria muniuntur: hanc

Acanthus) herba topiaria. audi libro vigeſimoſecundo Plin. acanthus eſt topiaria & vrbana herba, elato longóque folio, crepidines marginum adſurgentiúmque puluinorum toros veſtiens. Duo genera eius ſunt, aculeatum & criſpum, quod breuius: alterum lene, quod aliqui pæderota vocant, alii melamphyllũ. ſemper frõdet ſi Virgilio in Georgicis credimus, in bucolicis ſemper ridere ſcripſit. Seruius modò herbam, modò arboré, interdum virgultum vocat. in veſtibus deſcribebatur. [curuari acanthum libro nono docet Pli. cùm inquit, Concham acanthi modo carinatam inflexa puppe, prora roſtrata.] Acanthus inſuper oppidi nomen Libyæ, vel Macedoniæ, vel vtriuſque. autores habeo Thucydidem, Strabonem, Liuium, Plin. Hammonium. Diodorus tamen Acantham in Libya, ſi fidus eſt interpres, nominat *Mollis*) tenellus, topiarius. *Plano*) humili loco. *Ambulatio*) locus ad ſpatiandum conſtructus: qui, Iuliano tradente, arboribus infœcundis ferè veſtiebatur: nam ff. vij. inquit, Si fortè voluptuarium fuerit prædium, viridia, vel geſtationes, vel deambulationes, arboribus infructuoſis opacas, atque amœnas habens non debet deiicere. Columella libro primo, Ambulationes meridionali æquinoctiali ſubiectæ ſint, vt & hyeme plurimum ſolis, & æſtate minimum recipiant. Ampliſſimas & ornatiſſimas ambulationes ſub dio collocari præcipit Vitruuius, & modum lib. v. explicat. Dictæ ſunt ambulationes quaſi circuitiones. Flauius tamen Vegetius ambulare, pro exercere dixit, In menſe tam equites, quàm pedites educantur ambulatum. hoc enim verbo, hoc exercitij genus nominant. libro tertio ſimpliciter pro ire poſuit, & Cato in re ruſtica ambulare naues dixit. Varro melius familiam feriatam ambulare, cùm deſidet. *Viridibus*) arboribus ſemper virentibus. Viridia cùm pro adiectiuo accipiuntur, genitiuum in ium faciunt, vt viridium pratorum: cùm verò ipſam loci viriditatem ſignificare volumus, viridiorum dicimus, vt formoſa facies viridiorum. hæc Macrobius libro primo, ex quibus conſtat, & Vitruuio lib. vi. ac Secundo circa finem huius epiſtolæ, viridia etiam dici, quæ interdum à probatis viridiaria appellantur: ea Iabolenus eſſe ſcribit loca virentibus arboribus conſita: & Paulus de ſignificatione verborum, viridaria duntaxat ad voluptatem reſpondet. quinimmo M. Tullius Viridaria colles ſteriles & ſola gratos voluptate refert. & Vlpianus de fundo inſtructo, viridarios vocat ſeruos præpoſitos ad curam viridiorum. *Preſſis*) denſis, mutilatis. *Tonſis*) mangonizatis, conciſis. *Variè*) in diuerſas effigies. *Ab his*) poſt hæc conſequitur. *Geſtatio*) media inter arbores. *In modum Circi*) ad ſimilitudinem & formam Circi, qui erat locus ſpatij oblongi muris ſeptus hinc inde extructis gradibus. in eius principio carceres & meta. vnde ſigno dato emittebantur equi, qui cùm ad ſummum peruenisſent, circumacti metam, recurrebant ad priorem. hic erat finis curſus. Circum Maximum Tarquinius inter Auentinum & Pallantium extruxit, in lõgitudinem trium ſtadiorum, in latitudinem verò quatuor iugerum, Dionyſio libro tertio ſuarum antiquitatum referente, vbi latius & melius quàm vſquam viderim Circi forma deſcribitur. priora ſumpſimus ex Liuio, Varrone & Iuuenale. *Humiles*) nanas. *Retentas*) ne altius excreſcerent. *Manu*) arte, data opera. *Maceria*) pariete. Liuius libro tertio ſecundi belli punici, Gladium in publicum trans maceriam horti abiecit. Terentius, Atq; hãc in horto maceriã iube dirui. Seruius, Ma-

ceriæ, quibus vineæ clauduntur, fiunt de ſiceis lapidibus. Palladius libro primo, luto & lapide excitari maecerias tradit: plerique tamen ſine luto congeſta in ordinem ſaxa componunt. pro pariete abſolutè Columella libro nono accepit. Cato maceriam ex calce, cæmentis, ſilice fieri docet. Varro ſepimentum eſſe maceriam dixit, cuius ſpecies quatuor, quod fit ex lapide, vt in agro Thuſculano: quod de lateribus coctilibus, vt in agro [Gallico quòd è lateribus crudis, vt in ago] r Sabino: quod ex terra & lapillis compoſitis informe, vt in Hiſpania & in agro Tarentino. Pro maceratione vſurpauit Afranius Marcello tradente.

gradata buxus operit & ſubtrahit. Pratũ inde non minus natura quàm ſuperiora illa, arte viſendum. Campi deinde, porrò multáque alia prata & arbuſta. A capite porticus triclinium excurrit, valuis xyſtum deſinentem: & protinus pratum, multúmque ruris videt feneſtris. Hac latus xyſti & quod proſilit villæ, ac adiacentis hippodromi nemus, comáſque proſpectat. Contra mediam ferè porticum diæta paulum recedit, cingit areolam, quæ quatuor platanis inumbratur. Inter has marmoreo labro aqua exundat, circumiectáſque platanos, & ſubiecta platanis leni aſpergine fouet. Eſt in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſonúmque excludit: iunctáque ei quotidiana, amicorúmque cœnatio. Areolam illam porticus alia, eandémque omnia quæ porticus aſpicit. Eſt & aliud cubiculum à proxima platano, viride & vmbroſum,

Gradata) quia per gradus quoſdam ſurgit. *Subtrahit*) abſcondit ab oculis ne videatur eſſe vlla maceries *Natura*) per ſe non arte. ſicut iam prædicta. nam erat ſiccum. *Viſendum*) laudabile, admirandum. *Excurrit*) eminet, extra porrigitur. *Porticus*) iam prædictæ. *Valuis*) ab oſtiis. *Videt*) triclinium tãta gratia fuiſſe diſpoſita monſtrat omnia domus membra, vt ſingulis ſenſum videndi præbeat. *Xyſtum*) repete in præcedentibus. *Feneſtris*) à feneſtris triclinij. *Proſilit*) excurrit. *Adiacentis*) propinqui. commendat enim triclinium ab aſpectu vario. *Hippodromi*) cuius formam mox Secundus exprimit: erat autem locus rectus: qui intrantibus ſtatim ſe offerebat, hinc inde arboribus conſitus, ad curſum & agitationem equorum inſtructus: ſicut ipſa vocabuli interpretatio oſtendit. De quo Sidonius libro ſecundo. & Hom. xxiiij. plura, quædam Philoſtratus. v. Hippodromi Mar lib. xii. meminit. Puluereúmque fugax hippodromon vngula plaudit. [Pollux hippodromon inter publica ædificia recenſet.] At Peridromus fiebat in ædificiis ſupernè in circuitu, vt legimus apud Herodianum peridromum pleno amphitheatro exædificatum Commodo fuiſſe: per quem decurrere in orbem poſſet, ne comminus cum beſtiis pugnans periclitaretur: ſed ſupernè ac de tuto loco tela iaciendo iaculandi potius ſcientiam, quàm fortitudinem oſtentaret, [proinde apud Pollucem, Peridromus eſt funiculus in extrema & ſuperiori parte retis impoſitus, qui contrahit & extendit retia. Quidam etiam Epidromum dixere, nonnulli autem volunt epidromum tantùm eſſe funem ſuperiorem.] *Diæta*) ſuper qua dictione prædictis illud addam, diætas calefieri igni ſolitas, autore Vlpiano lib. ff. xxxii. Lignis, inquit, legatis, quod comburendi cauſa paratum eſt, ſiue ad balinei calefactionem, ſiue diætarum hypocauſtorum contineri ſcripſit Offilius. *Recedit*) ſita eſt. *Paruum*) non procul. *Areolam*) ſpatium terrenum, vt plurimum quadratum ſub dio. *Exundat*) exuberat. in ſecunda lectione fuerat exudat. *Labro*) vaſe. Papinius in deſcriptione balinei Ethruſci:

Ethruſci. argento fœlix propellitur vnda, Argentóque eadit labriſque nitentibus inſtat. Cato labrum vinarium & aquarium dixit, & Vitruuius labrum in balineis ſub lumine faciundum præcipit. Columella diminutiuo vtens, quod etiam nunc vulgo vſurpant, cenſet in labello muſtum de ſeria ſumi, qui lib. xiij. capite de oleo conficiendo, labrorum plures ſpecies deſcribit. nam aliud rotundum, aliud quadratum & plumbeum, aliud fictile, tréſque labrorum ordines in cella vinaria locat vt vnus ſit primæ noiæ, alter ſecundæ, tertius tertiæ. Cæſar in commentariis pro limbo, & extremitate ſumpſiſſe videtur, Cornua, inquit, ſtudioſè conquiſita ab labris argento circumcludunt. *Subiecta*) loca. *Leni aſpergine*) modica irroratione, [alii codices pro leni habent lenta.] *Fontes*) alii. fiſtulæ & canales & crateres & ſi qua ſunt alia ad aquas ſalientes neceſſaria, magis domus portio ſecundum Vlp. quàm domus Inſtrumenta ſunt. *Cubiculum dormitorium*) thalamus ſomnum prouocans. *Diem*) lucem. *Excludit*) non ſentit. *Quotidiana*) amicorum familiarium & domeſticorum amicorum. *Areolam illam*) in qua ſunt platani. *Quæ porticus*) illa ſuperior lata & pro modo longa. *A proxima platano*) ſurgens iuxta platanum. *Viride & vmbroſum*) ob vicinitatem platani.

marmore exculptum podiotenus: nec cedit gratiæ marmoris, ramos, inſidentéſque ramis aues imitata pictura: cui ſubeſt fonticulus. In hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcent iucundiſſimum murmur. In cornu porticus ampliſſimum cubiculum à triclinio occurrit: aliis feneſtris xyſtum, aliis deſpicit pratum. Sed antè piſcina, quæ feneſtris ſeruit ac ſubiacet, ſtrepitu viſúque iucunda. Nam ex edito deſiliens aqua, ſuſcepta marmore albeſcit. Idem

Marmore exculptum) cuius paries marmoreus variis figuris exculptus eſt. [legitur etiam exculptum id eſt exornatū.] *Podio tenus*) præpoſitio tenus poſtponitur caſui ſuo. & genitiuo, interdū accuſatiuo, & pro maiori parte ablatiuo conſtruitur. Podium autem locus extra ædificium porrectus: vnde ſpectamus ſi quid foris fiat: huius crebra mentio apud Vitruuium. nam lib. ii. podium circa ædem faciendum & vi. columnas in podio poſitas ſcrib. Spar. victoriam iſtam decidiſſe de podio, & humi proſtratam: ſed precipuus locus erat in theatro, cui inhærebat imperator, vel ſenatores ludos ſpectantes. quare nobiles indicare volens ſatyricus dixit, omnibus ad podium ſpectantibus. Tranquil. Cæterum accubans Nero primum paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueuerat. ſub eo præcipuè retia fuiſſe arcendis feris, nodata ſuccinis & podium protegentia, autor eſt Pli. lib. xxxvii. pro quo ſepimine ſurgente à tabulato videtur accepiſſe Pallad. cùm de apum caſtris præcipit podia ternis pedibus alta excitanda teſtaceo & albario opere læuigata inter ea loca, quæ muniri mandat. at podia fœminino genere funis eſt quo tenditur velum, niſi Ser. fallitur. *Nec cedit*) ordo, nec pictura imitata ramos & aues inſidentes ramis cedit gratiæ marmoris id eſt tantam elegantiam habet & dignitatem quantam imagines marmoreæ: nam vtraque res laudabilis erat. *Aues inſidentes*) depictæ aues, quæ ramis inſidere videbantur. *Crater*) marmoreum vas in formam crateris ampliſſimi, vt aſſolet fieri in fontibus elegantioribus. *Siphunculi*) canales, fiſtulæ æreæ, ſiue ex alia materia, per quas aqua effluit à cratere. mox enim dicet aquam è ſiphunclis exilire, ſiphones alii appellant, vt Celſus. & Pli. lib. ii. Iuuenalis tranſlatiuè pro muliebri vrina emiſſa è vuluis vſurpauit. *Cornu*) flexura, an magis extremo, ſicut acierum extremitates cornua dicimus. *Occurrit*) propè ſurgit. *Deſpicit*) cubiculum illud ab eminentiori loco. *Piſcina*) natatoria eſt: [ſi legeris piſcinam iucundam, vt eſt in vetuſto codice, tunc verbum deſpicit reſumendum eſt.] *Feneſtra ſeruit*) oblectat intuentes à feneſtris.

Strepitu) murmure ingredientis aquæ. *Edito*)ab alto loco. *Marmore*)piſcina ſtrata, & circundata marmore. *Albeſcit*) ſpumeſcit. minus placet ſi referatur ad candorem marmoris.

cubiculũ hyeme tepidiſsimũ, quia plurimo ſole perfunditur. Cohæret hypocauſton, & ſi dies nubilus, immiſſo vapore, ſolis vicem ſupplet. Inde apodyterium balinei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atque opacum. Si natare latius aut tepidius velis, in area piſcina eſt, in proximo puteus, ex quo poſsis rurſus aſtringi ſi pœniteat teporis. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui ſol benigniſsimè præſto eſt, caldariæ magis: prominet enim. in hac tres deſcẽſiones: duæ in ſole, tertia à ſole longius, à luce non longius. Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluréſque circulos capit. Nec procul à balineo ſcalæ, quæ in cryptoporticum ferũt, priùs ad diætas treis. harum alia areolæ illi, in qua platani quatuor, alia prato, alia vineis imminet. diuerſáſque cæli parteis, vt proſpectus habet. in ſumma cryptoporticu cubiculum, ex ipſa cryptoporticu exciſum: quod hippodromum, vineas, montes intuetur. Iungitur cubiculum obuium ſoli maximè hyberno. hinc oritur diæta, quæ villæ hippodromum adnectit. hæc facies, hic viſus à fronte, à latere æſtiua cryptoporticus in edito poſita, quæ non aſpicere vineas ſed tangere videtur. In media triclinium

Cubiculum)ampliſſimũ. *Tepidiſsimum*) id eſt apricum. *Hypocauſtum*) locus concameratus ante præfurnium, per quem cubicula hodie quoque calefieri ſolent. *Nubilus*) ſit, & per id frigidus. *Apodyteriũ*) in quo loturi veſtes deponebant. nam ἐκδύω ſignificat exuo. M. Tullius ad Quintum fratrem, Inde apodyterio nihil altius, nihil muſcoſius. Et alibi, In balneariis hypocauſta in alterum apodyterii angulum promoui. Latinè Spoliatorium dici ſolet, [Lucianus dum Hippiæ balineum laudat, membra refert fuiſſe quibus loturi ſpoliabantur: ſicut frigidarii & caldarii ſitum magis in eo commendat. Apodyterii etiam Plato meminit.] *Laxum*) amplum, capax. *Excipit*)ſequitur & coniuncta eſt. *Frigidaria*) aquæ frigidæ, qua reſtringebantur corpora. iam notauimus in balneo fuiſſe tres cellas, frigidariam, tepidariam, caldariam. *Baptiſterium*) lauacrum. *Latius*) maiori ſpatio & liberiori. *Tepidius*)quia piſcina fuerat expoſita ſoli. *Aſtringi*) refrigerari. nam calore laxantur corpora, frigore contrahuntur. *Media*) tepidaria cella, quæ media erat inter frigidariam & caldariam, & ſitu & qualitate. *Benigniſsimè eſt præſto*) amicus & expoſitus ſtatim tepefacere. *Caldariæ magis*) ſed cellæ caldariæ magis eſt præſto & vehemens. *Prominet*) excurrit. *Diſceſsiones duæ*)quibus apricatur in ſole. Legitur etiã deſcẽſiones, quã lectionem probo. *Tertia*) diſceſſio non eſt in ſole: tamen non in obſcuro. *Sphæriſterium*)repete à nobis prænotata. *Circulos*)rotunda membra: vnde nomen inditum demonſtratur: nam ſphęra rotunditas eſt. *Cryptoporticum*)occultã à ſole porticum. *Prius*) ferunt hæ ſcalæ. *Alia*)vna trium diætarum. *Platani quatuor*)conſitæ fuerant. *Habet*) vnaquæque illarum diætarum. *Vt proſpectus*)vt habet diuerſos proſpectus. *In ſumma*)in capite. *Iungitur*)annexum eſt cubiculo in ſumma cryptoporticu. *Obuium*)expoſitum. *Adnectit*-

ſtis)copulat: niſi enim fuiſſet hæc diæta, hippodromus videbatur diſiunctus à villa & ædificiis. *Facies*)eſt.cryptoporticui hybernæ. nã ſequitur, Æſtiua ſtructa ad arcendos æſtus: & ideo in edito poſita vt facilè poſſit auras recipere & tranſmittere. *Tangere*)propter vicinitatem. *Media*) cryptoporticu.

ſaluberrimum afflatum ex Apenninis vallibus recipit. Pòſt latiſſimis feneſtris vineas, valuis æquè vineas, ſed per cryptoporticum quaſi admittit. à latere tricliniÿ, quod feneſtris caret, ſcalæ conuiuio vtilia, ſecretiore ambitu ſuggerunt. In fine cubiculum, cui non minus iucundũ proſpectum cryptoporticus ipſa quàm vineæ præbent. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget: contentáque aëre ſuo nec deſiderat auras nec admittit. poſt vtranque cryptoporticum, vnde triclinium deſinit, incipit porticus: ante medium diem, hyberna, inclinato die, æſtiua: hac adeũtur diætæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria, vt circuit ſol, aut ſole vtuntur, aut vmbra. Hanc diſpoſitionem, amœnitatémque tectorum longè latéque præcedit hippodromus, medius pateſcit, ſtatimque intrantium oculis totus offertur, platanis circuitur. Illæ hedera veſtiuntur: vtque ſumma ſuis, ita ima alienis frondibus virent. Hedera truncum & ramos pererrat, vicináſque platanos tranſitu ſuo copulat, has buxus interiacet. Exteriores buxos circumuenit Laurus, vmbráque platanorum ſuam confert. Rectus hic hippodromi limes, in extrema parte hemicyclo frangitur, mutátque faciem: cupreſſis ambitur, & tegitur: denſiore vmbra opacior, nigriórque: interioribus circulis (ſunt enim plures)

Saluberrimum)quia ventilatur auris ex Apennino ſaluberrimis. *Poſt*)retrò. *Per cryptoporticum*) quia illud triclinium intercurrebat per mediam cryptoporticum. *Conuiuio vtilia*) dapes, totam denique menſam. *Secretiore aditu*)legitur etiam ambitu, quod non diſplicet, vt inſtar cochleæ fuiſſe intelligamus eas ſcalas, quales nũc interdum videmus conſtrui. *In fine*)cryptoporticus calce. *Subeſt*) æſtiuæ cryptoporticui. *Subterraneæ ſimilis*)tanquam effoſſa. *Riget*)alget, friget *Suo*) frigido & immoto. *Vtranque*)ſuperiorem & inferiorem. *Triclinium*) aliud. *Hyberna*)frigida. *Hac*)porticu. *Cubicula*)diurna: nam in diæta de die verſabatur antiquitas. *Aut ſole*)alia cubicula modò ſole, alia vmbra vtebantur. prout ſol ſe reuoluebat: verbi cauſa quæ erant expoſita orienti, ſolem matutinum excipiebant, quæ auſtro, meridianum, quę occidenti, occiduum. *Longè*)quia in lõgitudinem excurrebat *Latè*)quia in latitudinem pro portione lõgitudinis. *Præcedit*)in conſpectu eſt. *Medius pateſcit*) à lateribus arboribus ſeptus viam patentem in medio oſtendit. *Totus*)quia ad lineam directus. *Circuitur*)munitur. *Illæ*)platani. *Summa*)in cacumine & ramis. nam platanum ſcribit Cicero comparatam ad opacandum locum ramis patulis. *Ima*)in trunco. *Alienis*)hederaceis. *Et*)etiam. *Ramos*)platanorum, *Copulat*)connectit. adiungit ad inuicem. *Interiacet*)has, ſita in medio platanorum. dixit autem iacet, quia humilis buxus. *Confert*)miſcet. *Hemicyclo*)ſemicirculo circa reflexum metarum. | Hemicyclium Pollux in ſcena vocat locum iuxta orcheſtram à forma nominis cuius vſus vt ſignificet locum aliquem procul ab vrbe, aut in mari natantes. idem libro ſexto hemicyclia ſedes vocat] *Frangitur*)

interrumpitur. *Faciem*)aſpectum. *Mutat*) diuerſitate arborum. *Cupreſſus*)arbor notiſſima cnpreſſus: de qua Cato, Varro, Theophraſtus, & plura. Plin. libro. xvi. Nigrior enim habet hæc arbor folia ſpiſſa & nigrantia. *Interioribus*) minoribus. *Plures circuli*) nam ſtatim ſeqnitur finito illo multiplicique curuamine.

puriſſimum diem recipit. Inde etiam roſas effert, vmbrarúmque frigus non ingrato ſole diſtinguit. Finito vario illo, multiplicique curuamine, recto limiti redditur, nec huic vni. Nam via plures intercedentibus buxis, diuiduntur, alibi pratulum, alibi ipſa buxus interuenit in formas mille deſcripta, literis interdum quæ modò nomen domini dicunt, modò artificis: alternis metulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma: & in opere vrbaniſſimo ſubita velut illati ruris imitatio medium in ſpatium breuioribus vtrinque platanis adornatur. Poſt has, acanthus hinc inde lubricus & flexuoſus, deinde plures figuræ, pluráque nomina. in capite ſtibadium candido marmore, vite protegitur. Vitem quatuor columellæ

Puriſſimum diem) lucidiſſimam lucem: quia interiores circuli conſtabant roſariis, per quæ facilè ſol admittitur. ſequitur enim, inde roſas offert. *Vmbrarum frigus*) quod fit per cupreſſos conſitas in exterioribus circulis. *Limiti*) in agro propriè limes dicitur, de quo ſuprà. *Redditur*) in rectum dirigitur. reſpicit quod iam antea dixerat, rectũ ſcilicet hippodromi limitem. *Vni*) limiti redditur ſed pluribus. *Intercedentibus*) intercurrentibus, & per id ſeparantibus vnam viam ab altera. *Pratulum*) cùm non amplius viæ ſunt perpetuæ arboribus, ſed alia facies à priore occurrit. *Mille*)innumeras. *Deſcripta*)picta transformata. *Domini*) Traiani, cùm in epiſtolis eundem dominum appellet Secundus, an domini, id eſt Secundi: nam Tranquil. in Tiberio poſſeſſores inſularum dominos dicit. *Artificis*)topiarij. *Alternis*)viciſſitudinariis buxis in medio duarum buxorum. *Metulæ paruæ*)metæ inſtar areolarnm. *Surgunt*)extolluntur. erant enim eminentiores quàm ſtipites buxi *Inſerta*) in medio plantata. *Poma*) in neutro pro arboribus nuſqnam alibi annotauimus: ſicut pomaria contra grammaticorum præcepta apud Columellam, Palladium Martialem, Statinm. pro locis conſitis pomis legimus ſubinde. *Vrbaniſſimo*)conſito ad voluptatem, & vrbi conuenienti. *Illati ruris*)intromiſſis arboribus pomorum: quæ in agris ſeruntur. *Medium ſpatium*)limes rectus poſt metas. *Breuioribus*)reſpectu illarum, quibus hippodromus in ingreſſu veſtiebatur. *Lubricus & flexuoſus*) nam eſt herba topiaria. *Figuræ*)ambiguum ex acantho, an buxo: an magis quæ erant ſtibadio inſcriptæ: de quo Mart. Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum Octo capit, veniat quiſquis amicus erit. *Stibadium*)menſa, torus. ſic interpretatur Suidas aſſerens ſtibades eſſe toros humi poſitos, & lignis ramiſque ſtructos. Athenæus lib. vij. (niſi mendoſus eſt illius codex in librorum ordine) Primum inquit ſcenas faciebant, & in his ſtibades ex herba: ſuper quas dapes ſtruebant, & illis inuitati veſcebantur: nec ſolùm mnnicipes, ſed etiam peregrinos hoſpites conuiuio admittebant. nam & libro xiij. idem teſtatur diſcumbentes in ſtibadibus veſci. & Prouerbium in parcos ortum refert Suidas. Stibades Phormionis. Fuit enim hic Phormio miles parcus: quin etiam in militia humi ſolent diſcumbere & recumbere. Seruius negat antiqnos habuiſſe ſtibadia. Theocritus tamen in Adonidis epitaphio dixerat [illegible]. Animaduertendum apud Græcos dici ἡ στιβὰς τῆς στιβάδος, apud nos hoc ſtibadium. nam Sidonius lib. ij. ſtibadium & abacum in cœnatiuncula ponit & fieri interdum ex marmore verba Secundi monſtrant. *In capite*) in fine recti limitis.

caryſtiæ ſubeunt. E ſtibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere ſipunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur, atque ita occultè temperatur, vt impleat, nec redundet. Guſtatorium grauiórque cœnatio margini imponitur, leuior nauicularum & auium figuris innatans circuit. contrà fons egerit aquam & recipit: nam expulſa in altum in ſe cadit, iunctíſque hiatibus & abſorbetur & tollitur. è regione ſtibadij aduerſum cubiculum tantum ſtibadio reddit ornatus quantum accipit ab illo. à marmore ſplendet, valuis in viridia prominet, & texit: alia viridia ſuperioribus inferioribúſque feneſtris ſuſpicit, deſpicítque. Mox

Caryſtiæ) ex Caryſto oppido Eubœæ ſi Ptolomæo credimus. at inquit Plin. nobilis Caryſtus: notior tamen marmore caryſtio ante vocitata Chalcodotis aut Maeris vt Dionyſius & Ephorus tradũt: vt Ariſtides, Macra: vt Callidemus, Chalcis, ære ibi reperto: vt Menæchmus Abantias: vt poetæ, vulgo Aſopis. caryſtio marmore ingentis magnitudinis & tabulæ excindebantur priuatim & publicè ad ornatum vrbis Romæ. nam in ripa montis Salomini conſiſtit Caryſtus, tradente Strabone, cui vicina ſunt Styra & Marmarium, in quo Caryſtiarum columnarum latomia eſt. Ad Caryſtum verò lapis naſcitur quem pectunt, nent, texunt: inde mantilia conficiuntur egregiè contexta. ea vbi ſordeſcunt, in flammas proiecta non ſecus emundantur quàm ſi maculas elueris. hæc Strabo & eum ſecutus Stephanus, qui tamen in hoc diſſentit, Caryſtum ſcilicet vrbem ſcribens ſub monte Ocho Eubœę, & Caryſtum locum Ægyos iuxta Arcadiam, à quo Caryſtium vinum, cuius gentile Caryſtius. & in eo lapidicinas caryſtiarum columnarum. verùm Strabo protulit Caryſtium etiam in Laconica fuiſſe, vnde vinum Caryſtium ab Alcmane celebratum. Straboni libentius crediderim. Addam Plinium Caryſton locare in ſinu Ægeo, & ciuitatem ex aduerſo Eubœæ. eam ſi Diodoro fidem præſtamus, Dryopes pulſi ad Eubœam condidere, tanta ſcriptorum varietate lectorem perturbante. *Expreſſa*) eiecta. hinc apparet pro ſponda, & toro ſtibadium intelligi. *Sipunculis*) canaliculis, fiſtulis. *Cauato lapide*) label'o cauo ex lapide, quod erat in propatulo. *Gracili marmore*) alio labello ſubtiliter ex marmore elaborato, ſed latente. nam duo erant vaſa, alterum ſub ſtibadio, vnde aqua defluebat, alterum in quo confluebat. *Occultè*) nulla apparente cauſa. *Impleat*) vas illud quo aqua ſuſcipitur. *Redundet*) effluat. *Guſtatorium*) menſa contecta putaminibus teſtudinum, quam primus Carbilius Pollio prodigi ac ſagacis ingenij ad inſtrumenta luxuriæ fertur excogitaſſe. quare epigrammaticus poeta deinceps poſt ſtibadium in diſtichis guſtatorium locauit, Fœmineam nobis cherſon ſi credis ineſſe Deciperis: pelagi maſcula præda ſumus. Diodorus & Pli. ſcribunt in mari Indico teſtudines inueniri tantæ magnitudinis, vt ſingularum ſuperficie habitabiles caſæ contegantur. *Grauior*) amplior: ſicut leuior, minor & reſtrictior. *Imponitur*) excitatur [figuris nauicularum & auium. teſſellata & vermiculato pauimento in quo variæ erant figuræ nauicularum & auium ſicut hodie diuerſorum piſcium. Romæ in ædibus ſaxorum cernimus, ita vt impoſita aquæ innatare videantur.] *Margini*) iuxta fontem. *Contra*) è regione. *Egerit*) eiaculatur. *Iunctis*) ſub terra concurrentibus. *Hiatibus canalibus*) quibus aqua effunditur & recipitur. *Abſorbetur*) ſubducitur per alterum hiatum. *Tollitur*) emergit per alterum. *E regione*) ex oppoſito. *Aduerſum*) occurrens ſtibadio. *Tantum ornatus*) tanto ornamento cubiculum eſt ſtibadio, quanto ſtibadium cubiculo. nam inuicem ſe exornant. *A marmore ſplendet*) quia cu-

biculum de marmore conſtat, ideo renidet. *Texit*)ſibi connectit. [ſi legatur exit,exponas,excurrit.] *Suſpicit*)inferioribus feneſtris. *Deſpicit*)ſuperioribus *Viridia*)arbores virentes.

diætula refugit quaſi in cubiculum idem atque aliud. Lectus hic & vndique feneſtræ, & tamen lumen obſcurum vmbra premente. Nam lætiſſima vitis per omne tectum in culmen nititur & aſcendit. Non ſecus ibi quàm in nemore iaceas: imbrem tantùm tanquam in nemore non ſentias. Hîc quoque fons naſcitur, ſimúlque ſubducitur Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia è marmore, quæ ambulatione feſſos vt cubiculum ipſum iuuant. Fonticuli ſedilibus adiacent, per totum hippodromum inductis fiſtulis ſtrepunt riui, & quà manus duxit ſequũtur. His nunc illa viridia, nunc hæc, interdum ſimul omnia iuuantur. Vitaſſem iamdudum ne viderer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtola circumire. Neque enim verebar, ne laborioſum eſſet legenti tibi, quod viſenti non fuiſſet: præſertim cùm interquieſcere ſi liberet, depoſitáque epiſtola, quaſi reſidere ſæpius poſſes. Præterea indulſi amori meo. amo enim, quæ maxima ex parte ipſe inchoaui, aut inchoata percolui. In ſumma (cur enim non aperiam tibi vel iudicium meum vel errorem?) primum ego officium ſcriptoris exiſtimo, titulum ſuum legat, atq; identidem interroget ſe, quid cœperit ſcribere: ſciátque, ſi materiæ immoratur, non eſſe longum: logiſſimum, ſi aliquid accerſit atque attrahit. Vides quot verſibus Homerus, quot Virgilius, arma, hic AEneæ, Achillis ille, deſcribat: breuis tamẽ vterque eſt, quia facit quod inſtituit. Vides vt

Diætula) parua diæta. *Refugit*) latet, reducitur: mirum architecti ingenium commẽdatur. *Idem*) iam prænotatum. *Aliud*) & tamen diuerſum. *Premente*) intercedente, obſtante. *Lætiſſima*) multiplici palmite, maxima. vites quoque apud priſcos inter arbores numerabantur. Iouis ſimulacrum in vrbe Populonia ex vna cõſpectum vite tot æuis incorruptum. Metaponti tẽplum Iunonis vitigineis columnis ſtetit. tectum Epheſiæ Dianæ ſcalis ſcãdebatur vite vna cypria. Plin. autor. *Nititur*)tendit, adhæret. *Ibi*) in cubiculo. *Subducitur*)abſorbetur. *Sedilia*)ſedes diſpoſitæ: quales ſcribit Cicero fuiſſe ſub platanis. *Cubiculum ipſum*)iuuat, reparat. *Fiſtulis*) canalibus plumbeis, quibus aqua deducitur hinc inde. *Manus duxit*) eas quilibet aperuerit. *Lauantur*) irrigantur, [non improbo iuuantur, ſcilicet ad retinendam viriditatem ſuam in æſtu, quamuis pontificius codex habeat lauantur.] *Vitaſſem*) deſtitiſſem. *Argutior*) affectare nimiam diligentiam, & ſubtilitatem in deſcribendo ſingula. *Propoſuiſſem*) deſcribere promiſiſſem villę amœnitatem, & per id omnia membra & angulos. *Tecum*)apud te. *Reſidere*) reſpicit ad verbum viſenti. *Indulſi*, euectus ſum longius, quia mea amo. *Percolui*) ornaui, ſupremam impoſui manum. *Iudicium*) veras cauſas, quibus ſim motus, vt tam diligenter omnia exequerer. *Errorem*) ſi deceptus ſum, neque rectè iudicaui. extenuat enim facultatem ſuam, per correctionem, vt modeſtiæ laudem conſequatur. *Identidem*) frequenter. *Titulum*) argumentum materiæ. *Materiæ*) propoſitæ. *Accerſit*) affectat extra cauſam. *Homerus*) qui lib xviii. Iliados pluribus Achillis arma deſcribit, cuius exemplo Virgilius

pariter lib. viii præſertim in deſcribendo Æneæ ſcuto multis immoratur. *Breuis*) nam multa ibidem breuibus exequuntur.

Aratus minutiſsima etiam ſidera conſectetur & colligat, modum tamen ſeruat. Non enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt. Similiter nos, vt parua magnis conferamus, cùm totam villam oculis tuis ſubiȷcere conamur, ſi nihil inductum & quaſi deuium loquimur, non epiſtola quæ deſcribit, ſed villa quæ deſcribitur magna eſt. Verùm illuc, vnde cœpi, ne ſecundum legem meam iure reprehendar, ſi longior fuero in hoc in quod exceſsi. Habes cauſas cur ego Thuſcos meos Thuſculanis, Tyburtinis, Prœneſtiniſque meis præponam. Nam ſuper illa quæ retuli, altius ibi ocium, & pinguius, eóque ſecurius: nulla neceſsitas togæ, nemo accerſitor ex proximo. Placida omnia & quieſcẽtia, quod ipſum ſalubritate regionis, vt purius cælum vt aër liquidior accidit, ibi animo, ibi corpore maximè valeo. Nam ſtudiȷs animum, venatu corpus exerceo. Mei quoque nuſquam ſalubrius degunt, vſque adhuc certè neminem ex iȷs quos eduxeram mecum (venia ſit dicto) ibi amiſi. Diȷ modò in poſterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco ſeruent. Vale.

Aratus) hic Athenodoro patre genitus, ſecundum alios Mnaſea & matre Lenodora magna de præceptoribus inter Suidam, & eum qui Arati vitam conſcripſit, diſſenſio. Conſtat tamen viguiſſe Ptolomæi Philadelphi temporibus, & claruiſſe apud Antigonum cognomento Gonatam Macedonum regem. patriam habuit Solos Ciliciæ. plura literarum monumenta reliquit, tradente Suida, inter quæ Phænomena ſcilicet lucentes ſtellas: quod opus ad noſtros tranſtulit M. Tullius. vtrunque extat: ſed Latinum detruncatum. initium habet admirabile, & totum Homero ſimile. Sunt tamen qui ſentiant magis Heſiodum ſecutum. illum Cicero primo de Oratore aſſerit fuiſſe ignarum aſtrologiæ, verùm ornatiſſimis atque optimis verſibus de cælo ſtelliſque dixiſſe. Fabius materiam Arati motu carere iudicat, vt in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona, nec cuiuſquam ſit oratio: ſufficere tamen operi, cui ſe parem credidit vel æqualem. *Colligat*) numeret, non omittat. etiam minima & obſcura exornat quadam grauitate. *Modum*) rectam menſuram ſcribendi. *Hic*) colligere minima. *Excurſus*) exceſſus, digreſſio à propoſito. *Opus*) materia, quæ ita exigit. *Parua*) hanc villæ deſcriptionem. *Magnis*) prædictis. *Inductum*) accerſitum. *Deuium*) extra rem. *Illuc*) redibo ad propoſitum. *Legem meam*) quam mihi dixi, non digredi à materia: nam paululum euagatus erat. *Thuſcos meos*) villam quam in Thuſcis poſſideo. *Thuſculanis*) villis, quas in Thuſculano agro habeo, & Tyburtino, & Præneſtino. Thuſculum ciuitas in conſpectu Romæ eſt egregiis ornamentis inſignis, eam vineta coronant tectáque magnifica: præſertim ea regione quæ in Romanum deſcendit aſpectum, videre licet villas variis decoratas apparatibus. à Thuſcia Thuſcus, à Thuſculo, Thuſculanus deducitur. Præneſte & Tybur pariter in conſpectu vrbis fuere. autor Strabo. *Super*) præter *Ibi*) in Thuſcis. *Altius*) remotius à curis. *Pinguius*) copioſius. *Eo*) ob id. *Toga*) officii. Sæpe enim toga pro officio ponitur. Mart raram togam, id eſt officium rarum in beata optat vita. & ad Iuuenalem idem, Ignota eſt toga, pro nemo eſt in officio. & togatus officioſus, vt idem, Mane vel à media nocte togatus ero: nam togati, ſicut refert Lampridius,

ad munera conueniebant. *Proximo*) loco, vt ex Tybure & Præneſte. *Quod ipſum*) accidit vt omnia quieſcant. ordo eſt. quod ipſum accidit ſalubritate regionis, quia cælum purius & magis ſerenum quàm in aliis locis ſit. *Ibi*) illic. nam cùm hæc ſcriberet erat in vrbe. *Animo*) vacuo à curis. *Vſque adhuc*) hucuſque. *Venia ſit dicto*) modus dicendi, qualis, malum abſit omen, ne ſcilicet excitaret Nemeſin aduerſum ſua, quæ petulantes & ſuperbos vlciſci ſolet, & elatum ceruice premit: nam tradunt Nemeſin implacabilem ad modum contumacibus, & pœnatam: quia celeriter delinquentes conſequitur. inde prouerbium νέμεσις δέ γε παρὰ πόδας βαίνει id eſt Nemeſis quidem ad pedes graditur. nam prædicit brachio & freno, ne immenſa facias, neque effrenata dicas: vnde illud diſtichum lib. iiij. Græcorum epigrammatum, ἁ νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλινῷ, Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν. Nemeſis prædicit brachio & freno, neque immenſum quid facere, neque effrænata dicere. Item aliud ad idem, ἁ νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος οὕνεκα; λέξεις, Πᾶσι παραγγέλλω μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. Nemeſis brachium teneo. cuius cauſa dices? omnibus prænuncio, nihil ſupra menſuram. Ibidem alia leguntur de Nemeſi: & apud Auſoniũ tetraſtichon, & quædam ex primo Pauſaniæ: ſed plura apud Suidam. *Amiſi*) morte perdidi. *Gloriam*) ſalubritatis.

C. Plinivs Calvisio Svo S.

NEc hæredem inſtitui, nec percipere poſſe Rempub. conſtat: Saturninus autem qui nos reliquit hæredes, quadrantem Reipub. noſtræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit.

NEc) Pomprius Saturninus Secundum hæredem reliquerat ex dodrante, remp. Comenſium ex quadrante: & quia tunc ſecundum leges reſp. non poterat inſtitui hæres, ſcribit Secundus, tamen velle vt voluntas Saturnini rata ſit, nec infringatur. *Conſtat*) nulla eſt controuerſia. *Remp.*) nec poſſe inſtitui hæredem, aut ius iſtud municipale fuit, aut leges, quibus tunc vtebantur, poſtea ſunt abrogatæ: nam hodie omnes iuriſconſulti intendunt vtilitati reipub. vt Marcellus. ff. xxx. de legatis & fideicommiſſis: ſiquid, inquit, relictum ſit ciuitatibus omne valet, ſiue in diſtributionem relinquatur, ſiue in opus, ſiue in alimenta, vel in eruditionem puerorum, ſiue in quid aliud, & Paulus ibidem latius, an dicamus de legatis tantùm loqui, non de hæreditatibus: an vt ſcribit Vlpianus. xxviii. ff. quia reſp. incerta res eſt: hæres autem inſtitui nemo poteſt, niſi vt certus demonſtretur, an quia litis cauſa & calumniæ non poſſumus imperatorem, nec remp. hæredem inſtituere Paulo lib xxviii. titulo de hæredibus inſtituendis aſſerente. nam & Vlpia. xxxviii. refert nos hoc iure vti, vt in rebus publicis, cùm de donatione quæritur, illud ſolùm ſpectandum, vtrum ob cauſam aliquam iuſtam reip. promittat quis, vel polliceatur, an non: an magis hoc pertinet ad ſententiam Iuliani, qui. xxx. ff. putat non permittendum legari domum ſuam ad opus reip. faciendum, ſi in alio territorio eſt. Saturninum autem non fuiſſe Comenſem, & prædia ſua alibi habuiſſe. *Nec poſſe percipere*) nec poſſe adire hæreditatem. eſt enim cõſequens, vt ſi reſpub. non poteſt inſtitui hæres, nec etiam poſſit percipere fructus, & commoda hæreditatis. verùm ſi legamus non poſſe præcipere, tunc interpretabimur, non habere priuilegium protopraxiæ, id eſt, primæ exactionis: de qua latius in epiſtolis ad Traianum: & hac ratione mox legendum ducimus præceptionem. cccc. millium, quod etiam magis probamus. *Quadrantem*) quartam patrimonii partem, quæ erat. cccc. millium. *Noſtra*) Comenſi. nam & Caluiſius Nouocomenſis fuit. *Præceptionem quadringentorũ milliũ*)

vt im-

vt imprimis daretur reip. ſumma, cccc. millium nummû, id eſt quadringenta ſeſtertia.

Hoc, ſi ius aſpicias, irritum: ſi defuncti voluntatem, ratum & firmum eſt. Mihi autem defuncti voluntas (vereor quam in partem Iuriſconſulti, quod ſum dicturus, accipiant) antiquior iure eſt, vtique in eo quod ad communem patriam voluit peruenire: an cui de meo ſeſtertium vndecies contuli, huic quadringentorum millium paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegem. Scio te quoque à iudicio meo non abhorrere, cùm eandem Remp. vt ciuis optimus diligas. Velim ergo cum proximè decuriones contrahentur, quid ſit iuris indices, parcè tamen & modeſtè: deinde ſubiungas nos quadringenta millia offerre, ſicut præceperit Saturninus. Illius hoc munus, illius liberalitas, noſtrum tantùm obſequium vocetur. Hæc ego ſcribere publicè ſuperſedi: Primùm, quòd memineram pro neceſſitudine amicitiæ noſtræ, pro facultate prudentiæ tuæ, & debere te, & poſſe perinde meis, ac tuis partibus fungi: deinde quia verebar ne modum, quem tibi in ſermone cuſtodire facile eſt, tenuiſſe in epiſtola non viderer. Nam ſermonem vultus,

Hoc irritum) eſt nullum prædictis rationibus. *Defuncti*) Saturnini. *Defuncti voluntas*) omnino puto ſeruandam defunctorum voluntatem, etiam ſi lege prohiberemur: neque enim ſtrictè illorum voluntates interpretandæ ſunt, Vlpiano reſpondente: nam idem libro. xxviii. titulo de hæredibus inſtituendis aſſerit imprimis teſtatoris voluntatem inſpiciendam. & Iuſtinianus conſtituit ſe cupere, defunctorum voluntates validiores eſſe, & non verbis ſed voluntatibus eorum fauere: quinimmo voluntas militis teſtamentum eſt: quod ſola perficitur voluntate. Papinianus autor. *Antiquior*) venerabilior, ſanctior, charior. Liuius ſecundo ab vrbe condita, Id antiquius conſuli fuit. Tranquillus in Vitellio, Coegit iurare cæteros nihil ſibi antiquius quiete publica fore. Et in Veſpaſiano, Nihil habuit antiquius, quàm propè afflictam nutantémque remp. ſtabilire. Paulus titulo de captiuis, Diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis quàm charitas liberorum. Secundus in panegyrico, Adeo nihil amore ciuium tibi antiquius. Virgil. Troiam antiquam, id eſt venerabilem, dixit, quoniam ſenes venerandi ſint. *Iure*) rigiditate iuris, ſummum ius (vt dicitur) plerunque ſumma crux. *Vereor quam in partem*) ſenſus eſt, timeo ne iuriſconſulti meam ſententiam reprehendant, cùm in vniuerſum dixerim extremas voluntates non infringendas: ſed intelligo in rebus honeſtis. nam ſtatim ſubdit, vtique in eo quod ad communem patriam voluit pertinere, cenſeo ſeruandam Saturnini voluntatem. *Vtique*) præſertim. [M. Tullius ad Equites Ro. Vtique ſiue hinc abiero, ſiue hîc ero oppreſſus, ea maneat opinio & exiſtimatio.] Fabius, Vtique ſi aliqua ſententia blanditur. Ipſe libro ſeptimo, Vtique ſi latior ſcena, & corona diffuſior. *Communem*) mihi, & tibi. *Vndecies*) Centum ſeſtertium: nam cùm pollicitus eſſet quingenta ſeſtertia in alimenta ingenuorum Nouocomenſium, agrum de ſuis precij mille centum ſeſtertiorum longè pluris quàm promiſerat, actori publico mancipauit: eundem impoſito vectigali recepit, daturus in id mun' tricena millia annua pro fœnore. hinc rem latius tractat. libro 7 ad caninium ſcribens. legitur in aliquibus exemplaribus ſeſtertiûm ſedecies cõtuli. *Meo*) patrimonio, peculio. *Contuli*) erogaui reip. [diuerſimodè & multiplici liberalitate.] *Hunc*) noſtræ

rr. j.

reip. *Paulo amplius tertiam partem*) nam quadringenta ſeſtertia ſunt paulo amplius tertia parte vndecies centum. *Denegem*) hinc apparet Caluiſium non fuiſſe cohæredem. *Ex aduentitio*) ex eo quòd ad me peruenit ex hæreditate Saturnini. Senſus eſt, ſi de meo peculio reip. obtuli vndecies centum ſeſtertiûm, quanto magis concedere debeo, vt habeat quadraginta, quæ iure hæreditario mihi debebantur, cùm ea ſint ex peculio aduentitio, & non iure agnationis. Eſt enim aduentitia pecunia, quæ non accedit, & relinquitur ſucceſſionis cauſa, ſed ab extraneis & inſperato. aduentoria autem res vt epiſtola, quæ amico aduenienti occurrit. *Contrahentur*) conuocabuntur in Senatū.

Quid ſit iuris) remp. hæredē nō poſſe inſtitui, & reliqua. [*Dicat*) Aliâs iudices.] *Parce*) paucis & modeſtis verbis. *Offerre*) illi ante me, tanquam ſi reſp. haberet ius protopraxiæ. *Precepit*) propria locutio Iuriſconſultorum: nam veterum teſtamenta imperatiuis referta ſunt verbis. *Illius*) Saturnini. *Obſequium*) beneficium, lenitas. nam obſecuti ſumus reip. cùm iure poſſemus contendere. *Publicè*) decurionibus, qui vices publicas gerunt. *Partibus*) officio. *Ac tuis*) tanquam ſi tua intereſſet. nam fuit Secundo contubernalis. *Sermone*) quem habiturus es apud decuriones pro me. *Vultus*) quo minas, blanditias, lætitiam, triſtitiam, preces effingimus.

geſtus, vox ipſa moderatur. epiſtola omnibus commendationibus deſtituta malignitati interpretantium exponitur. Vale.

Geſtus) motus corporis, qui debet eſſe magis accommodatus ad ſenſus quàm ad verba. *Vox*) ſi ſubmiſſa. *Commendationibus*) actionis laudibus, in quibus Demoſthenes ſummam locabat. *Malignitati interpretantium exponitur*) ſubiacet epiſtola, neque ſe defendet ab his qui eam malignè interpretari velint.

C. Plinivs Capitoni Svo S.

Svades, vt hiſtoriam ſcribam, & ſuades non ſolus: multi hoc me ſæpe monuerunt: & ego volo: non quia commodè facturum eſſe confido (id enim temerè credas, niſi expertus) ſed quia mihi pulchrum in primis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorúmque famam cum ſua extendere. Me autem nihil æquè, ac diuturnitatis amor & cupido ſolicitat: res eo homine digniſſima, præſertim

Svades) Capitoni vt hiſtoriam ſcriberet ſuadenti, reſcribit idem cupere: & cauſas quibus ad hoc incitaretur, quibúſq; retardaretur, enumerat: vbi pleraque multa, quid hiſtoria ab oratione differat, breuiter tractat, cognitu quidem non inutilia. Admonemus lectorem Sidonium Apollinarem lib. iiij. voluiſſe hanc epiſtolam non Capitoni, ſed Tacito ſcriptam. namque inquit, Et antiquitus cùm C. Cornelius Tacitus C. Plinio Secundo vt hiſtoriam ſcriberet, ſuaſiſſet: & ipſe poſtremò quod iniunxit, arripuit. *Commodè*) ſcitè, bene. *Niſi expertus*) niſi experiaris, & prius periculum ſcribendi facias. nam tunc facilius poteris comprehendere, quid in reliquis præſtare poſſis. *Occidere*) aboleri nomen illorum, & facta interire, [pro non pati occidere, fuit in vetuſto codice poſteris tradere] *Æternitas*) immortalitas, rebus præclarè geſtis. *Sua*) hiſtorici. Salluſtio in præfatione conteſtante, & qui facta aliorum ſcripſere, & qui fecere multi laudantur. *Diuturnitatis*) poſſe diu viuere. *Res digniſſima*) amor immortalitatis, qua multi incitantur ad illuſtria.

qui nullius ſibi conſcius culpæ, poſteritatis memoriam non reformidet. Itaque diebus ac noctibus cogito, ſiqua me quoque poſſim Tollere humo. Id enim voto meo ſufficit: illud ſupra votum, Victórque virum volitare per ora. Quanquam ô. Sed hoc ſatis eſt, quod propè ſola hiſtoria polliceri videtur. orationi enim & carmini eſt parua gratia, niſi eloquentia eſt ſumma: hiſtoria quoquo modo ſcripta delectat. Sunt enim homines natura curioſi, & quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, vt qui ſermunculis etiam fabelliſque ducantur. Me verò ad hoc ſtudium impellit domeſticum quoque exemplum. Auunculus meus, idémque per adoptionem pater,

Culpæ) criminis. nam vbique ſe prædicat integerrimæ vitæ: quod etiam teſtimonio Auſonii comprobatur. *Poſteritatis memoriam*) vt de ſe poſteri malè loquantur: nam qui rectè vixerunt, non timent vt poſteri ſua repræhendant. *Si qua me quoque poſſim Tollere humo*) ſi quo modo poſſim vendicare me à mortalitate: ſumptú eſt ex. iij. Georgicorum Virg. vbi hæc ſcribuntur, Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim Tollere humo, victórque virum volitare per ora. vnde ſtatim ſubiunxit reliquum carminis. *Id*) liberari à mortalitate. *Supra votum*) inexpectatum, παράδοξον. *Victor*) voti cōpos *Volitare per ora*) laudari & legi ab omnibus. *Quanquam ô*) optat tamen ſuis ſcriptis illuſtrari & excellere, ſumens initium ex v Æneid. vbi Mneſtheus hortatur ſocios ad remigandum in nauali certamine. Non iam prima peto Mneſtheus, nec vincere certo: Quanquam ô. ſed ſuperent, quibus hoc fortuna dediſti. *O*) optantis aduerbium. interdum iraſcentis. vt ô callidos homines. nonnunquam expaueſcentis. vt, ô ſalue Pamphile. *Quod*) mediocrem laudem. *Gratia*) amor, commendatio. *Eloquentia ſumma*) niſi tractantur ſumma eloquentia & arte. *Quoquo modo*) etiam ſine eloquentia, & tantùm res nudas commemorans. [Inde ad Lucceium M. Tullius, Ipſe inquit etiam annalium ordo nos mediocriter retinet, quaſi enumeratione faſtorum: & de finibus, quid hiſtoria delectet, quam ſolemus perſequi vſque ad extremum, prætermiſſa repetimus, inchoata perſequimur. & cum ſequatur, Nec verò ſum inſcius eſſe vtilitatem in hiſtoria, non modò voluptatem, quid cùm fictas fabulas è quibus vtilitas nulla duci poteſt cum voluptate legimus? & reliqua deinceps: vt Cæcilius videatur hunc locum à Cicerone accepiſſe.] nam ſecundum Vitruuium hiſtoria per ſe tenet lectores, quia habet nouarum rerum varias expectationes. Et vetuſtiſſimi Ro. Cato, Pictor, & Piſo, condiderunt hiſtorias niſi ex annalibus: quam ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt, qui ſine vllis ornamentis monumenta ſolùm temporum, hominum, locorum, geſtarúmque rerum reliquerunt. *Curioſi*) cupidi ſcire noua & inaudita. nam omnes homines natura ſcire deſiderant. *Nuda*) inculta, ſine affectibus, rem ipſam tantum dicente, vt annales & commentarii. *Capiuntur*) oblectantur. *Sermunculis*) quotidianis, & familiaribus verbis. *Ducantur*) afficiantur. *Ad hoc ſtudium*) ſcribendarum hiſtoriarum. *Auunculus meus*) C. Plinius Secundus frater matris meæ. quidam opinantur auunculum traxiſſe appellationem ab eo, quod æquè tertius à matre, vt auus eſt: ſed non eiuſdem iuris, ideóque vocabuli factam diminutionem. ſiue auunculus appellatur, quòd aui locum obtineat, & proximitate tueatur ſororis filium. *Per adoptionem pater*) ius adoptionis eſt, vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos poſſit: & cùm potuerit, ſit expertus, & adoptatus ſit minor adoptante, legitimo & pontificio iure procedat adoptatio, & ita fiat, vt ne quid aut de dignitate, aut de ſacrorum religione minuatur: in primis ne qua calumnia, ne quis dolus adhibeatur. Euenit

autem ſecundum Iuriſconſultum, vt is qui in adoptione datus eſt, tam in familia naturalis patris iura cognationis retineat, quàm in familia adoptiua nanciſcatur: ſed eorum tantùm cognationem in adoptiua familia nanciſcitur, quibus fit agnatus, in naturali autem omnium pertinebit. Paulus. ff primo, Per adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur. vnde Senator ſi à plebeio adoptatus eſt manet & Senator. ſimiliter & Senatoris filius in familia adoptantis manet, niſi mancipetur. Iuſtinianus codice de adoptionibus, Adoptatus inuitus tranſire ad alienam familiam non cogitur: ſi verò homo ſui iuris per arrogationem ex auguſta liberalitate ſe dederit in adoptionem, tunc familiæ eius aggregatur. Appianus ſcribit Romanorum more adoptiuos filios adoptantium nomina ſumere ſolitos, & Dion pariter lege cautum, ſi quis adoptetur, vt adoptantis appellationem reciperet, vnú tamen priorum nominum reſeruaret. Hinc noſter Cæcilius ab auunculo adoptatus, dictus eſt, C. Plinius Cæcilius Secúdus. Et cùm de adoptione multa Iuriſconſulti ſcribant, vt Iuſtinianus in Inſtitutionibus, & Codice de adoptionibus, Diocletianus, & Max Impera. Vlp ff. primo, & Modeſtinus ibidem: longè tamen plura Gellius lib. v. Tantùm addam quæ à Caio traduntur, Quòd generalis adoptio duobus modis fit, aut principis autoritate, aut magiſtratus imperio: principis autoritate adoptamus eos, qui ſui iuris ſunt: quæ ſpecies adoptionis dicitur. Arrogatio, quia & is qui adoptat rogatur, id eſt interrogatur, an velit eum quē adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe, & is qui adoptatur interrogatur, an id fieri patiatur. Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt, ſiue primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia, ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos proneptis. Apud Barbaros mos fuerat in adoptionibus lectum aſcendere, & adoptandum ſumptum iuxta ab adoptaturo per veſtes, inſerius in terram demittere, vt verum partum imitaretur. *Adoptionem*) aſſumptionem in filium: nam Marcellus adoptionem vendicationem interpretatur. & Varro referētibus centurionibus, adoptatos in cohortes dixit. hoc eſt, aſcitos.

hiſtorias, & quidem religioſiſſimè, ſcripſit. Inuenio autem apud ſapienteis honeſtiſſimum eſſe, maiorum veſtigia ſequi, ſi modò recto itinere præceſſerint. Cur ergo cunctor? Ego magnas & graueis cauſas. Has (etiamſi mihi tenuis ex eis ſpes) deſtino retractare, ne tantus ille labor meus, niſi hoc quod reliquum eſt ſtudij addidero, mecum pariter intercidat. Nam ſi rationem poſteritatis habeas, quicquid non eſt peractum, pro non inchoato eſt. Dices, Potes ſimul & reſcribere actiones, & cōponere hiſtoriam. Vtinā. Sed vtrūque tam magnum eſt, vt

Hiſtorias) bellorum Germaniæ. xx. libros. à fine Aufidii Baſſi xxxi. naturæ hiſtoriarum. xxxvij. *Religioſiſſimè*) veriſſimè, cum fide. *Sapientes*) philoſophos. *Sequi*) imitari. *Veſtigia*) ſtudia, artes. *Recto itinere*) per virtutis callem. *Tot*) lib. ſexto ad Quadratum numerat actiones ſuas honorificas. [aliqua exemplaria habent, cur ergo autore ſcilicet tanto tardo ad ſcribendam hiſtoriā, quia prius volo actiones meas emendare.] *Tenuis ſpes ex eis*) ſperem conſequi paruam admodum laudem ex orationibus meis. *Retractare*) ſuperuacua amputare, emendare. *Labor meus*) quem perpeſſus ſum componendo, & illas agendo. *Quod reliquum eſt ſtudij addidero*) extremam manum impoſuero. *Mecum*) me moriente. *Rationem poſteritatis*) conſiderationem & reſpectum memoriæ tuæ apud poſteros. *Peractum*) abſolutum, per enim compoſitum finem rei ſignificat. *Pro non inchoato eſt*) tanquam ſi nunquam incœpiſſes. nam imperfecta negliguntur, & citò intereunt. *Reſcribere*) emendare *Vtinam*) poſſem ſimul vtrunq; præſtare. *Magnum*) magni oneris & in-

genii. Lucianus teſtatur hiſtoriæ compoſitionem difficilem & arduam, orationum verò vt nondum aliquis perfectus orator reperiatur. *Alterum*) aut perficere orationes, aut hiſtoriam conſcribere.

abundè ſit alterum efficere. Vndeuiceſimo ætatis anno dicere in foro cœpi, & nunc demum, quid præſtare debeat orator, adhuc tamẽ per caliginem video. Quid ſi huic oneri nouũ acceſſerit? habet quidem oratio & hiſtoria multa communia, ſed plura diuerſa in his ipſis quæ communia videntur. Narrat illa, narrat hæc, ſed aliter. huic pleraque

Abundè) maximũ. *Vndeuiceſimo*) decimonono, dempto vno de viceſimo, ſicut duodeuiceſimo, decimooctauo: demptis duobus de viceſimo: ſic vndetrigeſimo, & duodetrigeſimo, ac deinceps vſitato & eleganti dicendi genere. Tacitus de cauſis corruptæ eloquentiæ tradit, L. Craſſum nonodecimo ætatis anno ſtatim parem vnicuique cauſæ. Fabius Demoſthenem puerum actiones pupillares habuiſſe: Tranquillus Auguſtum auiam duodecimo anno pro roſtris laudaſſe. *Præſtare*) efficere, quod ſit oratoris officium. M. Tullius de perfecto oratore inquit, Oratoris officium, vt ſubtilis in probando ſit, mediocris in delectando, vehemens in flectendo. Fabius, tria præſtare debet orator, vt doceat, moueat, delectet: nam virum cùm ingenij natura præſtantem, tùm verò pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea vetuſtas cognouerit: ſingularem, perfectúmque, vndique optima ſentientem, optiméque dicentem (non enim ſufficit honeſtè dicere ſcire, niſi & audere) hunc iure perfectum oratorem appellauerim. *Per caliginem*) difficulter, vix. *Quid*) fiet? *Nouum*) componendæ hiſtoriæ. *Multa communia*) vt delectet, afficiat, auditores rerum nouitate attentos reddat, exemplis inſtruat, & moueat digreſſionibus opportunis, vtatur exornationibus ferè omnibus quibus orator, & elegantia, & flumine orationis, & varietate. [Vnde non abſurdè dixit Cicero de legibus, Hiſtoriam ſcribere maximè minus eſſe oratorium.] eſt autem quædam hiſtoria perpetua, quæ continet alicuius populi res geſtas, & quomodo quid ſingulis annis actum ſit, ita ſcripſit Liuius & Tacitus in hiſtoria auguſta. aliud præterea genus hiſtoriæ, quæ ſolùm ad vnum pertinentia continet, ea propria dici poteſt, & ſecluſa, vt ſcripſere Tranquillus apud nos, Plutarchus apud Græcos: de priori genere nunc diſſerit Secundus. *Plura diuerſa*) Lucianus in libello ſcribendę hiſtoriæ, Diuerſa, inquit, eſt hiſtoricorum ratio ſcribendi ab oratoribus. hiſtorici enim ordinem rei ſeruant, & materia præparata vtuntur: oratores verò multa inuertunt & fingunt. procœmium hiſtoricorum, duabus tantùm rebus, attentione & docilitate conſtare debet, omiſſa beneuolentia, quam in primis orator captat. Hinc Fabius plures hiſtoriæ virtutes oratori vitandas præcipit. cùm ſit proxima poetis, & quodammodo carmen ſolutum, verbiſque liberioribus ac remotioribus figuris narrandi tædium euitet. demum neque contineatur quibus oratio partibus, exordio, narratione, confutatione, confirmatione, peroratione: ſed eius lex ſit incipere ab initio rerum, & continuam narrationem ad finem vſque perducere, explicando quo conſilio, qua ratione geſtæ ſint. Hinc de perfecto oratore Cicero, Declamatoribus hiſtoria finitima eſt, in qua narratur ornatè, & regio ſæpe aut pugna deſcribitur: interponuntur etiam conciones & hortationes, & tracta quædam ac fluens expetitur eloquentia, non hæc contracta & acris oratio. De oratore libro ſecundo, Quis neſcit primam eſſe hiſtoriæ legem, ne quid falſi dicere audeat: deinde, ne quid veri tacere, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis? Hæc fundamenta nota ſunt omnibus, ipſa autem exædificatio poſita eſt in rebus & in verbis, rerum actio ordinem temporum deſiderat, regionum deſcriptionem, conſilia primùm, deinde a-

ctus, poſtea euentus expectantur. Vult etiam de conſiliis ſignificari quid ſcriptor probet, & in rebus geſtis declarari: non ſolùm quid actum, aut dictum ſit, ſed etiam quæ: & cùm de euentu dicatur, vt cauſæ explicentur omnes, vel caſus, vel ſapientiæ, vel temeritatis: omniúmque ipſorum: non ſolùm res geſtæ, ſed etiam qui fama & nomine excellat: de cuiuſque natura atque vita, quæ plerunque ab oratore omittuntur, vel ſecus tractantur pro commodo ſuo. Si quis plura deſiderat, in quo vtrunque differat, legat præcepta dicendi, & Lucianum in eo opuſculo, cui titulus eſt, πῶς δεῖ ἱστορίαν γράφειν. *Illa*) oratio. *Hæc*) hiſtoria. *Narrat*) immò ferè conſumitur tota in narrando. nam poſt præfationem rebus conuenientem, & rectè introductam fit ad narrationem tranſitus. omne enim ſine artificio, ſi Luciano credimus, reliquum hiſtoriæ corpus eſt longa narratio, quæ tamen narrationis virtutibus ornabitur. *Aliter*) ſcribitur enim hiſtoria ad narrandum, non ad probandum, & inter ſpecies narrationum à Fabio numeratur, atque oratori conuenit narratio interdum ſubtrahenda, neqoe ſemper proœmio ſubſtituenda ſed pro conditióne cauſarum mutanda. nanque non in hoc reperta eſt, vt tantùm cognoſcat iudex, ſed aliquanto magis vt conſentiat. neque neceſſe eſt narrationem in oratore eſſe veram, ſed veriſimilem: in qua aliqua neganda, aliqua adnectenda, aliqua mutanda, ſicut aliqua etiam tacenda, quæ omnia ab hiſtorico reſpuuntur. *Huic*) hiſtoriæ.

humilia & ſordida, & ex medio petita: illi omnia recondita. ſplendida, excelſa, conueniunt. Hanc ſæpius oſſa, muſculi, nerui: illam

Humilia & ſordida) Aſſentiri videtur Secundo Diodorus. Libro inquit vi. Omnia in quibus hiſtoria verſatur complecti rerum ſcriptores decet: tũ verò maximè quomodo qoſque res ſigillatim deſcribendæ ſint, cura videtur ſuſcipienda. non enim tantummodo hæc notatio particularis diligentiáque priuatis hominibus ad conſeruandas augendáſque fortunas proficit. verùm hiſtoricis etiam plurimum decoris atque ornatus affert. videmus quot Liuius bella obſcura, & ad nullum exemplum facientia percenſeat: ſed illi ita faciendum fuit omnes Ro. res ſcribere aggreſſo. neque me prætetit Iunium Cordum hiſtoricum à Iulio Capitolino reprehendi, quòd multa de voluptatibus domeſticis, cæteríſque infimis rebus hiſtoriæ ſuæ inſeruit: quot ſeruos vnuſquiſque principum, & quos amicos habuerit, quot penulas, quótve chlamydas: quorum ſcientia nulli proſit: ſi quidem ea debeant in hiſtoria poni, quæ aut fugienda ſint, aut ſequenda: nam leuia prætereunda. Itaque Flauius Vopiſcus notat Aurelium Feſtiuum cùm Firmum referret inter crocodilos vnctum crocodilorom adipibus nataſſe, & elephantum rexiſſe, & hippotamos edidiſſe, & ſedentem ſtruthionibus vectum, ac quaſi volitaſſe: non enim ſcimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annius Milo: aut verum Thuſco equo ſederet Catilina an Sardo: vel quali in chlamyde Pompeius vſos fuerit purpura: quorum vitas ſcribendas Liuius & Salluſtius arripuerunt. Dicamus igitur aliud eſſe vitas, aliud perpetuam hiſtoriam quam intendit Secundus, ſcribere: in illis enim electa dicenda. quam regulam tenaciter obſeruaſſe Tranquill. videmus. ſed in omnimoda hiſtoria licet interdum vulgaria complecti. *Petita ex medio*) trita, vulgaria, communia. poſſumus iſta etiam referre ad verba. nam autore Luciano, hiſtoria coloranda eſt dictione clara: inde ſæpius inuenies apud rerum ſcriptores de medio petita vocabula qualia ſunt carrus, induratus, caſtellanus, ferraria, lignatum, aquatum, rebellatum, & ſimilia: exiſtimo tamen de rebus hic loqoi, cum ſequantur mox alia verba. *Illi*) orationi. *Recondita*) cognita paucis, electa: opponuntur enim tritis & vulgaribus. *Splendida*) illuſtria, cuios contrarium ſordida. *Excelſa*) eius antitheton humilia. *Sæpius*) interdum ex præcepto Luciani vim eloquentiæ licet oſtentare, vbi copia rerum exigit: laudare tamen & vituperare parce. *Hanc*) hiſtoriam. *Oſſa*) nudæ res. *Muſculi*) à corpore ad hiſtoriam

hæc commodè tranſlata. ſunt autem muſculi ex neruis & cartilagine condenſati, quibus robur oſtenditur ſicut neruis. Licet igitur hiſtorico vires oſtendere. quod Quintilianus permittit in declamationibus, quibus ſimilis eſt hiſtoria, Oſtenden-

da inquit oſſa & nerui controuerſiæ ac declamationis: at oratori ſecus faciendum. nam vires diſſimulandæ, & illius præcipuum artificium cùm ex arte loquatur, ne ars vlla videatur.

tori quidam & quaſi iubæ decent. Hæc vel maximè vi, amaritudine, inſtantia: illa tractu & ſuauitate, atque etiam dulcedine placet. Poſtremò alia verba, alius ſonus, alia conſtructio. Nam plurimum refert, vt Thucydides

Tori) pulpæ. M. Tullius ſuccum orationis appellat, vt apud Terentium in Phormione, culpam vt Antipho in ſe admiſerit: nam bono ornatu addidit in ſe, cùm & ſine hoc planū videri poſſit. Tacitus inquit, Oratio ſicut corpus hominis eſſe debet, ea demum pulchra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa numerantur: ſed temperatus & bonus ſanguis implet membra & exurgit toris, ipſos quoque neruos robur tegit, & decor commendat. *Iubæ*) exultantia & decor orationis per iubas monſtratur, ſicut per toros plenitudo & vbertas. quāquam Fabius moneat orationi non debere ineſſe athletarum toros, ſed militum lacertos: nec verſicolorem illam qua Demetrius Phalereus dicebatur vti, veſtem bene ad forenſem puluerem facere. Verùm aliud eſt poſteritati conſulere, aliud vtilitati præſenti. [In alia lectione fuit tubæ, id eſt eminentiæ.] *Hæc*) hiſtoria. *Vi*) impetu & concitata oratione. nam M. Tullius Xenophontem notat tanquam dulciorem & minus vehementem quàm hiſtorico conueniat. in Tacito verò vis, amaritudo, inſtantia ex profeſſo apparet. Scio tamen vim conuenire oratori, modò ne tranſeat in violentiam. In hoc autem eloquentiæ vis, vt iudicem non in id tantùm compellat, in quod ipſa rei natura ducetur, ſed aut qui non eſt, aut maiorem quàm eſt faciat affectum. omnis vis conſiſtit in augendo minuendóve. *Amaritudine*) liberè narrando vitia, & crimina ac infortunia. *Inſtantia*) rerum frequentia, breuitate: quam Secundus in Saturnino commendat. qualis Thucydides & Tacitus, vt verborum prope numerum ſententiarum numero ſequantur. nam vterque hiſtoriæ grauiſſimus autor. *Illa*) oratio. *Tractu*) amplificatione: cùm inter alias oratoris virtutes hæc non minima ſit, parua augere, magna minuere, & immorari diutius vbi opus ſit, vt melius animis auditorum infigatur. Cicero tamen de oratore iubet in hiſtoria genus orationis fuſum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabiliter profluens ſine illa iuridiciali aſperitate, & forenſibus aculeis ſententiarum proſequendum eſſe, & alibi hiſtoriam leni æquabilique tractu diſtinguendam exiſtimat. & Fabius in Herodoto omnia leniter fluere. tum ipſam linguam habere iucunditatem vt latentes in numeros complexa eſſe videatur. *Suauitate & dulcedine*) quibus alliciat animum auditorum: nam huic ſoli intendit orator, quoquo modo iudices mouere, non veritatem explicare: vnde ſæpe dulcibus & ſuauibus eos fallit, neque reſpicit ſi in futurum ſit obnoxius repræhenſioni quòd falſa dixerit: ſed ſi perſuaſibilia & fidem facientia. Iam prædiximus differentiam ſuauis & dulcis. *Alia verba*) diuerſa ſunt quædam hiſtoricorum verba ab oratore. nam illis peculiare eſt dicere, palare, facere impreſſionem, canere receptui, centuriare, lapidare, caſtrametari, expedire aciem, anteſignanos, vicanos, claſſiarios, ſuppetias, & alia multa quibus orator nunquam niſi per tranſlationem vtitur. *Sonus*) hiſtorico præterquam in concionibus vnus & perpetuus debet eſſe ſonus: oratori ſecus. nā ſi lugubria tractat verbis & voce querula, ſi læta lætis, ſi grauia grauibus vtetur, & exornationibus ac clauſulis ad rem accommodatis: in concionibus ſimiliter cadentia & antitheta plurimum faciunt: in iudiciis parum admodum lenia omnia & profluentia: apud hiſtoricum acria, &

aculeata apud oratorem. Ad hæc hiſtoria non tam finitimos numeros, quàm obicem quandam contextúmque deſiderat, cùm omnia eius membra connexa ſint, & quoniam lubrica eſt ac fluit, vt homines manibus inuicem apprænenſis gradum firmant, continent & continentur. quare diuerſam verborum conſtructionem hiſtoriæ ab oratione dicit Secundus, & Lucianus autor hiſtoriæ ſtylum non debere eſſe hiantem & aſperum, neque rhythmo diffluentem. illud enim culpabile, alterum audientibus iniucundum: monétque vehementem acrimoniam, & ambitu crebram ac perplexam argumentis dictionem, non conuenire hiſtorico, ſed diſpoſitam & ordinatam. ſit autem clara & ciuilis, quæ poſſit inſigniter declarare ſubiectum. ſignum enim hiſtorici laudabilis, primùm lucidè & ſplendidè rem tractare non abſtruſis, & extra calcatam viam nominibus, neque forenſibus & cauponariis. ſed vt vulgus intelligat, eruditi laudent, modeſtus ſit in compoſitione nominum.

ait, κτῆμα ſit, an ἀγώνισμα quorum alterum oratio, alterum hiſtoria eſt. His ex cauſis non adducor, vt duo diſſimilia, & hoc ipſo diuerſa, quòd maxima, confundam, miſceámque: ne tanta quaſi colluuione turbatus, ibi faciam, quòd hic debeo. Ideoque interim veniã, (ne à forẽſibus verbis recedam,) aduocandi peto. Tu tamen iam nunc cogita, quæ potiſſimùm tẽpora aggrediamur. Vetera & ſcripta aliis, parata inquiſitio, ſed oneroſa collatio, intacta & noua, graues offenſæ, leuis gratia. Nam præterij quòd

κτῆμα ſit, an ἀγώνισμα) [poſſeſſio ſit an concertatio.]. Hæc eſt ſana lectio, quam in omnibus, quos vidimus codicibus mancam & inuerſam reſtituimus in integrum ſumptã ex prooemio Thucydidis κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἤπερ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα, id eſt, monumentum potius in perpetuum quàm ad præſens tempus pugna. Hæc repetit ad verbum Lucianus in præceptis ſcribendæ hiſtoriæ. Et Fabius Quintilianus libro decimo ſic tranſtulit, Totum hiſtoriæ opus non ad intuitum rei pugnámque præſentem, ſed ad memoriam poſteritatis & ingenii famam componitur. vnde Lucianus in fine eiuſdem opuſculi, Memento inquit, non ad præſens, vt qui nunc ſunt, te laudent, te honorent? ſed æternitatem reſpiciendo, hiſtoriam ſic conſcribe, vt à poſteris præmium laboris expectes: dicántque, profectò vir ille dicendi libertate præditus erat. nihil in eo adulatorium eſt, neque ſeruile: ſed in omnibus veritas, κτῆμα ἐς ἀεὶ, vt ſit perpetua poſſeſſio, non compoſita oſtentationi, ſed fidei veritatíque. [*Agona*) ſcribit Cicero ad Atticum à Græcis appellari contentionis ſtudium.] *Quorum alterum*) oratio ſcilicet exigit vt ſit momentanea oblectatio & concertatio auditoribus grata. *Alterum*) hiſtoria exigit, vt poſteris placeat, [ſi legis hiſtoria eſt. interpretaberis vt ſic perpetua poſſeſſio. M. T de legibus quod Plin. orationi tribuit, id poeticæ dat, Intelligo inquit, alias in hiſt. leges ſeruandas, alias in poemate: quòd in illa ad veritatem referantur, in hac ad delectationem plærsque.] *Duo*) orationem & hiſtoriam. *Maxima*) maximi ponderis, conſtantia ex multis maximiſque; & ideo in quibuſdam diuerſa. *Confundam*) componam, eodem tempore perturbem. Colluuione commixtura, confuſione. colluuies propriè eſt permixta immundicies ex confluuio alicuius rei: quare dixit quaſi. *Ibi*) in oratione. *Faciam*) conuenientia hiſtorico. *Veniam aduocandi peto*) ſcripturus hiſtoriam quietem ab actione cauſarum petit (ne à forenſibus verbis recedam) docet [veniam &] aduocandi dictionem fuiſſe verbum cauſidicorum, & in foro vſitatum [ex verbis M. Tullij pro Archia cognoſcimus, aliud fuiſſe genus dicendi in iudiciis, aliud in forenſi ſermone. in peruetuſto exemplari pro forenſibus eſt meis, id eſt forenſibus. ad idem Lucianus etiam de componenda hiſtoria inquit,

quit, Hiſtoricus non abſtruſis verbis, nec extra calcatam viam, neque forenſibus ac cauponariis vtetur.] *Quæ tempora*) quorum temporum hiſtorias ſcribendas aggrediamur *Vetera*) veterum hiſtoriæ. *Scripta alijs*) mandata monumentis literarum, ab alijs ſunt. *Parata inquiſitio*) materia & inuentio facilis ac in promptu, vtpote iam tractata. *Onerosa collatio*) difficilis comparatio, quia oportet ſuperare ſcribendo ſummos viros, qui prius illa tractarunt. *Intacta*) tempora non deſcripta ab vllo, qualia erant Veſpaſianorum, Neruæ, & Traiani: nondum enim Tacitus & Tranquillus ſuas hiſtorias conſcripſerant, cùm hæc deſtinaret Secundus. *Graues offenſæ*) ſunt futuræ moleſtæ inimicitiæ ſcripturo. arduum videtur, refert Salluſtius, res geſtas ſcribere. primum quòd facta dictis exæquanda ſunt: deinde quia plerique delicta, quæ reprehenderis, maleuolentia & inuidia dicta putant. *Leuis gratia*) parua laus eſt deſcribere noua. *Propterea quòd*) quia hoc nos deterrere poteſt à ſcribendo noua, [an potius placet, nam præterij quod dicendum in primis erat.]

in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quàm laudanda: tum ſi laudaueris, parcus: ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris: quamuis illud pleniſſimè, hoc reſtrictiſſimè, feceris. Sed hæc me non retardant: eſt enim mihi pro fide ſatis animi. Illud peto præſtruas, ad quod hortaris, eligáſque materiam, ne mihi iam ſcribere parato, alia rurſus cunctationis & moræ iuſta ratio naſcatur. Vale.

In tantis vitiis) quibus verſantur noſtris temporibus: nam tunc omne in præcipiti vitium ſteterat, ſi Iuuenali credimus. potuit tamen reſpexiſſe mala Domitiani tempora. *Parcus*) diceris fuiſſe ab his qui laudantur. [*Quamuis illud*] Quod laudaueris. *Hoc*) quod culpaueris.] *Fide*) veritate, in qua tota verſatur hiſtoria. *Satis animi*) maximè autem & ante omnia hiſtoricus liber ſit mente, neque pertimeſcat aliquem, neque ſperet aliquid: alioquin ſimilis erit malis iudicibus ad gratiam, aut inimicitiam iudicantibus. *Præſtruas*) præpares. [*Tam*) alij legunt iam.] *Ratio*) cauſa iuſta.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S.

V*Ariè me affecerũt literæ tuæ: nam partim læta, partim triſtia continebant. Læta, quòd te in vrbe teneri nunciabant. Nollem, inquis: ſed ego volo, propterea quòd recitaturum ſtatim, vt veniſſem, pollicebantur. Ago gratias, quòd expector. Triſte illud, quòd Iulius Valens grauiter iacet: quanquam ne hoc quidem triſte, ſi illius vtilitatibus æſtimetur, cuius*

V*Ariè*) Dolet Iulium Valẽtem grauiter iacere, ſed moleſtius ferri quòd Auitus deceſſerit *Affecerunt*) ſi alicui fuiſſet ambiguum, afficere eſſe affectus mouere tam lætos quàm triſtes, hic omnino tollitur dubium. *Nollem eſſe in vrbe*) occurrit his quæ dici poterant à Saturnino. *Propterea quòd*) quia ſic in præcedenti epiſtola vſus eſt; & M. Tullius in epiſtolis, Propterea quòd dies magna ex parte conſumptus eſt. Sic in oratione ad equites Romanos.] *Recitaturum*) te. nam ſcripſit Saturninus orationes, hiſtorias, hendecaſyllabos. *Vtilitatibus æſtimetur*) reputemus quid vtile ſit Iulio.

intereſt quammaturiſſimè inexplicabili morbo liberari. Illud planè non triſte ſolùm, verumetiam luctuoſum, quòd Iulius Auitus deceſſit, dum ex quæſtura redit. Deceſſit autem in naui procul à fratre amantiſſimo, procul à matre, à ſororibus. Nihil iſta ad mortuum pertinent, ſed pertinuerunt, quum moreretur. Pertinent ad hos qui ſuperſunt. Iam quidem in flore primo tantæ indolis iuuenis extinctus eſt, ſumma conſecuturus, ſi virtutes eius maturuiſſent. quo ille ſtudiorum amore flagrabat? quantum legit? quantum etiam ſcripſit? quæ nunc omnia cum ipſo ſine fructu poſteritatis abierunt. Sed quid ego indulgeo dolori? cui ſi frenos remittas, nulla materia non maximæ eſt. Finem epiſtolæ faciam, vt facere poſſim etiam lachrymis, quas epiſtola expreſſit. Vale.

Intereſt) expedit. *Maturiſſimè*) quàm primùm & opportunè. *Inexplicabili*) incurabili. *Liberari*) morte. *Iulius Auitus*) alius à Iunio Auito, cuius interitum lib. viii. lugubriter dolet: [æſtimetur triſtitia cum vtilitatibus illius.] *Nihil iſta*) dicet aliquis. *Hos*) eius neceſſarios. *Iam*) præterea. *Indolis*) iudicii futuræ virtutis. *Summa*) ſummam laudem & dignitatem. *Si maturuiſſent*) ſi vixiſſet diutius, [in pontificio codice, cuius copiam nobis fecit Philippus Beroaldus, eſt iſta lectio. maxima conſecuturus. amabam virtutes eius maturitatémque.] *Quo*) quanto. *Sine fructu poſteritatis*) quia nullam vtilitatem capient poſteri ex ſtudio illius immaturo. *Nulla*) non quælibet etiam parua, quanto magis maxima.

C. Plinius Antonino Suo S.

CVm verſus tuos æmulor, tum maximè, quàm ſint boni, experior. Vt enim pictores pulchram, abſolutámque faciem rarò, niſi in peius, effingunt: ita ego ab hoc archetypo laboro & decido. Quò magis hortor, vt quamplurima proferas, quæ imitari omnes concupiſcant, nemo aut pauciſſimi poſſint. Vale.

CVm) Iambos Antonini tantum admiratur, vt ſibi imitabiles neget: & hortatur ad ſimiles idemtidem emittendos. *Aemulor*) vt tranſferam in Latium, cùm ille Græcè ſcripſerit. *Experior*) cum nequeam conſequi illorum dignitatem. *Abſolutam*) perfectam. *In peius fingunt*) deficiunt ab exemplari. *Effingunt*) tranſcribunt, depingunt. *Archetypo*) à prima poſitura, quales ſunt tui verſus Græci. *Labor*) inferior ſum, [aut, quod non improbo, archetypo labore. à tuis primum elaboratis carminibus: vel magis, vt eſt in antiquo exemplari, ab hoc archetypo laboro & decido. nitor ſcilicet aſſequi maieſtatem tuorum carminum, ſed fruſtrà.] *Concupiſcant*) quia optima. *Poſſint imitari*) propter ſummam illorum excellentiam.

C. PLINIVS TRANQVILLO SVO S.

Libera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt, appellantur quotidie & flagitantur: ac iam periculum eſt, ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. Sum & ipſe in edendo hæſitator: tu tamen meam quoque cunctationem tarditatémque viciſti. Proinde aut rumpe iam moras, aut caue ne eoſdem illos libellos, quos tibi hẽdecaſyllabi noſtri blãditijs elicere non poſſunt, conuicio ſcazontes

Libera) Secundus hendecaſyllabo pollicitus fuerat amicis Trãquillum emiſſurum quædam: quæ cum diutius is contineret, & amici indies promiſſa repeterent, eundem monet vt publicet: ſin minus, comminatur in illum verſus conuitioſos. *Libera fidem*) præſta quod polliciti ſunt de te. *Communibus*) mutuis, noſtris. *Appellantur*) expetuntur, vocantur tanquam debita. Seneca de beneficiis, Nec ſuarus exactor ad horam & diem debitorem appellat. Interdum ſalutare ſignificat, vt apud Apuleium appellata Byrrhena. Appellare interdum prouocare, à quo appellatio prouocatio: vt ff. ix. titulo de appellationibus: à grammaticis inſuper pro nomine ſumitur. [*Cogunt formulam accipere*) Aliâs, cogantur ad exhibendum formulam.] [*Exhibendum*) Vlp. Exhibere eſt in publicum producere, & videndi, tangendíque hominis facultatem præbere. propriè autem exhibere eſt extra ſecretum habere. eſt ergo ſenſus, ne actione dictata cogantur exhibere ſe.] *Formulam*) libellum, modum, & formam procedendi poſt litem conteſtatam. Tranquil. in Claudio, Et iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent reſtituit actiones. Fabius, Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur: hæ ſint quæſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere: [aliâs pro regula.] Idẽ lib. iii. Priuata quoque iudicia ſæpe vnum iudicem habere multis & diuerſis formulis ſolent. Plin lib. ix. Et damni dati formula ex edicto condemnatum. M. Tullius ſecundo de Oratore, Hæc enim in ludo cauſarum ferè formula, [& tertio Officiorum, Formula quædam conſtituenda eſt.] Petronius Arbiter, tabulas fœderis ſignatas ex formula aſſerit. Frontinus in præfatione de aquæductibus pariter pro regula & norma. & Varro in agricultura pro exemplari. quod etiam nunc ſequuntur notarij in ſtipulando. In ſtipulatione ouium priſca, inquit, formula, ſtipulatur emptor. Columella & Palladius formas & formulas caſeorum tradiderunt. *Hæſitator*) cunctabundus, ſecundum Horatii præceptum, qui iubet ne præcipitetur editio. *Tuo ſi tamen*) Satietatem importat ô ſi, ſicut ô lie. ô ſi tamen in vetuſtis exemplaribus Secundi legitur, tu tamen abſque interpoſitione ô ſi. *Rumpe moras*) ede tua ſcripta. *Blanditijs*) conueniunt enim hendecaſyllabi rebus lætis. *Scazontes*) iambi: ſed quia legem Iambi non ſeruant, meritò ſcazontes, id eſt claudicantes, dicũtur ſic Auſonius appellauit, ἀντὶ τοῦ σκάζω, id eſt claudico. Diomedes, Qui in vltima, inquit, oratiuncula vel ſyllaba fraudantur, vel tempore deficiunt, Græcè ſcazontes vocantur. Ephæſtion Græcus, quem in multis ſequitur idem Diomedes, Iambus ait claudus notandus in fine: quem alii Hipponactem, alii Ananium excogitaſſe ferunt. in hoc differt à recto Iambo: nam hic iambum vel pyrrhichium finalem ſuſcipit indifferenter, ille verò ſpondeum vel trocheum: & hic quidem in penultima diſſyllabos iambos & ſpondeos ſuſcipit, & triſſyllabos, dactylum, tribrachum, anapæſtum. claudus verò non admittit triſſyllabos vltimos pedes, ſed maximè iam-

bum : quando ſit ad decorum : interdum ſpondeum, quando exaſperatur. Scazonta Martial. libro primo & ſeptimo alloquitur.

extorqueant. Perfectum opus, abſolutúmque eſt, nec iam ſplendeſcit lima, ſed atteritur. Patere me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi, vænire volumina Tranquilli mei. AEquum eſt, nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatẽ, qua tu perfrueris ex nobis. Vale.

Extorqueant) per vim cogant edere. *Splendeſcit*) elucet, emendatur. *Lima*) correctione. *Atteritur*) abſumitur. obſcuratur. nam emendatio finem habet. ſunt enim qui ad omnia ſcripta tanquam vitioſa redeant, & quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt, melius exiſtiment quicquid eſt aliud, idque faciant quoties librum in manibus reſumpſerunt, ſimiles medicis integra reſecantibus. accedit itaque vt cicatricoſa ſint, & exanguia, & cura peiora. ſit ergo aliquando quod placeat, aut certè quod ſufficiat, vt opus poliat lima, non exterat. *Titulum tuum*) inſcriptionem tui nominis in principio voluminis. *Vænire*) exponi venalia apud bibliopolas. *Volumina*) Suida teſte ſcripſit Tranquil. de Græcorum luſibus librum vnum, de Romanorum ſpectaculis & certaminibus duos, de anno Romano vnum, de ſignis quæ in libris reperiuntur, vnum, de Rep. Cic. vnum, vbi contradicit Didymo: de nominibus propriis, & ſpeciebus veſtimentorum, ac aliorum quibus induimur : de dictionibus ominoſis, & maledicis, & vnde vnaquæque dicta: de Roma, & eius inſtitutis, ac moribus libros duos, cognationem Cæſarum continentes, & vitas, & ſucceſſiones eorum à Iulio vſque ad Domi. libros octo. ſeriem virorum Romanorum illuſtrium, nos opinamur eſſe libellum, qui nunc de claris rhetoribus, & grammaticis circunfertur, de prætoribus vnum: cuius, ſicut de poetis & triumphis. Priſcianus meminit, & Ser. de vitiis corporalibus. reliquos libros, qui eiuſdem Tranquil. creduntur, ſponte omittimus. *Nobis*) noſtris opuſculis.

C. PLIN. FABATO PROSOCERO SVO S.

ACcepi literas tuas, ex quibus cognoui ſpecioſiſſimam te porticum ſub tuo filiique tui nomine dedicaſſe, ſequenti die in portarum ornatum pecuniam promiſiſſe, vt initium noua liberalitatis eſſet conſummatio prioris. Gaudeo primùm tua gloria, cuius ad me pars aliqua pra

ACcepi) Quia Fabatus Proſocer porticum extruxerat, & in ornatum portarum pecuniam promiſerat: ideo Secundus munificentiam illius commendat, incitátque. *Filij*) ſoceri Secundi: nam eius filiam duxerat: verum cùm hæc ſcribêret, iam vita functus erat. *Dedicaſſe*) obſequio dediſſe: inſcripſiſſe titulo tuo, & filii. *Portarum*) municipii Comi. porta vrbis proprie dicitur ab importando & exportando. *Conſummatio*) finis. ſenſus eſt vt finita priore libe ralitate extruendæ porticus: ſtatim ſine intermiſſione initium à promiſſione pecuniæ ad ornandas portas ſumeres. quod erat ſecundæ liberalitatis principium.

neceſſitudine noſtra redundat : *deinde quòd memoriam Soceri mei pulcherrimis operibus video proferri. Poſtremò quòd patria noſtra floreſcit, quam mihi à quocunque excoli iucundum, à te verò lætiſſimum eſt. Quod ſupereſt, deos precor, vt animum iſtum tibi, animo iſti tempus quàm longiſſimum tribuant. Nam liquet mihi futurum, vt peracto, quod proximè promiſiſti, inchoes aliud. Neſcit enim ſemel incitata liberalitas ſtare, cuius pulchritudinem vſus ipſe commendat.* Vale.

Neceſſitudine) ſanguinis coniunctione. *Soceri mei*) & filii tui. *Patria*) Comum. *Floreſcit*) illuſtratur ædificiis publicis. *Excoli*) exornari. *Iſtum*) liberalem. *Tempus*) vitam. *Liquet*) conſtat. *Peracto*) opere. *Maximè*) laudabiliter. *Stare*) remorari, finem habere. Nazarius: iã certè quieſcere virtuti integrum non eſt. *Vſus*) conſuetudo.

C. PLINIVS SCAVRO SVO S.

RECitaturus oratiũculam, quã publicare cogito, aduocaui aliquos, vt vererer paucos, vt verũ audirẽ. Nã mihi duplex ratio recitãdi: vna, vt ſolicitudine incẽdar: altera, vt admonear, ſiquid fortè me, vt meum fallit. tuli quod petebã: inueni, qui mihi copiã conſilij ſui facerent. Ipſe præterea quædam emendanda annotaui. Emendaui librum, quem miſi tibi. Materiam ex titulo cognoſces, cætera liber explicabit: quem iam nunc oportet ibi conſueſcere, vt ſine præfatione intelligatur. Tu velim, quid de vniuerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi. Ero enim vel cautior in continendo, vel conſtantior in edendo, ſi huc vel illuc autoritas tua acceſſerit. Vale.

R*Ecitaturus*) orationem quam apud municipes ſuos habuerat, paucis amicis recitatam iudicio Scauri ſubdit. Colligimus ex lib. vi. Attilium Scaurum amicitia Secundo coniũctum, & Gellio tradente, de Caſelij erroribus plura compoſuiſſe Terentium Scaurum grammaticum in primis nobiliſſimum temporibus Adriani, cuius filium eiuſdem cognomenti grãmaticum Latinum. refert Capitolinus auditum à Vero Imperatore. Seneca tamen lib. I. ſuaſoriarum aſſerit in Scauro Mamerco Scaurorum familiam extinctam. *Publicare*) in publicum mittere. *Vererer*) quia timor eſt emendator optimus. *Verum*) iudicium illorum, an bona, an mala eſſet. *Hæc*) hanc orationem. Legitur etiam mihi, & tunc ſenſus expoſitus. *Solicitudine accendar*) intendam animum, cùm ſim ſolicitus ne amici malè de meis iudicent ſcriptis: nam ſecuritas facit hominem negligentem. *Vt meum*) quia noſtra ſolemus amare, & vnuſquiſque ſuæ inuentioni fauet. meliuſque de alienis, quàm de ſuis iudicat. In ſecunda lectione fuit vt mecum idest per meipſum, & ſine alieno iudicio: longè tamen melior, vt meum. *Tuli*) conſecutus ſum. *Conſilij ſui*) quid ſentirent de meis ſcriptis. *Ipſe*) nam iam dixit in recitatione perſpicere lectorem quod quiſq;

ſentiat ex vultu, oculis, nutu, manu, murmure, ſilentio: & ideo multa commutare, præterire. *Conſueſcere*) in conſuetudinem habere. *Hunc*) vt edam. *Illunc*) vt ſupprimam.

C. PLINIVS VALERIANO SVO S.

ET tu rogas, & ego promiſi, ſi rogaſſes, ſcripturum me tibi, quem habuiſſet euentum poſtulatio Nepotis circa Thuſcillum Nominatum. Inductus eſt Nominatus, egit ipſe pro ſe nullo accuſante. Etenim legati Vicentinorum non modo non preſſerunt eum, verumetiam ſubleuauerunt. Summa defenſionis, non fidem ſibi in aduocatione, ſed conſtantiam defuiſſe: deſcendiſſe vt acturum, atque etiam in curia viſum: deinde ſermonibus amicorum perterritum, receſiſſe. monitum enim ne deſiderio Senatoris non iam quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis tam pertinaciter, præſertim in Senatu repugnaret: alioqui maiorem inuidiam, quàm proximè paſſurus erat. Sanè priùs tamen à paucis acclamatum exeunti ſubiunxit preces, multúmque lachrymarum: quinetiam tota actione homo in dicendo exercitatus operam dedit, vt deprecari magis (id.n.& fauorabilius & tutius) quã defendi videretur. Abſolutus eſt ſentẽtia deſignati cõſulis Afranij Dextri: cuius hæc ſumma, Melius quidẽ Nominatũ fuiſſe facturũ, ſi cauſam Vicentinorũ eodẽ animo quo ſuſceperat,

ET tu) Notum argumẽtũ præcedente iam epiſtola ad Valerianum, qua illum incitauerat audire quid futurum eſſet de accuſatione Thuſcilli Nominati: quo aduocato vſi fuerant Vicentini contra Solertem. *Promiſi*) iocatus fuerat cũ eo, dicens quamdiu nunc oportet, quàm blandè roges, vt reliqua cognoſcas. non promiſerat ſe ſcripturum, niſi hac conditione vt rogaret. *Poſtulatio*) accuſatio. *Inductus*) admiſſus in Senatum. *Legati*) quos eum aduocatione ſua tutari deberet, deſeruerat. *Preſſerunt*) acriter accuſarunt. *Subleuarunt*) adiuuarunt, excuſarunt. *Summa*) compẽdium hoc fuit. *Aduocatione*) pro Vicent. *Deſcendiſſe*) in curiam veniſſe. *Deſiderio*) voto *Senatoris*) Solertis, cuius ingrediendi Senatum & ſententiam dicendi habebat. *Nundinis*) quas inſtituere in agris ſuis procurabat. *Gloria*) aſcribitur etiam gratia. ſiquis gratioſior eſſet Senatui, an Solers, an Vicentini. *Repugnaret*) contradiceret. *Proximè*) ſtatim. *Inuidiam*) maleuolentiam, *Prius*) in principio defẽſionis ſuæ. *Paucis*) à quibuſdam Senatoribus. *Acclamatum*) approbatum, laudatum. [*Exeunti*) egredienti, digreſſionibus vtenti. Clarior lectio eſt, deinde, ſed quia illam inuenio in codice antiquo, facit vt potior videri poſſit.] *Subiunxit preces*) cœpit vti deprecatione, quæ in Senatu & apud principem locum habet. *Deprecari*) veniam precibus petere. *Afranij Dextri*) eũ Dextro habuiſſe amicitiam Mart. vij. teſtatur. [hic poſtea in Conſulatu ſuo incertum, ſua, an ſuorũ manu, ſcelere an obſequio perẽptus eſt. id quod Plin. l i. refert. & Spartianus Seuerũ Imperatorem vrbi præfeciſſe Domitium Dextrum, & Caſſio Dextro reſcripſiſſe diuum Pium. Vlpian. ff. xl. *Summa*) fuit.

pertuliſſet: quia tamen in hoc genus culpæ non fraude incidiſſet, nihilque dignum animaduerſione admiſiſſe conuinceretur, liberandum ita vt Vicentinis, quod acceperat, redderet. Aſſenſerunt omnes, præter Flauium Aprum. Is interdicendum ei aduocationibus in quinquennium cenſuit: & quanuis neminem autoritate traxiſſet, conſtanter in ſententia manſit: quinetiam Dextrum, qui primùm diuerſum cenſuerat, prolata lege de Senatu habendo, iurare coegit è Rep. eſſe, quod cenſuiſſet: cui quanquam legitimæ poſtulationi, à quibuſdam reclamatum eſt: exprobrare enim cenſenti ambitionem videbatur. Sed priuſquam ſententiæ dicerentur, Nigrinus, Tribunus plebis, recitauit libellum diſertum & grauem, quo queſtus eſt vanire aduocationes, vanire etiam præuaricationes:

Pertuliſſet) executus fuiſſet. *Conuinceretur*) probaretur. *Quod acceperat*) primò ſex millia númûm, deinde mille denarios. [*Præter Flauiū Aprū*] Flauios multos nominat Tacitus. Apri grammatici Antonini Philoſophi mētio fit pee Iulium Capitolinum: item Apri Trib. mil. per Spartianum, vt prætercam quos Mart. ſuo ſale aſpergit.] alij legunt, *præterquā Licinium* [Licini' Nepos prętor, à quo poſtulatus fuerat Thuſcillus.] *Interdicendū ei adu.*) ꝓhibendū ab officio aduocādi: nā Iuriſconſulti ſcribunt, eſſe genus pœnæ iuris ſtudioſis interdicere aduocatione & foro. Monendū tamē inter dicere foro, plus eſſe quàm aduocationibus interdicere: ſi quidē huic omnimodo forenſibus negociis accōmodare ſe nō permittitur. ff. xlviij. Vlpianus titulo de pœnis. *Traxiſſet*) in ſententiam ſuam. *Autoritate*) quia Prætor erat. *Sententia*) ſua. *Prolata lege de Senatu habendo*) Cn. Pompeius Conſulatum primò cum M. Craſſo initurus, quoniam per militiæ tempora Senatus habendi conſulendíque ecrum humanarum expers fuit, M. Varronem rogauit, vti commentarium introductorium faceret, ex quo diſceret, quid facere diceréque deberet, cùm Senatum conſuleret: ſed is liber adhuc viuente Varrone intercidit: vnde multa ad eam rem pertinentia in literis ad Oppianum docuit. primùm qui fuerint, per quos more maiorum Senatus haberi ſoleret, Dictatorem ſcilicet, Conſules, Prætores, Tribunos pleb. Interregem, præfectum vrbi. Igitur qui Senatum haberet, poterat iureiurando Senatores adigere quicquid cenſuiſſent è Rep. cenſuiſſe. vnde Licinius Prætoe cùm Senatum habuiſſet, iure coëgit Dextrum iurare quicquid cenſuerat è Rep. cenſuiſſe. *Prolata lege*) non nunc primùm propoſita, ſed allegata, & in rem ſuam producta. *E Rep. fuiſſe*) vtile & expediens reip. Fab. lib. xij. Ad hoc nemo dubitabit, quin ſi nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo poſſint, ſicut poſſe interdum conceditur, ſaluos eſſe eos magis è Rep. quàm puniri. *Legitimæ*) ſecundum legem. *Quibuſdam*) Senatoribus. *Reclamatum*) cum clamore contradictum. *Ambitionem*) quòd Thuſcillus ambiſſet Afranium Dextrum priuſquam ingrederetur Senatum, & ideo pro illo cenſuiſſet. *Nigrinus*) hic Intce optimates poſtea tantum potuit apud Adrianum vt ſibimet ſucceſſorem Imperator deſtinaſſet, niſi inſidias cum multis ſacrificanti paraſſet. quare Fauentiæ interficitur inuito Adriano, vt ipſe in vita ſua dixit. quod videtur credibile. nam Ceionium Commodum Nigrini generum Adrianus adoptauit. autores ſunt Spartianus, & Dion. Traiani autem & Secundi epiſtolæ teſtantur Auidium Nigrinum geſſiſſe Proconſulatum ſub Domitiano *Libellum*) quam ſupplicationem vulgò dicunt. *Grauem*) res graues & magnas continentem. *Vanire aduocationes*) cauſas agi precio, & aduocatos pecunia duci Fabius laudat, qui ſine mercede agebant, Gratis, inquit, ne ei ſemper agendum tractari poteſt. quis i-

gnorat quin id longè ſit honeſtiſſimum & libecalibus diſciplinis, & illo quem exigimus animo digniſſimum, non vendere operam? nec eleuare tanti beneficij autoritatem? cùm pleraque hoc ipſo poſſint videri vilia, quòd precium habent. cæcis hoc (vt aiunt) ſatis clarum eſt: nec quiſquam, qui ſufficientia ſibi (modica autem hæc ſunt) poſſidebit, hunc quæſtum ſine crimine ſordium fecerit. nam Cn. Titius legem tulit, qua cauebatur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam, donum, pecuniámue acciperet: ſed lex iſta iam exoleuerat, & in deſuctudinem venerat: quanquam ſæpius reuocata. Tacitus, Cuncta legum & magiſtratuum munia in ſe trahens, materiam prædandi patefecerat Claudius: nec quicquam publicæ mercis tam venale fuit, quàm aduocatorum perfidia: adeo vt Samius inſignis Eques Romanus quadringentis nummorum millibus Suillio datis: & cognita præuaricatione, ferro in domo eius occubuerit. quare princeps oratione C. Silii Cos. deſ. cōmotus capiendis pecuniis modum poſuerit, vſque ad dena ſeſtertia, quæ egreſſi repetundarum tenecentur. in quem ſenſum poſtea Licinius breue edictum propoſuit: peractis tamen negociis capere permittebat. *Præuaricationes*) diſſimulationes verorum ceiminum, admiſſiones falſarum excuſationum: nam præuaricari eſt vera crimina abſcondere. Reſpexit Thuſcillum, quem credebat præuaricatum eſſe in cauſa Vicentinorum, promittentem primùm operam ſuam, deinde non protegentem illos, ſed diſſimulantem ſe admonitum ab amicis ne ageret.

in lites coiri: & gloriæ loco poni, ex ſpoliis ciuium magnos & ſtatos reditus Recitauit capita legum, admonuit Senatuſconſultorū: in fine dixit petendum ab optimo principe, vt quia leges, quia Senatuſconſulta contemnerentur, ipſe tātis vitiis mederetur. Pauci dies, & liber principis ſeuerus, & tamen moderatus. leges ipſum, eſt in publicis actis. Quàm me iuuat, quòd in cauſis agendis non modò pactione,

In lites coiri) conteſtari cauſas, data opera lites ſuſcitari inter litigandum cum aduerſarii adnocato conuenire. *Gloria loco*) pro re glorioſa & laudanda. *Statutos*) certos, annuos. hodie quoque nonnulli peſtant ſalaria annua cauſidicis. *Capita*) principia, ſummam. *Legum*) Titiæ & Cintiæ. *Senatuſconſultorū*) pertinentiū ad hanc cauſam: nam præter iam peæ dicta Tacitus libro. xiij. tradit multa arbitrio Senatus conſtituta, vt ne quis ad cauſam orandam mercede aut donis emeretur. & ibidem reperitum Senatuſconſulium, pœnáque Cintiæ legis aduerſus eos, qui peæmio cauſas oraſſent. Nam lib xv. inquit, Oratorum licentia Cintiam rogationem peperit. Senatuſconſulta ſunt decreta patrum, & quicquid Senatus conſtituit Pomponio ſcribente. Eſt autem Senatuſconſultum tanquam genus, decretum verò ſpecies. *Fine*) libelli. *Optimo principe*) Traiano, cui inditum optimi cognomen à moribus. *Pauci dies*) poſt hæc interfuerunt. *Liber*) decretum contra vænales aduocatos exiuit. *Seuerus & tamen moderatus*) non vſque quaque ſummum ius perſequens, ſed veterem illam legem molliens, quæ vetabat aliquid accipere. nam diximus poſt aduocationem permitti. x ſeſtertia: idcirco qui ſeuerum à ſequenda veritate dictum autumant, non falluntur. *Actis publicis*) Senatuſconſulta coram patribus ſcribebantur, & ab iiſdem ſubſcribebantur, & cum Trib. pl ſedens ad foces Senatus. T. litteram ſubſcripſiſſet, deferebantur ad ærarium, vbi in libris elephantinis ad id inſtitutis ſcripta conſeruabantur. Acta igitur peo libris & tabulis continentibus publica ciuitatis acta, id eſt negocia, quæ & pro legibus plerunque intelliguntur, & acta Cæſaris Dictatoris non reſciſſa legimus apud Tranquil. *Pactione*) Paulus ſecundo. ff. Pacta quæ turpem cauſam continent, non ſunt obſeruanda. Et Vlpianus. Qui tranſigit,

ſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta, neque finita tranſigit : qui verò paciſcitur donationis cauſa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit, & pacis nomen à pactione deductum eſt.

dono, munere, verumetiam xeniis ſemper abſtinui. Oportet quidem, quæ ſunt inhoneſta, non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare: Iucundum tamen ſi prohiberi publicè videas, quòd nunquam tibi ipſe permiſeris. Erit fortaſſe, immò non dubiè, huius propoſiti mei & minor laus, & obſcurior fama, cùm omnes ex neceſſitate facient, quod ego ſponte faciebam. Interim fruor voluptate, cùm alij diuinum me, alij meis rapinis, meæ auaritiæ occurſum, per ludum ac iocum dictitant. Vale.

Dono, munere) donum ad breuiſſimum tempus, munus ad multos dies. Secundum iuriſconſultũ munus tribus modis dicitur: vno donum: & inde munera dici dari mittive. Altero onus, quod cùm remittitur, vacationem militiæ muneriſque præſtat. vnde immunitatem appellari. Tertio officium, vnde munera militaria & quoſdam milites munificos vocari. Paulus de verborum ſignificatione, inter donum & munus hoc intereſt quod inter genus & ſpeciem. nam genus eſſe donum Labeo ait: vel à dando vel à donando dictum: munus ſpeciem nam munus eſſe donum cum cauſa, vt puta natalitium, nuptiarum. Martianus ibidem, Dona propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris officióve, ſed ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt : & ſi præſtentur plerunque laus ineſt : ſed in hoc ventum eſt, vt non quodcunque munus, idem donum accipiatur : at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur. Non facit hic Donati & Seruii opinio tradentium, donum eſſe quod datur diis, munus quod datur hominibus, neque magis Agretii, donum dantis eſſe, munus accipientis. Ex verbis Taciti lib. xvii. colligi poteſt quòd donamus noſtra, largimur aliena. *Xenijs*) amicorum donis, quæ mittebantur amicis, & ab amicis, ab Vlpiano. ff. primo monſtrantur eſſe, quæ victus quotidiani cauſa mittuntur: munera, quæ in longius producuntur: eorum plurima Martialis libro primo diſtichorum enumerat. Vitruuius libro ſexto, Greci hoſpitibus poſtero die mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquáſque res agreſtes: ideo piſtores ea quæ mittebantur picturis imitantes xenia appellarunt. ξένος enim amicus & hoſpes. Suidas tantum interpretatur xenium donum ab amicis datum, ξένιον inquit δῶρον παρὰ ξένοις διδόμενον. Apuleius ſecundo ſui aſini. Mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinulas, & vini cadum in ætate precioſi. Appianus in rebus Libycis: Phanea à Senatu xeniis condonatus plurimis, purpurea veſte & fibula aurea, equo phaleris aureis ornato, & inſignibus pariter armis, ad hæc argenti drachmas decem mille, & minas centum argenti contulit: Xenius autem præfectus hoſpitii & Iupiter Xenius, id eſt quòd præſit hoſpitibus. [*Iubenda*) quæ poſſunt iuberi ne fiant. non diſplicet prohibenda, quod in vno tantùm exemplari legere memini : quòd ſi leges pudenda, videtur opponi illi verbo inhoneſta.] *Permiſeris*) indulſeris. *Immo*) correctio. *Propoſiti*) noluiſſe pro patrocinio aliquid accipere. *Neceſſitate*) lege cogente. *Diuinum*) non tam ex ſtirpe deorum, & immaculatum, quàm vatem, & hoc præuidentem. *Occurſum*) lege prouiſum. *Per ludum acceptum*) ioci cauſa, quod pro ludo accipitur: ſic enim mecum iocantur amici, cùm norint me à rapinis abſtinentiſſimum, & integrum [ad idem tendit ſi leges per ludum ac iocum dictitant.]

C. PLINIVS PONTIO SVO S.

SEceſſeram in municipium, cùm mihi nunciatum eſt, Cornutum Tertullum accepiſſe AEmiliæ viæ curam. Exprimere non poſſum, quanto ſim gaudio affectus, & ipſius & meo nomine. Ipſius, quòd ſit licet, ſicut eſt, ab omni ambitione longè remotus, debet tamen ei iucundus eſſe honor vltrò datus. Meo, quòd aliquanto magis me delectat, mandatum mihi officium, poſtquam par Cornuto datum video. neque enim augeri dignitate, quàm æquari bonis gratius. Cornuto autem quid melius? quid ſanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius? quod mihi cognitum eſt non fama, qua

S*Eceſſeram*) Lætatur curâ viæ Æmiliæ demandatam Cornuto Tertullo amiciſſimo & optimo viro: cum quo præfecturã ærarii, deinde Conſulatum geſſerat: nec minus exultat temporum fœlicitate, qua boni dignitates conſequantur: demum enarrat quibuſcum fuiſſet in municipio ſuo, cùm intellexit hanc nouam dignitatem Tertullo traditam. Ad Pontium alibi ſcribit Secundus, & fatetur eius nomine munera accepiſſe. Sceuino Pontio nobili adoleſcentulo ab Othone redditum locum ſenatorium teſtatur. Cornelius Tacitus Pontio Proconſuli reſeripſit diuus Pius, autor Vlpian. ff. xlviii. titulo de accuſationibus: &. ff. xxiii. legitur Imperatorem Seuerum reſcripſiſſe Pontio Luciano. *Seceſſeram*) Roma diſceſſeram relictis vrbicis negociis, gratia quietis, & relaxandi animi. *Municipium*) Comum. *Curam*) præfecturam quam primum inſtituiſſe Auguſtum refert Tranquillus, ſed Pomponius de origine iuris innuit hunc magiſtratum vetuſtiorem fuiſſe, cùm inquit, Conſtituti ſunt & Quatuoruiri, qui curam viarum agerent. *Via AEmilia*) Æmilius Scaurus, qui ſubegit Ligures, viam à Placentia, vt Flamminiæ committeret, Ariminum perduxit, deductis ex Pado vſque in Parmenſium agrum foſſis, nauigationibus commodis. paludes ipſas exſiccauit è campis per Placentiam, ſi quidem Trebia Padum influens, aliiſque item complures ante fluuii vltra modum ſtagnabant. Hæc Liuius & Strabo, apud quem inſuper hæc leguntur lib. v Hic ille Scaurus eſt, qui per Piſas & Lunam vſque Sabatios viam ſtrauit Æmiliam. & hinc per Dertonen. Alia verò eſt Æmilia, quæ Flaminiam excipit. eodem enim in Conſulatu M. Æmilius Lepidus, & C. Flaminius collegæ fuerunt, victores autem Ligurum ſtrauère. hic quidem Flaminiam è Roma per Thuſciam, & Vmbriam Ariminum vſque. Alter Æmiliam Bononiam vſque, & ex ea in Aquileiam prope Alpium radices ducto per gyrum circa paludes opere, [M. T. in vndecima Philippica inquit, Tres eſſe vias ab vrbe ad Mutinam: à ſupero mari Flaminiam, ab infero Aureliam, mediam Caſſiam. & idem Cicero ſtatim ſubdit, Poſſum Caſſiam vitare, tenere Flaminiam? Quid ſi Anconam, vt dicitur, Ventidius venerit, potero ne Ariminum tutò accedere?] *Ipſius nomine*) Tertulli cauſa. [*Quòd ſit licet*) quòd licèt ſit remotus, ſicut eſt.] *Ambitione*) honorum cupiditate. *Vltro*) non quæſitus. *Meo*) nomine gaudeo. *Mandatum mihi officium*) cura viæ Æmiliæ ab Imperatore mihi commiſſa. *Par*) eadem cura. *AEquari bonis*) conſequi quæ bonis, ſicut Tertullo, tribuuntur: ſententia color. *Ad exemplar antiquitatis*) vt in omnibus antiquos ſequatur virtute præſtantes & repræſentet. Feſtus, inquit, Exemplum eſt quod ſequamur, aut vitemus, exemplar à quo ſimile faciamus, illud animo æſtimatur,

iſtud oculis conſpicitur. Libro. vi. de Romano Secundus comœdiam dixit ad exemplum veteris comœdiæ ſcriptam, vt eſſe quandoque poſſit exemplar, ſcio tamen exemplum inuicem vſurpari, quod facit Matt. in præfatione primi libri, & Gellius, Ouidius, ac multi.

alioqui optima & meritiſſima fruitur, ſed longis magníſque experimentis. vnà diligimus, vnà dileximus omnes ferè, quos ætas noſtra in vtroque ſexu æmulandos tulit: quæ ſocietas amicitiarum arctiſſima nos familiaritate coniunxit. Acceſſit vinculum neceſſitudinis publicæ. Idem enim mihi, (vt ſcis) collega quaſi voto petitus in præfectura ærarij fuit: fuit & in Conſulatu. Tũ ego qui vir, & quantus eſſet, altiſſimè inſpexi, cùm ſequerer vt magiſtrum, vt parentem vererer: quod non tam ætatis maturitate, quàm vitæ merebatur. His ex cauſis, vt illi, ſic mihi gratulor, nec priuatim magis quàm publicè, quòd tandem homines non ad pericula, vt prius, verùm ad honores virtute perueniunt. In infinitum epiſtolam extendam, ſi gaudio meo indulgeam. Præuertor ad ea quæ me agentem hic nuncius deprehendit. eram cum proſocero meo, eram cum amita vxoris, eram cum amicis diu deſideratis, circumibam agellos, audiebam multum ruſticarum querelarum: rationes legebam inuitus & curſim (alijs enim chartis, alijs ſum literis initiatus) cœperam etiam itineri me præparare: nam includor anguſtijs commeatus, eóque ipſo, quòd delegatum Cornuto audio officium, mei admoneor. Cupio te quoque ſub idem tempus Campania tua remittat, ne quis, cùm in vrbem rediero, contubernio noſtro dies pereat. Vale.

Alioqui) præterea. *Dileximus omnes*] inter quos Senecionem, Ruſticum, Heluidium, Mauricum, Gratillam, Arriam, Fanniam. eos lib. iij. ad Genitorem enumerat in eandem ſententiam. de ſe, & Tertullo loquitur in panegyrica oratione, iiſdem inquit, amicis gloriabamur, eoſdem amiſſos lugebamus. *Æmulandos*) ſequendos. *Vtroque ſexu*) tã fœminas, quàm mares. *Quæ ſocietas amicitiarum*) quòd eoſdem vnà diligeremus. *Neceſſitudinis pub.*) coniunctionis in gerendis ſimul publicis honoribus. *Collega fuit in præfectura ærarij &, Conſulatu*) vtriuſque meminit in panegyrico. nõdum enim compleuerant Secundus & Tertullus præfecturã ærarii, quam antequam deponerent, Traianus eos Conſules vnà renunciauit, miris laudibus illorum virtutem prædicans, & antiquis Conſulibus æquiparans. *Altiſſimè*) penitus. *Ætatis maturitate*) ſenio. *Vitæ maturitate*) morum integritate & perfectione. Maturitas ſi ad ætatem refertur, pro longo vitæ ſpatio ſumi debet: ſi ad mores, pro ſanctitate, & perfectione. *Illi*) Tertulli cauſa. *Priuatim*) vtriuſque reſpectu. *Publicè*) vtilitatis publicæ. *Non perueniunt ad pericula virtute vt prius*) ſub ſæuiſſimis Imperatoribus vt Domitiano homini periculum fuit eſſe bono: nam oderant virtutem, tanquam ſibi ſuſpectam: quare in panegyrico Traiani tempora commendans ait, Sicut nunc ſpes gaudiúmque, ita tunc communis nobis dolor, & metus erat. *Præuertam*) digrediar à propoſito. [Codex antiquiſſimus habet præuertor.] *Hic*) Comi. *Nuncius*) Tertulli præfecturæ

Æmiliæ. *Pro ſocero*) Fabato. *Amita*) cuius meminit in fine epiſt. ad Traianum, ſuppreſſo tamen nomine, ſed lib. iiij. ad eundem ſcribens apertè docet Hiſpullam appellatam. *Querelarum ruſticarum*) ruſticos conquerentes, vt eorum moris eſt. *Rationes*) calculos expenſarum, & redituum. *Inuitus & curſim*) ſenſus eſt, coactus tanquam & properè legebam rationes rerum ruſticarum: nam cùm ſint ineptè ſcriptæ, & (vt ita dicam) vernaculis literis confectæ, eas faſtidiebat Secundus, qui elegantioribus oratorum literis aſſuetus erat. Nam, inquit, inſtitutus ſum floridis ſcriptis, non peſſimis & laniariis. quibus vtuntur calculatores, & qui rationes conficiunt. *Initiatus*) inſtitutus. pariter per tranſlationem Fabius dixit, Neque enim ſanctius eſſe ſacris iiſdē, quàm ſtudiis initiari. quod eſt introduci in aliquam rem: propriè tamen de ſacris dicitur Varro præcipit initiari pueros Edulæ & Potulicæ & Cubæ, deabus edendi, & potandi, & cubandi. Præterea legimus in inſula Samothraeum certo tempore pueros initiari quomodo autem quis ſacris initiaretur, Apuleius xi. pluribus perſequitur. *Includor anguſtijs commeatus*) breue ſeceſſus ſpatium mihi permittitur. commeatus duo ſignificat, & facultatem diſcedendi ab officio per aliquod tempus: & pro annona ſubinde reperitur. *Mei*) officii. *Idem*) quo venturus ſum in vrbem. *Campania tua*) in agro Campano Pontius agros poſſidebat. *Remittat*) permittat te venire Romam. *Contubernio*) conſuetudine, conuictu.

C. Plinivs Marcellino Svo S.

TRiſtiſſimus hæc tibi ſcribo. Fundani noſtri filia minor eſt defuncta: qua puella nihil vnquam feſtiuius, amabilius, nec modo longiore vita, ſed propè immortalitate dignius vidi. Nondum annos quatuordecim impleuerat, & iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat: & tamen ſuauitas puellarū cum virginali verecundia. Vt illa patris ceruicibus inhærebat? vt nos amicos paternos & amanter & modeſtè complectebatur? vt nutrices & pædagogos, vt præceptores, pro ſuo quenque officio diligebat? quàm ſtudioſè, quàm intelligenter lectitabat? vt parcè cuſtoditéque ludebat? qua illa temperantia, qua patientia, qua etiam conſtantia

TRiſtiſſimus) E duabus, quas habebat Fundanus filias, minor obierat: puella ſupra ætatem omni virtute prædita. Quare monet amicū Marcellinum, vt ſi quas ad Fundanum literas conſolatorias ſcribet, potius mitiget eum, quàm caſtiget, cùm impatienter nouum vulnus ferat. *Triſtiſſimus*) mœſtiſſimus, [& luctuoſiſſimus] *Noſtri*) amici. *Minor*) ætate reſpectu alterius grandioris. *Feſtiuius*) lætius. *Nihil dignius*) nullā puellam vidi digniorem, vſitata Secundo dicendi figura. *Anilis prudentia*) qualis ſolet contingere interdum grandæuis matronis: nam in iuuene non dicitur cadere, cùm ſit rerum bonarum, & malarū ſcientia, quorum videtur iuniorem ætatem non poſſe temporis anguſtia experientiā & cognitionem habuiſſe. [à prouidendo prudentiam dictam putat M. T. lib. i. de legibus.] *Matronalis*) matronę conueniēs. *Suauitas*) feſtiuitas. *Vt qua*) gratia. *Honeſtè*) pudicè. additum, ne quis ſecus ſuſpicaretur. Legitur etiam modeſtè *Pædagogos*) qui curam morum habebant, & dabantur cuſtodiæ puerorū puellarúmque. *Præceptores*) diuerſarum rerum & ſciētiarum. *Pro ſuo officio*) vt pertinebat ad officium vniuſcuiuſque: magis enim diligendi ſunt literarum præceptores quàm cantus & lyræ. *Cuſtodite*) caſtigate, cum reſpectu.

nouiſſimam valetudinem tulit: medicis obſequebatur, ſororem, patrem adhortabatur, ipſámque ſe deſtitutam corporis ſui viribus, vigore animi ſuſtinebat: durauit hic illi vſque ad extremum, nec aut ſpatio valetudinis, aut metu mortis infractus eſt, quò plures grauioréſque nobis cauſas relinqueret, & deſiderij & doloris. O triſte planè, acerbúmque funus: ô morte ipſa mortis tempus indignius. Iam deſtinata erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies, iam nos vocati. Quod gaudium, quo mœrore mutatum eſt? Non poſſum exprimere verbis, quantum animo vulnus acceperim, cùm audiui, Fundanum ipſum (vt multa luctuoſa dolor inuenit) præcipientem, quod in veſtes, margaritas, gemmas fuerat erogaturus, hoc in thura & vnguenta, & odores impenderetur. Eſt quidem ille eruditus & ſapiens, vt qui ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudijs artibúſque dediderit: ſed nunc omnia, quæ audijt, quærit: ſæpe quæ dixit, aſpernatur, expulſiſque virtutibus alijs, pietatis eſt totus. Ignoſces, laudabis etiam, ſi cogitaueris quid amiſerit. Amiſit enim filiam quæ non minus mores eius, quàm os vultúmque referebat, totúmque patrem mira ſimilitudine

Nouiſſimam) qua periit. *Vigore*) Vigor eſt robur & firmitas. Apuleius vigoroſum pro robuſto poſuit. *Hic*) vigor. *Spatio*) longitudine. *Cauſas*) vt ſuperioribus virtutibus adderet conſtantiam. *Acerbum*) immaturum. *Mortis tempus*) quo erat deſtinata rebus lætis. *Deſtinata*) deſignata, ſponſa, vxor. *Electus*) vt boni ominis. *Aduocati*) inuitati ad nuptias. [aliter vocati, eodem ſenſu.] *Multa ad augendam triſtitiam*) nam qui dolent, ingenioſi ſunt perquirere doloris cauſas. *Margaritas*) vniones. dicitur margarita, margaritum, & margaris pro maiori parte. Inuenitur in mari Indico & Rubri littoribus autore Curtio. culmen omnium rerum precij margaritæ tenent Plinio prodente, qui libro ix. capite trigeſimoquinto plura ſuper his ſcripſit. *Gemmas*) Pomponius. ff xxxiiij. titulo de auro & argento legato, Gemmæ, inquit, ſunt perlucidæ materiæ velut ſmaragdi, chryſolithi, & amethiſti: lapilli autẽ contrariæ ſuperioribus naturæ, vt Abaſiani, Veientani: Margaritæ autem nec gemmis nec lapillis continentur. Gemmas pariter Curtius à margaritis diſtinguit. ſic vterque Plin. apud ſeniorem multa de gemmis diſſeruntur lib. xxxvij. tranſlatiuè gemma in vite dicitur à rerum ruſticarum ſcriptoribus. *Vnguenta & odores*) quibus mortui reſpergebantur. Mart. Vnguenta & caſias, & olentem funera myrrham, Thuráque de medio ſemicremata rogo: Et quæ de ſtygio rapuiſti cinnama lecto. Auſonius, Sparge mero cineres & odoro perlue nardo Hoſpes, & adde roſis balſama puniceis. ac deinceps. *Ab ineunte ætate*) ab adoleſcentia. *Altioribus ſtudijs*) philoſophiæ. [*Quærit*) dementit.] *Audiuit*) à præceptis philoſophorum [legitur in quibuſdam alijs exemplaribus, ſed nunc omnia quæ audiit, ſæpéque dixit, aſpernatur.] *Dixit*) monuerat obſeruanda. nam quamuis recordetur, conſtantiam in aduerſis ſeruandam, patientiam retinendam: tamen dolore ſuperatur, & affectui indulget repulſis alijs virtutibus, & ſola pietate ſeruata. *Talis pietas*) tam honeſtæ ſunt cauſæ, vt amei filiam, & ideo afflictæ mœreat, vt poſſis Fundano ignoſcere: immo eum laudabis, ſi conſideraueris quam filiam perdiderit. *Os*) lineamenta faciei. *Vultum*) motum in affectibus.

exſcripſerat. Proinde ſi quas ad eundem de dolore tam iuſto literas mittes, memento adhibere ſolatium, non quaſi caſtigatorium & nimis forte, ſed molle & humanum. Quod vt facilius admittat, multum faciet medij temporis ſpatium. Vt enim crudum adhuc vulnus, medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltrò requirit: ſic recens animi dolor conſolationes reÿcit ac refugit, mox deſiderat, & vehementer admotus acquieſcit. Vale.

Exſcripſerat) effinxerat, reddiderat, effigiauerat. *De dolore*) cohibendo. *Caſtigatorium*) non quòd ſit eius generis, vt qui caſtiget, & reprehendat tanquam nimium dolori indulgentem, ſed quòd demulceat & leniat. [ſi legatur caſtigatorium ad idem tendit. *Admittat*] ſuſcipiat, approbet, exæquatur. *Faciet*) legitur etiam ſauet. *Medij temporis ſpatium*) Longum interuallum à morte filiæ. Nullus enim dolor ſecundum Sulpitium eſt, qui longitudine temporis non minuatur & molliatur. *Crudum*) recens vulnus: tranſlatiuè refertur ad dolorem, vt apud Papinium in ſyluis, Abruptis etiam nunc flebile venis Vulnus hiat, magnæque patet via lubrica plagæ. *Requirit*) manus medentium petit. [*Vehementer*] legitur & clementer.] *Acquieſcit*) contentatur. *Admotis*) adhibitis conſolationibus.

C. PLINIVS SPVRINNAE SVO S.

SCio quanto opere bonis artibus faueas, quantum gaudium capias, ſi nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus ſuis faciant: quo feſtinantius nuncio tibi fuiſſe me hodie in auditorio Calphurnij Piſonis. Recitabat ἐρωτοπαίγνιον, *eruditam ſanè*

Scio) Calphurnij Piſonis opus de amoribus in auditorio frequenti recitatum, non vulgari laude commendat apud Veſtricium Spurinnam, vtraque lingua eruditum: deinde fratris Calphurnij pietatem probat, optátque tempora ſua illuſtrari ingeniorum claritudine. *Bonis artibus*) rei literariæ. *Dignum maioribus ſuis*) vt per res præclaras non videantur degenerare à maioribus ſuis illuſtribus. *Feſtinantius*) cupide, & per id miſſo tabellario properè: neque dilatare in craſtinum. *Auditorio Calphurnij Piſonis*) in eo loco, quò auditores conuenerant, vt audirent Calphurnium Piſonem. ἐρωτοπαίγνιον) ad hæc legitur, περὶ νόμων, id eſt de legibus, [quod facit cum Ariſtotele, qui refert μιμητικῶν νόμων inter genera poeticæ, ac cum Iulio Polluce, vbi de poematibus libro tertio mentionem facit, νόμων & παιγνίων inter poemata recenſens & Tranquillus ſcribit Neronem non deſtitiſſe cantare etiam cōcuſſo motu terræ theatro quã inchoatum abſolueret nomũ. νόμον Suid melodiæ modum citharœdicum interpretatur cōplexum harmoniam ordinatam & rhythmum definitum. & Terpandrum νόμους inueniſſe Plutarchus in libro muſicæ refert. vbi etiam plura leges [περὶ νόμων.] Legitur etiam apposite, ἐρωτοπαίγνιον, opus ſcilicet de ludo amoris. ἔρως enim amor, & παίγνιον ludus: an potius amoris feſtum. nam ἡ παιγνία Suida interpret feſtum ſignificat: & Aratum ſcripſiſſe τὰ παίγνια retulit: Idem Athenæus tradit eadem Mnaſeam compoſuiſſe: apud quem Nymphodorus Lesbiam Salpen fuiſſe dicit, quæ παίγνια monumentis mandauit, ſed Alcimus teſtatur Botryn cognomento Salpen inuentricem τῶν παιγνίων. Idem Athenæus Gneſippum παίγνια χαίρειν memorat. Au-

ſonius prodidit Lælium antiquiſſimum poetam conſcripſſe erotopægnia. Quid inquit antiquiſſimi poetæ Lælij erotopægnion libros loquar? vbi mendoſè legitur Lennij erotopægnion. Et libro ij. Gellij cap. xxiiij. erotopæginis pro erotopægniis. Huius ſcribit legis Lęlius poeta meminit in erotopægniis. Apuleius in prima apologia. Vnum etiam poetam attingam, verſus quos agnoſcent, qui Lælium legere, philira omnia vndique erunt. Nonnulli tamen freti teſtimonio Priſciani qui li xi tradit Liuium in quarto erotopægnion vſum eſſe participio meminens, in præcedentibus legendum credunt, non Lælium, ſed Liuium, qui poetarum antiquiſſimus primus Fabulam dedit. Eadem forma dicitur erotopægnion, qua technopægnion, cuius fit mentio apud Auſonium.

luculentámque materiam (ſcripta elegis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, ſublimibus etiam verbis, vt poſcit locus. Altè enim & variè nunc attollebatur, nunc reſidebat: excelſa depreſſis, exilia plenis, ſeueris iucunda mutabat: omnia ingenio pari. Commendabat hæc voce ſuauiſſima, vocem verecundia, multum ſanguinis, multum ſolicitudinis in ore magna ornamenta recitantis. Etenim neſcio quo pacto magis in ſtudiis homines timor, quàm fiducia decet. Ne plura, (quanquam libet plura, quòd ſint pulchriora de iuuene, rariora de nobili) Recitatione finita, multum ac diu exoſculatus adoleſcentem, qui eſt acerrimus ſtimulus monendi, laudibus incitaui, pergeret, qua cœpiſſet, luménque quod ſibi

Luculentam) ſplendidam & luce plenam. *Scripta elegis*) conſtabat verſu elego, qui paulatim à rebus lugubribus tranſiit ad amores. *Verbis fluentibus*) currentibus: nam ex conſonantibus multis conſtantia verba carmen exaſperant, ſicut crebræ colliſiones amatorium igitur fluere debet, è diuerſo ſatyricum. *Enodibus*) mollibus, dulcibus. nodoſa enim ſunt aſpera, enodia verò lenia & leuigata. *Etiam*) interdũ *Sublimibus*) grandibus, altiloquis. *Vt poſcit locus*) vt res exigebat, & opportunè: verbi cauſa ſi exclamaſſet contra amorem, ac vim eius ac potentiam deſcripſiſſet, commodè vſus fuiſſet ſublimioribus verbis: Nam triſtia mœſtum Vultum verba decent, iratum plena minarum, Ludentem laſciua, ſeuerum ſeria dicta: & quæ leguntur deinceps in poetica Horatij. *Altè*) erectè, reconditè. [Eſt alia lectio Aptè. n. & variè nunc attollebatur nunc reſidebat: & ſic referendum erit ad materiã] Sententiæ autẽ ſumuntur modò ab opinione hominum, modò à veritate. Hæ breuiter oſtẽdũt, aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat. *Variè*) faſtidium legentium varietate rerum & verborum vitari ſolet. *Attollebantur*) inſurgebant grandioribus verbis. *Reſidebant*) demittebantur. Sententiarum enim vt verborum aliæ elatæ, aliæ mediocres, aliæ ſubmiſſæ, quæ rebus de quibus ſcribitur aptandæ ſunt. *Excelſa depreſſis*) nam plerunque altis & excelſis adiacent abrupta: & maximè mirabilia ſunt, quæ maximè inexpectata. Antitheton exornatio eſt admodum ſuauis auditori. [Si leges aptè & variè nunc attollebatur, nunc reſidebat, ea referuntur ad Calphurnij pronunciationem] *Mutabat*) variabat contraria contrariis. *Ingenio*) ſubtili inuentione. *Commendabat*) gratiora faciebat audientibus *Suauiſſima*) dulci & amabili pronunciandum eſt quomodò ſcribendum: itaque lætis in rebus vox plena. ſimplex, & ipſa quodammodo hilaris fluit: ac in certamine recta intenditur, atrox in ira, & aſpera, ac denſa. in inuidia breuior: at in blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogando, lenis, ſubmiſſa: ſuadendo, monendo, pollicendo, conſolando grauis, in metu & verecundia contracta miſeratione flexa & flexibilis. *Voce Verecundia*) ſi legeris, vocem verecundia,

reſume, commẽdabat. *Solicitudinis in ore*) curæ, vt ex ſignis in ore videretur ſolicitè dicere. *Timor*) vt timeant ne ſua ſcripta improbentur, tanquam non ſatis abſoluta. *Nec plura*) dicam. *De iuuene*) Calphurnio Piſone. *Libet*) dicere. *Rariora de nobili*) rarò ſimilia noſtris temporibus cõtingunt [nobilibus, qui ſe pro maiore parte voluptatibus dedunt.] [an honeſtius eſt ſcripta Piſonis extollere, quàm noſtra. legitur etiam in quibuſdam exemplaribus pro, rariora de nobis, denique, vt cum ſequentibus ſic coniungatur, denique recitatione finita, quæ quidem lectio clarior eſt.] *Stimulus*) incitatio, ſcilicet laudare adoleſcentes. vnde Fabius optat ſibi dari puerum, qui laudibus & gloria excitatur. nam laudibus haud minus quàm præmiis gaudent generoſi. & ſcripſit Plutarchus Spartanos voluiſſe ab incuntibus ſtatĩ annis aliquo affectionis ſtimulo ad gloriá duci: ita vt & vituperatos dolor angat, & laudes ad maiora proue hant. *Qua*) via ſtudiorum. *Lumen*) decus, famam, ſplendorem.

maiores ſui pratuliſſent, poſteris ipſis præferret. Gratulatus ſum optimæ matri, gratulatus & fratri, qui ex auditorio illo non minorem pietatis gloriam, quàm ille alter eloquentiæ tulit. tam notabiliter pro fratre recitante primùm metus eius, mox gaudium eminuit. Dij faciant vt talia tibi ſæpius nunciem. Faueo enim ſeculo, ne ſit ſterile & effætum: miréque cupio, ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrum, niſi imagines habeant: quæ nunc mihi hos adoleſcentes tacitè laudare, adhortari, & quod amborum gloriæ ſatis magnum eſt, agnoſcere videntur. Vale.

Maiores ſui pratuliſſent) Fuit Calphurnia domus virorum geſtis mirum in modum celebris: nam C. Piſo Calphurnio genere ortus, ac multas inſignéſque familia paternas nobilitate complexus: claro apud vulgum rumore erat, per virturem, aut ſpecies virtutis ſimiles: nanque facundiam tuendis ciuibus exercebat. Hæc Tacitus lib xv. Fuit & Calphurnius Piſo victis in Sicilia fugitiuis præclarus, vt ſuper Calphurniæ domus ſplendore omittamus Liuium, Plutarchum ac alios: & quanquam de nobilitate Piſonum multa prædiximus, quædam tamen addam: nam Valerius Max. lib. iiij cap. de conſtantia, C. Piſonem Coſ. laudat, L. Piſonem hiſtoricum Liuius, Dionyſius, Plutarchus citant. & P. Piſo orator & Conſularis de Hiſpania triumphauit. M. Piſonem tradit Cicero Græca doctrina doctiſſimum omnium, qui antè fuerunt. Item L. Piſo Trib. pleb. legẽ primus de repetundis tulit, orationes reliquit, multarum legum ſuaſor ac diſſuaſor fuit. alius L. vrbis cuſtos, & ſtudiorum liberalium antiſtes, ad quem & eius fratrem Horatius ſcripſit poeticam. Auguſtus graui morbo preſſus nullum ſibi ſucceſſorem declarans, Piſoni exercitus, & publicos redditus in libello ſcribens dedit. Cælius Piſo Conſul cum Rubrio Gallo ſub Traiano tradente iuriſconſulto. ff. xl. de fideicommiſſariis libertatibus, fortaſſe Calphurnii frater. [*Poſteris preferret*) id eſt, ad poſteros protenderet. Secunda lectio preferret. ſcilicet vt ipſe poſteris lumen præferret, quemadmodum ſibi maiores prætuliſſent.] *Pietatis*) amoris in fratrem. *Ille alter*) Calphurnius Piſo. vulgaris locutio ille alter, qua Secundus alibi eſt vſus, illam alteram dicens, quod expoſtulat ſtilus epiſtolaris. [*Nobiliter*) ad idem legitur notabiliter.] *Metus*) dum incertus erat, quid ſenſuri eſſent auditores de ſcriptis fratris. *Gaudium*) poſtquam vidit recitata laudari. *Eminuit*) apparuit manifeſtò. *Seculo*) noſtris temporibus. *Sterile*) rude, imperitum, infructuoſum circa literas. *Effætum*) inutile. idem quod ſterile. [*Ne nihil*) ad imitationem Græcorum duæ negationes magis negant.] *Imagines*)

maiorum

maiorum illuſtrium, quas ſolebant locare in atriis ſuper tabulino, & in funeribus ſuorum producere. *Hos adoleſcentes* Piſones fratres. *Cognoſcere*) veros ſuos nepotes.

C. PLINIVS MACRO SVO S.

BEne eſt mihi, quia tibi bene eſt. Habes vxorem tecum, habes filium. Frueris mari, fontibus, viridibus, agro, villa amœniſſima. neque enim dubito eſſe amœniſſimam, in qua ſe compoſuerat homo, felicior antè quàm feliciſſimus fieret. Ego in Thuſcis & venor & ſtudeo: quæ interdum alternis, & interdum ſimul facio: nec tamen adhuc poſſum pronunciare, vtrum ſit difficilius, capere aliquid, an ſcribere. Vale.

BEne) Macro cõgratulatur ꝙ in ſeceſſu Tarentino multis fruatur commoditatibus, ſe verò in Thuſcis ſcribit vel venari, vel ſtudere. [In vno vetuſtiſſimo exemplari non Macro, ſed Spurinnæ fuit epiſtola ſcripta, vt eum vxore ſua Coccia & filio Coccio.] *Quia tibi*; nam omnia amicorum communia, ſiue bona, ſiue mala. *Mari*) ad quod villa ſita fuerat. *Ruribus*) circũuicinis. Legitur etiam vitibus. ad hæc in quibuſdam codicibus ſcriptum vidimus, Viribus, id eſt proſpera valitudine. [Placet tamen magis viridibus, de quibus in præcedentibus. [*Fœlicior*) Nerua, quem cùm Orphitus & Rufus ad imperium vocari dicerent, eos Domitianus paratarum contra ſe inſidiarum inſimulans, in inſulam deportauit, Neruam quoque Tarentum ſecedere iuſſit, vbi tanquam vitam tranſacturus ocium ſuum diſpoſuerat, quanquam Apollonius ei prædixiſſet omnino imperaturum. *Fœlicior*) comparatiuum maius ſignificatum habens ſuperlatiuo: vult enim oſtendere vitam Neruæ priuati fuiſſe beatiorem quàm poſtquam princeps eſt creatus. *Fœliciſſimus*) Imperator maximus & auguſtiſſimus. *Alternis*) horis viciſſitudinariis.]*Simul*) eodem tempore ad Tacitum ſcripſit ſe cepiſſe tres apros, & inter venandum plura ſcripſiſſe. *Difficilius*) quia vtrunque delectabile, an quia magni laboris.

C. PLINIVS PAVLINO SVO S.

VIdeo quàm molliter tuos habeas, quo ſimplicius tibi confitebor, qua indulgentia meòs tractem. Eſt mihi ſemper in animo & Homericum illud, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, *& hoc noſtrum, paterfamilias. Quòd ſi eſſem natura*

VIdeo) Petit vt Paulin' villam ſuam commodet liberto Zoſimo, nec curatus ſit à tuſſi, quam recitando contraxerat, & inde ſanguinem euomuerat. Erat autem recitator, [bonus] & litteratus, cithara callens; & domino ſuo multa præſtans officia. Eius memoria adhuc Comi extat in templo diui Andreæ tribus verbis notata, ZOSIMVS CONIVGI INCOMPARABILI. Pariter Veronæ legimus, Zoſimum Viriatium extantem in curru triumphali Zoſimum Alexandrinum & philoſophum, & alium Gazæum ſiue Aſcalonitam declamatorem recitat Suidas. Ad Zoſimum pri-

mitem ſcripſit in epiſtolis Æneas rhetor. *Mititer*)benignè, humanè. *Habeas*)tractes ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος αἰεί.)Socer autem pater quàm mitis erat. ſumptum ex vltimo Iliad. vbi Helena conqueritur, Priami filios ſibi aliquando infenſos extitiſſe: ſocerum verò Priamum ſemper ſe mitem præſtitiſſe memorat. [magis tamen placet, vt legas, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν, pater aũt vt mitis erat, ſumptum ex ſecundo Odyſſeæ vt repetitum lib. v.) *Hoc noſtrum paterfamil.*) reſume ſemper in animo eſt. *Noſtrum*) patronorum proprium, an quia Romanum eſt vocabulum. nam paterfamiliæ ideo appellatus quòd curare debet familiam ea manſuetudine, quaſi pater eſſet.

aſperior & durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei Zoſimi: cui tanto maior humanitas exhibenda eſt, quanto nunc illa magis eget. eſt homo probus, officioſus, literatus, & ars quidem eius, & quaſi inſcriptio, comœdus, in qua plurimum facit. Nam pronunciat acriter, ſapienter, aptè, decenter, etiam vtitur & cithara peritè vltrà quàm comœdo neceſſe eſt. Idem tam commode orationes, & hiſtorias, & carmina legit, vt hoc ſolum didiciſſe videatur. Hæc tibi ſedulò expoſui, quò magis ſcires, quàm multa vnus mihi, & quam

Aſperior) immitior *Frãgeret*) moueret ad lenitatem. *Quanto illa magis eget, eſt homo probus*) in ſecunda lectione fuit, quanto nunc maior venit debilitas, iam angitur homo probus. Fuit tertia ſcriptura, non abſurda, quanto nunc vtilior [humanitas] ægrotanti. *Probus*) bonus quaſi probatus: ſicut improbus, malus. *Officioſus*) qui ſe immiſcet officiis iuuandi gratia: & nõ officioſus, id eſt quietus & domi reſidens. interdum pro eo quod nocet intelligimus officioſum ab officiendo. Mart. Omnes proſequeris Prætorum Cotta libellos: Accipis & ceras, officioſus homo es. Apud Apuleium in primo Aſini, Aduentores priſtinos in fæce ſubmiſſis officioſis roncis raucus appellat. *Literatus*) literis excultus. Apuleius. x. Dominus ædium habebat iuuenem filium probè literatum: & per id conſequenter pietate modeſtiáque præcipuum. Tranquil. de Grammaticis, Sunt qui diſtingunt literatum à literatore, vt Græci grammaticum à grammatiſta, & illum quidem abſolutè, hunc mediocriter doctum exiſtiment: quorum opinionem etiam Orbilius exemplis confirmat. nam apud maiores, ait, cùm familia diuitis vęnalis produceretur, non temerè quem literatum in titulos, ſed literatorem inſcribi ſolitum, quaſi non perfectè literis imbutum. Apuleius tamen nono literatum pro ſeruo inſcripto vſurpauit, Frontes, inquit, literati, [id eſt inſcripti:] nam notis in fronte quibuſdam inſcribebantur. *Eius*) propria. *Comœdus*) comœdiæ actor. *Inſcriptio*) nam vanales ſerui ſcriptis monſtrabantur, in qua præſtarent arte. *Facit*) excellit. *Aptè*) accommodate. vt vox conueniat ei rei quam agit. *Cithara*) dicta. παρὰ τὸ κινεῖσθαι quòd facile moueatur, aut quòd auditores in amorem moueat. Seruius teſtudinem dictam cred[it]. Eſt autem vocabulum græcum, & pro lyra à Suida interpretatur. Apuleius in ſecundo Floridorum, Cithara baltheo cælata apta ſtructim ſuſtinetur manus eius tenera procerule læua diſtantibus digitis neruos mouet: dextra pſallentis geſtu pulſabulum citharæ admouet, ceu parata percutere cùm vox in cantico interquieuit. *Quàm comœdo neceſſe eſt*, nam inter actus comœdiarum concinebatur, quod Horatius in arte præcipit, vt opportunè fiat. neu quid medios intercinat actus. Quod non propoſito conducat. & mox, Tibia non vt nunc oricalcho iuncta, tubæque Æmula, ſed tenuis ſimpléxque foramine pauco Aſpirare, & adeſſe choris erat vtilis. Diomedes, Pantominus & choraules in co-

mœdia canebant inter actores comœdiarum pro facultate: & arte potiores principatum ſibi artificij vendicabant. In-ſuper legimus Flaccum modulaſſe tibiis terentianas comœdias. *Legit*)recitat. *Sedulo*)diligenter.

iucunda miniſteria præſtaret. Accedit huc longa iam charitas hominis, quam ipſa pericula auxerunt. Eſt enim à natura comparatum, vt nihil æquè amorem incitet & accendat, quàm carẽdi metus, quem ego pro hoc non ſemel patior. Nam ante aliquot annos, dum intentè inſtantérque pronunciat, ſanguinem reiecit, atque ob hoc in AEgyptum miſſus, à me poſt longam peregrinationem confirmatus rediit nuper. deinde dum per continuos dies, nimis imperat voci, veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit. Qua ex cauſa deſtinaui eum mittere in prædia tua, quæ Foroiulij poſſides. audiui enim te ſæpe referentem eſſe ibi, & aera ſalubrem, & lac huiuſmodi curationibus accommodatiſſimum. Rogo ergo ſcribas tuis, vt illi villa, vt domus pateat: offerant etiam ſumptibus eius, ſiquid opus erit: erit autẽ opus modico. eſt enim tam parcus & continens, vt non ſolùm delitias, verumetiam neceſſitates valetudinis frugalitate reſtringat. ego proficiſcenti tantum viatici dabo, quantum ſufficit eunti in tua. Vale.

Iucunda) mihi grata. *Charitas*)amor. *Comparatum*) datum conſuetum. *Hoc*)Zoſimo, *Semel*)nunc. *Intentè.*) acriter, altè. *In AEgyptum*) vbi Zoſimus natus erat: ideo remittebatur in patriam, & ad ſuos, cùm valetudinarij curentur mutatione aëris, præſertum ſi transferantur in conſuetudinem prioris victus, & cœli: ſic enim reſtituuntur veluti nutrici ac parenti. alioquin Ægyptius aer purior & minus peſtilens: inde multitudine hominum ferè cæteras orbis partes ſuperauit. autores ſunt Diodorus & Ioſephus. *Confirmatus*)liberatus, curatus. *Imperat voci*) nititur ſupra vires enunciare. [legitur & minus imperat.] *Tuſſicula*) parua & modica tuſſi. *Veteris infirmitatis*) reiectionis ſanguinis. *Prædia*) quæſtio eſt fundus à poſſeſſione, vel agro, vel prædio quid diſtet: [quidam ſic diffiniunt, Poſſeſſiones ſunt agri latè patentes publici priuatique, quos initio non mancipatione, ſed quiſque vt potuit, occupauit atque poſſedit. vnde & nuncupati fundus dictus, quòd in ea fundatur, vel ſtabilitur patrimonium. Fundus autem & vrbanum ædificium & ruſticum intelligendum. Eſt prædium quod ex omnibus patrisfamilias maximè prouidetur, id eſt apparet, quaſi præuidium: vel quòd antiqui agros quos bello ceperant, vt prædæ nomine habebant. Alij, Fundus eſt omne quicquid ſolo continetur. Ager eſt ſpecies fundi, quæ ad vſum hominis comparatur. Poſſeſſio ab agro iuris proprietate diſtat. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, hoc poſſeſſionem appellamus: poſſeſſio ergo vſus eſt, ager proprietas loci eſt, prædium vtriuſque ſupraſcriptæ rei generale nomen eſt. nam & ager, & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt. Hæc Modeſtinus, & præter eum Aſconius, Prædia, inquit, ſunt res ipſæ, prædes homines, id eſt fideiuſſores, quorum res, bona, prædia non vno nomine dicuntur. Iuſtinianus in Inſt. Prædia omnia ædificia vrbana appellamus, & ſi in villa ædificata ſunt. Iulius Frontinus de agrorum qualitate, Ager inquit, eſt menſura comprehenſus. cuius modus vniuerſus ciuitati eſt deſignatus.] *Foroiulij*) Foroiulienſes cognomine Concubienſes locat Plinius in ſexta

Italiæ regione, quæ Vmbriam, & agrum Gallicum circa Ariminum complectitur, de quibus nunc loquitur Secundus. Scio tamen Strabonem nauale Cæſaris Augusti, quod Forumiulii vocant, poſuiſſe inter Olbiam & Antipolim, vt diſtet à Maſſilia ſtad. ſex millibus, & Ptolemæum Forumiulii in Hiſtria. ſed diuerſa oppida eodem nomine appellata quis neſcit? nam & Pli. Forumiulii in Hiſpania refert. *Lac*) Lacte tuſſe per hyemem locis maritimis, per æſtatem locis mediterraneis opus eſt. tuſſientem minimè oportet lectione vti vehementi vtilis in omni tuſſi peregrinatio eſt, cibus vt lac in allio coctum. magis terreri poteſt aliquis cùm ſanguinem exſpuit. ſed id modò minus, modò plus periculi habet: exit enim modò ex gingiuis: modò ex ore & copioſè: nõnunquam autem is à ſummis faucibus fertur, aut ore venæ alicuius adaperto, aut tuberculis quibuſdam natis, & ex his ſanguine erumpente, aliquando gutture & arteriis exulceratis, frequens tuſſis ſanguinem extundit. interdum etiam fieri ſolet, vt aut ex pulmone, aut ex pectore, aut ex latere, aut ex iocinore feratur. Præter iſta à Celſo prædicta, Plin. ad exulcerationem ſtomachi lactis aſinini potus, item bubuli, plurimum prodeſt. Lege plura lib. xxvi. cap. v. & xxviij. cap. x. apud eundem [Eſt alia lectio, & in huiuſmodi curationibus accommodatiſſimum, vt totum hoc ad aërem referatur.] *Neceſſitates Valetudinis*) quæ neceſſaria ſunt valetudinario. *Reſtringat*) amputet, minores faciat, id eſt abſtineat à neceſſariis. *Ego*) ſenſus eſt, dabo ei tantum nummorum, quantum opus erit in via: nam domi tuæ nihil opus erit: ergo nihil vlterius addam.

C. Plinivs Vrso Svo S.

ITerum Bithyni (breue tempus à Iulio Baſſo) & Rufum Varenum Proconſulem detulerunt: Varenum, quem nuper aduerſus Baſſum aduocatum, & poſtularant, & acceperant inducti in Senatum, inquiſitionem poſtulauerunt: tum Varenus petit, vt ſibi quoque defenſionis cauſa euocare teſtes liceret.

I*Terum*) Accuſauerant Bithyni Iulium Baſſum repetundarum, qui in ea prouincia Proconſulatũ geſſerat: contra quem à Senatu impetrauerant aduocatum Rufum Varenum: is poſtea ſortitus eãdem prouinciam, repetundarũ pariter reus fit. Pro Vareno egit Secundus, cui contradixit Fonteius, Græcus homo. Conceſſa eſt Bithynis inquiſitio, & Vareno poſtulatio. *A Iulio Baſſo*) Libro quarto legimus Iulium Baſſum reum fuiſſe repetũdarum ſub Traiano, quòd prouinciam Bithyniam expilaſſet: ſed illic ſcriptum Pomponium Rufum aduerſus Baſſum egiſſe, nunc verò Rufum Varenum, niſi malimus intelligere appellatum Pomponium Rufum Varenum. *A Iulio Baſſo*) poſt accuſationem Iulii Baſſi. *Detulerunt*) accuſauerunt apud Senatum. *Proconſulem*) Bithyniæ. *Varenum*) dico illum Varenum: nam erant in vrbe alii eiuſdem appellationis, & repetitio talis reficit auditorem, & magis rem declarat. *Acceperant*) impetrauerant à Senatu, à quo diximus aduocatos peti ſolitos *Inquiſitionem*) Inquiſitio eſt alicuius criminis manifeſti ſaltem per famam ex bono & æquo iudicis competentis facti inueſtigatio. nam cùm in ius ventum erat, dicebat accuſator reo, quod iniuriam prouincialibus fecerat: ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur vt victo: ſi negaſſet, petebat accuſator à magiſtratu dies inquirendorum criminum. *Euocare teſtes*) è prouincia teſtes in rem ſuam vocare. & expectandum donec in vrbem venirent. In rem noſtram faciunt Taciti verba ex lib. xiii. Pomponium inquit Syluanum magna vis accuſatorum circum-

ſteterat, poſcebátque tempus euocandorum teſtium ex Africa prouincia, vbi proconſulare imperium habuerat. Sed reus illico defendi poſtulabat, valuítque pecunioſa orbitate & ſenecta. ſed ſicuti fauore & gratia quorundam Syluanus obtinuerat ſtatim pronunciari, ita iure Varenus impetrauit, vt poſſet euocare teſtes.

recuſantibus Bithynis, cognitio ſuſcepta eſt. Egi ego pro Vareno non ſine euentu. nam bene an malè, liber indicabit. In actionibus enim vtranque in partem fortuna dominatur: multum commendationis & detrahit, & adfert memoria, vox, geſtus, tempus ipſum: poſtremò vel amor, vel odium rei: liber offenſis, liber gratia, liber & ſecundis caſibus & aduerſis caret. Reſpondit mihi Fonteius Magius, vnus ex Bithynis, plurimis verbis, pauciſſimis rebus. Mos eſt pleriſque Græcorum, vt illis ſit pro copia volubilitas: tam longas, támque rigidas periodos vno ſpiritu quaſi torrente

Recuſantibus) nolentibus vt euocaret teſtes contra obiecta crimina. *Cognitio*) diſcuſſio, examinatio. *Suſcepta*) à Senatu. *Egi*) dixi cauſam. *Euentu*) bono & malo: nam & Vareno conceſſum eſt teſtes euocare, & Bithynis data fuit inquiſitio. *Fortuna dominatur*) domina eſt, & plurimum poteſt. Fortunæ omnia Tullus rex aſcripſit. exoculata ab Apuleio dicitur: nam vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorúmque fautrix: huic omnia expẽſa, huic omnia feruntur accepta, ſola laudatur, ſola arguitur, & in tota ratione mortalium ſola vtranque paginã facit. μηδὲν ἄνευ τύχης, id eſt nihil ſine fortuna, dixit Pauſanias in primo. Et Saluſtius, ſed profectò fortuna in omni re dominatur. Hiſtorici autem plurimum in bello poſſe tradiderũt. *Vtranque*) accuſatoris & rei. *Commendationis*) laudis in actionibus. *Memoria*) ſi mala fuerit, detrahit: ſi tenax, affert. *Tempus*) ſi inopportunum. *Amor rei*) cauſa quę agitur, an grata iudicibus. Quare non abſurdè Cæſar apud Saluſtium ſuam orationem ſic orditur, Omnes homines, patres conſcripti, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, atque ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet. *Liber*) oratio mea quæ nullis affectibus tangitur, nulla etiam fortuna mouetur, ſiue bona, ſiue mala. *Fonteius Magius*) aduocatus Græcus à Bithynis in Senatum ductus: cuius ſit mentio ab eodem lib. vij. *Plurimis verbis, pauciſſimis rebus*) Secutus eſt Ciceronem in Oratore dicentem, Verbi controuerſia, tam diu torquet homines Græculos contentionis cupidiores, quàm veritatis. Et de Claris Oratoribus, Aſiaticis quibuſdam oratoribus fuit genus orationis non tam ſententiis frequentatum quàm verbis volucre, vt Æſchylo Gnidio, ac Mileſio Æſchini, quibus erat admirabilis orationis curſus, erudita ſententiarum concinnitas non erat. neque inſcitia illius cui res non ſuppetant, verba non deſint, laudanda eſt: quorum ſi alterum ſit optandum, malim equidem indiſertam prudentiam quàm ſtultam loquacitatem. *Volubilitas*) ſermo rotatus, facilis circumductio, currens oratio. *Periodos*) in lectione. plena ſententia periodus dicitur: cuius partes ſunt, commata, & cola. Fit autem in extrema clauſula, nec longior eſſe debet, quàm vt vno ſpiritu proferatur: modum eius Cicero quatuor ſenariis pedibus terminauit. vnde libro octauo Secundus data opera longiorem periodum fecit, vt oſtenderet ſe Tacito inferiorem. Nonnulli duo illius genera eſſe dicunt, vnum ſimplex, cum ſenſus vnius longiore ambitu circumducitur: alterum quod conſtat ex membris, ſiue inciſis quod plures ſenſus habet, vt, Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris. Adhæc Fabius ſic diſtinguit, At illa connexa ſeries tres habet formas: inciſa, quæ commata dicuntur: membra, quæ cola: periodon,

quæ eſt vel ambitus, vel circumductum, vel continuatio, vel concluſio nam M. Tullius periodo plurima nomina dat, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. *Frigidas*) ſine neruis: quibus ſi ſtrepitum dempſeris, nihil boni reſtabit: vel rigidas, duras. *Vno ſpiritu*) quo periodon comprehendi præcipit M. Tullius.

contorquent. Itaque Iulius Candidus non inuenuſtè ſolet dicere, aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix vni aut alteri, immò ſi Marco Antonio credimus, nemini: hac verò, quam Candidus loquentiam appellat, multis atque etiam impudentiſſimo cuique maximè contingit. Poſtero die dixit pro Vareno Homullus

Contorquent) iaculantur tanquam telum aliquod in aduerſarium. Sic Iuuenalis de enthymemate, Et curtum ſermone rotato Torqueat enthymema. *Iulius Candidus*) Iulius Veſpronius Candidus, qui Conſulatum cum Quadrato geſſit quo tempore Adrianus Tribunatum plebis. Hic poſtea miſſus eſt Iulius à Senatu legatus ad Septimium Seuerum, qui in Syria cum exercitibus, quibus præerat, à Iuliano deſciuerat. Erat autem Candidus, vetus Conſularis olim militibus inuiſus ob durum, & ſordidum Imperium. Candidi vxorem tanquam adulteram poeta Martialis epigrammate momordit. Iulio Candido reſcripſiſſe diuum Pium memorat Vlp. ff. xlviij. titulo de accuſationibus. *Non inuenuſtè*) eleganter, vrbanè, ſcitè. *Aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam*) Valerium Probum grammaticum illluſtrem refert Gellius Salluſtianum illud ex Catilinario ſatis eloquentiæ, ſapientiæ parum, breui antequàm decederet, ſic legere cœpiſſe, & ſic à Salluſtio relictum affirmaſſe, ſatis loquentiæ, parum ſapientiæ, quòd eloquentia cum inſipientia minimè conuenitet. nam alibi idem Salluſtius dixerat loquax magis, quàm facundus. *Eloquentia*) ornatus verborum ſententiarúmque cum prudentia. Is enim eloquens eſt, qui cum ſapientia dicit humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè. nam cùm orator ſit vir bonus dicendi peritus, impoſſibile eſt eum eſſe oratorem qui imprudenter dicit. *Alteri*) duobus contigit. Poſſumus intelligere Demoſthenem, & Ciceronem. *Non ſumus Antonij*) M Tullius primo de Oratore refert M. Antonium, cui vel primas eloquentiæ partes ſuperiorum tribuerat ætas, virum natura peracutum & prudentem, in eo libro, quem vnum reliquit, diſertos ſe vidiſſe multos, eloquentem omnino neminem. Inſidebat videlicet in eius mente ſpecies eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipſa non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (ſic enim fuit) multa, & in ſe, & in aliis deſiderans neminem planè qui rectè appellari eloquens poſſet, videbat. Eum verò ſtatuebat diſertum, qui poſſet ſatis acutè atque dilucidè apud mediocres homines ex communi quadam opinione hominum mirabiliter dicere: ſed eloquentem, qui mirabilius, & magnificentius augere poſſet atque ornare quæ vellet: omnéſque omnium rerum quæ ad diſcendum pertinerent, fontes animo ac memoria contineret [Verùm Secundus fatetur non eſſe eius ſententiæ cuius Antonius, vt putet neminem eloquentem: nam inquit non ſumus Antonii. Clarior lectio, Immo ſi Marco Antonio credimus, nemini.] *Nemini*) contigiſſe eloquentiam. *Loquentiam*) diſcetam facundiam ſine prudentia. *Impudentiſſimo cuique*) Quid enim tam furioſum quàm verborum, vel optimorum atque ornatiſſimorum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia, nec interdum ſcientia? videas quoſdam ſcatere verbis ſine vllo iudicii negocio cum ſecuritate multa & profunda, vt loquentes plerumque videantur loqui ſeſe neſcire. quare Therſiti audaciſſimo verba

ἄμετρα Homerus attribuit, & Eupolis vetus poeta conſignatiſſimè, id genus hominum retulit, λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, id eſt blatterare optimus, dicere ineptiſſimus. Hæc ſumpta partim ex Oratore M. Tullii, partim à Gellio. Addo Euripidem in Hyppolito, malos dicere, populo videri eloquentiores. οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς φαῦλοι παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

callidè, acriter, cultè: contrà Nigrinus preſsè, grauiter, ornatè. Cenſuit Acilius Rufus, Conſul deſignatus, inquiſitionem Bithynis dandam: poſtulationem Vareni ſilentio præterijt. Hæc forma neganda fuit, Cornelius Priſcus Conſularis, & accuſatoribus, quæ petebant, & reo tribuit, vicitque numero. Impetrauimus rem, nec lege comprehenſam, nec ſatis vſitatam, iuſtam tamen. Quare iuſtam non ſum epiſtola executurus, vt deſideres actionem. Nam ſi verum eſt Homericum illud, τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, Ἥπερ ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται, *apud te prouidendum eſt, mihi ne gratiam nouitatis & florem, quæ oratiunculam meam vel maximè commendat, epiſtolæ loquacitate præcerpam.* Vale.

Callidè) aſtutè. *Acriter*) intenſè, δεινῶς. *Cultè*) verbis ornatis. *Contra*) Homullum dixit. *Preſsè*) emunctè, ſtrictè. *Forma*) modus, ſcilicet nullam mentionem facere, vt Vareno liceret teſtes euocare. *Cornelius Priſcus*) Conſulum deſignatorum vnus, apud quem Secundus luxit obitum Valerii Martialis. *Accuſatoribus*) Bithynis. *Quæ petebant*) inquiſitionem. *Reo*) Vareno facultatem teſtium euocandorum. *Vicit numero*) ſententia Priſci comprobata eſt, à maiori Senatorum parte. *Rem*) vt liceret teſtes euocare. [*Negligenter*) Aliâs nec lege.] *Comprehenſam lege*) lege aliqua ſancitam. [Approbatam: intellectam à ſenatoribus] *Subſiſtentem*) probabilem, non diſplicet Vſitatam. *Iuſtam tamen*) conſiſtentem: nam erant perſonæ, & res notæ: ergo cauſa conſiſtebat, ſed vix ſubſiſtentem dixit, quia ex altera parte rationes erant validiores ad faciendam fidem. quod optimè Hermogenes, & eum ſecutus Fortunatianus in primo Rhetoricorum tractant. *Executurus*) dicturus. *Actionem*) orationem quam pro Vareno dixi. [τῷ οὔ τι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν.] Idcirco, nullo modo oportet ſermones augere. verba Patrocli ad Merionem ex xvi. Iliados. In quibuſdam codicibus leguntur hi verſus, Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται; illam enim cantilenam magis concelebrant homines, quæ audientibus recentiſſima exiſtat. [Verba ſunt Telemachi ex libro primo Odyſſeæ] *Nouitatis gratiam*) quia noua magis placent. *Florem*) muſteum decorem, illibatam lectionem, pulchritudinem. *Quæ*) nouitas. *Loquacitate*) ſi ſummam totius orationis longa epiſtola comprehenderem. *Perdam*) nam non tanquam nouam legeres illam. an potius præcerpam, [deflorem, delibem.]

C. Plinivs Rvfo Svo S.

DEſcenderam in Baſilicam Iuliam auditurus, quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. Sedebant iudices, centumuiri venerant, obſeruabantur: aduocatis ſilentium longum, tandem à Prætore nuncius. Dimittuntur Centumuiri: eximitur dies, me gaudente, qui nunquam ita paratus ſum, vt non mora læter. Cauſa dilationis, Nepos Prætor, qui legibus quærit. Propoſuerat breue

D*Eſcenderã*, dicturi erant aduocati apud cẽtumuiros, ad quos audiendos Secundus conuenerat, ſed Licinius Nepos iudicia ſoluit, edicto monens, vt Senatuſconſultũ ſeruaretur: quo cauebatur, ne quis ante actionem pecuniam acciperet, vel paciſceretur: quod Nepotis factum à quibuſdam reprehendebatur, ab aliis laudabatur. *Deſcenderem*) ab Eſquiliis, loco edito, vbi domum habuit. *Baſilicam Iuliam*) in qua iudicia publica & priuata conficiebantur. relege à nobis prænotata. *Proxima comperendinatione*) actione, quam primùm eram acturus. Comperendinatio enim vtriuſque partis actio. Secundum alios comperendinatio eſt ſecunda actio. Item comperendinatio eſt ab vtriſque litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem: namque cùm in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem qui dabatur poſt trigeſimum diem. quo dato deinde inter ſe comperendinum diem denunciabãt, vt ad iudicium venirent: quò cùm eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per iudicem rem exponebant: quod ipſum dicebatur cauſæ conſectio, quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio Secundum alios inter comperendinationem & ampliationem hoc intereſt, quòd comperendinatio ex vna tantùm repetitur parte, cùm antè iudex non intelligeret vt omnino ſuadebatur. Iudices, ſi bona cauſa, abſoluebant eam: ſi mala, non ſtatim damnabant Sed hac excuſatione parcebant. nam cùm condemnandi nota eſſet. Θ, litera. A, abſoluendi, ampliandi ſignum. N. L. quod ſignificabat non liquere, inde ampliatio naſcebatur. hæc Aſconius. Tacitus comperendinationes liberas olim fuiſſe memorat. Poſtea reſtrictæ ſunt legibus: nam tertia actione, inquit Cicero, vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iuſtum comperẽdinatum iudicaret. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex in ſe moleſtiſſimum, bis vt cauſa dicatur: verum vt opinor Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea, vel iudicari primò poterant vel amplius pronunciari. Alibi Secundus dixerat, leges, tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur. *Iudices*) ſorte ducti *Centumuiri* numero centum octoginta: tot enim quatuor Tribunalibus ſcribebantur. *Obſeruabantur aduocati*) ſimul aderant aduocati. legitur etiam obſeruabantur, ſcilicet ab aduocatis & auditoribus. Centumuiri venerabantur: nam obſeruatio ad honorem refertur, & in duabus rebus eſt, obſequio, aut ſpeculando. Aliàs obſeruatio eſt callida, & diligens annotatio. deinde ſequitur. *Aduocatis ſilentium longum*) ſcilicet fuit, donec Prætor aduenitet. *Nuncius*) aduenit. Diſſolutio, exornatio, quæ coniunctionibus verborum è medio ſublatis, partibus ſeparatis effertur. *Eximitur dies*) interdictum eſt eo dîe litibus, vt iudiciis vacarent: ſic enim diem credit eximi, cùm iuſtitium indicitur, & iura ſilent. [Contra illorum opinionem qui volunt diem eximi vel tolli dicendo, cum hic ſilendo ſit exemptus. *Paratus*) ad dicendum. *Morer* deſiſtam à cauſis agendis alia lectio, mora lætet. *Nepos*) Licinius Nepos. *Legibus quærit*) ſecundum leges cognoſcit: nam ius cognoſcendi autore Pediano,

diano,erat apud Prætorem. & Paulus de Regulis iuris inquit, Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur,iudicandi verò ius apud equites fuit. Prætor autem Vrbanus iuri dicundo præerat, & in poteſtate habebat omnium iudicum tabellas.

edictum, admonebat accuſatores, admonebat reos, executurum ſe quæ Senatuſconſulto continerentur. Suberat edicto Senatuſconſultum hoc, Omnes, qui quid negocij haberent, iurare prius, quàm agerent, iubebantur, nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe. His enim verbis, ac mille præterea, & venire aduocationes, & emi vetabant. Peractis tamen negocijs, permittebat pecuniam duntaxat decem millium dare. Hoc facto Nepotis commotus prætor, qui Centumuiralibus præſidet, deliberaturus, an ſequeretur exemplum inopinatum, nobis ocium dedit. Interim tota ciuitate Nepotis edictum carpitur, laudatur. Multi, Inuenimus qui curua corrigerent. Quid? ante hunc Prætores non fuerunt? Quis autem hic eſt, qui emendet publicos mores? Alij contrà, Rectiſsimè fecit,

Edictum) edicta Prætoris ſunt, Dictatorum etiã Imperatorúmque, autore Dionyſio in ſuis antiquitatibus, & Lampridio hiſtorico, adhæc Secundo dicente, edictum Auguſti & Traiani, & Martiale Domitiani. Edicimus enim quod iubemus, & vni generi edicimus ſecundum Donatum, & præcepta, præceptionéſque iuſtorum & iniuſtorum Romani edicta vocant. vt quidam ſcribunt propter eam quæ tunc fiebat dictionem, in qua diffinitione complectuntur interdicta, quibus vetatur aliquid fieri. *Senatuſconſulto*) quod ſuprà principis librum dixerat, decretum à Senatoribus, referẽte Traiano *Suberat*) ſubſcriptum fuerat. *Senatuſconſultum*) quo reducebatur, ne quis ob cauſam orandam pecuniam acciperet. *Omnes*) hoc eſt principium illius Senatuſconſulti, quod durat vſque ad, his enim verbis. *Quid*) Negocij cauſam, litem aliquam. *Agere*) ante litem conteſtatam iurare cogebantur. *Cauiſſe*) aliqua cautela prouidiſſe, vt aduocatus pecuniam haberet. *His*) prædictis. *Mille*) alijs innumeris. *Venire*) vendi ab aduocatis. *Emi*) à litigantibus. *Peractis negocijs*) finitis controuerſiis. *Decem millium*) ſecutus eſt Nepos exemplum Claudij, quem legimus apud Tacitum, poſuiſſe modum aduocatis pecuniæ capiendæ vſque ad dena ſeſtertia. Idem enim quod decem millia nummûm, quæ egreſſi repetundarum tenerentur. *Qui Centumuiralibus præſidet*) decem enim & octo Prætores fuiſſe in vrbe, alibi probauimus. Centumuiralibus, igitur cauſis vnus præerat. *Deliberaturus*) ſpatium ad deliberandum ſumpturus. *Sequeretur exemplum*) faceret idem quod Nepos. *Inopinatum ocium*) inſperatam ab agendo vocationem. [quidam, inopinatum referunt ad præcedentem dictionem, exemplum.] *Carpitur*) tanquam nimis ſeuerum à nonnullis laceratur. *Laudatur*) à pleriſque tanquam honeſtum, & videtũ vt in Senatu, ita in ciuitate hominum iudicia diuiſa ſunt. [*Multi*) dicebant.] *Cuncta corrigerent*) vniuerſum edictum reprehenderent, & arbitrarentur permittendum vnicuique dare, & accipere pro aduocatione quantum libuiſſet: [Alij legunt, vt curua, iniqua: quod magis probo, vt ſit ironicè dictum. Nam & Seneca in ludo Claudij, Hic nobis, inquit, curua corrigit.] *Quid* dicentes. Prætores ſeueri, qui ſi hoc fuiſſet faciundũ ipſi prius feciſſent. *Hic eſt*) amara ironia: perinde ac ſi dicerent, nũ Cato? nũ Fabritius? nũ Fabius? *Contrà*) dicunt, laudantes Nepotis factum.

initurus magiſtratū: iura recognouit: Senatuſconſulta legit, reprimit fœdiſſimas pactiones: rem pulcherrimam turpiſſimè venire non patitur. Tales vbique ſermones, qui tamen alterutram in partem ex euentu prævalebunt. Eſt omnino iniquum, ſed vſu receptum, quòd honeſta conſilia, vel turpia prout malè aut proſperè cedunt; ita vel probantur, vel reprehenduntur. Inde plerunque eadem facta, modò diligentiæ, modò vanitatis, modò libertatis, modò furoris nomen accipiunt. Vale.

Initurus magiſtratum) geſturus Prætoris officium. ex quibus apparet in præcedentibus emendatè legi, Nepotem Prætorem deſignatū. *Iura recognouit*) Pomponius Iuriſconſultus aſſerit Prætorem habuiſſe facultatem adiuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi ius ciuile. *Nouiſſimas*) immenſas, vltra modum. Magis probo fœdiſſimas, [id eſt turpiſſimas, maximè indecoras.] *Turpiſſimè*) per quæſtum. nam accuſatoriam vitam viuere, & ad defendendos reos præmio duci, proximum latrocinio eſt. Paciſcendi quidem ille pyraticus mos, & imponentium periculis precia, procul abominanda negociatio, etiam à mediocriter improbis abierit. *Rem pulcherrimam*) patrocinium. Orandi maieſtatē, qua nihil dij immortales melius homini dederunt, & qua remota muta ſunt omnia. Illa nihil in vrbe, vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis famam pulchrius, vel totius Imperij, atque omnium gentiū notitiē illuſtrius. Non aliundè maiores honores, opes, amicitiæ, laus præſens, & futura hominibus contingit. *Alterutram*) bonam ſiue malam. *Ex euentu*) ſi bonum euentum ſortietur edictum Nepotis, pariter bonam famam: ſin minus, malam: nam ab euentu ſæpenumero res iudicantur, vt teſtatur Ouidius, Exitus acta probat. Et Liuius ſeptimo belli Punici, Ex euentu quo nihil iniquius eſt, famam homines habent: à quo idem trahens argumentum inducit Hannonem dicentem, Euentum eſſe veluti iuſtum belli iudicem. Nero dicere ſolebat, euentum in manu fortunæ conſtare. Hinc Liuius ſcribit, euentum in manu ſtultorum verſari. Nam plerumque vis oratoris, & cæterarum rerum ab imperitis exitu & victoria iudicatur. Quare ſecundum Iſocratem cùm euentus ſit in manu fortunæ, non laudandus is cui res proſperè cedunt, ſed qui quantū conſilio humano licebat eas multo antè præuidit, & prouidit: tametſi ſecus quàm intenderat euenirent: ſapiētes enim & docti fortuita debent excludere. M. Tullius in Rhetoricis, cuiuſcunque negocij finem euentum diffinit. Donatus tantum bonorum exitum: contra tamen probatiſſimorum autoritatem. *Iniquum*) ſine ratione. *Vſu receptum*) conſuetum. *Procedunt*)] laudantur, admittuntur, lego probantur. *Eadem facta*) eodem conſilio geſta. *Diligentiæ*) [nomen, ſi rectè interpretentur: vanitatis, id eſt inconſtantiæ, ſi malè, opponitur vanitas diligentiæ, & furor libertati.] *Libertatis*) ſi bene cedunt. [*Vanitatis & furoris*) ſi malè.

QVINTI LIBRI FINIS.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

Liber Sextus.

Cum doctiſsimis Ioannis Mariae Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS Tyroni Suo S.

QVANDIV ego trans Padum, tu in Piceno, minus te requirebam. Poſtquam ego in vrbe, tu adhuc in Piceno, multo magis: ſeu quòd ipſa loca, in quibus eſſe vnà ſolemus, acrius me tui commonent, ſeu quòd deſiderium abſentium nihil perinde, ac vicinitas acuit. Quòque propius acceſſeris ad ſpem fruendi, hoc

EGO) [Contulerat ſe Secũdus in patriã Comũ, Tyro in Picenum: ſed reuerſus in vrbem, vbi conſueuerat Tyroni, tunc cœpit deſiderium amici: quare hortatur vt Romam veniat.] Tranſpadana regio dicitur, quæ nobis eſt cis Padum, ciſpadana quæ vltra Padum. Habetur enim reſpectus ſcriptorum, qui erant in vrbe: nam illis qui nobis ciſpadanus ager, tranſpadanus erat. *Trans Padum*) Comi, vbi ſua plurima tenuit prædia. Padus ab imis radicibus Veſuli montis exortus, ſiue à remio, vt teſtatur Plinius. Ptolemæus etiam Padi caput iuxta Larium paludem refert, qui ſubmerſus cuniculo, rurſus in agro Vibonenſi extollitur, ſecundum Solinum. At Plinio tradente in Forobiuienſium agro, nulli amni claritate inferior: nam à poeta, fluuiorum rex dicitur. Lucanus non minorem Nilo ſcribit, & Strabo cunctos Europæ flu-

uios, præter Hiſtrum magnitudine ſuperare: dictus à Græcis Eridanus, nota Phaethontis pœna. Fons eius mediis diebus æſtiuis ſemper aret: canicula liquatis niuibus flumen augetur, atque vbi liquit agros, vbertate largior: nam ſubiectus Alpibus campus admodum felix & fructuoſis collibus varius: hunc medium ferè Padus diuidit: eáque regio hinc ciſpadana hinc tranſpadana dicitur. Ciſpadana quidem montibus adiacet, atque Liguriæ: reliqua verò tranſpadana. multis igitur amnibus auctus, iuxta Rauennam mare irrumpit per ſeptem oſtia: ſed vnum maximè memorabile, quod Paduſa dicitur, efficit. hęc ſumpta ex Mela, Strabone, Plinio, Solino, Diodoro: qui diſſentiens à cæteris ſcriptoribus, tradit quinque tantùm oſtiis in fretum ſe exonerare. *Piceno*) agro eras. Picenum poſt Vmbriæ ciuitates, quæ inter Ariminũ Anconémque iacent, extenditur. Profecti ſunt autem Piceni à Sabinorum terra, qui cum ductu, & auſpicio Pici iter facerent, nomen inde nacti fuere. E montibus vſque in plana & pelagus eorum incipiunt dominia: quorum ager in longum magis quàm in latum excreſcit: bonus ad omnia: cæterùm lignariis quàm frumentariis fructibus longè præſtat. inter cæteras vrbes inſignem habet Anconem. in quinta Italiæ regione locatur à Plinio, & hominum multitudine abundaſſe idem autor. A Piceno deducitur Picens: à Picentia verò Picentini, qui & ipſi populi ſunt Italiæ. *Multo magis*) te requiro. *Ex quo tempore*) id eſt poſtquam. [aliter, ſeu quòd, quæ lectio cum ſequẽtibus aptè congruit.] *Me commonent tui*) memorem me tui faciunt, te in mentem meam reducunt. [*Deſiderium abſentium*) propriè deſiderium rerum abſentium eſt. [*Perinde*) tam.] *Acuit*) incitat, accendit.

impatientius careas. Quicquid in cauſa, eripe me huic tormento: veni, aut ego illuc, vnde inconſultè properaui, reuertar, vel ob hoc ſolum, vt experiar an mihi; cum ſine me Romæ cœperis eſſe, ſimiles his epiſtolas mittas. Vale.

Impatientius) ardentius. *Careas*) ad idem, ſi leges cupias. *In cauſa*) huius deſiderii eſt. *Tormento*) ſolicitudini, affectui. *Veni in Vrbem*) vt medearis dolori meo. *Illuc*) Comum. [*Conſultò*) non temerè: quamuis etiam legatur, inconſultò.] *Similes*) conquerentes de abſentia mea, & efflagitantes aduentum in vrbem.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

SOleo nonnunquam in iudiciis quærere Marcũ Regulũ: nolo enim dicere deſiderare. Cur ergo quæro? habebat ſtudiis honorẽ, timebat, pallebat, ſcribebat: quamuis non poſſet ediſcere illud ipſum, quod oculum modo dex-

S*Oleo*) Taxat notabiliter actionem M. Reguli, cùm videatur probare, & apertè modum agendi ſuo tempore improbat: poſtquam publicos mores notauit, ad ſuos & Arriani amici reuertitur. *Iudiciis*) Centumuiralibus cauſis. *Deſiderare*) quod maius eſt quàm quærere. *Habebat ſtudiis honorem*) honorabat ſtudia. *Timebat*) nam timor eſt optimus ſtudiorum emendator. *Pallebat*) libro primo de eodem dixerat, Expalluit notabiliter quamuis palleat ſemper. Pallidi enim ſtudioſi creduntur nimia vigilia & vini parſimonia. quare iocus eſt Valerii Mart. in Oppianum, qui cùm eſſet mali coloris, cœpit ſcribere verſus vt videretur poeta, & illa Iuue. vellicatio. Tunc vtile multis

Pallere, & vinum toto neſcire Decembri. *Scribebat*) ſuprà legimus Regulum recitaſſe librum in Ruſticum, & alium de obitu filii ſui diuulgaſſe. *Dediſcere*) obliuiſci, deſueſcere. nam de compoſitum verbi ſignificationem eum quo iungitur interdum deſtruit, ſicut apud Græcos κατά. verbi cauſa μανθάνω id eſt diſco, καταμανθάνω, dediſco.

trum, modò ſiniſtrum cirumlinebat: dextrum, ſi à petitore, alterum, ſi à poſſeſſore eſſet acturus, quòd candidum ſplenium in hoc aut illud ſupercilium transferebat: quòd ſemper aruſpices conſulebat de actionis euentu animi ſuperſtitione, ſed tamen à magno ſtudiorum honore veniebat. Iam illa perquàm iucunda vnà dicentibus, quòd libera tempora petebat, quòd auditurosconrogabat. Quid denique iucundius, quàm ſub alterius inuidia, quamdiu velis, & in alieno auditorio quaſi deprehenſum cōmodè dicere? Sed vtcunq; ſe habent iſta, bene fecit Regulus quòd eſt mortuus, melius ſi antè. Nūc etiā ſanè poterat ſine malo publico viuere ſub eo principe, ſub quo nocere nō poterat. Ideo fas eſt, nonnunquam eum quærere. Nam poſtquam obÿt ille, increbuit paſſim, & inualuit conſuetudo, binas vel ſingulas

Circumlinebat) quidam frontem linebant vnguento vel ceruſa, deinde panniculum ſiue faſciam imponebant: quod ſplenium dicebatur: à quibuſdam exiſtimatum oculorum operimentum ad arcendam nimiam lucem. eius meminit Mart. lib. ij. Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem: item. viii. Talia lunata ſplenia fronte ſedent. lib. x. pro petioſa videtur vſurpaſſe. Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento, Albáve pictus ſana labra ceruſa. Secundum Pollucem (numeratur inter medicorum inſtrumenta. etiam) caput ſplenis dicitur ſplenium, quia σπληνιᾶν eſt ſplenem dolere. Plin. teſtatur herbam ſplenion lienibus mederi. *Alterum*) ſiniſtrum. damnabat Fabius eos, qui in dicendo opertos compreſſóſque oculos tenebant, neque niſi planè rudes, & ſtultos tales haberi poſſe. *A poſſeſſore*) pro reo. *Candidum ſplenium*) faſciam albam. *Hoc*) vnum. *Aruſpices*) qui per introſpectionem victimarum ariolabantur. *De actionis euentu*) antequam ageret an proſperè ſibi ceſſura eſſet actio. *Superſtitione*) ſuperuacua religione. nam ſuperſtitio eſt timor ſuperfluus & delirus: aut ab anieulis dicta ſuperſtitio, quæ multum ſuperſtites per ætatem delirant, & ſtultæ ſunt. Aut ſecundum Lucretium, ſuperſtitio eſt ſuperſtantium rerum, id eſt cæleſtium, & diuinarum, quæ ſuper nos ſtant, inanis & ſuperfluus timor. & ſuperſtitioſi, qui deos nimis timent. Autores habeo Seruium & Donatum. Alii ſuperſtitionis verbum originem habuiſſe volunt ab iis, qui filios ſuperſtites eſſe nimis importunè à diis efflagitarent: eùm tamen omnis importuna ineptáque religio poſſit ſuperſtitio appellari, quæ à Romanis olim tanquam peſtis ab vrbe ſæpius euulſa fuit: *Veniebat*) id conſulere aruſpices procedebat ex ſumma reuerentia, quam ſtudiis habebat: nam niſi de magnis deum conſulere non debemus. *Iam*) prætereà. *Vnà*) cum Regulo. *Libera tempora*) ſpatioſa, & ampla, quanta orator voluiſſet: intra tempus lege conſtitutum tantùm cauſidicis licebat agere, niſi longius dicendi ſpatium à iudicibus impetraſſent. *Audituros corrogabat*) congregabat qui ſe agentem audirent. *Alterius inuidia*) Reguli maliuolentia, qui tam impudenter peteret ad

dicendum longiſſima tempora. *Auditorio*) auditoribus quos Regulus cortogauerat. *Deprehenſum*) ex inſperato. *Commodè*) liberè, quantum, & quæ voles. *Vtcunque*) bene an malè. *Benefecit*) quia malus. *Meliùs*) feciſſet. *Si ante*) ſi mortuus eſſet ante Domitianum, ſub quo multa ſcelesta patrauit. *Principe*) Traiano, qui falſas accuſationes non admiſit: in quibus Regulus pollebat. *Ideo*) cùm non poſſet nocere. *Abijt*) obiit. [*Illa*) aliàs ille. vtraque lectio bona, ſi diſtinctionem transferas.] *Inoleuit*) inoleuit, in vſum venit, & recepta eſt.

clepſydras, interdum & dimidias, & dandi & petendi. Nam & qui dicunt, egiſſe malunt, quàm agere: & qui audiunt, finire quàm iudicare. tanta negligentia, tanta deſidia, tanta denique irreuerentia ſtudiorum, periculorúmque eſt. An nos ſapientiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores, quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur? Hebetes illi, & ſupra modum tardi? Nos apertius dicimus, celerius intelligimus, religioſius iudicamus, quia paucioribus clepſydris præcipitamus cauſas, quàm diebus explicari ſolebant. O Regule, qui ambitione ab omnibus obtinebas, quod fidei pauciſſimi præſtant. Equidem quoties iudico, quod vel ſæpius facio quàm dico, quantum quis plurimum poſtulat aquæ do. Etenim temerarium exiſtimo diuinare, quàm ſpatioſa ſit cauſa inaudita,

Clepſydras) tepere annotata in præcedẽtibus. *Dandi*) concedendi aduerſariorum aduocatis. *Egiſſe*) finiſſe actionem ſuam. *Finire*) finem imponere actioni. *Quàm iudicare*) quàm rectam ſententiam pronunciare. Perinde ac ſi diceret, aduocati faſtidiũ capiunt agendo: iudices non audiendo malè iudicant. Quare omnes quamprimum finem imponi quærunt officio ſuo. *Studiorum*) artis dicendi. *Periculorum*) reorumquos patroni cunctis artibus debent tutari. *Tot horas*) idem autor eſt accuſatori ſex horas, reo nouem ex lege conſtitutas, ſuper qua re iam multa annotauimus. *Tot dies*). xx. iuridicos Aſconio memorante. *Comperendinationes*) dilationes. *Illi*) maiores *Hebetes*) cæcutientes, & ingenio debili. *Nos apertius*) amara deriſio. *Religioſius*) iuſtius. *Paucioribus*) minoribus. xx. nam ſi clepſydra pro dimidia hora ſumitur, & reo decem & octo, quando plures concedebantur: reſpectu illius rectè dixit paucioribus clepſydris. *Præcipitamus*) in hoc loco faciunt verba Taciti de Oratoribus, Feſtinandum, inquit, eſt apud iudices, qui non accipiunt tempora, ſed conſtituunt. Nec expectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipſo negocio dicere: ſed ſæpe vltro admonent, atque aliò tranſgredientem reuocant, & feſtinare ſe teſtantur. *O Regule*) extrinſecus ſumendum tale quid, ſi nunc viueres, quid diceres? *Obtinebas*) impetrabas à iudicibus tempus orandi liberum. *Ambitione*) quod tamen faciebas, non ad vtilitatem clientum, ſed honoris tui affectatione. *Pauciſſimi*) rariſſimi aduocati. *Præſtant*) concedunt clientibus, [quibus ſummam debent fidem.] *Iudico*) datus ſum iudex. *Dico*) ago cauſam. [*Aquæ*, i. tẽporis. Nam clepſydris aqua refertis (vt dictum eſt ſuprà) horas dimetiebantur veteres.] [*Qui docet*) indicem intelligit. nam priuſquam cauſa ageretur, per indicem, qui olim dabatur, poſt trigeſimum diem rem exponebant. Indicem ergo intelligit per eum qui docet: ſenſus eſt, ſi diſceptantes petunt à me plurimum temporis, concedere ſoleo: ſed tantumdem do ei qui cauſam exponit, vt ſigillatim, & commodè poſſit me docere. Eſt autem docere, narrare, & argumentis confirmare. Legitur etiam qui dicit non abſurdè. Sunt tamen

qui non legunt, quantum quas plurimum temporis poſtulat tamen de eo qui docet, ſed quantum quis plurimum poſtulat a-quæ do. vt ſit ſenſus, concedo totum illud ſpatium ad dicendum, quod intelligit per aquam defluentem clepſydra quantum quis me poſtulat. *Diuinare*) velle cognoſcere antequam intelligant cauſam: cuius momenti ſit, quod faciunt iudices, qui tempus debitum acturo non permittunt.

tempúſque negotio finire, cuius modum ignores: præſertim cùm primam religioni ſuæ iudex patientiam debeat, quæ pars magna iuſtitiæ eſt. At quædam ſuperuacua dicũtur etiam: ſed ſatius eſt & hæc dici, quàm non dici neceſſaria. Præterea, an ſint ſuperuacua, niſi cùm audieris, ſcire non poſſis. Sed de his melius coràm; vt de pluribus vitijs ciuitatis. Nam tu quoque amore communium ſoles emendari cupere, quæ iam corrigere difficile eſt. Nunc reſpiciamus domos noſtras. Ecquid omnia in tua rectè? in mea noui nihil. mihi autem & gratiora ſunt bona, quòd perſeuerant: & leuiora incommoda, quòd aſſueui.

Tempúſque negocio finire) præſtituto tempore concludere rem cuius magnitudinem neſcias. *Finire*) aſcribere, determinare. *Debeat patientiam*) ſcilicet præſtare: debet enim iudex eſſe patientiſſimus ad audiendum. Iuriſconſulti frequenter dicunt, patientiam præſtare, vt Marcellus ff. xxxix de operis noui nunciatione, & Vlpianus. xliii. titulo quod vi aut clam: & libro quadrageſimoſexto de ſolutionibus. Item. ff. xxxix. de operis noui nunciatione, & ibidem Paulus. *Primam religionis ſuæ*) quam obſeruare imprimis debet inter cætera ſuæ fidei conuenientia: nam Seneca capite de iuſtitia inquit. de fide, & religione ſcias agi, vbicunque de veritate tractatur. Pars magna iuſtitiæ: cùm enim iuſtitia ſit conſtans, & perpetua voluntas ſecundum Iuſtinianum, non immeritò patientiam iuſtitiæ magnam partem nominauit. *At quædam*) occurrit obiectioni. *Dicuntur*) à cauſidicis. *Etiam*) ſic eſt. concedo ſuperuacua dici. etiam enim conſentientis aduerbium eſt. *Hæc*) ſuperuacua. *Non dici*) anguſtia temporis. *Coràm*) viua voce tractabimus. *Communium*) Reip. noſtræ, Romanæ: (vel communium ſcilicet tibi mecum, quemadmodum communem amicum dicimus quo vtrinque æquè fruimur. *Emendari*) plus eſt corrigere, quàm emendare: nam, qui corrigit in rectum reducit: qui emendat, vitium operit, & mendæ ſuperinducere conatur velamen aliquod. *Difficile*) quia inueterata vitia difficile curantur. *Noſtra*) noſtros mores: primùm enim cognoſcere ſeipſum. [legitur etiam noſtras domos, ſicut mox, in tua.] *Et quid*) nunquid. *In tua rectè*) ſe habent. *Nihil*) noui eſt. *Bona*) quæ ſunt in rebus meis, ſi qua tamen ſunt. *Perſeuerant*) quòd non abſcedunt. *Quod aſſueui*) nam ab aſſuetis ſi ſit affectus, non tãtus ſit.

C. PLINIVS VERO SVO S.

Ratias ago, quòd agellum quem nutrici meæ donaueram, colendum ſuſcepiſti. Erat, cum donarem centum millium nũmûm: po-

Ratias) Vero agricolationi intento commẽdat agrum, quẽ nutrici ſuæ dono dederat. Veros plures Spartianus,

& Capitolinus monumentis tradunt. Huius autem tanquam obſcurioris nulla apud alios fit mentio. *Erat*) æſtimabatur precio.

ſtea decreſcēte reditu, etiam precium minuit, quod nunc te curante, reparabit. Tu modò memineris commendari tibi à me non arbores, & terram (quanquam hæc quoque) ſed munuſculum meum, quod eſſe quàm fructuoſiſſimum non illius magis intereſt, quæ accepit, quàm mea, qui dedi. Vale.

Curante) excolente. nam diligenti cultura precia prædiorum ampliantur, quia reditus ſupercurrit: ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt, quod reſcripſerunt diui fratres autore Calliſtrato de iure fiſci. *Reparabit*) reſumet. reſtituetur in precium centum millium nummûm. *Hæc quoque*) commendantur. *Munuſculum meum*) quia ego donaui. *Illius*) nutricis. *Quàm mea*) vt videar donaſſe rem precioſam.

C. PLINIVS CALPHVRNIAE SVAE S.

NVnquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me nō ſunt paſſæ, aut proficiſcentem te valetudinis cauſa in Campaniam proſequi, aut profectam, è veſtigio ſubſequi. Nunc enim præcipuè ſimul eſſe cupiebam, vt oculis meis crederem, quid viribus, quid corpuſculo acquireres, & qui denique ſeceſſus voluptates regioniſque abundantiam inoffenſa tranſmitteres.

NVnquam) Conqueritur nō ſibi licuiſſe per occupationes in Campaniam cum vxore Calphurnia ſecedere: inibíque multa amabiliter diſſerit, & hortatur vt ſaltem pluribus epiſtolis timori ſuo prouideat. Calphurniam Secundi vxorem teſtantur tres eiuſdem epiſtolæ, & Sidonius libro ſecundo. *Valetudinis bonæ*) recuperandæ. *In Campaniam*) vbi Fabatus Secundi proſocer villam Camillianam poſſedit. *E veſtigio*) ſtatim poſt digreſſum tuum. *Viribus acquireres*) aſtrueres firmitati tuæ: erat enim debilis. & ideo in Campaniam Italiæ regionem apricam ſeceſſerat. *Corpuſculo*) per hoc colligitur Calphurniam fuiſſe paruæ ſtaturæ, & exilis [Quidam legūt adpareres: vſitatius eſt acquireres.] *Et qui*) & quomodo. *Seceſſus voluptates*) ſecundum Eutropium nulla magis regio ad ocium & voluptatem accommodata, quàm Campania. Siquidem non modò Italiæ, ſed pene toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt: nihil hoſpitabilius mari. Hic illi nobiles portus Caieta, Miſenus, tepentéſque fontibus Baiæ, & ad voluptatem, & ad ſanandos morbos commodiſſimæ, Lucrinus, & Auernus, quædam maris oſtia: hic amici vitibus montes Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus cunctorum Veſuuius: vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Herculanium, Pompei, & ipſa caput vrbium Capua: quæ quondam intra tres maximas Romam, Carthaginémque nominata: nam roſam fert odoratiorem ſatiua, vnde vulgò dictum plus apud Campanos vnguenti, quàm apud cæteros olei fieri. Eſt enim amœniſſimus Campaniæ tractus, ſi quis vbertatem ſoli, cæli temperiem, aprica collium, opaca nemorum, innoxios ſaltus, vitium olearúmque prouentus, nobilia pecuaria cogitauerit: ibi ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. hæc littora fontibus calidis rigantur:

gantur: prætérque cætera in toto mari conchylio, & piſce nobilitantur: nuſquā generoſior oleæ liquor. & hoc quoque certamen humanę voluptatis tenuere Oſci, Græci, Vmbri, Thuſci, Campani. *Regioniſque abundantiam*) Campania ſeritur toto anno, panico ſemel, bis farre. ſed campus, qui circa Capuam eſt, & Laborix vocatur, à Græcis Philegræus, cæteras terras fertilitate ſuperat, & in delitias alicæ politur meſſis. *Inoffenſa*) ſana.

Equidem etiam fortem te, & non ſine cura deſiderarem. Eſt enim ſuſpenſum & anxium de eo, quem ardentiſſimè diligas, interdum nihil ſcire. Nunc verò me cū abſentiæ, tum infirmitatis tuæ ratio, incerta & varia ſolicitudine exterret. Vereor omnia: imaginor omnia: quæq; natura metuētiū eſt, ea maximè mihi, quæ maximè abominor, fingo. Quo impenſius rogo, vt timori meo quotidie ſingulis, vel etiam binis epiſtolis conſulas. Ero enim ſecurior, dum lego: ſtatímque timebo, cùm legero. Vale.

Equidem) ego quidem, more Virgiliano. *Fortem*) bene valentem. quamuis ſana eſſes, & abſens tamen tibi timerem, quanto magis Inualidæ. *Eſt ſuſpenſum, & anxium*) facit hominem ambigere, & dubitare, neque parum æſtuare. *Nihil ſcire*) nullum nouum intelligere. *Ratio*) cauſa reſpectus. *Omnia*) mala *Metuentium*) qui omnia aduerſa ſuſpicantur. *Quæ abominor*) quæ omine abiicio, vt puta mortem. Abominetur, inquit Columella, arator herbam, tanquam omen triſte expuat. *Fingo*) imaginor. *Conſulas*) ſubuenias. *Securior*) cùm legam tibi bene eſſe, timebo: ne poſt miſſas literas noui mali aliqd te preſſerit.

C. PLINIVS VRSO SVO S.

Scripſeram tenuiſſe Varenum, vt ſibi euocare teſtes liceret, quod pluribus æquum, quibuſdam iniquum, & quidem pertinaciter, viſum, maximè Licinio Nepoti, qui ſequenti Senatu, cum de rebus aliis referretur, de proximo Senatuſconſulto diſſeruit, finitámque cauſſam retractauit. Addidit etiam, petendum à Conſulibus, vt referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarum, an placeret in futurum ad

Scripſerā) Licinius Nepos poſtquā Varenus obtinuerat, vt ſibi teſtes pro defenſione liceret euocare: cœpit petere, vt legi repetundarum adiiceretur licere reis denunciare teſtes: cui relationi multi contradixerunt, ſed præſertim Iubentius Celſus: inter quos orta contentione ad lites vſque proceſſum eſt. *Tenuiſſe*) impetraſſe à Senatu. quod paulo antè legimus. *Euocare*) ex Bithynia in vrbem conuocare. & milites euocati auxiliares dicuntur ſubito tumultu à Conſule conuocati ad opem Reip. ferendam: ea militia dicitur euocatio. verùm apud Macrobium euocatio appellatur, quando dij euocantur ab aliqua vrbe excidenda. *Sequenti Senatu*) cùm primùm Senatus habitus eſt. *Referretur*) poneretur in conſultationem. *Proximo*) nuper facto, vt Vareno liceret teſtes euocare. *Finitam*) iam decretam. *Retractauit*) renouauit, reuiſit, recogno-

uit:eſt enim retractare, quod omiſeris re petere & mutare. ſic ferrum retractatum, ſic ſcripta iam omiſſa: deinde emendata dicimus retractata. *Sub exemplo legis ambitus*) Ad imitationem legis ambitus, qua cauebatur, vt ſicut accuſatoribus licebat inquirere, & teſtibus denunciare: ita reis pariter ius eſſet. De ambitu Liuius vij. ab Vrbe condita, [tunc primum] refert à Cn. Petilio Tribuno pl. autoribus patribus ad populum relatum fuiſſe, eáque rogatione nouorum maximè hominum, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti e-

rant, compreſſa credita, haud æquè patribus læta. M. Tullius in Vatinium tradit ſe tuliſſe legem de ambitu ex Senatuſconſulto, id quod pro Murena repetit. ſed Liuij abbreuiator lib xlvij. ante Ciceronem, legem de ambitu latam teſtatur. Fuit autem ea lex conſtituta Reip cauſa ſicut repetundarum: Tacitus tamen inquit, Candidatorum ambitus Iulias leges peperit. Sub principe verò ceſſat lex ambitus: teſtes ſunt Iuriſconſulti *Placeret*) Senatui. cúi liberum eſt intendere leges, & mollire.

eam legem adiici, vt ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibúſque denunciandi poteſtas ex ea lege eſſet: ita reis quoque fieret. Fuerunt quibus hæc eius oratio, vt ſera & intempeſtiua, & præpoſtera, diſpliceret: quæ omiſſo contradicendi tempore caſtigaret peractum, cui potuiſſet occurrere. Iubentius quidem Celſus Prætor, tanquam emendatorem Senatus, & multis, & vehementer increpuit. Reſpõdit Nepos,

Eam) eepetundarum.

Denunciandi) denunciare eſt futurum aliquod nunciare. Quo verbo frequenter vtitur Cicero in Orationibus: & Secũdus mox inquit, Quid denunciationibus & quaſi minis ago? Nam ferè in partem ſumitur hoſtilem. *Prepoſtera*) inuerſa *Contradicendi tempore*) cùm de ea agebatur, & nondum eſſet decretum Senatuſcõſultum. *Peractum*) iam tranſactũ.

nam præterita, dicente apud Liuium Annibale, magis reprehendi quàm corrigi poſſunt. *Occurrere*) in tempore contradicere. *Iubentius Celſus prætor*) Vlp. ff. v. pridie Idus Martias, Q. Iulius Balbus, & P. Iubentius Celſus Coſſ. verba fecere de his, quæ Imperator Cæſar Adrianus Traiani Parthici filius propoſuit. Idem lib. ff xxxviii. de operis libertorum ſcribit Iubentium Celſum fuiſſe Iuriſconſultum: ſic Pomponius de iuris origine Celſos patrem, & filium Iuriſconſultos tradit, & Marcellus. ff. xxxii. filium Conſulem ponit, & libro. xxix extat Plotianæ epiſtola ad Iubentium Celſum, & eiuſdem ad illam. Iubentius Celſus cum primoribus vrbis coniurationem iniens contra Domitianum, ideóque accuſatus, admirabiliter vitauit periculum: nam cùm iniicerent ei manus, dixit ſe quædam ſecretò velle Domitiano deferre, & ſupplex dominum deúmque ſæpius inuocans, inquit, Nihil tale admiſi, verùm ſi mihi dilationem dederis: quorum particeps non ſum, omnia explica-

bo, multóſque manifeſtabo, ac conuincã: inde dimiſſus nullum detexit, aliquando alias cauſas prætexens, diſtulit confeſſionem vſq; in Domitiani necem. poſt quæ Dion in Traiano hæc addidit, Celſum Traiano charum, & ſtatuam ei in publico iuſſu Imperatoris erectam, virúmque optimatem fuiſſe, & inuito Adriano ex decreto Senatus Baiis interfectum, quod necem Imperatori moliretur. Autores habeo Spartianum, & Dionem. quanquam mẽdoſè apud Spartianum legatur, Adrianum in conſilio habuiſſe Iulium Celſum Iuriſconſultum: Tu repone Iubentium Celſum. proinde is fuit rhetor eloquentiſſimus: quod etiam Iuuenalis indicat, Celſo dictare paratæ: tameſi interpretes ſignificaſſe velint Cor. Celſum, cùm is fuerit mediocris orator, nec temporibus ſatyrographi: inde pariter decepti ſunt. viij. Satyra ſuper illud Nec dubitant Celſi Prætoris vendere ludis. Vbi neque Cor. Celſum, neque pro adiectiuo poſitum celſum, vt quidam ariolantur, vel vno Secundi teſtimonio ſatis conſtat ac-

cipi poſſe: ſed Iubeotium Celſum Prætorem ſub Traiano, quo principe ſatyram ſuam poeta condidit. [ex codice Plinij tranſcriptus fuit antiquus hic libellus, ſiue ſupplicatio manu Campani. Cùm ante hos dies coniugem & filium amiſerim oppreſſus neceſſitate, corpora eorum fictili ſarcophago commendauerim, donec is locus, quem emerá, ędificaretur via flaminia, inter miliarium .ij. & .iij. parte læua. Rogo domine Imperator permittatur mihi in eodē loco in marmoreo ſarcophago, quem mihi modò comparaui, ea corpora colligere, vt quando eſſe deſiero, pariter cum eis ponar. Secretum fieri placet. Iubentius Celſus promagiſter ſubſcripſi. III. Non. Nouembr. Antio Pollione & Opiminio. Coſſ. Ordinales Seuero & Subioniano Coſſ.] Celſi qui curam equitum in bello Othoniano ſumpſit meminit Tacitus. alij prodidere Titum Iuuentium oratorem fuiſſe in dicendo lentum ac pene frigidum, ſed callidum, & in capiendo aduerſarium, verſutum, prætcrea nec indoctum, & magna cum Iuriſcitulis intelligeotia. Sabino Iubentio reſcripſiſſe diuum Pium retulit Vlp pariter Cęcilio Iubentiano. [Iuucorij Secuodi Coſſ. in Brixianorum monumeotis ioterdum mentio fit.]

rurſúſque Celſus: neuter contumelÿs temperauit. Nolo referre, quæ dici ab ipſis moleſtè tuli: quo magis quoſdam è numero noſtro improbaui, qui modò ad Celſum, modò ad Nepotem, prout hic vel ille diceret, cupiditate audiendi curſitabant: & nunc, quaſi ſtimularent & accenderent, nunc quaſi reconciliarent, componeréntque: frequentius ſingulis, ambobus interdum propitium Cæſarem, vt in ludicra aliquo, precarentur. Mihi quidem illud etiam peracerbum fuit, quòd ſunt alter alteri, quid pararent, indicati. Nam & Celſus Nepoti ex libello reſpondit, & Celſo Nepos ex pugillaribus. Tanta loquacitas amicorum, vt homines iurgaturi, idipſum inuicem ſcirent, tanquam conueniſſet. Vale.

Rurſúſque Celſus) reſpondit Nepoti. *Temperauit*) abſtinuit. *E numero noſtro*) Senatorii ordinis. *Ad*) iuxta, in partes. *Accenderent*) incitarent, irritarent *Frequentius*) ordo eſt, frequentius precabantur Cæſarem Traianum propitium ſingulis: interdum precabaniur ambobus, vt aſſolet fieri in ludicro aliquo. dicam apertius. Qui modò ſtimulabant, modò reconciliabant Celſum & Nepotem, Traianum tunc in Senatu precabantur, vt vellet fauere Celſo, vel Nepoti, tanquam ſi ageretur aliqua res ludicra. Ludicra autem ars, quæ ludi gratia fit, vt ſcenica, & hiſtrionica. Poſſidonius, autore Seneca, quatuor eſſe ait genera artium. nam ſunt vulgares, & ſordidæ, ſunt ludicræ, ſunt pueriles, ſunt liberales. Ludicræ ſunt, quæ ad voluptatem oculorum auriúmque tendunt, qualis ſcenica & hiſtrionica, vnde tibiam eius cauſa comparatam Plinius ludicram vocat. His annumeres licet machinatores, qui pægmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata taciiè in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiſcentibus quæ cohærebant, aut his quæ diſtabant ſua ſponte cohærentibus, aut quæ eminebant paulatim in ſe reſidentibus: quibus imperitorum feruntur oculi. qui omnia ſubita, quia cauſas non nouere, mirantur. Et qui artem ludicram exercuiſſet, ius non habebat ſedendi in .xiiij. gradu. *Alter alteri*) implicita prolepſis. *Libello*) ſupplicatione, accuſatione. *Pugillaribus*) libris lineis cæra illitis. *Amicorum loquacitas*) vtriuſque familiarium delatio. nam amici Nepotis ſignificarunt Celſo, quid Nepos pararet: & Celſi, quid ille Nepoti. *Conueniſſent*) conſtituiſſent inter ſe id facere: vel conueniſſet, inter eos decretum eſſet.]

C. Plinivs Fvndano Svo S.

SI quando, nunc præcipuè cuperem eſſe te Romæ, & ſis rogo. Opus eſt mihi voti, laboris, ſolicitudinis ſocio. Petit honores Iulius Naſo, petit cum multis, cum bonis, quos vt glorioſum, ſic eſt difficile ſuperare. Pendeo ergo, & exerceor ſpe, atque afficior metu, & me conſularem eſſe non ſentio. nam rurſus mihi videor omnium quæ decucurri Candidatus. Meretur hanc curam longa mei charitate: eſt mihi cum illo non ſanè paterna amicitia: neque enim potuit eſſe per meam ætatem. Solebat tamen vixdum adoleſcentulo mihi pater eius cum magna laude monſtrari. erat non ſtudiorum tantum, verumetiam ſtudioſorum amantiſſimus: ac propè quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequentabam, Quintilianũ & Niceten Sacerdotẽ, vẽtitabat: Vir alioqui clarus & grauis, & qui prodeſſe filio memoria ſui debeat. Sed multi nunc in ſenatu, quibus ignotus ille, multi, quibus notus, ſed non niſi viuentes reuerentur: quo magis huic, omiſſa gloria patris, in qua magnum

S*I quãdo*) Quàm diligenter pro amicorum dignitate debeamus operam noſtram ac noſtrorum præſtare, ſatis alibi: ſed præſertim hac epiſtola monet Secundus, qui pro Iulio Naſone honores petituro rogat Fundanum ſuum, vt ideo veniat Romam, quia ſuſceperat candidatum: & verebatur ſi repulſam pateretur, ne ſibi illuderetur. *Si quando*) optaui. *Voti ſocio*) te adiutore vt votum meum conſequar. *Petit cum bonis*) habet bonos viros competitores. *Pendeo*) ſuſpenſus ſum inter ſpem & metum. *Conſularem*) iam functum conſulatu, & per id aliqua gratia & autoritate apud ſenatores, aliquando non. *Videor mihi*) rurſus eſſe candidatus cùm timeo. *Candidatus omnium*) dignitatum, magiſtratuum, poteſtatum, tanquam ſi omnes dignitates iam à me me geſtas nunc primùm pro me peterem. *Quæ decucurri*) quibus functus ſum: ſunt etiam qui ſic diſtinguant, rurſus mibi videor conſularis, id eſt alicuius autoritatis: quia prædixerat, exerceor ſpe. deinde ſequentia ordinenr, candidatus, id eſt Naſo, meretur hanc curam omnium quæ decucurri, dignus eſt vt exerceat ſpe, afficiar metu in petitione omnium honorum, quos ego geſſi. *Mei charitate*) amore ſuo erga me. *Paterna*) reſpectu patris eius: non enim initium ſumpſit ab illo. *Aetatem*) quia puer ego, ille iam natu grandis. *Monſtrari mihi*) tanquam vir admirabilis digito ab aliis mihi demonſtrari. *Quintilianum*) quem ſuprà teſtatus eſt habuiſſe præceptorem. *Nicetam*) nullum temporibus Traiani alibi legere memini: nam Nicea Athenienſium imperator, & Megarenſis alter vetuſtiores fuerunt. [quare libentius legerem Nicetem: quo Seneca lib. i. Suaſoriarum, Memini vnà nos ab auditione Nicetis ad Meſſallam veniſſe. Nicetes ſuo impetu valdè Græcis placuit: quærebat à Gallione Meſſalla, quid illi viſus eſſet Nicetes. Gallio ait, plena deo: quoties audiuerat aliquem ex his declamatoribus quos ſcholaſtici caldos vocant, ſtatim dicebat plena deo. Addubito tamen eum non tantùm vixiſſe, vt à Cæcilio audiri potuerit.] *Alioquin*) inſuper. *Filio*) Naſoni. *In ſenatu*) nam commendatione ſenatus interdum candidati præferebantur. Q. Cicero ad M. Fratrem

pro petitione Conſulatus monet com-parandos & confirmandos magiſtratus ex ciuibus, maximè Conſules, deinde Tribunos pleb. ad conficiendum centurias. Admonendi ſumus ſuffragia iudicio ſenatus commiſſa à Traiano, & populo adempta, quod apertè taxat Iuuenalis dicens, nam pridem ex quo ſuffragia nulli Vendimus, effugit curas, nam qui dabat olim Imperium, faſces, legiones, omnia: nunc ſe Continet. *Viuentes*)dum viuunt, tanquam abeat amor cum vita.

ornamentum, gratia infirma, ipſi enitendum & laborandum eſt. Quod quidē ſemper quaſi prauideret hoc tempus, ſedulò fecit, parauit amicos, quos parauerat, coluit: me certè, vt primùm ſibi ætas iudicare permiſit, ad amorem imitationémque delegit. Dicenti mihi ſolicitè adſiſtit, adſidet recitanti: primus etiam & cum maximè naſcentibus opuſculis meis intereſt, nunc ſolus, antè cum fratre, cuius nuper amiſſi ego ſuſcipere partes, ego vicem debeo implere. Doleo enim & illum immatura morte indigniſſimè raptum, & hunc optimi fratris adiumento deſtitutum, ſoliſque amicis relictum. Quibus ex cauſis exigo vt venias, & ſuffragio meo tuum iungas, permultum intereſt mea, te oſtētare & tecum circuire. ea eſt autoritas tua, vt putem me efficacius tecum etiam meos amicos rogaturum. Abrumpe, ſiqua te retinent. hoc tempus meum, hoc fides, hoc etiam dignitas poſtulat. Suſcepi Candidatum. & ſuſcepiſſe me notum eſt: ego ambio, ego periclitor. In ſumma, ſi datur Naſoni quod petit, illius honor: ſi negatur, mea repulſa eſt. Vale.

Ornamentum)collocatū eſt Naſoni. *Ipſi enitendum*) ipſi elaborandum. membra paria. *Hoc tempus*) petendorum honorum. *Parauit amicos*) Faciunt hîc Q. Ciceronis verba ad M Fratrem, Amicorum ſtudia beneficiis & officiis & vetuſtate & facilitate, ac iucunditate natura parta eſſe oportet: ſed hoc nomen amicorum in petitione latiùs patet quàm in cetera vita: quiſquis eſt enim qui oſtendat aliquid in te voluntatis, qui colat, qui domum ventitet: is in amicorum numero habendus eſt. Mamertinus pro Conſulatu. Quis ignorat tum quoque cùm honores populi Rom. ſuffragiis mandabantur, multos fuiſſe candidatorum labores. ediſcenda omnium nomina tribuum, omnes atque etiam ſinguli ſalutandi: prenſandæ obuiorum manus, omnibus arridendum: non ſolùm cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda. *Me certè*) ordo eſt, certè delegit me ad amorem & imitationem, vt primùm permiſit ſibi iudicare, id eſt, profectò elegit vt me amaret & imitaretur, quamprimùm iudicium fecit de me. *Dicenti*)agenti. *Cum maximè*)præſertim. *Amiſſi*)mortui. *Raptum*)rapi propriè dicuntur iuuenes, quorum funera ſunt immatura. ſcatent huius verbi innumera apud autores exempla. *Oſtentare*)demonſtrare Naſoni velle ſuffragari: nam multi ſequentur exemplum tuum. *Circuire*)ambire ſuffragia. *Tecum*)te duce. *Abrumpe*)interpone. *Meum*)pignoratum eſt vſui meo. *Dignitas*)mea dignitas exigit vt adiuues, ne periclitetur ex repulſa [Naſonis.] *Suſcepi*)tuendum: nam ſuſcipimus confugientes ad nos opis gratia. *Ambio*) conquiro ſuppliciter hunc magiſtratum. *Periclitor*)nam maximo amori maximus timor iunctus eſt. *Repulſa*)dedecus, contumelia. qui enim patiebantur repulſam, deſpecti & contempti credebanur.

C. PLINIVS CALPHVRNIAE SVAE S.

SCribis te abſentia mea non mediocriter affici: vnúmque habere ſolatium, quòd pro me libellos meos teneas, ſæpe etiam in veſtigio meo colloces: gratum eſt, quòd nos requiris, quòd his fomentis acquieſcis. inuicem ego epiſtolas tuas lectito, atque identidem in manus quaſi nouas ſumo: ſed eo magis ad deſiderium tui accendor Nam cuius literæ tantum habent ſuauitatis, huius ſermonibus quantum dulcedinis ineſt? tu tamen frequentiſſimè ſcribe, licet hoc ita me delectet vt torqueat. Vale.

SCribis) Reſpôdet vxori Calphurniæ, quæ tunc erat in Campania, ſe non minori deſiderio pro illa teneri, quàm illa pro ſe. *Affici*) lædi, triſtari. *Veſtigio*) lecti. ea ſcilicet cubilis parte qua ſoleo iacere. *Fomentis*) ſolatiis, medelis. *Acquieſcis*) reficeris. *Identidem*) frequẽter. *Eo*) quòd epiſtolas tuas lectito. *Hoc*) legere tua ſcripta ſuauia. *Torqueat*) quia tunc magis ſubit recordatio, non licere mihi coràm frui tanta voluptate.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

ATtilium Creſcentem & noſti & amas. quis enim illum ſpectatior paulo, aut non nouit, aut non amat? hunc ego non vt multi, ſed arctiſſimè diligo. oppida noſtra vnius diei itinere dirimuntur, ipſi amare inuicem, qui eſt flagrantiſſimus amor, adoleſcentuli cœpimus. manſit hic poſtea, nec refrixit iudicio, ſed inualuit.

ATtilium) Priſco ſuo enarrat amicitiam ſuam ab adoleſcentia eum Attilio Creſcente: quod eò tendit vt Priſcus ſolicitet Maximum Valerii Vari hæredem reddere cum vſuris pecuniam, quam Varus Attilio debuerat. *Paulo ſpectatior*) dignior, & paulo clarior. tanquam ſi diceret; notus & prædilectus eſt omnibus viris autoritate præditis, qualis tu es. *Oppida noſtra*) patria vtriuſque. oppida iuxta Comum ſunt, quæ vno die inde poſſunt adiri, Bergomum, Laus Pompeia: Nouaria: ſed præcipuè Mediolanum, [quare adducor Attilium Creſcentem potius fuiſſe Mediolanenſem, vel ob illam vetuſtatam memoriam in cœnobio Diui Ambroſij Mediolani, ATTILIUS A. F. CRESCENS. V. P. TABVLARIO PALATI. illæ autem literæ V. P. ſignificant virum perfectiſſimum: qui dignitatis gradus repetitur in Inſtitu. Iuſtiniani.] *Ipſi adoleſcentuli*) nos à teneris annis: tunc enim amor vehementior, & inchoatus pertinacius durat. *Hic manſit*) amor durauit. *Nec refrixit iudicio*) poſtquam peruenimus ad eam ætatem qua iudicare potuimus, non diminutus eſt amor, quòd alius alium indignum amicitia iudicaret: ſed potius creuit.

Sciunt qui alterutrum noſtrum familiarius intuentur. Nam & ille amicitiam meam prædicatione circumfert, & ego præ me fero, quàm ſit mihi curæ modeſtia, quies, ſecuritas eius. Quinetiam cùm inſolentiam cuiuſdam tribunatum plebis inituri, vereretur: idque indicaſſet mihi, reſpondi, Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει. *Quorſus hæc? Vt ſcias non poſſe Attilium, me incolumi iniuriam accipere. Iterum dices. Quorſus hæc? Debuit ei pecuniam Valerius Varus: huius eſt hæres Maximus noſter: quem & ipſe amo: ſed coniunctius tu. Rogo ergo, exigo etiam pro iure amicitiæ, cures, vt Attilio meo ſalua ſit non ſors modò, ſed etiam vſura plurium annorum. homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens, nullis quæſtibus ſuſtinetur. nullus illi, niſi ex frugalitate redditus. Nam ſtudia, quibus plurimùm præſtát, ad voluptatem tantùm & gloriam exercet: grauis eſt ei vel minima iactura, quia reparare quod amiſeris grauius eſt. Exime hunc illi, exime hunc mihi ſcrupulum: ſine me ſuauitate huius, ſine leporibus perfrui. neque enim poſſum triſtem videre, cuius hilaritas me triſtem eſſe non patitur. In ſumma noſti facetias hominis: quas velim attendas, ne in bilem & amaritudinem vertat iniuria. quam vim habeat offenſus, crede ei, quam in amore habet. non feret magnum & liberum ingenium cum contumelia damnum. Verùm*

Sciunt) norunt quantum nos amemus. *Prædicatione*) laudatione. *Circumfert*) vulgat. *Præ me fero*) oſtendo *Inſolentiam*) contumeliam, ſuperbiam. οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, id eſt nullus me viuente. ſume extrinſecus, tibi manus inferet. principium carminis ex primo Iliados, vbi talibus Achilles Calchanta vatem alloquitur. οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει· id eſt, nullus me viuente & ſuper terram intuente, tibi cauas apud naues infeſtas man⁹ inferet. *Quorſus hæc?*) cuius gratia hæc verba præmiſi? *Valerius Varus*) Vari Syriæ præfecti meminit Ioſephus *Noſter*) vtriuſque amicus. *Sors*) prima pecunia, cui ſupercurrit Fœnus, vulgò Capitale dicitur non abſurdè. *Vſura*) reditus & fructus, qui percipitur ex vſu alicuius rei. Papinianus de vſuris & fructibus cùm in iudicio bonæ fidei diſceptatur arbitrio iudicis, vſurarum modus ex more regionis vbi contractum eſt, conſtituitur, ita tamen vt legi non offendatur. [Fœnus cohibitum eſt ab antiquis. nam primo duodecim tabulis ſancitum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, deinde rogatione tribunitia ad ſemuncias redactũ. poſtremo vetita verſura, multiſque plebiſcitis obuiã itum. poſtremò inſecuta eſt lex dictatoris Cæſaris ſi Tacito credimus, qua de modo credẽdi poſſidẽdique intra Italiã cauebatur.] Vlpia. Cùm patrifamilias mora facta ſit, iã in hæredibus eius nõ quęritur mora: nã tũc hęredi ꝓximo, hęreditario iure ea cõpetit: ſufficit.n. ſemel mora filii, vt vſurę vel vſufructus ꝑpetuò debeãtur: ideóq; ad cæteros quoq; deinceps trãſmittetur. *Frugalitate*) parſimonia: ꝙ viuit parcè *Præſtat*) excellit. *Ad voluptatẽ* delectationis gratia nõ lucri. *Reparare*) reſtaurare, recuperare. *Scrupulũ*) difficultatẽ. ſic lib. iii. dixerat, exime hũc mihi ſcrupulũ. *Leporib⁹*) facetiis, venuſtate: lepôs.n. autorib⁹ Donato & Cicerone, venuſtas &

feſtiuitas eſt: vnde mimo illi quòd gratioſè ſaltaret & eloqueretur, nomen inditum Lepôri. Lepidus autem qui politus eſt. *Facetias hominis*) libro primo cruditiſſimè ſimul, & facetiſſimè locutum Attilium teſtatus eſt. *Bilem*) virus. *Vim*) vehementiam. *Eam*) talem habere, & per id ſummam. *Liberum ingenium*) libertate dicendi vtens, non blandiens, ſed fortiter loquens. Senec. in Prouerbiis, Contumeliam nec fortis poteſt, nec ingenuus pati. Item, Ingenuitas non recipit contumeliã.

vt ferat ille, ego meum damnum, meam contumeliam indicabo: ſed non tanquam pro mea, hoc eſt grauius, iraſcar. quanquam quid denunciationibus & quaſi minis ago? quin potius vt cœperam, rogo, oro, des operam, ne ille ſe, quod validiſſimè vereor, à me, ego me neglectum à te putem. dabis autem, ſi hoc perinde cura eſt tibi, quàm illud mihi. Vale.

Vt) quamuis. *Indicabo*) non diſplicet vt legatur, vindicabo, id eſt vlciſcar. *Hoc eſt grauius, iraſcar*) interpretatio, color. *Se putet* [*neglectum*] *à me*) quòd non commendauerim diligenter negocium eius apud te. quod fieret ſi nihil cum Maximo perfeceris. *Hoc*) ſcilicet ne ego me neglectum à te putem: illud ne ille putet ſe neglectum à me.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

COmmendas mihi Iulium Naſonem candidatum. Naſonem mihi? quid ſi meipſum? fero tamen & ignoſco. eundem enim commendaſſem tibi, ſi te Romæ morante ipſe abfuiſſem. Habet hoc ſolicitudo, quòd omnia neceſſaria putat. tu tamen cenſeo alios roges: ego precum tuarum miniſter, adiutor, particeps ero. Vale.

Commẽdas) Reſpondet Tacito Naſonem candidatum ſibi commendanti: & neſcio quantopere illum ſuſcepiſſet. *Naſonem mihi commendas*) admiratiuè pronunciandum. *Meipſum*) mihi commendaſſes. tanquam inferat Naſonem æquè diligo ac meipſum.

C. PLINIVS ALBINO SVO S.

CVm veniſſem in ſocrus meæ villam Alſienſem, quæ aliquando Rufi Virginij fuit, ipſe mihi locus optimi illius & maximi viri deſiderium non ſine dolore renouauit.

Cum) Conqueritur, Virginio Rufo viro nunquam ſatis laudato poſt decimum mortis annum nondum abſolutum ſepulcrum. *Villam Alſienſem*) Villæ Alſienſis fit mẽtio apud Ciceronem pro Milone, inquit, Et diuertit in villam Pompeii, Pompeium vt videret: ſciebat in Alſienſi eſſe villa, procul inde. erat autem in agro Alſienſi. [Valerius autem inquit. M. Æmilium Porcinam à L. Caſſio accuſatum crimine nimis ſublime extructæ villæ in Alſienſi agro, pop. Rom. graui multa affecit.]

cit.] Nam Alſium ſi Dionyſio in antiquitatibus credimus, Pelaſgi cũ Aboriginibus incoluere. [olim ſic dictum, poſtea Agilla ſcribente Plinio. Alſium autem ab Aleſo conditore nomen accepit Silio dicente libro. viij. Nec non Argolico dilectum littus Aleſo, Alſion.] *Socrus meæ)* Pompeiæ Celerinæ. *Optimi)* propter mores. *Maximi)* propter res geſtas. vide vtraque libro ſecundo.

Hunc) villam Alſienſem.

hunc enim incolere ſeceſſum, atque etiam ſenectutis ſuæ nidulum vocare conſuerat. Quocunque me contuliſſem, illum animus, illum oculi requirebant. libuit etiam monimentum eius videre, & vidiſſe pœnituit. Eſt enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in cauſſa modici, ac potius exigui, ſed inertia eius, cui cura mandata eſt. Subit indignatio cum miſeratione: poſt decimũ mortis annum reliquias, neglectúmque cinerem ſine titulo, ſine nomine iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria peruagetur. At ille mandauerat, cauerátque, vt diuinum illud & immortale factum verſibus inſcriberetur,

Hîc ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quõdã,
Imperium aſſeruit non ſibi, ſed patriæ.

Nidulum) requiem ſenectutis, ſepulcrum ſuum. *Monumentum)* Vlp. ff. xi. ſepulchrum eſt vbi corpus mortui oſſáue hominis cõdita ſunt: monumentum autem dicitur, quod memoriæ ſeruandæ cauſa exiſtat. Marcellus titulo de ſumptibus funerum. Monumentum ſepulcri id eſſe diuus Adrianus reſcripſit, quod munimenti, id eſt muniendi eius loci cauſa factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Florentinus ibidem. Monumentum generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita, in qua corpus vel reliquiæ ſi inferantur, fiet ſepulcrum: ſi verò nihil eorum, monumentum erit, quod Græci cenotaphium appellarunt. alij monumentum ad memoriam poſteritatis, & quicquid ad memoriam alicuius factum eſt, vt fana, porticus, ſcripta & carmina. [Paulus lib. v. ſententiarum latè diffinit quid ſit monumentum: eſſe referens multis de cauſis conſtitutum. primum quod ad itinera publica propter teſtimonium perennitatis eſt conſtitutum, vel quod rationem finium non recipit, niſi forte inter conuenientes ager diuiſus pactione fuerit. eſt & aliud quod proximis ædibus vix vnuſquiſque miles vel cenſus condidit in portionibus ſuis vel ad progeniem futuram hæredibúſve ſuis teſtis loco vice inſtrumentorum villarúmve poſſeſſionis demonſtrauerit. quod æque nullam limitum recipit rationem. eſt & aliud quod non longè ab ædibus vel itinere publico conſtitutum, id eſt iuxta legem Semproniam & Iuliam, quod cardinibus & decumanis conſtitutum eſſe monſtratur, quod rationem finium recipere videtur, id eſt concurrentium linearum atque ſecantium ſe inuicem & ordinem in vtroſque cuſtodit, limitum rationem diſcernens.] *Decimum mortis annum)* per hoc apparet multorum annorum epiſtolas collegiſſe Secundum, & diu fuiſſe ſub Traiano, cùm alibi Virginii funus celebret, & mortem epiſtola lugeat. *Memoria)* rerum geſtarum *Illud factum)* quod eũ ſæpe à legionibus quibus præerat dictus eſſet imperator, præſertim poſt interitum Iulii Vindicis abnuit, palámque profeſſus ſit non paſſurum ſe quenquam imperare niſi quem Senatus elegiſſet. *Hic ſitus eſt)* Huius diſtichi ſenſum leges apud Dionem, ex quo nos iſta traduximus. Nerua Virginium ſæpius imperatorem nominatum non timuit in Conſulatu collegam ſibi aſſumere in Virginii mortui tumulo tale inciſum fuit epitaphium, quòd eùm viciſſet Vindicem, imperium non ſibi aſſeruit, ſed patriæ. *Pulſo Vindice)* omnibus à Nerone ad Galbam deficientibus, Virginius Rufus, qui in Gallia Germanicis copiis præerat cum

Iulio Vindice conflixit: vtrique duces à ſuis exercitibus, veluti aurigæ qui frenis dominari non poſſunt, ad bellum acti: Vindice autem ſeipſum interimente inter xx. millia Gallorum qui ceciderant, exiuit rumor perinde atque omnes vellent ob huiuſmodi victoriam vt Virginius imperium admitteret: at is tunc iiſdem quibus initio cogitationibus inſiſtens, electionem Imperatoris Senatui reſeruabat: ſed mortuo Neone multi rurſus, & quidam ex iis Tribunis, qui erant in tabernaculo, diſtricto enſe iubebant Virginio, vel imperium, vel ferrum admittere: ſed poſtquam à Senatu Galba imperator creatus eſt, vix perſuaſit militibus, vt eundem principem dicerẽt, Flaccóque Ordeonio legionem tradidit. hæc Plutarchus. *Aſſeruit*) liberam tradidit & comparauit. *Etiam conditoria extruere*) in quod inuehitur Plin. ſenior. Vni, inquit, homini ſepulturæ cura, atque etiam poſt ſe deſuturæ. Conditorium pro ſepulcro Tranquil. vſurpat, ſcribens conditorium & corpus magni Alexandri oculis Auguſti ſubiectum fuiſſe. Et Petronius Arbiter, In conditorium proſecuta eſt defunctum. Et mox, Deſcendit in conditorium. & iterum, præcluſis conditorii foribus, [Pli. lib. vii. Quorum corpora eius miraculi gratia in conditorio Saluſtianorum aſſeruabantur oratorum. Iterum in Caio Tranquil. refert thoracem magni Alexandri repetitum è conditorio eius.]

Tam rara in amicitijs fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus etiam conditoria extruere, omniáque hæredum officia præſumere. Nam cui non eſt verendum, quod videmus accidiſſe Virginio? cuius iniuriam vt indigniorem ſic etiam notiorem ipſius claritas facit. Vale.

Tam parata obliuio mortuorum) Cui malæ conſuetudini occurrens Menedemus philoſophus poſt defunctum Aſclepiadem amiciſſimum ſibi cùm eius amicus ad conuiuium veniſſet, arceréntque illum ianuis adoleſcentes, memor etiam poſt fata Aſclepiadis iuſſit hoſpitem introduci, dicens, Aſclepiades etiam ſepultus ei ianuas aperit. *Hæredum officia*) titulus eſt lib. xi. ff. vbi cauetur ex dignitate funerati ab hærede funera fieri. nam etiam ſi quid impenſæ in marmore factum ſit, funeris eſt. Orta autem hæc actio ex bono & æquo. Papinia. ff. v. quamuis ſtricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen pontificali autoritate compellũtur ad obſequium ſupremæ voluntatis. *Præſumere*) præoccupare, vt nobis viuis ſepulcra condamos. *Non eſt verendum*) vt hæredes negligant curam ſepulturæ. *Virginio*) viro tam præclaro.

C. Plinivs Maximo Svo S.

ODiem lætũ: adhibitus in cõſilium à præfecto vrbis audiui ex diuerſo agentes ſummæ ſpei, ſummæ indolis iuuenes, Fuſcũ Salinatorẽ, &

ODiem) Gratulatur Fiſcũ Salinatorem, & Numidiũ Quadratum iuuenes apud præfectum vrbis egiſſe ad imitationem ſui cum ſumma laude & gloria. *Adhibitus in conſilium*) electus ad iudicandum. *A præfecto Vrbis*) [Tacit. lib. v. teſtatur primò ſub regibus, móxque ſub magiſtratibus, ne vrbs ſine imperio foret, deligi ſolitos qui ius redderent ac ſubitis mederentur. Cæterùm Auguſtum bellis ciuilibus Cilnium Mecœnatem, equeſtris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuiſſe: mox ipſo rerum potito primum Meſſalam

Coruinum eam poteſtatem paucos intra dies quaſi neſcium exercendi tenuiſſe. Tum Taurum Statilium quanquam prouecta ætate egregiè toleraſſe dein. L. Piſonem per viginti annos eam præfecturam geſſiſſe.] Vlpian. ff. i. omnia crimina præfectura vrbis ſibi vindicauit: nec tantùm ea quæ intra vrbem admittuntur, verùm ea quoque quæ extra vrbem intra Italiam. Initio epiſtolæ diui Seueri, miſſæ ad Fabium Chilonem præfectũ vrbis, ita ſcriptum fuit, Cùm vrbem noſtrã fidei tuæ commiſerimus, quicquid intra vrbem admittitur, ad præfectũ vrbis pertinere videtur. [ſed & ſi quid intra centeſimum milliarium admiſſum ſit, ad præfectum vrbis pertinet. ſi vltra ipſum lapidem egreſſum eſt, præfecti vrbis cognitio non eſt: quies quoque populorum & diſciplina ſpectaculatorũ ad præfecti vrbis curam pertinere videtur:] idem poteſt vrbe interdicere & negociatione & profeſſione & aduocationibus & foro ad tẽpus & in perpetuum, & quæ ab eodem Iuriſconſ. recitantur præfecto vrbis ſecũdum aliquos quoties reip. magiſtratus proficiſcebantur, vnus ſelinquebatur, qui ius diceret vnde Sene. lib. xii. epiſto. præfectum vrbis cuſtodem appellat. & Iuue. Saty. iiij. villicum. M. T. pro Planco magiſtratus reip. Villicos appellatos ſcripſit. Præfectura vrbis cũctis quæ intra vrbem ſunt, antecellit dignitatibus & poteſtatibus: tantum ex omni parte deriuans, quãtum ſine omni iniuria atque detrimento alieni honoris vſurpat. maximæ autoritatis illam fuiſſe Treuellius Pollio indicat, cùm in Vale. vita tradat cenſorem, qui ius iudicandi de præfectis eminentiſſimis habuit, nullam in præfectum vrbis poteſtatem habuiſſe, Senator tamen non erat: ideo Mutius negauit Latinarum cauſa relictum, Senatum habere poſſe: ſed M. Varro & Ateius Capito referente Gellio dicunt ius fuiſſe præfecto Senatus habẽdi. *Ex diuerſo*) diuerſarum partium aduocatos. *Fuſcum Salinatorem*) quem in epiſt. Traianus teſtatur virum clariſſimum, & plurimum autoritate apud ſe valuiſſe. Hic eſt ille Salinator, cui poſtea Seruianus filiam deſtinauit: & domo patricia genitus, parentes habuit honeſtiſſimos, vir eruditus & eloquens, puer ſimplicitate, comitate iuuenis, grauitate ſenex. Fuſcum refert Spartianus in ſumma deteſtatione habitum, quòd imperium præſagiis & oſtentis agitaris ſperaret. Ad Fuſcum lib. viii. Secundi leges binas epiſtolas ſcriptas. Salinatori primum cognomen inditum M. Liuio, quia in cenſura nouum vectigal ex ſalaria annona ſtatuit.

Numidium Quadratum, egregiũ par, nec modò temporibus noſtris, ſed literis ipſis ornamento futurum. Mira vtrique probitas, conſtãtia ſalua, decorus habitus, os Latinum, vox virilis,

Numidium Quadratum) cuius alibi fit mentio. hic dilectus familiariſſimè à Secundo hæres relictus eſſe à Numidia Quadrãtilla auia conſpicuus forma fuit, & omnes ſermones malignorum puer & iuuenis euaſit: intra xx. annum maritus apud auiam tanta ſeueritate vixit, vt pantomimos illius nunquam ſpectauerit. Lego apud Spar. Quadratum cum Candido geſſiſſe Conſulatum. Quadrati hiſtorici meminit Dion in vita Ant. Pii & Capitolinus cũ Vulcatio. Quadratũ grauiter inſecutus eſt Adrianus, in cuius vita, quam Spart. Latinam ſcripſit, legendum arbitramur. Numidium Quadratum, non Vinidium. ſic in Ant. philoſopho apud Iulium Capitolinum non Mummium: cui ſororis ſuæ filio Antoninus Pius moriens bonorum maternorum partem reliquit. [In monumentis Brixianorum legi, L. Anto. Fab. Quadratum donatum torquibus & armillis.] Lampridius à Commodo occiſum Quadratum memorat, quòd de eo interficiendo conſilium iniiſſet: ſed hanc hiſtoriam melius explicat Herodianus, vbi aſſerit Quadratum nobiliſſimum locupletiſſimúmque iuuenẽ incitatum à Lucilla ad necem imperatoris, cum qua conſuetudinem ſtupri habere exiſtimabatur: hunc tamen opinor filium illius Numidii Quadrati. *Probitas*) laudabiles mores. *Decorus habitus*) cultus in oratore debet eſſe ſplendidus & virilis. nam toga

calceus & capillus, tam nimia cura quàm negligentia ſunt reprehendenda. lege quæ ſequũtur apud Fab. lib. xi. Habitus etiam ad corpus refertur. *Os planum*) experta pronunciatio nam Fab. præcipit os facile & expeditum oratori habendum, & Secundus in Regulo notauit in actione os cõfuſum, [Si leges os Latinũ, interpretaberis Romanũ ſermonẽ] *Vox Virilis*, fortis & durabilis, nõ mollis & effœminata.

Tenax memoria) qua omnes diſciplinæ continentur. hinc non immeritò theſaurus eloquentiæ dicitur. Si quis vnam maximámque artem memoriæ quærat, exercitatio eſt & labor, multa ediſcere, multa quotidie ſi fieri poteſt cogitare. *Æquale*) magnum. *Iudicium*) ſecundum Diomedem iudiciũ eſt quo omnem orationem rectè, vel minus quã rectè pronunciatam ſpecialiter iudicamus. vel eſt æſtimatio, qua poema cæteráque ſcripta perpendimus, adeo partibus omnibus orationis iudicium connexum eſt ac mixtum, vt ne ſententiis quidem, aut verbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari: nec magis arte traditur, quàm guſtus aut odor. *Meis inſtare veſtigijs*) tenere eundem actionis modum quem ego. *Candidiſſimo lapillo*) mos deductus à Thracibus, qui dies fœlices albo lapillo, infœlices nigro notabant.

tenax memoria, magnum ingenium, iudicium æquale: quæ ſingula mihi voluptati fuerunt: atque inter hæc illud quòd & ipſi me vt rectorem, vt magiſtrum intuebantur: & ij qui audiebant me æmulari, meis inſtare veſtigiis videbantur. O diem (repetam enim) lætum, notandúmque mihi candidiſſimo calculo. Quid enim aut publicè lætius quàm clariſſimos iuuenes nomen & famam ex ſtudijs petere: aut mihi optatius, quàm me ad recta tendentibus quaſi exemplar eſſe propoſitum. Quod gaudium, vt perpetuò capiam, deos oro: ab iiſdem teſte te peto, vt omnes qui me imitari tanti putabunt, meliores eſſe quàm me, velint. Vale.

Publica) vtilitatis publicæ cauſa. *Studijs*) eloquentiæ. *Tendentibus*, à Salinatore & Quadrato. *Tanti putabunt*) quanti faciunt Salinator & Quadratus. *Meliores*) eloquentiores.

C. Plin. Fabato Proſocero Svo S.

Tv verò) Binis Fabati Proſoceri literis reſpondet: prioribus, quòd ſuſcipiet defendẽdum Priſcũ apud cẽtumuiros: poſterioribus, quòd libenter recordatur conuiciorum in ſe, quamuis iniuſtorum. *Suſpenſa manu*) timidè, dubiè. *Vectio Priſco*) de Vectio, & Priſco alibi diximus. Legitur etiam Bettio Priſco, quem vidimus in memoriis antiquis agri Comenſis. *In arena mea*) tranſlatiuè arenam ſuã dixit agẽdi vſũ frequentatũ apud centũuiros. ſic Iuuenalis, Lentáq; fori pugnamus arena. Nã plurimas cauſas egit apud centumuiros ſuo & Martialis teſtimonio.

Tv verò non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putes. Nam & te decet multis prodeſſe, & me ſuſcipere quicquid ad curam tuam pertinet. Itaque Vectio Priſco quantum plurimum potuero præſtabo, præſertim in arena mea,

hoc eſt apud centumuiros. Epiſtolarum, quas mihi, vt ais, aperto pectore ſcripſiſti, obliuiſci me iubes: at ego nullarum libentius memini. Ex illis enim vel præcipuè ſentio quanto opere me diligas, cùm ſic exegeris mecum vt ſolebas cum tuo filio. Nec diſſimulo, hoc mihi iucundiores eas fuiſſe, quòd habebam bonam cauſam, cùm ſummo ſtudio curaſſem, quod tu curari volebas. Proinde etiam atque etiam rogo, vt mihi ſemper eadem ſimplicitate, quoties ceſſare videbor, (nunquam enim ceſſabo) conuitium facias. Quod & ego intelligam à ſummo amore proficiſci, & tu non meruiſſe me gaudeas. Vale.

Hoc eſt apud centumuiros) interpretatio, color.

Aperto pectore) ſimpliciter, liberè.

[*Egeris*) antiqua exemplaria habent exegeris, hoc eſt debitum petieris. nam exigere pecuniam dicimus quæ nobis debetur.]

Tuo filio) ſocero meo tunc vita functo.

Hoc) ob hoc.

Bonam cauſam) honeſtam excuſationem.

Non meruiſſe) tale conuicium, cum intellexeris me feciſſe quæ mandaras.

C. PLINIVS VRSO SVO S.

VNquámne vidiſti quenquam tã laborioſum & exercitum, quàm Varenum meum? cui, quod ſumma contentione impetrauerat, defendendum, & quaſi rurſus petendum fuit. Bithyni Senatuſconſultum apud Conſules carpere & labefactare ſunt auſi, atque etiam abſenti principi criminari: ab illo ad Senatum remiſſi, non deſtiterunt. Egit Claudius Capito irreuerenter magis quàm conſtanter, vt qui Senatuſconſultum apud Senatum accuſaret. Reſpondit Fronto Catius grauiter & firmè: Senatus ipſe mirificus. Nam illi quoque qui priùs negarant Vareno quæ petebat, eadem danda, poſtquã erant data, cenſuerunt.

VNquámne) Notum argumentum iam prioribus epiſtolis. nam cùm obtinuiſſet Varenus vt ſibi liceret euocare teſtes, Bithyni conati ſunt inuertere Senatuſcõſultum per Traianum, à quo remiſſi fuerunt ad Senatum. *Tam laborioſè exercitum*) cum tanto labore vexatum. Legitur etiam tam laborioſum, tam exercitum. *Contentione*) vi, altercatione. [*Impetrauerat*) aliàs impetrauerat.] *Quod*) vt teſtes liceret ſibi euocare. *Apud Coſſ.*) nota impudentiam Bithynorum, qui quod Conſules & Senatus decreuiſſent, auderent apud eoſdem carpere. *Abſente*) qui tunc à Senatu aberat. Legitur non abſurdè, Abſenti principi: vt ſit ſenſus, cùm reiecti fuiſſent à Conſulibus: confugerunt ad Traianum, qui tunc non interfuerat Senatui, verùm ab illo ad patres remiſſi ſunt, [Quidam legunt abſentem, ſcilicet Varenum, qui dum accuſaretur apud Traianum, non aderat.] *Non deſtiterunt*) quamuis multiplicem paſſi fuiſſent repulſam, tamen non veriti ſunt iterum Senatores pulſare. *Mirificus*) admirabilis fuit. *Illi*) ſenatores. non pauci enim diſſenſerant: quod lib. v. cognouimus. *Data*) conceſſa à pluribus.

Singulos enim integra re diſſentire fas eſſe, peracta, quod pluribus placuiſſet, cunctis tuendum. Acilius tantùm Rufus, & cum eo ſeptem an octo: ſeptem immò, in priore ſententia perſeuerarunt. Erant in hac paucitate nonnulli, quorum temporaria grauitas, vel potius grauitatis imitatio ridebatur. Tu tamen æſtima quantum nos in ipſa pugna prælij & certaminis maneat, cuius quaſi præluſio atque præcurſio has contentiones excitauit. Vale.

Singulos) nam exiſtimabant vnicuique ſenatorum fas eſſe *Integra re*) nondum decreto ſenatuſconſul. *In priori ſententia*) vt non liceret Vareno teſtes euocare. *Paucitate*) ſenatorum diſſentientium. *Temporaria*) momentanea, & ad breue tempus. annotauimus hoc verbum bis apud Aſinum Apuleij poni in eundem ſenſum: nam lib. vij. temporariam ſedem, & xi. larem temporarium dixit: Secundus pariter in panegyrico. Non ergo temporarium & ſubitum eſt. & Seneca primo epiſtolarum temporarias amicitias ad tẽpus breue cõparatas. & Vlp. de tutoribus, & curatoribus datis temporarium tutorem. ſic Paulus de vſu fructu, indictiones temporarias. & temporarium exilium, non in perpetuum, ſed ad tempus aliquod irrogatum. item Vlp. de aqua quotidiana temporariam poſſeſſionem. ac alibi effractores in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolere. *Pugna*) contentione. [in vetuſto exemplari legitur, Tu tamen exiſtima quantum prælium, quanta pugna certamini maneat.] *Præluſio*) præmeditatio, præcentio, vt aſſolent citharœdi antequam cantum exordiantur, præludium emerendi fauoris gratia præmittere: ſic tyrones priuſquam in veram pugnam deſcendant, præexercent ſe ad palum & curſum: quo verbo Virg. vtitur in tauro ſe ad pugnam incitante, Aut ſparſa ad pugnam præludit arena. Iuuenalis iurgia præludunt, id eſt incipiunt antequam ad veram pugnam veniant. Hinc præluſio à quibuſdam pro prooemio antequam rem attingamus accipitur.

C. PLINIVS MAVRICO SVO S.

Solicitas me in Formianum. veniam ea conditione, nequid contra commodum tuum facias: qua pactione inuicem mihi caueo. neque enim mare & littus, ſed te, ocium, libertatem ſequor: alioqui ſatius eſt in vrbe remanere. Oportet enim omnia aut ad alienum arbitrium, aut ad ſuum facere: mei certè ſtomachi hæc natura eſt, vt nihil niſi totum & merum velit. Vale.

Solicitas) Promittit aduentum ſuum Maurico in prædiũ Formianum, modò nihil incommodetur. *Solicitas in Formianum*) procuras literis vt ſecedam in tuum Formianum, quòd rus erat in agro Formiano. *Inuicem*) ne quid contra commodum meum faciam. *Mare & littus*) loci amœnitatem, quæ pluribus à Mar. celebratur. ſont autem Formiæ iuxta [Caietam. &] Terracinam in littore ad mare Tyrrhenum. *Te*) amicum & virum ſingularem *Alioquin*) niſi iſtic eſſem liber. *Alienum*) vt in vrbe. *Suum*) vt in ſeceſſu. *Merum*) ſolum. ſenſus eſt, ſum ea natura, vt vellem niſi vno occupationis genere teneri: verbi cauſa in vrbe amicis inſeruire, ruri ociari.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

MIrificæ rei non interfuiſti: ne ego quidem, ſed me recens fabula excepit. Paſſienus Paulus ſplendidus eques Romanus, & inprimis eruditus, ſcribit elegos. gentilium hoc illi. eſt enim municeps Propertij, atque etiam inter maiores ſuos Propertium numerat. is cùm recitaret, ita cœpit dicere, Priſce iubes? Ad hoc Iabolenus Priſcus, (aderat enim vt Paulo amiciſſimus) Ego verò non iubeo. Cogita qui riſus hominum, qui ioci. Eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis: intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam ius ciuile publicè reſpondet: quo magis quod tunc fecit, & ridiculum & notabile fuit. Interim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. tam ſolicitè recitaturis prouidendum eſt, non ſolum vt ſint ipſi ſani, verumetiam vt ſanos adhibeant. Vale.

M*irificæ*) Exẽplo Paſſieni monet Voconium recitationibus nõ adhibendos niſi ſanę mentis auditores. ille enim dũ elegos recitaret, intempeſtiuè à Iaboleno eſt interpellatus. *Ne ego quidem*) interfui. [*Recens fabula excepit me*) audita nuper fabula me excitauit. fuit in ſecunda lectione, Mirificæ rei interfuiſtine? ego quidem, ſed mœrens. vt cum triſtitia huic fabulæ interfuiſſet Plinius.] *Paſſienus Paulus*) vir optimus & honeſtiſſimus, qui veteres in literis æmulabatur. elegos ſcripſit ad imitationem Propertii, vnde genus trahebat: demum ad lyrica ſe conuertit, in quibus Horat. effinxit. patrẽ habuit Paſſienũ nobilẽ declamatorem: cuius Euſebius in chronicis, & frequenter Sene. meminere. Gellius L. Paulum poetam memoria ſua doctiſſimum nominat, & alibi Iulium Paulum poetam virum bonum literatúmque ac veterum impenſe doctum. Iabolenum autem fuiſſe Pauli præceptorẽ idẽ ff. xl. de manumiſſ. teſtatur. *Gentile*) magis probo gentilium, quod vidimus in antiquo cod. nam gẽtile eſt, quod ex eadem familia eſt, gentilitiũ quod pertinet ad ius familiæ: ſicut familiæ Propertianæ proprium erat elegos ſcribere. & gentilitia ſacerdotia à priſcis appellata, quod ædis aut ſacelli iuris eſſẽt à patre familias, ea ratione erecti dedicatíque vt & ſacrorum cura, & fructuum ipſius ſacerdotij perceptio ad ſolam gentem familiámque ſuam perpetuis ſucceſſionibus deuolueretur. M. T. de reſponſis haruſpicum, Multi ſunt etiam in hoc ordine qui ſacrificia gẽtilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto anniuerſali factitarunt. *Municeps Propertij*) ex Meuania oppido Vmbriæ, patria Propertij. Papinius in Syluis. Vmbróque Propertius antro *Priſce iubes*) principium operis Paſſieni. *Iabolenus Priſcus*) in. ff. vbique ſcribitur Iabolenus non Iauolenus, pariter apud Capitolinum. fuit enim Iuriſcon. quo vſus eſt cum multis aliis Antoninus Pius, & Pomponius de origine iuris, Priſcus, inquit, Iabolenus Sabino ſucceſſit in ſcientia iuris. *Paulo*) Paſſieno. *Non iubeo*) nimium ſcurriliter & importunè reſpondit Iabolenus, tanquam ſi Paulus eum interrogaret. *Qui ioci*) exorti ſint inter præſentes. ſcribit Tranquil. Claudium Imp. cùm initio recitationis hiſtoriæ ſuæ defractis compluribus ſubſelliis obeſitate cuiuſdam riſus exortus eſſet, ne ſedato quidem tumultu tẽperare potuiſſe, quin ex interuallis ſubinde facti reminiſceretur, cachinnóſque reuocaret. *Dubiæ ſanitatis*) non ſatis ſanæ mentis. *Intereſt*) operam ſuam præſtat. *Conſiliis*) rebus decernendis. *Reſpondet*)

dicit. nam reſponſa prudentum dicimus iuriſperitorum conſilia. *Quo magis*) propter claritudinem perſonæ. *Aliena delıratio*) Iaboleni inſania. Lirare autem, autore Varrone, eſt cùm tertiò arant iacto ſemine boues, id eſt cum tabellis ad vomerem ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, qua pluuialis aqua dilabatur. Columella inquit, lirantur iugera cum in ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur: lira verò eſt ſimilis ei porcæ, quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt. A verbo igitur lirare delirare componitur, quod eſt non recto ſulco incedere. vnde per tranſlationem, qui inſaniunt, delirare dicuntur. *Frigoris*) timiditatis, tarditatis, hæſitationis.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

PEtis vt tibi auunculi mei exitum ſcribam, quò verius tradere poſteris poßis. gratias ago. Nam video, morti eius, ſi celebretur, à te, immortalem gloriam eſſe propoſitam. Quamuis enim pulcherrimarum clade terrarum, vt populi, vt vrbes memorabili caſu, quaſi ſemper victurus occiderit: quamuis ipſe plurima & mãſura cõdiderit, multũ tamẽ perpetuitati eius ſcriptorũ tuorũ æternitas addet. Equidem beatos puto, quibus deorũ munere datũ eſt, aut facere ſcribẽda aut ſcribere legẽda: beatiſſimos verò quibus vtrũque: horũ in numero auũculus meus & ſuis libris & tuis erit. Quo libẽtius ſuſcipio, depoſco etiã: quod iniũgis. Erat Miſeni,

PEtis) Corn. Tacito hiſtorias ſcripturo, petentíque obitũ auunculi ſui, etiã cauſam eius altius repetit, vbi illius conſtantiam, ac animi fortitudinem mirum in modum probat. nam à Veſuuio monte exurgentem nubem intuitus, propius acceſſit, rem totam intellecturus: & vndique flamma inſtante dum perſeuerantius inceptum exequitur, craſſiore caligine ſpiritu interclúſo concidit in medio ſeruorum duorum. *Auunculi mei*) C. Plinij Secundi. *Tradere poſteris*) monumentis literarum mandare. *Immortalem gloriam*) cùm ſcripta tua ſint futura perpetua. nam alibi auguratur eius hiſtorias immortales futuras. *Quamuis enim*) ordo eſt, tamen æternitas tuorum ſcriptorum addet plura perpetuitati eius: quamuis quaſi ſemper victurus occiderit memorabili caſu, vt populi, vt vrbes occidũt clade pulcherrimarũ magis terrarũ. *Quamuis ipſe plurima ſcripſerit*) ſenſus autẽ, quãuis tali caſu memorando interierit, quali interdum populi, aut vrbes pulcherrimæ concidunt: vt perpetuò victurus videatur: quamuis multa ſcripſerit, per quæ ſibi immortalitatem comparauit: tamen tu tuis ſcriptis facies eum æternum. *Vt populi, vt vrbes*) nam populorum, & vrbium excidia diutius memorantur, quàm alicuius viri interitus, [an quia in eo incendio populi & vrbes interiere.] *Plurima*) volumina libro tertio enumerata ab eodem. *Scribenda*) laudanda. *Legenda*) electa, egregia. Saluſtium imitatus eſt, qui in præfatione Catilinarij inquit, Et qui fecére, & qui facta aliorum ſcripſêre, multi laudantur. nam pulchrum eſt benefacere Reipub. etiam benedicere haud abſurdum. *Tuis*) quibus complecteris feciſſe ſcribenda. *Depoſco*) obſecro. *Quod*) exitum auunculi mei ſcribere. *Miſeni*) Promontorium & oppidum Miſenum Cumis proximum. Strabo à Miſeno ſocio Vlyſſis dictum aſſerit, ab eo Prochytam, & Pithecuſam crediderunt abruptam. Mela à milite Phrygio, ſicut Dionyſius à quodam illuſtri Troiano cognomen traxiſſe tradunt, Virg. à tubicine Æneæ Miſeno ſub eminenti monte ſepulto,

pulſo, qui nunc Miſenus ab illo Dicitur, æternúmque tenet per ſecula nomen. & Solini par ſententia inter autores ab Æneæ tubicine Miſeno Miſenum appellatum.

claſſémque imperio præſens regebat. nono Cal. Septemb. hora diei ferè ſeptima, mater mea indicat ei, apparere nubem inuſitata & magnitudine & ſpecie. V ſus ille ſole, mox frigidã guſtauerat iacens, ſtudebátque: poſcit ſoleas, aſcendit locum, ex quo maximè miraculum illud conſpici poterat. nubes (incertũ procul intuentibus ex quo monte: Veſuuium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur, cuius ſimilitudinem & formam non alia magis arbor quàm pinus expreſſerit. Nam longiſſimo velut trunco elata in altum, quibuſdam ramis diffundebatur. credo quia recenti ſpiritu euecta, deinde ſeneſcente eo deſtituta, aut etiam pondere ſuo victa, in latitudinem vaneſcebat: candida interdum, interdum ſordida & maculoſa, prout terram cinerémve ſuſtulerat. Magnum propiúſque noſcendum vt eruditiſſimo viro viſum. Iubet

Claſſémque præſens imperio regebat) præerat claſſi, quæ ſtabat ad tutelam maris inferi, non per legatum, ſed coràm. Legimus apud Tranquil. & Tacitum, inſtituiſſe Auguſtum, claſſem vnam Miſeni, alteram Rauennæ: hanc ad ſuperi, illã ad inferi maris tutelã. hic Tacitus memorat Miſenenſem claſſem à Galba ad Veſpaſianũ trãſiiſſe. ſed Veget. lib. iiij. hanc rem luculentius tractat, Apud Miſenum, inquit, & Rauennam ſingulæ legiones Romani nominis cum claſſibus ſtabant, ne longius à tutela vrbis abſcederent: & cum ratio poſtulaſſet ſine mora, ſine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirẽt. nam Miſenatium claſſis Galliam, Hiſpanias Mauritaniam, Aphricam, Ægyptium, Sardiniam atque Siciliam habebat in proximo: claſſis autem Rauennatium, Epirum, Macedoniam, Achaiam Propontidem, Pontum, Orientem, Cyprum petere directa nauigatione conſueuerat, quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe, quàm virtus. *Mater mea*) ſoror Plinii. [nono cal. Septẽbris. legitur etiã cal. Nouẽbr. *Ei*) fratri ſuo. [*Vſus ille*) alii legunt ſurgit ille è ſole, vt ſolebat frigida guſtata. iacens enim ſtudebat. *Guſtauerat*) aquam frigidam libauerat.] *E ſole*) vſus ſole. in præcedentibus dixerat de eodem ſcribens, poſt ſolem plerunque frigida lauabatur, deinde guſtabat. *Soleas*) tegumenta plantæ pedis, quas nunc ſuberes, à ligno interſuto vulgo dicimus, & Columella ſoleas ſparteas de ſparto confectas appellauit. à ſolea ſoleatus deducitur, quo Mart vtitur Solea autem ex genere planorum piſcium vnde nomen traxiſſe id genus calciamenti autumo.

Veſuuium) quem alij Veſeuum, alij Veſbium, nonnulli Veſubium nominant, mons eſt Campaniæ cunctorum pulcherrimus, amœniſſimis habitatus agris, excepto cacumine. id magna ex parte planiciem habet fructum omnino nullum ferentem, verùm ſecundum Dionem arbores & vites habet: & cineres in proſpectu oſtentans: cauernoſáque monſtrat antra combuſtis ex petris, vt color indicat, quas ignis abroſerit: quare conjecturis aſſequare plagam iſtam prioribus annis ardere ſolitam, & ignis habere crateras, reſtinctam autem eſſe, ceſſante materia. hæc Strabo & Eutropius. *Pinus*) in formam pinus arboris quæ incipit à trunco. deinde diffunditur in latum, poſtremò in acutum. *Efflata*) eiecta nubes illa vel elata. *Recenti*) valentiori. *Seneſcente*) ſubſidente, decreſcente. *Deſtituta*) ſubſidio venti deſerta. *Victa*) concuſſa. *Vaneſcebat*)

liburnicam aptari: mihi ſi venire vnà vellem, facit copiam. reſpondi, ſtudere me malle: & fortè ipſe, quod ſcriberem, dederat. Egrediebatur domo, accipit codicillos. Retinæ claſſiary imminenti periculo exterriti (nam villa ea ſubiacebat, nec vlla niſi nauibus fuga) vt ſe tanto diſcrimine eriperet, orabant. Non vertit ille conſilium, ſed quod ſtudioſo animo inchoauerat, obit maximo. Deducit quadriremes, aſcendit ipſe non Retinæ modò, ſed multis (erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxilium. properat illuc, vnde alij fugiunt: rectúmque curſum, recta gubernacula in periculum tenet, adeo ſolutus metu, vt omnes illius mali motus, omnes figuras, vt deprehenderat oculis,

effugiebat, diſparebat. *Terram*) ſi ſordida. *Cinerem*) ſi candida: vtrunque ſi maculoſa. *Magnum*) res magnæ contemplationis.

Erudiſſimo Viro) qualis erat Plinius, qui cognitionem multarum rerum tenens inſuper noua & magna conquirebat.

Liburnicam) nauem, diuerſæ prouinciæ mari plurimum potuerunt quibuſdam temporibus: & ideo diuerſa eis genera nauium fuerunt: ſed Augusto dimicante Actiaco bello, cùm Liburnorum auxilio præcipuè victus fuiſſet Antonius: experimento tanti certaminis patuit Liburnorum naues cæteris aptiores: ergo ſimilitudine & nomine vſurpato earundem inſtar claſſem Romani principes texuerunt. hinc lib. iiij. Vegetius dixit liburnicis, quæ ad Campaniam ſtabant præfectus claſſis Miſenatium erat. Eutropius liburnicas roſtratas appellauit. Liburnia autem Dalmatiæ pars eſt Andecrinæ ſubiacens ciuitati, cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur, & appellantur liburnicæ, remorum ſingulos ordines habentes paulò maiores, binos idoneæ menſuræ, ternos vel quaternos, interdum quinos, Actiaco etiam prælio ſenos octonóſque. Appianus lib. ij. Liburni finitima quæque citis nauibus inuadebant. [Lucianus in amoribus, biremem velociſſimam inſtruo, quo nauium genere Liburni, gens Ionij ſinus accola, plurimùm vtuntur.] & à celeritate nonnullæ à Romanis naues liburnicæ dictæ, cum quibus primùm ad pugnam veherentur. *Facit copiam*) dat facultatem. [*Scriberem*) excerperem. nam mandarat auunculus Cæcilio vt quædam ex Liuio annotaret.] *Codicillos*) tabellas. *Claſſiarij Retinæ*) milites qui erant Retinæ: eſt autem hæc villa ſubiecta Miſeno: cùm cognouiſſent iuſſu præfecti parari Liburnicam ad inſpiciendum Veſuuij incendium, orabant Plinium, vt non ſolùm deſiſteret ab incœpto, ſed etiã Miſeno ſubterfugeret. Sunt autem claſſiarij milites comparati ad tutandam claſſem: de quibus li. xv. Tacitus, Primorum claſſiariorum Miſenenſium labore connixa eſt. Cæſar. iij. commentariorum. equites prohibuerunt claſſiarios aqua. quanquam ſciam à Modeſto claſſiarios appellari buccinatores, qui cornu ducunt exercitum, non à claſſe dictos, ſed à claſſico, quod canitur imperatori. in quem ſenſum Tranquil in Veſpaſiano ſcribit claſſiarios, qui ab Oſtia & Puteolis pedibus, per vices commeabant, petentes conſtitui aliquid ſibi calciarij nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, iuſſiſſe poſthac excalciatos curſitare: quanuis interpres nauales milites accipiat. *Retinæ*) villa ſubiecta Miſeno, cuius nomen adhuc extare prodidit Hermolaus, vir clariſſimus, & erudiſſimus. *Fuga*) erat. *Nauibus*) mari. *Conſilium*) incœpt. *Studioſo*) ſummo. *Obit*) peragit. *Maximo*) Frãciſcus tamẽ Petrarcha in triumphis ſuis, tanquã incautũ in obitu ſuo Pliniũ monſtrat. *Deducit*) immittit mari: at ſubducit, extrahit. cõtraria enim ſũt inter ſe. *Quadriremes*) nauigia habẽtia quatuor remorũ ordines in ſingulis trãſtris. *Multis*)

villis maritimis. *Frequẽs*)habitata multú, & plurimis prætoriis conſurgens. Liuius, Puteolos cœptum ſeequentari empocium communiit. *Amænitas ora*)deliciæ littoris

& tractus Campaniæ. *Curſum*)nauigationem. *Tenet*)dirigit. *In periculum*)nubem & Veſuuium verſus. *Illius mali*) nubis malignæ.

dictaret enotarétq́. Iã nauibus cinis incidebat, quò propius accederent calidior & dẽſior, iam pumices etiã, nigriq́ & ambuſti, & fracti igne lapides. Iã vadũ ſubitũ, ruinaq́ montis littora

Dictaret)diceret quæ notarius exciperet: nã illi ſemper ad latus erat, & quæ à Plin. ſcribẽda dicerẽtur enotabat. *Enotaret*)miniſtro notario. *Pumices*) autore Plin. appellãtur & cætera ſaxa eroſa annis, quibus vtútur, & ad læuiganda corpora, Græci pumicẽ ciſſerim vocant, ſi Suidæ ceedimus, leuem & exuecum perforatúmque lapidem poni. Vitruuius ex incendio Viſuuii pumicem Pompeianum exeocto lapidis genere in pumicis qualitatem redactum tradit. Pompeii autem oppidum non procul à Veſuuio. Plin. lib xiii. tradit naſci frutices lauro & thymo ſimiles, qui ambo eiecti in pumicem tranſfigurantur. Emaculandus eſt error apud eundem lib. xiiii. cap. xxii vbi inquit, Aliis pumicis farinam, & quæ referendo putet docere. nos ſic reſtituendum cenſemus. aliis pumicis farinam, & quæ refrigerando putant nocere: nixi teſtimonio Theophraſti, & ipſius Plinii. Ille enim lib ix. de plantis vbi de cicuta, & pumice agit, pumici ſcribit vim adeo magnam ineſſe, vt ſi in vrceum bullientem eum inieceris, feruorem extinguas: non ſolum parte aliqua temporis, ſed etiam ex toto: pumicem enim exiccare vehementiſſimè, atque ſpumam totam ad ſe recipere voluit: ídque extinguendi cauſam eſſe quod pene ad verbum tranſtulit Plin. lib. xxxvi. cap. xxi. tantam refeeens pumici eefrigeeandi naturam ineſſe, vt muſta feruere deſinant pumice addito. *Vadum*)maris vnda breuis. ex ruina montis littus certè proceſſerat, & mare in ſe reſorberi, & tremore terræ quaſi repelli videbatur, multáque maris animalia ſiccis arenis detinebantur. Dion, Montes ſubſilibant, ſonitus à caueenis ſubterraneis tonitruis perſimiles ſupernè terróve in terra mugire videbantur. mare verò fremebat, & cœlum reſonabat: poſt hæc fragoe immenſus ſubitò ceu concidentium montium audiebatur. exilibant primum lapides ingentes quaſi ad ſumma montium exirent. *Montis*) Veſuuii quem ſcire debemus, non tantũ cõflagraſſe ſub Tito, autoribus Oeoſio, Martiale, Euſebio in chronicis. Tranquil. in Tito, Papinio in ſyluis. & Silio Italico, ac Dione in primis: ſed ſæpius antè, ſecundum Strabonem ac Vitruuiú. verùm quia incendium Veſuuii maximum omnium ſub Tito fuit, ideo Dion hiſtoricus hanc eem luculenter tractat, Horrenda, inquit, & miranda quædam in Campania obtigerunt. magnus enim ignis pee autumnú ſubitò exarſit: mons namque Veſuuius, qui iuxta Neapolim ad mare vergit, abúdantes ignis fontes habet, olim vndique altus, ab cuius medio ignis exoritur, quæ pars ſolum igne compræhenſa fuit, extra hæc omnia ſine igne etiam nunc manent. ex hoc cùm cætera eſſẽt combuſta: media verò exuſta, & in cineeem redacta, iuga circumſtãtia ab antiquo vſque nunc manent. quodcunque ambuſtum eſt, atque conſumptum, tempore concauum factum eſt, vt mons omnis (ſi licet magnis parua conferre) ſimilis ſit venatorio theatro. vertex arboees & vites habet: circulus ab igne latior factus per dies fumum, noctu flammam emittit, vt videantur in eo odores euaporari & ſacrificia fieri. hæc quidem ſemper, interim verò magis, interim minus, ſæpe verò cineees effundit, quãdo ſcilicet aliquid coactum ſubſedeeit, lapides ſurſum emittit: quoties verò à ſpiritu, & vento violatur, ſonat & ſtridet, ceu non coacta & conſtructa, ſed rara & occulta ſpiracula habẽs. Talis igitur eſt Veſuuius, & hæc in eo per annũ plurimũ fiunt, quæcunque tamen antea accidere, quamuis magna, & præter ſolitũ viſa ſint, parua tamen ſi comparentur iis quæ ſub Tito acciderunt, etiam ſi omnia in vnum conferantur, exiſtimari poſſunt. nam huius mali contagio non modò Campaniã

peruaſit, & duas inſuper ciuitates, Herculaneum & Pompeios combuſſit, ſedente populo in theatro, ſed inde puluis vis ingens in Africam, Syriam, Ægyptúmque penetrauit, & Romam vſque diuertit, & quæ latius ibi ſcribuntur, [inde lib. vlti. Silius, Sic vbi vi cæca tandem deuictus ad aſtra Euomuit paſtos per ſæcla Veſuuius ignes, Et pelago & terris fuſa eſt Vulcania peſtis. Videre Eoi monſtrum admirabile Seres Lanigeros cinere Auſonios caneſcere lucos.]

obſtantia, cunctatúſque paulum, an retrò flecteret, mox gubernatori, vt ita faceret monenti, Forteis, inquit, fortuna iuuat. Pomponianum pete, Stabiis erat, diremptus ſinu medio. Nam ſenſim circumactis curuatíſque littoribus mare infunditur. Ibi, quanquam nondum periculo appropinquante, conſpicuo tamen, & cum creſceret proximo, ſarcinas contulerat in naues, certus fugæ, ſi contrarius ventus reſediſſet: quo tunc auunculus meus ſecundiſſimo inuectus complectitur trepidantem, conſolatur, hortatur: vtque timorem eius, ſua ſecuritate leniret, deferri ſe in balineum iubet, lotus accubat, cœnat, atque hilaris, aut, quod eſt æquè magnum, ſimilis hilari. Interim è Veſuuio monte pluribus locis latiſſimæ flammæ, altáque incendia relucebant, quorum fulgor & claritas tenebris noctis excitabatur. ille agreſtium trepidatione ignis relictas deſertáſque villas per ſolitudinem ardere, in remedium formidinis dictitabat: tum ſe quieti dedit & quieuit veriſſimo: quidem ſomno. Nam meatus animæ, qui illi propter

Obſtantia) ne terram peteret obſtabant æſtu & monteis ruina. *Flecteret*) nauigationem. *Gubernatori*) ſuæ quadriremis. *Forteis fortuna iuuat*) imitatio Virgiliana qui lib. x, dixerat, Audentes fortuna iuuat. an magis æmulatio Liuiana. nam lib. viij belli punici refert. fortes fortunam iuuare. *Pomponianum pete*) dirige curſum Stabias verſus, vbi erat Pomponianus Plinii amicus, qui fugam parabat. *Stabiis*) Plin. in deſcriptione Italiæ. Stabiæ, inquit, in agro Campano oppidum fuit vſque ad Cn. Pompeium, & L. Carbonem Coſſ. à pridie Calen. Maii, quo die Sylla legatus bello ſociali id deleuit quod nunc in villas abiit. eius ex agro decurrunt amœniſſimi fluuii. quare Columellæ in cultu hortorum dixit, fontibus Stabias celebres & Veſuuia rura. Et Plin. lib. xxxi. In ſtabiano, inquit, agro aqua, quæ vocatur dimidia, calculoſis medetur. Lib. vi. naturalium quæſtionum apud Senecam corruptè legitur litus ſcabianum. tu reſtitue ſtabianum à Stabiis. *Permeneratque ſinu medio*) ingreſſúſque fuerat maris ſinum Pomponianus [Legitur etiam diremptus ſinu medio, diuiſus ſcilicet & ſecutus à tempeſtate ob portum quem fuerat ingreſſus.] *Nam ſenſim*) non mirum ſi in tuto erat Pomponianus quáuis in mari, cùm illa loca habeant littora curua, quæ ſinum tutum ab æſtu reddant, & in ea paulatim mare infundatur. nam Seneca monumentis reliquit ab altera parte Pompeiorum Surrentinum Stabianúmque littus, ab altera Herculanenſe conuenire, & mare ex aperto circumductum amœniſſimo ſinu cingere. *Periculo*) incendio. *Proximo*) iam vicino. *Sarcinas*) vtenſilia, quæ ad cultum pertinent. interdum pro onere ſumitur indiſcretè. *Certus*) Pomponianus. *Quo*) in quem ſinum vbi erat Pomponianus. *Secundiſſimo*) plerunque enim qui eſt contrarius egredienti ventus, ſecundus eſt ingredienti. *Trepidantem*) Pomponianum timentem. *Accubat*) quieſcit, dormit, an diſcumbit paulo

enim pòſt in alia epiſtola inquit, balineum, cœna. *Æquè magnum*) diſſimulare dolorem. *Similis hilari*) ſimulans lætitiam. *Latiſſimè*) in amplum ſpatium. *Noctis*) caliginis, obſcuritatis. [duplex lectio. tenebras noctis pellebat, vel tenebris noctis excitabatur, vt fulgor & claritas obſcuritate creſceret.] *Ille*) ordo & ſenſus. Auunculus, cùm videret illuceſcere, in remedium formidinis, vt ſe & circunſtantes cõfirmaret, dictitabat, villas relictas deſertáſque igni metu agreſtium virorum qui aufugerant ardere per ſolitudinem, quòd nemo remanſiſſet incendiis opem laturus. [Si legis ignis, iunge cum trepidatione.] *Veriſſimo*) non ſimulato. *Meatus animæ*) reciprocatio ſpiritus.

amplitudinem corporis grauior & ſonantior erat, ab ijs qui limini obſeruabantur, audiebatur. Sed area ex qua diæta adibatur, ita iam cinere, mixtiſque pumicibus oppleta ſurrexerat, vt ſi longior in cubiculo mora eſſet, exitus negaretur. Excitatus procedit, ſeque Pomponiano, cæteriſque qui peruigilarant, reddit. In commune conſultant, an intra tecta ſubſiſtant, an in aperto vagentur. Nam crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbantur. Sub dio rurſus, quanquam leuium exeſorúmque pumicum caſus metuebatur. quod tamen periculorum collatio elegit, & apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit, ceruicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt. Id munimentum aduerſus decidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior denſiórque: quam tamen faces multæ, variáque lumina ſoluebant. Placuit egredi in litus, & è proximo aſpicere, ecquid iam mare

Amplitudinē corporis) oſtenditur fuiſſe Plinius corporatura læta & habiliori. *Limini*) oſtio cubiculi. *Surrexerat*) excreuerat, impleta fuerat, [miſſis, eiaculatis. non diſplicet, mixtis loco miſſis.] *Mora*) facta fuiſſet ab illo. *Procedit*) egreditur cubiculo. *Peruigilarant*) per totam noctem inſomnes ſteterant. Mart. Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue. *Tremoribus*) terræmotibus. Dion, vehementes terræmotus ſubitò facti ſunt, vt planicies illa vniuerſa aquis ſcaturiret, & montes ſubſilirent. cauſam, qua terra concutitur, alii in aqua, alii in ignibus, alii in ipſa terra, alii in ſpiritu putauere, alii in pluribus, alii in omnibus. quidam liquere ipſis aliquam ex iſtis cauſam dixerunt, ſed non liquere quæ eſſet. Democritus & eum ſecutus Seneca poſt longam diſputationem credidere nullam eſſe cauſam motus maiorem, quàm ſpiritum, quo nihil eſt in rerum natura potentius: ſine quo nec illi quidem, quæ ſunt, vehementiſſima pollent. ignem ſpiritus concitat, aquæ ſi ventum detrahas inertes ſunt. multa ferè in eandem ſententiam diſſerit Lucretius lib. vltimo *Nutabant*) mouebantur. duo genera ſunt, vt Poſidonio placet, quibus mouetur terra: ſuccuſſio dicitur, cùm terra quatitur, & ſurſum atque deorſum mouetur: altera inclinatio, qualis nunc cùm in vtranque partem nutat nauigii more tertium genus addit Seneca, & tremorem terræ appellat, vtrique diſſimilem: cùm ſuccutiuntur omnia nec vibrantur, pernicioſior eſt inclinatio: nam niſi ex altera parte ſubueniat motus, qui inclinata reſtituat, ruina neceſſariò ſequitur. *Dio*) aere *Rurſus*) cõſidunt. *Malorum* vel *periculorum collatio*) quòd ſcilicet minus periculum erat in

aperto ſtare, quàm in tecto. quod ſi corruiſſet, omnes certè oppreſſiſſet. *Ratio rationem*) id eſt, quòd exierit, id fecit ſano mentis conſilio: quia etſi in cubiculo tutus erat à pumicibus, tamen maius periculum imminebat, tanquam ſi diceres exceſſit, non timore, ſed ratione. *Timor maior*) ſi reſtitiſſem ſub tecto. *Vicit timorem*) fecit illos confugere in apertum, vbi minus timebant. *Conſtringunt*) ligant. *Ceruicalia*) ſunt quæ dormituro ceruici ſupponuntur. Mart. Tinge caput nardi folio, ceruical olebit. Inuehitur Plin. in ceruicalium vſum, Eò inquit deliciæ proceſſere, vt ſine hoc inſtrumento durare iam neruorum quidem ceruices poſſint. *Capitibus*) ad munimentum capitum. *Linteis*) faſceis, & ſudariis lineis. *Incidentia*) ſaxa. *Soluebant*) fugabant lato ſplendore.

admitteret, quod adhuc vaſtum & aduerſum permanebat. Ibi ſuper abiectum linteum recubans ſemel, atque iterum frigidam popoſcit, hauſitque: deinde flamma, flammarumque prænuncius odor ſulfuris, alios in fugam vertunt, excitant illum, innixus ſeruis duobus aſſurrexit, & ſtatim concidit: vt ego conjecto, craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura inualidus & anguſtus, & frequenter inter æſtuans erat. Vbi dies redditus is, ab eo quem nouiſſimè viderat, tertius, corpus inuentum eſt integrum, illæſum opertúmque vt fuerat indutus. habitus corporis quieſcenti, quàm defuncto ſimilior. Interim Miſeni ego & mater. ſed nihil ad hiſtoriam, nec tu aliud, quàm de exitu eius ſcire voluiſti. Finem ergo faciam: vnum adjiciam, omnia me quibus interfueram, quæque ſtatim, cùm maximè vera memorantur, audieram, verè perſecutum: tu potiſſima excerpes. aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam: aliud amico, aliud omnibus ſcribere. Vale.

Admitteret) ſuaderet, an fluctus poſuiſſet. *Vaſtum*) vndoſum præter ſolitum. *Excitant*) quieſcentem ſuſcitant. [*Innixus*, quid ſi innitens, vt eſt in codiec antiquo, ſicut ſtatim colligo pro coniecto.] *Concidit*) cadens interiit anno ſexto, & quinquageſimo. [Tranquil. de viris illuſtribus, C. inquit Plinius Secundus Nouocomenſis cùm Miſenenſiũ claſſi præeſſet, & flagrante Veſuuio ad explorandas propius cauſas Liburnicas prætẽdiſſet, neque aduerſantibus ventis remeare poſſet, vi pulueris ac ſauillæ oppreſſus eſt: vel vt quidam exiſtimant, à ſeruo ſuo occiſus, quem deficiens æſtu vt necem ſibi maturaret, orauerat.] *Obſtructo ſpiritu*) incluſa & ſuffocata anima. *Inualidus*) nimia ſtudii intentione. nam omnes pene ſtudioſi ſtomachi difficultate laborant. præſertim qui poſt cibum ſtatim meditantur: quem domeſtica, vel ciuilia officia tenent occupatum. quæ omnia cùm Plinio ineſſent, non mirum ſi ſtomacho erat inualido. *Anguſtus*) exigui cibi patiens. *Inter æſtuans*) ebulliens cruditate, quod ſolet euenire iis qui non bene concoxerunt: vnde aqua frigida frequenter vtebatur ad id opportuno remedio, ſi Celſo credimus. *Tertius ab eo*) tertius poſt obitũ illius. *Vt fuerat indutus*) ea veſte, qua fuerat indutus antequã moreretur. *Habitus*) qualitas, facies, forma. *Ego & mater*) eramus. *Nihil*) hoc pertinet ad hiſtoriam componẽdam. *Perſecutum*) diligenter ſcripſiſſe. *Epiſtolam*) quæ minima quæque complectitur. *Hiſtoriam*) quæ diligit res præſertim ad exemplum facientes. *Amico*) cui omnia familiariter ſcribimus.

C. PLINIVS RESTITVTO SVO S.

INdignatiunculam, quam in cuiuſdam amici auditorio cepi, non poſſum mihi temperare, quò minus apud te, quia non contingit coràm, per epiſtolam effundam. Recitabatur liber abſolutiſſimus: hunc duo, aut tres, vt ſibi & paucis videntur, diſerti, ſurdis mutiſque ſimiles audiebant. Non labra diduxerunt, non mouerunt manum, non denique aſſurrexerunt ſaltem laſſitudine ſedendi. Quæ tanta grauitas? quæ tanta ſapientia? quæ immò pigritia, arrogantia, ſiniſteritas, ac potius amentia, in hoc totum diem impendere, vt offendas, vt inimicum relinquas: ad quem tanquam amiciſſimus veneris? diſertior ipſe es? tanto magis ne inuideris. Nam qui inuidet, minor eſt. Denique ſiue plus, ſiue minus, ſiue idem præſtas, lauda, vel inferiorem, vel ſuperiorem, vel parem. Superiorem, quia niſi laudandus ille non eſt, non potes ipſe laudari: inferiorem, aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam quàm maximum videri, quem præcedis, vel exæquas. Equidem omneis, qui aliquid in ſtudijs faciunt, venerari etiã, mirarique ſoleo. Eſt enim res difficilis, ardua, faſtidioſa, & quæ eos à quibus contemnitur, dedignatur. Niſi fortè aliud iudicas tu. quanquam quis vno te reuerentior huius operis, quis benignior æſtimator? Qua ratione ductus, tibi potiſſimum indignationem meam prodidi, quem habere ſocium maximè poteram. Vale.

IN dignatiunculam) apud Reſtitutum, præclarum cauſidicum, exponit indignationem ſuam, quam conceperat per quoſdam auditores, qui recitanti amico nullum ſignum lætitiæ dederunt [Lege Plutarchum in libro *περὶ τοῦ ἀκούειν*, vbi multa reperies ad hanc epiſtolam facientia.] *Coràm*) nam aberat Roma Reſtitutus *Effundam*) apertiam penitus. *Diſerti*) acres in diſputando. diſertus minus eſt, quàm eloquens. *Surdis mutiſque*) ſurdus eſt, qui caret auditu: mutus, qui non poteſt loqui, à litera (m) dictus, quã exprimit dum conatur effari. *Diduxerunt*) mouerunt. *Aſſurrexerunt*) honoris cauſa finita recitatione, vt autorem honeſtarent. *Grauitas*) ironicè dictum, vnde ſtatim per correctionem emendat. *Siniſteritas*) malignitas, iniquitas. *Impendere*) abſumere. *In hoc*) in hac re. *Diſertior ipſe es*) ſi tu es diſertior quàm recitator, tanto magis non debes inuidere, cùm qui inuideat alicui, neceſſe eſt vt ſit minor illo. ſummum enim petit inuidia, alienis incrementis inimiciſſima: alit liuorẽ infelix inertia, & omnes deſtrui cupiunt, quia ſe non potuerunt prouehere: nam potentes ſequitur inuidia, miſeros contemptus. *Plus præſtas*) excellentior & præſtantior es illo quem audis. *Superiorem*) te lauda. [*Quia*] nam ſi ſuperior non meretur laudem, tanto minus tu, qui es inferior, non potes laudari, ergo lauda vt tu ſis aliqua laude dignus.] *Pertinet*) confert multum. *Faciunt*) ſcribunt, componunt. latè patet verbum facio [*Res*) gloria. [*Dedignatur*) ſpernit. in ſecunda lectione fuit, inuicem contemnat. [*Huius operis*) alienæ gloriæ & laudationis.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

Rogas vt agam Firmanorum publicam cauſam: quod ego, quanquam plurimis occupationibus diſtentus, adnitar. Cupio enim & ornatiſſimam Coloniam aduocationis officio, & te gratiſſimo tibi munere obſtringere. Nam cùm familiaritatem noſtrã, vt ſoles prædicare, ad præſidium ornamentúmq; tibi ſumpſeris, nihil eſt quod negare debeam, præſertim pro patria petẽti. Quid enim precibus aut honeſtius piis, aut efficacius amantis? Proinde Firmanis tuis, ac iam potius noſtris, obliga fidem meam, quos labore & ſtudio meo dignos, cùm ſplendor ipſorum tum hoc maximè pollicetur, quòd credibile eſt optimos eſſe, inter quos tu talis extiteris. Vale.

Rogas) Sabino ſuum patrocinium pollicetur. id enim exegerat pro patria Firmo. *Firmanorum*) Firmum Piceni caſtellum, autore Plinio, ſecundum Strabonem oppidum. [M. Tullius in Philippicis, tanquam municipes Firmanos laudat: quòd contra M. Antonium principes pecuniæ pollicendæ fuerint.] In quibuſdam exemplaribus leges Formianorum, poſſeſſiuum à Formiis deductum. *Publicam*) pertinentem ad Remp. *Coloniam*) Romanam. *Noſtris*) quos tuendos ſuſcepi. *Splendor*) gloria. *Talis*) tam admirabilis & probatus.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

Scis tu acceſſiſſe precium agris, præcipuè ſuburbanis. Cauſſa ſubitæ charitatis, res multis agitata ſermonibus, proximis comitiis honeſtiſſimas voces Senatus expreſſit. Candidati ne conuiuentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant. Ex quibus duo priora tam apertè quàm immodicè fiebant: hoc tertium, quanquam occultaretur, pro comperto habebatur. Homulus deinde noſter vſus vigilanter hoc conſenſu Senatus, ſententiæ loco poſtulauit, vt Conſules deſiderium vniuerſorum notum principi facerent, peterẽntque ſicut aliis vitiis, huic quoque prouidentia ſua

Scis) Petituri magiſtratus conſueuerãt ſuffragatores inuitare, muneribus deuincire, depoſita pecunia ſuffragia præſtinare: hoc igitur referente Homulo ad ſenatum, vt Traianus adiretur ad remedium petendum, Imperator lege lata candidatorum ſumptus reſtrinxit, & cauit vt tertiam patrimonij partem conferrent in ea quæ ſolo continerentur. quare cùm multi eſſent emptores, admonet Nepotem amicum, ſi cupit Itala prædia vendere, & in prouinciis comparare, nunc eſſe tempus idoneum. *Acceſſiſſe*) auctum eſſe. *Suburbanis*) iacentibus iuxta vrbem. *Caritatis*) precij difficultatis *Cauſa*) fuit. *Proximis comitiis*) cùm nuper conueniſſent

ueniſſent ad creandos magiſtratus. [*Expreſsit*) ſignificauit.] *Immodicè*) ſupra modum. *Tertium*) deponere pecunias, vt ſuffragator eſſet cautius, *Occultaretur*) in occulto fieret. *C. Homulus*) C. Valerius Homulus iam à nobis demonſtratus. *Vigilanter vſus*) cùm vidiſſent omnes Senatores conuenire vt candidatorum ſumptus reprimerentur: tali occaſione impigrè vſus, cùm rogatus eſſet dicere ſententiam ſuam ſuper ea re, loco ſententiæ poſtulauit à Coſſ. vt imperatorem huius Senatus conſenſus admonerent.

Occurreret) obſtaret, prouideret. *Infames*) immodeſtos, maniſeſtos. *Reſtrinxit*) repreſſit. *Eoſdem*) candidatos. *Patrimonij*) cenſus ſui. *Solo continentur*) ſolum dicitur quod ſubeſt alicui rei. Feſtus ſolum terram dicit & locum Iuſtinianus de Interdictis, & Scæuola, Quæ in fraudem, ſic alij ſolum ponunt pro re immobili: nam appellatione ſoli intelliguntur prata, agri, nemora, paſcua, vineæ, horti, domus, areæ, & ſimilia: apud Iuriſconſultos circunferuntur hi duo verſus. Quicquid plantatur, ſeritur, vel ædificatur, Omne ſolo cedit, radices ſi tamen

occurreret: occurrit. Nam ſumptus candidatorum, fœdos illos & infameis ambitus lege reſtrinxit. Eoſdem patrimonij tertiam partem conferre iuſsit in ea quæ ſolo continerentur, deforme arbitratus (vt erat) honorem petituros, vrbem, Italiámque, non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere. Concurſant ergo candidati certatim, quicquid venale audiunt, emptitant: vt ſint quoque plura venalia, efficiunt. Proinde, ſi pœnitet te Italicorum prædiorum, hoc vendendi tempus, tam Hercule, quàm in prouincijs comparandi, dum ijdem candidati illic vendunt, vt hîc emant. Vale.

egit: vt per hos comprehendatur quod appellatione ſoli continetur. *Stabulo*) tantum ſtandi gratia. *Hoſpitio*) diuceſorio, non habitandi ſed ad tempus commorandi cauſa. *Peregrinantes*) peregre exiſtentes, & aliena loca peragrantes, nam peregrinus eſt aduena. *Pluris*) quia certatim emptitant prædia Italica. [legitur & vt ſint quoque pluris] [an plura quòd cum maius precium polliceantur, quàm valeant prædia, multi domini incitantur ad ſua vendenda.]*Tempus*) eſt. *Comparandi*) acquirendi, emendi. Tranquillus, Magiſteria ſacerdotij ditiſſimus quiſque & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabant. Cato, Prædium cùm comparare cogitabis, ſic in animo habeto, vti ne cupidè emas. Secundus ad Traianum, Nam prædiorum comparandorum, aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt. *Idem*) quod ſolo continetur. *Illic*) in prouincijs *Hic*) in Italia.

C. PLINIVS CORNELIO TACITO SVO S.

AI*s*) Incitauerat Secũdum Tacitum ad perquirendũ quos metus & caſus ſuſtinuiſſet ardente Veſuuio, dum Miſeni cum matre relictus fuit ab auunculo. nam cupidi ſumus co-

A*Is te adductum literis, quas exigenti tibi, de morte auunculi mei ſcripſi, cupere cognoſcere, quos ego Miſeni relictus (id enim ingreſſus abruperam) non ſolùm metus verumetiam caſus pertulerim:*

gnoſcere, quæ nobis propoſita non explicantur. proſequitur igitur noto iam argumento quæcunque paſſus ſit in illo turbine & caligine. [*Relictus*, ab auũculo. *Id enim litus ingreſſus abrupera͂* Ingreſſus Campaniæ litus Miſenum mihi pro ſeceſſu delegeram. [cùm id narrare incepiſſem alia epiſtola ad eundem intermiſerat. dixerat enim interim Miſeni ego & mater, ſed nihil ad hiſtoriam. nec tu aliud quàm de exitu eius ſcire voluiſti.]

quanquam animus meminiſſe horret, incipiam Profecto auunculo, ipſe reliquum tempus ſtudiis (ideo enim remanſeram) impendi, mox balineum, cœna, ſomnus inquietus & breuis. præceſſerat per multos dies tremor terræ minus formidoloſus, qui Campania, non ſolùm caſtella, verumetiam oppida vexare ſolitus: illa verò nocte ita inualuit, vt non moueri omnia, ſed euerti crederentur. Irrumpit cubiculum meum mater: ſurgebam inuicem, ſi quieſceret, excitaturus. reſedimus in area domus, quæ mare à tectis modico ſpatio diuidebat. dubito conſtantiam vocare, an imprudentiam debeam: agebam enim duodeuiceſimum annum. Poſco librum Titi Liuij, & quaſi per otium lego, atque etiam vt cœperam, excerpo. Ecce amicus auunculi, qui nuper ad eum ex Hiſpania venerat, vt me, & matrem ſedentes, me verò etiam legentem videt, illius patientiam, ſecuritatem meam corripit: nihilo ſegnius ego intentus in librum. iam hora diei prima, & adhuc dubius, & quaſi languidus dies, iam quaſſatis circumiacentibus tectis, quanquam in aperto loco, anguſto tamen magnus & certus ruinæ metus. Tum demum excedere oppido viſum. Sequitur vulgus attonitum, quodque in pauore ſimile prudentiæ, alienũ conſiliũ ſuo præfert, ingentique agmine

Quanquam animus meminiſſe horret) Virgilianum carmen ex ſecundo Æneidos, vbi introducitur Æneas dicturus Ilienſe excidium: ſic exordiẽs, Quanquam animus meminiſſe horret, luctúque refugit, Incipiam. *Ideo*) vt ſtuderem. Iam enim dixerat mihi, ſi venire vnà vellem, facit copiam: reſpondi ſtudere me malle. *Balineum* initum eſt. *Campania non ſolùm caſtella, verumetiam oppida vexare ſolitus*) Scribit Seneca, Campaniam nunquam ſecuram à terræ motu: attamen indemnem ante Reguli & Virginii Conſulatum: vexantur enim terræ motu magis propinqua mari. nam ſpiritus intra terram per occulta foramina intrat. deinde cùm obſtructus ille trames, per quem deſcenderat, reditum autem illi à tergo reſiſtens aqua abſtulit, huc illuc fertur, & ſibiipſi occurrens terram labefactat. Inde Neptuno hæc aſſignata mouendi potentia apud Homerum. legimus [eum] ἐνοσίγαιον, id eſt quatientem terram, vocari. [*Irrupit*) antiquiſſima lectio habet, inuaſit in.] *Excitaturus*) eam ſi dormiret expergefacturus. *Tectis*) ædificiis domus. *Conſtantiam*) quia nimium perſtabat in aperto periculo. *Duodeuigeſimum*) decimumoctauum. *Librum*) hiſtorias. nam & epiſtolas & ſermones compoſuit Liuius, ſermones inquam ex profeſſo philoſophiam continentes. *Excerpo*) enoto. *Intentus in librum*) eram defixus in Liuium. *Dubius*) incertus, inter crepuſculum. *Circumiacentibus*) circum aream in qua eramus. *Aperto*) ſub dio. *Oppido*) Miſeno. *Viſum*) eſt nobis. *Attonitum*) tan-

quam fulmine afflatum. *Præfert*) approbat magis.

abeunteis premit & impellit. Egreſſi tecta conſiſtimus, multa ibi miranda, multas formidines patimur. Nam vehicula, quæ produci iuſſeramus, quanquam in planiſſimo campo, in contrarias parteis agebantur: ac ne lapidibus quidem fulta, in eodem veſtigio quieſcebant. Præterea mare in ſe reſorberi, & tremore terræ quaſi repelli videbatur. Certè proceſſerat littus, multáque animalia maris in ſiccis arenis detinebat. Ab altero latere nubes atra & horrenda ignei ſpiritus tortis vibratíſque diſcurſibus rupta, in longas flammarum figuras dehiſcebat, fulgoribus illæ & ſimiles & maiores erant. Tum verò ille idem ex Hiſpania amicus acrius & inſtantius, Si frater, inquit, tuus, tuus auunculus, viuit, vult vos eſſe ſaluos: ſi periÿt, ſuperſtites voluit. Proinde quid ceſſatis euadere: Reſpondimus, Non commiſſuros nos, vt de ſalute eius incerti, noſtræ conſuleremus. Non moratus vltrà proripit ſe, effuſóque curſu periculo aufertur: nec multo pòſt, illa nubes deſcendere in terras, operire maria, cinxerat Capreas, & abſconderat: Miſeni quod procurrit, abſtulerat. Tum mater orare, hortari, iubere quoquo modo fugerem. poſſe enim iuuenem, ſe & annis & corpore grauem bene morituram, ſi mihì cauſſa mortis non fuiſſet. Ego contrà, ſaluum me, niſi vnà, non futurum: deinde manum eius amplexus, addere gradum cogo: paret ægrè, incuſátque ſe quod me moretur. Iã cinis adhuc tamen rarus, reſpicio, denſa caligo, tergis imminebat, quæ nos, torrentis modo infuſa terræ, ſequebatur.

Abeunteis) nos migrantes. *Ibi*) extra tecta oppidi. *In contrarias partes*) retro. *Fulta*) ſepta. *Reſorberi*) retrocedere. *Proceſſerat*) ſe extenderat decreſcente mari. *Animalia*) piſces. *Ab altero latere*) Veſuuium verſus. *Porrectis*) exeurrentibus, [an potius tortis.] *Dehiſcebat*) ſcindebatur. *Figuras*) formas. *Fulgoribus*) Seneca in naturalibus quæſtionibus, Horum, inquit, aliqua non patiuntur moram, ſed tranſeurrunt, aut extinguntur ſubinde qua reluxerant: hi fulgores dicuntur, quia facies illorum, & candida eſt, nec ſine iniuria decidens. Heraclitus ſulgurationem exiſtimat apud nos incipientium ignium conatus, & primam flammam incertam, modò intereuntem, modò rxurgentem. *Ex Hiſpania*) qui venerat ex Hiſpania. *Frater tuus*) ſororem Plinii, & Cæcilii matrem alloquitur. *Tuus auunculus*) vertit ſermonem ad Secundum. *Superſtites voluit*) quia vos reliquit. *Commiſſuros*) paſſuros. *Proripit ſe*) in fugam vertit ſe ille Hiſpanus. *Deſcendere, operire*) infinitiua pro indicatiuis more hiſtorico. *Capreas*) inſulam iuxta Neapolim: cuius ſeceſſu delectabatur Tiberius Cæſar. Hanc prius Auguſtus permutauerat cum Rep. Neapolitanorum Ænaria data diſtat à Surrēto octo millibus paſſuū. à Stephano Capriaria dicta, vel etiam Capriæ. *Quod procurrit*) promontorium quod in mare porrigitur. *Abſtulerat*) condiderat ab aſpectu noſtro. *Poſſe enim iuuenem*) dicebat me iuuenem commodius poſſe fugere. *Bene*) libenter. *Mihi*) dum eius cauſa retardor à fuga. *Ego*) dicebam: *Vna*) cum matre. *Addere gradum*) accelerare. *Cinis*) decidebat.

Deflectamus(inquam,)dum videmus, ne in via ſtrati, comitantium turba in tenebris obteramur. Vix conſederamus, & nox non qualis illunis, aut nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto: Audires vlulatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum: alij parentes, alij liberos, alij coniuges vocibus requirebant, vocibus noſcitabant: hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerabantur: erant qui metu mortis mortem precarentur. Multi ad deos manus tollere: plures nuſquam iam deos vllos: æternámque illam & noniſſimam noctem mundo interpretabantur. Nec defuerunt qui fictis mentitiſque terroribus vera pericula augerent. Aderant qui Miſeni illud ruiſſe, illud ardere falſò, ſed credentibus, nunciabant. Paulum reluxit, quod non dies nobis, ſed aduentantis ignis indicium videbatur: & ignis quidem longius ſubſtitit: tenebræ rurſus, cinis rurſus multus & grauis: hunc identidem aſſurgentes excutiebamus, operti alioqui, atque etiam obliſi pondere eſſemus. Poſſem gloriari, non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculus excidiſſe, niſi me cum omnibus, omnia mecum perire miſero, magno tamen mortalitatis ſolatio credidiſſem. Tandem illa caligo tenuata quaſi in fumum, nebulámue deceſſit: Mox dies verè, ſol etiam effulſit, luridus tamen: qualis eſſe,

Deflectamus) declinemus à via. *Comitantium*) Miſenenſium conſequentium. [*Conſederamus*] extra viam publicam greſſum firmaueramus. Legitur etiam, viam deſerueramus] *Illunis & nubila*) [id eſt vel in nocte non lucente luna, vel nubibus obtecta. Et alia lectio, illunis aut nubila. Cū Luna inter nubila lucet. *Vlulatus fœminarum*) Cæſar in commentariis vlularum etiam ad viros retulit, ſcribens Gallorum vlulatu confirmari animos in prælio. Magis cōuenienter Tacitus locutus in libello de moribus Germanorum, Vlululatus inquit fœminarum, & vagitus infantium. Secundus tamen, Quiritatus infantium dixit à verbo quirito, quod eſt quiritium fidem implorare, autore Varrone. M. Tullius epiſtolarum. x. Et illi miſero quiritanti, ciuis Ro. natus ſum: reſponderet, abi nūc. populi fidē implora. [Valer. Max. Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ ciuitatis aures acceperūt] Apuleius. viii. ſimpliciter pro inuocare vſurpauit. Ille inquit deum fidem clamitans, & cruorem vxoris abſtergens, altius quiritabat. *Mortem precarentur*) vt fit in ſumma rerum deſperatione, cùm tamen viuere optamus. *Tollere*) tollebant. *Æternam noctem mundo*) Dion, Putabant alij aduenisſe chaos, vel per ignem mundum abſumi: atque fugiebant partim ex domibus in vias, alij ex mari in terram. & rurſus ex terra in mare. *Noctem*) finem extremum mundi, quem quidam æternum, alij interiturum dixerunt. *Fictis terroribus*) nam exiſtimabantur gigantes inſurrexiſſe, & effigies illorum apparuiſſe in fumo, præterea tubarum ſonitus auditi. *Miſeni illud*) quòd in mare excurrit. *Tenebræ rurſus*) Dion, tantus fuit ignis & fumus, vt aëra totum obumbraret, totum verò ſolem occultaret ceu defectum: nox verò ex die, nox & tenebræ ex luce factæ ſunt. eructabat immenſus cinis, & occupabat terram, mare, aera: lędebantur homines: regiones, pecora, piſces, præterea aues abſumebantur. *Hunc*) cinerem. *Identidem*) frequenter. *Da*

cælo pondere) ex cinere immenſo deciden-te ex aere. *Obleſi*) valdè læſi. *Parum fortem*) inconſtantem, impatientem. *Magno ſolatio*) cùm putarem eſſe omnes mecum interituros: ſola enim neceſſitate conſolabar. *Luridus*) liuidus, decoloratus, ſqualidus. Apuleius, lurore Socratem deformatum: & alibi, lurore ac illuuie collapſa membra dixit. Ouidius aconita lurida ab effectu nominauit.

cùm deficit, ſolet. Occurſabant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia, altóque cinere tanquam niue obducta. Regreſſi Miſenum, curatis vtcunque corporibus, ſuſpenſam dubiámque mentem, ſpe ac metu exegimus: metus præualebat. Nam & tremor terræ perſeuerabat, & plerique lymphati terrificis vaticinationibus, & ſua & aliena mala ludificabantur. Nobis tamen ne tunc quidem, quanquam & expertis periculum, & ea ſpectantibus, abeundi conſilium donec de auunculo nuncius veniret. Hæc nequaquam hiſtoria digna, non ſcripturus, leges, & tibi ſcilicet, qui requiſiſti, imputabis, ſi digna ne epiſtola quidem videbuntur. Vale.

Cùm deficit, ſolet) Legimus etiam cùm deficere ſolet: id eſt cùm patitur eclipſin ex interpoſitione & obiectu Lunæ. [*Verè*) verus eſt in antiquo exemplari.] *Occurſabant*) frequenter obiectabantur. *Obducta*) tecta. *Curatis*) balineo, veſte, & cibo. *Vtcunque*) mediocriter, vt aſſolet in re triſti. [*Dubiámque mentem*) fuit in ſecunda lectione, dubiámque noctem.] *Metus præualebat*) Dion, Nec paruus metus fuit per multos dies: neſciebant homines quid factum eſſet, nec coniectare vnde factum: exiſtimabant enim quæ ſuprà & infrà erant euerti, ſolem in terram deſcēdere. *Lymphati*) phanatici, laruati, inſanientes: quod vulgò creditum fuit, vt quicunque nympham vidiſſet, furendi finem non faceret. Seneca vbi de terræmotu agit, nan que tradit, aliquos inſanos, attonitiſque ſimiles diſcurrere fecit metus. Quid mirum eſt animos inter dolorem & metum deſtitutos aberrare? non eſt difficile inter magna mala deſipere: itaque leuiſſima ingenia ferè in tantum venere formidinis, vt ſibi exciderent. inde inter bella errauere lymphatici. nec vſquam plura exempla vaticinantium inuenies, quàm vbi formido mentes religione mixta percuſſit. [Plinius de boue Api. Hi greges repentè lymphati futura præcinunt.] *Ludificabantur*) ludibrio fallebant. *Ea ſpectantibus*) terræmotum, & ludificationes lymphaticorum] legitur etiam, & expectantibus.] *Conſilium*) fuit. *Abeundi*) Miſeno. *Non ſcripturus*) Senſus eſt. Tu non ſcripturus, quia non ſunt hiſtoria digna, tantummodo leges hæc noſtra. *Imputabis tibi*) te accuſabis, tibi aſcribes & obiicies. Plinius in præfatione totius operis. Hanc igitur tibi imputabis. Seneca in declamationibus, Imputabitur mihi ſi quid acciderit. Et de beneficiis. Multi ſunt tam malæ naturæ, vt malint perdere quæ præſtiterunt, quàm videri recepiſſe, ſuperbi, & imputatores. Mart. Imputet ipſe deus nectar mihi, fiet acetum. Secundus ad Traianum, Bidem ciuitati imputata ſunt terna millia. Tacitus de Germanis, Gaudent muneribus: ſed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Columella, Longe plus imputant ſeminis iacti, quàm quod ſeuerint. Vlpianus de tutelis & rationibus, imputare pro referre etiam vſurpauit.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

SVm ex ijs qui mirer antiquos: non tamen, vt quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim quaſi laſſa & effœta natura nihil iam laudabile parit. atque adeo nuper audij Verginium Romanum paucis legentem comœdiam ad exemplar veteris comœdiæ ſcriptam, tam bene, vt eſſe quandoque poſſit exemplar. Neſcio an noris hominem, quanquam noſſe debes. Eſt enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monſtrabilis. Scripſit mimiambos tenuiter, arguté, venuſtè, atque in hoc genere eloquentiſſimè. Nullum eſt enim genus, quod abſolutum, non poſſit eloquentiſſimum dici. Scripſit comœdias, Menandrum

SVm) In Virginio Romano & morum probitatem & doctrinam laudat, præſertim in comœdia ſcribēda tam noua quàm priſca, temporum ſuorum ingenia non deſpiciens. Hinc Tacitus de oratoribus damnat qui ſoli antiquitati innixi ſua tempora negligunt, vitio aſſerens malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe. *Effœta*) ſterilis. [quanquam ſterile ab effœto aliud ſit. illud quod nunquam potuit parere, hoc quod propter ſenium deſiit. Quare Valerius inquit, nubis effœta.] *Tam laudabile*) vt olim. perinde ac ſi diceret, inueniuntur etiam noſtris temporibus ingenia ſimilia antiquis: quod probat exemplo Virginij Romani, [vel legamus iam.] *Veteris comœdiæ*) antiqua illa comœdia cum ſynceram ſermonis Attici gratiam propè ſola retinet, tum facundiſſimæ libertatis. eius inuentor pater Eupolis cùm Cratino Ariſtophanéque eſſe creditur: non penitus ficta argumenta, ſed res geſtas à ciuibus magna dicendi libertate inceſſens, & admirans. inde Satyra exordium ſumpſiſſe fertur. quare non abſurdè Suidas interpretatur comœdiam detractiones contumelioſas. eſt enim in perſequendis vitiis præcipua. *Exemplar*) quod cæteri ſequantur. *Operum varietate*) nam ſcripſit in diuerſis generibus. *Mimiambos*) Mimum comœdiam conſtantem verſibus iambis, qua Laberius excelluit. Mimus autem ſermonis eſt cuiuſlibet motus ſine reuerentia, vel factorum cum laſciuia imitatio. Mimus dictus hoc genus comœdiæ, quaſi ſolus imitetur, cùm & alia poemata idem faciant: ſed ſolus quaſi priuilegio quodam quod fuit commune poſſedit. *Tenuiter*) attenuatè vt poſcit mimiamborum ſtylus. *Argutè*) callidè, ſubtiliter. *Nullum eſt enim*) nam omne id laudatur ſecundum Cic. iij. de oratore, quod eſt in ſuo genere perfectum: id enim perfectum eſt autore Caio de iuris origine; quod omnibus ſuis partibus conſtat. *Comœdias nouas*) noua comœdia argumento communi magis & generaliter ad omnes homines qui mediocribus fortunis aguntur, pertinet, mitigata veteri comœdia, vt minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, conſuetudine congrua, vtilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro. Diomedes, Comœdia inquit, noua eſt priuatæ ciuiliſque fortunæ ſine periculo vitæ compræhenſio: cuius autores tradit Menandrum & Philemona: apud Athenæum ſæpius fit mentio mediæ comœdiæ, ſcilicet inter veterem & nouam exiſtentis: eius autores interdum citat. *Menandrum*) Menandros plures lego. nam fuit Menander Athenienſis comicus antiquus, & Menander alius Athenienſis Diopithi, & Hegeſiſtratæ filius, qui à cunctis celebratur; ſcriptor nouæ comœdiæ, luminibus

ſtrabo, ſed ingenii acumine oculatus, in mulieres pronior, cuius comœdiarum numerus à Gellio lib. xvi recenſetur, & à Suida. quo autore alia etiam ſcripſit. eius ſepulcrum ex Pireo venientibus offerri Pauſanias rettulit. Menander autem Laodicenſis declamator in Hermogenem commentarios excudens, & Menander hiſtoricus, de quo plura Suidas, ac Menander Iuriſconſultus autore Marcello. ff.xlviij.

aliόſque ætatis eiuſdem æmulatus. licet has inter Plautinas Terentianáſque numeres. Nunc primùm ſe in vetere comœdia, ſed non tanquam inciperet, oſtendit: non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. ornauit virtutes, inſectatus eſt vitia, fictis nominibus, decenter, veris vſus eſt aptè. Circa me tãtùm benignitate nimia modum exceſſit, niſi quòd tamen poetis mentiri licet. In ſumma extorquebo ei librum, legendúmque, immò ediſcendum mittam tibi. neque enim dubito futurum, vt non deponas, ſi ſemel ſumpſeris. Vale.

Alios item) Philemona præſertim, quem Gellius aſſerit ſæpius de Menandro palmam retuliſſe. *Non tanquam inciperet*) non rudis, & nouus in ea facultate, ſed exercitatus. *Vis*) impetus, acrimonia. *Granditas*) grandis oratio pro magna, tranſlatiuè tamen ſicut minutum amicum pro paruo dicimus. nam grandis & elegans, & venuſta eſt vet' comœdia, & neſcio an vlla, poſt Homerum, inquit Fabius, aut ſimilior ſit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. *Inſectatus eſt vitia*) rem pro homine poni tranſlatiuè orationem plerunque exornat, ſicut patientiam pro patiente, vitium pro vitioſo. maius enim quid dici videtur. ſic Mar. Non vitioſus homo es Zoile, ſed vitium. ſic Romanum Secundus inſectatum eſſe vitia, id eſt homines deperditos. nam ipſa comœdia moribus multum profuit ciuitatis, cùm vnuſquiſque caueret culpam, ne ſpectaculo cæteris eſſet, & domeſticis probro. *Me*) legitur etiam meum. ſcilicet nomen. *Modum*) laudandi. *Mentiri*) fingere. *Extorquebo*) ab inuito abſtraham. *Non deponas*) captus illius elegantia.

C. Plinivs Tyroni Svo S.

MAgna res acta eſt omnium, qui ſunt prouincijs præfuturi, magna omnium, qui ſe ſimpliciter credunt amicis. Luſtricus Brutianus cùm Montanum Atticinum

MAgna) Cęleſtriũ Tyronẽ, Proconſularũ Bæticæ. ſortitum, monet exemplo Bruttiani ne cui ſuorum facilè credat. is enim dum eſſet in prouincia, & de flagitiis ſocii ſui Attacini Cæſari ſcripſiſſet, accuſatus ab eo eſt abſolutus, damnato Atticino. *Magna res*) magni momenti & exempli. *Luſtricus Bruttianus*) hic eſt ille Bruttianus quem tantopere laudat Mart. quarto libro. Dum tu lenta nimis diúque quæris. Quis primus tibi quíve ſit ſecundus, Gratum quiſve epigrammata comparabit: Palmam Callimachus Thalia de ſe Facundo dedit ipſe Bruttiano, Qui ſi Cecropio ſatur lepore Romanæ ſale luſerit Mineruæ, Illi me facias precor ſe-

cundum. *Montanum Attacinum*) Montanos multos comperio. Iulium Montanum, Montanum Votienum, Montanum Hiſponem declamatores, Montanum Traulum, Montanum Alpinum, Curtium Moutanum, ad quem alibi Secundus, Iuue. & Tacitus Senatorem fuiſſe memorac. L. præterea Titium Montanum. vj. vir. ædil. ij. vir. in memoriis municipii Ticini.

comitem ſuum in multis flagitiis deprehendiſſet, Cæſari ſcripſit: Atticinus flagitijs addidit, vt quem deceperat, accuſaret. Recepta cognitio eſt. fui in conſilio, egit vterque pro ſe, egit autem carptim, κατὰ κεφάλαια: quo genere veritas ſtatim oſtenditur Protulit Bruttianus teſtamentum ſuum, quod Atticini manuſcriptum eſſe dicebat. Hoc enim & arcana familiaritas, & querendi de eo, quem ſic amaſſet, neceſſitas indicabatur. Enumerauit crimina fœda manifeſtáque. Ille quum diluere non poſſet, ita receſſit, vt dum defenditur, turpis: dum accuſat, ſceleratus probaretur. Corrupto enim ſcribæ ſeruo, interceperat commentarios, interciderátque, ac per ſummum nefas vtebatur aduerſus amicum crimine ſuo. Fecit pulcherrimè Cæſar. Non enim de Bruttiano, ſed ſtatim de Atticino pronunciauit. damnatus & in inſulam relegatus: in Bruttiano iuſtiſſimum integritatis teſtimonium redditum, quem quidem etiam conſtantiæ gloria ſecuta eſt. Nam defenſus expeditiſſimè, accuſauit vehementer, nec minus acer quàm bonus & ſincerus apparuit. Quod tibi ſcripſi, vt te ſortitum prouinciam præmonerem, plurimum tibi credas, nec cuiquam ſatis fidas: deinde ſcias, ſi quis forte te, quod abominor, fallat, paratam vltionem, qua tamen ne ſit opus, etiam atque etiam attende. Neque enim tam iucundum eſt vindicari, quàm decipi miſerum. Vale.

Comitem) Legatú. [poſtea hoc nomen Comitis tranſiit in nomen dignitatis. nam loco legati & proeos: ſæpius iuniores comites appellauere. deinde ſe diffudit ad alia officia, vt pro vicariis comites dicerentur. demum dignitatis nomen obtinuit, ſicut primiceytius.] *Cæſari*) Traiano. *Quem*) Bruttianum. *Recepta cognitio eſt*) examinata accuſatio à iudicibus. *Fui in conſilio*) electus ſum inter iudices huius cauſæ. *Vterq;*) Bruttianus & Attacinus. *Carptim*) breuiter, ſummatim, κατὰ κεφάλαια, per capita rerum & criminum. nam ἀνακεφαλαίωσις, peroratio dicitur, quando ſcilicet orator latius per totam orationem diſperſa, in fine colligit neceſſaria & vrgentia. *Quo genere*) rem breuibus oſtẽdere. *Suum*) à ſe conditum. *Attacini manu*) ſua vel amicorum manu teſtamenta ſcribebant: nã Tranquill. refert Tiberium ſcripſiſſe duplex teſtamentum ante bienniũ quàm obiret, alterum ſua, alterum liberti manu. *Ille*, Montanus. *Diluere*) refellere crimina. [*Se geſſit*) Legitur etiam receſſit, ſcilicet à propoſito, & defenſione: an quod magis probo, abiit in inſulam ab vrbe] *Turpis*) vitioſus. *Scriba*) eum in rationibus monumentiſque publicis verſari teſtatur M.T. pro domo ſua: hodie cancellarium non inuſitato vocabulo appellamus. & autor eſt Vopiſcus in Carino: fortaſſe à delendis & ſuperinducendis literis dictum. cæuol. ff. ij cancellato pro deleto poſuit Dionyſius libro. iiij. antiquitatum, & Iulius Capitolinus in Gordianis, teſtantur

ſtantur ſcribas rerum geſtarum ſummam complecti. [quanquam Suidas cancellos ianuas ſori iudiciarij vel templorum eſſe ſcribat. vnde cancellarios dictos qui archirata curant.] *Intercideràt*) ex illis commentariis ea quibus videbatur Brutianum poſſe redarguere. Paulus ad legem Corneliam de falſis, Quid ſit falſum quæritur: & videtur id eſſe falſum, ſi quis chirographum alienum immutet, aut libellum vel rationes intercidat. *Crimine ſuo*) quòd defraudaſſet amicum intercidendo commentarios eius per fraudem. *De*) contra. *Pronunciauit*) iudicauit. [Legitur etiam perrogauit, id eſt ſtatuit, quanquam Apuleius in Floridis perrogare vſus ſit pro diligenter interrogare. Valerius tamen Maximus non perrogare, ſed prærogare, niſi menda eſt lib. i. ferè ad idem quod eſt pronunciare protulit. Minos, inquit, traductas ſibi leges prærogabat.] *Inſulam*) incertum in quam. ſolebant autem damnatos relegare ad tempus in quam libuiſſet Imperatoribus inſularum. *Integritatis*) virtutis. [*Teſtimonium*) vetus ſcriptura habet præmium.] *Conſtantia*) quòd fortiter ſe defendiſſet. *Prouinciam*) Bæticam. hoc habes lib. vij. *Quod abominor*) cuius omen deprecor. *Etiam atque etiam*) diligentiſſimè.

C. Plinivs Triario Svo S.

IMpensè petis, vt agam cauſam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioquin & famoſam: faciam, ſed non gratis. Quî fieri poteſt (inquis) vt non gratis? tu potes. exigam enim mercedem honeſtiorem gratuito patrocinio. Peto atque etiam paciſcor, vt ſimul agat Cremutius Ruſo, ſolitum hoc mihi, etiam in pluribus claris adoleſcentibus factitatum. Nam mirè concupiſco bonos iuuenes oſtendere foro, aſſignare famæ. Quod ſi cui, præſtare Ruſoni meo debeo: vel propter natales ipſius, vel propter eximiam mei charitatem:

IMpensè) Triario promittit ſe defenſurũ cauſam, quam ſibi commẽdauerat: hac conditionẽ, vt ſecum ageret Cremutius Ruſo, nobilis iuuenis, ſed in agendo tyro, quem in forum producere cupiebat. Triarius Maternus, ſi Capitolino fidem præſtamus, Senator nobilis extitit: eum milites ſeditione mota aduerſus Pertinacem, in caſtra ducere voluerunt, vt rebus Romanis præficerent: ſed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in Palatium venit, inde ex vrbe deceſſit: verùm miles Triarius is dicitur, qui in tertia acie collocatur, id eſt vltima, cum ſcutis. vnde ceſſit in prouerbium, Rem perueniſſe ad triarios, cùm in extremum periculum deducta eſt. *Impenſè*) enixè. *Famoſam*) claram. nam alibi refert egiſſe cauſas tantùm illuſtres, & ad exemplum pertinentes, ac amicorum gratia. *Qui*) quomodo fieri poteſt, vt non agas gratis, cùm in cauſis agendis ſemper abſtinueris ab omni pecunia, dono, munere. *Tu potes*) tu in cauſa es. *Gratuito patrocinio*) quàm ſi gratis defenderem. patrocinium enim defenſio. *Cremutius Ruſo*) cuius nullibi inuenio factam mentionem, ſed tantùm Ruſonis liberti Cæſaris Dictatoris: & alterius fœneratoris. Cremutium Cordum commemorat Tranquillus. *Factitatum*) vt eos foro aſſignem dicendi tyrocinio. *Natales ipſius*) quia nobilis [claritas namque natalium autoribus Euripide & Plutarcho ſolet afferre audaciam & bonos mores: contrà obſcuritas.] Natales enim pro nobilitate poni receptum eſt: nam Tranquillus ſcribit Lectorium deprecatum adulterij pœnam propter natales, id eſt maiorum ſuorũ nobilitatem. Hermogenianus, Conſideranda eſt origo

natalium. Et codice de iure annulorum Natales antiquos, & ius ingenuitatis nõ ordo præſtat decurionum, ſed à nobis petitur, Imperator ait. Iuuenalis, Palmam inter dominas virtus natalibus affert. Et alibi, Quis Catilina tuis natalibus atque Cethegi Inueniet quicquam præclarius? Tertullianus, Fuerunt leges, quæ honeſtorũ naraliũ inſignia non temerè vſurpare ſinebant. Tacitus, Cornelius Fuſcus ingens ætate, claris natalibus. pro quo dicendi genere lib. xii. dixit claris maioribus ortus. nam omnes boni ſemper nobilitati fauemus: & quia vtile eſt reip. nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis: & quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de rep. meritorum memoria, etiam mortuorum. Hæc M. T. Pro P. Seſtio, Natales etiam interdum offendes pro diebus natalibus vſurpari. *Mei charitatem*) ipſius amorem erga me. nam mei paſſiuè poſitum.

quem magni æſtimo in ijſdem iudicijs, ex ijſdem etiam partibus cõſpici, audiri. Obliga me, obliga antequam dicat nam cùm dixerit, gratias ages: ſpondeo, ſolicitudini tuæ, ſpei meæ, magnitudini cauſæ ſuffecturum. Eſt indolis optimæ, breui producturus alios, ſi interim prouectus fuerit à nobis. Neque enim cuiquam tam clarum ſtatim ingenium eſt, vt poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatórque contingat. Vale.

Quem) Rufonem. *Ex ijſdem partibus*) vt mecum cauſam defendat. plures enim cauſidici ab vtraque parte eandẽ cauſam tuebantur. *Gratias ages*) quia bene dicet. [*Suffecturum*) Fuit in ſecunda lectione ſatiſfacturum.] *Indolis*) indicij, virtutis. *Producturus*) foro aſſignaturus. ſic legimus apud Tranquil. Sæpius principum filios die virilis togæ productos in forum ad cauſas agendas. *Statim*) à principio.

C. PLINIVS MACRO SVO S.

Vàm multũ intereſt, quid à quoque fiat. eadem enim facta claritate vel obſcuritate facientiũ, aut tolluntur altiſſimè, aut humillimè deprimuntur. Nauigabam per Larium noſtrum, cùm ſenior amicus oſtendit mihi villam, atque etiam cubiculum quod in lacum prominet. Ex hoc (inquit) aliquando municeps noſtra cum marito ſe præcipitauit. Cauſam requiſiui. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis vlceribus putreſcebat: Vxor, vt inſpiceret, exegit: neque enim quenquã fidelius indicaturũ, poſſétne ſanari. vidit, deſperauit. hortata eſt, vt moreretur, comésque ipſa mortis, dux, immò & exemplũ, & neceſſitas fuit. Nam ſe cũ marito ligauit, abiecitque in lacum. Quod factum,

Quàm) Rem veriſſimam exemplo Arriæ & municipis euiuſdam ſuæ comprobat, multa eſſe fama & gloria digna, quæ iacent in obſcuro, quædã minora extolli, & per ora hominum ferri. *A quoque*) à claro viro an obſcuro. *Eadem*) paria, & ex æquo præſtantia. Agathia de Zenone, ſcribens monſtrat vilium hominum facta iacere, principum etiam minima quæque extolli [illegible] .i. obſcuri homines, etſi magnũ gerimus opus, nullius ad memoriã diu deuenimus: verũ clari, etſi nihil, reſpirauerint ſolùm, Vt dixit vir Libs, hoc

adamante manet. *Tolluntur*) ſi clari ſunt qui fecêre: deprimuntur, ſi humiles. *Larium*) lacum iuxta Comum. *Noſtra*) quia vterq; Nouocomenſis erat. Velanda corporis, vt teſticuli & penis, quæ etiam verenda corporis dicuntur. [Plin. lib. ij. Obſcœnis autem motibus in verendis partibus.] vnde veretrum, quaſi verendum. qua dictione Tranquillus & Lucilius autore Marco, vſi ſunt. Celſus tradit pus multũ & cum malo odore è cole profluere: & interdũ ad neruos vlcus deſcendere, interdũ per ipſa vlcera colis ſub cute exeſus eſt: ſic vt glans excidat. circa teſticulos verò, nam & ipſi verẽda appellãtur, ex ictu ferè pus increſcit. horũ omniũ remedia idẽ præbet. [*Indicaturũ*) melior lectio ex ſequentibus, quàm indicaturum.] *Neceſſitas*) quia ligatum traxit ſecum in lacum.

ne mihi quidem; *qui municeps, niſi proximè, auditum eſt: non quia minus illo clariſſimo Arriæ facto, ſed quia minor eſt ipſa.* Vale.

Proximè) de recenti, nuperrime. *Minus*) laudabile ſit. *Arriæ facto*) quæ ſe cõfodiens Pæto marito pugionem porrexit, vt ſuum exemplum ſequeretur. *Minor ipſa*) obſcurior municeps mea, quàm Arria.

C. PLINIVS HISPANO SVO S.

SCribis, Robuſtũ, ſplendidũ equitẽ Ro. cũ Attilio Scauro amico meo Ocriculũ vſque cõmune iter feciſſe: deinde nuſquã cõparuiſſe: petis vt Scaurus veniat, nóſq;, ſi poteſt, in aliqua inquiſitionis veſtigia inducat. Veniet, vereor ne fruſtrà ſuſpicor enim tale neſcio quid Robuſto accidiſſe, quale aliquãdo Metilio Criſpo, municipi meo. Huic ego ordines impetrauerã, atque etiam proficiſcẽti quadringẽta millia nũmũm ad inſtruendum ſe ornandúmque donaueram: nec poſtea aut epiſtolas eius, aut aliquem de

SCribis) Robuſtus Ocriculũ cũ Scauro tẽdẽs poſtea nuſquã cõparuerat: quare Vipſanus rogauerat Secundũ, vt à Scauro de omnibus certior fieret. itaq; per epiſtolã pollicetur ſe Scaurũ aduocaturũ. & omnia diligẽter interrogaturum: vererì tamẽ ne idẽ accideriт Robuſto, quòd Metilio Criſpo, qui poſt impetratos ordines nuſquã cõparuerat. [Sũt qui volũt hãc epiſtolã ſcriptã Hiſpano nõ Vipſano. *Robuſtũ ſplendidũ equitẽ*) Equites Hittius hoc titulo inſigniuit ab auri fulgore, & virtutibus: Cecidere inquit, eo prælio ſplẽdidi, ac illuſtres viri, nõnulli Equites Romani. quẽ ſecutus in hiſtoriis Tacitus illuſtres equites pariter appellauit. *Ocriculũ*) Vmbriæ oppidũ. [*Feciſſe*) in quibuſdã exẽplaribus etiã antiquis legitur peregiſſe.] [*Inquiſitionis veſtigia*) ſigna & indicia inquirẽdi Robuſtũ. *Veniat*) cõcedit quòd Scaurus ideo veniat. *Vereor*) tamen timeo. *Ne fruſtrà*) veniat. *Municipi*) ex eadem patria Como. *Impetrauerã*) obtinuerã ab imperatore. *Ordines*) qui decuriis præerãt ordinarii dicebãtur, & principes, quòd primos ordines ducebãt. Ælianus cẽturionẽ qui præficitur duabus quadruplaribus à nõnullis dictũ ordinariũ aſſerit. Ordinẽ autẽ Liuius in bello refert habuiſſe ſexagenos milites, duos cẽturiones, vexillariũ vnũ: is lib. vii. ab vrbe condita tradit latã eſſe legẽ militatẽ, quæ ſacrata appellaretur: & in ea cautũ, ne quis vbi Trib. mil. fuiſſet, poſtea ordinũ ductor eſſet. vbi ductor ordinũ nihil aliud eſt, quàm primipilatis dignitas, [ſicut apud M. T. in Philippicis ſcribitur.] Et Tacitus inquit, Redditi pleriſque ordines: & mox, adimendis aſſignandíſve militiæ ordinibus. [Tranquil. in Cæſare, quibus ex commendatione Põpeii ordines dederat poteſtatẽ trãſeundi ad eum omnibus fecit.] *Inſtruendum*) rebus neceſſariis, vt armis & equis.

Exitu) illius Criſpi. *Interceptus*) interfectus, mortuus. Tranquil. in Auguſto, Intercepto communis filii pignore. Eſt enim intercipere quaſi totum capere. Terentius in Eunucho. Quod nos capere oportet hæc intercipit. *Experiamur*) inueniamus. *Demus hoc*) concedamus hoc. tale illud dandum precibus vxoris. dandum filiæ lachrymis, dandum etiam nobis amicis. *Adoleſcentis*) filii eius. *Sagacitate*) aſtutia, induſtria. De canibus ſagacitas propriè dicitur, qui aduenientem ſagaciter adotiantur. Seneca prudentiam à ſagacitate ſic diſtinguit, Laqueis captare feras & fallere viſco: Atq; etiam magnos canibus circundare ſaltus omnia iſta ſagacitas hominum, non ſapientia inuenit. *Cum quo*) cum Attilio Scauro.

exitu nuncium accepi. interceptus ne ſit à ſuis, an cum ſuis, dubium: certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit. vtinam ne in Robuſto idem experiamur, tamen accerſamus Scaurum. demus hoc tuis, demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus, qui pietate, mira etiam ſagacitate patrem quærit: dij faueant, vt ſic inueniat ipſum, quemadmodum iam cum quo fuiſſet, inuenit. Vale.

C. Plinivs Serviano Svo S.

G*Audeo*) Seruiano principi viro gratulatur, quòd filiam ſuam Fuſco Salinatori vxorem dare decreuiſſet, cuius virtutes plurimùm probat, optátque filios ſimiles ei naſci. *Deſtinaſti*) ſponſam decreuiſti *Domus patritia*) eſt Salinatori domus Senatoria, cuius maiores patres, id eſt Senatores, fuerunt. *Honeſtiſſimus*) honoribus auctus & decoratus. *Comitate*) facetiis. *Officijs*) in me præſtitis. *Iudico*) examino diligenter cauſas cur eum laudo: nec amore decipior: neque enim ſoli maligni iudicant. *Vt qui explorauerim*) tanquam is qui penitus eum inſpexerim. *Auum te faciat*) ſuſcepto filio. *Simillimum ſui*) [te] optimum virum ſicut ipſe Fuſcus eſt. *Pari iure*) [tanquam ſi mei eſſent, quia amo te] tanquam parentem, & illum tanquam filium.

G*Audeo & gratulor, quòd Fuſco Salinatori filiam tuã deſtinaſti. Domus patritia, pater honeſtiſſimus, mater pari laude. Ipſe eſt ſtudioſus, literatus, etiã diſertus, puer ſimplicitate, comitate iuuenis, ſenex grauitate: neque enim amore decipior. Amo quidem effuſè (ita officijs, ita reuerentia meruit) iudico tamen, & quidem tanto acrius, quanto magis amo: tibique, vt qui explorauerim, ſpondeo habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem potuit. Supereſt, vt auum te quàm maturiſſimè ſimillimum ſui faciat. Quàm fœlix tempus illud quo mihi liberos illius, nepotes tuos vt meos vel liberos vel nepotes ex veſtro ſinu ſumere, & quaſi pari iure tenere contingat.* Vale.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

R*Ogas*) Seuerum Coſ. à Traiano deſignarũ conſulenrem quid cenſeret in laudem principis, docer Secundus exemplo ſuo quid faciendum, ſed illi datam materiam cenſendi, & noua & maiora rebus nuper ab Imperatore præclarioribus geſtis. *Cenſeas*) decernas: nam Conſules deſignati in honorem principis aliquid decernebant. *Malo*) magis probo. [Duplex lectio circumfertur, ſcribam tamen quod ſentiam, vel quod malo indicabo. altera, tamen quod ſentio indicabo.] *Quod*) mihi ſuaſi. *Hac adulatione*) qua cæteri vtuntur voce, & geſtu promerendi fauoris gratia: & quanquam Seneca plura interdum alibi de adulatione ſcribat, eum tamen libro ſexto epiſtolarum dicentem audiamus, Adulatio, inquit, ſimilis eſt amicitiæ: non imitatur illam tantùm, ſed vincit, & præterit: apertis & propiriis auribus recipitur, & in præcordia vna deſcendit: eo ipſo gratioſa, quo lædit: vitia nobis ſub virturum nomine obrepunt: temeritas ſub titulo fortitudinis latuit: moderatio vocatur ignauia: pro cauto timidus accipitur: adulamur etiam brutis, ſi Columellæ credimus, præcipienti ad boues illigatos cum quadam adularione accèdendum. *Specie*) forma, apparentia. *Non tanquam liber & conſtans*) non abſtinui adulatione, quòd libertare dicendi & conſtantia vſus ſim: ſed quia intelligebam Traiani virtutes eas eſſe, quæ non indigerent blanditiis. *Intelligens principis noſtri*) ſciens hanc eſſe laudem Imperatoris. *Neceſsitate*) tanquam coactus ab eo, quod fit ſub malis principibus. *Decernerem*) cenſerem. *Peſſimo cuique*) Imperatori, non princeps enim Caligula, ſed monſtrum, cognominatus eſt Pius, caſtrorum filius, pater exercituum, & optimus maximúſque Cæſar. *Optimus*) quod cognomentum Tra-

R*Ogas, vt cogitem, quid deſignatus Conſul in honorem principis cenſeas. Facilis inuentio, non facilis electio. Eſt enim ex virtutibus eius larga materia, tamen quod ſentiam, indicabo, ſi priùs hæſitationem meam oſtendero. Dubito num idem tibi ſuadere, quod mihi debeam. Deſignatus ego Conſul, omni hac, & ſi non adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui: non tanquam liber & & conſtans, ſed tanquam intelligens principis noſtri: cuius videbam hanc eſſe pracipuam laudem, ſi nihil quaſi ex neceſſitate decernerem. Recordabar etiam plurimos honores peſſimo cuique delatos, à quibus hic optimus ſeparari non alio modo magis poterat, quàm diuerſitate cenſendi: quod ipſum non diſſimulatione & ſilentio prateriÿ, ne fortè non iudicium illud meum, ſed obliuio videretur. Hoc tunc ego, ſed non omnibus eadẽ placent, nec conueniunt quidem. Praterea, faciendi aliquid vel non faciendi vera ratio, cùm hominum ipſorum, tum rerum etiam ac temporum conditione initur. Nam recentia opera maximi principis prabent facultatem, noua, magna, vera, cenſendi: quibus ex cauſis (vt ſuprà ſcripſi) dubito an idem nũc tibi, quod tunc mihi ſuadeam. Illud non dubito, debuiſſe me in partes conſilÿ tui ponere, quid ipſe feciſſẽ.* Vale.

iano inditum eſt ab optimis moribus. *Diuerſitate cenſendi*) vt vnus vnum, alius aliud in honorem principis decerneret, neque idem omnes. *Non præterij diſsimulationem*) apertè dixi. [*Illud* ſi ſilentio præterij, ſic non videretur factum meo iudicio, ſed obliuione.] *Iudicium*) recta animi examinatio: nam qui veris rationibus mouetur, bene meminit: qui adulatione, facilè, obliuiſcitur. *Hec tunc ego*) cenſui cùm Conſul deſignatus eram. *Conueniunt*) decora ſunt. *Conditione*) hominum: ſi fiunt clariores, vel obſcuriores, ac deinceps. nam niſi hominum, rerum, temporum conditionem rectè conſiderauer is, antequam negocia aggrediaris, facilè decipieris. [*Initur*) quid ſi mutatur, vt eſt in pontificio exemplari.] *Recentia opera*) bellum Dacicum deuicto rege Decibalo, de quo libro octauo commodius. *Noua*) nouos honores. nam ſecundum Tacitum noua in rempublicam merita non vſitatis vocabulis ſunt honoranda. *Tunc*) cùm geſſi Conſulatum. *In partes conſilij tui*) adiuuare conſilium tuum ſcribendo, quid ipſe conſul feciſſem.

C. Plinivs Pontio Svo S.

SCIO quæ tibi cauſa fuerit impedimento, quominus præcurrere aduentum meum in Campaniam poſſes: ſed quanquam abſens totus huc migraſti, tantum mihi copiarum tam vrbanarum quàm ruſticarum, nomine tuo oblatũ eſt, quas omnes improbè, accepi tamen. Nam me tui, vt ita facerem rogabãt: & verebar ne & mihi & illis iraſcereris, ſi non feciſſem. In poſterum niſi adhibueris modum, ego adhibebo. Etiam tuis denuntiaui, ſi rurſus tam multa attuliſſent, omnia relaturos. Dices oportere me tuis rebus vt meis vti. etiam: ſed perinde illis ac meis parco. Vale.

SCio) Admittit Pontij excuſationem, quòd ſibi non occurriſſet: & fructus quos miſerat ſcribit recepiſſe, denuntians in futurum vt modum donis imponeret. *Præcurrere*) præuenire vt me ſuſciperes. *Huc*) in Campaniam. [*Quæ*) tum ex codice antiquo, de qua dictione alibi vberius tractatum eſt.] *Improbè*) ruſticè feci accipiendo eas. *Illis*) tuis. *Feciſſem*) accepiſſem. *Adhibebo modum*) nihil accipiam, vel parcè. *Etiam*) confirmantis aduerbium, vt alibi.

C. Plinivs Qvadrato Svo S.

AVidius Quietus, qui me vnicè dilexit, & quo non minimum gaudeo, probauit, vt multa alia Thraſeæ (fuit enim familiaris) ita hoc ſæpe referebat, præcipere ſolitum ſuſcipiendas eſſe cauſas, aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum pertinentes.

AVidius) Numidium Quadratum, quem iam foro aſſignauerat, exemplo ſui monet quas cauſas agere debeat: imprimis vt multum ſtudeat, vt quoties opus fuerit, ſit paratus ad dicendum: interdum tamẽ ſtandum neceſſitati, quod ipſe quandoque feciſſe teſtatur, dum mandatis Senatus paret: cuius iuſſu refert orationes à ſe habitas. *Auidius Quietus*) Auidij fit mentio apud Africanum iuriſ-

conſultum. Auidium Nigrinum Procoſ. ſub Domitiano teſtantur epiſtolæ Secundi & Traiani: & Ventidium Quietum lego fuiſſe Seuero imperante. Luſius verò Quietus, quanquam apud Euſebium in Chronicis corruptè legatur Liſias, Iudæos rebellantes Meſopotamia exterminauit: nam aduerſum eos aciem ſtruens infinita millia interfecit, ob quæ Iudeæ procurator à Traiano decernitur: poſtea ſublatis Mauris, quos regebat, quia ſuſpectus imperio fuerat, ab Adriano eſt exarmatus, autore Spartiano. *Quò*) quòd multa Thraſeæ & dicta & facta probaret: [an potius quòd gauderet conſuetudine Auidij. nam legitur etiam, quo non gaudeo.] *Non minus gaudeo*) ſcilicet quàm me diligeret. *Thraſea*) Pæti Thraſeæ. *Familiaris*) amicus, quaſi ex eadem familia eius Thraſeæ. *Præcipere ſolitum*) Thraſeam conſueuiſſe hoc iubere.

Cur amicorum? non eget interpretatione. Cur deſtitutas? quòd in illis maximè & conſtantia agentis, & humanitas cerneretur. Cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum refert bonum an malum induceretur. Ad hæc ego genera cauſarum, ambitioſè fortaſſe, addam tamen claras & illuſtres. æquum enim eſt agere nonnunquam gloriæ, & famæ, id eſt ſuam cauſam: hos terminos, quia me conſuluiſti, dignitati ac verecundiæ tuæ ſtatuo. Nec me præterit, vſum & eſſe, & haberi optimum dicendi magiſtrum. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent agendo conſecutos. Sed & illud quod vel Pollionis, vel tanquam Pollionis accepi, veriſſimum experior, Commodè agendo factum eſt, vt ſæpe agerem: ſæpe agendo, vt minus commodè: quia ſcilicet aſſiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas: nec fiducia, ſed temeritas paratur. Nec verò Iſocrati, quò minus haberetur ſummus orator;

Cur amicorum) cur præciperet amicorum cauſas ſuſcipiendas. *Non eget interpretatione*) ſatis enim manifeſtum omnia pro amico facienda, modò non excedant verecundiæ terminos. *Deſtitutas*) cauſas periculoſas, & derelictas ab aliis propter difficultatem, putabat ſuſcipiendas. *Cur pertinentes ad exemplum*) cauſas futuras bono exemplo legentibus & audientibus. nam exemplorum quædam comparata ſunt, vt nos inſtruant ad bonum: quædam ad malum declinandum. *Hæc*) tria. *Ambitioſè*) faciã ambitionis & honoris cauſa. *Claras*) cauſas famoſas. *Gloriæ*) reſpectu laudis. *Idem*) vt agas illa quatuor cauſarum genera. [Eſt enim in pontificio codice. loco idẽ huiuſmodi lectio, id eſt ſuam cauſam: hos termi nos, quia me conſuluiſti] *Vſum optimum dicendi magiſtrum*) quod frequenter Marcus Tullius teſtatur, vt primo & tertio de Oratore: item de perfecto oratore: ac pro Cor. Balbo. *Illud*) dictum. *Vel tanquam Pollionis*) quamuis circunferatur, tanquam Pollionis dictum, dubitat tamen an illius ſit. *Commodè*) bene. *Aſſiduitate*) dicendi continuatione. *Facilitas*) ſecutus eſt præceptorem Fabium, qui lib. x. inquit, Scribendo dicimus diligentius, dicendo ſcribimus facilius. *Facultas*) legitur etiam doctrina, ſed magis placet facultas, id eſt copia.] *Nec verò Iſocrati*) non obfuit Iſocrati quo minus haberetur ſummus orator, quòd non auderet in publicum prodire ad cauſas agendas debilitate vocis & pudore. Iſocrates Athenienſis rhetor, vt Plutarchus in eius vita ſcripſit, ſui temporis inſignis, in cuius labris ſiren inſederat, ſi Philoſtrato credimus, in compoſitione pluſquam diligens, nitidus, comptus, & palæſtræ quàm

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

SVm ex ijs qui mirer antiquos: non tamen, vt quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim quaſi laſſa & effæta natura nihil iam laudabile parit. atque adeo nuper audij Verginium Romanum paucis legentem comœdiam ad exemplar veteris comœdiæ ſcriptam, tam bene, vt eſſe quandoque poſſit exemplar. Neſcio an noris hominem, quanquam noſſe debes. Eſt enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monſtrabilis. Scripſit mimiambos tenuiter, argutè, venuſtè, atque in hoc genere eloquentiſſimè. Nullum eſt enim genus, quod abſolutum, non poſſit eloquentiſſimum dici. Scripſit comœdias, Menandrum

SVm) In Virginio Romano & morum probitatem & doctrinam laudat, præſertim in comœdia ſcribēda tam noua quàm priſca, temporum ſuorum ingenia non deſpiciens. Hinc Tacitus de oratoribus damnat qui ſoli antiquitati innixi ſua tempora negligunt, vitio aſſerens malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe. *Effæta*) ſterilis. [quanquam ſterile ab effœto aliud ſit. illud quod nunquam potuit parere, hoc quod propter ſenium deſiit. Quare Valerius inquit, nubis effœta.] *Tam laudabile*) vt olim. perinde ac ſi diceret, inueniuntur etiam noſtris temporibus ingenia ſimilia antiquis: quod probat exemplo Virginij Romani, [vel legamus iam.] *Veteris comœdiæ*) antiqua illa comœdia cum ſynceram ſermonis Attici gratiam propè ſola retinet, tum facundiſſimæ libertatis. eius inuentor pater Eupolis cùm Cratino Ariſtophanéque eſſe creditur: non penitus ficta argumenta, ſed res geſtas à ciuibus magna dicendi libertate inceſſens, & admirans. inde Satyra exordium ſumpſiſſe fertur. quare non abſurdè Suidas interpretatur comœdiam detractiones contumelioſas. eſt enim in perſequendis vitiis præcipua. *Exemplar*) quod cæteri ſequantur. *Operum varietate*) nam ſcripſit in diuerſis generibus. *Mimiambos*) Mimum comœdiam conſtantem verſibus iambis, qua Laberius excelluit. Mimus autem ſermonis eſt cuiuſlibet motus ſine reuerentia, vel factorum cum laſciuia imitatio. Mimus dictus hoc genus comœdiæ, quaſi ſolus imitetur, cùm & alia poemata idem faciant: ſed ſolus quaſi priuilegio quodam quod fuit commune poſſedit. *Tenuiter*) attenuatè vt poſcit mimiamborum ſtylus. *Argutè*) callidè, ſubtiliter. *Nullum eſt enim*) nam omne id laudatur ſecundum Cice. iij. de oratore, quod eſt in ſuo genere perfectum: id enim perfectum eſt autore Caio de iuris origine; quod omnibus ſuis partibus conſtat. *Comœdias nouas*) noua comœdia argumento communi magis & generaliter ad omnes homines qui mediocribus fortunis aguntur, pertinet, mitigata veteri comœdia, vt minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, conſuetudine congrua, vtilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro. Diomedes, Comœdia inquit, noua eſt priuatæ ciuiliſque fortunæ ſine periculo vitæ compræhenſio: cuius autores tradit Menandrum & Philemona: apud Athenæum ſæpius fit mentio mediæ comœdiæ, ſcilicet inter veterem & nouam exiſtentis: eius autores interdum citat. *Menandrum*) Menandros plures lego. nam fuit Menander Athenienſis comicus antiquus, & Menander alius Athenienſis Diopithi, & Hegeſiſtratæ filius, qui à cunctis celebratur; ſcriptor nouæ comœdiæ, luminibus

ſtrabo, ſed ingenii acumine oculatus, in mulieres pronior, cuius comœdiarum numerus à Gellio lib. xvi. recenſetur, & à Suida. quo autore alia etiam ſcripſit. eius ſepulcrum ex Pireo venientibus offerri Pauſanias rettulit. Menander autem Laodicenſis declamator in Hermogenem commentarios excudens, & Menander hiſtoricus, de quo plura Suidas, ac Menander Iuriſconſultus autore Marcello. ff.xlviij.

aliósque ætatis eiuſdem æmulatus. licet has inter Plautinas Terentianáſque numeres. Nunc primùm ſe in vetere comœdia, ſed non tanquam inciperet, oſtendit: non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. ornauit virtutes, inſectatus eſt vitia, fictis nominibus, decenter, veris vſus eſt aptè. Circa me tãtùm benignitate nimia modum exceſſit, niſi quòd tamen poetis mentiri licet. In ſumma extorquebo ei librum, legendúmque, immò ediſcendum mittam tibi. neque enim dubito futurum, vt non deponas, ſi ſemel ſumpſeris. Vale.

Alios item) Philemona præſertim, quem Gellius aſſerit ſæpius de Menandro palmam retuliſſe. *Non tanquam inciperet*) non rudis, & nouus in ea facultate, ſed exercitatus. *Vis*) impetus, acrimonia. *Granditas*) grandis oratio pro magna, tranſlatiuè tamen ſicut minutum amicum pro paruo dicimus. nam grandis & elegans, & venuſta eſt vet⁹ comœdia, & neſcio an vlla, poſt Homerum, inquit Fabius, aut ſimilior ſit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. *Inſectatus eſt vitia*) rem pro homine poni tranſlatiuè orationem plerunque exornat, ſicut patientiam pro patiente, vitium pro vitioſo. maius enim quid dici videtur. ſic Mar. Non vitioſus homo es Zoile, ſed vitium. ſic Romanum Secundus inſectatum eſſe vitia, id eſt homines deperditos. nam ipſa comœdia moribus multum profuit ciuitatis, cùm vnuſquiſque caueret culpam, ne ſpectaculo cæteris eſſet, & domeſticis probro. *Me*) legitur etiam meum. ſcilicet nomen. *Modum*) laudandi. *Mentiri*) fingere. *Extorquebo*) ab inuito abſtraham. *Non deponas*) captus illius elegantia.

C. PLINIVS TYRONI SVO S.

MAgna res acta eſt omnium, qui ſunt prouinciÿs præfuturi, magna omnium, qui ſe ſimpliciter credunt amicis. Luſtricus Brutianus cùm Montanum Atticinum

Magna) Cęleſtriũ Tyronẽ, Proconſularũ Bæticæ. ſortitum, monet exemplo Bruttiani ne cui ſuorum facilè credat. is enim dum eſſet in prouincia, & de flagitiis ſocii ſui Attacini Cæſari ſcripſiſſet, accuſatus ab eo eſt abſolutus, damnato Atticino. *Magna res*) magni momenti & exempli. *Luſtricus Bruttianus*) hic eſt ille Bruttianus quem tantopere laudat Mart. quarto libro. Dum tu lenta nimis diúque quæris. Quis primus tibi quíve ſit ſecundus, Gratum quiſve epigrammata comparabit: Palmam Callimachus Thalia de ſe Facundo dedit ipſe Bruttiano, Qui ſi Cecropio ſatur lepore Romanæ ſale luſerit Mineruæ, Illi me facias precor ſe-

cundum. *Montanum Attacinum*) Montanos multos comperio. Iulium Montanum, Montanum Votienum, Montanum Hiſponem declamatores, Montanum Traulum, Montanum Alpinum, Curtium Montanum, ad quem alibi Secundus, luue. & Tacitus Senatorem fuiſſe memorat. L. præterea Titium Montanum. vj. vir. ædil. ij. vir. in memoriis municipii Ticini.

comitem ſuum in multis flagitiis deprehendiſſet, Cæſari ſcripſit: Atticinus flagitijs addidit, vt quem deceperat, accuſaret. Recepta cognitio eſt. fui in conſilio, egit vterque pro ſe, egit autem carptim, κατὰ κεφάλαια*: quo genere veritas ſtatim oſtenditur Protulit Bruttianus teſtamentum ſuum, quod Atticini manuſcriptum eſſe dicebat. Hoc enim & arcana familiaritas, & quærendi de eo, quem ſic amaſſet, neceſſitas indicabatur. Enumerauit crimina fœda manifeſtáque. Ille quum diluere non poſſet, ita receſſit, vt dum defenditur, turpis: dum accuſat, ſceleratus probaretur. Corrupto enim ſcribæ ſeruo, interceperat commentarios, interciderátque, ac per ſummum nefas vtebatur aduerſus amicum crimine ſuo. Fecit pulcherrimè Cæſar. Non enim de Bruttiano, ſed ſtatim de Atticino pronunciauit. damnatus & in inſulam relegatus: in Bruttiano iuſtiſſimum integritatis teſtimonium redditum, quem quidem etiam conſtantiæ gloria ſecuta eſt. Nam defenſus expeditiſſimè, accuſauit vehementer, nec minus acer quàm bonus & ſincerus apparuit. Quod tibi ſcripſi, vt te ſortitum prouinciam præmonerem, plurimum tibi credas, nec cuiquam ſatis fidas: deinde ſcias, ſi quis forte te, quod abominor, fallat, paratam vltionem, qua tamen ne ſit opus, etiam atque etiam attende. Neque enim tam iucundum eſt vindicari, quàm decipi miſerum.* Vale.

Comitem) Legatú. [poſtea hoc nomen Comitis tranſiit in nomen dignitatis. nam loco legati & procoſ. ſæpius iuniores comites appellauere. deinde ſe diffudit ad alia officia, vt pro vicariis comites dicerentur. demum dignitatis nomen obtinuit, ſicut primicyrius.] *Cæſari*) Traiano. *Quem*) Bruttianum. *Recepta cognitio eſt*) examinata accuſatio à iudicibus. *Fui in conſilio*) electus ſum inter iudices huius cauſæ. *Vterq;*) Bruttianus & Attacinus. *Carptim*) breuiter, ſummatim, κατὰ κεφάλαια, per capita rerum & criminum. nam κατακεφαλαίωσις, peroratio dicitur, quando ſcilicet orator latius per totam orationem diſperſa, in fine colligit neceſſaria & vrgentia. *Quo genere*) tem breuibus oſtẽdere. *Suum*) à ſe conditum. *Attacini manu*) ſua vel amicorum manu teſtamenta ſcribebant: nã Tranquill. refert Tiberium ſcripſiſſe duplex teſtamentum ante bienniũ quàm obiret, alterum ſua, alterum liberti manu. *Ille*) Montanus. *Diluere*) refellere crimina. [*Se geſſit*) Legitur etiam receſſit, ſcilicet à propoſito, & defenſione: an quod magis probo, abiit in inſulam ab vrbe] *Turpis*) vitioſus. *Scriba*) eum in rationibus monumentiſque publicis verſari teſtatur M. T. pro domo ſua: hodie cancellarium non inuſitato vocabulo appellamus. & autor eſt Vopiſcus in Carino: fortaſſe à delendis & ſuperinducendis literis dictum. cæuol. i. ff. ij cancellato pro deleto poſuit Dionyſius libro. iiij. antiquitatum, & Iulius Capitolinus in Gordianis, teſtantur

ſtantur ſcribas rerum geſtarum ſummam complecti. [quanquam Suidas cancellos ianuas fori iudiciarij vel templorum eſſe ſcribat. vnde cancellarios dictos qui arcliuata curant.] *Intercidera*t) ex illis commentariis ea quibus videbatur Brutianum poſſe redarguere. Paulus ad legem Corneliam de falſis, Quid ſit falſum quæritur: & videtur id eſſe falſum, ſi quis chirographum alienum immutet, aut libellum vel rationes intercidat. *Crimine ſuo*) quòd defraudaſſet amicum intercidendo commentarios eius per fraudem. *De*) contra. *Pronunciauit*) iudicauit. [Legitur etiam perrogauit, id eſt ſtatuit, quanquam Apuleius in Floridis perrogare vſus ſit pro diligenter interrogare. Valerius tamen Maximus non perrogare, ſed prærogare, niſi menda eſt lib. i. ferè ad idem quod eſt pronunciare protulit. Minos, inquit, traductas ſibi leges prærogabat.] *Inſulam*) incertum in quam. ſolebant autem damnatos relegare ad tempus in quam libuiſſet Imperatoribus inſularum. *Integritatis*) virtutis. [*Teſtimonium*) vetus ſcriptura habet præmium.] *Conſtantia*) quòd fortiter ſe defendiſſet. *Prouinciam*) Bæticam. hoc habes lib. vij. *Quod abominor*) cuius omen deprecor. *Etiam atque etiam*) diligentiſſimè.

C. Plinivs Triario Svo S.

IMpensè petis, vt agam cauſam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioquin & famoſam: faciam, ſed non gratis. Quî fieri poteſt (inquis) vt non gratis? tu potes. exigam enim mercedem honeſtiorem gratuito patrocinio. Peto atque etiam paciſcor, vt ſimul agat Cremutius Ruſo, ſolitum hoc mihi, etiam in pluribus claris adoleſcentibus factitatum. Nam mirè concupiſco bonos iuuenes oſtendere foro, aſſignare famæ. Quod ſi cui, præſtare Ruſoni meo debeo: vel propter natales ipſius, vel propter eximiam mei charitatem:

IMpensè) Triario promittit ſe defenſurũ cauſam, quam ſibi commẽdauerat: hac conditione, vt ſecum ageret Cremutius Ruſo, nobilis iuuenis, ſed in agendo tyro, quem in forum producere cupiebat. Triarius Maternus, ſi Capitolino fidem præſtamus, Senator nobilis extitit: tum milites ſeditione mota aduerſus Pertinacem, in caſtra ducere voluerunt, vt rebus Romanis præficerent: ſed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in Palatium venit, inde ex vrbe deceſſit: verùm miles Triarius is dicitur, qui in tertia acie collocatur, id eſt vltima, cum ſcutis. vnde ceſſit in prouerbium, Rem perueniſſe ad triarios, cùm in extremum periculum deducta eſt. *Impenſe*) enixè. *Famoſam*) claram. nam alibi refert egiſſe cauſas tantùm illuſtres, & ad exemplum pertinentes, ac amicorum gratia. *Qui*) quomodo fieri poteſt. vt non agas gratis, cùm in cauſis agendis ſemper abſtinueris ab omni pecunia, dono, munere. *Tu potes*) tu in cauſa es. *Gratuito patrocinio*) quàm ſi gratis defenderem. patrocinium enim defenſio. *Cremutius Ruſo*) cuius nullibi inuenio factam mentionem, ſed tantùm Ruſonis liberti Cæſaris Dictatoris: & alterius fœneratoris. Cremutium Cordum commemorat Tranquillus. *Factitatum*) vt eos foro aſſignem dicendi tyrocinio. *Natales ipſius*) quia nobilis [claritas namque natalium autoribus Euripide & Plutarcho ſolet afferre audaciam & bonos mores: contrà obſcuritas.] Natales enim pro nobilitate poni receptum eſt: nam Tranquillus ſcribit Lectorium deprecatum adulterij pœnam propter natales, id eſt maiorum ſuorũ nobilitatem. Hermogenianus, Conſideranda eſt origo

natalium. Et codice de iure annulorum Natales antiquos, & ius ingenuitatis nõ ordo præſtat decurionum, ſed à nobis petitur, Imperator ait. Iuuenalis, Palmam inter dominas virtus natalibus affert. Et alibi, Quis Catilina tuis natalibus atque Cethegi Inueniet quicquam præclarius? Tertullianus, Fuerunt leges, quæ honeſtorũ nataliũ inſignia non temerè vſurpare ſinebant. Tacitus, Cornelius Fuſcus ingens æt ite, claris natalibus. pro quo dicendi genere lib. xii. dixit claris maioribus ortus. nam omnes boni ſemper nobilitati fauemus: & quia vtile eſt reip. nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis: & quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de rep. meritorum memoria, etiam mortuorum. Hæc M. T. Pro P. Seſtio, Natales etiam interdum offendes. pro diebus natalibus vſurpari. *Mei charitatem*) ipſius amorem erga me. nam mei, paſſiuè poſitum.

Quem) Rufonem. *Ex iiſdem partibus*) vt mecum cauſam defendat. plures enim cauſidici ab vtraque parte eandẽ cauſam tuebantur. *Gratias ages*) quia bene dicet. [*Suffecturum*) Fuit in ſecunda lectione ſatiſfacturum.] *Indolis*) indicit, virtutis. *Producturum*) foro aſſignaturus. ſic legimus apud Tranquil. Sæpius principum filios die virilis togæ productos in forum ad cauſas agendas. *Statim*) à principio.

quem magni æſtimo in iiſdem iudiciis, ex iiſdem etiam partibus cõſpici, audiri. Obliga me, obliga antequam dicat. nam cùm dixerit, gratias ages: ſpondeo, ſolicitudini tuæ, ſpei meæ, magnitudini cauſæ ſuffecturum. Eſt indolis optima, breui producturus alios, ſi interim provectus fuerit à nobis. Neque enim cuiquam tam clarum ſtatim ingenium eſt, vt poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam commendatórque contingat. Vale.

C. PLINIVS MACRO SVO S.

Quàm) Rem veriſſimam exẽplo Arriæ & municipis cuiuſdam ſuæ comprobat, multa eſſe fama & gloria digna, quæ iacent in obſcuro, quædã minora extolli, & per ora hominum ferri. *A quoque*) à claro viro an obſcuro. *Eadem*) paria, & ex æquo præſtantia. Agathia de Zenone, ſcribens monſtrat vilium hominum facta iacere, principum etiam minima quæque extolli [illegible] .i. obſcuri homines, etſi magnũ gerimus opus, nullius ad memoriã diu deuenimus: verũ clari, etſi nihil, reſpirauerint ſolùm, Vt dixit vir Libs, hoc

Quàm multũ intereſt, quid à quoq; fiat. eadem enim facta claritate vel obſcuritate facientiũ, aut tollũtur altiſſimè, aut humillimè deprimuntur. Nauigabam per Larium noſtrum, cùm ſenior amicus oſtendit mihi villam, atque etiam cubiculum quod in lacum prominet. Ex hoc (inquit) aliquando municeps noſtra cum marito ſe præcipitauit. Cauſam requiſiui. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis vlceribus putreſcebat: Vxor, vt inſpiceret, exegit: neque enim quenquã fidelius iudicaturũ, poſſétne ſanari. vidit, deſperauit. hortata eſt, vt moreretur, comeſque ipſa mortis, dux, immò & exemplũ, & neceſſitas fuit. Nam ſe cũ marito ligauit, abiecitque in lacum. Quod factum,

adamante manet. *Tolluntur*] ſi clari ſunt qui fecêre: deprimuntur, ſi humiles. *Larium*) lacum iuxta Comum. *Noſtra*) quia vterq; Nouocomenſis erat. Velanda corporis, vt teſticuli & penis, quæ etiam verenda corporis dicuntur. [Plin. lib. ij. Obſcœnis autem motibus in verendis partibus.] vnde veretrum, quaſi verendum. qua dictione Tranquillus & Lucilius autore Marco, vſi ſunt. Celſus tradit pus multũ & cum malo odore è cole profluere: & interdũ ad neruos vlcus deſcendere, interdũ per ipſa vlcera colis ſub cute exeſus eſt: ſic vt glans excidat. circa teſticulos verò, nam & ipſi verẽda appellãtur, ex ictu ferè pus increſcit. horũ omniũ remedia idẽ præbet. [*Indicaturũ*] melior lectio ex ſequentibus, quàm indicaturum.] *Neceſſitas*) quia ligatum traxit ſecum in lacum.

ne mihi quidem; qui municeps, niſi proximè, auditum eſt: non quia minus illo clariſſimo Arriæ facto, ſed quia minor eſt ipſa. Vale.

Proximè) de recenti, nuperrime. *Minus*) laudabile ſit. *Arriæ facto*) quæ ſe cõfodiens Pæto marito pugionem porrexit, vt ſuum exemplum ſequeretur. *Minor ipſa*) obſcurior municeps mea, quàm Arria.

C. PLINIVS HISPANO SVO S.

Scribis, Robuſtũ, ſplendidũ equitẽ Ro. cũ Attilio Scauro amico meo Ocriculũ vſque cõmune iter feciſſe: deinde nuſquã cõparuiſſe: petis vt Scaurus veniat, nóſq;, ſi poteſt, in aliqua inquiſitionis veſtigia inducat. Veniet, vereor ne fruſtrá: ſuſpicor enim tale neſcio quid Robuſto accidiſſe, quale aliquãdo Metilio Criſpo, municipi meo. Huic ego ordines impetraueram, atque etiam proficiſcẽti quadringẽta millia nũmûm ad inſtruendum ſe ornandúmque donaueram: nec poſtea aut epiſtolas eius, aut aliquem de

Scribis) Robuſtus Ocriculũ cũ Scauro tẽdẽs poſtea nuſquã cõparuerat: quare Vipſanus rogauerat Secundũ, vt à Scauro de omnibus certior fieret. itaq; per epiſtolã pollicetur ſe Scaurũ aduocaturũ. & omnia diligẽter interrogaturum: veretur tamẽ ne idẽ acciderit Robuſto, quòd Metilio Criſpo, qui poſt impetratos ordines nuſquã cõparuerat. [Sũt qui volũt hãc epiſtolã ſcriptã Hiſpano nõ Vipſano. *Robuſtũ ſplendidũ equitẽ*) Equites Hirtius hoc titulo inſigniuit ab auri fulgore, & virtutibus: Cecidere inquit, eo prælio ſplẽdidi, ac illuſtres viri, nõnulli Equites Romani. quẽ ſecutus in hiſtoriis Tacitus illuſtres equites pariter appellauit. *Ocriculũ*) Vmbriæ oppidũ. [*Feciſſe*) in quibuſdã exẽplaribus etiã antiquis legitur peregiſſe.] [*Inquiſitionis Veſtigia*) ſigna & indicia inquirẽdi Robuſtũ. *Veniat*) cõcedit quòd Scaurus ideo veniat. *Vereor*) tamen timeo. *Ne fruſtrà*) veniat. *Municipi*) ex eadem patria Como. *Impetraueram*) obtinueram ab imperatore. *Ordines*) qui decuriis præerãt ordinarii dicebãtur, & principes, quòd primos ordines ducebãt. Ælianus cẽturionẽ qui præficitur duabus quadruplaribus à nõnullis dictũ ordinariũ aſſerit. Ordinẽ autẽ Liuius in bello refert habuiſſe ſexagenos milites, duos cẽturiones, vexillariũ vnũ: is lib. vii. ab vrbe condita tradit latã eſſe legẽ militarẽ, quæ ſacrata appellaretur: & in ea cautũ, ne quis vbi Trib. mil. fuiſſet, poſtea ordinũ ductor eſſet. vbi ductor ordinũ nihil aliud eſt, quàm primipilaris dignitas, [ſicut apud M. T. in Philippicis ſcribitur.] Et Tacitus inquit, Redditi pleriſque ordines: & mox, adimendis aſſignandiſve militiæ ordinibus. [Tranquil. in Cæſare, quibus ex commendatione Põpeii ordines dederat poteſtatẽ trãſeundi ad eum omnibus fecit.] *Inſtruendum*) rebus neceſſariis, vt armis & equis.

exitu nuncium accepi. interceptus ne ſit à ſuis, an cum ſuis, dubium: certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit. vtinam ne in Robuſto idem experiamur, tamen accerſamus Scaurum. demus hoc tuis, demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus, qui pietate, mira etiam ſagacitate patrem quærit: dij faueant, vt ſic inueniat ipſum, quemadmodum iam cum quo fuiſſet, inuenit. Vale.

Exitu) illius Criſpi. *Interceptus*) interfectus. mortuus. Tranquil. in Auguſto, Intercepto communis filii pignore. Eſt enim intercipere quaſi totum capere. Terentius in Eunucho. Quod nos capere oportet hæc intercipit. *Experiamur*) inueniamus. *Demus hoc*) concedamus hoc. tale illud dandum precibus vxoris. dandum filiæ lachrymis, dandum etiam nobis amicis. *Adoleſcentis*) filii eius. *Sagacitate*) aſtutia, induſtria. De canibus ſagacitas propriè dicitur, qui aduenientem ſagaciter adoriantur. Seneca prudentiam à ſagacitate ſic diſtinguit, Laqueis captare feras & fallere viſco: Atq; etiam magnos canibus circundare ſaltus omnia iſta ſagacitas hominum, non ſapientia inuenit. *Cum quo*) cum Attilio Scauro.

C. Plinivs Serviano Svo S.

Gaudeo & gratulor, quòd Fuſco Salinatori filiam tuã deſtinaſti. Domus patritia, pater honeſtiſſimus, mater pari laude. Ipſe eſt ſtudioſus, literatus, etiã diſertus, puer ſimplicitate, comitate iuuenis, ſenex grauitate: neque enim amore decipior. Amo quidem effuſè (ita officijs, ita reuerentia meruit) iudico tamen, & quidem tanto acrius, quanto magis amo: tibique, vt qui explorauerim, ſpondeo habiturum te generum, quo melior fingi, ne voto quidem potuit. Supereſt, vt auum te quàm maturiſſimè ſimillimum ſui faciat. Quàm fælix tempus illud quo mihi liberos illius, nepotes tuos vt meos vel liberos vel nepotes ex veſtro ſinu ſumere, & quaſi pari iure tenere contingat. Vale.

Gaudeo) Seruiano principi viro gratulatur, quòd filiam ſuam Fuſco Salinatori vxorem dare decreuiſſet, cuius virtutes plurimùm probat, optátque filios ſimiles ei naſci. *Deſtinaſti*) ſponſam decreuiſti. *Domus patritia*) eſt Salinatori domus Senatoria, cuius maiores patres, id eſt Senatores, fuerunt. *Honeſtiſſimus*) honoribus auctus & decoratus. *Comitate*) facetiis. *Officijs*) in me præſtitis. *Iudico*) examino diligenter cauſas cur eum laudo: nec amore decipior: neque enim ſoli maligni iudicant. *Vt qui explorauerim*) tanquam is qui penitus cum inſpexerim. *Auum te faciat*) ſuſcepto filio. *Simillimum ſui*) [te] optimum virum ſicut ipſe Fiſcus eſt. *Pari iure*) [tanquam ſi mei eſſent, quia amo te] tanquam parentem, & illum tanquam filium.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

Rogas, vt cogitem, quid deſignatus Conſul in honorem principis cenſeas. Facilis inuentio, non facilis electio. Eſt enim ex virtutibus eius larga materia, tamen quod ſentiam, indicabo, ſi priùs hæſitationem meam oſtendero. Dubito num idem tibi ſuadere, quod mihi debeam. Deſignatus ego Conſul, omni hac, & ſi non adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui: non tanquam liber & & conſtans, ſed tanquam intelligens principis noſtri: cuius videbam hanc eſſe præcipuam laudem, ſi nihil quaſi ex neceſſitate decernerem. Recordabar etiam plurimos honores peſſimo cuique delatos, à quibus hic optimus ſeparari non alio modo magis poterat, quàm diuerſitate cenſendi: quod ipſum non diſſimulatione & ſilentio præterij, ne fortè non iudicium illud meum, ſed obliuio videretur. Hoc tunc ego, ſed non omnibus eadē placent, nec conueniunt quidem. Præterea, faciendi aliquid vel non faciendi vera ratio, cùm hominum ipſorum, tum rerum etiam ac temporum conditione initur. Nam recentia opera maximi principis præbent facultatem, noua, magna, vera, cenſendi: quibus ex cauſis (vt ſuprà ſcrpſi) dubito an idem nūc tibi, quod tunc mihi ſuadeam. Illud non dubito, debuiſſe me in partes conſilij tui ponere, quid ipſe feciſſē. Vale.

Rogas) Seuerum Coſ. à Traiano deſignatū conſulentem quid cenſeret in laudem principis, docet Secundus exemplo ſuo quid faciendum, ſed illi datam materiam cenſendi, & noua & maiora rebus nuper ab Imperatore præclarioribus geſtis. *Cenſeas*) decernas: nam Conſules deſignati in honorem principis aliquid decernebant. *Malo*) magis probo. [Duplex lectio circumfertur, ſcribam tamen quod ſentiam, vel quod malo indicabo. altera, tamen quod ſentio indicabo.] *Quod*) mihi ſuaſi. *Hac adulatione*) qua cæteri vtuntur voce, & geſtu promerendi fauoris gratia: & quanquam Seneca plura interdum alibi de adulatione ſcribat, eum tamen libro ſexto epiſtolarum dicentem audiamus, Adulatio, inquit, ſimilis eſt amicitiæ: non imitatur illam tantùm, ſed vincit, & præterit: apertis & propitiis auribus recipitur, & in præcordia vna deſcendit: eo ipſo gratioſa, quo lædit: vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt: temeritas ſub titulo fortitudinis latuit: moderatio vocatur ignauia: pro cauto timidus accipitur: adulamur etiam brutis, ſi Columellæ credimus, præcipienti ad boues illigatos cum quadam adulatione accedendum. *Specie*) forma, apparentia. *Non tanquam liber & conſtans*) non abſtinui adulatione, quòd libertate dicendi & conſtantia vſus ſim: ſed quia intelligebam Traiani virtutes eas eſſe, quæ non indigerent blanditiis. *Intelligens principis noſtri*) ſciens hanc eſſe laudem Imperatoris. *Neceſſitate*) tanquam coactus ab eo, quod fit ſub malis principibus. *Decernerem*) cenſerem. *Peſſimo cuique*) Imperatori, non princeps enim Caligula, ſed monſtrum, cognominatus eſt Pius, caſtrorum filius, pater exercituum, & optimus maximúſque Cæſar. *Optimus*) quod cognomentum Tra-

iano inditum eſt ab optimis moribus. *Diuerſitate cenſendi)* vt vnus vnum, alius aliud in honorem principis decerneret, neque idem omnes. *Non præterij diſſimulationem)* apertè dixi. [*Illud* ſi ſilentio præterij, ſic non videretur factum meo iudicio, ſed obliuione.] *Iudicium)* recta animi examinatio: nam qui veris rationibus mouetur, bene meminit: qui adulatione, facilè, obliuiſcitur. *Hec tunc ego)* cenſui cùm Conſul deſignatus eram. *Conueniunt)* decora ſunt. *Conditione)* hominum: ſi fiunt clariores, vel obſcuriores, ac deinceps. nam niſi hominum, rerum, temporum conditionem rectè conſideraueris, antequam negocia aggrediaris, facilè decipieris. [*Initur)* quid ſi mutatur, vt eſt in pontificio exemplari.] *Recentia opera)* bellum Dacicum deuicto rege Decibalo, de quo libro octauo commodius. *Noua)* nouos honores. nam ſecundum Tacitum noua in rempublicam merita non vſitatis vocabulis ſunt honoranda. *Tunc)* cùm geſſi Conſulatum. *In partes conſilij tui)* adiuuare conſilium tuum ſcribendo, quid ipſe conſul feciſſem.

C. PLINIVS PONTIO SVO S.

SCIO quæ tibi cauſa fuerit impedimento, quominus præcurrere aduentum meum in Campaniam poſſes: ſed quanquam abſens totus huc migraſti, tantum mihi copiarum tam vrbanarum quàm ruſticarum, nomine tuo oblatū eſt, quas omnes improbè, accepi tamen. Nam me tui, vt ita facerem rogabāt: & verebar ne & mihi & illis iraſcereris, ſi non feciſſem. In poſterum niſi adhibueris modum, ego adhibebo. Etiam tuis denuntiaui, ſi rurſus tam multa attuliſſent, omnia relaturos. Dices oportere me tuis rebus vt meis vti. etiam: ſed perinde illis ac meis parco. Vale.

SCio) Admittit Pontij excuſationem, quòd ſibi non occurriſſet: & fructus quos miſerat ſcribit recepiſſe, denuntians in futurum vt modum donis imponeret. *Præcurrere)* præuenire vt me ſuſciperes. *Huc)* in Campaniam. [*Quæ)* tum ex codice antiquo, de qua dictione alibi vberius tractatum eſt.] *Improbè)* ruſticè feci accipiendo eas *Illis)* tuis. *Feciſſem)* accepiſſem. *Adhibebo modum)* nihil accipiam, vel parcè. *Etiam)* confirmantis aduerbium, vt alibi.

C. PLINIVS QVADRATO SVO S.

AVidius Quietus, qui me vnicè dilexit, & quo non minimum gaudeo, probauit, vt multa alia Thraſeæ (fuit enim familiaris) ita hoc ſæpe referebat, præcipere ſolitum ſuſcipiendas eſſe cauſas, aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum pertinentes.

AVidius) Numidium Quadratum, quem iam foro aſſignauerat, exemplo ſui monet quas cauſas agere debeat: imprimis vt multum ſtudeat, vt quoties opus fuerit, ſit paratus ad dicendum: interdum tamē ſtandum neceſſitati, quod ipſe quandoque feciſſe teſtatur, dum mandatis Senatus paret: cuius iuſſu refert orationes à ſe habitas. *Auidius Quietus)* Auidij fit mentio apud Africanum iuriſ-

conſultum. Auidium Nigrinum Procoſ. ſub Domitiano teſtantur epiſtolæ Secundi & Traiani: & Ventidium Quietum lego fuiſſe Seuero imperante. Luſius verò Quietus, quanquam apud Euſebium in Chronicis corruptè legatur Liſias, Iudæos rebellantes Meſopotamia exterminauit: nam aduerſum eos aciem ſtruens infinita millia interfecit, ob quæ Iudeæ procurator à Traiano decernitur: poſtea ſublatis Mauris, quos regebat, quia ſuſpectus imperio fuerat, ab Adriano eſt exarmatus, autore Spartiano. *Quò*) quòd multa Thraſeæ & dicta & facta probaret: [an potius quòd gauderet conſuetudine Auidij. nam legitur etiam, quo non gaudeo.] *Non minus gaudeo*) ſcilicet quàm me diligeret. *Thraſea*) Pæti Thraſeæ. *Familiaris*) amicus, quaſi ex eadem familia eius Thraſeæ. *Præcipere ſolitum*) Thraſeam conſueuiſſe hoc iubere.

Cur amicorum? non eget interpretatione. Cur deſtitutas? quòd in illis maximè & conſtantia agentis, & humanitas cerneretur. Cur pertinentes ad exemplum? quia plurimum refert bonum an malum induceretur. Ad hæc ego genera cauſarum, ambitioſè fortaſſe, addam tamen claras & illuſtres. æquum enim eſt agere nonnunquam gloriæ, & famæ, id eſt ſuam cauſam: hos terminos, quia me conſuluiſti, dignitatis ac verecundiæ tuæ ſtatuo. Nec me prætèrit, vſum & eſſe, & haberi optimum dicendi magiſtrum. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent agendo conſecutos. Sed & illud quod vel Pollionis, vel tanquam Pollionis accepi, veriſſimum experior, Commodè agendo factum eſt, vt ſæpe agerem: ſæpe agendo, vt minus commodè: quia ſcilicet aſſiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas; nec fiducia, ſed temeritas paratur. Nec verò Iſocrati, quò minus haberetur ſummus orator;

Cur amicorum) cur præciperet amicorum cauſas ſuſcipiendas. *Non eget interpretatione*) ſatis enim manifeſtum omnia pro amico facienda, modò non excedant verecundiæ terminos. *Deſtitutas*) cauſas periculoſas, & derrlictas ab aliis propter difficultatem, putabat ſuſcipiendas. *Cur pertinentes ad exemplum*) cauſas futuras bono exemplo legentibus & audientibus. nam exemplorum quædam comparata ſunt, vt nos inſtruant ad bonum: quædam ad malum declinandum. *Hæc*) tria. *Ambitioſè*) faciā ambitionis & honoris cauſa. *Claras*) cauſas famoſas. *Gloriæ*) rrſpectu laudis. *Idem*) vt agas illa quatuor cauſarum genera. [Eſt enim in pontificio codice. loco idē huiuſmodi lectio, id eſt ſuam cauſam: hos terminos, quia me conſuluiſti] *Vſum optimum dicendi magiſtrum*) quod frequenter Marcus Tullius teſtatur, vt primo & tertio de Oratore: item de perfecto oratore: ac pro Cor. Balbo. *Illud*) dictum. *Vel tanquam Pollionis*) quanuis circunferatur, tanquam Pollionis dictum, dubitat tamen an illius ſit. *Commodè*, bene. *Aſſiduitate*) dicendi continuatione. *Facilitas*) ſecutus eſt præceptorem Fabium, qui lib. x inquit, Scribendo dicimus diligentius, dicendo ſcribimus facilius. *Facultas* legitur etiam doctrina, ſed magis placet facultas, id eſt copia.] *Nec verò Iſocrati*) non obfuit Iſocrati quo minus haberetur ſummus orator, quòd non auderet in publicum prodire ad cauſas agendas debilitate vocis & pudore. Iſocrates Athenienſis rhetor, vt Plutarchus in eius vita ſcripſit, ſui temporis inſignis, in cuius labris ſiren inſederat, ſi Philoſtrato credimus, in compoſitione pluſquam diligens, nitidus, comptus, & palæſtræ quàm

pugnæ magis accommodatus, omnes dicendi veneres ſectatus eſt, cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano innumeri principis exierunt. Lege vitam eius apud Plutarchum, Philoſtratum & Dionyſium.

offecit, quòd infirmitate vocis, mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur. Proinde multũ lege, ſcribe, meditare, vt poßis, cùm voles dicere dices, cùm velle debebis. Hoc ferè temperamentum ipſe ſeruaui, nonnunquam neceßitati, quæ pars rationis eſt, parui. Egi enim quaſdam à Senatu iuſſus, quo tamen in numero fuerunt ex illa Thraſeæ diuiſione, hoc eſt ad exemplum pertinentes. Adfui Bæticis contra Babium Maſſam. quæſitum eſt an danda eſſet inquiſitio: data eſt. Adfui rurſus, iiſdem querentibus de Cæcilio Claßico. quæſitum eſt an prouinciales vt ſocios miniſtróſque Proconſulis plecti oporteret: pœnas luerunt. Accuſaui Marium Priſcum, qui lege repetundarum damnatus vtebatur clementia legis, cuius ſeueritatem immanitate criminum exceſſerat: relegatus eſt. Tuitus ſum Iulium Baſſum, vt incuſtoditum nimis & incautũ, ita minimè malum: iudicibus acceptis in Senatu remanſit. Dixi proximè pro Vareno poſtulante, vt ſibi inuicem euocare teſtes liceret: impetratum eſt. In poſterum opto vt ea potißimùm iubeat, quæ me deceat vel ſponte feciſſe. Vale.

Offecit) obſtitit. *Infirmitate vocis, mollitie frontis*) Fuit enim exiguæ vocis, & verecundi pudoris. Cicero.ij. de Oratore, Vt ille, inquit, pater eloquentiæ de ſe Iſocrates ſcripſit ipſe, pudore à dicendo, & timiditate ingenua refugiſti. nam Iſocrates in oratione, cui titulus, παναθηναϊκὸς talia de ſe faſſus, Scio naturam ad res gerendas infirmiorem & debiliorem, quàm opus ſit. nam ad orationes neque exactam, neque omnino inutilem, ſed iudicare quidem de vnaquaque re veritatẽ magis potentem, quam ſcire pollicentem: verùm agerẽ de his in concione multorum audacter hominũ omnibus (vt verum dicam) inferiorem: nam adeo mancus vtriuſque rei ſum, quę vim habent apud vos vocis, & audaciæ, vt neſciam ſi quis alius ciuiũ ſit. Hæc ad verbum traduximus ſuppreſſis Græcis verbis, ne in his videamur nimium inſoleſcere. *Meditare*) te declamãdo exerce. μελέτη enim declamatio dicitur. *Cùm debebis velle*) cùm occurret tibi vna prædictarum cauſarum. *Temperamentum*) modeſtiam, cõtinentiam. *Quæ pars eſt rationis*) nullis enim ſubiacet legibus, & feriis caret, tradente Palladio: demum ἀνάγκῃ δ᾽ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, id eſt neceſſitati ne dii quidem repugnant, nam cogit ad effectum, quæ à fato dependent: vnde in officiis ſcripſit Cicero Neceſſitati eſſe parendum In Græco epigrammate πανδαμάτειρ᾽ ἀνάγκη appellata, quòd omnia audeat: fit autem ſæpius virtutis cauſa. *Iuſſus*) prædiximus interdum dari litigantibus aduocatos à Senatu. *Fuerunt*) aliquæ cauſæ. *Ex illa diuiſione Thraſeæ*) ex ea diuiſione cauſarum, quas Thraſea præcipiebat ſuſcipiendas: hoc eſt id genus quod pertinebat ad exemplum, vt adeſſe Bæticis, quòd expilati eſſent à Bebio Maſſa & Cæcilio Claſſico. *Exemplum*) vt bonos tueri, & malos opprimere debeamus. *Bebium Maſſam*) Hanc rem latius complectitur lib. vij. ad Tacitum ſcribens: illic tamen nulla expreſſè de inquiſitione fit mentio, ſed cùm referat fuiſſe damnatum, ſequitur vt præceſſerit inquiſitio *Rurſus*) ſecundò. nam ter egit pro Bæticis, quod lib. iij. ad Macrinum teſtatus eſt: tertio ſe munere functum

ſanctum pro illis ſcribens, vnde ſubiungit iiſdem Bæticis lamentantibus, quòd Claſſicus prouinciam ſpoliaſſet. contentio fuit an miniſtri eius venirent puniendi, quòd operam ſuam ad turpe miniſterium præſtaſſent. res iſta iam longa, & præcedenti epiſtola cognita. *Prouinciales*) Bæticos, qui ſe implicauerant rapinis Proconſulis: neque enim ita defendebantur, vt negarent, ſed vt neceſſitati veniam deprecarentur. eſſe enim ſe prouinciales, & ad omnè Proconſulum imperium metu cogi. verùm Secundus probauit miniſterium eſſe crimen, & ideo multi damnati. *Marium Priſcum*) Proconſulem Africæ. luculenta epiſtola hoc iudicium iam enarratum, vt Iuuenalem eundem bis vellicantem omittamus. *Clementia legis*) quæ iubebat vt ablata reſtitueret, verùm maiore pœna digna flagitia commiſerat, quibuſdam crudeliter excarnificatis. *Immanitate*) crudelitate, dum accepta pecunia punit Equitem Romanum exilio, & ſeptem eius amicos morte. Item alium Equitem Romanum multis cruciatibus dilacerat. *Relegatus*) in exilium actus interdicta vrbe Italiáque. *Tuitus*) vocabulum raro inuentu. Paulus tamen. ff. quinquageſimo titulo de vacatione, Qui publicum, inquit, negocium tuitus ſit: & cæteri Iuriſconſulti frequenter dixêre, tuitionem, vt Vlp. ff xliij. Verbum ſanè illinc deductum, vt ſecundùm aliquos æditUus. *Iulium Baſſum*) qui ſortitus Bithyniam rediit reus. relege ex libro quarto ſuper hoc epiſtolam, ad Vrſum. *Incuſtoditum*) ſimplicem, improuidum, dum munera contra legem accipit. *In Senatu*) in ordine Senatorio: veruntamen eius acta reſciſſa teſtatur in Epiſtolis ad Traianum. *Impetratum eſt*) hoc vidimus libro quinto ad Vrſum. *Iubeant*) Senatores: nam prædictas cauſas egerat iubente Senatu. *Quæ*) ea genera cauſarum quæ mihi decori ſint, ac ſi ſponte feciſſem & elegiſſem.

C. PLINIVS FABATO SVO S.

DEbemus me Hercule natales tuos perinde ac noſtros celebrare, cùm lætitia noſtrorum ex tuis pendeat, cuius diligentia & cura hîc hilares, iſtic ſecuri ſumus. Villa Camilliani quam in Campania poſsides, eſt quidem vetuſtate vexata, ea tamen, quæ ſunt pretioſiora, aut integra manent, aut leuiſsime læſa ſunt. Attendimus ergo vt quàm ſaluberrimè reficiantur. Ego videor habere multos amicos, ſed huius generis, cuius & tu quæris, & res exigit, prope neminem. Sunt enim omnes togati & vrbani: ruſticorum autem prædiorum adminiſtratio poſcit

DEbemus) Quaſſata proſoceri ſui villa ex vetuſtate, quærit præficere prædio aliquem virum durum & agreſtem, qui interſit operi reficiendo. *Natales tuos*) nobilitatem tuam manifeſtam per Camillianam villam, quam maiores tui tibi reliquerunt: an potius, quòd ibi natus erat Fabatus. Sunt qui legant nouales tuos, ſcilicet agros, ꝑpter ſequentia, præſertim illud, ruſticorum autem prædiorum adminiſtratio. *Noſtrorum*) natalium. *Cuius*) Fabati conſuetum apud Græcos non modò poetas, quibus maior licentia, ſed oratores etiam, à plurali transire ad ſingularem. quod noſtri imitati non tamen ſine ratione, vt hic, nam in illo pronomine, tuis, intelligitur ex te Fabato. *Hic*) Romæ. *Iſtic*) Comi. *Camilliana*) quæ quondam Camilli fuerat. *Vexata*) excſa, comeſa. [concuſſa.] *Reficiantur*) reſtituantur, reſarciantur. *Togati*) officiis ciuilibus aſſueti.

durum aliquem & agreſtem, cui nec labor ille grauis, nec cura ſordida, nec triſtis ſolitudo videatur. Tu de Rufo honeſtiſſimè cogitas. Fuit enim filio tuo familiaris. quid tamen nobis ibi præſtare poſſit, ignoro, velle plurimum credo. Vale.

Durum aliquem & agreſtem) Columella libro I. præmoneo ne villicum ex eo genere ſeruorum, qui corpore placuerunt, inſtituamus, nec ex eo quidem ordine, qui vrbanas ac delicatas artes exercuerint. Soçors & ſomniculoſum genus id mancipiorum ociis, campo, circo, theatris, aleæ, popinæ, lupanaribus conſuetum. vt enim qui in villis intra conſepta morarentur, quàm qui foris terram molirentur, ſic [eos] qui ſub vmbra ciuitatis intra mœnia deſides cunctarentur, quàm qui rura colerent, adminiſtraréntve, ſegniores viſos. Eligendus eſt ruſticis operibus ab infante duratus, & inſpectus experimentis, ſi tamen is non erit de iis præficiatur, qui ſeruitutem laborioſam tolerauerunt: mediæ ſit ætatis & firmi roboris, peritus rerum ruſticarum: aut certè maximæ curæ, quò celerius addiſcat: *Sordida*) vilis. *Solitudo*) quòd ſolus & ſine vrbanorum contubernio viuat: hinc Columella vetat nundinas villicum frrequentare, vt ſemper in opere ſit. *Honeſtiſſimè*) cum honore tuo. eſt enim vir tibi amicus. *Familiaris*) domeſticus. *Nobis*) in rem noſtram. *Ibi*) in rebus ruſticis. [*Poſſit præſtare*) poſſit facere. Eſt alia lectio, Quid tamen noui ſibi præſtare poſſit ignoro. vt ſit ſenſus, neſcio quid noui præterquam conſueuerat, quod non facit in re præſenti, ſibi depoſcat, & aſſumat præſtandum, quanuis credam habere bonam mentem præſtandi plurima. in antiquo codice pro credo legitur ſcio.]

C. Plinivs Corneliano Svo S.

EVocatus in conſilium à Cæſare noſtro ad Centumcellas (hoc loco nomen) longè maximam cepi voluptatem. Quid enim iucundius quàm principis iuſtitiam, grauitatem, comitatem, in ſeceſſu quoque vbi hæc maximè

EVocatus) Seceſſerat Traianus ad Centumcellas, quò conſilii gratia Secundum cum multis Senatorum euocauerat: ibíque Claudius Ariſto ab inuidis accuſatus abſoluitur. Gallita adulterij rea cum adultero condemnatur, tertio die cognouerunt codicillos Iulij Tyronis, ſed hæc iudicia remiſſiones variabant, nam ſenatores adhibebantur cœnæ iucundiſſimi principis, & xeniis donabantur. Hæc Secundus amico ſuo Corneliano ſcribit, ac poſtremò portum à Traiano iam ſemiſtructum ſumma cum euidentia repræſentari. *Euocatus*) ab vrbe accerſitus. *In conſilium*) ad ſententiam dicendam, ad iudicandum. *Centumcellas*) abeſt à Corneto paſſuum milia decem, portus celebris arcem habens munitiſſimam, cui ciuitati veteri nomen eſt: olim Centumcellenſis portus: paruo enim ſpatio abeſt Centumcellenſis oppidi locus à Barbaris dirutus, in quo diuum Auguſtinum libros de trinitate tradunt ſcripſiſſe. Neque in hoc [Gaſpar] Blondus eſt audiendus. cùm refert Plinium dicere Adrianum Imperatorem centum iudicibus ad audiendas publicè cauſas ſe præſente inſtitutis cellas totidem ædificaſſe, cùm neque Adrianum, ſed Traianum, neque centum cellas totidem iudicibus excitaſſe tradat. Centumcellas oppidum fuiſſe Italiæ ſæpe ſit mentio in libello Gottico, quem Leonardus Aretinus latinitate donauit. hodie quoque (ad Grauiſcas) portus vetuſtiſſimus extat, in cuius oſtio inſulæ

forma cum dimidiata turri. [Ptolemæus iuxta Populoniam Ruſellas locat. Strabo poſt Grauiſcas regis villam, Maleoti Pelaſgi regiam. *Hoc nomen*) eſt. *Loco illo*) Centum cellarum. *Iuſtitiam, grauitatem*) in cognoſcendo & iudicando. *Comitatem*) in conuiuiis.

recluduntur, inſpicere? Fuerunt variæ cognitiones, & quæ virtutes iudicis per plures ſpecies experirentur. Dixit cauſam Claudius Ariſto princeps Epheſiorum, homo munificus, & innoxiæ popularitatis: inde inuidia, & ab diſſimillimis diſſimilis delator immiſſus. Itaque abſolutus vindicatúſque eſt. Sequenti die audita eſt Galitta adulterij rea. Nupta hæc Tribuno militum honores petituro, & ſuam & mariti dignitatem centurionis amore maculauerat. maritus Legato Conſulari, ille Cæſari ſcripſerat. Cæſar excuſſis probationibus, centurionem exautorauit, atque etiam relegauit. Supererat crimini, quòd niſi duorum eſſe non poterat reliqua pars vltionis, ſed maritum non ſine aliqua reprehenſione patientiæ, amor vxoris retardabat: quã quidem etiã poſt

Recluduntur) oſtenduntur, aperiuntur hæ virtutes *Iudicii*) Traiani. *Epheſiorum princeps*) primus in vrbe Epheſo. Epheſus ciuitas Ioniæ celeberrima, & portus in ſinu. Herodot. Lydiæ eſſe dicit, vocatur & Smyrna, ab Amazone Smyrna appellata, & Sermona, & Ortygia, & Ptelea. ibi erat tẽplum Dianæ. vrbs in cauo loco condita, tempeſtate ſubmerſa fuit multis interemptis. Lyſimachus ciuitatem tranſtulit, vbi nunc eſt, quam ab vxore ſua Arſinoen nominauit, ſed eo mortuo priorem appellationem reſumpſit. Hæc Stephanus. *Innoxiæ popularit.*) populo gratus ſine damno alicuius, vel innoxiæ popularitatis, ad idem. *Inde*) quia populo erat acceptus *Inuidia*) orta eſt in eum *Delator*) accuſator. [*Diſſimilis*) malus. *Immiſſus*) ſubornatus & inſtructus in illius accuſatione. *Ab diſſimillimis*) à peſſimis & populo ingratis. *Vindicatus*) irrogata accuſatori merita pœna. *Honores*) magiſtratus. *Suam dignitatem*) nam mariti honor ad vxores redundat. Vlpianus. ff. i. Fœminæ nuptæ clariſſimis perſonis clariſſimarum perſonarum appellatione tenentur, fœminis enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt. *Centurionis amore*) capta deſiderio centurionis cum quo adulterium committebat. *Maritus*) Galittæ coniux ſcripſerat. *Legato Conſulari*) nam centurio Tribuno, Tribunus Legato paret. Tribunus igitur Legato Conſulari rem ſcripſerat, ille verò Traiano. *Excuſſis probationibus*) diligenter examinatis teſtibus. *Centurionem exauctorauit*) remouit à primipilatu ſecundum leges. Arrianus de re militari, adulterio vel aliquo iudicio publico damnati, inter milites non ſunt recipiendi. Auctorare autem eſt pecunia addicere ſibi aliquem: exauctorare verò, à mercede conſtituta remouere. aliquando tantummodo pro repudiare ſumitur. Macrobius, Exauctorata, inquit, verba tam deſueta & abolita: ſic Seruius dixerat ſententiam exauctorari. ſeruauit legis ordinem Traianus, quæ præcipit ab adultero accuſationem incipiendam: neque aliter ad mulierem perueniendum, niſi illo reo peracto. Et præter Vlpianum Marcellus, Nupta, inquit, non poteſt accuſari non tantùm ab eo, qui adulterum accuſauit, nec obtinuit, ſed nec ab alio quidem ſi adulter abſolutus eſt: proinde ſi per colluſionem cum adultero conſtituerit, fuerítque abſolutus, dedit mulieri nuptæ aduerſus omnes ſecuritatem. *Crimini*) adulterio. *Niſi ſaltem*) ad minus. nam adulterium non poteſt eſſe vnius tantùm. *Reliqua pars vltionis*) vt Galitta puniretur. *Retardabat*) ab accuſatione. Domitianus Equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimiſſæ adulterii crimen intenderat, con-

ddd. ij.

demnauit. *Non ſine reprehenſione*) criminis lenocinij. Seuerus & Antoninus Imperatores, Crimen lenocinij contrahunt, qui deprehenſam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt. Marcellus ad legem Iuliam de adulteriis, & ſtupro, Mariti lenocinium lex coercuit, qui deprehenſam vxorem in adulterio retinuit, adulterúmque dimiſit: debuit enim vxori quoque iraſci, quæ matrimonium eius violauit.

delatum adulterium domi habuerat, quaſi contentus æmulum remouiſſe. Admonitus, vt perageret accuſationem, peregit inuitus, ſed illam damnari etiam inuito accuſatore neceſſe erat: damnata, & Iuliæ legis pœnis relicta eſt. Cæſar & nomen centurionis, & commemorationem diſciplinæ militaris ſententiæ adiecit. ne omnes eiuſmodi cauſas reuocare ad ſe videretur. Tertio die inducta cognitio eſt multis ſermonibus, & vario rumore iactata Iulij Tyronis codicillis, quos ex parte veros eſſe conſtabat, ex parte falſi dicebantur. Subſtituebatur crimini Sempronius Senecio Eques Romanus, & Eurythmus, Cæſaris libertus, & procurator. Hæredes, cùm Cæſar eſſet in Dacia, communiter epiſtola ſcripta petierant vt ſuſciperet cognitionem: ſuſceperat. reuerſus diem dixerat: & cùm ex heredibus quidam quaſi

Delatum) accuſatum. *Adulterium*) Papinianus ad legem Iuliam de adulteriis & ſtupro. Lex Iulia ſtuprum & adulterium promiſcuè appellat, ſed propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum compoſito nomine. *Æmulum*) riualem centurionem. *Remouiſſe*) relegaſſe. *Admonitus*) à Traiano. *Vt perageret accuſationem*) vt vxorem Galittam condemnandam curaret. Peregiſſe autem, vt Iuriſconſultus. ff. quadrageſimooctauo ad legem de adulteriis aſſerit: non aliter quis videtur, niſi & condemnauerit. Adulterij autem accuſatio ex conſenſu Iuriſconſultorum imprimis ad maritum pertinet: & marito iure mariti accuſanti illi præſcriptio obiicitur: ſi lege prodidiſſe dicatur, ob hoc quòd aggreſſus accuſationem adulterij, accuſare deſtitit, quique in adulterio deprehenſam retinuerit, in cum pœna ſtatuta. cuius metu quanquam inuitus Tribunus vxorem ream peregit. *Inuito accuſatore*) nã adulterium publicum crimen eſt, & reip. cauſa conſtitutum. Vlp. enim de publicis iudiciis, Non omnia inquit iudicia in quibus crimen vertitur, publica ſunt, ſed ea tantùm, quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, vt Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis. vnde non in manu mariti erat ab accuſatione deſiſtere, verùm ponamus aliquo caſu deſtitiſſe, alium exercere vtile erat: nam & pater adulteræ & alii accuſare poterant, ſi prius adulterum condemnaſſent. *Relicta pœnis*) damnata pœnis lege Iulia de adulteriis conſtitutis, quæ temeratores aliarum nuptiarum gladio punit. *Sententiæ adiecit*) poſtquam pronunciauit de ſupplicio, adiecit huic ſententiæ ſe ſuſcepiſſe hanc cognitionem adulterii propter diſciplinam militarem, quam corrigere pertinebat ad ſe: nam poſt Auguſtum iam collapſam militarem diſciplinam Traianus ſeueriſſimè reſtituit. *Eiuſmodi*) adulterji. flagrabat enim orbis innumeris adulteriis. quod Iuuenalis notabiliter flagellat. *Reuocare*) ab ordinariis magiſtratibus, vt à Prætore ſibi vendicare. *Iactata*) priuſquam introducerentur vulgata. *Codicillis*) de teſtamento. *Subſtituebantur crimini*) accuſabantur, agebantur rei tanquam id crimen feciſſent. *In Dacia*) dum bellum gereret contra Decibalum Dacorum regem, cui bis intulit bellum. *Communiter*) ex

conſenſu omnium. *Diem dixerat*) de-derat diem quo in ius conuenirent, citauerat partes ad conſtitutum diem.

reuerentia Eurythmi remitterent accuſationem, pulcherrimè dixerat, Nec ille Polycletus eſt, nec ego Nero. Indulſerat tamen petentibus dilationem, cuius tempore exacto conſederat auditurus. A parte hæredum intrauerunt duo: omnino poſtularunt, vt omnes hæredes agere cogerentur, cùm detuliſſent omnes, aut ſibi quoque deſiſtere permitteretur. Locutus eſt Cæſar ſumma grauitate, ſumma moderatione: cúmque aduocatus Senecionis & Eurythmi dixiſſet ſuſpicionibus relinqui reos, niſi audirentur, Non curo (inquit) an iſti ſuſpicionibus relinquantur, ego relinquor. Dein conuerſus ad nos, Ἐπίςασθε quid facere debeamus? Iſti enim queri volunt quòd ſibi licuerit non accuſare: tum ex conſilij ſententia iuſſit denunciari hæredibus omnibus, aut agerent, aut ſinguli approbarent cauſas non agendi, alioqui ſe vel de calumnia pronunciaturum. Vides quàm honeſti, quàm ſeueri dies, quos iucundiſſima

Reuerentia) reſpectu Traiani, quòd eius libertus eſſet. *Remitterent accuſationem*) iudicio abſoluerent, & ab accuſatione liberarent. *Dixerat*) Traianus. *Polycletus*) quem ſcribit Tacitus vnum ex libertis magna Neronis ſpe [miſſum in Britanniam] ad gignendam autoritate ſua inter legatum & procuratorem concordiam, & ad rebelles barbarorū animos pace cōponēdos: nec defuit Polycletus quo minus ingenti agmine, Italiæ Galliæque grauis, poſtquam Oceanum tranſmiſerat militibus quoque Ro. terribilis incederet. ſed hoſtibus irriſui fuit apud quos flagrante etiam tum libertate, nōdum cognita libertinorum potentia erat: mirabātúrq; quòd dux & exercitus tanti belli confector ſeruitiis obediret. Et Dion inquit, Seorſum à Nerone Polycletus agebat, populabatur, rapiebat omnia quæcunque poterat. Hinc apud Tacitum legimus libertum Vitellii Aſiaticum potentia æquaſſe Polycletos, Patrobios & vetera odiorum nomina Non erat igitur Traianus alter Nero, qui tantum libertis ſuis permitteret rapinarum. amauit quidem ille ſuos libertos, ſed vt eos libertos non dominos haberet. vnde in Panegyrico ſcripſit, Tu libertis tuis ſummum quidem honorem, ſed tanquam libertis habes: abundéque ſufficere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Scis enim præcipuum eſſe indicium non magni principis magnos libertos. *Dilationem*) comperendinationem. *Petentibus*) Senecioni & Eurythmo. *Exacto tempore*) cùm adueniſſet dies deſignatus cognitioni. *Conſederat*) pro tribunali cum Senatoribus, quos habebat in conſilio auditurus vtraſque partes. *Intrauerunt*) ad dicendam cauſam venerunt. *Agere*) dicere cauſam. quia hæredum quidam Eurythmo accuſationem remittebant. *Detuliſſent omnes*) vno conſenſu accuſationem omnes inchoaſſent: aut ſi illi deſiſterent ab accuſatione, ſibi quoque liceret abire. *Suſpicionibus relinqui reos*) quòd omnes ſuſpicarentur reos nō carere crimine, ſi reſpectu Cæſaris contra illos agere deſiſterent. *Iſti*) Senecio & Eurythmus. *Ego*) quòd videntur deſiſtere mea cauſa non reorum. *Nos*) Senatores. *Ἐπίςασθε*) ſcitis, vel *κατασήσατε*) conſtituite decernite. *Iſti*) hæredes. *Volunt queri*) volunt vt quæramus. *Quòd ſibi licuerit non accuſare*) quòd poſſunt iure deſiſtere ab incœpta accuſatione. *Conſilij*) Senatus. *Agerent*) perſequerentur

vt

accuſationem. *Pronunciatum um*)damnaturum hæredes. *De calumnia*)quæ eſt vexatio alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationem. nam calumniari eſt morari, & fruſtrari à verbo caluo: & calumniari eſt falſa crimina intendere ſecundum Marcellum ad Senatuſconſultum Turpilianum. & calumniatoribus pœna lege Rhemia irrogatur, contra quos Imperatores Honorius & Theodoſius hæc conſtituerunt. Quiſquis inquiunt crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicij. Lege enim duodecim tabularum cautum erat, vt calumniator idem pateretur quod reus, ſi cõuictus eſſet, Imperatores, Valẽs & Valentinianus, Fallaciter incuſantibus maximè poſt exhibitionem accuſati nullus iuris color, velut deriuata excuſatione proficiat, non publica abolitio, non priuata, non ſpecialis indulgentia, ne beneficium quidem publicum. Plura. ff. tertio. & Codice de calumniatoribus.

remiſsiones ſequebantur. Adhibebamur quotidie cœnæ. erat modica, ſi principem cogites: interdum acromata audiebamus, interdum iucundiſsimis ſermonibus nox ducebatur. Sũmo die abeuntibus nobis (tam diligens in Cæſare humanitas fuit) xenia ſunt miſſa. Sed mihi vt grauitas cognitionum, conſilij honor, ſuauitas ſimplicitáſque conuictus, ita locus ipſe periucundus fuit. Villa pulcherrima cingitur viridiſsimis agris: imminet littori, cuius in ſinu quàm maximus portus, velut amphitheatrum. Huius ſiniſtrum brachium firmiſsimo opere munitum eſt: dextrum elaboratur. In ore portus inſula aſſurgit, quæ illatum vento mare, obiacens frãgat, tutúmque ab vtroq; latere decurſum nauibus præſtet. Aſſurgit autem arte

Remiſsiones) voluptates, ſolatia. *Cœna*) principis Traiani. *Modica*) cœna frugi [exemplo diui Auguſti, qui cœnam ternis ferculis, aut cùm abundantiſſimè ſenis præbebat, vt non nimio ſumptu, ita ſumma comitate, vt qui tacentes vel ſummiſſum fabulantes ad comitatẽ ſermonis prouocaret.] *Si principem cogites*) reſpectu maieſtatis Cæſareę. Solent enim propter ſummã fortunã principes viuere lautiſſimè. In Panegyrico Traianum laudat, quòd cœnæ Romanos adhiberet, & quam frugalitate contraheret, humanitate extẽderet. *Acroamata*) integrum eſt acroamata, ſed per contractionẽ fit acromata, quæ ſecundum Suidã & Gellium interpretes, ſunt auſcultationes. Antiſthenes dixiſſe traditur, cùm vidiſſet adoleſcentem luxurioſum acromatibus deditum, Miſerum te adoleſcens, qui nunquam audiſti ſummum acroma, id eſt tuam laudem. Facit hic opportunè vt acromata intelligamus hiſtriones & mimos. Marcus Tullius pro Publio Seſtio, Ille ipſe maximè ludius, non ſolùm ſpectator, ſed actòr, & acroama [Tranquil. in Auguſto. Et aut acromata & hiſtriones cœnis interponebat. Plutarchus in ſympoſiis acromata refert ſolita eſſe introduci in conuiuium.] Lampridius in Alex. omnia acromata populo donauit. Athenæus tradit Antiochum regem in conuiuijs acroamatibus illuſiſſe: & in acroamatibus fuiſſe voluptatem, Cleopatrámque cum Antonio celebraſſe Athenis bacchanalia in theatro, miniſtrãtibus ei acroamatibus conſuetis ex Italia accerſitis ad ſpectaculum omnium Græcorum, vndè Antonium ſeipſum edicto iuſſiſſe per omnem Græciam appellari Dionyſium. Vbi Antiochi regis nimiam comitatem in conuiuio oſtendit. Deguſtabat, inquit, rectus, aliquando ſtans ante alios ſimul etiam cum acroamatibus colludens, id eſt mimis. ſequitur enim, Saltabat tanquam mimorum vnus. Interdum pro choris ac luſibus idem vſurpauit. Adhæc vocabantur acroamatica in quibus philoſophia re-

motior, ſubtiliórque agitabatur: quæque ad naturæ contemplationes diſceptationésve dialecticas pertinebat. lege Gellium libro decimonono, capite quarto. *Iucundißimis ſermonibus*) conuenit cum illo panegyrici, Tua benigna inuitatio, & liberales ioci & ſtudiorum honor. *Xenia*) munera hoſpitalia. *Conſilij honor*) quia conſtituit Cæſar, quæ Senatores conſuluerant. habitus ergo conſulentibus honor. *Villa*) Centumcellæ tunc villa, poſtea extructo portu in oppidum auctum propter opportunitatem commeatuum. *Velut amphitheatrum*) in formam rotundam quale fit amphitheatrum: cuius modum alibi expreſſimus. *Fumißimo opere*) ſolido munimine, & mole. *Elaboratur*) labore ſummo conſtruitur. *Inſula*) non admodum magna, ſed quæ incurrentes fluctus frangat, & arceat. *Obiacens*) obſtans. *Vtroque*) habebat enim portus ille duo oſtia.

viſenda, ingentia ſaxa latißima nauis prouehit. Contra hæc alia ſuper alia deiecta ipſo pondere manent, ac ſenſim quodam velut aggere conſtruuntur. Eminet iam, & apparet ſaxeum dorſum, impactóſque fluctus in immenſum elidit, & tollit. Vaſtus illic fragor, canúmque circa mare. Saxis deinde pilæ adiiciuntur, quæ procedente tempore enatam inſulam imitentur. Habebit hic portus etiam nomen autoris, eritque vel maximè ſalutaris. Nam per longißimum ſpatium littus importuoſum hoc receptaculo vtetur. Vale.

Viſenda) mirabili: nam & inſula manufacta erat. *Latißima nauis*) pótonem intelligit, hodie quoque ſic appellatum: quo, loco pontis in traiiciendis fluminibus vtuntur. Cæſar, Ad reliquos milites equitéſque tranſportandos: pontones, quod eſt genus nauium Gallicarum, Lyſſi reliquit. Autor eſt Papinianus flumen traiici pontonibus. & huius generis nauium meminit Gellius. Adhæc Auſonius in monoſyllabis dubitat, Pontonem nauem eſſe contabulatam in duabus lintribus extructam, an pontem [lintribus in geminis conſtratus ponto ſit, an pons.] *Prouehit*) in altum vehit ad augendum inſulam. *Hæc*) ſaxa. *Aggere*) coaceruatione. *Dorſum*) tumulus. ſic Virgilius, Dorſum immane mari ſummo. *Impactos*) impulſos. *Elidit & tollit*) ſecutus eſt ordinem. *Canum*) ſpumoſum. ezagatur hîc Secundus. *Pilæ*) maiores lapides. Dionyſius Pilam fuiſſe angularem monſtrat libro tertio hiſtoriarum: Petra inquit eſt angularis in foro: ſuper qua poſita ſunt ſpolia tergeminorum Albanorum, ſed arma quidem collapſa ſunt vetuſtate: petra verò appellationem ſeruat: Pila dicta Oratia. Apuleius vocat pilam mediam, quæ ſtabuli trabes ſuſtinet, & Vitruuius pilatim agere ædificia, per pilas ſtruere. *Enatam*) genuinam, naturalem. *Portus*) appellatur concluſus locus, quò importantur merces, & inde exportantur, Vlpiano de verborum ſignificationibus tradente. *Nomen autoris*) dicitur Traianus portus, & Ptolemæus poſt Populoniam Traianum locat portum: nam Traianus Anconitanum portum ex pecunia ſua tutiorem reddidit: ſicut teſtatur vetus eloginũ, quod adhuc illic extat. ſed Centumcellarum portum ptimus ipſe conſtruxit, & appellationem à conditore accepit: vtrunque ferè in medio Italiæ, vt ille mari Adriatico, hic Tyrrheno ſeruiret. [quem ſanè puto, Iuucualem monſtraſſe per illa, tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles, Tyrrhenámque Pharon, porrectáque brachia rurſus, Quæ pelago occurrunt medio, longéque relinquunt Italiam: non ſic igitur mirabere portus Quos natura dedit] niſi quis potius reſpiceret Hoſtienſem portum: nam & ipſe in mari Tyrrheno, quem memorat Tranquillus Claudium ſtruxiſſe, circumducto dextro ſiniſtróque brachio, & ad introitum profundo iam ſolo mole obiecta, quam quo ſtabilius fundaret, nauem antè demerſit, qua magnus o-

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

TOllite cuncta, inquit, cœptóſque auferte labores. ſeu ſcribis aliquid, ſeu legis, tolli, auferri iube, & accipe orationem meam, vt illi arma diuina. Num ſuperbius potui? reuera, vt inter meas pulchram. Nam mihi ſatis eſt certare mecum. Eſt hæc pro Accia Variola & dignitate perſonæ, & exempli raritate, & iudicij magnitudine inſignis. Nã fœmina ſplendide nata, nupta prætorio viro, exhæredata ab octogenario patre, intra vndecim dies, quã ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebãt Iudices centũ & octoginta. (Tot enim quatuor

TOllite) Gloriatur ſe egiſſe apud centumuiros pro Actia Variola in magna auditorum corona, & vario euentu. Præmittit igitur amico Romano quicquid in cauſa acciderit, & artes ſuæ orationis detegit, quam refert à quibuſdam comparari ei quam dixit Demoſthenes pro Cteſiphonte. iudicémque huius Romanum facit. *Tollite cuncta inquit*) carmen ex octauo Æneidos, vbi Vulcanus Æneæ fabricaturus arma, iubet vt Cyclopes, quæ in manibus habebãt, deponerent, cùm magis vrgentia forent elaboranda. *Illi*) Vulcani miniſtri Brontes & Steropes, & nudus membra Pyragmon, arma diuina, ſumma, & Vulcani iuſſu decocta in manus acceperunt. *Num ſuperbius potui?*) loqui de me & rebus meis, cum me Vulcano, mea verò ſcripta comparem diuinis Æneæ armis? Neque omnino iocatur cum amico, ſed ridendo putat vera dicere: nam ſequitur re vera, vt inter meas orationes exiſtimo hanc pulchram: *Vt inter meas*) reſpectu mearum orationum, quæ non ſunt comparandæ aliorum diuinis orationibus. *Certare mecum*) contendere vt efficiam meliores orationes, quàm antea fecerim, & nõ ſuperare Demoſth. vel Cicer. *Accia Variola*) Sidonius Apollinaris lib octauo ad Ruſticum ſcribẽs, huius actionis mentionem fecit. C. Plin. inquit, pro Accia Variola plus gloriæ de Centũuirali ſuggeſtu domũ retulit, quàm cum M. Vlpio Traiano incomparabili principi incomparabilem panegyricum dixit. Variam verò Heliogabali auiam Lampridius monumentis protulit [*Iudicij magnitudine*) M. Tullius in Verrem, Iam nunc mente & cogitatione perſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint: quantum magnitudo iudicii ſit allatura.] *Splendide nata*) ex equeſtri familia edita. *Quam*) poſtquam. *Ille*) pater Variolæ. *Captus amore*) damnandus amor in iuuene, ſed in ſene deteſtandus. *Induxerat nouercam ei*) ſibi vxorem in domum introduxerat, & nouercam Variolæ. *Quadruplici iudicio*) apud Centumuiros, vbi fiebant quatuor iudicia, ideo erant totidem Tribunalia. Hoc indicatiue, non ſolùm teſtimonio Secundi, dicentis, tot enim quatuor conſiliis conſcribũtur, ſed etiã Fabii cõteſtãtis quatuor iudicia cõgregari moris fuiſſe apud Centũuiros. Hęc tamẽ alibi melius enarrata *Centum & octoginta*) [Opinor legẽdũ centũ quadraginta] nã primũ terni ex ſingulis tribubus Iudices electi ſunt: [cũ decuriæ iudicum tres tantùm eſſent,] ita vt eſſent numero centum quinque, [poſtea aucti, vſque ad centum octoginta] obtinuit tamen vſus, vt Centumuiri dicerentur, Varro enim in Re ruſtica] inquit, Centumuiralis iudicii numerus non fuit ad amuſſim, vt cùm dicimus mille naues iiſſe ad Troiam [poſtea quarta decuria ab Auguſto addita, & quinta à Caligula, creuit iudicum numerus ad centum ſeptuaginta quinque: qua deinde ſublata, reſtitit numerus intra centum quadra-

ginta,ſeruata ſemper priore appellatione centumuirorum. tametſi legerim apud Ciceronem pro Planeo c xxv. iudiees e- queſtris ordinis principes ſediſſe, niſi mendam illic exiſtimaret volumus. tunc enim equitum decuriæ tres tantùm erant.

conſiliis colliguntur) ingens vtrinque aduocatio, & numeroſa ſubſellia: præterea denſa circumſtantium corona, latiſſimum iudicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc ſtipatum tribunal, atque etiam ex ſuperiore Baſilica parte,qua fœminæ,qua viri,& audiendi,quod difficile, & quod facile viſendi ſtudio imminebant. Magna expectatio patrum, magna filiarum,magna etiam nouercarum.Secutus eſt varius euentus. Nam duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus. Notabilis prorſus res & mira eadem in cauſſa,iiſdem iudicibus,iiſdem aduocatis,eodem tempore tanta diuerſitas accidit caſu,quòd non caſus videretur.° Victa eſt nouerca: Ipſa hæres ex parte ſexta, Victus Suburranus, qui exhæredatus

Conſiliis) iudieiis,deeuriis. *Conſcribuntur*)in antiqua lectione fuit, colliguntur. *Ingens vtrinque aduocatio*) magnus aduocatorum numerus aduenerat, qui pro vtraque parte aderat, & erant innumeræ minorum Iudicum ſedes, ingénſque auditorum corona. [*Præſtantium*) Auditorum exiſtentiom ante magna ſubſellia-, quæ ſunt minorum iudieum ſedes. In aliquibus exemplaribus habetur, prehenſantium. *Latiſſimum iudicium*)propter multitudinem Iudicum. *Multiplici circulo*) multiplicata corona. *Ad hoc*) præterea. *Stipatum*) ſeptum auditorum frequentia. *Baſilica*) Iuliç,in qua Centumuiralia iudicia agebantur, qood alibi notauimus, & Martialis teſtatur, Iam clamor, centúmque viri, denſúmque corona Vulgus, & infanti Iulia tecta placent. Vbi deceptus interpres Iulia templa Capitolium expoſuit. *Qua*) partim. dicendi modus ornatus:erant tamen diſereta ſexuũ loca. *Quod difficile*) erat ex ſuperiori parte *Et viſendi*) quod facilius erat. *Patrum*) an exemplo huius iudieij poſſent liberos exhæredare. *Filiarum*) ne poſſent inſtinctu nouercarum exhæredari. *Nouercarum*) an liceret inſtitui hæredes à marito præteritis priuignis *Conſiliis*)iudiciis. *Vicimus*)ſuperiores fuimus. pro nobis pronunciatum eſt. Paulus.ff. xlij. de re Iudicata. Inter pares numero Iudices.ſi diuerſæ ſententiæ proferantur, in liberalibus quidem cauſis ſecundum quod à diuo Pio conſtitutum eſt, pro libertate cõnſtitutum obtinet: in aliis autem caſibus,quod in publicis iudiciis obtinere oportet. [*Iudicibus*) Centumuiralibus.nam in quatuor tribunalia diſcreti erant Centumuiri. Aduocatis nobis & compatronis aduerſariiſque, accidit tanta diuerſitas caſu & inſperato:quæ res tamen non videtur fortuita] *Diuerſitas*) ſententiarum.. *Caſu*) nam fortuna plurimum in iudieiis dominatur. *Victa eſt*) nouercã hoc videtor factum contra leges quibus nunc vtimur: nam Martianus ff. quinto, Si pars, inquit, iudicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum,pars ſecundum teſtamentum ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet:humanius erit ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundum teſtamentum ſpectauit: niſi apertè iniquè ſecundum ſcriptum hæredem pronunciaſſe apparebit, quod fortaſſe iudices in hoc ſunt incuiti. *Sexta parte*)aſſis,in quem tota hæreditas diuiditur. *Suburranus*) filius nouercæ, & priuignus ſenis illius octogenarii. Non tamen eredo eundem eſſe: cuius paulo pòſt fit mentio. Et Spartianus refert ſub Traiano bis Conſulatũ geſſiſſe. [In quibuſdã exẽplaribus legitur Suberinus. ſed de nomine quod alibi nõ reperitur,nõ contẽdo. Quanuis in epiſtolis apud Ciceronẽ legatur,C. Suberinus Calenus]

à patre, ſingulari impudentia alieni patris bona vindicabat, non auſus ſui petere. Hæc tibi expoſui. primùm, vt ex epiſtola ſcires, quæ ex oratione non poteras: deinde (nam detegam artes) vt orationem libentius legeres, ſi non legere tibi, ſed intereſſe iudicio videreris. Quàm ſit licet magna, non deſpero gratiam breuiſſimè impetraturam. Nam & copia rerum, & arguta diuiſione, & narratiunculis pluribus, & eloquendi varietate renouatur. Sunt multa (non auderem niſi tibi dicere) elata, multa pugnantia, multa ſubtilia. Interuenit enim acribus illis, & erectis frequens neceſſitas computandi, ac penè calculos, tabulámque poſcendi, vt repentè in priuati iudicij formam Centumuirale vertatur. Dedimus vela indignationi, dedimus iræ, dedimus dolori: & in ampliſſima cauſa, quaſi magno mari pluribus ventis ſumus vecti. In ſumma, ſolent quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare, hanc orationem (iterum dicam) præcipuam, vt inter meas, ὡς ὑπὲρ Κτησιφῶντος eſſe. an verè, tu facillimè iudicabis, qui tam memoriter tenes omnes, vt conferre cum hac, dum hanc ſolam legis, poſſis. Vale.

A patre) ſuo vero, & naturali. *Alieni*) patris, *Actia Variola*) ſui autem vitrici. *Sui*) bona legitimi ſui patris, quæ non audebat petere, quia iure fuerat exhæredatus. *Non poteras*) ſcire. *Artes*) artificium meum, & aſtutiam: cur hæc ſim præfatus. *Quam*) orationem. *Arguta diuiſione*) ſubtili partitione, quamuis ſit aliqua differentia, inter partitionem & diuiſionem. Eſt autem diuiſio rerum plurium in ſingulas: partitio, ſingularum in partes diſcretio. Valet diuiſio plurimum in cauſis: namque per illam conſequimur modum, & finem, & qui rectè diuiſerit, non poterit in rerum ordine errare. *Narratiunculis pluribus*) hæc oratio plures ſtatus complectebatur: vnde neceſſe fuit plures habere narrationes. *Varietate*) prout res exigebant, interdum graui, nonnunquam mediocri, quandoque attenuato dicendi genere, quotieſque admonebatur digreſſionibus, & non intempeſtiuis amœnitatibus, ab itinere diſceſſit. *Renouatur*) delectat tanquam noua. licet enim in medio orationis attentos auditores facere. *Elata*) excelſa, grandia. *Pugnantia*) acria, vehementia, nam tota prope in contentione dicendi erat. Eam opinor fuiſſe, quam libro primo Arrio emendandam miſerat. *Subtilia*) propter computandi neceſſitatem, quod facit M. Tullius in Verrem, vbi de Siciliæ decimis agit. *Calculos tabulámque*) quibus computare ſolemus: vnde libro nono apertiùs, calculo dixit oſtendam. Tabulam autem intelligit calculatoriam. [*Centumuirale*] iudicium.] *Priuati*) pertinentis tantùm ad Actiam, & aduerſarios, non ad exemplum. *Dedimus vela indignationi*) vſi ſumus exaggeratione, & totis nixi viribus, dum indignabamur nouercas, & priuignos aliena inuadere. *Mari*) perſtat in tranſlatione verborum, cùm prius dixiſſet vela. *Ventis*) affectibus, motibus animi, indignatione, ira, dolore. hîc excedit ſtilum epiſtolarem: grandior enim eſt, & hoc ſatis elucet, quàm vt magis probetur. *Hanc orationē*, idest optimam, & ſimilem ei orationi quam Demoſthenes dixit pro Cteſiphonte. Hic cùm Demoſtheni coronam pro reparatione murorum vrbis Athenarum decreuiſſet, Æſchines inuidia motus Cteſiphontem accuſauit, tanquam id iniuſtè feciſſet, & pariter in Demoſthenem inuectus eſt acerrimè: verùm Demoſthenes elegantiſſima & copioſiſſima

oratione Cteſiphontem defendit, & accuſatorem vicit. *Vt inter meas*) ſi reliquas meas orationes conſideraueris: nam ſicut Demoſthenis pro Cteſiphonte oratio aliarum pulcherrima, ſic iſta mearum. *Iterum dicam*) quia iam dixerat, vt inter meas pulchram. *An verè*) illi iudicent. *Omnes*) meas orationes. *Conferre*) comparare alias. *Hac*) pro Variola, ſcilicet potes iudicare ex ſola lectione huius, an ſit potiſſima aliarum.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

REcte feciſti, quòd gladiatorum munus Veronenſibus noſtris promiſiſti, à quibus olim amaris, ſuſpiceris, ornaris. Inde etiam vxorem chariſſimam tibi probatiſſimam habuiſti: cuius memoriæ aut opus aliquod, aut ſpectaculum, atque hoc potiſſimum, quod maximè funeri debeatur. Præterea tanto conſenſu rogabaris, vt negare non conſtans, ſed durum videretur. Illud quoque egregiè, quòd tam facilis, tam liberalis in edendo fuiſti. Nã per hæc etiã magnus animus oſtenditur. Vellem Africanæ, quas coëmeras plurimas, ad

REcte) Maximi munus gladiatoriũ Veronẽſibus editũ in funere vxoris commendat: dolet tamen Pantheras non aduenisse in tempore, vt pariter daret ſpectaculo. *Gladiatorium munus*) quod in funere illuſtrium dari populo notum: eſt tanquã lugubre ſpectaculum. *Veronenſibus noſtris*) in Tranſpadana regione, in qua & Comum patria noſtra, ſic Brixiam libro primo appellauit, ex illa noſtra Italia, vel quos patrocinio ſuo tuendos ſuſceperat. Sic ad Sabinum Firmanos ſuos dixerat: an cum quibus propter vicinitatem, & elegantiam ingeniorum, multæ neceſſitudines intereeſſiſſent: nam & filiam Quintiliani, quam ornandam ſuſceperat, ſuam appellauit: an quia erant maxima neceſſitudine coniuncti: Minutio enim ſcribens dicet, quo amicus tuus, immò noſter vteretur. Quid enim non commune amicis? nam ridiculum eſſet per hoc dicere Cæcilium Veronenſem, cùm vbique ſe Comenſem fateatur. *Suſpiceris*) venerаris. *Inde*) ex Verona. *Funere*) in quo conſueuerat antiquitas dare munus gladiatorium. *Conſenſu*) conſpiratione Veronenſium, vbi amphitheatrum adhuc extat ſpectaculorum gratia conſtructũ. *Durum*) ruſticũ, improbũ. *Egregiè*) feciſti. *Facilis*) citus. *Liberalis*) multis paribus datis. *Africanæ*) Pãtheræ, quas Africanas dici Plin. lib viij. capite decimooctauo tradit. Senatus, inquit, conſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam vehere: contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permiſitque Circenſium gratia importari. Celeberrimæ ſunt in Africa, viuacitatis adeo lentæ, vt eiectis interaneis diu pugnent. [Et apertius lib. triceſimoſexto, Accidit, inquit, Praxiteli, vt cum in naualibus, vbi feræ Africanæ erant, per caueam intuens leonem cælaret: ex alia cauea panthera erumperet non leui periculo diligentiſſimi artificis,] Dion in Caligula lybicas feras, quas noſtri Africanas dicunt, appellauit. & Tranquillus in vita eiuſdem teſtatur venationem Africanarum datam, & in Claudio iſta refert. Exhibuit & Africanas conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus, Tribunis, ipſóque præfecto: Varro libro tertio rei Ruſticæ, Tanta circumfluxit mox ceruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo, vt non minus formoſum mihi ſit viſum ſpactaculum, quàm in Circo maximo ædilium ſine Africanis beſtiis cùm fiunt venationes.

præfinitum diem occurriſſent, ſed licet ceſſauerint illæ tempeſtate detentæ, tu tamen meruiſti vt acceptum tibi fieret, quod quò minus exhiberes, non per te ſtetit. Vale.

Præfinitum) conſtitutum. *Tempeſtate*) aduerſis ventis. *Vt fieret acceptum tibi*) vt omnes tibi haberent gratias, perinde ac ſi illas dediſſes. *Exhiberes*) in ſpectaculo dares Vlpianus ff. xliij. de libero homine exhibendo. Exhibere eſt in publicum producere, & videndi tangendíque rei facultatem præbere. Propriè autem exhibere, eſt extra ſecretum babere. [& alibi exhibere eſt materiæ ipſius apprehendendæ copiam facere.] *Non per te ſtetit*) tu non fuiſti in cauſa.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

LIBER SEPTIMVS.

Cum doctiſsimis IOANNIS MARIAE Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS RESTITVTO SVO S.

TERRET me) Hortatur [Reſtitutum vel] Geminium: [nam vtrunque codices habent: ægrotantem.] vt valetudinem patienter ferat: exemplóque ſuo docet, non indulgendum appetitui in morbo, ſed medicis parendum. *Pertinax*) continua. *Liceat illi*) ſerpat in peius. *In mores tuos*) quãuis ſis temperatiſſimus. *Hoc*) reſiſtere patienter. *Agere cum meis*) hortari meos infirmos, vt fortiter ferant. *Nihil deſideraturum*) omnia facturum viro forti conuenientia. *Denuncio*) præmoneo meos.

TERRET me hæc tua tam pertinax valetudo, & quanquam te temperatiſſimũ nouerim, vereor tamen, nequid illi etiam in mores tuos liceat. Proinde moneo, patienter reſiſtas. Hoc laudabile, hoc ſalutare admittit humana natura. Quod ſuadeo, ipſe certè ſic agere ſanus cum meis ſoleo. Spero quidem, ſi fortè in aduerſam valetudinem incidero, nihil me deſideraturum vel pudore, vel pœnitentia dignum: Si tamen ſuperauerit morbus, denuncio, nequid mihi detur, niſi permittentibus medicis: ſciántque, ſi dederint, ita vindicaturum, vt ſolent

alij, quæ negantur. Quinetiam cùm peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus, vnctúſque acciperem à medico potionem, porrexi manum vtque tangeret, dixi, admotúmque iam labris poculum reddidi. Poſtea cùm viceſimo valetudinis die balineo præpararer, muſſanteíſque medicos repentè vidiſſem: cauſſam requiſiui: reſponderunt, poſſe me tutò lauari: non tamen omnino ſine aliqua ſuſpicione. Quid inquam neceſſe eſt? atque ita ſpe balinei, cui iam videbar inferri placidè leniterque, dimiſſa, ad abſtinentiam rurſus, non ſecus ac modò ad balineum, animum vultúmque compoſui. Quæ tibi ſcripſi primùm, vt te non ſine exemplo monerem: deinde, vt in poſterum ipſe ad eandem temperantiam aſtringerer, cùm me hac epiſtola quaſi pignore obligauiſſe. Vale.

Alij) ægri vindicare. *Peruſtus*) ſignatè locutus. *Remiſſus*) ſedato febris ardore. *Reddidi*) reſtitui intactum, iubente medico: cùm me vidiſſet adhuc febre detineri. *Balineo præpararer*) deſtinaſſent me lauare. *Muſſantes*) hæſitantes, dubitantes, commurmurantes. *Tutò*) ſine mortis periculo. *Suſpicione*) alicuius mali. *Quid*) cur. *Neceſſe eſt*) ingredi balineum. tanquam diceret, ſi ſuſpitio mali eſt in balineo, non opus eſt illud ingredi. *Videbar inferri*) phãtaſiam deſiderantis exprimit. *Rurſus*) legitur etiam verſus, quod non diſplicet. *Compoſui animum & vultum*) Lætitiam reſumpſi, & hilaris fui, vt paulo antè cùm videbar inferri balineo. *In poſterum*) ſi incidero in ægritudinem. *Pignore*) debita obligatione.

C. PLINIVS IVSTO SVO S.

Qvemadmodum congruit, vt ſimul & affirmes te aſsiduis occupationibus impediri, & ſcripta noſtra deſideres, quæ vix ab otioſis impetrare aliquid perituri temporis poſſunt. Patiar ergo æſtatem inquietam nobis, exercitámque tranſcurrere: & hyeme demum, cùm credibile erit noctibus ſaltem vacare te poſſe, quæram quid potiſſimum ex nugis meis tibi exhibeam. Interim abunde eſt, ſi epiſtolæ non ſunt moleſtæ. Sunt autem, & ideo breuiores erunt. Vale.

Qvemadmodum) Promitit Iuſto aliquid ſcriptorum ſuorũ, cùm æſtas tranſmiſſa fuerit. *Congruit*) conuenit, concordat. *Perituri*) vacui & inertis, quòd aliâs periret. *Inquietam*) occupationibus plenam. *Vacare noctibus*) vacuum eſſe à negociis, & de nocte ſcriptis meis meis attendrre *Nugis*) ſcriptis leuibus, fortaſſe verſibus: nam & hi nugæ, & luſus interdum dicuntur. *Et ideo breuiores* [*erunt.*] quare ſcriptę ſunt à me compendioſè, ne tibi moleſtæ ſint [nimium.]

C. PLINIVS PRAESENTI SVO S.

Tantàne perſeuerantia tu modò in Lucania, modò in Campania? Ipſe enim, inquis, Lucanus, vxor Campana. Iuſta cauſſa longioris abſentiæ, non perpetuæ tamen. Quin ergo aliquando in vrbem redis: vbi dignitas, honor, amicitiæ tam ſuperiores quàm minores? Quouſque regnabis? quouſque vigilabis, cum voles? dormies quandiu voles? quouſque calces? nuſquã toga feriata? liber totos dies? tempus eſt te reuiſere moleſtias noſtras, vel ob hoc ſolùm ne voluptates iſtæ ſatietate langueſcant. Saluta pauliſper, quò ſit tibi iucundius ſalutari: terere in hac turba, vt te ſolitudo delectet. Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo: fortaſſe enim his ipſis admoneris, vt te magis ac magis ocio inuoluas. Quod ego non abrumpi, ſed intermitti volo. Vt enim ſi cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acreis acutóſque miſcerem, vt obtuſus illis, & oblitus ſtomachus his excitaretur: ita nunc hortor, vt iucundiſſimum genus vitæ nonnullis interdum, quaſi acrioribus condias. Vale.

T*Anta*) Reuocat à longo ſeceſſu amicum præſentem, hortatúrque vt tandem velit vrbem repetere: ſic enim fieri iucundius otium aliquando laboribus intermiſſum. Hic Brutius Præſens tantæ autoritatis poſtea fuit, vt Antoninus philoſophus Imperator eius filiam Commodo filio ſuo, qui deinceps imperauit, matrimonio iunxerit, celebratis exemplo priuatorum nuptiis [autor Iulius Capitolinus.] *In Lucania*) ocium diſpenſas. Lucania inter Tyrrhenum Siculúmque littus iacens, incipit poſt Silaris oſtium, & vrbe Talao ſecundū Strabonem terminatur. Lucani autem genus ducunt à Samnitibus. *Ipſe*) ego ſum. *Vxor*) mea eſt. *Longioris*) dum modò tuum, & vxoris natale ſolum viſitas. *Nõ perpetuæ*) non ideo ſemper ab vrbe debes abeſſe. *Amicitiæ tam ſuperiores quàm minores*) amici vniuſcuiuſque ordinis, & qui te dignitate præcedunt, & qui ſunt inferiores. nam in agris minores habebat. [*Regnabis?*] dominus eris, & ſuperior omnibus qui ſunt in Lucania & Campania.] *Cùm voles*) cùm non ſit tibi ſurgendum ante lucem officii cauſa. Hinc Mart. cùm in patriam ſeceſſiſſet, ſcripſit ſibi licere quantum voluiſſet quieſcere. *Calcei*) quibus vtebantur in ſeceſſu: nam Romæ frequentior erat ſolearum vſus lectica ſuccollatis. [Horatius lib. ſecundo ſermonum, & ſoleas poſcit. Mart. in Ligurinum, Depoſui ſoleas. quem locum interpres ſurda aure præteriit.] Quare Secundus in præcedentibus dixerat de ſeceſſu Spurinnæ loquens. Hora ſecunda calceos poſcit. Idem tamen libro. viij. calceos poſcunt: cùm ambiguum ſit, an in vrbe, an ruri. *Nuſquam toga feriata*) eadem ſemper veſte ruri vteris. immò ſi Iuuenali credimus, pars magna Italiæ fuit, in qua nemo togam ſumebat niſi mortuus verum ſi legatur, *Quouſque toga feriata?*) ſenſus erit, quouſque eris in ocio, & feriis, ſemper ne? *Liber*) à curis, & negociis vrbanis. [Alia lectio habet, liber totos dies, ſcilicet occupabis. Eris ne ſemper in ſtudiis?] *Noſtras*) quas in vrbe patimur. *Satietate langueſcant*) nimia copia, & aſſiduitate fiant viliores. Seneca. xi. epiſtolarum: nulla tibi voluptas noua eſt: nulla non iam odioſa ipſa ſatietate. *Saluta*) veni in vrbem, & ſaluta potentiores. nam nobiles, & ſalutabant

lutabant,& ſalutabantur. Nota res longo Iuuenalis carmine. *Terere*)laſſare,exercere, vt in foro & litibus: nam mox de ſe inquit, in foro & amicorum litibus conteror. *Turba*) vrbana frequentia. *Solitudo*)ſeceſſus. *Imprudens*) dum librorum recordatione potius perſuadeo, vt velis ocio vti. *Reuocare*) in vrbem. [aliàs euocare] *Retardo*) in ſeceſſu. *Hi*) ipſis ſalutationib' & officiis vrbanis. *Abrumpi*) penitus tolli. *Acutos mordaces*) falſos, ſtomachum ſuſcitantes. *Obtuſus*)hebes,ſopitus, [faſtiditus.] *Oblitus illis*) conſectus dulcibus. *Iucundiſſimum genus vitæ*)ocioſum ſeceſſum. *Acrioribus*) negociis vrbanis.

C. PLINIVS PONTIO SVO S.

AIs legiſſe te Hēdecaſyllabos meos: requiris etiam quemadmodum cœperim ſcribere, homo, vt tibi videor, ſeuerus, vt ipſe fateor, non ineptus. Nunquam à poetice (altius enim repetam) alienus fui: quinetiā quatuordecim natus annos græcam tragœdiam ſcripſi. Qualem? inquis: neſcio, tragœdia vocabatur. Mox cùm è militia rediens, in Icaria inſula ventis detinerer, latinos elegos in illud ipſum mare, ipſámque inſulam feci. Expertus ſum me aliquando & heroico, hendecaſyllabis nunc primùm: quorum hic natalis, hæc cauſa eſt. Legebantur in Laurentino mihi libri Aſinij Galli de comparatione patris & Ciceronis: Incidit epigramma Ciceronis in

Ais) Admiranti Pontio, quòd hendecaſyllabos ſcripſiſſet, reſpondet Secundus, ſe à teneris annis poeticæ ſtudioſum fuiſſe: nam puerum Græcam tragœdiam ſcripſiſſe, & elegos ac epigrammata ad imitationem Ciceronis: poſtremò volumen hendecaſyllaborum, quod à Latinis, & Græcis lectitari plurimùm gloriatur. *Meos*) à me factos. *Seuerus*)grauis. ſcimus enim Secundo in poematibus non defuiſſe laſciuiam, in moribus ſeueritatem. *Non ineptus*) habilis ad ſtudia liberalia. *Quatuordecim nat' annos*) mirum hoc etiam illis melioribus annis puerum xiiii. annorum compoſuiſſe tragœdiam Græcam, etſi ſimplicem. *Qualem*,ſcripſiſti bonam an malam? *Tragœdia*) qualiſcunque erat, tragœdia dicebatur. *E militia*) à Syria, vbi Tribunatum militum adoleſcens adhuc geſſit: cuius rei fit mentio ab eodem ad Genitorem libro iii. Et primo ad Clementem. *Icaria inſula*)iuxta Samum deſerta ſi Straboni credimus, quæ tamen egregia continet paſcua à Samiis vſurpata: ſit rogo celeberrima, nomen habet ab Icaro Dædali filio, quem dicunt paternæ fugæ comitem è Creta fugientem via non ſeruata huc cecidiſſe: à qua mare Icarium appellationem accepit. Stephanus autem inquit, Icaria populus Ægeidis tribus. Icarus vna Cycladum inſula: vocatur autem Macris, & Dolicha, & Ichthioeſſa: ſecūda, ciuitas: tertia, inſula iuxta mare rubrum, cuius ciuis Icarius, & fœmininum Icaria *In illud*) argumentum elegorum fuit Icaria inſula, & mare Icarium. *Heroico*) non ſequenti, ſed alio longiori, qui non extat. *Nunc primum*) me expertus ſum, non quòd ſequentes verſus ſint hendecaſyllabi: ſunt enim hexametri, ſed cùm legiſſet M. Tullium oblectatum epigrammatibus componendis, incitatus eſt ad elegos: prius tamen eis heroico præludens. *Hic natalis*, hæc origo, & principium. *Laurentino*)rure meo. *Aſinij Galli*) C. Aſinius Gallus magnus

orator: niſi illum magnitudo patris obruiſſet, libros ſcripſit, in quibus eloquentiam & doctrinam patris ſui Aſinii Pollionis & Ciceronis comparat: ſuperiorémque patris conatur oſtendere. contra eos libros defenſionem M. Tullii ſatis eruditam compoſuit Claudius Imperator. Dion tradit Aſinium Gallum paterna vſum audacia rupiſſe patientiam, cum Tiberius ambiguis reſponſis, & callida cunctatione ſuſpenderet Senatum, precantem vt ſuſciperet Imperium, & in tumultu proclamaſſe, aut ageret, aut deſiſteret, cùm poſt obitum Auguſti confeſtim neque agere dubitaſſet: cuius facti meminit. Tranquil. ſuppreſſo Galli nomine, qui cùm multa grauia perpeſſus eſſet tandem iuſſu Tiberii iugulatur. Euſebius in Chronicis rem breuius complexus ſolum retulit, diris à Tiberio ſuppliciis necatum.

Tyronem ſuum. Dein cùm meridie (erat enim æſtas) dormiturus me recepiſſem, nec obreperet ſomnus: cœpi reputare, maximos oratores hoc ſtudij genus, & in oblectationibus habuiſſe, & in laude poſuiſſe. Intendi animum, contráque opinionem meam poſt longam deſuetudinem, perquam exiguo temporis momento, idipſum quod me ad ſcribendum ſolicitauerat, his verſibus exaraui,

Cùm libros Galli legerem, quibus ille parēti
Auſus dē Cicerone daret palmámq́, decúſq́,
Laſciuum inueni luſum Ciceronis, & illo
Spectandū ingenio, quo ſeria cōdidit, & quò
Humanis ſalibus multo, varióque lepore
Magnorū oſtendit mentes gaudere virorū.
Nā queritur, quòd fraude mala fruſtratus a-
Paucula cœnato ſibi debita ſauia Tyro (mātē
Tēpore nocturno ſubtraxerit. His ego lectis,
Cur poſt hæc, inquā, noſtros celamus amores?
Nullúq́ in mediū timidi damus? atq́ fate-
Tyroniſq́ dolos, Tyronis noſſe fugaces (mur
Blāditias, & furta, nouas addētia flāmas?

Tyronem ſuum) Tullius Tyro M. Ciceronis alumnus, & libertus, ingenio quidem eleganti, & haud quaquam rerum literarúmque veterum indoctus, quo ab ineunte ætate liberaliter inſtituto adminiculatore, & quaſi adminiſtratore, in ſtudiis vſus eſt Cicero: libros ſcripſit complures de vſu & ratione linguæ Latinæ. Item de variis atque promiſcuis quæſtionibus, & præcipuè pandectas, id eſt promiſcua, & omnimoda continētes libros, treis de viſu: quanquam Fabius ſuper his in ambiguo ſit. M. Tullii commentarios aptatos idem contraxit, eius [ad Lentulum] [familiares] epiſtolas collegit, & publicauit. *Patrī*) Aſinii Pollionis. *Obreperet*) ſenſim adueniret. *Maximos oratores*) non modò Ciceronem, & Pollionem: ſed alios quorum plæroſque libro quinto enumerat. *Hoc genus ſtudij*) componendi epigrammata. *In laude poſuiſſe*) arbitratos rem laudabilem. *Intendi*) direxi ad cogitationem. *Deſuetudinem*) intermiſſionem pangendi carminis. *Idipſum*) Ciceronis carmen in Tyronem ſuum. *Exaraui*) compoſui, ſcripſi, tranſlatum verbum ab aratione, qua ſulcos aratro ducimus, ſic nos ſcribendo calamo verſus trahimus. *Auſus*) [Gallus] tanquam rem magnam. *Daret palmam parenti de Cicerone*) vt probaret Pollionem parentem ſuum fuiſſe doctrina & eloquentia ſuperiorem Cicerone. Sunt qui legant dare, quod ratione commatis rectè admittitur, & ſenſum habet expeditiorem. *Luſum*) legimus etiam verſum. *Illo*) magno. *Seria*) ſcripta grauia. *Salibus*) ſcommatibus, vrbanitatibus. *Humanis*) homini propriis. *Lepore*) venere,

ſuauitate dicendi. *Magnorum*) in eloquentia & dignitate. *Amantem*) ſe Ciceronem. *Suauia*) baſia quaſi ſuauia,& ſauia baſiare. Frequens verbum apud[Plautum &] Apuleium. *Nullúmque in medium timidi damus*) quaſi timore correpti non publicamus omnibus noſtros luſus amorum Ciceronis exemplo. *Furta*) concubitus.

Tranſii ad elegos, hos quoque non minus celeriter explicui: addidi alios facilitate corruptos: Dein in vrbem reuerſus, ſodalibus legi. Probauerunt. Deinde plura metra, ſiquid otij, maximè in itinere tentaui. Poſtremò placuit exemplo multorum vnum ſeparatim hendecaſyllaborum volumen abſoluere, nec pœnitet. Legitur, deſcribitur, cantatur etiam, à Græcis quoque quos Latinè huius libelli amor docuit, nunc cithara, nunc lyra perſonatur. Sed quid ego tam furioſè? quanquam poetis furere conceſſum eſt, & tamen non de meo, ſed de aliorũ iudicio loquor, qui ſiue iudicant, ſiue errant, me delectant. Vnum precor, vt poſteri quoque aut errent ſimiliter, aut iudicent. Vale.

Tranſii ad elegos) ab hexametris ad elegos componendos animum intendi. *Non minus celeriter*) credo melius feliciter, quia magis laudati *Facilitate corruptos*) incitatus quòd priores facilè explicuiſſem. *Plura*) metra, plura carminum genera. *Multorum*) vt Calui, & Catulli. *Cantatur etiam*) nam ſequitur nunc cithara, nunc lyra perſonatur. *Latinè docuit*) Latinas literas ediſcere fecit. *Furioſè*) eſt alia ſcriptura glorioſè, ſume extrinſecus de meis verſiculis loquor. *Furere poetis conceſſum eſt*) furore quodam duci: nam Plato veros poetas eredit, qui inſaniunt: vnde in Syluis Statius de Lucano loquens ſcripſit. Docto pectora concitatus œſtro, & Iuuenalis trahi Nyſà & Cirrha. & M. Tullius pro Archia, quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. Lucianus in laude Demoſthenis, Multo, inquit, furore opus eſt poetis, & diuino quodam ſpiritu: niſi volunt humiles, & obſcuri videri. Apuleius in quarto floridorum laudans illud ſapientis viri ſuper menſam celebre dictum, Prima, inquit, cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam: prima cratera litteratoris rudatoeximit, ſecunda grammatici doctrina inſtruit: tertia Rhetoris eloquentia armat: quarta poetarum commentis incitat. *Iudicant vera*) dicunt de noſtris ſcriptis. *Errant*) credunt hendecaſyllabos meos eſſe bonos, & ſi non ſint. *Iudicent*) veris rationibus inducti cognoſcant eſſe bonos.

C. PLINIVS CALPHVRNIAE SVAE S.

Incredibile eſt, quanto deſiderio tui tenear. In cauſa amor primùm: deinde, quòd non conſueuimus abeſſe. Inde eſt, quòd magnam partẽ noctium in imagine tua vigil exigo. Inde, quòd interdiu, quibus horis te viſere ſolebam, ad diætam tuam ipſi me,

Incredibile) ſimili, vt ſuprà argumẽto ſcribit ad vxorem Calphurniã abſentẽ, ſe magno eius deſiderio teneri. *Inde*) ob amorẽ & cõſuetudinẽ. *Vigil.*) inſõnis, quod fit nimia cura. *Diætã tuã*) vbi tu de die ſolebas verſari.

vt veriſſimè dicitur, pedes ducunt: quòd denique æger metu, & ſimilis excluſo à vacuolimine recedo. Vnum tempus his tormentis caret, quo in foro, & amicorum litibus conteror. Æſtima tu, quæ vita mea ſit, cui requies in labore, in miſeria curiſque ſolatium eſt. Vale.

Vt dicitur) vt eſt receptum in dicendi conſuetudine. *Æger metu*) affectus metu, quæ animi ægritudo eſt. metuebat enim Calphurniæ vxori, ne quid mali accideret. Potius pro bo æger & mœſtus *Similis excluſo*) triſtis, tanquam ab amica foribus excluſus. *Tormentis*) ſolicitudinibus. *Requies*) vacatio curarum de te. *In labore*) in agendis cauſis. *Solatium*) requies

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

RAra, & notabilis res contingit Vareno, ſit licet adhuc dubia. Bithyni accuſationem eius, vt temerè inchoatam, omiſiſſe narrantur: adeſt prouinciæ legatus: attulit decretum concilij ad Cæſarem, attulit ad multos principes viros, attulit etiam ad nos Vareni aduocatos. Perſtat tamen idem ille Magius, quinetiam Nigrinum optimum virum pertinaciſſimè exercet. Per hunc à Conſulibus poſtulabat, vt Varenus exhibere rationes cogeretur. Aſſiſtebam Vareno iam tantùm, vt amicus, & tacere decreueram. Nihil enim tam contrarium, quàm ſi aduocatus à Senatu datus defenderem, vt reum, cui opus eſſet, ne reus videretur. Cũ tamen finita poſtulatione Nigrini, Cõſules ad me oculos retuliſſent, Sciatis, inquam, conſtare nobis ſilentij noſtri rationem, cùm veros legatos prouinciæ audieritis

RAra) Bithyni decretum miſerant legatis ſuis in vrbe agẽtibus, quo & accuſationem Vareni omittebant, & cauſas abolitæ accuſationis declarabant. Fonteius tamen Magius, vnus ex Bithynis, non deſtitit petere in Senatu, vt rationes adminiſtratæ prouinciæ reddere cogeretur: verùm Polyænus petiit vt res integra ad Traianum deferretur: quod à Coſſ. impetrauit. quæ dum agebantur, ſcribit Secundus Macrino, ſe rarò interlocutum, exemplis monens, interdum melius eſſe paucis, quàm pluribus agere. [*Narrantur*) dico Perinde ac ſi inferrer, nondum tamen pro comperto habeo.] *Legatus*) Polyænus. *Prouinciæ*) Bithyniæ. *Concilij*) conuentus Bithynorum. *Principes*) optimates Rom. *Nos*) me, & Homullum. *Ille idem*) Magius. *Fonteius Magius*) quem refert libro quinto pluribus contra Varenum dixiſſe. *Nigrum*) aduocatũ Bithynorum. *Optimum*) in dicendo oratorem: fuit enim illius oratio preſſa, [grauis,] ornata. An potius bonis moribus. *Exercet*) turbat, ſolicitat, ſtimulat. *Rationes*) Procõſulatus ſui in Bithynia. *Vt amicus*) non tanquam aduocatus, quia iam rem tranſactam opinabar. *Ne reus videretur*) ne poſſet iure accuſari. *Conſtare*) optimam eſſe. *Veros*) vt Polyænum: nam veros legatos appellat eos qui attulerant decretum abolitæ accuſationis, & Magium, qui antea miſſus fuerat accuſatum, non vocat verum legatum, quia poſteriora prioribus derogant.

contra Nigrinum, ad quem miſſi ſunt: Ego ad me quoque habeo decretum prouinciæ. Rurſus ille, poteſt tibi liquere. Ad hoc ego, Si tibi ex diuerſo liquet, poteſt & mihi, quod eſt melius, liquere. Tum legatus Polyænus cauſas abolitæ accuſationis expoſuit, poſtulauítque, ne cognitioni Cæſaris præiudicium fieret. Reſpondit Magius: Iterúmque Polyænus: ipſe rarò & breuiter interlocutus. Multum me intra ſilentium tenui. Accepi enim, non minus interdum oratorium eſſe tacere quàm dicere: atque adeo repeto, quibuſdam me capitis reis vel magis ſilentio, quàm oratione accuratiſſima profuiſſe. Mater amiſſo filio (quid enim prohibet, quanquam alia ratio ſcribendæ epiſtolæ fuerit, de ſtudijs diſputare?) libertos eius, eóſdémque cohæredes ſuos, falſi & veneficij reos detulerat ad principẽ, iudicémque impetrauerat Iulium Seruianũ. Defenderã reos ingenti quidẽ cœtu: erat enim cauſſa notiſſima. præterea vtrinq; ingenia clariſſima. Finẽ cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecũdũ reos dedit. Poſtea mater adijt principẽ: affirmauit ſe nouas probationes inueniſſe. Præceptum eſt Seruiano vt

Contra Nigrinum) quæ ſcilicet dicent contra ea, quæ nunc petit à vobis Nigrinus, ad quem miſſi ſunt à Bithynis. [alia lectio habet, contrà Nigrinus, ad quemquam.] *Apud me*) iam enim dixerat veros Bithyniæ legatos attuliſſe decretum aduocatis Vareni, [vel legas ad me ſcilicet miſſum.] *Ille*) Nigrinus reſpondit. *Liquere*) cognitum eſſe. *Ex diuerſo*) è contrà. *Et mihi*) ex diuerſo liquerẽ. *Quod eſt melius*) [cùm ſim Vareni aduocatus vt mihi conſterex decreto prouinciæ accuſationem eius omiſſam.] *Cauſa*) huius decreti & abolitæ accuſationis. *Liqueret*) conſtaret: nam in decreto Bithynorum nulla fuit expreſſa cauſa cur Vareni accuſationem abolerent, ſed Polyænus legatus, qui illi interfuerat, omnia expoſuit in Senatu, quibus moti Bithyni id decreuiſſent. *Polyanus*) de magiſtratu ad Polyænum ſcriptas epiſtolas reſtatur Seneca. Fuit & Polyænus Sardianus declamator ſub Iulio Cæſare. item Polyænus orator Macedo. lego. Polyænum Pruſæ domum diuo Claudio legaſſe. alium Polyænum ab Adriano mori adactum. ad hæc Polyæni meminit Seneca de dote prælegata. Polyæni epitheto Homerus Vlyſſem donat tanquam multarum laudum virum. *Abolitæ*] decreto ſublatæ. *Ne cognitione*] ſenſus, vt omnia integra Traiano reſeruarentur, qui tunc Senatui non intererat. *Intra ſilentium*) quod eſt ſecundum Philoſtratum ſermonis magiſter. inde cùm libro ſexto hoc ſcripſiſſet, retulit octauo inter primas orationis virtutes enumerandam videri dicendi moderationem: tacere autem in iudicio quartam virtutem percepiſſe. quare ſubiunxit Secundus non minus oratorium eſſe tacere quàm dicere. nam cùm orator ſit vir bonus dicendi peritus, ſequitur, vt & tacendi gnarus ſit. [quamquam Plutarchus in ſympoſiis, ſcribat oratores oratoriam dicendo, philoſophos verò philoſophiam tacendo exercere: ſed cùm vtraque facultas iuxta ſit, vt qui optimus orator idem ſit optimus philoſophus, non mirum ſi interdum orator philoſophi partes agit. Quare Cic. ad Atticum ſcripſit, Hoc loco ego ſumpſi quiddam de tua eloquentia: nam tacui.] *Studijs*) artificio dicendi. *Falſi*) eſtamenti. *Reos detulerat*) accuſauerat. *Iulium Seruianum*) ſummæ autoritatis virum. *Cœtu*) corona auditorum.

Notiſſima) hinc multi auditum conuenerant. *Vtrinque*)ad patrocinium vtriuſque partis. *Ingenia clariſſima*,ſummi in eloquentia oratores. *Quæſtio*)ſeruorum tortura. *Dedit*)ſuit. *Secundum reos*)in ſauorem reorum.

vacaret finitam cauſſam retractanti, ſiquid noui afferret. Aderat matri Iulius Africanus, nepos Iulÿ Oratoris: quo audito Paſſienus Criſpus dixit, Bene me Hercule bene ſed quò tam bene? Iulius Nepos iuuenis ingenioſus, ſed parum callidus, cùm multa dixiſſet, adſignatúmque tempus impleſſet, Rogo, inquit, Seruiane, permittas vnum verbum adiicere. Tum ego, cùm omnes me, vt diu reſponſurum intuerentur, Reſpondiſſem, inquam, Si vnum illud verbum Africanus adieciſſet, in quo non dubito omnia noua fuiſſe. Non facilè me repeto tantum conſecutum adſenſum agendo, quantum tunc non agendo. Similiter nunc & probatum & exceptum eſt, quòd pro Vareno hactenus non tacui. Conſules vt Polyænus poſtulabat, omnia integra principi ſeruauerunt, cuius cognitionem ſuſpenſus expecto. Nam dies ille nobis pro Vareno aut ſecuritatem & ocium dabit, aut intermiſſum laborem renouata ſolicitudine iniunget. Vale.

Vacaret) operam præſtaret, ocium accommodaret. *Retractanti*)matri recognoſcenti. *Iulÿ oratoris*) qui & ipſe Africanus cognominatus erat: & quem vidiſſe teſtatur Fabius: Fuit autem concitatus orator: ſed in cura verborum & compoſitione nimius: nonnunquam longior: & tranſlationibus parum modicus. Hic eſt ille Africanus, cuius inopinata inſigniter ſententia apud Neronem de morte matris profertur, Rogant te Cæſar Galliæ tuæ, vt fœlicitatem tuam fortiter feras. *Paſſienus Criſpus*)bis Conſul & orator inſignis, [cuius illud apud Tacitum ſcitum de C. Cæſare dictum, cùm immanem animum ſub Tiberio ſubdula modeſtia tegeret, non damnatione matris, non exilio fratrum vocem rumperet. qualem Tiberius diem induiſſet pari habitu haud multum diſtantibus verbis, Neque meliorem vnquam ſeruum neque deteriorem dominum fuiſſe.] Agrippinæ matrimonio, & Nerone priuigno clarior. moriens ampliſſimam Neroni hæreditatem reliquit: cùm tamen dicere cœperat, ſtatim fuga fiebat ad epilogum. non tam bene declamauit, quàm cauſas egit, non tam bene ſuaſorias, quàm iudiciales controuerſias dixit. Teſtatur Seneca hoc ſe nouiſſe ſubtilius nihil in in omnibus rebus, ſed maximè diſtinguendis & curandis vitiis. vir quidem eloquentiſſimus, & ſui temporis primus orator: quamuis idem Seneca alibi aridum more ſuo notet. Eius inſignes orationes pro Voluſeno Catulo Fabius tradit ſe puero circumlatas. Euſebius in Auguſto, Paſſienus, inquit, pater declamator inſignis diem obiit: pater inquam illius Paſſieni Criſpi, qui cùm audiuiſſet Iulium Africanum dicentem, laudauerat his verbis actionem eius, Bene me hercule bene dixiſti: ſed quid opus fuerat hoc tam bene dicere, cùm id cauſa non exigeret? *Huius Nepos*)ergo nepos huius Iulij Africani, eiuſdem nominis, cuius fuerat auus: nam repetit quod iam dixerat ad maiorem declarationem: quia quædam interpoſuerat. *Callidus*)aſtutus exercitatus. verſutia enim & aſtutia plurimum oratori confert. *Aſſignatum*) datum à iudice. *Verbum*) paucula, vſitato dicendi modo. verbum ex legibus accipiendum eſt tam legum ſententia quàm ex verbis ſecundum Vlp. de verborum ſignificatione. [alij legũt. verſum. ſuper quo alibi.] *Diu*) longa oratione. *Reſpondiſſem*) ironicè dictum. *Quo*)

dicto. *Noua*) inſperata, inexpectata audientibus. *Ad ſenſum*) laudem alias conſecutum. *Agendo*) dicendo totam cauſam. *Non agendo*) ſed paucis iocando. *Exceptum*) admiſſum tanquam optimum. *Haſtenus*) breuiter interloquendo [locutus ſum hæc pauca.] *Suſpenſus*) anxius. *Ille*) quo princeps cauſam cognoſcet. *Laborem*) agendi.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S.

ET *proximè Priſco noſtro*) Gaudet amicitia inter Priſcum & Saturninum: quem hortatur ad ſe reuerti. *Gratias egi*) quòd tecum bene conueniret. *Inuicem*) dum alter alteri deſeruit. *Ipſum tempus*) cùm in dies magis veſtras virtutes cognoueritis. *Si tamen*) duas lites habebat Saturninus inter manus, quarum alteram beneficio iudicis, alteram ſua diligentia breui ſperabat componere. *Iſtic*) in municipio tuo. *Ad nos*) Romam.

ET proximè Priſco noſtro, & rurſus, quia ita iuſſiſti, gratias egi, libentiſſimè quidem. eſt enim mihi periucundum, quòd viri optimi mihique amiciſſimi adeo cohæſiſtis, vt inuicem vos obligari putetis. Nam ille quoque præcipuam ſe voluptatem ex amicitia tua capere profitetur, certátque tecum honeſtiſſimo certamine mutuæ charitatis, quam ipſum tempus augebit. Te negocijs diſtineri, ob hoc moleſtè fero, quòd deſeruire ſtudijs non potes: ſi tamen alteram litem per iudicem, alteram, vt ais, ipſe finieris, incipies primùm iſtic ocio frui, deinde ſatiatus ad nos reuerti. Vale.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

PEriucundum ſibi eſſe ait, quòd Priſco cum Saturnino ſumma intercederet familiaritas: hortatúrque Priſcum vt in ea pergat, cùm Saturninus maximam haberet in amore conſtantiam.

EXprimere non poſſum, quàm iucundum ſit mihi quòd Saturninus noſter ſummas tibi apud me gratias aliis ſuper alias epiſtolis agit. perge, vt cœpiſti, virúmque optimum quàm familiariſſimè dilige, magnam voluptatem ex amicitia eius percepturus, nec ad breue tempus. nam cùm omnibus virtutibus abundet, tum hac præcipuè, quòd habet maximam in amore conſtantiam. Vale.

C. PLINIVS CORNELIO FVSCO SVO S.

Q*Varis*) Fuſcum monet vt in ſeceſſu Græca in Latinum, noſtra in Græcum transferat. eſſe enim optimum

QVaris quemadmodum in ſeceſſu, quo iandiu frueris, putem te ſtudere oportere: vtile in primis, & multi præcipiunt, vel

ſtudendi genus, cùm ad imitationem bonorum de eiſdem contendimus: conſulit vt quæ legerit, repetat, interdum oratoris ſtudia intermittat, & ſe ad hiſtoriam vel poeticam conuertat: qua non modo facultas, ſed remiſſio & laus comparatur.

ex Græco in Latinum, vel ex Latino vertere in Græcum: quo genere exercitationis proprietas, ſplendórque verborum, copia figurarum, vis explicandi, præterea imitatione optimorum ſimilia inueniendi facultas paratur. ſimul quæ legentem fefelliſſent, transferentem fugere non poſſunt. intelligentia ex hoc & iudicium acquiritur: nihil obfuerit, quæ legeris hactenus, vt rem, argumentúmque teneas, quaſi æmulum ſcribere, lectiſque conferre, ac ſedulò penſitare: quid tu, quid ille commodius. magna gratulatio, ſi tu nonnulla: tum magnus pudor, ſi cuncta ille melius. licebit interdũ & notiſſima eligere & certare cum electis: audax hæc, non tamen improba, quia ſecreta contentio: quanquam multos videmus eiuſmodi certamina ſibi cũ multa laude ſumpſiſſe, quóſque ſubſequi ſatis habebant, dũ non deſperãt, anteceſſiſſe. Poteris & quæ dixeris, poſt obliuionem

Ex Græco in Latinum Vertere) vertere Græca in Latinum veteres noſtri oratores optimum iudicabãt. id ſe L. Craſſus in illis Cic. de Orat. libris dicit factitaſſe: id Cicero ſua ipſa perſona frequentiſſimè præcipit: quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere tranſlatos: [& Homeri quædam, vti ipſe libro vltimo de finibus teſtatur.] Marco id Meſſallæ placuit, multæque ſunt ab eo ſcriptæ ad hunē modum orationes: adeo vt etiam cum illa Hyperidis pro Phryne, difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. & manifeſta eſt exercitationis huiuſce ratio: nam & rerum copia Græci autores abundant: & plurimum artis in eloquentiã intulerunt: & horum ſcripta transferentibus, verbis vti optimis licet. Tranquil. præter Fabium inquit, Conſueuerunt magiſtri dicendi interdum Græcorum ſcripta conuertere. *Ex Latino Vertere in Græcũ*) cui rei aſſentitur Quintilianus his verbis, Sed etiam illa ex Latinis conuerſio multum contulerit: nam ex vtroque copia, & facilitas maximè venit. Splendor verborum, tranſlata verba opportunè, quæ ſplendoris multum afferunt orationi. transferendo enim aſſequimur, vt optimis verbis vtamur, & non modò vſitata, ſed etiam quædam imitanda exprimamus, quæ noua noſtris ſint dummodo idonea. hæc M. Tul. de Orat. *Copia figurarum*) quæ transferentibus excogitanda eſt: nam figuras quibus maximè ornatur oratio multas & varias excogitandi etiam neceſſitas quędam eſt, quia plerunque à Græcis Romana diſſentiũt. *Vis explicandi*) potentia dicendi quod intenderis. *Optimorum*) optima enim ſemper imitanda. *Fefelliſſent*) latere potuiſſent. vbique præceptorem ſuum ſequitur dicentem ſuper hoc, quòd autores maximi diligentius cognoſcuntur: non enim ſcripta lectione ſecura tranſcurrimus ſed tractamus ſingula, & neceſſariò introſpicimus. *Intelligentia*) maior cognitio *Hoc*) transferendo. *Hactenus*) ad hunc finem. *Quaſi æmulum ſcribere* neque ego, inquit, paraphraſim eſſe interpretationem tantum volo: ſed circa eoſdem ſenſus certamen atque æmulationem. itaque ab illis diſſentio, qui vertere orationes Latinas vetant: quia optimis occupati, quicquid aliter dixerimus, neceſſe ſit eſſe deterius: nã neq; ſemper deſperãdum eſt aliquid illis quæ dicta ſunt, melius poſſe reperiri: neq; adeo ieiunam ac pauperẽ natura eloquẽtiã fecit, vt vna de re bene dici niſi ſemel non

non poſſit. *Ille*)quem æmularis *Commodius*) melius dixerit is. *Nonnulla*)aliqua tantùm commodiora. *Ille*) dixerit. *Me lius*) quàm tu. *Certare cum electis*) ſicut Brutum legimus compoſuiſſe defenſionem Milonis ad æmulationem Ciceronis. *Non improba*)decora. *Secreta*) ſoli ſcribenti cognita. *Multos*)dixit Sextius contra M T. orationem pro ſe habitam. proinde Caligula ſolebat proſperis oratorum actionibus reſcribere, & magnorum in Senatu reorum accuſationes defenſionéſque meditari. *Subſequi*)illorum veſtigiis inhærere. *Non deſperant*) ducuntur in ſpem. *Anteceßiſſe*) ſuperaſſe.

retractare, multa retinere, plura tranſire: alia interſcribere, alia reſcribere. laborioſum iſtud, & tædio plenum, ſed difficultate ipſa fructuoſum recaleſcere ex integro, reſumere impetum fractum, omiſſúmque: Poſtremò noua velut membra peracto corpori intexere, nec tamen priora turbare. Scio nunc tibi eſſe præcipuum ſtudium orandi: ſed non ideo ſemper pugnacem hunc, & quaſi bellatorium ſtylum ſuaſerim. Vt enim terra variis mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra, nunc hac nunc illa meditatione recoluntur. Volo interdum aliquem ex hiſtoria locum apprehendas: volo epiſtolam diligentius ſcribas, volo carmina: nam ſæpe in orationes quoque non hiſtorica modò, ſed propè poetica deſcriptionũ neceſſitas incidit: &

Retractare) emendare, retractatio pars ſtudiorum longè vtiliſſima: neque enim ſine cauſa creditum eſt ſtylum non minus agere cùm delet: huius autem operis eſt adiicere, detrahere, mutare: ſed facilius in iis ſimpléxque iudicium, quæ repellenda, vel deiicienda ſunt. Premere verò tumentia, humilia extollere, exultantia coercere, duplicis eſt operę: nam & damnanda ſunt quæ placuerant: & inuenienda quæ fugerant: nec dubium eſt optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur: vt ad ea poſt interuallum velut noua atque aliena redeamus. *Trãſire*)omittere *Interſcribere*) inducere, inſerere: membra (vt mox dicet) intexere. *Reſcribere*)mutare. *Difficultate fructuoſum*) ipſa denique ſecundum rhetores vtiliſſima eſt exercitationi difficultas. *Recaleſcere*)intentionem renouare. *Membra*) clauſulas, partes. *Corpori*) operi. *Priora*) vt illa interſita conueniant præcedentibus & ſequentibus *Pugnacem*)iudicialem. [*Quaſi*)quia erat vſurus vocabulo tranſlato, quodammodo petiit veniam.] *Bellatorium*) concertatorium, forenſem. alitur enim atque eniteſcit velut pabulo lætiore facundia, & aſſidua concertationum aſperitate fatigata renouatur. *Meditatione*)ſtudio. *Recoluntur*) expoliuntur, nouantur. *Ex hiſtoria locum*) quapropter, inquit Fabius, hiſtoriæ nonnunquam vbertas in aliqua exercendi ſtyli parte ponenda eſt. *Locum*) non tam communes locos intelligit, qui omnino diligenter tractandi ſunt ab oratore, & magnam abundantiam ſuggerunt, quàm partem hiſtoriæ, vt, de paucis multa benè dicamus, & quæ natura ſunt contracta diffundamus, & voluptatem expólitis demus. *Epiſtolam*) qua figuram dicendi attenuatam comparabimus. *Poetica deſcriptionũ*) dixerat de quadam ſua oratione loquens, deſcriptiones locorum, quæ in hoc libro frequentiores erunt, non hiſtoricè tantùm, ſed propè poeticè proſequi fas eſt. M. Tull. in oratore. Poeta oratori finitimus eſt, numeris aſtrictior paulo: verborum autem licentia vberior. multis verò ornandi generibus ſocius ac pene par: in hoc quidem certè propè idẽ, nullis vt terminis circũſcribat ius ſuũ: quo minus ei liceat eadem illa facultate, & copia vagari qua velit [ad idem tẽdit, non hiſtorica modò, ſed propè poetica deſcriptionũ neceſſitas incidit: q̃ ſcriptura in aliquib⁹ exẽplarib⁹ circũfertur.

preſſus ſermo purúſque ex epiſtolis petitur, fas eſt & carmine remitti, nō dico cōtinuo, & longo (Id enim perfici niſi in ocio non poteſt) ſed hoc arguto & breui: quod aptè quantaſlibet occupationes curáſque diſtinguit. Luſus vocantur, ſed hi luſus non minorem interdum gloriam, quàm ſeria conſequuntur: atque adeo, (cur enim te ad verſus non verſibus adhorter?)

Vt laus eſt ceræ mollis, cedénſque ſequatur,
Si doctos digitos, iuſſáque fiat opus.
Et nunc informet Martē, caſtámque Mineruā,
Nūc Venerē effingat, nūc Veneris puerum.
Vtque ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt,
Sæpe etiam flores, vernáque prata iuuant:
Sic hominum ingenium flecti, duciq́ per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaque ſummi oratores, ſummi etiam viri ſic ſe aut exercebant, aut delectabant: immò delectabant, exercebántque. Nam mirum eſt vt his opuſculis animus intendatur, remittatúrq́. recipiunt enim amores, odia, iras, miſericordiam, vrbanitatē, omnia denique quæ in vita atque etiā in foro cauſiſq́ verſantur. Ineſt his quoque eadem quæ alijs carminibus vtilitas, quod metri neceſſitate deuincti ſoluta oratione

Preſſus) attenuatus, ſuccinctus. *Petitur*) comparatur. *Remitti*) recreari, nec carmine quidem ludere contrarium fuerit, ſicut athletæ remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. *Continuo ac longo*) operi aliquo metrorum immenſo: nam adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri, & inanibus ſimulacris: ne verum ſolem cùm oportuerit reformident. *Arguto*) epigrammatico, in quo argutiæ & ſales expetuntur. *Aptè*) modò fiat opportunè. *Diſtinguit*) intermittit, ſeparat, amouet. *Quantaſlibet*) maximas. *Luſus vocantur*) Mar. ſubinde ſua epigrammata luſus, & iocos vocat: quia circa leuiora conſiſtant. *Hi luſus*) ſcriptores epigrammatū. *Seria*) autores rerum grauium, vt philoſophiæ, hiſtoriarum, orationum. *Vt laus*) ordo eſt. ſic decet ingenium hominum flecti. & reliqua. *Mollis*) quæ tenella. *Si ſequatur doctos digitos*) ſi ab artifice docto elaboretur. ſic M. T. de oratore dixit orationem, ſicut molliſſimam ceram, ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus. Et Ouid. x metamorphoſeos, Vt hymettia ſole Cæra remolleſcit, tractatáque pollice multas Flectitur in facies, ipſóque fit vtilis vſu. Iuuena. vi. Satyra Exigite vt mores teneros ceu pollice ducat. Vt ſi quis cæra vultum facit. Et antea Perſius dixerat. Et premitur ratione animus, vincíque laborat, Artificémque tuo ducit ſub pollice vultum. [*Fiat*) non improbo fingat, ſicut mox iuuant. quanquam in ſecunda lectione ſit lauant.] *Informet Martem*) formam & imaginem Martis ſumat. *Puerum*) Cupidinem. *Ingenium flecti*) volui in quaſcunque partes. *Non rigidas*) humaniores. *Mobilitate*) mutatione. *Summi viri*) extremæ fortunæ, vt Imperatorum quidam, & multi grauiſſimi, quod Martial. Gellius, Apuleius in apologia, teſtantur. nam & Plato (vt alios omittam) verſibus luſit. *Exercebant*) vtilitatis gratia. *Delectabant*) voluptatem capiebant, & ocium ſuum oblectabant. *Intendatur*) acuatur, ſuſcitetur. *Recipiunt amores*) per hæc monſtratur materia in qua verſantur epigrammata. *Vrbanitatem*) guſtum vrbis, ſcommata. *In vita*) circa viuendi modum: hinc Mart. l. x. tale genus ſcribēdi probās, ſupra ſabuloſa ſcribit. Non hic centauros

non Gorgonas Harpyiáſque Inuenies, hominem pagina noſtra ſapit: id eſt memorat quæ ad vitam humanam faciunt. *In cauſis verſantur*) tractant aliquando pertinentia ad cauſas forenſes, vt illud Martial. acutiſſimè ſimul & facetiſſimè dictum de tribus capellis. *Metro*) ſyllabarum certa menſura. *Soluta oratione*) proſa metro ſoluta & libera.

latamur, & quod facilius eſſe comparatio oſtēdit, libentius ſcribimus. Habes plura etiam fortaſſe quàm requirebas: vnum tamen omiſi: non enim dixi, quæ legenda arbitrarer. quanquam dixi, cùm dicerem, quæ ſcribenda. tu memineris, ſui cuiuſque generis autores diligenter eligere. Aiunt enim, Multum legendum eſſe, non multa. Qui ſint hi, adeo notum prouocatúmque eſt, vt demonſtratione non egeant: & alioqui tam immodicè epiſtola me extendi, vt dum tibi quemadmodum ſtudere debeas, ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim. quin ergo pugillares reſumis, & aliquid ex his, vel iſtud ipſum quod cœperas ſcribis?

Lætamur) quòd non aſtringimur metri neceſſitate. *Scribimus libentius*) id eſt proſam. ordo eſt, & illa vtilitas ineſt, quòd libentius ſcribimus id quod comparatio oſtendit eſſe facilius. *Quæ ſcribenda*) ſcilicet optima. *Eligere*) ſecernere meliores. Ego inquit Fab. optimos quidem & ſtatim & ſemper legendos cenſeo. Sen. ad Lucilium, Probatos ſemper lege, & ſi quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Hoc Latius M. Tullius ſecundo de Oratore complexus eſt. Quæ maximè; tradit, excellunt, imitanda ſunt, & diligentiſſimè perſequenda: tum accedat exercitatio qua illum quem elegerit imitando effingat, atque ita quàm maximè exprimat. *Non multa*) nō omnes bibliothecas excutiendas. multorū enim autorum lectio, & omnis generis voluminum habet aliquid vagum & inſtabile: certis ingeniis immorari, & innutriri oportet. diſtrahit animum librorum multitudo, & faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. *Hi*) autores probati. *Prouocatum*) examinatum, iudicatum, cognitum. nam cauſæ ſæpius prouocatæ melius intelligūtur. Prouocare ſignificat appellare, & indifferenter ponitur. M. Tullius, Cùm alter ad Senatum prouocaſſet, alter verò appellaſſet tribunos. Tacitus, Auxit patrum honorem ſtatuendo, vt qui à priuatis iudicibus prouocaſſent, eiuſdem pecuniæ periculum facerent: cuius ij qui imperatorem appellauere. Sic Iuriſconſultus. ff. xlvii. de appellationibus. ſic Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ. Prouocare item ſignificat laceſſere. Columella, Plerique tamen in tantum prouocant, vt curuata & præcipitata per iugum nequeant terram attingere. quidam tamen non prouocatum legunt, ſed prouulgatum, id eſt, proculcatum & tritum eſt. [clarior tamen lectio probatur, vt eſt in pontificio codice.] *Alioqui*) præterea. [*Extendi me epiſtola*) ad idem eſt epiſtolam extendi: quod in vulgatis legitur exemplaribus.] *Ex his*) quæ te monui ſcribenda.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

QVia ipſe cùm prima cognoui, iungere extrema quaſi auulſa cupio: te quoque exiſtimo velle de Vareno & Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſa

Q*Via*) Macrinū paucis docet quem finē habuerit Traiani cognitio de Vareno & Bithynis. *Iungere extrema*)

prioribus: nã paulo antè ſcripſerat ad eundẽ in caſa Vareni. *Auulſa*) niſi coniungãtur.

hinc à Polyæno, inde à Magio. Finitis actionibus, Cæſar, Neutra, inquit, pars de mora queretur. Erit mihi curæ, explorare prouinciæ voluntatem. Multum interim Varenus tulit. Etenim quàm dubium eſt, an meritò accuſetur, qui an omnino accuſetur incertũ eſt? Supereſt, ne rurſus prouinciæ quod dãnaſſe dicitur, placeat, agátq; pœnitentiã pœnitentiæ ſuæ. Vale.

Hinc) quia Polyænus, quamuis Bithynorum legatorum vnus: tamen decreto prouinciaſium nixus arbitrabatur deſiſtendum ab accuſatione Vareni. *De mora*) quia intendebat cognoſcere à conuentu Bithynorum, an decreuiſſent vt Vareni accuſationem perſequerentur. *Explorare*) diligenter inquirere. *Prouinciæ*) Bithyniæ. *Multum tulit*) magnam commendationem eſt cõſecutus. *Quo nomine*) quo accuſante. nam iam Bithyni remiſerant accuſationem, & tamen Magius perſtabat illorum nomine. An magis, qua cauſa, [placet potius an omnino, ex antiquiſſimo exemplari.] *Placeat prouinciæ*) accuſare illum. *Agatque pœnitentiam*) & neque agat pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ, id eſt, neque reuocet illud decretum, quo pœnituit Varenum accuſaſſe.

C. PLINIVS FABATO SVO S.

MIraris, quòd Hermes libertus meus hæreditarios agros, quos ego iuſſeram proſcribi, non expectata auctione pro meo quincunce ex ſeptingentis millibus Corelliæ addixerit: adÿcis poſſe eos nongentis millibus vænire, ac tãto magis quæris, an quod geſſerit ratũ ſeruẽ. Ego verò ſeruo: quibus ex cauſis accipe. cupio enim & tibi probatũ & cohæredibus meis excuſatũ eſſe, quòd me ab illis

MIraris) Succenſẽti Fabato proſocero, quòd Hermes minori pretio Corelliæ vendidiſſet agros hæreditarios, reſpondet Secundus id factum ex ſententia ſua, cùm pluribus cauſis illam diligat. *Hermes*) Hermetem longo carmine Martial extollit. alterius medici libro. x. meminit. *Proſcribi*) exponi venales. hinc proſcriptus ſeruus [M. Tul. de offi. Ille quod non placebat proſcripſit, tu quod placebat emiſti. Item ibidem, Claudius ædes, quas in Cælio monte habebat proſcripſit, inſulam vendidit: emit Publius Calphurnius Lanarius.] Aliquando etiam proſcribi eſt in exilium mitti: quia publicè in tabella ſcripti exponebantur. Apud Tacitum ſignificat proponi & prætendi, cùm narrat lib. xi fruſtrà Armenium proſcribi. At præſcribere interdum eſt iubere, vt Cæſar nõ ad alterius præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueuerat: interdum prohibere. Quintilianus in declamationibus, Accuſator preſcribit, quòd bis de eadem re agere non licet: & præſcriptio ſecundum Iuriſconſultos, eſt quoddam ius ex tempore congruens, autoritate legum vim capiens, pœnã negligentibus inferẽs, & litibus finem imponens. differt autem præſcriptio & vſucapio: quoniam hæc eſt in rebus mobilibus & ſe mouentibus, illa verò in immobilibus & iuribus incorporalibus. lege plura de præſcriptione apud Fabium & Plutarchũ in problematibus. *Auctione*) in publico venditione, aucto gradatim ab emptoribus precio, cùm res proponitur plus offerenti. *Meo quincunce*) ſemiſſe minus vncia, quæ pars peruenit ad me. *Addixerit*) vendiderit. *Septingentis millibus*) nummũ, id eſt ſeptingẽtis ſeſtertiis. *Tãto magis*) quòd vili pretio vẽdiderit. *Ratum ſeruem*) cõfirmẽ, pro rato habeam. Celſus. ff. xxj. titulo de exceptione

rei venditæ, Si quis, inquit, rem meam vendiderit minoris quàm ei mandaui, videtur alienata. *Probatum*) iri, laudari factum meum. *Secerno*) diuido, ſeparo, non ſimul cum illorum partibus mea vendiderim.

maiore officio iubente ſecerno. Corelliam cum ſumma reuerẽtia diligo: primùm vt ſororẽ Corellij Rufi, cuius mihi memoria ſacroſancta eſt: deinde vt matri meæ familiariſſimã. Sũt mihi & cũ marito eius Minutio Fuſco, optimo viro, vetera iura: fuerũt & cum filio maxima: adeo quidem, vt Prætore me ludis meis præſederit. Hæc cũ proxime iſtic fui, indicauit mihi cupere ſe, aliquid circa Lariũ noſtrũ poſſidere: ego illi ex prædijs meis, quod vellet & quãti vellet obtuli, exceptis paternis maternisq;: his enim cedere ne Corelliæ quidẽ poſſũ. Igitur cũ obueniſſet mihi hæreditas in qua prædia iſta, ſcripſi ei venalia futura. has epiſtolas Hermes tulit, exigentiq; vt ſtatim portionẽ meã ſibi addiceret, paruit. Vides quàm ratũ habere debeã, quod libertus meus meis moribus geſſit? ſupereſt, vt cohæredes æquo animo ferãt ſeparatim me vẽdidiſſe, quod mihi licuit omnino vẽdere: nec verò coguntur imitari meũ exẽplũ. nõ enim illis eadẽ cũ Corellia iura ſunt. poſſunt ergo intueri vtilitatẽ ſuam, pro qua mihi fuit amicitia. Vale.

Maiore officio) iure amicitiæ quæ eſt mihi cũ Corellia: maius enim amicitiæ vinculum quàm hæreditatis. *Sacroſancta*) venerabilis, tanquam res diuina & deo cõſecrata. vide in primo Corellii Rufi obitũ, & cum Secundo amicitiam. *Minutio Fuſco*) in vetuſto codice habetur Militio Fuſco. [in aliquibus etiã Minutio Iuſto.] *Vetera iura*) antiqua vincula amicitiæ. *Filio*) Fuſci. *Ludis meis*) Circenſibus, quos prætor edidi: nam Iuuenalis docet Prætores dare ſolitos Circenſes. Interea Megalesiacæ ſpectacula mappæ Idæũ ſolenne colunt, ſimilisque triumpho Præda caballorum prætor ſedet. Et Martialis in Proculeiam ſcribens [libro decimo,] Prætor, inquit, maritus tuus ergo erat, diſſidium cum eo feciſti cũ purpura Megalenſis fuiſſet conſtatura centum millibus, & populare ſacrũ bis millia dena tuliſſet. *Præſederit*) præſens fuerit, & faciendos curauerit. *Hæc*) Corellia. *Iſtic*) Comi. *Lariũ noſtrũ*) lacum iuxta patriam noſtram Comũ. *Maternis, paternisque* quæ in agro Comenſi tenuit. *Paternis*) relictis à patre naturali, vel adoptiuo, ſiue ab vtriſque. nam duos patres habuit Secũdus. *Corelliæ*) quamuis mihi amiciſſimæ *Iſta*) erãt. *Ei*) Corelliæ. *Tulit*) ad Corelliã *Addiceret*) vẽderet. *Meis moribus*) meo cõſenſu liberaliter. *Licuit*) ſine illis vẽdere. *Exemplũ meũ*) vt & ipſi vendãt ſuã portionẽ Corelliæ. *Eadẽ iura*) patria amicitiæ quæ mihi cũ illa vincula ſunt. *Fuit amicitia*) æſtimaui amicitiã, quã vtilitati prępoſui.

C. Plinivs Minvtio Svo S.

Libellũ formatũ à me, ſicut exegeras, quo amicus tuus, immò noſter (quid enim nõ cõmune nobis?) ſi res poſceret, vteretur, miſi tibi ideo tardius, ne tẽpus emendandi eum, id eſt

Libellũ) Annotauimus libellos ſignificare, quas nũc ſupplicationes vocãt. libellus inſuper pro accuſatione, ſiue defẽſione ſcripta breuib', & pro capita rerũ, apud Fabiũ accipitur: hũc igitur à ſe formatũ Minutio mittit, quo eius amicus vteretur, iocatúrq; quod quædã ſuperindidiſſet, & preſſa, & exilia ſe vereri

dicens ne tanquam tumidus notaretur, repoſcitque viaticum pro curſore miſſo. *Nobis*) veris amicis, quibus omnia ſunt communia.

diſperdendi haberes. habebis tamen an emendandi, neſcio, vtique diſperdēdi. (ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι) optima quæque ſi detraxeris. quod ſi feceris, boni conſulam. Poſtea enim illis ex aliqua occaſione, vt meis vtar. & beneficio faſtidij tui ipſe laudabor, vt in eo, quod adnotatum inuenies, & ſupraſcripto aliter explicitum. Nam cùm ſuſpicarer futurum, vt tibi tumidius videretur, quod eſt ſonantius & elatius, non alienum exiſtimaui, ne te torqueres, addere ſtatim preſſius quiddam & exilius, vel potius humilius & peius, veſtro tamen iudicio rectius. Cur enim non vſquequaque tenuitatem veſtram inſequar & exagitem? Hæc vt inter iſtas occupationes aliquid aliquando rideres: Illud ſerio. vide, vt mihi viaticum reddas, quod impendi data opera, curſore dimiſſo. Næ tu, cùm hoc legeris, non parteis libelli, ſed totum libellum improbabis, negabiſque vllius precij eſſe cuius precium repoſceris. Vale.

Diſperdendi) deſtruendi & optima delendi. *Vtique diſperdendi*) ſanè tempus habes inuertendi illum: facilius enim corrumpuntur bona quàm expoliuntur. ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι)[vos enim corrupti affectatores. legitur etiam ὑμεῖς οἱ εὔζηλοι. vos boni imitatores, [& belli illi æmuli] vt ironicè dictum ſit. Fuit in tertia lectione. ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ ἰσχνοί.] id eſt vos enim ſemper tenues. nam ἰσχνὸν eſt humile dicendi genus. *Optima*) grandia, elata, tonantia. *Detraxeris*) ab alienis ſcriptis tanquam tumida, & nimium inflata. *Boni conſulam*) bonum iudicabo, ſecundum Fabium lib. i. qui eſt dicendi modus [rariſſimus, &] elegantiſſimus. [Ouid. lib. i. de Ponto, Munus tua grande voluntas Ad me peruenit, conſuluitque boni.] Columella in præfatione cultus hortorum, Quicquid, inquit, eſt iſtud quod lucubrauimus, ideo propriam laudem ſibi non vendicat, vt boni conſulat, ſi non ſit dedecori prius editis à me ſcriptorum monumentis. [Plin. in præfa. lib. xxxiij. boni conſuluit interim inueniſſe minium pariter. viij. c. de leonibus. ſic Macrobius. & in prima apologia Apuleius. Si boni conſulis me de iſto diſtortiſſimo vultu tuo dicere. ac in ſua metamorphoſi, Boni ergo & optimi conſules. & iam dixerat libro ſexto, optimi conſule. Virg. in priapeis, Conſule poma boni.] *Vt meis*) cùm tamen tua ſint, quia tibi donaui: ſed ſi nihil illis fueris vſus, opportunè illis optimis & grandioribus in aliquam rem noſtram vtar. *Beneficio faſtidij tui*) quæ tu, tanquam turgida faſtidiſti, cedent mihi beneficio. *Laudabor*) à doctioribus te. *Vt in eo*) ſenſus eſt, ſicut inuenies in eo quod arbitrabar annotatum iri à te veluti nimium elatum, aliud ſupra annotatum quod erat exile & preſſum. *Et explicitum aliter*) attenuata figura expreſſum. *Supraſcripto*) ex ſupraſcriptione noſtra. [Sunt quibus non placet iſta ſcriptura, vt in eo quod adnotandum annotatum quoque inuenies, & ſupraſcripto aliter explicitum: ſed legant, vt in eo quod adnotatum inuenies ex ſupraſcripto aliter explicetur, vt ſit ſenſus, quod ego obelo annotaui, tanquam non vobis placiturum quod videretur nimium tumidum per tenuem dicendi formam aliter ſuperſcribendo explicui. nam ea Tranquil. ſuperſcripta appellat. ita inquit in Nerone, Multa & deleta & inducta & ſuperſcripta inerant.] *Tumidius*) quod vitio datur. credo hunc Minutium fuiſſe, quem ſuppreſſo nomine. ix. ad Lupercum ſcribens damnat. Dixi inquit de quodam oratore ſeculi noſtri recto quidem & ſano, ſed parum grandi. *Sonantius*

& elatius) quàm tu ſoleas dicere: debet autem orator erigi, attolli, interdum etiam efferueſcere, efferri. nihil enim magis eloquentiam, quam ancipitia commendant. & plurimum refert reprehendenda annotes, an inſignia. multi aduertunt quod eminet & extat, ſed acri intentione iudicandum eſt immodicum ſit an grande, altum an enorme. *Torqueres*) te vexares optima tanquam inania notando. *Addere*) ſupraſcribere. *Humilius*) quod dicendi genus vituperandum: nam preſſius & exilius interdum laudatur. *Rectius*) melius exiſtimatum, ſed falſo. *Tenuitatem*) ſtilum attenuatum. [*Hac*) ſcripſi ridicula.] *Occupationes*) vrbanas: cùm enim Secundus ſcripſit aberat ab vrbe. *Vide*) ſcito, intellige. *Viaticum*) impenſam itineris. *Curſore dimiſſo*) tabellario ad te miſſo. Curſor eſt, qui pedibus celeriter literas defert. Alexandrum ſcribit Lampridius curſorem nunquam niſi ſeruum ſuum feciſſe. dicebat enim ingenuum currere, niſi in ſacro certamine non debere. & Paulus. ff. xxxxii curſores in familia recenſet. Ælius Verus ſuos curſores nominibus ventorum appellabat, & exemplo Cupidinum alas apponebat. Papyrio Curſori cognomen inditum à præcipua pedum pernicitate, & quòd victorem curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt. *Ne*) certè affirmantis eſt: & ideo cum diphthongo ſcribendum. *Partes*) elata membra & ſonantia. *Precium*) viaticum.

C. PLINIVS FEROCI SVO S.

EAdem epiſtola & ſtudere te & non ſtudere ſignificat. ænigmata loquor. ita planè donec diſtinctius quod ſentio enuntiem. negat enim te ſtudere: ſed eſt tam polita, quæ niſi à ſtudente non poteſt ſcribi: aut es tu ſuper omnes beatus, ſi talia per deſidiam & otium perficis. Vale.

EAdem) Habet hoc Secundi epiſtola, vt quo longior eo eruditior: quo breuior, eo argutior: tali nunc oſtendit Iulium Ferocem elegantiſſimam & politiſſimam epiſtolam ſcripſiſſe. *Ænigmata*) obſcuras quæſtiones. *αἰνίσσω* enim in parabolis & obſcurè loquor. veteres Rom. ænigmata ſcirpos appellauêre. aliquando oratori conueniunt, ſed poetæ ſæpius. *Negat*) legimus etiam negat, vt reſpiciat, tua epiſtola.

C. PLINIVS CORELLIAE SVAE S.

TV quidem honeſtiſſimè quod tam impensè & rogas & exigis vt accipi iubeam à te precium agrorum non ex ſeptingentis millibus, quanti illos à liberto meo, ſed ex nongentis, quanti à publicanis partem viceſimam emiſti. Inuicem ego & rogo & exigo vt non ſolùm quid te, verumetiam quid me deceat aſpicias, patiariſq; me in hoc vno tibi eodẽ animo repugnare, quo in omnibus obſequi ſoleo. Vale.

TV) Remittere ducenta ſeſtertia Corelliæ volenti Secundo gradere pro quincunce hæreditatis nongenta, quanti vigeſimã partem eiuſdem emerat à publicanis. *Honeſtiſſimè*) facis. *Liberto*) Hermete. *A publicanis*) ab his qui vectigalia publica redimunt, & rem publicam tractant: nam ſiue quis verbi gratia frumen-

tum, & alias reip. res neceſſarias tranſportandas, ſiue decimas ac vigeſimas redemiſſet, ſiue teſtamenta, quæ reip. relinquebantur, ſiue quouis modo vectigalia & alios populi redditus exigendos certo precio conduxiſſet, is publicanus dicebatur. Caius de ſig. verb. qui vectigal populi Ro. conductum habet, publicanum appellamus: nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Ro reſpicit. Vlp. de publicanis. Publicani, inquit, ſunt qui publico fruuntur: nam inde nomen habent, ſiue fiſco vectigal pendant, vel etiam tributum conſequantur: & omnes qui aliquid à Fiſco conducunt, rectè appellantur publicani. *Paulus ibidem*) publicani dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta *Eodem*) amico.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S,

REquiris quid agam? quo noſti, diſtringor officio, amicis deſeruio, ſtudeo interdum, quod non interdum, ſed ſolum, ſempérque facere, non audeo dicere rectius, certè beatius erat: te alia omnia, quàm quæ velis agere, moleſtè ferrem, niſi ea quæ agis, eſſent honeſtiſsima. Nam & Reipublicæ ſuæ negocia curare, & diſceptare inter amicos, laude digniſsimum eſt. Priſci noſtri contubernium iucundum tibi futurum ſciebam, noueram ſimplicitatem eius, noueram comitatem: eundem eſſe, quod minus noram, gratiſſimum, experior, cùm tam iucundè officiorum noſtrorum meminiſſe eum ſcribas. Vale.

Requiris) Exponit Saturnino poſtulanti quid ageret, monétque remp. curare, eſſe honeſtiſſimam rem, ac Priſcum gaudet eſſe officiorum memorem. *Diſtringor*) occupor, detineor. *Officio*) incertum quo. *Amicis deſeruio*) in agendis cauſis. *Rectius*) quia optima philoſophiæ pars eſt, agere negocium publicum, exercere iuſtitiam, amicis deſeruire, & tempora noſtra reip. impartiri. *Beatius*) iucundius. *Reipubl. ſuæ*) patriæ ſuæ: erat enim in municipio ſuo Saturnin. *Diſceptare*) decernere, iudicare. *Officiorum noſtrorum*) Beneficiorũ ſuſceptorum à nobis.

C. PLIN. FABATO PROSOCERO SVO S.

CAleſtrium Tyronem familiariſſimè diligo, & priuatis mihi & publicis neceſsitudinibus implicitum: ſimul militauimus, ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille me in Tribunatu liberorum iure præceſsit, ego illũ in prætura ſũ cõſecutus, cũ mihi Cæſar annũ

Caleſtriũ) Cauſas explicat veteris amicitiæ cũ Tyrone Proconſule, vt proficiſcentem in prouinciam non vereatur Fabatus Comum reuocare ab itinere recto ſeruorum liberandorum cauſa. *Neceſsitudinibus implicitum*) vinculis amicitiæ connexum. *Militauimus*) Tribuni mil. fuimus in Syria. *Quæſtores Cæſaris candidati principis*) qui libris principalibus in Senatu legendis vacabant. *Tribunatu*) plebis, cuius in primo meminit. *Præceſsit liberorum iure*) nam qui ius trium natorum habebant in honoribus præcedebant carentes: vt. ff. de immunitatibus. An potius intelligamus Caleſtrium habuiſſe liberos poſtquam ſoboles ciuitati neceſſaria viſa

remiſiſſet. ego in villas eius ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe conualuit. Hic nunc Proconſule prouinciam Bæticam per Ticinum eſt petiturus. Spero, immò confido, facile me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumiſiſti. nihil eſt quòd vereâris ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum circumire non erit longum mea cauſſa. Proinde nimiam iſtam verecundiam pone, téque quid velis, conſule. illi tam iucundum eſt quod ego, quàm mihi quod tu iubes. Vale.

ria viſa eſt, ad prolem frequentandam præmiis atque inuitamentis opus fuit: tum antelati qui liberos haberent ſenioribus liberos non habentibus. Sic cap. vij. legis Iuliæ de maritandis ordinibus, priori ex Coſſ. faſces ſumendi poteſtas fuit. Pli. enim, vt ad Traianum aſſerit, ab Imperatore vt ipſe ius trium liberorũ adeptus eſt.] nullos enim legimus liberos Secundũ ſuſcepiſſe. *Conſecutum illum*) eodẽ anno ſui prætor, quo Caleſtrius. per ordinem enumerauit dignitates: quo quæque prius daretur: à Tribunatu enim militum ad Quæſturã, à Quæſtura ad Tribunatum ple. à Tribunatu ad Præturam, inde ad Conſulatum. mox ad Proconſulatum certo quodam inſtituto procedebãt: ſed hic omiſit Conſulatum, in quo multò ante Caleſtrium præceſſerat. *Remiſiſſet*) conceſſiſſet poſſe petere præturam ante annum legitimum. *Ticinum*) oppidum Inſubriæ à Leuis & Maricis conditum, non procul à Pado, diſtans à Placentia ſex & xxx. miliariis ſi Straboni credimus. ſimili vocabulo præterfluens amnis, quem Verbanus lacus exonerat, Padum ingreditur. A Plinio diſſentiens Eutropius conditum ſcribit ab Inſubribus Boiis. clara ſanè ciuitas multiplici fortuna, nunc mutato nomine Papia appellatur, vbi omniũ liberalium diſciplinarum celeberrimum gymnaſium. *Ad te*) Comum. *Vindicta liberare*) iuſſu eius in veram libertatem conſtituere: [nam vindicta liberari dicuntur ſerui à prætore, vel eo qui par prætori ius habebat à Vindice ſeruo ſeu Vindicio, qui Vitelliorum, & Aquiliorum coniurationem detexit, vt innuunt Liuius & Plutar.] ſerui à dominis ſæpe manumitti ſolent: adeo vt vel in tranſitu manumittantur: veluti cùm Prætor, aut præſes, aut proconſul in balineũ, vel in theatrum eat. inde Caius. ff. xl. de manumiſſionibus, Non eſt, inquit, omnino neceſſe pro Tribunali manumittere. itaque plerunque in tranſitu ſerui manumitti ſolent: cùm aut lauandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia prodeat prætor, aut proconſul legatúſve Cæſaris. Ibidem Pauli verba melius in rem noſtram faciunt. apud proconſulem poſtquam vrbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus, ſed & apud legatum eius manumittere poſſumus: vindicta ergo interuentu & autoritate proconſulis. non enim ſat erat ſeruum liberari à domino, niſi autoritas prætoris, vel præſidis, vel proconſulis interueniſſet. Inde ſequitur. *Quos proximè inter amicos manumiſiſti*) cuius manumittendi forma talis fuit, vt dominus caput ſerui, aut aliud membrum tenens diceret, Hunc hominem liberum eſſe volo, & ſic eum è manu emittebat. Hoc amplius addit Appianus, fuiſſe morem Romanis in liberandis ſeruis dextra apprehenſos ad ſe conuertere, nam manumiſſio eſt datio libertatis, & quamdiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, & manumiſſus liberatur à domini poteſtate. Lege plura de manumiſſione in inſtitutionibus titulo de libertinis: & lib, vii. Codicis de libertate Latina tollenda. *Illi*) Tyroni.

C. PLINIVS NONIO CELERI SVO S.

SVa cuique ratio recitandi: mihi, quod ſæpe iamdixi, vt ſiquid me fugit, vt certè fugit, admonear. Quo magis miror quòd ſcribis fuiſſe quoſdam qui reprehenderent quòd orationes omnino recitarem: niſi verò has ſolas non putant emendandas. A quibus libenter requiſierim, cur concedant (ſi concedūt tamen) hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei veritatíque componitur: cur tragœdiam, quæ non auditorium, ſed ſcenam & actores: cur lyrica, quæ non lectorem ſed chorū & lyram poſcunt. At horum recitatio vſu iam recepta eſt: num ergo culpandus eſt ille qui cœpit? quanquam orationes quoque &

SVa) De recitatione plura differit, ac rationes exponit: quibus ſint orationes recitandæ, ſicut hiſtoriæ & carmina, & in tranſitu docet quomodo emendanda ſcripta: imprimis monet iudicio multorum credēdum: exemplo Pomponii Secundi, qui iudicio populi multum tribuit. *Sua*) ſuo modo: & pro arbitrio ſuo. *Mihi*) hæc eſt recitandi ratio. *Admonear*) ab auditoribus. *Emendandas*) quod conſequimur recitando. *Hiſtoriam debere recitari*) teſtatur Tranquil. hæc antea in vſu fuiſſe: nam tradit Auguſtum benignè & patienter audiſſe, non tantum carmina & hiſtoriam recitantes: ſed etiam orationes & dialogos. *Non oſtentationi*) non ad pompam & gratiam præſentium, ſed vt ſit κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἢ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα ſecundum Thucydidem. *Sed fidei veritatíque*) Lucianus in libello, cui titulus quomodo oporteat hiſtoriam ſcribi, Si aliquam inquit adulationem ſumat hiſtoria, quid aliud quàm pedeſtris quædam poeſis ſit? hiſtoriæ vnum officium & finis: vtile, quod ex vero ſolo colligitur. parum de pulchritudine curabit, dum modo abſolutam veritatem habeat. hiſtorici autem officium vnum, vt geſta ſunt dicere, neque enim hiſtoria debet tranſgredi veritatem. *Cur tragœdiam*) concedunt recitandam. *Scenam*) locum in theatro agendis fabulis excitatum: & ſicuti tria fabularum genera, ita totidem ſcenarum tragicum, comicum, ſatyricum. *Actorem*) hiſtrionem. *Lyrica*) carmina. *Chorum*) induci chorum in lyricis monſtrat Horatii ſeculare carmen, quod à pueris & puellis in Capitolio cantabatur. in choris iunctim omnes loquebantur, quaſi voce confuſa, & concentum in vnam perſonam reformantes, [lege Iulium Pollucem libro quarto quotnam chorum ingrederentur, & quæ eſſent eius partes.] Seneca decimotertio epiſtolarum, & cum Macrob. lib. 1. Saturn. ad verbum ſecutus, Non vides quàm multorum vocibus chorus conſtet, vnus tamen ex omnibus ſonus redditur: aliqua eſt illic acuta, aliqua grauis, aliqua media, accedunt viris fœminæ, interponuntur tibiæ, ſingulorum illic latent voces, omnium apparent, & fit concentus diſſonus. de choro dico quem veteres philoſophi nouerant, in comeſſationibus noſtris plus cantorum eſt quàm in theatris olim ſpectatorum fuit. Columella decimotertio vbi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magiſtri conſenſit, diſſonum quoddam & tumultuoſum audientibus canere videtur: at vbi certis numeris ac pedibus velut facta conſpiratione conſenſit atque concinuit, ex eiuſdem vocum concordia non ſolùm ipſis canentibus amicum quoddam & dulce reſonat, verùm etiam ſpectantes audientéſque latiſſima voluptate permulcentur. *Horum*) hiſtoriæ, tragœdiæ, lyricorum. reſpondet obiiciendis. *Recepta*) comprobata. *Cœperit*) illa recitare.

noſtri quidem, & Græci lectitauerunt. Supernacuum tamen eſt recitare, quæ dixeris, etiam ſi eadem omnia yſdem omnibus, ſi ſtatim recites: ſi verò multa inſeras, multa commutes: ſi quoſdam nouos, quoſdam eoſdem, ſed poſt tempus aſſumas, cur minus probabilis ſit cauſa recitandi quæ dixeris quàm edendi? Sed difficile eſt vt oratio dum recitatur, ſatiſfaciat. Iam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi: nec verò ego dum recito, laudari, ſed dum legor, cupio. Itaque nullum emendandi genus omitto: ac primũ quæ ſcripſi, mecũ ipſe pertracto: deinde duobus aut tribus lego, mox alys trado annotanda, notáſque eorũ ſi dubito, cum vno rurſus aut altero penſito, nouiſſimè pluribus recito, Ac ſi quid mihi credis, tunc acerrimè emendo. Nam tanto diligentius, quanto ſolicitius intendo. Optimè autem reuerentia, pudor, metus iudicant. Idque adeo ſic habe. Nónne ſi loquuturus es cum aliquo quamlibet docto, vno, tamen minus commoueris, quàm ſi cum multis vel indoctis? Nónne quum ſurgis ad agendum, tum maximè tibi ipſe diffidis? tum commutata, non dico plurima, ſed omnia cupis? Vtique, ſi latior ſcena, & corona diffuſior. Nam illos quoque ſordidos pullatóſque reueremur Nónne ſi prima quæq; improbari putas, debilitaris & concidis?

Noſtri) Romani [ſcribit Suetonius Auguſtum audiuiſſe benignè & patienter non tantum carmina & hiſtorias recitantes, ſed orationes & dialogos.] *Lectitauerunt*) recitauerunt. *Dixeris*) apud iudices peroraueris. verba ſũt aduerſariorum. *Etiam*) concedentis aduerbium. clarior lectio ſi reponatur eſt. *Eadem omnia*) quæ dixeras. *Iiſdem omnibus*) auditoribus. *Statim*) quia poſt tempus [aliquod] alia auditor cognoſcit. *Multa inſeras*) quod fit dum emendamus [alii legũt inferas.] *Nouos*) auditores legitur etiam alios, ſcilicet quàm primò habueras. *Poſt tempus*) quo poterunt quæ probauerant improbare, mutata priori ſententia. *Quàm edendi*) tãquam diceret, ſi edẽdæ orationes, ſunt etiã recitãdæ: nã recitando publicamus. *Satiſfaciat*) placeat auditoribus. *Hoc*) vt curam habeat placendi. *Non ad rationem*) ratio non obſtat quo minus recitentur. *Legor*) poſt omiſſum opus, & me abſente. *Emendandi*) emendatio eſt qua ſingula prout ipſa res poſtulit dirigimus æſtimantes vniuerſorum ſcriptorum ſententiam diuerſam, vel correctio errorum, qui per ſcripturam dictionémve fiunt, autore Diomede. *Pertracto*) repeto, & non ſolùm verba ſunt emendanda, ſed numeri & ſententiæ. *Annotanda*) emendanda. *Penſito*) diligẽter examino *Tunc*) cùm recito *Nam*) emendo. *Quanto ſolicitius intendo*) [cùm] quanta maiori ſolicitudine & cura ſum intentus in recitando reſpectu auditorum reuerentiæ, quam in emendando per me, aut cum paucis. *Reuerentia, pudor, metus*) quæ omnia inſunt mihi recitanti propter auditorum frequentiam. *Iudicant*) iudicium augent & acuunt. *Sic habe*) melius intellige ſequenti exemplo. *Quantumlibet*) maximè. *Commouereris*) timeres, perturbareris. *Agendum*) publicè cauſam dicturus. *Tunc*) cùm multi audiunt. *Omnia*) tua ſcripta tanquam deteriora. *Vtique*) præſertim cupis. *Scena latior*) ſpectantium ingens numerus. *Corona*) multitudo circumſtantium. *Sordidos*) agreſtes. *Pullatos*) atratos, imperitos, [lacernatos. Tranquillus in Auguſto, Ac viſa

preſſus ſermo purúſque ex epiſtolis petitur, fas eſt & carmine remitti, nõ dico cõtinuo, & longo (Id enim perfici niſi in ocio non poteſt) ſed hoc arguto & breui: quod aptè quantaſlibet occupationes curáſque diſtinguit. Luſus vocantur, ſed hi luſus non minorem interdum gloriam, quàm ſeria conſequuntur: atque adeo, (cur enim te ad verſus non verſibus adhorter?)

Vt laus eſt cera mollis, cedénſque ſequatur,
Si doctos digitos, iuſſáque, fiat opus.
Et nunc informet Martẽ, caſtámque Mineruã,
Nũc Venerẽ effingat, nũc Veneris puerum.
Vtque ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt,
Sæpe etiam flores, vernáque prata iuuant:
Sic hominum ingenium flecti, ducíq; per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaque ſummi oratores, ſummi etiam viri ſic ſe aut exercebant, aut delectabant: immò delectabant, exercebántque. Nam mirum eſt vt his opuſculis animus intendatur, remittaturq́; recipiunt enim amores, odia, iras, miſericordiam, vrbanitatẽ, omnia denique quæ in vita atque etiã in foro cauſiſq; verſantur. Ineſt his quoque eadem quæ aliis carminibus vtilitas, quod metri neceſſitate deuincti ſoluta oratione

Preſſus) attenuatus, ſuccinctus. *Petitur*) comparatur. *Remitti*) recreari, nec carmine quidem ludere contrarium fuerit, ſicut athletæ remiſſa quibuſdam temporibus ciborum atque exercitationum certa neceſſitate ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. *Continuo ac longo*) operi aliquo metrorum immenſo: nam adoleſcentes non debent nimium in falſa rerum imagine detineri, & inanibus ſimulacris: ne verum ſolem cùm oportuerit reformident. *Arguto*) epigrammatico, in quo argutiæ & ſales expetuntur. *Aptè*) modò fiat opportunè. *Diſtinguit*) intermittit, ſeparat, amouet. *Quantaſlibet*) maximas. *Luſus vocantur*) Mar. ſubinde ſua epigrammata luſus, & iocos vocat: quia circa leuiora conſiſtant. *Hi luſus*) ſcriptores epigrammatũ. *Seria*) autores rerum grauium, vt philoſophiæ, hiſtoriarum, orationum. *Vt laus*) ordo eſt. ſic decet ingenium hominum flecti. & reliqua. *Mollis*) quæ tenella. *Si ſequatur doctos digitos*) ſi ab artifice docto elaboretur. ſic M. T. de oratore dixit orationem, ſicut molliſſimam cæram, ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus. Et Ouid. x metamorphoſeos, Vt hymettia ſole Cæra remolleſcit, tractatáque pollice multas Flectitur in facies, ipſóque fit vtilis vſu. Iuuena. vi. Satyra Exigite vt mores teneros ceu pollice ducat. Vt ſi quis cæra vultum facit. Et antea Perſius dixerat. Et premitur ratione animus, vincíque laborat, Artificémque tuo ducit ſub pollice vultum. [*Fiat*) non improbo fingat, ſicut mox iuuant. quanquam in ſecunda lectione ſit lauant.] *Informet Martem*) formam & imaginem Martis ſumat. *Puerum*) Cupidinem. *Ingenium flecti*) volui in quaſcunque partes. *Non rigidas*) humaniores. *Mobilitate*) mutatione. *Summi viri*) extremæ fortunæ, vt Imperatorum quidam, & multi grauiſſimi, quod Martial. Gellius, Apuleius in apologia, teſtantur. nam & Plato (vt alios omittam) verſibus luſit. *Exercebant*) vtilitatis gratia. *Delectabant*) voluptatem capiebant, & ocium ſuum oblectabant. *Intendatur*) acuatur, ſuſcitetur. *Recipiunt amores*) per hæc monſtratur materia in qua verſantur epigrammata. *Vrbanitatem*) guſtum vrbis, ſcommata. *In vita*) circa viuendi modum: hinc Mart. l. x. tale genus ſcribẽdi probãs, ſupra fabuloſa ſcribit. Non hic centauros

non Gorgonas Harpyiáſque Inuenies, hominem pagina noſtra ſapit: id eſt memorat quæ ad viram humanam faciunt. *In cauſis verſantur*) tractant aliquando pertinentia ad cauſas forenſes, vt illud Martial. acutiſſimè ſimul & facetiſſimè dictum de tribus capellis. *Metro*) ſyllabarum certa menſura. *Soluta oratione*) proſa metro ſoluta & libera.

lætamur, & quod facilius eſſe comparatio oſtēdit, libentius ſcribimus. Habes plura etiam fortaſſe quàm requirebas: vnum tamen omiſi: non enim dixi, quæ legenda arbitrarer. quanquam dixi, cùm dicerem, quæ ſcribenda. tu memineris, ſui cuiuſque generis autores diligenter eligere. Aiunt enim, Multum legendum eſſe, non multa. Qui ſint hi, adeo notum prouocatúmque eſt, vt demonſtratione non egeant: & alioqui tam immodicè epiſtola me extendi, vt dum tibi quemadmodum ſtudere debeas, ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim. quin ergo pugillares reſumis, & aliquid ex his, vel iſtud ipſum quod cœperas ſcribis?

Lætamur) quòd non aſtringimur metri neceſſitate. *Scribimus libentius*) id eſt proſam. ordo eſt, & illa vtilitas ineſt, quòd libentius ſcribimus id quod comparatio oſtendit eſſe facilius. *Quæ ſcribenda*) ſcilicet optima. *Eligere*) ſecernere meliores. Ego inquit Fab. optimos quidem & ſtatim & ſemper legendos cenſeo. Sen. ad Lucilium, Probatos ſemper lege, & ſi quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Hoc Latius M. Tullius ſecundo de Oratore complexus eſt. Quæ maximè tradit, excellunt, imitanda ſunt, & diligentiſſimè perſequenda: tum accedat exercitatio qua illum quem elegerit imitando effingat, atque ita quàm maximè exprimat. *Non multa*) nō omnes bibliothecas excutiendas. multorũ enim autorum lectio, & omnis generis voluminum habet aliquid vagum & inſtabile: certis ingeniis immorari, & innutriri oportet. diſtrahit animum librorum multitudo, & faſtidientis ſtomachi eſt multa degustare. *Hi*) autores probati. *Prouocatum*) examinatum, iudicatum, cognitum. nam cauſæ ſæpius prouocatæ melius intelligũtur. Prouocare ſignificat appellare, & indifferenter ponitur. M. Tullius, Cùm alter ad Senatum prouocaſſet, alter verò appellaſſet tribunos. Tacitus, Auxit patrum honorem ſtatuendo, vt qui à priuatis iudicibus prouocaſſent, eiuſdem pecuniæ periculum facerent: cuius ij qui imperatorem appellauere. Sic Iuriſconſultus. ff. xlvii. de appellationibus. ſic Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ. Prouocare item ſignificat laceſſere. Columella, Plerique tamen in tantum prouocant, vt curuata & præcipitata per iugum nequeant terram attingere. quidam tamen non prouocatum legunt, ſed prouulgatum, id eſt, proculcatum & tritum eſt. [clarior tamen lectio probatur, vt eſt in pontificio codice.] *Alioqui*) præterea. [*Extendi me epiſtola*) ad idem eſt epiſtolam extendi: quod in vulgatis legitur exemplaribus.] *Ex his*) quæ te monui ſcribenda.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

QVia ipſe cùm prima cognoui, iungere extrema quaſi auulſa cupio: te quoque exiſtimo velle de Vareno & Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſa

QVia) Macrinũ paucis docet quem finē habuerit Traiani cognitio de Vareno & Bithynis. *Iungere extrema*)

prioribus:nã paulo antè ſcripſerat ad eundẽ in caſa Vareni. *Auulſa*)niſi coniungãtur.

hinc à Polyæno, inde à Magio. Finitis actionibus, Cæſar, Neutra, inquit, pars de mora queretur. Erit mihi curæ, explorare prouinciæ voluntatem. Multum interim Varenus tulit. Etenim quàm dubium eſt, an meritò accuſetur, qui an omnino accuſetur incertũ eſt? Supereſt, ne rurſus prouinciæ quod dãnaſſe dicitur, placeat, agátq; pœnitentiã pœnitentiæ ſuæ. Vale.

Hinc) quia Polyænus, quamuis Bithynorum legatorum vnus: tamen decreto prouincialium nixus arbitrabatur deſiſtendum ab accuſatione Vareni. *De mora*) quia intendebat cognoſcere à conuentu Bithynorum, an decreuiſſent vt Vareni accuſationem perſequerentur. *Explorare*) diligenter inquirere. *Prouinciæ*) Bithyniæ. *Multum tulit*) magnam commendationem eſt cõſecutus. *Quo nomine*) quo accuſante. nam iam Bithyni remiſerant accuſationem, & tamen Magius perſtabat illorum nomine. An magis, qua cauſa, [placet potius an omnino, ex antiquiſſimo exemplari.] *Placeat prouinciæ*) accuſare illum. *Agatque pœnitentiam*) & neque agat pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ, id eſt, neque reuocet illud decretum, quo pœnituit Varenum accuſaſſe.

C. Plinivs Fabato Svo S.

MIraris, quòd Hermes libertus meus hæreditarios agros, quos ego iuſſeram proſcribi, non expectata auctione pro meo quincunce ex ſeptingentis millibus Corelliæ addixerit: adÿcis poſſe eos nongentis millibus venire, ac tãto magis quæris, an quod geſſerit ratũ ſeruẽ. Ego verò ſeruo: quibus ex cauſis accipe. cupio enim & tibi probatũ & cohæredibus meis excuſatũ eſſe, quòd me ab illis

MIraris) Succenſẽti Fabato proſocero, quòd Hermes minori precio Corelliæ vendidiſſet agros hæreditarios, reſpondet Secundus id factum ex ſententia ſua, cùm pluribus cauſis illam diligit. *Hermes*) Hermetem longo carmine Martial extollit. alterius medici libro. x. meminit. *Proſcribi*) exponi venales. hinc proſcriptus ſeruus [M. Tul. de offi. Ille quod non placebat proſcripſit, tu quod placebat emiſti. Item ibidem, Claudius ædes, quas in Cælio monte habebat proſcripſit, inſulam vendidit: emit Publius Calphurnius Lanarius.] Aliquando etiam proſcribi eſt in exilium mitti: quia publicè in tabella ſcripti exponebantur. Apud Tacitum ſignificat proponi & prætendi, cùm narrat lib. xi fruſtrà Armenium proſcribi. At præſcribere interdum eſt iubere, vt Cæſar nõ ad alterius præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare conſueuerat: interdum prohibere. Quintilianus in declamationibus, Accuſator preſcribit, quòd bis de eadem re agere non liceat & præſcriptio ſecundum Iuriſconſultos, eſt quoddam ius ex tempore congruens, autoritate legum vim capiens, pœnã negligentibus inferẽs, & litibus finem imponens. differt autem præſcriptio & vſucapio: quoniam hæc eſt in rebus mobilibus & ſe mouentibus, illa verò in immobilibus & iuribus incorporalibus. lege plura de præſcriptione apud Fabium & Plutarchũ in problematibus. *Auctione*) in publico venditione, aucto gradatim ab emptoribus precio, cùm res proponitur plus offerenti. *Meo quincunce*) ſemiſſe minus vncia, quæ pars peruenit ad me. *Addixerit*) vendiderit. *Septingentis millibus*) nummũ. id eſt ſeptingẽtis ſeſtertiis. *Tãto magis*) quòd vili precio vẽdiderit. *Ratum ſeruem*) confirmẽ, pro rato habeam. Celſus. ff. xxj. titulo de exceptione

rei venditæ, Si quis, inquit, rem meam vendiderit minoris quàm ei mandaui, videtur alienata. *Probatum*) iri, laudari fa- ctum meum. *Secerno*) diuido, ſeparo, non ſimul cum illorum partibus mea vendiderim.

maiore officio iubente ſecerno. Corelliam cum ſumma reuerētia diligo: primùm vt ſororē Corellij Ruſi, cuius mihi memoria ſacroſancta eſt: deinde vt matri meæ familiariſſimā. Sūt mihi & cū marito eius Minutio Fuſco, optimo viro, vetera iura: fuerūt & cum filio maxima: adeo quidem, vt Prætore me ludis meis præſederit. Hæc cū proximè iſtic fui, indicauit mihi cupere ſe, aliquid circa Lariū noſtrū poſſidere: ego illi ex prædijs meis, quod vellet & quāti vellet obtuli, exceptis paternis maternisq́ue: his enim cedere ne Corelliæ quidē poſſū. Igitur cū obueniſſet mihi hæreditas in qua prædia iſta, ſcripſi ei venalia futura. has epiſtolas Hermes tulit, exigentiq́ue, vt ſtatim portionē meā ſibi addiceret, paruit. Vides quàm ratū habere debeā, quod libertus meus meis moribus geſſit? ſupereſt, vt cohæredes æquo animo ferāt ſeparatim me vēdidiſſe, quod mihi licuit omnino vēdere: nec verò cogūtur imitari meū exēplū. nō enim illis eadē cū Corellia iura ſunt. poſſunt ergo intueri vtilitatē ſuam, pro qua mihi fuit amicitia. Vale.

Maiore officio) iure amicitiæ quæ eſt mihi cū Corellia: maius enim amicitię vinculum quàm hæreditatis. *Sacroſancta*) venerabilis, tanquam res diuina & deo cōſecrata. vide in primo Corellij Ruſi obitū, & cum Secundo amicitiam. *Minutio Fuſco*) in vetuſto codice habetur Militio Fuſco [in aliquibus etiā Minutio Iuſto.] *Vetera iura*) antiqua vincula amicitiæ. *Filio*) Fuſci. *Ludis meis*) Circenſibus, quos prætor edidi: nam Iuuenalis docet Prætores dare ſolitos Circenſes. Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappę Idæū ſolenne colunt, ſimilisque triumpho Prædo caballorum prętor ſedet. Et Martialis in Proculeiam ſcribens [libro decimo,] Prætor, inquit, maritus tuus ergo erat, diſſidium cum eo feciſti eū purpura Megalenſis fuiſſet conſtatura centum millibus, & populare ſacrū bis millia dena tuliſſet. *Præſederit*) pręſens fuerit, & faciendos curauerit. *Hæc*) Corelia. *Iſtic*) Comi. *Lariū noſtrū*) lacum iuxta patriam noſtram Comū. *Maternis, paternisque*) quę in agro Comenſi tenuit. *Paternis*) relictis à patre naturali, vel adoptiuo, ſiue ab vtriſque. nam duos patres habuit Secūdus. *Coreliæ* quamuis mihi amiciſſimæ *Iſta*) erāt. *Ei*) Coreliæ. *Tulit*) ad Coreliā *Addiceret*) vēderet. *Meis moribus*) meo cōſenſu liberaliter. *Licuit*) ſine illis vēdere. *Exemplū meū*) vt & ipſi vendāt ſuā portionē Coreliæ. *Eadē iura*) paria amicitię quę mihi cū illa vincula ſunt. *Fuit amicitia*) æſtimaui amicitiā, quā vtilitati præpoſui.

C. Plinivs Minvtio Svo S.

Libellū formatū à me, ſicut exegeras, quo amicus tuus, immò noſter (quid enim nō cōmune nobis?) ſi res poſceret, vteretur, miſi tibi ideo tardius, ne tēpus emendandi eum, id eſt

Libellū) Annotauimus libellos ſignificare, quas nūc ſupplicationes vocāt. libellus inſuper pro accuſatione, ſiue defēſione ſcripta breuib᷑, & per capita rerū, apud Fabiū accipitur: hūc igitur à ſe formatū Minutio mittit, quo eius amicus vteretur, locatúrq; quod quædā ſuperinddidiſſet, & preſſa, & exilia ſe vereri

dicens ne tanquam tumidus notaretur, repoſcitque viaticum pro curſore miſſo. *Nobis*) veris amicis, quibus omnia ſunt communia.

diſperdendi haberes. habebis tamen an emendandi, neſcio, vtique diſperdēdi. (ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι) optima quæque ſi detraxeris. quod ſi feceris, boni conſulam. Poſtea enim illis ex aliqua occaſione, vt meis vtar. & beneficio faſtidij tui ipſe laudabor, vt in eo, quod adnotatum inuenies, & ſuprascripto aliter explicitum. Nam cùm ſuſpicarer futurum, vt tibi tumidius videretur, quod eſt ſonantius & elatius, non alienum exiſtimaui, ne te torqueres, addere ſtatim preſſius quiddam & exilius, vel potius humilius & peius, veſtro tamen iudicio rectius. Cur enim non vſquequaque tenuitatem veſtram inſequar & exagitem? Hæc vt inter iſtas occupationes aliquid aliquando rideres: Illud ſerio. vide, vt mihi viaticum reddas, quod impendi data opera, curſore dimiſſo. Næ tu, cùm hoc legeris, non parteis libelli, ſed totum libellum improbabis, negabiſque vllius precij eſſe cuius precium repoſceris. Vale.

Diſperdendi) deſtruendi & optima delendi. *Vtique diſperdendi*) ſanè tempus habes inuertendi illum: facilius enim corrumpuntur bona quàm expoliuntur. ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι) [vos enim corrupti affectatores. legitur etiam ὑμεῖς οἱ ζηλωταί. vos boni imitatores, [& belli illi æmuli] vt ironicè dictum ſit. Fuit in tertia lectione. ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ ἰσχνοί.] id eſt vos enim ſemper tenues. nam ἰσχνὸν eſt humile dicendi genus *Optima*) grandia, elata, tonantia. *Detraxeris*) ab alienis ſcriptis tanquam tumida, & nimium inflata. *Boni conſulam*) bonum iudicabo, ſecundum Fabium lib. i. qui eſt dicendi modus [rariſſimus, &] elegantiſſimus. [Ouid. lib. i. de Ponto, Munus tua grande voluntas Ad me peruenit, conſuluitque boni.] Columella in præfatione cultus hortorum, Quicquid, inquit, eſt iſtud quod lucubrauimus, ideo propriam laudem ſibi non vendicat, vt boni conſulat, ſi non ſit dedecori prius editis à me ſcriptorum monumentis. [Plin. in præfa. lib. xxxiij. boni conſuluit interim inueniſſe minium pariter. viij. c. de leonibus. ſic Macrobius. & in prima apologia Apuleius. Si boni conſulis me de iſto diſtortiſſimo vultu tuo dicere. ac in ſua metamorphoſi, Boni ergo & optimi conſules. & iam dixerat libro ſexto, optimi conſule. Virg. in priapeis, Conſule poma boni.] *Vt meis*) cùm tamen tua ſint, quia tibi donaui: ſed ſi nihil illis fueris vſus, opportunè illis optimis & grandioribus in aliquam rem noſtram vtar. *Beneficio faſtidij tui*) quæ tu, tanquam turgida faſtidiſti, cedent mihi beneficio. *Laudabor*) à doctioribus te. *Vt in eo*) ſenſus eſt, ſicut inuenies in eo quod arbitrabar annotatum iri à te veluti nimium elatum, aliud ſupra annotatum quod erat exile & preſſum. *Et explicitum aliter*) attenuata figura expreſſum. *Supraſcripto*) ex ſupraſcriptione noſtra. [Sunt quibus non placet iſta ſcriptura, vt in eo quod adnotandum annotatum quoque inuenies, & ſupraſcripto aliter explicitum: ſed legant, vt in eo quod adnotatum inuenies ex ſupraſcripto aliter explicetur, vt ſit ſenſus, quod ego obelo annotaui, tanquam non vobis placiturum quod videretur nimium tumidum per tenuem dicendi formam aliter ſuperſcribendo explicui. nam ea Tranquil. ſuperſcripta appellat. ita inquit in Nerone, Multa & deleta & inducta & ſuperſcripta inerant.] *Tumidius*) quod vitio datur. credo hunc Minutium fuiſſe, quem ſuppreſſo nomine. ix. ad Lupercum ſcribens damnat. Dixi inquit de quodam oratore ſeculi noſtri recto quidem & ſano, ſed parum grandi. *Sonantius*

& elatius) quàm tu ſoleas dicere: debet autem orator erigi, attolli, interdum etiam efferueſcere, efferri. nihil enim magis eloquentiam, quam ancipitia commendant. & plurimum refert reprehendenda annotes, an inſignia. multi aduertunt quod eminet & extat, ſed acri intentione iudicandum eſt immodicum ſit an grande, altum an enorme. *Torqueres*) te vexares optima tanquam inania notando. *Addere*) ſupraſcribere. *Humilius*) quod dicendi genus vituperandum: nam preſſius & ex.lius interdum laudatur. *Recteum*) melius exiſtimatum, ſed falſo. *Tenuitatem*) ſtilum attenuatum. [*Hac*) ſcripſi ridicula.] *Occupationes*) vrbanas: cùm enim Secundus ſcripſit aberat ab vrbe. *Vide*) ſcito, intellige. *Viaticum*) impenſam itineris. *Curſore dimiſſo*) tabellario ad te miſſo. Curſor eſt, qui pedibus celeriter literas defert. Alexandrum ſcribit Lampridius curſorem nunquam niſi ſeruum ſuum feciſſe. dicebat enim ingenuum currere, niſi in ſacro certamine non debere. & Paulus. ff. xxxxii curſores in familia recenſet. Ælius Verus ſuos curſores nominibus ventorum appellabat, & exemplo Cupidinum alas apponebat. Papyrio Curſori cognomen inditum à præcipua pedum pernicitate, & quòd victorem curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt. *Ne*) certè affirmantis eſt: & ideo cum diphthongo ſcribendum. *Partes*) elata membra & ſonantia. *Precium*) viaticum.

C. PLINIVS FEROCI SVO S.

EAdem epiſtola & ſtudere te & non ſtudere ſignificat. ænigmata loquor. ita planè donec diſtinctius quod ſentio enuntiem. negat enim te ſtudere: ſed eſt tam polita, quæ niſi à ſtudente non poteſt ſcribi: aut es tu ſuper omnes beatus, ſi talia per deſidiam & otium perficis. Vale.

EAdem) Habet hoc Secundi epiſtola, vt quo longior eo eruditior: quo breuior, eo argutior. tali nunc oſtendit Iulium Ferocem elegantiſſimam & politiſſimam epiſtolam ſcripſiſſe. *Ænigmata*) obſcuras quæſtiones. αἰνίσσομαι enim in parabolis & obſcurè loquor. veteres Rom. ænigmata ſcirpos appellauère. aliquando oratori conueniunt, ſed poetæ ſæpius. *Negas*) legimus etiam negat, vt reſpiciat, tua epiſtola.

C. PLINIVS CORELLIAE SVAE S.

TV quidem honeſtiſſimè quod tam impenſè & rogas & exigis vt accipi iubeam à te precium agrorum non ex ſeptingentis millibus, quanti illos à liberto meo, ſed ex nongentis, quanti à publicanis partem viceſimam emiſti. Inuicem ego & rogo & exigo vt non ſolùm quid te, verumetiam quid me deceat aſpicias, patiariſque me in hoc vno tibi eodē animo repugnare, quo in omnibus obſequi ſoleo. Vale.

TV) Remittit ducenta ſeſtertia Corelliæ volenti Secundo gradere pro quincunce hæreditatis nongenta, quanti vigeſimā partem eiuſdem emerat à publicanis. *Honeſtiſſimè*) facis. *Liberto*) Hermete. *A publicanis*) ab his qui vectigalia publica redimunt, & rem publicam tractant: nam ſiue quis verbi gratia frumen-

tum, & alias reip. res neceſſarias tranſportandas, ſiue decimas ac vigeſimas redemiſſet, ſiue teſtamenta, quæ reip. relinquebantur, ſiue quouis modo vectigalia & alios populi redditus exigendos certo precio conduxiſſet, is publicanus dicebatur. Caius de ſig. verb. qui vectigal populi Ro. conductum habet, publicanum appellamus: nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Ro reſpicit. Vlp. de publicanis. Publicani, inquit, ſunt qui publico fruuntur: nam inde nomen habent, ſiue fiſco vectigal pendant, vel etiam tributum conſequuntur & omnes qui aliquid à Fiſco conducunt, rectè appellantur publicani. *Paulus ibidem*) publicani dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta *Eodem*) amico.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S,

REquiris quid agam? quo noſti, diſtringor officio, amicis deſeruio, ſtudeo interdum, quod non interdum, ſed ſolum, ſempérque facere, non audeo dicere rectius, certè beatius erat: te alia omnia, quàm quæ velis agere, moleſtè ferrem, niſi ea quæ agis, eſſent honeſtiſſima. Nam & Reipublicæ ſuæ negocia curare, & diſceptare inter amicos, laude digniſſimum eſt. Priſci noſtri contubernium iucundum tibi futurum ſciebam, noueram ſimplicitatem eius, noueram comitatem: eundem eſſe, quod minus noram, gratiſſimum, experior, cùm tam iucunde officiorum noſtrorum meminiſſe eum ſcribas. Vale.

R*Equiris*) Exponit Saturnino poſtulanti quid ageret, monétque remp. curare, eſſe honeſtiſſimam rem, ac Priſcum gaudet eſſe officiorum memorem. *Diſtringor*) occupor, detineor. *Officio*) incertum quo. *Amicis deſeruio*) in agendis cauſis. *Rectius*) quia optima philoſophiæ pars eſt, agere negocium publicum, exercere iuſtitiam, amicis deſeruire, & tempora noſtra reip. impartiri. *Beatius*) iucundius. *Reipubl. ſuæ*) patriæ ſuæ: erat enim in municipio ſuo Saturnin. *Diſceptare*) decernere, iudicare. *Officiorum noſtrorum*) Beneficiorũ ſuſceptorum à nobis.

C. PLIN. FABATO PROSOCERO SVO S.

CAleſtrium Tyronem familiariſſimè diligo, & priuatis mihi & publicis neceſſitudinibus implicitum: ſimul militauimus, ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille me in Tribunatu liberorum iure præceſſit, ego illũ in prætura ſũ cõſecutus, cũ mihi Cæſar annũ

C*Aleſtriũ*) Cauſas explicat veteris amicitiæ cũ Tyrone Proconſule, vt proficiſcentem in prouinciam non vereatur Fabatus Comum reuocare ab itinere recto ſeruorum liberandorum cauſa. *Neceſſitudinibus implicitum*) vinculis amicitiæ connexum. *Militauimus*) Tribuni mil. fuimus in Syria. *Quæſtores Cæſaris candidati principis*) qui libris principalibus in Senatu legendis vacabant. *Tribunatu*) plebis, cuius in primo meminit. *Præceſſit liberorum iure*) nam qui ius trium natorum habebant in honoribus præcedebant carentes: vt. ff. de immunitatibus. An potius intelligamus Caleſtrium habuiſſe liberos poſtquam ſoboles ciuitati neceſſaria viſa

ria viſa eſt, ad prolem frequentandam præmiis atque inuitamentis opus fuit: rum antelati qui liberos haberent ſenioribus liberos non habentibus. Sic cap. vij. legis Iuliæ de maritandis ordinibus, priori ex Coſſ. faſces ſumendi poteſtas fuit. Pli. enim, vt ad Traianum aſſerit, ab Imperatore vt ipſe ius trium liberorũ adeptus eſt.] nullos enim legimus liberos Secundũ ſuſcepiſſe. *Conſecutus illum*) eodẽ anno fui prætor, quo Caleſtrius. per ordinem enumerauit dignitates: quo quæque prius daretur: à Tribunatu enim militum ad Quæſturã, à Quæſtura ad Tribunatum ple. à Tribunatu ad Præturam, inde ad Conſulatum. mox ad Proconſulatum certo quodam inſtituto procedebãt: ſed hic omiſit Conſulatum, in quo multò ante Caleſtrium præceſſerat.

remiſiſſet. ego in villas eius ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe conualuit. Hic nunc Proconſule prouinciam Bæticam per Ticinum eſt petiturus. Spero, immò confido, facilè me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumiſiſti. nihil eſt quòd verearis ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum circumire non erit longum mea cauſſa. Proinde nimiam iſtam verecundiam pone, téque quid velis, conſule. illi tam iucundum eſt quod ego, quàm mihi quod tu iubes. Vale.

Remiſiſſet) conceſſiſſet poſſe petere præturam ante annum legitimum. *Ticinum*) oppidum Inſubriæ à Leuis & Maricis conditum, non procul à Pado, diſtans à Placentia ſex & xxx. miliariis ſi Straboni credimus. ſimili vocabulo præterfluens amnis, quem Verbanus lacus exonerat, Padum ingreditur. A Plinio diſſentiens Eutropius conditum ſcribit ab Inſubribus Boiis. clara ſanè ciuitas multiplici fortuna, nunc mutato nomine Papia appellatur, vbi omniũ liberalium diſciplinarum celeberrimum gymnaſium. *Ad te*) Comum. *Vindicta liberare*) iuſſu eius in veram libertatem conſtituere: [nam vindicta liberari dicuntur ſerui à prætore, vel eo qui par prætori ius habebat à Vindice ſeruo ſeu Vindicio, qui Vitelliorum, & Aquiliorum coniurationem detexit, vt innuunt Liuius & Plutar.] ſerui à dominis ſæpe manumitti ſolent: adeo vt vel in tranſitu manumittantur: veluti cùm Prætor, aut præſes, aut proconſul in balineũ, vel in theatrum eat. inde Caius. ff. xl. de manumiſſionibus, Non eſt, inquit, omnino neceſſe pro Tribunali manumittere. itaque plerunque in tranſitu ſerui manumitti ſolent: cùm aut lauandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia prodeat prætor, aut proconſul legatúſve Cæſaris. Ibidem Pauli verba melius in rem noſtram faciunt. apud proconſulem poſtquam vrbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus, ſed & apud legatum eius manumittere poſſumus: vindicta ergo interuentu & autoritate proconſulis. non enim ſat erat ſeruum liberari à domino, niſi autoritas prætoris, vel præſidis, vel proconſulis interueniſſet. Inde ſequitur. *Quos proximè inter amicos manumiſiſti*) cuius manumittendi forma talis fuit, vt dominus caput ſerui, aut aliud membrum tenens diceret, Hunc hominem liberum eſſe volo, & ſic eum è manu emittebat. Hoc amplius addit Appianus, fuiſſe morem Romanis in liberandis ſeruis dextra apprehenſos ad ſe conuertere, nam manumiſſio eſt datio libertatis, & quamdiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, & manumiſſus liberatur à domini poteſtate. Lege plura de manumiſſione in inſtitutionibus titulo de libertinis: & lib, vii. Codicis de libertate Latina tollenda. *Illi*) Tyroni.

C. PLINIVS NONIO CELERI SVO S.

SVa cuique ratio recitandi: mihi, quod ſæpe iamdixi, vt ſiquid me fugit, vt certè fugit, admonear. Quo magis miror quòd ſcribis fuiſſe quoſdam qui reprehenderent quòd orationes omnino recitarem: niſi verò has ſolas non putant emendandas. A quibus libenter requiſierim, cur concedant (ſi concedūt tamen) hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei veritatíque componitur: cur tragœdiam, quæ non auditorium, ſed ſcenam & actores: cur lyrica, quæ non lectorem ſed chorū & lyram poſcunt. At horum recitatio vſu iam recepta eſt: num ergo culpandus eſt ille qui cæpit? quanquam orationes quoque &

SVa) De recitatione plura diſſerit, ac rationes exponit: quibus ſint orationes recitandæ, ſicut hiſtoriæ & carmina, & in tranſitu docet quomodo emendanda ſcripta: imprimis monet iudicio multorum credēdum: exemplo Pomponii Secundi, qui iudicio populi multum tribuit. *Sua*) ſuo modo: & pro arbitrio ſuo. *Mihi*) hæc eſt recitandi ratio. *Admonear*) ab auditoribus. *Emendandas*) quod conſequimur recitando. *Hiſtoriam debere recitari*) teſtatur Tranquil. hæc antea in vſu fuiſſe: nam tradit Auguſtum benignè & patienter audiſſe, non tantum carmina & hiſtoriam recitantes: ſed etiam orationes & dialogos. *Non oſtentationi*) non ad pompam & gratiam præſentium, ſed vt ſit κτῆμα μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἢ εἰς τὸ παρὸν ἀγώνισμα ſecundum Thucydidem. *Sed fidei veritatíque*) Lucianus in libello, cui titulus quomodo oporteat hiſtoriam ſcribi, Si aliquam inquit adulationem ſumat hiſtoria, quid aliud quàm pedeſtris quædam poeſis ſit? hiſtoriæ vnum officium & finis: vtile, quod ex vero ſolo colligitur. parum de pulchritudine curabit, dum modo abſolutam veritatem habeat. hiſtorici autem officium vnum, vt geſta ſunt dicere, neque enim hiſtoria debet tranſgredi veritatem. *Cur tragœdiam*) concedunt recitandam. *Scenam*) locum in theatro agendis fabulis excitatum: & ſicuti tria fabularum genera, ita totidem ſcenarum tragicum, comicum, ſatyricum. *Actorem*) hiſtrionem. *Lyrica*) carmina. *Chorum*) induci chorum in lyricis monſtrat Horatii ſeculare carmen, quod à pueris & puellis in Capitolio cantabatur. in choris iunctim omnes loquebantur, quaſi voce confuſa, & concentum in vnam perſonam reformantes, [lege Iulium Polluccem libro quarto quotnam chorum ingrederentur, & quæ eſſent eius partes.] Seneca decimotertio epiſtolarum, & eum Macrob. lib. 1. Saturn. ad verbum ſecutus, Non vides quàm multorum vocibus chorus conſtet, vnus tamen ex omnibus ſonus redditur: aliqua eſt illic acuta, aliqua grauis, aliqua media, accedunt viris fœminæ, interponuntur tibiæ, ſingulorum illic latent voces, omnium apparent, & fit concentus diſſonus. de choro dico quem veteres philoſophi nouerant, in comeſſationibus noſtris. plus cantorum eſt quàm in theatris olim ſpectatorum fuit. Columella decimotertio vbi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magiſtri conſenſit, diſſonum quoddam & tumultuoſum audientibus canere videtur: at vbi certis numeris ac pedibus velut facta conſpiratione conſenſit atque concinuit, ex eiuſdem vocum concordia non ſolùm ipſis canentibus amicum quoddam & dulce reſonat, verùm etiam ſpectantes audientéſque latiſſima voluptate permulcentur. *Horum*) hiſtoriæ, tragœdiæ, lyricorum. reſpondet obiiciendis. *Recepta*) comprobata. *Cæperit*) illā recitare.

noſtri quidem, & Græci lectitauerunt. Superuacuum tamen eſt recitare, quæ dixeris, etiam ſi eadem omnia ijſdem omnibus, ſi ſtatim recites: ſi verò multa inſeras, multa commutes: ſi quoſdam nouos, quoſdam eoſdem, ſed poſt tempus aſſumas, cur minus probabilis ſit cauſa recitandi quæ dixeris quàm edendi? Sed difficile eſt vt oratio dum recitatur, ſatiſfaciat. Iam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi: nec verò ego dum recito, laudari, ſed dum legor, cupio. Itaque nullum emendandi genus omitto: ac primũ quæ ſcripſi, mecũ ipſe pertracto: deinde duobus aut tribus lego, mox alijs trado annotanda, notáſque eorũ ſi dubito, cum vno rurſus aut altero penſito, nouiſſimè pluribus recito. Ac ſi quid mihi credis, tunc acerrimè emendo. Nam tanto diligentius, quanto ſolicitius intendo. Optimè autem reuerentia, pudor, metus indicant. Idque adeo ſic habe. Nónne ſi loquuturus es cum aliquo quamlibet docto, vno, tamen minus commoueris, quàm ſi cum multis vel indoctis? Nónne quum ſurgis ad agendum, tum maximè tibi ipſe diffidis? tum commutata, non dico plurima, ſed omnia cupis? Vtique, ſi latior ſcena, & corona diffuſior. Nam illos quoque ſordidos pullatóſque reueremur. Nónne ſi prima quæq; improbari putas, debilitaris & concidis?

Noſtri) Romani [ſcribit Suetonius Auguſtum audiuiſſe benignè & patienter non tantum carmina & hiſtorias recitantes, ſed orationes & dialogos.] *Lectitauerunt*) recitauerunt. *Dixeris*) apud iudices peroraueris verba ſũt aduerſariorum. *Etiam*) concedentis aduerbium. clarior lectio ſi reponatur eſt. *Eadem omnia*) quæ dixeras. *Iiſdem omnibus*) auditoribus. *Statim*) quia poſt tempus [aliquod] alia auditor cognoſcit. *Multa inſeras*) quod fit dum emendamus [alii legũt inſeras.] *Nouos*) auditores legitur etiam alios, ſcilicet quàm primò habueras. *Poſt tempus*) quo poterunt quæ probauerant improbare, mutata priori ſententia. *Quàm edendi*) tãquam diceret, ſi edẽdę orationes, ſunt etiã recitãdæ: nã recitando publicamus. *Satiſfaciat*) placeat auditoribus. *Hoc*) vt curam habeat placendi. *Non ad rationem*) ratio non obſtat quo minus recitentur. *Legor*) poſt omiſſum opus, & me abſente. *Emendandi*) emendatio eſt qua ſingula prout ipſa res poſtulat dirigimus æſtimantes vniuerſorum ſcriptorum ſententiam diuerſam, vel correctio errorum, qui per ſcripturam dictionémve fiunt, autore Diomede. *Pertracto*) repeto, & non ſolùm verba ſunt emendanda, ſed numeri & ſententiæ. *Annotanda*) emendanda. *Penſito*) diligẽter examino *Tunc*) cùm recito *Nam*) emendo. *Quanto ſolicitius intendo*) [cùm] quanta maiori ſolicitudine & cura ſum intentus in recitando reſpectu audiiorum reuerentiæ, quam in emendando per me, aut cum paucis. *Reuerentia, pudor, metus*) quæ omnia inſunt mihi recitanti propter auditorum frequentiam. *Indicant*) iudicium augent & acuunt. *Sic habe*) melius intellige ſequenti exemplo. *Quantumlibet*) maximè. *Commoueris*) timeres, perturbareris. *Agendum*) publicè cauſam dicturus. *Tunc*) cùm multi audiunt. *Omnia*) tua ſcripta tanquam deteriora. *Vtique*) præſertim cupis. *Scena latior*) ſpectantium ingens numerus. *Corona*) multitudo circumſtantium. *Sordidos*) agreſtes. *Pullatos*) atratos, imperitos, [lacernatos. Tranquillus in Auguſto, Ac viſa

quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans, En ait, Romanos rerum dominos gentémque togatam: negocium ædilibus dedit, ne quem poſthac de cætero paterentur in foro circóve, niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere.] Fabius vi. Imperitis ac ſæpe pullatæ turbæ relinquunt. Et ſecundo, Iam collidere manus, terræ pedem incutere, femur, pectus, frontem cædere. mirè ad pullatum circulum facit. *Concadis*) animo cadis, & deficis.

Opinor, quia in numero ipſo eſt quoddam magnum collatúmque conſilium, quibúſque ſingulis iudicij parum, omnibus plurimum. Itaque Pomponius Secundus, hic ſcriptor tragœdiarum, ſi quid fortè familiarior amicus, tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, Ad populum prouoco: atque ita ex populi vel ſilentio, vel aſſenſu, aut ſuam, aut amici ſententiam ſequebatur. Tantum ille populo dabat. Rectè, an ſecus, nihil ad me. Ego enim non populum aduocare, ſed certos, electóſque ſoleo, quos intuear, quibus credam; quos denique, & tanquam ſingulos obſeruem, & tãquam non ſingulos timeam. Nam quod M. Cicero de ſtilo, ego de metu ſentio. Timor eſt emendator acerrimus. Hoc ipsũ quod nos recitaturos cogitamus, emẽdat: quod auditoriũ ingredimur, emẽdat: quod pallemus, horreſcimus circumſpicimus, emendat. Proinde nõ pœnitet me conſuetudinis meæ, quam vtiliſſimam experior. Adeóque non deterreor ſermunculis iſtorum, vt vltrò te rogem, monſtres aliquid, quod his addã. Nihil enim curæ meæ ſatis eſt. Cogito quàm ſit magnum dare aliquid in manus hominum, nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis & ſæpe tractandum, quod placere, & ſemper, & omnibus cupias. Vale.

Opinor) ſic fieri puto. *Numero*) multitudine. *Omnibus plurimum*) reſpectu omnium eſt ſummum. nã ſi parua multa in vnum contuleris, ſurgent in maximum cumulum, & Ciceronis teſtimonio orator vulgi aſſenſu, & populari approbatione iudicari ſolet. itaque nunquam de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus cum populo diſſenſio fuit. id enim ipſum eſt ſummi oratoris ſummum oratorem populo videri. *Pomponius Secundus*) cuius vitam ſcripſiſſe Plinium ſeniorem ſuprà retulit. *Tollendum*) de tragœdiis ſuis delendum tanquam minus aptum. *Retinendum*) reſeruandum in ſcriptis, veluti opportunum. *Ad populum prouoco*) eligo populi iudicium. ſilentio populi amici ſententiãm retinebat, aſſenſu verò ſuã. *Populo dabat*) deferebat iudicio populi. quare Cicero de claris Oratoribus inquit, Tibicen Antigenidas diſcipulo dixit ſanè frigenti ad populum, mihi cane & muſis. ego Bruto dicenti apud multitudinem, mihi cane & populo. *In ſumma*) qui vulgi opinione diſertiſſimi habiti ſunt, eoſdem intelligentium quoque iudicio fuiſſe probatiſſimos crediderim. *Rectè*) faceret. *An ſecus*) malè tantùm iudicio populi tribuendo. *Nihil ad me*, nõ pertinet ad propoſitum noſtrum. *Certos*) doctos viros, qui nõ falluntur iudicio ſuo. *Tanquam ſingulos*) propter ſummam eruditionem & autoritatem vnumquemque reuerear. *Et tanquam non ſingulos*) tanquam cœtum clarorum virorum. *De ſtilo*) ſenſit. nam libro primo de Oratore, Stilus, inquit, eſt optimus & præſtantiſſimus dicendi effector atque magiſter. neque iniuria. nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipſam profectò aſſidua & diligens ſcriptura ſupe-

rabit. *De metu*) quod ſit emendator optimus. *Hoc ipſum*) Imaginatio, phãtaſia. *Circumſpicimus*) frequentiam auditorum, & quòd ex vultu, oculis, nutu, manu, murmure, ſilentio cognoſcimus quid quiſque ſentiat. *Illorum*) qui reprehendunt quòd omnino orationes recitarẽ. *Aliquid*) aliquod aliud emendandi genus. *Hæ*) à me prędictis. *Satis*) ad emendationem. *Dare in manum hominum*) publicare. *Non*) eſſe.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

DEliberas mecum quemadmodum pecunia, quam municipibus noſtris in epulum obtuliſti, poſt te quoque ſalua ſit. honeſta conſultatio, non expedita ſententia. Numeres reipublicæ ſummã, verendum eſt ne dilabatur. Des agros, vt publici negligantur. Equidem nihil

D*Eliberas*) Epulũ perpetuum Comenſibus promiſerat Caninius: ſed verebatur, ne ſi ſummam numeraſſet reip. procedente tẽpore [diſperderetur &] ad ſacerdotes tranſiret] quare exemplo ſuo monet Secundus, vt ſe imitetur in eo munere, quod patriæ donauerat pro alendis ingenuis. *Municipibus*) Nouocomenſibus. colligitur enim ex libro primo Caninium fuiſſe Comenſem: vbi ad eundem ſcribens inquit, Quid Comum, tuæ meæque delitiæ. *Epulum*) publicum cibum [huius Plinianæ liberalitatis mentio extat Mediolani in marmoreo lapide.] *Poſt te*) poſt obitum tuum, [vel poſtquam eam reip. noſtræ donaueris. placet prior ſententia.] *Salua ſit*) integra ſit: reſeruetur ad hoc, neque transferatur ad alia. *Non expedita*) nõ in promptu, obſcura, difficilis. *Numeres*) ſi numeres. *Summam*) ex qua quotannis fiat epulum. *Dilabatur*) tranſeat, diffugiat, ſi quia legatam municipio pecuniam in aliam rem quàm defunctus voluit, conuertere, citra principis autoritatem non licet, autore Iuriſconſulto: fit tamen interdum vt ad alia tranſeat procedente tempore, cùm non ſit qui illam tueatur. *Ad ſacros*) ad ſacerdotes: qui ideo ſacri dicti, quòd ſacra & res deorum curent. Virg. Cererique ſacrum Polybœtem, id eſt ſacerdotem Cereris. Prudentius, O Chriſti Valeriane ſacer. Nam quicquid deſtinatum eſt diis, ſacrum vocatur: vt Plautus ſacros porcos ad ſacrificium idoneos [Pli. ſacros planos piſces appellatos, quòd nũquam ſint vbi maleficæ beſtiæ:] & ſacerdotes à ſacris dictos, quòd rebus diuinis præeſſent Varro tradidit. Fuit igitur epulum illud ad res diuinas conſtitutum, quibus die ſolenni populus epularetur: erat ideo verendum ne poſt mortem Caninii traduceretur ad ſacerdotes. [Hi & agros ſecundum Siculum Flaccum habuere, cùm, inquit, colligere ſacerdotum, item quos virgines habent agros & territoria quædam etiam determinata, & quædam aliquibus ſacris dedicata ſunt. an ad ſacros, id eſt mortuos, id quod ex Pli ſeniore & Plut. colligitur.] Neque obſtat quod Seruius ſcribit, epulas hominum eſſe, quod & nos fatemur, modò cõcedatur eas etiam inter ſolennia ſacrorũ dari. & alioquin Apuleius ix. refert dominum ædium ſacrificales epulas cum ſacerdotibus deæ cœnitaſſe. Varro. iij. rei ruſticæ, Quotus quiſque eſt annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia non epulari? Sacri item & Sacrani populi ſunt. In codice non admodum recenti ſcriptum adnotaui de ſacro, id eſt de ærario. [habet ſecunda lectio, Des agros, vt publici negligentur, quæ verba cum ſequentibus, non inconcinnè congruunt.] *Vt publicè negligantur*) timendum eſt ne reſp. non curet id [epulum,] vt ſolet fieri in oppidis, vbi publica negliguntur, & hinc inde occupantur. [clarior tamen lectio. des agros, id eſt ſi reip agros aſſignaueris, timendum eſt ne negligantur, & inculti iaceant, immò à vicinis occupentur tanquam publici. nam publica ciuitatum bona ſolent negligi & diſperdi.]

cõmodius nihil inuenio quã quod ipſe feci. Nã pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiſeram, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipaui: eundem vectigali impoſito recepi.ccc. millia annua daturus. Per hoc enim & Reipublicæ ſors in tuto, nec reditus incertus, & ager ipſe propter id quod vectigali largè ſupercurrit, ſemper dominum à quo exerceatur inueniet. Nec ignoro me plus aliquanto, quàm donaſſe videor, erogauiſſe, cùm pulcherrimi agri precium neceſſitas vectigalis infregerit. Sed oportet priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre: multóque diligentius muneri ſuo conſulere, quàm facultatibus. Vale.

Commodius) tutius, vt ſors & redditus diu duret. *Quingentis millibus nummum*) quingentis ſeſtertiis. hæc erat ſors, ex qua triginta ſingulis annis, vt mox explicabit, pro alimentis ingenuorum redimebantur. *In alimenta ingenuorum*) vt pueri liberi, ſed egeni alerentur: quod lib. i copioſè tractauit. Ingenui autem ſunt qui libera matre nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Iuſtinianus latius explicat, Ingenuus inquit, eſt, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus, ſiue ex libertinis duobus, ſiue altero libertino, & altero ingenuo. ſed & ſiquis ex matre naſcitur libera, patre verò ſeruo ingenuus nihilominus naſcitur: quemadmodum, qui ex matre libera, & incerto patre natus eſt, quoniam vulgo conceptus eſt. *Longè pluris*) maiori precio quingẽtis millibus. erat enim mille centum ſeſtertiis. *Actori*) curatori qui reip bona curat, & rationes redditũum impenſarúmque facit. Eius fit mentio. ff.l. titulo de adminiſtratione reip. *Mancipaui*) [vendidi,] diſtraxi, alienaui, [facta imaginaria venditione reip. noſtræ] nullo tamen ab illo precio recepto. *Recepi*) reſumpſi apud me ab actore publico. *Eundem*) agrum. *Vectigali impoſito*) vt tenerer quotannis tricena millia reip. numerare. Vectigales agri vocantur, qui in perpetuum locantur hac lege, vt quamdiu pro iis vectigal pendatur, tamdiu neque ipſis qui conduxerint, neque iis qui in locum eorum ſucceſſerint auferri eos liceat. Et alibi idem Iuriſconſultus Paulus, Agri publici, qui in perpetuum locantur à curatore reip. ſine autoritate principali reuocari non poſſunt. habet autem horum vectigalium agrorum poſſeſſor aliquod ius in eis. vnde Vlp. xxx. de legatis, Fundus inquit, municipum vectigalis ipſis municipibus legatus, valere legatum ſcribit Iulianus, quia aliquod ius in eo is qui legauit habet. *Per hoc*) hac ratione & via. *Sors*) quingenta millia nummũm erant in tuto, neque enim poterant interire. *Incertus*) fallax. *Vectigali*) triginta ſeſtertiis. *Largè ſupercurrit*) longè in reditu excellit. xxx. ſeſtertia, nam maiores fructus inde colligebantur. *Dominum*) ſentit Paulus qui maximos fructus ex redemptione vectigalium conſequuntur: ſi tanti poſtea locari non poſſint, ea prioribus penſionibus ſuſcipere compelli. *Exerceatur*) excolatur. [*Nec ignora me plus*) legitur etiam, nec ignoro melius aliquanto, quàm donauiſſe, videor cauiſſe.] *Aliquando plus*) nam reſpectu redditus nihil amplius donauerat: quia quod reliquum erat ipſius dominium erat, ſed hoc aliquanto plus donauerat. ſi enim dominus agrum voluiſſet alicui vendere, minoris vendidiſſet reditus ſuos qui ſupercurrebant vectigali, quia totus ager erat obligatus reip. [Alia ſcriptura ſatis probata, nec ignoro melius aliquanto quàm donaſſe videor cauiſſe. ſcio inquit diligentius prouidiſſe ne ager meus negligeretur, quàm vt donum videretur tanti-quanti eſt.] *Infregerit*) minuerit. *Neceſſitas vectigalis*) neceſſitas pendendi reip. perpetuò xxx. millia nummum. *Æternas vtilitates*) perpetuam memoriam huius libe-

ralitatis, cuius veſtigium adhuc ex-
tare audio. *Muneri ſuo*) vt perpetuò
duret. *Facultatibus*) præſenti vti-
litati.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

ANgit me Fanniæ valetudo. Contraxit hanc dum adſidet Iuniæ Virgini ſponte primùm: eſt enim affinis: deinde etiam ex autoritate pontificum. Nam virgines, cùm vi morbi atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarum curæ cuſtodiæque mandantur: quo munere Fannia dum ſedulò fungitur, hoc diſcrimine implicita eſt. Inſident febres, tuſcis increſcit, ſumma macies, ſumma defectio, animus tantum & ſpiritus viget, Heluidio marito, Thraſea patre digniſſimus. Reliqua labuntur, neque non metu tantùm, verumetiam dolore conficiunt. Doleo enim maximam fœminam eripi oculis ciuitatis, neſcio an aliquid ſimile viſuris. Quæ caſtitas illi: quæ ſanctitas: quanta grauitas? quanta conſtantia? Bis maritum ſequuta in exilium eſt, tertiò ipſa propter maritum relegata. Nam cùm Senecio reus eſſet, quòd de vita Heluidij libros compoſuiſſet, rogatúmque ſe à Fannia in defenſione dixiſſet, quærente minaciter? Mettio Caro an rogaſſet: reſpondit, rogaui: an commentarios ſcripturo dediſſet, dedi? an ſciente matre, neſciente. Poſtremò nullam vocem

ANgit) Fanniæ valetudinē honeſtiſſima cauſa contractam apud Priſcum dolenter fert: ubique multa de illius ſanctitate, grauitate, conſtantia enumerat, quantáque cum eius matre fuerit ſibi amicitia, ſanctiſſimis verbis proſequitur, & filiæ longiorem vitam precatur. *Fannia*) quæ fuit Heluidij vxor & Thraſeæ filia. *Aſſidet*) officii cauſa aſtat. *Virginis*) Veſtali. *Affinis*) eius Iuniæ, nec mirum ſi ſponte aſſedit. *Autoritate*) iuſſu. *Pontificum*) qui curabant Veſtales, vnde Gellius lib. primo, Virgo Veſtalis ſimul eſt capta, & in atrium Veſtæ deducta, & pontificibus tradita eſt. *Ex atrio Veſtæ*) ex domo Veſtalium templo Veſtæ coniuncta inter Capitolium & Palatium. *Diſcrimine*) valetudine. *Inſident*) continuant latenter. *Orexis*) nauſea, vomitus. Iuuenalis, Rabidam facturus orexim. ſed is ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur ſumpſiſſe potuit pro appetentia, vt Satyra. xi. Hinc ſurgit orexis, hinc ſtomacho bilis. Lampridius in Heliogaballo, orexim conuiuio hanc eſſe aſſerente. nam ὀρέγομαι à quo orexis, non modò appeto, ſed excito plerunque ſignificat. [In multis tamen exemplaribus Plinianis non legitur orexis.] *Digniſſimus*) ſimillimus & per id maximus. *Heluidio marito*) Fannia maritum habuit Heluidium Priſcum, & patrem Pætum Thraſeam. *Reliqua*) corporis vires, & habitudo. *Labuntur*) abſumuntur. *Oculis ciuitatis*) à conſpectu Romanorum, quibus erat exemplum virtutis. *Simile*) tam laudabile. *Bis*) primò ſub Nerone, ſecundò ſub Veſpaſiano. *Senecio reus*) nos inquit Tacitus de cauſis corruptæ eloquentiæ, innocenti ſanguine Senecio perfudit. accuſatus enim fuit à Caio delatore ſub Domitiano, quòd vitam Heluidii

Priſci conſcripſiſſet, mox reus quòd nullum magiſtratum poſt Quæſturam petiuiſſet damnatus eſt, referente D one. *Dixiſſet*) Senecio. *Rogatum*) vt vitam mariti ſcriberet. *In defenſione ſua*) vt per id ſe defenderet. *Metto Caro*) delatore notiſſimo ſub Domitiano. *Quærente*) interrogante Fanniam. *Reſpondit*) Fannia. *Commentarios*) indices rerum à marito ſuo geſtarum. *Scripturo*) Senecioni. *Matre*) Arria: quæ tunc viuebat. *Neſciente*) reſpondit Fannia ſe id feciſſe inſcia matre.

cedentem periculo emiſit, quinetiam illos ipſos libros, quanquam ex neceſſitate, & metu temporum abolitos, Senatuſconſulto publicatis bonis, ſeruauit, habuit, tulitque in exilium exilij cauſſam. Eadem quàm iucunda, quàm comis, quàm denique (quod paucis datum eſt) non minus amabilis, quàm veneranda: nec erit quam poſtea vxoribus noſtris oſtentare poſſimus: à qua viri quoque fortitudinis exempla ſumamus: quam ſic cernentes audientéſque miremur, vt illas quæ leguntur: ac mihi domus ipſa nutare, conuulſáque ſedibus ſuis ruitura ſuprà videtur, licet adhuc poſteros habeat. quantis enim virtutibus, quantíſque factis aſſequētur, vt hæc non nouiſſima occiderit: Me quidem illud etiam adfligit & torquet, quòd matrem eius, illam (nihil poſſum illuſtrius dicere) tantæ fœminæ matrem rurſus videor amittere, quàm hæc, vt reddit ac refert nobis: ſic auferet ſecum, méque & nouo pariter, & reſciſſo vulnere adficiet. Vtranque colui, vtranque dilexi: vtram magis, neſcio, nec diſcerni volebant. Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis. Ego ſolatium relegatarum, ego vltor reuerſarum. non feci tamen paria, atque eo magis hanc cupio ſeruari, vt mihi ſoluendi tempora ſuperſint. In his eram curis, cùm ſcriberem ad te, quas ſi deus aliquis in gaudium verterit, de metu non querar. Vale.

Cedentem periculo) per quam videretur velle imminens periculum vitare. *Libros*) editos à Senecione de vita mariti. *Abolitos*) ſublatos. dato triumuiris miniſterio vt monumenta clariſſimorum virorùm in foro comburerentur. nam fuit Domitianus, quamuis in principatus initio poeticæ ſtudioſus videretur, [poſtea] ſtudiis inimicus, primùm philoſophis vrbe ſubmotis, & Hermogene propter quaſdam in hiſtoria figuras occiſo: librariis etiam qui eam deſcripſerant crucifixis. *Publicatis*) redactis in ærarium. *Exilij cauſſam*) Heluidij vitam editam à Senecione. *Eadem*) Fannia. *Comis*) faceta. *Quod paucis datum eſt*) vt poſſint ſimul amari & venerari. *Nec erit*) nulla mulier poſtea in vrbe inuenietur. *Sic*) quemadmodum Fanniam. *Leguntur*) monumentis literarũ celebrantur. *Domus*) Heluidij liberi. *Nutare*) minari ruinam.. *Poſteros*) ſiue hæc epiſtola ſcripta fuerit ante illam ex libro quarto, vbi meminit duas Heluidij filias interiiſſe, & intelligamus tres liberos duas fœminas & marem, ſiue tantùm marem nomine Velium Heluidium, cui Fannia nouerca fuit. *Quantis enim virtutibus*) Senſus eſt, Licèt in familia Heluidii adhuc ſuperſint poſteri: tamen neceſſe eſt vt hi ſummis virtutibus nitantur, ne iſta videatur fuiſſe extrema in ſua domo. *Nouiſſima*) quæ ſola ob virtutes poſt maritum & maiores nominetur. nam verè dici poſſunt ſuæ domus nouiſſimi, qui virtute

tute præditi nullos ſibi ſuorum ſimiles reliquerunt. *Illam*) Arriam admirandam. *Illuſtrem*) magis famoſum & celebratum. *Fœminæ*) Fanniæ. *Rurſus*) quia cùm hæc Secundus ſcriberet ex humanis exceſſerat Arria. *Hæc*) Fannia. *Vt reddit*) ſicut in omnibus virtutibus matrem repræſentat. *Auferet*) iterum tollet à nobis. *Nouo vulnere*) morte Fanniæ, & per eam matris interitus recordatione. *Reſciſſo*) renouato dolore Arriæ. *Diſcerni*) cognoſci. quia pari charitate certabant. *In aduerſis*) nam relegatarum ſolatium fuit, & reuerſarum vltor: cùm Publicium Certum Heluidii accuſatorem reum peregit. *Non feci tamen paria*) non reddidi illis paria beneficia quæ mihi contulerunt. [id eſt quæ merebantur] modus dicendi elegans & circumciſus. Idem in Panegyrico, Solus ergo adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti. Nazarius, Ambo benigni ratiocinatores officiorum paria feciſtis, Scæuola de ſtatu liberis quærit quid ſit paria facere: & poſt multa, paria facere interpretatur reddere iuſtas rationes, & totum debitum ſoluere. Calliſtratus de iure immunitatis, accipit paria fiſco feciſſe, pro ſatisfeciſſe & ſatiſdediſſe. *Seruari*) diutius viuere.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Librum tuum legi, & quamdiligentiſſimè potui, adnotaui quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. Nam & ego verum dicere aſſueui, & tu libenter audire. neque enim vlli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Nunc à te librum meum cum annotationibus ſuis expecto. O iucundas, ô pulchras vices, quàm me delectat. Quòd ſi qua poſteris cura noſtri, vſquequaque narrabitur, qua cõcordia, ſimplicitate, fide vixerimus. Erit rarũ & inſigne, duos homines ætate, dignitate propemodũ æquales, nõnullius in literis nominis, (Cogor enim de te quoque parcius dicere, quia de me ſimul dico) alterũ alterius ſtudia fouiſſe. Equidẽ adoleſcentulus cũ iam tu fama, gloriáque floreres, te ſequi, tibi longo ſed proximus interuallo, & eſſe, & haberi cõcupiſcebã. Et erãt multa clariſſima ingenia, ſed tu mihi (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maximè imitabilis, maximè imitãdus videbaris. Quo magis gaudeo, ꝙ ſi qs de ſtudijs ſermo,

Librum) Quáuis ſæpius alibi teſtentur epiſtolæ Secundi quanta coniunctus Tacito fuerit amicitia, nulla tamen magis vtriuſque familiaritatem & coniunctionem, quàm iſta recludit, vt & ſtudia & famam communem habuiſſe cognoſcatur, ſéque totum ab ineunte ætate ad imitandum Tacitum dederit. *Commutanda*) aliter dicenda. *Eximenda*) penitus tollenda. *Annotationibus*) emendationibus. *Librum*) quem pariter Tacito miſerat emendandum. *Quàm me delectat*) iſta emẽdãdi viciſſitudo. *Vſquequaque*) sẽper. *Inſigne*) præclarum. *Aetate propemodum*) nam Secundus iunior erat. *Nominis*) famæ. *Parcius*) quia dixerat non nullius, & non magni nominis, vt debuiſſet de Tacito loqui: ſed cùm ſe quoque complexus eſſet, arrogantiæ vitandæ gratia vtriuſque facultatem minuit. [*Tua fama*) Aliter, tu fama gloriáque florens.] *Fouiſſe*) excoluiſſe, emendaſſe. *Tibi longo*) gaudet Secundus ſuis epiſtolis inſerere Virgiliana carmina. Hic enim libro. v.

inquit, Primus abit, longéque ante omnia corpora Niſus Emicat, hinc longo, ſed proximus interuallo Inſequitur Salius. Proximus igitur Tacito Secundus erat in eloquentia, ſed longo interuallo. Talis fuit Alcinoi ſententia de eo poeta, qui futurus erat Virgilio proximus. Inquit enim, Longè erit à primo quiſque ſecundus erit. *Proximus*) propter imitationem tui, non quòd tunc non eſſent clariores me. *Similitudo naturæ*) quæ multum facit ad conciliandam amicitiam: nam autore Columella, ſimilia ſimilibus faciliora fecit natura: bonum bono aptiſſimũ, & malũ malo, [& Græcũ ad hoc prouerbiũ ὅμοια χαίρειν τοῖς ὁμοίοις πέφυκε. ſimilia gaudere ſimilibus natura fecit.] Hinc Aruns Tarquinius & Tullia minor ingenio truci breui conuenere. *Imitabilis*) facilis ad imitandũ *(imitãdus)* imitari dignus *Si quis de ſtudijs ſermo*) ſi quis loquitur, qui in vrbe ſint eloquẽtiſſimi, & ſtudiorũ amãtiſſimi.

Vnà nominamur, quòd de te loquẽtibus ſtatim occurro: nec deſunt qui vtrique noſtrûm præferantur. Sed nihil intereſt mea, quo loco iungimur. Nã hoc ego primus, quia tu proximus, & ego proximus, quia tu prim⁹: quinetiã in teſtamentis debes adnotaſſe, niſi quis fortè alterutri noſtrûm amiciſſimus, eadem legata & quidem pariter accipimus, quæ omnia huc ſpectant, vt inuicem ardentius diligamus, cùm tot vinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema denique hominum iudicia conſtringant. Vale.

Vnà nominamur) libro ix. hunc locum declarat. Narrabat, inquit, mihi Cor. Tacitus ſediſſe Circenſibus proximum Equiti Ro. hunc poſt varios eruditóſque ſermones requiſiſſe, Italicus es? an prouincialis? ſe reſpondiſſe, noſti me, & quidẽ ex ſtudiis. ad hoc illum, Tacitus es, an Plinius? [*Et ego de te*) Alii legunt, quòd de te loquentibus, ſtatim occurro.] *Nec deſunt*) ſunt in vrbe noſtra. *Præferantur*) præponantur nobis tanquam doctores. [*Hoc iungimur*) vna nominamur, quo autem loco non refert.] *Hoc primus*) ſi doctior tè ab aliquibus credor, tunc me omnium, qui ſunt in vrbe doctiſſimum credo, quia te ſecundum [faciunt: ſi verò te primum alii putant, tunc ſecundum] doctum me exiſtimo, quia tua veſtigia penitus ſequor. tanti facit Taciti doctrinam, latenter tamen innuit ſe fuiſſe doctiſſimos, qui tunc erant Romanorum. [Quædam, exemplaria breuius legunt hoc pacto, nam mihi primus, qui à te proximus, quinetiam] *Teſtamentis*) [ſubſcribendis & ſignandis, quibus tibi primum, mihi ſecundum locum concedunt: an in legatis, quibus primi nominamur, &] quibus eadem legata, & pariter ac ex æquo accipimus, niſi aliquis eſt alterutri noſtrum amiciſſimus, & ideo amiciori maiora legata ſcribit. *Amiciſſimus*) qui alterum alteri pro amicitia præponat. *Spectãt*) tẽdũt, cõueniũt. *Suprema iudicia*) teſtamẽta, vltimæ volũtates.]

C. Plinivs Cornvto Svo S.

PAreo collega clariſſime, & infirmitati oculorum, vt iubes, conſulo. Nam & huc tecto vehiculo vndique incluſus, quaſi in cubiculo perueni, & non ſtylo modò, verùm etiam lectionibus difficulter,

Pareo) Cornuto monenti vt infirmitati oculorum conſuleret, ordinem vitæ ſuæ enumerat, & pro gallinis miſſis cum amico iocatur. *Collega*) vel in præfectura ærarij, vel in Conſulatu: nam vtrunque magiſtratum ſimul geſſere. *Huc*) in Thuſcos. [ſunt qui legant

ſed abſtineo, ſoliſque auribus ſtudeo, cubicula obductis velis opaca, nec tamen obſcura facio. Cryptoporticus quoque adopertis inferioribus feneſtris, tantum vmbræ, quantum luminis habent. ſic paulatim lucem ferre condiſco. Balineum aſſumo, quia prodeſt: vinum, quia non nocet, parciſſimè tamen. Ita aſſueui, & nunc cuſtos adeſt. Gallinam, vt à te miſſam libenter accepi, quam ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguiſſimam vidi. Vale.

tunc, cùm diſceſſi ab vrbe.] *Tecto vehiculo incluſus*) circuncluſo recubans vehiculo, ac ſi eſſem in cubiculo. *Stylo*) compoſitione, ſcriptura. *Sed abſtineo*) ſed tamen abſtineo quamuis difficulter. *Auribus*) alio legente. *Opaca*) aliquantulum inumbrata, ſuboſcura. Celſus pręcipit in lippitudinis curatione primo die loco obſcuro cubare, & à ſermone abſtinere. *Cryptoporticus*) latentes porticus in quibus verſor. *Inferioribus*) inferiori parte. *Tantum vmbræ*) à dimidio inferiori. *Luminis*) à dimidio ſuperiori, vbi feneſtrarũ pars fuit adaperta. *Balineum*) curatur lippitudo ſecundum Celſum balineo, vino, quiete, abſtinentia. *Cuſtos*) qui prohibet ne ſupra modum bibam. *Te*) amiciſſimo. *Acribus*) intentis acutis. *Lippis*) cæcutientibus, ab oculis lacryma diſtillante.

C. PLINIVS FALCONI SVO S.

Minus miraberis, me tam inſtanter petiſſe, vt in amicum meum conferres Tribunatum, cùm ſcieris, quis ille, qualiſque. Poſſum autem iam tibi & nomen indicare, & deſcribere ipſum, poſtquam polliceris. Eſt Cornelius Minutianus, ornamentum regionis meæ, ſeu dignitate ſeu moribus: natus ſplendidè. abundat facultatibus, amat ſtudia, vt ſolent pauperes. Idem rectiſſimus iudex, fortiſſimus aduocatus, fideliſſimus amicus. Accepiſſe te beneficium credes, quum propius inſpexeris hominem omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil volo elatius de modeſtiſſimo viro dicere) parem. Vale.

Minus) Indicat Falconi Munitianō, pro quo impetrauerat tribunatum, eſſe virum dignitate, natalibus, facultatibus, & ſtudiis ſummum. *Petiſſe*) fortaſſe coràm: nam non extant vllæ literæ, quibus hunc petierit. *Regionis meæ*) tranſpadanæ: erat enim Cor Minutianus Acilianus Brixienſis. *Amat ſtudia*) ſtudioſus eſt. *Vt ſolent pauperes*) qui vrgente rerum inopia ſtudent ardentiſſimè, nec vllis voluptatum illecebris emolliuntur, ſed per ardua quæque prorumpunt. ad hoc extat Græcum illud elogium, ἡ πενία σοφίαν ἔλαχε, id eſt paupertas ſapientiam ſortita eſt. quandoquidem pauperes multis artibus ſtudent. & ſecundum Senecam, immò quotidianam experientiam, hominem experiri multa paupertas docet. Iuuen. Saty. viij. inquit, Pauperes ad ſtudia perſpicaciores. tamen ima plebe quiritem Facundum inuenies: ſolet hic defendere cauſas Nobilis indocti, veniet de plebe togata Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluat. *Credes*) transferendo in eum Tribunatum. *Propius*) melius, familiarius. *Titulis*) laudibus. *Elatius*) glorioſius, magnificentius.

C. PLIN. FABATO PROSOCERO SVO S.

Audeo) Monet Fabatũ vt domi præſtoletur Tyronis aduentum, neque in itinere ei occurrat. *Tyroni*) Caleſtrio Tyronij Proconſuli proficiſcenti in Hiſpaniã. *Perſeueres*) conſerues hãc tuam fortitudinem quiete. *Ætatis*) admodum ſenilis. *Domum*) tuam priuatam. *Ab eo*) à te. *Officium*) occurrendi obuiam in itinere. *Remiſiſſes*) condonaſſet, noluiſſet.

GAudeo quidem eſſe te tam fortem, vt Mediolani occurrere Tyroni poſſis. Sed vt perſeueres eſſe tam fortis rogo, ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris iniungas. Quinimmò denuncio, vt illum & domi, & intra domum, atque etiam intra cubiculi limen expectes. Etenim quum à me vt frater diligatur, non debet ab eo, quem ego parentis loco obſeruo, exigere officium, quod parenti ſuo remiſiſſet. Vale.

C. PLINIVS GEMINIO SVO S.

Vmidia Quadratilla) Quadratillum nepotem modeſtiſſimum tanta reuerentia educauit [Commidia] vt quoties vellet ſpectare pátomimos, ſiue ludere calculis, iuberet illum abire: quod poſt mortem ſuiæ qúum reſciſſet Secundus, cum magna admiratione, & gaudio rem totam Geminio per epiſtolam expoſuit. *Commidia*) frequentior lectio habet Numidia. *Viridis*) robuſtá, fortis. *Compacto*) neruoſo. *Honeſtiſſimo teſtamẽto*) cõdito ſuo teſtamento cum prudentia, vnde maximum retulit honorem. *Beſſe*) duabus tertiis. *Tertia parte*) aſſis, id eſt ex triente: nam beſſe & triente vniuerſa hæreditas exhauritur. [*Paruam*) non diſplicet parum.] *Nec amandum*) nepos Quadratillæ, nec tantùm eſt amandus inter propinquos quos attingit ſanguine, ſed ab aliis etiam. *Propinquos quos attingit ſanguine*) nam ſunt & aliarum rerum propinqui, vt ædium, vt agrorum. *Malignorum*) maledicorum, quia lis eſt cum forma magna pudicitiæ. *Maritus*) ducens vxorem. *Si deus annuiſſet*) nam vxor eius fecit abortum. *Auia*) Quadratillæ. *Delicatè*) in victu & veſtitu. *Seueriſſimè*) in morum cura.

NVmidia Quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit, vſque ad nouiſſimam valetudinem viridis, atque etiam vltra matronolem modum compacto corpore, & robuſto, deceſſit honeſtiſſimo teſtamento. Reliquit hæredes, ex beſſe nepotem, ex tertia parte neptem. Neptem parum noui: nepotem familiariſſimè diligo, adoleſcentem ſingularem, nec ijs tantùm, quos ſanguine attingit inter propinquos amãdũ: ac primùm conſpicuus forma, omneis ſermones malignorũ & puer & iuuenis euaſit: intra quartũ & viceſimũ annũ marit⁹, & ſi deus annuiſſet, pater vixit in cõtubernio auiæ delicatè, ſeueriſſimè, & tamen

obſequentiſsimè. Habebat illa pantomimos, fouebatque effuſius, quàm principi fœminæ conueniret. Hos Quadratus non in theatro, non domi ſpectabat, nec illa exigebat. Audij ipſam cùm mihi commendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe vt fœminam in illo ocio ſexus laxare animum luſu calculorum, ſolere ſpectare pantomimos ſuos: ſed cum facturа eſſet alterutrū, ſemper ſe nepoti ſuo præcepiſſe abiret, ſtuderétque: quod mihi non amore eius magis facere, quàm reuerentia videbatur. Miraberis, & ego miratus ſum. Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſsione pantomimis, cum ſimul theatro ego, & Quadratus egrederemur, ait mihi, Scis me hodie primùm vidiſſe ſaltantem auiæ meæ libertum. Hoc nepos. At Hercule alieniſſimi homines in honorem Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorem per adulationis officium) in theatrum

Obſequentiſsimè) libentiſſimè. *Illa*) Quadratilla. *Pantomimos*) omnium geſticulatores. *Fouebat effuſius*) ſupra modum horum geſticulationes amplectebatur. *Principi fœminæ*) inter primas vrbis fœminas dignitate, diuitiis, autoritate. *Quadratillæ*) nepos Quadratillę. *Exigebat*) permittebat vt ſpectaret. *Ocio ſenij*) in illa ætate confecta, qua ſenibus ocium competit. *Vt fœmina*) quæ ciuilibus negociis, neque externis illis diſtringitur. [quare libentius legerim ſexus quàm ſenij. [*Calculorum*) ſchacorum,] vt vulgo dicimus] de quibus Martialis, Inſidioſorum ſi ludis bella latronum Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. Ouidius in arte, Siue latrocinij ſub imagine calculus ibit: Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus. *Reuerentia*) vt ſe reueretur. *Productis*) theatro aſſignatis. *Commiſsione*) certamine. *Proximis*) nuper editis. *Sacerdotalibus ludis*) ſacris certaminibus. Tacitus in Nerone, Quia redditi quamquam ſcenæ pantomimi certaminibus ſacris prohibebantur, eis faciundis præerant ædiles. Dicti autem ſacerdotales, & ſacri, quòd diis ſacri eſſent, in quos ſic inuehitur diuus Auguſtinus. Veniebamus nos etiam aliquando adoleſcentes ad ſpectacula, ludibriáque ſacrilegiorum: ſpectabamus arreptitios, audiebamus ſymphoniacos ludis turpiſſimis, qui diis deabúſque exhibebantur: oblectabamur cœleſti virgini, & berecynthiæ matri deorum omnium. ante cuius lectum die ſolenni lauationis eius, talia per publicum cantabantur à nequiſſimis ſcenicis, qualia nec matrem ipſorum ſcenicorum deceret audire: cur ergo ludi ſcenici, vbi hæc laſciua dictitantur, cantitantur, actitantur, deorum honoribus exhibentur? inter res diuinas à doctiſſimis conſcribuntur? [Maſſilienſis ciuitas ſecundum Valerium ſeueritati cuſtos acerrima fuit, nullum aditum in Senatu mimis dando: quorum argumenta maiore ex parte ſuperiorum continent actus, ne ſpectandi conſuetudo imitandi licentiam ſumat. A Luciano tamen in libello Saltationes, hæc ars pluribus commendatur.] Nota hiſtoria Titi Latini Ruſtici, cui cùm ſæpius in ſomnis dictum eſſet in Senatu nunciaret, vt ludi Romani inſtaurarentur: nec ſtatim paruiſſet, amiſſo filio ipſe æger, tandem rem in curia expoſuit, ſtatim recuperata valetudine: quo commotus Senatus quadruplicata pecunia ludos cenſuit inſtaurari: in quibus poetica numinum crimina frequentabantur, corruptorem pudicitiæ Iouem turpiſſimi hiſtriones cantabant, agebant, placabant. Originem horum ludorum pluribus refert Liuius. vi. ab vrbe condita, & ab ſano principio veniſſe ſuis temporibus in vix opulentis regni tolerabilem inſaniam. *Libertum*) mimum. *Nepos hoc*) dixit hoc Quadratillus. *Alieniſſimi homines*) nullo vinculo affinitatis Quadratillæ coniuncti pantomimi. *Per adulationis officium*)

eùm verè potius adularentur Quadratillæ imitando omnia illius.

curſitabant, exultabant, plaudebant, mirabantur: ac deinde ſingulos geſtus dominæ cum canticis reddebant, qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede, qui non ſpectabat. Hæc ſcripſi, quia ſoles, ſi quid incidit noui, non inuitus audire: deinde quia iucundum eſt mihi, quod ceperam gaudium, ſcribendo retractare. Gaudeo enim pietate defunctæ, honore optimi iuuenis: Lætor etiam, quòd domus aliquando C. Caſſij, huius, qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſeruiet domino non minori. Implebit enim illam Quadratus meus, vt decebit, rurſúſque ei priſtinam dignitatem, celebritatem, gloriámque reddet, cum tantus orator inde procedet, quantus iuris ille conſultus. Vale.

Curſitabant) per hæc monſtratur pantomimorum ars: quorum erat in omni ludorum varietate ſuam operam præſtare. nam ſcenæ ſeruientes omnes edocti ludos fuerant: inde nomen traxiſſe ab imitatione omnium, πάντα enim omnia, & μίμημα imitatio: [namque idem corpus Herculem deſignat, & Venerem fœminam repræſentat, & martem regem facit & militem ſenem reddit, & iuuenem vt in vno referente Caſſiodoro credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos. quæ etiam diffuſius ſed cum laude Lucianus refert. & vt alia omittam, dicam tantùm barbarum quendam Romæ vidiſſe quinque perſonas, tot enim actus erant: & admiratum vnum duntaxat ſaltatorem omnes ſuſtentatum, vt qui non norat vnum corpus multas animas habere. Quare Itali non abſurdè ſaltatorem pantomimum appellarunt.] Duo eorum genera: aliqui ſcenici, alii mythici. exactum id genus hominum ſæpius ab vrbe & frequenter reductum. *Mirabantur*) durat adhuc neſcio quid tale noſtris temporibus, cùm producuntur inter ſe mirantes, ſtupentes, ſubſannantes, curſitantes viri fœminæque cum cymbalis. *Reddebant*) repræſentabant, effigiabant, imitabantur. autor eſt Tranquillus. Mimos in funeribus ſolitos reddere omnes defuncti geſtus. ſed, inquit, in funere Veſpaſiani archimimus perſonam eius ferens imitánſque, vt mos eſt, facta ac dicta viri: interrogatis palam procuratoribus quanti funus, & pompa conſtaret, vt audiit ſeſtertium centiès, exclamauit centum ſibi ſeſtertia darent, ac ſe vel in Tiberim proiicerent. *Exiguiſſima legata*) paruam pecuniam relictam ſibi teſtamento. *Theatralis operæ*) artis ſuæ hiſtrionicæ, quam præſtiterunt in theatro in honorem Quadratillæ: ſic Tacitus theatrales artes ſcenicas & hiſtrionales appellauit. *Corollarium*) appendicem, id quod additur præter debitum vocabulum fictum à corollis, quòd actoribus in ſcena qui placuerant dari ſolitæ forent. Plinius ſenior Corollarium cœnam Cleoparræ quotidianam dixit, eò quòd eſſet tanquam ſuperflua ſponſioni centum ſeſtertium cum Antonio duos illos vniones abſumptura. Apuleius ſecundo ſui aſini, Modò corollarium idoneum compares. id eſt modò dones aliquod munus idoneum vltra pactam mercedem. Et tertiò, Foris puerile obtulit Corollarium. Tranquillus, Corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra & grandia de ſuo offerebat. *Retractare*) renouare. *Caſſianæ ſcholæ princeps*) C. Caſſius Longinus, qui iuriſperitia ſucceſſit Sabino, & in ea facultate ſui temporis facilè

princeps natus ex Tuberonis filia, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij & ideo Proauũ ſuum Seruium Sulpicium appellabat: is & & Conſulatum geſſit cum Quinto Aterio temporibus Tiberij: à Nerone cùm maximę autoritatis in ciuitate eſſet expulſus in Sardiniam, & à Veſpaſiano reuocatus diem ſuum obiit. Menda inoleuit apud Pompo. Iuriſconſultum. ff. i. vbi non à Nerone, ſed à Tiberio Caſſium deportatum in Sardiniam ſcribitur. quî fieri hoc potuit? cùm eundem legamus apud Tacitum præfectum Syriæ ſub Claudio legum peritia præeminentem: priſcum morem reuocantem, regiones exercentem, cura, prouiſu, perinde agentem, ac ſi hoſtis ingrueret: ita dignum maioribus ſuis, & familia Caſſia ratum, miſſum ſub Nerone ad ſedandum tumultum populi: ſæpe tunc in Senatu ſententiam dixiſſe: demum prohibitum ab officio exequiarum Poppeæ, & à Senatu motum nullo crimine, niſi quòd vetuſtis opibus, & grauitate morum præcellebat: obiectúmque quod inter imagines maiorum etiam C. Caſſij effigiem coluiſſet ita inſcriptam, duci partium: & quòd L. Syllanum ad diſcordias ſibi aſſumpſiſſet, tandem Senatuſconſulto exilium decretum, & in Sardiniam deportatum. *Implebit*) honoribus & fama. *Et excedet*) ſuperabit gloriam Longini. Alia lectio non importuna habet, vt decebit, id eſt vt dignum maioribus ſuis, & ſibi erit. *Reddet*) reſtituet. *Tantus*) tanti nominis. *Ille*) C. Caſſius Longinus iuriſperitia excellens.

C. Plinius Rufo Suo S.

Quantum eruditorum aut modeſtia ipſorum, aut quies operit & ſubtrahit fama. At nos eos tãtùm dicturi aliquid, aut lecturi, timemus, qui ſtudia ſua proferunt: quum illi, qui tacent, hoc amplius præſtent, quòd maximum opus ſilentio reuerentur. Expertus ſcribo quod ſcribo. Terentius Iunior equeſtribus militÿs, atque etiam procuratione Narbonenſis prouinciæ integerrimè functus,

Quantum) exemplo Terentii Iunioris Rufum monet quandoque doctrinam & eloquentiam latere in habitu pagano. hoſpitio enim ab illo ruri ſuſceptus, cùm de rebus ruſticis Secundus loqui cœpiſſet, ſtatim ſermone vtroque puriſſimo à Terentio reuocat' eſt ad ſtudia. *Quantũ*) magnum numerum. *Modeſtia*) reticentia, non iactatio. *Quies*) ſeceſſus. *Operit*) obſcurat, incognitum reddit. *Dicturi*) acturi cauſas. *Lecturi*) recitaturi. *Proferunt*) oſtendunt, publicant. *Illi*) docti. *Amplius præſtant*) plus faciunt. *Maximum opus*) ſtudia. *Terentius Iunior*) Terentium Max. Cæſaris in Bithynia procuratorem ex epiſtola Domitiani coniectare licet. Apud Ioſephum inuenio Terentium Rufum cum Tito in oppugnatione Hieroſolymarum. Terentium Gentianum Adrianus deteſtatus eſt, quòd [ipſum] videret diligi à Senatu, tanquam imperatorem futurum. Terentium Priſcum Mart. carmine celebrat, tanquam poetarum præſidium. Ad Iuniorem lib ix. & viij. ſcribit Secundus. *Equeſtribus*) quod erat honeſtius quàm pedeſtribus. *Procuratione Narbonenſis*) fuit procurator Cæſaris in Gallia Narbonenſi. Narbonenſis prouincia pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, braechata antè dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiúmque iugis, à reliqua verò Gallia latere ſeptentrionali Gebenna & Iura, agrorum cultu, virorum, morúmque dignatione, amplitudine opum nulli

prouinciarum poſtferenda. breuitérque Italia verius quàm prouincia. in ea Narbon emporium & ciuitas : vnde illa prouincia denominationem accepit.

recepit ſe in agros ſuos, paratiſque honoribus tranquilliſſimum otium prætulit. Hunc ego inuitatus hoſpitio, vt bonum patremfamiliæ, vt diligentem agricolam intuebar: de his locuturus, in quibus illum verſari putabam & cœperam, cùm ille me doctiſſimo ſermone reuocauit ad ſtudia. Quàm terſa omnia? quàm Latina? quàm Græca? Nam tantum vtraque lingua valet, vt ea magis videatur excellere, qua cum maximè loquitur. Quantum ille legit? quantum tenet? Athenis viuere hominem, non in villa putes. Quid multa? auxit ſolicitudinem meam, effecitque, vt illis, quos doctiſſimos noui, non minus hos ſeductos, & quaſi ruſticos verear. Idẽ ſuadeo tibi. Sũt enim vt in caſtris, ſic etiam in literis noſtris plures cultu pagano, quos cinctos & armatos, & quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus inuenies. Vale.

Recepit) ſeceſſit ab officiis ciuilibus *Paratis*) certis & omnino futuris. vel ſperatis, [quos ob virtutes ſuas aſſequi ſperare potuiſſet.] [*Tam l.*) Aliter quàm Latina.] *Prætulit*) maluit. *His*) rebus ruſticis & cura familiari. *Cœperam*) iam loqui de his. *Ad ſtudia*) ad colloquium ſtudiorum. *Terſa*) nitida, ſplẽdida, limata. *Tenet*) meminit. in promptu habet. *Athenis*) quę cunctas Grçcię vrbes doctrina & eloquentia ſuperauit. *Quid multa*) dicam. *Vt illis*) vt in literis verear hos ſeductos, & quaſi ruſticos non minus illis quos noui doctiſſimos. *Seductos*) remotos à cognitione vulgi ſecretos. *Noſtris*) eloquentiæ. *Cultu pagano*) viliori veſtitu. paganus enim militi opponitur, & correlatiua ſunt. Secundus ad Traianum, Apud me & milites, & pagani. Paulus. Filiusfamilias miles, ſimiliter vt paganus. Vlp. Videtur iure militari feciſſe teſtamentum; qui cùm eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit. Scæuola pariter, Miles ſi dum paganus erat, fecerit teſtamentum. Iuue. vltima Satyr. Contra paganum poſſis quàm vera loquentem, Contra fortunam armati. Tranquil. in Auguſto, Admiſſa paganorum turba apud milites. Et in Galba. Ibi equites quibus mandata cædes erat cùm per publicum dimota paganorum turba equos adegiſſent. Vegetius, Nam ſi doctrina ceſſet armorum, nihil paganus diſtabit à milite. paganus igitur erit, qui non militat. interdum paganus pro ruſtico, & vulgari ſumitur, vt apud Ciceronem pro domo ſua: quod etiam Macrobius in Satur. interpretatur ad hæc Vlpianus, inquit, Diuus Marcus facultatem dedit ingrediendi, tam in Cæſaris, quàm in Senatorum & Paganorum prædia volentibus fugitiuos inquirere. Fortaſſe dictus paganus à pagis vrbis, quam Dionyſius in antiquitatibus ſcribit in pagos, hoc eſt regiones, diuiſam: ſiue à pagis, i. vicis. Diuinarum literarum ſcriptores paganos vocant omnes extra cultum Chriſtianæ fidei, tanquam extra militiam veri dei, neque veris initiatos militiis. *Vt in caſtris*) vt multi ſunt in caſtris veſtitu à militia alieno, tamen fortiſſimi ſunt: ita in literis multi ſunt obſiti panno, & tamen eruditiſſimi. *Cinctos*) expeditos, paratos. *Armatos ardentiſſimo ingenio*) duo miſcuit, militiam & doctrinam, & quanquam cinctos & armatos transferri poſſint ad poſterius: tamen melius eſt vt militiam reſpiciant, & ardentiſſimo ingenio doctrinam, vt aliquid proprii vnicuique aſſignetur.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Nuper me cuiuſdam amici langor admonuit, optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus. Quem enim infirmum aut auaritia, aut libido ſolicitat, non amoribus ſeruit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque, vt relicturus, ſatis habet: tunc deos, tunc hominem eſſe ſe meminit: inuidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem malignis, aut attendit, aut alitur, balinea imaginatur, & fontes. Hac ſumma curarum, ſumma votorum, mollémque in poſterum, & pinguem ſi contingat euadere, hoc eſt, innoxiam beatámque deſtinat vitam. Poſſum ergo, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus philoſophi docere conantur, ipſe breuiter tibi, mihique præcipere, vt tales eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

Nuper) morbo amici ſcribit ſe admonitũ, dũ ſumus infirmi, nullis nos vitiis detineri. quare hortatur ſe & Maximum, vt tales velint eſſe ſani, quales infirmi ſe futuros ſpondent. *Langor*) morbus, mala valitudo. ἠθικῶς, moraliter. in quibuſdam exemplaribus abeſt Græca dictio, quod non improbo. verum ſi legerimus ἑκτικὸς langor, id eſt hectica febris: quę quia diutius durat, maximè moleſta eſt, tunc lectio melius procedet. *Et ſatis habet quantulumcunque*) contentus eſt paruo minimóque. *Vt relicturus*) tanquam omnia mox ſit morte relicturus. *Hominem*) moriturum. *Malignis*) obtrectantibus. *Alitur*) gaudet. *Summa*) maxima. *Euadere*) ſanitatem recuperare. *Deſtinat*) conſtituit, voto pręſumit. *Quod*) viam rectè viuendi *Philoſophi*) nam philoſophia medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, pellit timores, à cupiditatibus liberat. Pluribus voluminibus M. Tullius in Thuſculanis librorum multitudinem à philoſophis conſcriptorum notat. [Et Lucianus in ſuis dialogis.] *Tales*) temperati, boni.

C. PLINIVS SVRAE SVO S.

Et mihi diſcendi, & tibi docendi facultatem ocium præbet. Igitur perquàm velim ſcire, eſſe phantaſmata, & habere

Et mihi) Quęrit à Sura an veræ ſint apparitiones, quæ Græcè phantaſmata dicuntur, & exemplo Curtij Rufi, ac Athenodori philoſophi, poſtremò ſuorum confirmat eſſe vera. ſed dum quærit, amicum docet. *Per quam*) maximè. *Eſſe phantaſmata*) an proculdubio ſint apparitiones, & viſiones vmbrarum. Diogenes, Plutarchus, Suidas & Macrobius, tradunt, phantaſmata eſſe, cùm inter vigilam & adûltam quietem, in quadam (vt aiunt) prima ſomnij nebula adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix cœpit, irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas, & à natura, ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes, variáſque tempeſtates rerum vel lætas, vel turbulentas cernit,

cui ſententiæ videtur acce lere, Ouidius, more ſuo fingens phantaſmata eſſe filium ſomni. nam libro xj. inquit, Regibus hi ducibúſque ſuos oſtendere vultus Nocte ſolent: popúlos alij plebémque pererrant. Alij phantaſma voluerunt eſſe oſtentum prodigioſum: phantaſiam verò impreſſionem formæ in animo. M. Tullius phantaſma viſum vocauit, quoties opus ei hoc nomine fuit. Deducitur autem ἀπὸ τοῦ φαντάζομαι, quod eſt appareo. Ariſtophanes etiam pro decipio vſurpauit. *Eſſe phantaſmata*) Lucretius lib. iiij. multis explicat eſſe phantaſmata, & volitare vltro citróq; per auras quaſdã ſc. tenuiſſimas omnium formarũ exuuias: & Philoſtrat refert Apollonio, & ſociis, lucente noctu Luna, Lamię phantaſma occurriſſe, modò in hanc, modò in aliam figuram ſeſe conuertentem, quandoque ab oculis repentè euaneſcentem: Apollonium autem quidnam id eſſet quum primùm nouiſſe grauibúſque verbis & conuiciosis illud increpuiſſe: ſocios, vt idem facerent hortatum id enim contra huiuſmodi inuaſiones optimum ſciebat eſſe medicamentum. eius dictis cùm paruiſſent comites, ſtridens phantaſma celeriter tanquam idolum aufugiſſe. [At Lucianus in Philopſeudo cum plurimorũ teſtimonio diſſerat eſſe phantaſmata, demũ more ſuo hanc opinionẽ damnat.]

propriam figuram, numénque aliquod putes: an inania & vana ex metu noſtro imaginem accipere. Ego vt eſſe credam, in primis eo ducor, quod audio accidiſſe Curtio Rufo. Tenuis adhuc & obſcurus obtinenti Africam comes hæſerat. inclinato die ſpatiabatur in porticu: Offertur ei mulieris figura, humana grandior pulchriórque: perterrito Africam ſe futurorum prænunciam dixit. iturum enim Romam, honoréſque geſturum, atque etiam cum ſummo imperio in eãdem prouinciã reuerſurũ, ibíque moriturũ. Facta ſunt omnia. Præterea accedẽti

Propriam) vt vnumquodque phãtaſma ſuam figuram habeat, neque pro arbitrio poſſit aliam ſumere. *Numen*) deum. *Inanem*) Aëreũ, corporeum. [Cicero de Finibus, inanes imagines idola vocat.] *Vanam*) falſam. *Ex metu noſtro*) pro vt timemus, ita credamus vidiſſe, quæ non vidimus. nam metus falſas oculis noſtris imagines plerunque obiicit. *Eſſe*) phantaſmata. *Curtio Rufo*) de origine Quinti Curtij Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere: neque falſa prompſerim, & vera exequi pudet: poſtquam adoleuit, ſectator Quæſtoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeti vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat: oblata ei ſpecies muliebris vltra modum humanum, & audita eſt vox, Tu es Rufe, qui in hanc prouinciam pro Conſule venies: tali omine in ſpem ſublatus, digreſſúſque in vrbem, & largitione amicorum, ſingulari ingenio Quæſturam, & mox, nobiles inter candidatos, Præturam Tiberij principis ſuffragio aſſequitur: cum hiſce verbis Imperator dedecus natalium eius velauiſſet. Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus: longa poſt hæc ſenecta, & aduerſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia: ac poſtremo Africam obtinuit: atque ibi defunctus fatale præſagium impleuit. [hæc Tacitus] Lego in fide digno exemplari hiſtoriam de geſtis Alexandri compoſitam à Q. Curtio Rufo, qui inibi fatetur ſe fuiſſe [ſub Auguſto & Tiberio, &] ſub Veſpaſiano [quantum coniectura aſſequi poſſumus.] *Tenuis*) pauper. *Obſcurus*) incognitus, quia obſcuro loco natus. *Obtinenti*, Quæſtori. *Comes*) aſſecla. *Inclinato die*) iam vergente ad veſperam. ſecus tamen Tacitus nam ad medium diei ſcripſit. *Perterrito*) Curtio ob viſum. *Se Africam*) Se eſſe Africam, quæ ſub imagine mulieris apparuiſſet [Tradit Plin. lib. vii. in Africæ ſolitudinibus hominum ſpecies obuias ſubinde fieri, momentóque euaneſcere. Hæc & talia ex hominum genere ludibria ſibi, nobis ma-

racula, ingenioſam feciſſe naturam.] *Prænunciam*, vatem. *Cum ſummo imperio*) cum Proconſulari poteſtate, vbi triũphalia inſignia[eſt] adeptus. nam in agro Machaico recluſerat ſpecus quærendis venis argenti, vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. At legionibus cum damno laborerat fodere riuos, quæque in aperto grauia humũ infra moliri quibus ſubactus miles: & quia plures per prouincias ſimilia tolerabantur, componit occultas literas nomine exercituum precantium Imperatorem, vt quibus permiſſurus eſſet exercitus, triumphalia antè tribueret. *Accedenti*) Curtio ab vrbe proficiſcenti cum ſummo imperio.

Carthaginem: egredientique nauem, eadem figura in littore occurriſſe narratur. Ipſe certè implicitus morbo, futura præteritis, aduerſa ſecundis auguratus, ſpem ſalutis, nullo ſuorum deſperante, proiecit. Iam illud, nónne & magis terribile, & non minus mirum eſt, quod exponam vt accepi? Erat Athenis ſpatioſa & capax domus, ſed infamis & peſtilens: per ſilentium noctis ſonus ferri, &, ſi attenderes acrius, ſtrepitus vinculorum longius primo, deinde proximo reddebatur. mox apparebat idolon, ſenex macie & ſqualore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiebátque: inde inhabitantibus triſtes diræque noctes per metum vigilabantur: vigiliam morbus & creſcente formidine mors ſequebatur. Nam interdiu quoque quanquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inhærebat: longioríſque cauſa timoris timor erat. Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totáque illi monſtro relicta: proſcribebatur tamen ſeu quis emere, ſeu quis conducere ignarus tanti mali vellet. Venit Athenas philoſophus Athenodorus, legit

Carthaginem) veterem. *Implicitus morbo*) poſt aliquod tẽpus. *Futura*) mortem. *Præteritis*) proſperis quæ vera fuerat expertus. *Aduerſa*) obitum. *Secundis*) ex rebus proſperis. *Illud*) factum. *Idolum*) vmbroſa imago, phantaſia corporis, quædam vmbra diuerſiformis. nam Hammonius, idolum, inquit, à corpore vmbroſa defluxio, aut apparitio, vmbroſa ſimilitudo, aut phantaſia corporis, vmbra quædam aerea ſecundum Bacchylidẽ. Scire autem debemus quòd phantaſiam corporũ præbet intuentibus non ſubſtantiam veram. Idulon deducitur ἀπὸ τ̃ εἴδω, appareo aut aſſimilo. ſimilitudo enim corporis alicuius eſt idolum, quod Fulgentius dictum autumat quaſi idonin, id eſt, ſpeciem doloris, dum verbi deriuationem narrat,à ſe fabulę conatur accõmodare. *Squalore confectus*) immũditia & fœtore confectus. *Promiſſa*) longa, protenſa. *Horrenti*) impexo. *Compedes*) quibus pedes continentur. *Diræ*) graues vel diræ, [acerbæ.] *Morbus ſequebatur vigiliam*) ex nimia vigilia morbum contrahebant domeſtici. *Interdiu*) per diem. *Inerrabat*) obuerſabatur, in ſecunda lectione fuit, inhærebat *Longior*) magis perpetuus & aſſiduus. *Cauſis timoris*) idoli viſio tãtum per noctem. [Legitur etiam longinquioríſque cauſa timoris timor erat. Timor conceptus ex ſpectaculo idoli cauſabat longiorem timorem nam poſtquam imago illa receſſerat, adhuc tamen teſtabat domeſticis timor] *Damnata ſolitudine*) neglecta ſola ſine vllis inquilinis. *Proſcribebatur*) hæc ſcripta in tabella proponebantur. *Seu*) legitur ſi. *Athenodorus*) Athenodorus Tarſenſis ſtoicus philoſophus inſignis, acri ingenio,

vir, ſecundum Lucianum Auguſti Cæſaris præceptor] cuius ſcripta ad Octauiam Auguſti ſororem citat Plutarchus, cùm ſciret Auguſtum ad res venereas proniorem iubere quaſcumque libuiſſet fœminas curru intecto ad ſe deduci, quas ipſe ſolus educeret, & fortè occurriſſet amico cum vxore admodum triſti, quòd ea pariter ad cubiculum Imperatoris deducenda foret: iuſſit vtroſque bono animo eſſe, ipſéque pro muliere enſem manu tenens currum ingreſſus (nullo enim videnti fœminæ currum aſcendebant) adoperto vehiculo ad Auguſtum deducitur, quem vela detegentem, repente gladio adortus, his quidem verbis, Deinde non times, ne aliquis hoc pacto te trucidet? quo tamen facto nihil in eum Auguſtus excanduit, ſed magis de cætero continentior, gratias admonitori retulit. Fuit & Athenodorus Solenſis Zenonis diſcipulus, & alius Rhodius, qui de arte ſcripſit.

titulum, auditóque precio, quia ſuſpecta vilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilominus, immò tanto magis conducit: vbi cœpit adueſperaſcere, iubet ſterni ſibi in prima domus parte, poſcit pugillares, ſtylum, lumen: ſuos omnes in interiora dimittit, ipſe ad ſcribendum, animum, oculos, manum intendit, ne vacua mens audita ſimulacra & inanes ſibi metus fingeret. Initio, quale vbique ſilentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere ſtylum, ſed obfirmare animum, auribúſque prætendere, tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, ac iam vt in limine, iam vt intra limen audiri: reſpicit, videt, agnoſcítque narratam ſibi effigiem: ſtabat innuebátque digito ſimilis vocanti: hic contrà, vt paululum expectaret, manu ſignificat, rurſúſque ceris & ſtylo incumbit: illa ſcribentis capiti catenis inſonabat: reſpicit rurſus

Titulum) propoſitam vendendi vel locandi inſcriptionem. [Lucianus in Philopſeudo, vbi hanc rem fere per eadem recitat, non Athenodorum Athenis hoc feciſſe, ſed Arignotum Pythagoricũ Corinthi in domo Eubandæ recẽſet.] *Precio*) quod erat vile reſpectu magnitudinis domus. *Suſpecta*) ne mali quid ineſſet, cùm tam paruo proponeretur. *Omnia*) quæ noctu videbantur. *Tanto magis*) vtpote philoſophus intelligendi cupidus an vera eſſent, & cauſas huius mali cognoſcendi. *Sterni*) parari torum. *Pugillares*) cęratas tabulas *Stylum*) ferreum ad ſcribendum in pugillaribus. *Interiora*) ſecretiora domus. *Oculos*) ne aliud agere mentem cogerent oculi: ideóq; lucubrantes ſilentium noctis, & clauſum cubiculum, & lumen vnum velut rectos maximè teneat. omnia, quæ impediant, vincat intentio, quam ſi tota mente in opus ipſum direxeris: nihil eorum quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum peruenit: inde libro octauo Secundus inquit, Oculi eadem quæ mens vident, quoties non vident alia: nec immeritò à Plinio ſeniore cor hominis dicuntur. *Vacua*) arioſa, non occupata in alia re. *Audita*) iam prænarrata. *Initio*) cùm primùm cœpit lucubrare. *Concuti*) concutiebatur. Sic ſequentia Infinitiua pro indicatiuis. *Ille*) Athenodorus. *Obfirmare*) obdurare. *Prætendere*) opponere ne tumultum aduentantis idoli audiret. [Sunt tamen exemplaria in quibus non legitur, auribúſque manum prætendere, ſed auribúſque prætendere, ſcilicet animum præferre auribus, & magis credere animo quàm auribus.] *Crebreſcere*) in maius cre-

ſcere. *Stabat*) illa effigies pedibus inhærebat. *Digito*) manu. *Hic*) Athenodorus. *Ceris & ſtylo*) ſcripturæ lucubrationi.

idem quod priùs innuentem: nec moratus tollit lumen, & ſequitur. Ibat illa lento gradu quaſi grauis vinculis. Poſtquam deflexit in aream domus, repentè dilapſa deſerit comitem, deſertus herbas & folia concerpta ſignum loco ponit. Poſtero die adit magiſtratus, monet, vt illum locum effodi iubeant. Inueniuntur oſſa inſerta catenis & implicata, quæ corpus æuo terráque putrefactum nuda & exeſa reliquerat vinculis: collecta publicè ſepeliuntur: domus poſtea rite conditis manibus caruit. Et hoc quidem affirmantibus credo: illud affirmare aliis poſſum. Eſt libertus mihi Marcus, non illiteratus, cum hoc minor frater eodem lecto quieſcebat. Is viſus eſt ſibi cernere quendam in toro reſidentem, admonentémque capiti ſuo cultros, atque etiam ex ipſo vertice amputantem capillos. Vbi illuxit, ipſe circa verticem tonſus, capilli iacentes reperiuntur. Exiguum temporis medium, & rurſus ſimile aliud priori fidem fecit. Puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat: venerunt per feneſtras (ita narrat) in tunicis albis duo, cubantémque detonderunt: & qua venerant, receſſerunt. Hunc quoque tonſum, ſparſóſque circa capillos dies oſtendit. Nihil notabile ſecutum, niſi fortè, quòd non fui reus: futurus, ſi Domitianus, ſub quo hæc acciderunt, diutius vixiſſet. nam in ſcrinio eius datus à Caro de me libellus inuentus eſt, ex quo coniectari poteſt, quia reis moris eſt

Idem) vt ad ſe veniret. *Delapſa*) deorſum euaneſcens. *Deſerit comitem*) ſolum reliquit Athenodorum. *Concerpta*) in vnum coaceruata. *Loco*) quo defugerat. *Magiſtratus*) Athenienſiũ præfectos. *Vinculis*) circundata. *Publicè*) impenſa publica. *Conditis*) tumulatis parentatis. *Manibus*) Secundum Plutarchum manes ſunt dii terreſtres, & vocari manes ait poſt ſepulcra facta, illo tempore ſcilicet quo de aliis recedentes corporibus nondum in alia tranſierunt: innoxios, & quia non ſint boni per antiphraſin dictos à mane, quo quid melius? Marcellus deos manes bonos & proſperos appellari voluit à mane, quòd melior mors ſapiẽtibus quàm vita probetur: inde immanes non bonos. At Feſtus, manes inquit dii ab auguribus vocabantur, quòd per eos omnia manare credebant, eóſque deos ſuperos inferóſque dicebant. Apuleius verò, Cùm incertum eſt vtrum lar ſit, an larua, nomine manem, deum nuncupant: & honoris gratia dei vocabulum additum eſt Tacitus Manum Tuiſtionis dei filium refert. *Rite*) ſacrorum more, & factis iuſtis. *Marcus*) nomen ſeruis conſuetum. Perſius, Marcus, Dama. *Frater*) Marci. *Is*) frater Marci. *Admonentem*) appropinquantem. *Cultros*) raſorios. *Illuxit*) dies aduenit. *Iacentes*) in lecto ſparſos *Exiguum temporis medium*) id eſt non multo poſt. *Simile*) factum. *Pædagio*) membrum eſt, pædagium, domus, in quo ſerui commorantur: hîc pro cubiculo ſeruorum. Sunt tamen qui legant pædagogio, [in eundem ſenſum.] *In tunicis albis*) induti tunicis candidis. *Securum*) mihi per hæc. *Futurus*) reus omnino. *Libellus*) accuſatio. *Datus à Caro*) porrecta Domitiano à Metio Caro

delatore aduerſum me. *In ſcrinio eius*) in armario arcanorum Domitiani ſcriptorum. *Vel in crimen eius*) ſicut paſſim habetur, quòd ſcilicet Carus Secundum accuſaſſet tanquam raritati capillorum Imperatoris illuſiſſet: nam Domitianus autore Tranquillo Caluitio offendebatur.

ſubmittere capillum, reciſos meorum capillos, depulſi, quod imminebat, periculi ſignum fuiſſe. Proinde rogo eruditionem tuam intendas. Digna res eſt quam diu multúmque conſideres: ne ego quidem indignus, cui copiam ſcientiæ tuæ facias. Licet etiam vtranque in partem, vt ſoles, diſputes: ex altera tamen fortius, ne me ſuſpenſum incertúmque dimittas, cùm mihi conſulendi cauſa fuerit, vt dubitare deſinerem. Vale.

Submittere) in longitudinem dimittere: olim enim viri non habebant comam, ſed breuibus admodum capillis contenti, niſi tantùm in mœrore: tunc barbam & capillum promittebant. *Reciſos capillos*) Suidas tondere capillos de vertice, vult portendere detrimentum rerum: ſic capillum decidere magnum periculum. *Meorum*) puerorum. *Depulſi*) euitati morte Domitiani. *Intendas eruditionem*) cùm ſis eruditus, diligenter & acriter penſites.] *Copiam ſcientiæ*) non improbo ſententiæ *Altera*) qua negabis eſſe phantaſmata.

C. PLINIVS SEPTITIO SVO S.

AIs quoſdam apud te reprehendiſſe tanquam amicos meos ex omni occaſione vltra modum laudem. Agnoſco crimen, amplector etiam. Quid enim honeſtius culpa benignitatis? qui ſunt tamen iſti, qui amicos meos melius norint? Sed vt norint, quid inuident mihi fœliciſſimo errore? vt enim non ſint tales quales à me prædicantur, ego tamen beatus quòd mihi videntur. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiam conferant: nec ſunt parum multi, qui carpere amicos ſuos iudicium vocant: mihi nunquam perſuadebunt, vt meos amari à me nimium putem. Vale.

AIs) Notabant Secundum nõnulli, quòd amicos ſuos ex quantalibet occaſione ſupra modum laudaret: qua re per Septitiũ intellecta, reſpondet neminem magis cognoſcere ſuos quàm ſe: neque peccare dum maximè amat, quos amandos putat. *Reprehendiſſe*) me. *Agnoſco crimen*) intelligo errorem meum, ſi tamen error eſt. *Amplector*) libenter in hoc pecco. *Culpa benignitatis*) peccare quod nimium benignus ſis. *Melius norint*) quàm ego nouerim, & ideo dicant me illos nimium commendare. [altera lectio non improbanda, ſic habet, melius norint? ſed vt norint, quid inuident.] *Fœliciſſimo*) qui tales amicos habeam, vel putem habere :/[an potius feliciſſimo errore: quo peccato, ſi tamen peccatum eſt, ego ſum fœliciſſimus.] *Vt*) quamuis. *Tales*) tanta digni laude *Siniſtram*) malam, iniquam. [*Nec ſunt parum multi*) inueniuntur plurimi, Seneca dixit parum bene] *Conferant*) transferant. *Carpere*) vellicare, notare. *Iudicium*) quod oſtendentibus cauſis dignoſcitur, quanuis re vera non ſit iudicium, ſed odium & maleuolentia.

C. PLINIVS MONTANO SVO S.

RIdebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, ſi legeris, quod niſi legeris, non potes credere. Eſt via Tiburtina intra primum lapidem (proximè adnotaui) monimentum Pallantis, ita inſcriptum, Huic Senatus ob fidem pietatémque erga patronos ornamenta prætoria decreuit, & ſeſtertiûm centies quinquagies: cuius honore contentus fuit. Equidem nunquam ſum miratus, quæ ſæpius à fortuna, quàm à iudicio proficiſcerentur. Maximè tamen hic me titulus admonuit, quàm eſſent mimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in has ſordes abijcerentur: quæ denique ille furcifer, & recipere auſus eſt, & recuſare, atque etiam, vt moderationis exemplum poſteris prodere. Sed quid indignor? Ridere ſatius eſt, ne ſe magnum aliquod adeptos putent, qui huc felicitate perueniunt, vt rideantur. Vale.

R*idebis*) Epitaphium in Pallantis ſepulcro, tanquam nimis honorificum, apud Montanum indignatur, poſtremò deridet & negligit. Curtius Montanus ſenator, cuius ventrem Iuuenalis exagitat. *Tiburtina*) quæ ab vrbe Tibur ducit. *Lapidem*) miliarium: nam antiquitas per certa ſpatia lapidibus erectis miliaria ſignabat. *Pallantis*) qui ſeruus, deinde Claudii Cęſaris libertus, tantum gratia valuit apud principem, vt ipſo & Narciſſo impellentibus Appium Syllanũ nobiliſſimum iuſſerit interfici, Domitium Neronem adoptauerit. erat autem obſtrictus Agrippinæ, vt conciliator nuptiarum, & mox ſtupro eius illigatus. huic quia repertor relationis fuiſſet de pœna fœminarum, quæ ſeruis coniungerentur, vt Cæſar ediderat, prætoria inſignia, & centies quinquagies ſeſtertium cenſuit Conſul deſignatus Barea Soranus: additum à Scipione Cornelio grates publicè agẽdas ei, qui regibus Areadiæ ortus vetuſtiſſimam nobilitatem vſui publico poſtponeret: ſeque inter miniſtros principis haberi ſineret. Aſſeuerauit Claudius contentum honore Pallantem intra priorem paupertatem ſubſiſtere. & fixum eſt ære publico Senatuſconſultum, quo libertinus ſeſtertii ter millies poſſeſſor, antiquæ parſimoniæ laudibus cumularetur: verùm cùm ſub Nerone triſti arrogantia modum liberti egreſſus odiũ ſui moueret, primò à rerum cura, quibus à Claudio impoſitus, velut arbitrum regni agebat, dimouetur, ferebatúrque digrediente eo magna perſequentium multitudine, non abſurdè dixiſſe Neronem ire Pallantem vt eiuraret, ſanè pepigerat Pallas, ne cuiuſque facti in præteritum interrogaretur, paréſque rationes cum republica haberet. creditum poſtea eſt à Nerone veneno ſublatum, quòd immenſam pecuniam longa ſenectute detineret. Hunc Plinius ſenior locupletiſſimum Claudii principatu ſe vidiſſe teſtatur. & Iuuen. in tranſitu monſtrat, Ego poſſideo plus Pallante & Licinis. *Patronos*) Claudium & Agrippinam. *Ornamenta prætoria*) ius ferendorum inſignium, quæ Prætoribus conceſſa fuerant. *Cuius honore*) habito à Senatu. *Contentus*) ſpretis ſeſtertiis centum quinquaginta. Sie enim aſſeuerauit Claudius. *A fortuna*) quæ indignis maxima quæque tribuit. *Iudicio*) quo digna dignis redduntur. *Titulus*) epitaphium honorificum. [Plin. naturam terræ deſcribens, Etiam inquit monumenta ac titulos gerit, nomen

prorogans noſtrum, & memoriam extendens contra æui breuitatem. *Mimica*) hiſtrionica, ridicula, vt quidam ex fide antiqui codicis legendum putant, cum in vulgatis eſſet, [*Inimica*) repugnantia, iniuſta, abſurda. [quid ſi mimica pro inimica deridicula videlicet & vrbana.] *Cænum*) viliſſimos homines & extremæ conditionis. *Abijcerentur*) diſperderentur. Sanior lectio quàm adiicerentur. *Ille furcifer*) Pallas, qui ſeruus in furto, aut eiuſmodi aliquo flagitio deprehenſus fuerat, aut improbitatis ſcelere conuictus, duplex lignum quod currui ſubiicitur, & cui temo affigitur attollere iubebatur, & intuente vicinia circumferre, vt fidem in poſterum ei non haberent, & ab eo tanquam infido cauerent: ideo furcifer appellabatur à Latinis. Quod enim Græci σαυρὸν, hoc Romani furcam nominant. Hæc Plutarchus in Quæſt. & Coriolani vita *Recipere*) ornamenta prætoria, cùm eſſet indigniſſimus. *Recuſare*) ſeſtertium centum quinquagies tanquam modeſtus, cũ eſſet rapaciſſimus. *Atque etiam*) illa eſt auſus [recuſare] [prodere, & monumento inſcribere.] *Moderationis*) dũ intra priorẽ paupertatem ſe ſubſiſtere contentatur. Hoc igitur epitaphio motus Secundus illud Senatuſconſultum adiit, quod repetit adeo copioſum & effuſum, vt in illo titulo viſus fuerit Pallas parciſſimus. *Satius*) melius eſt. *Huc fœlicitatis*) ad tantam fortunam. ſi legimus huc fœlicitate, ſic interpretaberis. *Huc*) ad hunc honorem. *Fœlicitate*) fortuna fauente.

C. PLINIVS GENITORI SVO S.

TOrqueor quòd diſcipulum vt ſcribis, optimæ ſpei amiſiſti, cuius & valetudine & morte impedita ſtudia tua quid neſciam? cùm ſis omnium officiorum obſeruantiſſimus, cúmque omnes quos probas effuſiſſimè diligas. Me huc quoque vrbana negocia perſequuntur. Non deſunt enim, qui me aut iudicem, aut arbitrum faciant. Accedunt querelæ ruſticorum,

T*Orqueor*) dolet impedita Iulij Genitoris ſtudia morte diſcipuli ſummæ indolis: ſéque fatetur quanuis in ſeceſſu à ruſticis occupari, interdum tamen ſtudere: verùm ſentire quàm malè ſcribat ex comparatione veterum, tametſi Genitor ſua ſcripta ſummo oratori compararet. *Quid*) cur vel qui, id eſt, quomodo. tanquam diceret ſatis eſt mihi exploratum. *Huc*) in Thuſcos. *Vrbana*) moleſta quæ ſolent in vrbe tractari. *Iudicem aut arbitrum*) iudex eſt, qui vel inuitus poteſt cogi ad cognoſcendam litem, vt prætor, & reliqui magiſtratus ordinarij. arbiter verò qui quaſi vir bonus diſceptator electus eſt ab vtriſque litigantibus: vnde nemo poteſt cogi à Prætore ad arbitrum ſuſcipiendum, quoniam hæc res eſt libera & abſoluta, & extra neceſſitatem iuriſdictionis poſita, vt teſtatur Vlpianus. ff. quarto, titulo de arbitris, Sed vbi ſemel quis in ſe receperit compromiſſum, quod ad ſimilitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet, ad curam & ſolicitudinem ſuam hanc rem Prætor pertinere putat: ſi quis verò iudex ſit, arbitrium recipere eiuſdem rei de qua iudex eſt, & in ſe recompromitti iubere, prohibetur lege Iulia: & ſi ſententiam dixerit, nõ eſt danda pœnæ perſecutio. Seneca de beneficiis, Melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem quàm ad arbitrum mittitur, quia illum formula includit, & certos, quos non excedit, terminos ponit: huius libera & nullis aſtricta vinculis religio: & detrahere poteſt & adiicere, & ſententiam ſuam, non prout lex, vt iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas aut miſericordia impulit, regere. Lege Marcum Tullium in oratione pro Murena quæ dicantur de arbitro.

qui auribus meis poſt longum tempus ſuo iure abutuntur. Inſtat & neceſſitas agrorum locandorũ perquàm moleſta. Adeo rarũ eſt inuenire idoneos conductores, quibus ex cauſis precario ſtudeo: ſtudeo tamẽ. nã & ſcribo aliquid & lego: ſed cùm lego, ex comparatione ſentio quàm malè ſcribam, licèt tu mihi bonũ animũ facias, qui libellos meos de vltione Heluidij, orationi Demoſthenis κατὰ μειδίου confers: quam ſanè cũ componerẽ, illos habui in manibus, nõ vt æmularer (improbũ enim, ac penè furioſum) ſed tamen imitarer & ſequerer, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſſæ diſsimilitudo pateretur. Vale.

Abutuntur auribus meis) dicunt me patienter audiente quicquid volunt. *Suo iure*) ruſticorum licentia impudentiſſima & moleſtiſſima. *Agrorum locandorum*) prope finito luſtro, quo temporis ſpatio agri locabantur. *Idoneos*) quia non perſoluunt quæ debent: & tamen fructus abſumunt, ſuper qua re libro nono apud Paulinum pluribus conqueritur. *Precario ſtudeo*) cum precibus impetrandũ eſt, vt poſſim ſtudere. nam precarium id eſt, quod precibus petentis conceditur, quamdiu is qui conceſſit patitur. Qui enim precario concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus cùm ſibi libuerit. quod genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit, & eſt ſimile commodato nam qui commodat ſuam rem, ſic commodat, vt non faciat rẽ accipientis, ſed vt ei vti re accommodata permittat. Tacitus de Germanis, Vnus imperitat, nullis iã exceptionibus nõ precario iure parendi. Apuleius, Nam per deũ fidẽ quadrupes nequiſſime licèt precariam vocis vſuram ſumeres, cui tandẽ vel ineptiſſimo perſuadere poſſes atrocitatẽ iſtam culpa vacare? precarios milites dixit Seneca, qui militiam precibus obtinuerant. & Tranquil. Claudium precario à Senatoribus exegiſſe, vt rata eſſent quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent. Pacatus, Regij nominis inquit Brutus oſor precariæ redditus vitæ. Ouid. tamen. ix. formam precariam dixit precio comparatam. [Fuit in alia lectione non precario, ſed raro.] *Ex comparatione*) veterum ſcriptorum meliorum, & meorũ deteriorum. *Libellos*) de quibus. ix. latius. *κατὰ μειδίου*) contra Midiã oratio ſanè pulcherrima, cuius tale eſt argumentum, Midias Athenienſis cùm videret Demoſthenẽ parare veſtes, & alia multa ad feſtũ celebrãdũ, ardens inuidia omnẽ apparatũ fœdauit, quinimmò oratorẽ ipſum verberauit, in quẽ idcirco dixit orationem apud iudices Demoſthenes, cui titulus κατὰ μειδίου. *Illos*) libellos de vltione Heluidij. *Aemularer*) contenderem eſſe par Demoſtheni. *Furioſum*) inſani officium credere aſſequi tantũ in dicẽdo virum *Imitarer*) ſequerer eius veſtigia tanquam minor. nam imitator nunquam par eſt autori, & artifex proculdubio ſapientior eſt quàm imitatio. Hæc enim ſolũ quod videt operatur, phãtaſia etiã quod nũquã vidit. *Maximi*) Demoſt. grauiſſimi & vehemẽtiſſimi. *Minimi*) mei. Similitudo, quia vterque vlciſci iniuriã intẽdebat, Demoſt. ſuã, Secũdus amici ſui Heluidij. verũ multa in vtraq; cauſa fuerãt diuerſa. [aliter diſſimilitudo legitur.]

C. PLINIVS CORNVTO SVO S.

CLaudius Pollio amari à te cupit. dignus hoc ipſo quod cupit: deinde, quòd ipſe te diligit. (neque enim ferè quiſquam exigit

Claudius) Tertullũ hortatur, Claudium Pollionẽ in amicitiam ſuam admittat, & eũ commendat ab integritate vitæ, deinde ab animi robore, poſtremò à fide in amicos etiam poſt mortem.

iſtud, niſi qui facit, vir alioquì rectus, integer, quietus, ac penè vltra modum: ſi quis tamen vltra modum verecundus. Hunc cùm ſimul militaremus, non ſolùm vt commilito inſpexi: nam præerat alæ militari. Ego iuſſus à Legato Conſulari rationem alarum & cohortium excutere, vt magnam quorundam fœdámque auaritiam, negligentiam parem. ita huius ſummam integritatem, ſolicitam diligentiam inueni. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes nulla occaſione corruptus, ab inſito abſtinentiæ amore deflexit, nunquam ſecundis rebus intumuit, nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis infregit, eadémque firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nunc ocium patitur. Quod quidem pauliſper cum magna ſua laude intermiſit, & poſuit, à Corelio noſtro ex liberalitate Imperatoris Neruæ emendis diuidendíſque agris adiutor aſſumptus. etenim qua gloria dignum eſt, ſummo viro in tanta eligendi facultate præcipuè placuiſſe? idem quàm reuerenter quàm fideliter amicos colat multorum ſupremis iudiciis, in his

Iſtud) amari ab alio. *Integer*) nullo concuſſus crimine. *Verecundus*) bonum in adoleſcente ſignum verecundia, teſtimonio Senecæ, quanto magis ſi in viro perſeuerat. *Militaremus*) eſſemus in prouincia Syria, vbi Secundus Tribunus militum fuit. *Commilito*) ſocius in militia, & commilitium ipſa militia. *Praerat alæ*) præfectus erat equitum. [*Militari*) quidam legunt miliariæ à numero mille, ſicut Varro miliarios greges vocat: nec ignoro miliarias aues ab eodem atteſtari alias eſſe à coturnicibus, & à Plin. ſeniore miliariam herbam milio inimicam: miliarium autem eſſe genus vaſis. ſed quia nondum legi alam habuiſſe equites mille, magis placet vt legatur militari: & hoc additum ſit ad tollendam æquiuocationem.] *Legato conſulari*) qui vices Procos. gerit. *Rationes*) calculos pecuniarum, armorum, equorum, militum. *Excutere*) diſquirere, cognoſcere. *Promotus*) productus, [ſublatus] nã promouere eſt aliquẽ ad maiores dignitates extollere, quaſi vltra mouere. hinc promotiones Hammonius interpretatur progreſſiones. Lampridius in Heliogaballo voluit & per ſingulas vrbes lenones præfectos vrbis facere, & vt eſſent in vrbe. xiiii. & feciſſet ſi vixiſſet: promoturus omnes turpiſſimos, & vltimæ profeſſionis homines. pariter vſurpauit in Alexandro: apud Terentium tamen promouere pro differre ſumitur. *Inſito*) ingenito, naturali. *Nunquam infregit humanitatis laudem*) Semper fuit humaniſſimus. *Corelio noſtro*) Corœlio Rufo vtrique noſtrum amantiſſimo. *Liberalitate*) Nerua reſtituit quæcunque à Domitiano iniuſtè ſublata fuerant: egenis verò Romanorum mille & quingentas myriadas donauit, præpoſitis quibuſdam Senatoribus, referente Dione, qui agros emerent, & diuiderent, & apud iuriſc. inuenio diuum Neruam legem agrariam tuliſſe: qua cauetur vt ſi ſeruus ſeruáve inſciente domino terminos ſtatutos extra agrum ſuum finéſve mouerit dolo malo, ei capitale eſſe, niſi dominus dominàve mulctam, [quinquaginta] aureorum ſufferre maluerit. *Diuidendis agris*) florente repub. Romana deligi ſolebant Triumuiri ad hoc negocium. Autores ſunt Liuius & Appianus. *Dignum*) Pollionem iudicas. *Summo*) *Viro*) Corœlio prudentiſſimo, & maximæ autoritatis. *Eligendi facultate*) cùm in vrbe

multi eſſent digni, quos ſibi ſocios potuiſſet eligere.

Muſonij Baſsi grauiſsimi ciuis, credere potes, cuius memoriam tam grata prædicatione prorogat & extendit, vt librum de vita eius (nam ſtudia quoque ſicut alias artes bonas veneratur) ediderit pulchrum. Iſtud & raritate ipſa probandum, cùm plerique hactenus defunctorum meminerint, vt querantur. Hunc hominem appetentiſsimum tui, (mihi crede) complectere: apprehende immò & inuita, ac ſic ama, tanquam gratiam referas. neque enim obligandus, ſed remunerandus eſt in amoris officio, qui prior cœpit. Vale.

Muſonij Baſsi) philoſophi ſapientiſſimi, & grauiſſimi tūc defuncti. [Quidam non Muſonij, ſed Annij legunt.] *Prædicatione*) laude. *Librum de vita eius ediderit*) vitam Muſonij literarum monumentis mādatam publicauerit. *Veneratur*) excolit, amat, tanquam rem ſacram. *Styli varietate*) in hoc maximè liber ille laudabilis eſt, quòd, prout res exigit, dicendi figuram mutat. [Sūt tamen exemplaria quæ non habent, & ſtyli varietate probandum,] ſed ſecunda lectio habet,] iſtud & raritate ipſa probandum, [quòd ſcilicet mortuos colat, cùm raro inueniantur qui mortuorum curam gerant.] *Vt querantur*) vt ſolùm lamententur de amicis defunctis: nec aliud vltra pro mortuis faciant. [an magis, vt de mortuis conquerantur, quòd non fuerint in ſe liberales. [*Neque non obligandus*) omnino deuinciendus. quanuis alij legunt, Neque enim obligandus, ſed remunerandus eſt. aperto ſanè ſenſu.] *Cœpit*) amare.

C. Plin. Fabato Proſocero Suo S.

Dilector iucundum tibi fuiſſe Tyronis mei aduentum. Quod verò ſcribis oblata occaſione Proconſulis plurimos manumiſſos, vnicè lætor. Cupio enim patriam noſtram, omnibus quidem rebus augeri, maximè tamen ciuium numero. Id enim oppidis firmiſsimum ornamentum. Illud etiam me non vt ambitioſum, ſed tamen iuuat, quod adijcis. Me téque & gratiorum actione & laude celebratos. Eſt enim vt Xenophon ait, ἥδιςον ἄκουσμα ἔπαινος*, vtique ſi te mereri putes.* Vale.

Dilector) Adueniſſe Caleſtriū Tyronem Comum, & plurimos manumiſſos lætatur, præſertim cum Fabato & Secundo publicè ſuper hoc ſint actæ gratiæ. *Manumiſſos*) nam ſecundum Pauli ſententiam. ff. primo: apud Proconſulem etiam, in ea prouincia, quam ſortitus non eſt, manumitti poteſt. *Patriam noſtram*) Comum. *Ciuium numero*) libertini originem patronorum, reſpondente Vlpiano, vel domicilium ſequuntur: item ex his naſcuntur, nam municipem aut natiuitas facit, aut manumiſſio. ex conſtitutione Iuſtiniani libertinis eadem conceſſa libertas, quam manumiſſor habuit, cùm prius Auguſtus manumittendi modum terminaſſet, præſertim ne vinctus vnquam tortúsve quis vllo libertatis genere ciuitatem adipiſceretur. *Ambitioſum*) honoris cupidum.

Gratiarum actione) quòd noſtra cauſa manumiſſi fuerint *Celebratum*) à municipibus. [ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος) dulciſſima auditio laus.] quidam codices habent, [illegible] id eſt, Nulla humana voluptas eſt numini propior, quàm per honores gaudium Hoc Xenophon ait. In libello de Tyrannide, [Lucianus inquit: Laus enim quædam res liberalis eſt] Is Xenophon Apis Attica propter ſuauitatem eloquentiæ cognominatus, cuius ore muſas locutas exiſtimat Cicero. Lege diffuſius Diogenem. *Vtique*) præſertim. *Putes*) ſentias. *Mereri*) dignum hoc gaudio.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

AVguror (nec me fallit augurium) hiſtorias tuas immortales futuras. Quo magis (ingenuè fatebor) inſeri cupio. nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, vt facies noſtra ab optimo quoque artifice exprimatur, nónne debemus optare, vt operibus noſtris ſimilis tui ſcriptor prædicatórque contingat? Demonſtro itaque, quanquam diligentiam tuam fugere non poſſit, cùm ſit in publicis actis, demonſtro tamen: quò magis credas, iucundum mihi futurum, ſi factum meum, cuius gratia periculum creuit, tuo ingenio, tuo teſtimonio, ornaueris. Dederat me Senatus cum Herennio Senecione aduocatum prouinciæ Bæticæ contra Bæbium Maſſam: damnatóque Maſſa cenſuerat vt bona eius publicè cuſtodirentur: Senecio cùm explorâſſet Conſules poſtulationibus vacaturos: conuenit me, & qua concordia, inquit,

AVguror) Quærit Secundus inſeri hiſtoriis Taciti, quas immortales auguratur, monſtrat igitur quid de ſe ſcribere poſſit, illam ſcilicet vocem liberam & fortem in Senatu emiſſam aduerſus Maſſam, contra quem aduocatus pro Bæticis datus erat cum Senecione ſocio. *Hiſtorias*) actiones diurnales auguſtæ hiſtoriæ. *Immortales*) perpetuas. huic tamen augurio Secundi non rectè aues addixerunt. nam [maior & melior] pars earum intercidit, quódque reliquum eſt, ſatis interciſum & exulceratum. *Inſeri*) in illis commemorari, & locum aliquem habere. *Exprimatur*) effigietur, reddatur. *Artifice*) ſtatuario vel pictore. *Prædicator tui*) laudator rerum tuarum. an magis ſimilis tibi, id eſt excellentiſſimus. *Operibus*) rectè factis. *Non poſſum*) ſenſus eſt, tu debes annotaſſe hoc meum factum, cùm ſis diligentiſſimus in inueſtigandis publicis actis: in quibus ſcriptum fuit. Sunt autem actæ publica libri in quibus publica, vt Senatuſconſulta, edicta, acclamationes, illuſtria geſta reſeruabantur: vnde Taciti hiſtoriam diurnales actus appellamus, quòd ſingulorum dierum acta contineat; [vnde idem Tacitus libro tertio dixerat exequi ſententias haud inſtitui: niſi inſignes per honeſtum, aut notabile dedecus, quod præcipuum munus annalium reor, ne virtutes ſileãtur, vtque prauis dictis factiſque ex poſteritate & infamia metus ſit] *Periculum creuit*) dum nimium liberè loquor malis Domitiani temporibus, cùm ſequentia geſta fuerunt. [In ſecunda lectione fuerat, periclitatus ſum.] *Ingenio*) eloquentia. *Creuerit*) illuſtrius fuerit. [aliâs ornaueris.] *damnato*) relicto pœnæ repetundarum. *Cenſuerat*) Senatus. *Publicè*) ab iis qui curam

ærarii habebant, & pecunias publicas cuſtodiebant. nam publicare Vlpianus ad legem Iuliam de adulteriis ſæpe vſurpat pro ad ærarium deferre & ſeruos publicos, qui reipublicæ ſunt. *Poſtulationibus vacaturos*) [audituros ſupplices libellos.] Senatus enim aliquando aliis intentus erat, vt [expediendis poſtulatis per libellos,] legationibus audiendis, tractandis principalibus rebus.

iniunctam nobis accuſationem executi ſumus, hac adeamus Conſules, petamúſque, ne bona diſſipari ſinant, quorum eſſe in cuſtodia debent. Reſpondi, Cùm ſumus aduocati à Senatu dati, diſpice num peractas putes partes noſtras Senatus cognitione finitas? Et ille, Tu quem voles, tibi terminum ſtatues, cui nulla cum prouincia neceſſitudo, niſi ex beneficio tuo, & hoc recenti: ipſe & natus ibi, & Quæſtor in ea fui. Tum ego, Si fixum tibi iſtuc ac deliberatum, ſequar te: vt ſi qua ex hoc inuidia erit, non tua tantùm ſit. Venimus ad Coſſ. dicit Senecio quæ res ferebat, aliqua ſubiungo: vixdum conticueramus, & Maſſa queſtus Senecionem non aduocati fidem, ſed inimici amaritudinem impleſſe, impietatis reum poſtulat. Horror omnium: ego autem, Vereor, inquam, clariſſimi Conſules, ne mihi Maſſa ſilentio ſuo præuaricationem obiecerit, quòd non & me reũ poſtulauit. Quæ vox & ſtatim excepta, & poſtea multo ſermone celebrata eſt. Diuus quidẽ Nerua (nã priuatus quoque attendebat his quæ rectè in publico fierent) miſſis ad me grauiſſimis literis, nõ mihi ſolùm, verũ etiã ſeculo eſt gratulatus, cui exemplũ (ſic enim ſcripſit)

Iniunctā) delegatā nobis à Senatu. *Accuſationẽ*) Maſſæ. *Diſſipari*) diſtrahi, dilapidari ab his qui conſeruare ea debent. an potius, ne Conſules permitterent bona diſtrahi à Maſſa, ſed à ſe reſeruari [à conſulibus,] ſub quorum cuſtodia illa eſſe debebant. *Diſpice*) diligenter inquire. *Partes noſtras*) accuſandi officium. *Senatus cognitione*) dum Maſſam damnauit. *Ille*) Senecio. *Prouincia*) Bætica. *Hoc recenti*) hac nouella tua aduocatione. nam deinceps pro Bæticis egit Secundus. *Natus ibi*) mater me peperit in Bætica: non ideo tamen intellige Senecionem fuiſſe Bæticum, cùm potuerit eius mater maritum in magiſtratu profectum ſecuta illic Senecionem parere. *Fixum*) decretum, certum. *Iſtuc*) accedere ad Cõſules. *Inuidia*) naſcatur. *Ex hoc*) tuo facto. *Non tua tantùm*) ſed communis vtrique noſtrûm. *Dicit*) in Senatu. *Ferebat*) exigebat. *Inimicitiæ amaritudinẽ impleſſe*) tanquam hoſtem amarum exercuiſſe inimicitias aduerſus ſe. *Impietatis*) crudelitatis: nam cùm pietas ſit officium & cultus quem præſtare debemus, non ſolùm patriæ parentibus neceſſariis, ſed etiam preſſis & reis: eius contrarium erit impietas, cuius crimini is obnoxius videri poterat, qui peracto accuſandi officio adhuc damnatum Maſſam premeret: id crimen fuit ſub malis imperatoribus frequens, à Nerua verò & Traiano ſublatum. *Horror omnium*) Senatorum pectora peruaſit, Maſſa accuſante Senecionem impietatis. *Silentio ſuo*) cùm me præteriiſſet, nec ſimiliter impietatis reum poſtulaſſet. *Præuaricationem obiecerit*) per hoc oſtenderit quod vellem adiuuare eius cauſam: diximus enim præuaricationem eſſe diuerſæ partis opitulationem prodita cauſa ſua, quam aduocatus ſuſceperat defendendam. *Vox*) fortis, cùm tunc nullus eſſet ciuis, qui libera poſſet verba animi proferre. *Excerpta*) notata, mandata publicis

ſcriptis. *Diuus Nerua*) Cùm hæc Secundus ſcriberet, Nerua iam cœlo donatus fuerat: ſed cùm in Senatu acta ſunt, nondum erat Imperator, nam tunc Domitianus viuebat quare cùm diuum nominat, reſpicit ad Traiani tempora. *Nam priuatus* [*quaſi attendebat*]) placet magis vt legamus iam priuatus his quæ attendebat, id eſt, iam ab officio Senatorio & publica cura remotus [excuſatione ætatis, de qua in præcedentibus.] Refert enim Philoſtratus ſeptimo, Domitianum iuſſiſſe Neruam ſecedere Tarentum: vbi cùm intellexiſſet Secundi vocem fortiſſimam in Senatu, ſcripſit ad eum literas grauiſſimas, quibus cõgratulabatur temporibus ſuis adhuc inueniri, qui liberè loquerentur.

ſimile antiquis contigiſſet. Hæc vtcunque ſe habent, notiora, clariora, maiora tu facies: quanquam non exigo, vt excedas acta rei modum. Nam nec hiſtoria debet egredi veritatem: & honeſtè factis veritas ſufficit. Vale.

Simile antiquis) tam laudabile & conſtans qualia tradunt antiquorum dicta, de quibus lege Valerium. *Egredi Veritatem*) Hæc prima hiſtoriæ lex ne quid falſi dicat: deinde ne quid veri taceat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo.

Libri Septimi Finis.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

Liber Octavvs.

Cum doctiſsimis Ioannis Mariae Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS Septitio Svo S.

ITER commode explicui, excepto quòd quidam ex meis, aduerſam valetudinem ferueſcentibus æſtibus contraxerunt. Encolpus quidem lector ille, ſeria noſtra, ille, delitiæ, exaſperatis faucibus puluere ſanguinē reiecit. Quā triſte hoc ipſi, quā acerbum mihi: ſi is, cui omnis ex ſtudÿs gratia, inhabilis ſtudÿs fuerit, quis deinde libellos meos ſic leget? ſic amabit? quē aures meæ ſic ſequētur? Sed dÿ

I*Ter*) Seceſſerat in Thuſcos, ſed in itinere libertinorum aliqui valetudinem contraxerant, præſertim Encolpus lector, Secundi delitiæ. Scribit tamen de illo bene ſperare. *Encolpus*) libertus quaſi in ſinu tenendus & amplectendus. nam ὁ ἐν κόλπος ſinus. nomen amato puero conueniens. vnde Mart. bis meminit Encolpum dilectum ab Aulo Pudente. Lampridius refert Encolpum qui vitas Imperatorum ſcripſit, ſub Alex. Seuero claruiſſe, & illo familiariter vſum. *Seria noſtra*) quo vtimur in rebus ſeriis & grauibus. *Exaſperatis faucibus puluere*) puluere fauces exaſperari & lædi, inde tuſſim oriri, ac ſanguinem reiici teſtatur Celſus, vide libro quinto ſuper ea à nobis enarrata. *Omnis gratia*) eſt illi apud me, quòd eſt mihi gratus, id eſt ſtudiorum cauſa. *Sic leget*) tam bene recitabit. *Quem*) lectorem. *Sic*) tanta attentione.

lætiora promittunt. ſtetit ſanguis, reſedit dolor. Præterea continens ipſe. Nos ſoliciti, medici diligentes. Ad hoc ſalubritas cœli, ſeceſſus, quies, tantum ſalutis quantum otij pollicentur. Vale.

Lætiora) iucundiora, proſperam valetudinem. Fuit in ſecunda lectiooe, ſed dulciora promittunt medici. *Ad hoc*) præterea. *Salubritas cæli*) in deſcriptione villæ in Thuſcis ſalubritatem regionis laudauit, quòd ibi eſſet aër purior & liquidior.

C. PLINIVS CALVISIO SVO S.

ALij in prædia ſua proficiſcuntur, vt locupletiores reuertantur. Ego vt pauperior. Vendideram vindemias certatim negociatoribus ementibus: inuitabat pretium, & quod tunc, & quod fore videbatur, ſpes fefellit. Erat expeditum omnibus remittere æqualiter, ſed nõ ſatis æquum. Mihi autem egregium in primis videtur, vt foris, ita domi: vt in magnis, ita in paruis: vt in alienis, ita in ſuis agitare iuſtitiam. Nam ſi paria peccata, pares etiam laudes. Itaque omnibus quidem, ne quis mihi non donatus abiret, partem octauam precij, quo quis emerat, conceſſi: deinde ijs, qui ampliſſimas ſummas emptionibus occupauerant, ſeparatim conſului. Nam & me magis iuuerant, & maius ipſi fecerant damnũ. Igitur ijs qui pluris quàm decem millibus emerant, ad illam communem, & quaſi

ALij) Vendiderat emptorib⁹ vindemias, cùm maxima ſpes in vitibus appareret, ſed cœli intemperies graciles fructus præſtitit: liberalitate tamen ſua Secundus negociatoribus ſubuenit, remittendo aliquibus octauam partem, quibuſdam decimam: quod non ſine gloria Caluiſio exponit. *Ego*) proficiſcor. *Vt*) reuertar. *Vindemias*) vitium fructus, ius demendi vuas à meis vineis. *Pretium*) quod tunc erat à me propoſitum, non graue. *Et quod videbatur fore*) ſi vindemia perueniſſet illæſa ad maturitatem, ſperabant ſe illam vendituros longè maiori precio. *Feſellit*) nam cùm ſperarent vberrimas colligere, falſi ſunt. *Expeditum*) facile, promptum. *Aequaliter remittere*) æquam ſummam condonare & detrahere. *Foris*) in rebus publicis. *Domi*) in rebus domeſticis & priuatis. *Si paria peccata*) ſunt ſecundum opinionem Perſæ, & Zenonis Stoicorum, qui paria peccata exiſtimant. Dicunt enim ſi verum vero maius non eſt, nec falſum falſo maius erit, ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum: vt qui centum ſtadijs abeſt Mediolano, & qui vno æquè Mediolani non eſt: ita qui minus peccat, & qui amplius, æquè in recto opere non ſunt. Hinc M. Tullius pro Morena, Dicunt Stoici omnia peccata eſſe paria, omne delictum ſcelus eſſe nefarium, nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum cùm opus non fuerit, quàm qui patrem ſuffocauerit. Hanc rem latius idem tractat tertio Paradoxo, multis obnitens argumentis peccata eſſe paria. Heraclides autẽ Tarſenſis, & Athenodorus, imparia eſſe peccata dixère. Quod etiam idem Cicero libro quarto de Finibus, multis proſequitur: ſéquo excuſat cur contra

dixerit

dixerit in oratione pro Murena. *Ne quis mihi non donatus abiret*) Virgilii carmen ex libro quinto. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. *Conceſsi*)remiſi. *Summas*)nummorũ. *Emptionibus*) emendo plurimas vineas. *Separatim*,ſpeciatim,ſeorſum ab his qui minoris emerant. *Magni iuuerant*) quia maioribus ſummis mecum conuenerant.

publicam octauam addidi, decimam eius ſummæ, quæ decem millia exceſſerat. Vereor, ne parum expreſſerim, apertius calculos oſtendam, ſi qui fortè quindecim millibus emerant, hi & quindecim millium octauam, & quinque millium decimam tulerunt. Præterea cùm reputarem quoſdam ex debito aliquantum, quoſdam aliquid, quoſdam nihil repoſuiſſe: nequaquam iuſtum arbitrabar, quos nõ æquaſſet fides ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari. Rurſus ergo iis, qui ſoluerãt, eius quod ſoluerãt, decimã remiſi. Per hoc enim aptiſſimè, & in præteritũ ſingulis pro cuiuſque merito gratia referri, & in futurum omnes, cùm ad emendum, tum etiam ad ſoluendum allici videbantur. Magno mihi ſeu ratio hæc, ſeu facilitas ſtetit: ſed fuit tanti. Nam regione tota, & nouitas remiſſionis, & forma laudatur: ex ipſis etiam, quos non vna (vt dicitur) pertica, ſed diſtinctè, gradatimque tractaui. Quanto quis melior & probior, tanto mihi, obligatior abit, expertus non eſſe apud me, ἐν δ᾽ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. Vale.

Publicam) omnibus æquè conceſſam. *Decumauimus*) decimam detraximus. Vocabulum frequens apud hiſtoricos, cùm volunt oſtendere decimum quenque ab Imperatoribus interfectum: quorum aliqui vt erant mitiores viceſimabant, quidam etiam centeſimabant. Autor Iulius Capitolinus. Quidam tamen non legunt decumauimus eius ſummam quæ decem millia exceſſerat, ſed addidi decimam eius ſummæ, quæ decem millia exceſſerat. *Expreſſerim*) factum meum demonſtrauerim. *Calculos*) ſupputationem, rationem pecuniæ: lapillis enim cõputabant, quod nunc aliqui obſeruant. Et ideo. ff. quarto Paulus calculi rationem & Valerius, Si ad calculos reuocetur. ac Iuuenalis Satyra nona, Ponatur calculus. & Columella libro primo, Compoſito calculo perfecti operis rationem computant, dixerunt Hinc calculatores rationarios dicimus. teſtatur Modeſtinus de excuſationibus tutelarum. *Si qui fortè*) qui vindemias emerant quindecim millibus: remiſi illis octauam quindecim millium, deinde remiſi decimam quinque millium, qui numerus excedebat decem millia. *Aliquantum*) maius. *Aliquid*) minus. *Repoſuiſſe*) ſoluiſſe, deleſſe. *Non æquaſſet*) qui non fuiſſent æquales in ſolutione debiti: tractare eos æqualiter in remiſſione, iuſtum non putaui. *Gratia referri*) videbatur à me, dum remitterem decimam eius debiti, quod perſoluerant. *Emendum*) propter remiſſionem octauæ & decimæ. *Abſoluendum*) detracta alia decima à ſoluto. *Magno ſtetit*) conſtitit mihi caro, ſiue id fecerim ratione, ſiue bonitate. *Sed fuit tanti*] ſed famam & gloriam mihi comparaui, hoc enim retuli ex liberalitate noſtra. *Ex ipſis*) ordo & ſenſus eſt. Quanto quis melior & probior ex ipſis, quos non vna pertica, vt eſt in prouerbio, tractaui: ſed tractaui diſtinctè & gradatim: tanto abiit obligatior mihi, cùm ſit expertus ſe non eſſe obligatum mihi ex remiſſione

mmm. j.

debiti. Diſtinctè gradatímque magis placet quàm deſtinatè: quoniam illos per gradus debiti ſeparatim donauerat. *Non vna pertica*)non pari menſura,ſed quemque ſecundum ſuam ſummam & ſoluendi alacritatem. *Pertica*)ergo menſura:ita enim eſſerat in prouerbium vna pertica, pro eadem portione, & conditione. Pertica à portando, dicta quaſi portica. Omnes autem menſuræ,vt palmus,pes,paſſus, & reliqua. in corpore ſunt, ſola pertica portatur:habet enim paſſus duos, id eſt decem pedes: vnde etiam à quibuſdam decempeda vocatur: nam in diuiſionibus agri pro maiori parte per perticas dimetiebantur. Quod teſtatur qui de menſuris agrorum, ex diuerſis autoribus compendia fecit. Et Lucianus ad idem plerunque dicit, eodem cubito, & eodem digito. *Obligatior*) mihi magis gratus & deuinctus mihi amore. *Expertus*) recognoſcens *Non eſſe apud me*) illud carmen non curaſſe, ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. verba ſunt ex libro nono Iliados. Achillis ad Vlyſſem, quæ ſic ad nos transferri poſſunt. In eodem autem precio, & malus atque bonus.

C. PLINIVS SPARSO SVO S.

Librum quem nouiſſimè tibi miſi, ex omnibus meis, vel maximè placere ſignificas. Eſt eadem opinio cuiuſdam eruditiſſimi, quo magis adducor, vt neutrum falli putem, quia non eſt credibile vtrumque falli, & quia tantùm blandior mihi. Volo enim proxima quæque abſolutiſſima videri, & ideo iam nunc contra iſtum librum faueo orationi, quam nuper in publicum dedi: communicaturus tecum,vt primùm diligentem tabellarium inuenero. Erexi expectationem tuam, quam vereor, ne deſtituat oratio in manus ſumpta. Interim tamen tanquam placituram (& fortaſſe placebit)expecta. Vale.

Librum) lætatur Sparſo placuiſſe librum ſuum, contra quẽ moi net fauere orationi iam publicatæ: ſed iterum emendandæ reſumptæ. *Cuiuſdam*)viri. *Neutrum*)nec te, nec illum. *Vtrumque*) cùm ſitis doctiſſimi. *Blandior mihi*) mihi placeo, mea amo: idcirco facilè credo placere tibi. *Proxima*)nouiſſima mea ſcripta. *Alium foueo*) excudo alium librum. *Contra iſtum librum*) diuerſæ materiæ ab iſto quem tibi miſi, & in publicum dedi: nam alter grauia, alter iocoſa cõtinebat. Eſt alia lectio, & ideo iã nũc cõtra iſtũ librũ faueo orationi,quam nuper in publicum dedi. vt ſit ſenſus, ideo ad æmulationem iſtius libri faueo orationi abſolutiſſimæ quam nuper publicaui, & quamprimùm ad te mittam,vt te iudicem faciam. *Erexi*) intẽdi,excitaui. *Deſtituat*) fruſtretur,protrahat. oratio eadem quam emiſerat, ſed iterum emendare volebat. *In manus*) vt eam recognoſcam. *Placituram*) bonam.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

Optimè facis, quòd libellum Dacicū ſcribere paras. Nam quæ tam recens, tam copioſa, tam lata, quæ deniq; tā poetica, & (quamquam in veriſſimis rebus) tam fabuloſa materia: dices immiſſa terris noua flumina, nouos ponteis fluminibus iniectos, inſeſſa caſtris

Optimè) Caniniū incitat paratū ad ſcribendum bella, quæ Traianus confecit contra Dacos: latenter indicans modum, quem in ſcribendo ſeruare deberet: vnum imprimis petit, vt rudia & impolita carmina ad ſe mittat, quod iudicabit amoris ſingulare teſtimonium. *Bellum Dacicum*) quod Romani contra Dacos geſſere, ſub Domitiano inchoatum, & à Traiano confectum. Decibalus enim Dacorum rex, acer in re militari ac rebus gerendis: opportunè hoſtem inuadens, tempora ſe recipiendi diſcernens, inſidiarum artifex, & pugnæ magiſter: rectè victoria vti, & cladem ferre ſciens: quamuis à Romanis hoſtis iudicatus multo tempore legionibus reſtitit. Aduerſus eum Iulianus Domitiani legatus hoc ſtratagemate vſus, vt militum & centurionum nomina haſtis inſcriberet, ex hoc cogniturus qui hoſtem percuſſiſſet: quare iuxta Tapas multos occidioni dedit: inter cadauera Vezenas Decibali regis legatus, poſtquam viuus ſtatim fugere nequiuit, tanquam mortuus iacens ſequenti nocte aufugit. Tum veritus Decibalus ne Romani ex recenti victoria, regnum quoque ſuum inuaderent: arbores concidit, arma inſtruxit, vt procul armatorum faciem redderent: quibus deterriti Romani receſſerunt victi, vt Dion in Traiano tradit. Tranquil. & eum ſecutus Eutropius, ſcripſere Domitianum bello Dacico, paſſum multas calamitates, in eos ſumptis duabus expeditionibus: prima Oppio Sabino oppreſſo, tametſi Appius Sabinus apud Eutropium legatur. ſecunda Cor. Fuſco Præfecto cohortium Prætorianarum: cui belli ſummam commiſerat: quam rem Oroſius aliter complexus, inquit, Domitianus bellum aduerſum Dacos per legatos geſſit, pari Reip. pernicie: cùm & in vrbe ipſe Senatum populúmque laniaret, & foris exercitum aſſidua hoſtes cæde conficerent: nam quanta fuerint Diurpanei regis cum Fuſco duce prælia, quantæque Romanorum clades, longum eſſet enumerare. Domitianus tamen prauiſſima elatus iactantia, ſub nomine ſuperatorum hoſtium, de extinctis legionibus triumphauit: cædem Cor. Fuſci Mart. & Iuuenalis tradidere. Dacos poſtea Traianus ſuperauit, quod Iuuenalis per tranſitum Satyra ij tetigit: ibi vulneribus crudis populus modò victor. *Recens materia*) nuper confectum bellum à Traiano. *Copioſa*) multitudine rerum geſtarum. *Poetica*) magnifica. *Fabuloſa*) miranda & fabulis proxima. Huius expeditionis præter alios meminere Euſebius in Chronicis, & Claudianus in laudibus Honorij: quorum poſterior inquit, Nec tali publica vota Conſenſu tradunt atauì caluiſſe per orbem, Dacica bellipotens cùm fregerit Vlpius arma: Atque indignantes in iura redegerit arctos, Cùm cinxêre faces Hypanin: mirataque leges Romanum ſtupuit Mœotica terra tribunal. Iulius etiam Frontinus in præfatione ad Celſum, de menſurarum ratione huius expeditionis meminit. Poſtquam, inquit, Max. Imperator victoriam Dacicam proximè reſerauit: ſtatim ad Septentrionalem plagam tranſire permiſit. *Immiſſa*) commiſſa, per pontes. Nam noui & mirandi operis Pontem ſtruxit ſuper Danubium: cùm eum non poſſet propter cœnum diuertere. *Vel immiſſa*) in nouum alueum traducta. Sargetiam enim flumen, iuxta Decibali regiam, per alia deduxit quòd mortuo rege compererat ſub illo theſauros conditos: quamuis per quoſdam captiuos flumen Decibalus diuertiſſet: & ſolum eius effodiſſet, ac ibi maximâ auri & argenti copiam cæterarúmque rerum precioſarum, quæ corrumpi ab aqua non

poterant congeſſiſſet, ac lapidibus antrũ concluſiſſet: deinde fluentem ſuperinduxiſſet. At Bicilis quidam regis amicus facti conſcius à Romanis captus rem detexit. *Pontes*) Danubium ponte mirabili vinxit: de cuius ſubſtructione lege plura apud Dionem.

montium abrupta: pulſum regia, pulſum etiam vita regem nihil deſperantem. Super hæc actos bis triumphos, quorum alter ex inuicta gente primus, alter nouiſsimus fuit. Vna, ſed maxima difficultas, quòd hæc æquare dicendo, arduum immenſum etiam tuo ingenio, quanquam altiſsimè adſurgat, & ampliſsimis operibus increſcat. Nonnullus & in illo labor, vt barbara & fera nomina, in primis regis ipſius Græcis verſibus non reſultent. Sed nihil eſt, quod non arte curáque, ſi non poteſt vinci, mitigetur. Præterea, ſi datur Homero & mollia vocabula, & Græca ad lenitatem verſus.

Montium abrupta) ardua præcipitia, rupinas. Dion, poſtquam ipſa prærupta, & montium cacumina conſcendere aggreſſus eſt, tumulos ex tumulis, cum maximis periculis occupans, & ad ipſam Dacorum regiam impulit, & à tergo Lucius hoſtes aggreſſus, multis interfectis plures captiuos fecit. *Regia*) nomine Sarmiſegetuſa ſecundum Ptolemæum. *Pulſum*) priuatum: nam Decibalus vt regiã ſuam, & vniuerſam regionem captam ab hoſtibus vidit: parúmque abeſſe quin caperetur, ſibi manus intulit, eiuſque caput Romam delatum eſt: inde tota Dacia Romanis paruit imperiis. *Nihil deſperantem*) antequam regia caperetur. Veruntamen Græci tradunt extimuiſſe Traiani in ſe motum: vtpote non ignarum prius non Romanos, ſed Domitianum viciſſe: tunc verò bellum geſturum, & contra Romanos & Traianum Imperatorem: cuius virtutes, præſertim bellicas admirabantur omnes. Victus igitur primum pacem petitam impetrauit, iuſſus arma, machinas, & earum opifices, transfugáſque tradere, & caſtella demoliri, abſtinere à regione capta, amicos, & hoſtes Romanis ſuos putare eoſdem. In has tamen conditiones inuitus conceſſit: deinde Traianum adiens, & humi procumbens, adorauit. legati ab eo ad Senatum miſſi, & pacem, & arma impetrarunt, pro quibus Traianus triumphauit, & Dacici cognomen accepit. ſed poſtquam renunciabatur Decibalum contra fœdera multa patrare, arma parare, legationes ad finitimos mittere, non parentes imperiis depopulari, Iazygibus partem agri ademiſſe, Senatus hoſtem iudicauit. & Traianus non per legatos, ſed ipſe exercitus dux ſecundo bellum intulit: in quo poſt multa diſcrimina hoſte ad internecionem deducto iterum triumphauit: cuius pompam Claudianus tetigit in Panegyrico Honorij. Alta quòd inuectus fractis Capitolia Dacis. *Inuicta*) indomita ante Traianum: nam ab ipſo in formam prouinciæ redacta eſt. Inde dicit Traiani ſecundum triumphum fuiſſe nouiſſimum, ſuis ſcilicet temporibus: nam poſtea alii de Dacis triumpharunt. *Hæc*) tam præclarè geſta. vel ſuper hæc, id eſt præter prædicta. *Ampliſsimis operibus*) in ampla materia ampliſſimè tuum ingenium accreſcit, vt illi par ſit, vel. *Ampliſsimis operibus*) à te editis præclaris ſcriptis. Nam ſequitur non multo pòſt, etſi quando aliâs, toto ingenio vehere. Legitur etiã ampliſſimè. *Barbara*) qualia Vezenas Sarmiſegetuſa. Mella teſtatur barbara poſſe vix eloqui Romano ſermone: & Nazarius, Immanitas, inquit, barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem. *Ipſius regis*) hoc fecit vt autoritate Oroſij, qui in multis ſecutus eſt Tacitum: credã ipſum Dacorum regem appellatum Diurpaneum: poſtea aliqua ratione Decibalum vocatũ: ſic enim & Græci, & Secundus ad Traianum nominãt. *Græcis verſibus*) quibus erat ſcripturus hoc opus. *Non reſultent*) non

conueniant, non reſpondeant. *Mitigetur*) Molliatur, manſueſcat. *Datur*) permittetur, concedetur. in alia lectione eſt negetur. *Mollietur & Græca*) tanto magis dura & barbara & mollienda ſunt. Contrahi nanque & molliri verba non vſus cauſa, ſed aurium præcipit Cicer. *Ad bonitatem verſus*) ad meliorem metri ſonum.

quare magis probo qui legunt lenitatem. vnde Seruius Sicarbam à Virg. appellatum putat Sicheum: tanquam mollius nomen. Nam ſecundum Senecam, poetæ non putant ad rem pertinere verum nomen dicere, ſed aut neceſſitate coacti, aut decore corrupti: id quenque vocari iubent, quod belle facit aduerſum.

contrahere, extendere, inflectere: cur tibi ſimilis audentia, præſertim non delegata, ſed neceſſaria negetur? Proinde iure vatum inuocatis Dijs, & inter Deos, ipſo, cuius res, opera, cōſilia dictaturus es, immitte rudentes, pande vela, ac ſi quando alias, toto ingenio vehere. Cur enim non ego quoque poeticè cum poeta? Illud iam nunc paciſcor, prima quæque vt abſolueris, mitte, immò etiā antè quàm abſoluas, ſic vt erunt recētia & rudia, & adhuc ſimilia naſcentibus. Reſpondebis nō poſſe perinde carptim, vt contexta, perinde inchoata placere, vt effecta. Scio. Itaque & à me æſtimabuntur, vt cœpta: ſpectabuntur vt membra, extremámque limam tuam operientur in ſcrinio noſtro. Patere hoc me ſuper cætera habere amoris tui pignus, vt ea quoque norim, quæ noſſe neminem velles. In ſumma, potero fortaſſe ſcripta tua magis probare, laudare, quanto illa tardius cautiúſque: ſed ipsū te magis amabo, magiſque laudabo quāto celerius & incautius miſeris. Vale.

Contrahere) abbreuiare, vt verſum exaſperet, pro qualitate rei, quam tractat. Sunt enim in illo quę verborum monſtra litteratoribus videntur. Hæc autem contractio fit per ſyllabarum naturam longarum ſi breuiantur, vel per litterarum & ſyllabarum defectum. *Extendere*) per additionem protrahere: quod conſequemur geminatione, productione, epectaſi, diæreſi, parentheſi, diaplaſmo, paremptoſi, proſchematiſmo. *Inflectere*) mutare in aliam declinationem, quæ prædicta ab Homero factitata non mediocriter grammaticos exagitant, dum conantur illa ratione aliqua tueri. *Non detur tibi audentia ſimilis*) non permittitur tibi paranti ſcribere Græcis verſibus maximum bellū: quale Homerus cecinit. In quibuſdam codicibus pro non detur, ſcriptum eſt negetur, item ſimile audenti. *Contrahere*) extendere, inflectere vocabula. *Delegata*) arbitraria. *Accerſita*) affectata. *Neceſſaria*) quia nimium horrida. *Proinde*) quare. *Iure vatum inuocatis Dijs*) poetas inuocare Deos, in limine ſui operis nemo dubitat. Inuocantur autem muſæ etiam ad concentum adiuuandum, quas tres tantùm eſſe voluit Varro. vnam quæ ex aqua naſcitur: alterā quam aëris ictu ſonus efficit: tertiā quę mera tantū voce cōſiſtit. Alii à precationibus deorū incipiēdū, quòd nihil rite nihilque prouidenter homines ſine deorū immortaliū ope, cōſilio, honore auſpicarentur. *Ipſo*) Traiano inuocato. ſic Lucanus Nerone, & Maximus Tiberiū: quāquam Liuius neget hiſtorico conuenire deorū inuocationē. *Dictaturus*) ſcripturus. *Immitte rudentes*) intēde neruos, inchoa, cōfirma te futuro labori. *Pāde vela*) bellū ipſum totis ingenii viribus decanta. *Si quando alias*) ſi vnquam vectus es toto ingenio, nūc præcipuè vehere. *Poeticè*) grādiloquis verbis agam? quia dixerat immitte rudentes, pande vela, per quæ videbatur ſpiritum poeticum induiſſe. Non enim per ſe res geſtæ verſibus comprehendendæ ſunt, quod longè melius hiſtorici faciunt, ſed per ambages deorúmque myſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum præcipitandus eſt liber ſpiritus,

vt potius furentis vaticinio appareat, quàm religioſæ orationis ſub teſtibus fides. Hæc Petronius Arbiter. Quare à pleriſque Lucanus verſificator, & non poeta exiſtimatur. *Illud, Iam nunc paciſcor prima*)Iam tecum conuenio, vt mihi principium operis mittas.& partes deinceps quas perficies. *Rudia*)impolita. in alia lectione fuit, & rudia, & adhuc ſimilia naſcentibus. *Perinde*)tam. in libello de Germanis Tacitus, Aliæque gentes haud perinde memoratæ. *Carptim*)particulatim, diuulſe. *Contexta*)coniuncta, continuata. *Effecta*)elaborata, emendata. *Scio*)ita eſſe. *Cœpta*)non perfecta. *Spectabuntur*)conſiderabuntur. *Membra*) partes. *Limam*)emendationem. *Scrinio*)quędam exemplaria habent ſinu. *Hoc pignus*) hoc teſtimonium. *Cautinſque*)emiſeris. *incautius*)confidentius.

C. PLINIVS GEMINIO SVO S.

GRaue vulnus Macrinus noſter accepit, amiſit vxorem ſingularis exempli, etiamſi olim fuiſſet. Vixit cum hac triginta nouem annis ſine iurgio, ſine offenſa. Quam illa reuerentiam marito ſuo præſtitit, cùm ipſa ſummam mereretur. quot, quantáſque virtutes ex diuerſis ætatibus ſumptas collegit, & miſcuit. Habet quidem Macrinus grande ſolatium, quòd tantum bonum tandiu tenuit: ſed hoc magis exacerbatur, quòd amiſit. Nam fruenti voluptatibus creſcit carendi dolor. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere auocamenta, & cicatricem pati poſſit: quam nihil æquè, ac neceſſitas ipſa, & dies longa, & ſatietas doloris inducit. Vale.

G*Raue*)Dolet apud Geminium Macrinum angi pro obitu vxoris: quam omni laude digniſſimam prædicat. nã vxorem viuam amare voluptas eſt, defunctam religio. *Noſter*)amicus, ex eadem regione. nam fuit Brixienſis. *Singularis*)ſolius, cui ſimilis non inueniebatur. *Olim*)priſcis temporibus & meliorıbus annis. *Iurgio*) conuicio, vt tria ſunt tempora: ita ordo rerum tribus momentis cõſeruus eſt. Habent enim omnia exordium, incrementum, ſummam. vt iurgium deinde cædes: demum ſtrages. quem ordinem Iuuenalis Satyra. xv. ad vnguem ſeruauit, vbi inquit, Sed iurgia prima ſonare Incipiunt animis ardentibus, hæc tuba rixæ: Dein clamore pari concurritur, & quæ ſequuntur. Marcellus inter iurgium & litem hoc differre putat, quòd iurgium leuior res eſt. Siquidem inter beniuolos aut propinquos diſſenſio, vel contentio iurgium dicitur, inter inimicos diſſenſio lis appellatur. hæc tamen pro commodo ſcriptorum confunduntur. Feſtus iurgationem iuris actionem interpretatur. *Ex diuerſis ætatibus*)ex pueritia ſimplicitatem, ex iuuenta comitatem, ex virilitate & ſenectute grauitatem & prudentiam. *Hoc*) propter virtutes illius. *Exacerbatur*)incrudeſcit, moleſtatur, perturbatur. *Nam fruenti voluptatibus*)dum fruimur diu voluptatibus: tanto magis dolor creſcit cùm priuamur. Quanto enim maius fuit gaudium: tanto maior ſequitur triſtitia. Fruendis voluptatibus in aliquibus legitur exemplaribus, dum eis ſcilicet fruimur. *Suſpenſus*)anxius. *Homine*)Minutio Macrino viro Prætorio *Auocamenta*)ſolamina animum à mœrore auocantia. alibi etiã pro illecebris *Cicatricem*)ſignum vulneris, memoriam mali. nam recenti

dolore homo eſt medelæ impatiens: vnde Papinius in ſyluis dixit, Abruptis etiam nunc flebile venis Vulnus hiat, magnæque patet via lubrica plagæ. *Et dies longa*) Seruij Sulpitij trita ſententia, dolorem tempore minui, & Diodori pariter in v. & Plutarchi in conſolatoria ad Apollonium. ſed ante hos Euripides dixerat, χρόνος μαλάξει, tempus molliet, ſcilicet dolorem. *Inducet*) contegit, curat, delet quo verbo vtuntur Iuriſconſulti, vt. ff. de his quæ in teſtimonio delentur [& inducuntur.] & Tranquil. In Cæſare Dictatore inducto priore decreto id eſt abolito. Valerius, Obducta, inquit, cicatricibus vulnera. Plin. lib. xi. mox obducitur tenui membrana: quare ſunt qui apud Cæcilium legunt, obducit, non inducit.

C. PLINIVS MONTANO SVO S.

Cognouiſſe iam ex epiſtola mea debes, annotaſſe me nuper monimentum Pallantis ſub hac inſcriptione, Huic Senatus ob fidem, pietatémque erga patronos, ornamenta prætoria decreuit, & ſeſtertiûm centies quinquagies, cuius honore contentus fuit. Poſtea mihi viſum eſt precium curæ, ipſum S. C. quærere. Inueni tã copioſum & effuſum, vt ille ſuperbiſſimus titulus modicus, atq; etiã demiſſus videretur. Cõferant ſe, nõ dico illi veteres Africani, Achaici, Numãtini: ſed hi ꝑximi Marij, Syllæ,

Cognouiſſe) Pallantem Claudij libertum à Senatu Prætoriis ornamentis donatum, libro. vij. Montano ſcripſerat: nunc perlecto de eo ſenatuſconſulto adeo honorifico vt illud iam prædictum Pallantis epitaphium videretur humile: contra temporum Claudianorum calamitatem multum inuehitur, ſenatuſconſultum per capita narrans, & reprehendens. *Monumentum*) via Tyburtina, intra primum lapidem. *Patronos*) Claudium, Agrippinam, Neronem. *Ornamenta Prætoria*) inſignia quibus vtebantur Prætores, & imprimis aureorum annulorum vſum. *Honore*) Prætoriorum ornamentorum ſpretis ſeſtertiis. *Operæprecium*) vtile. non improbo, precium curæ, ſcilicet aliquam me ex hac cura vtilitatem capturum. *Ille ſuperbiſſimus titulus*) illa ſepulcri inſcriptio nimium arrogans, ſi Pallantem reſpicias, ſi verò Senatuſconſultum modeſta & humilis. *Conferant*) ſi compararentur Senatuſconſulta Mariorum, Syllarum, Pompeiorum, vincerentur honore & laude. *Non dico illi Veteres*) pro quibus quamuis magnificis, tamen Senatuſconſulta decernebantur intra honeſtatem. *Veteres Africani*) auus & Nepos, ille deuicto Annibale: hic pro deleta Carthagine, cognomen Africani meruere: Veteres, inquit, reſpectu Syllæ, & Marij, ac Cæſarum. *Achaici*) vt L. Mũmius, cui Achaico à deuictis Achæis cognomentum inditum eſt, in quo bello ſe abſtinentiſſimum præſtitit: nec quicquam ex iis opibus ornamentíſve, quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit. Fuit etiam belli Achaici particeps Q. Cęcilius Metellus victis Achæis, apud Thermopylas, nec non Lucius Manlius Conſul Draco Achæorum duce ſuperato, L. tamẽ Mummius de Achæis triumphare meruit. *Numantini*) Numantiam in Hiſpania ciuitatem, Scipio Africanus deleuit: & inde Numantinus eſt appellatus. *Proximi*) iuniores Imperatores *Marij*) quamuis legam multos Marios: imprimis tamen reſpiciendum puto C. Marium, qui ſepties Conſul fuit, & de Cimbris triumphauit. *Syllæ*) Sylla cognomẽto Felix, Marij hoſtis, & Põp. amicus: immò magiſter, primus ex omnib' ſecũdũ Appianũ inuentus eſt, qui tyrãnidẽ deponeret: diceretq; ſe eorũ pœnas ſubire velle pro quib' cõdẽnaretur Priuatus quoque intuẽtib' cũctis per forũ ãbularet, & domũ

abſque iniuria rediret. Tanta inſpicientibus cum dignitatis reuerentia, & metus inerat, aut depoſiti muneris ſtupor, aut inferendæ pœnæ verecundia, aut alia benignitatis ratio, quaſi ad vtilitatem publicam conduceret tyrannis.

Pompeij, nolo progredi longius: infrà Pallantis laudes iacebunt. Vrbanos, qui illa cenſuerunt, putem? an miſeros? Dicerem Vrbanos, ſi Senatum deceret vrbanitas. Miſeros ergo? ſed nemo tam miſer eſt, vt ad illa cogatur. Ambitio ergo, & procedendi libido? Sed quis adeo demens, vt aut per ſuum aut per publicum decus procedere vellet in ea ciuitate, in qua hic eſſet vſus potentiſſimæ dignitatis, vt primus in Senatu laudare Pallantem poſſet? Omitto, quòd Pallanti ſeruo prætoria ornamenta offeruntur, quippe offeruntur à ſeruis: Mitto quòd cenſent, non exhortandum modò, verumetiam compellendum ad vſum aureorum annulorum. Erat enim contra maieſtatem Senatus, ſi ferreis Prætorius vteretur. Leuia hæc, & tranſeunda. Illa memoranda, quòd nomine Pallantis Senatus, nec expiata poſtea curia eſt. Pallantis nomine

Pompeij) Pompeius Strabo Pompeij Magni pater viri illuſtres: & filij Pompeij Magni, quem hic potius intelligẽdum arbitramur, fuere: qui quoniam apud Plutarchum, Appianum, Cæſarem, Dionem, ac penè innumeros memorantur: ſatis habemus lectorem admonuiſſe. *Longius*) inferius ad Cæſares. *Iacebunt*) minus nominabuntur, laude inferiores erunt. *Vrbanos*) iocoſos cum ſale. *Miſeros*) infelices, qui ad hanc cenſendi neceſſitatem cogerentur. *Vrbanitas*) nam Senatum decent ſeria & grauia. Maledictio autem ſi facetius iactatur, vrbanitas nominatur. *Illa*) talia. *Procedendi libido*) fuit in cauſa, vt per id eſſent chari Imperatori, & promouerentur ad maiores dignitates: dum quos vident Claudio placere ſententiis honorificis honeſtant. *Procedere*) aſcendere ad maiores dignitates. *Dignitatis*) deſignati Conſulis. *Potẽtiſſimæ*) quia primus cenſebat. [aliter florentiſſimæ.] *Primus in Senatu*) Barea Soranus Conſul deſignatus, princeps in dicenda ſentẽtia. *Mitto*) taceo, occupatio. *A ſeruis*) à Senatoribus coactis Imp. Cæſ. nam illis Claudius ſententiam dictauerat. *Exhortandum*) alij legunt exorandum. *Compellendum*) cogendum Pallantem. *Ad vſum aureorum annulorum*) qui ius annulorum impetrauerat in ordinem ingenuorum tranſibat. Longo certè tempore ne Senatum quidem Romanum habuiſſe aureos annulos manifeſtum eſt. ſiquidem iis tantum, qui legati ad exteras gentes ituri erant annuli publicè dabantur. Poſtea virtutis bellicæ factum eſt inſigne. Nemo tamen niſi equitum primores id gerebant: annuli igitur diſtinxere alterum ordinẽ à plebe, ſicut tunica ab annulis Senatũ, & tertiũ ordinẽ plebi patribúſq; inſeruere. Hæc Plin. auunculus, ſed inſequẽtium Imperatorum facilitate libertis id ius promiſcuè conceſſere. *Prætorius*) Pallas Prætoriis inſignitus ornamentis. *Ferreis vteretur*) quos geſtabant ſerui. Verum Plin. Memoria, inquit, auorum multi prætura functi in ferreo conſueuerunt. & Dion, Nulli Romanorum antiquorum non modò libertinorum, ſed ne ingenuorum quidem præter Senatores & equites annulis aureis vti licet, niſi Imperator conceſſerit. & codice ad legem Iuliam Viſelliam libertini non poterant aggredi magiſtratus, neque Decurionatum arripere, niſi ab Imperatore impetraſſent ius aureorum annulorum: per hoc enim tutò ad magiſtratus accedere poterant, cùm per id imaginem ingenuitatis obtinerent: adde eundem Plinium tradere in ferreo annulo equites iudicéſque

que intellectos primitus, & annulum triumphanti ferreum in digito fuiſſe: æqua fortuna triumphantis, & ſerui ſuſtinentis coronam. ſic triumphauit de Iugurta C.Marius. *Nec expiata poſtea curia*) fuit in ſecunda lectione nec expiata poſtea ea iniuria: tanquam piaculum in curia ea iniuria facta commiſiſſet Senatus.

Senatus gratias agit Cæſari, quòd & ipſe cum ſummo honore mentionem eius proſecutus eſſet, & Senatui facultatem feciſſet teſtandi erga eum beneuolentiam ſuam. Quid enim Senatui pulchrius, quàm vt erga Pallantem ſatis gratus videretur? Additur vt Pallas, cui ſe omnes pro virili parte obligatos fatentur, ſingularis fidei, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimò ferat: prolatos Imperij fines, redditos exercitus Reipub. credas. Aſtruitur his, cùm Senatui populóque Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, quàm ſi abſtinentiſſimi fideliſſimique cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet. Hoc tunc votum Senatus, hoc præcipuum gaudium populi: hæc liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egeſtione contingeret. Iam quæ ſequuntur, voluiſſe quidem Senatum cenſere

Senatus gratias agit Cæſari) nō gratias actas Claudio Cæſari à Senatu tradit Tacitus, ſed Scipionem Cornelium cenſuiſſe grates publicè agendas Pallanti, qui regibus Arcadiæ ortus veterrimam nobilitatem vſui publico poſtponeret: ſeque inter miniſtros principis haberi ſineret. Nam Claudius ante omnes libertos ſuſpexit Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus: quos decreto quoque Senatus, non præmiis modò ingentibus, ſed & quæſtoriis prætoriiſque ornari libenter paſſus eſt: tantum præterea acquirere ac rapere, vt querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurdè ſit dictum, abundaturum, ſi à duobus libertis in conſortium reciperetur. *Ipſe*) Claudius. *Eius*) Pallantis. *Facultatem feciſſet*) dediſſet liberum arbitrium. *Beneuolentiam erga eum*) amorem ſuum erga Pallantem. *Pulchrius*) cum deriſione. *Additur*) Senatuſconſulto aſcriptum eſt, quod ſequitur. *Omnes*) Senatores. *Singularis induſtriæ*) erga patronos ſuos: an quia repertor relationis fuiſſet fœminarum, quæ ſeruis coniungerentur. *Meritiſſimò*) condignè. vel à Claudio & Senatu, qui hæc meruere. *Credas*) putares per hoc Senatuſconſultum, tam honorificum, à Pallante imperio Romano additos aliquos populos, vel liberatos exercitus ab hoſtibus circumſeſſos induſtria illius. *Aſtruitur iis*) additur prædictis in illo Senatuſconſulto. *Cum Senatui*) ordo eſt. Cùm nulla materia liberalitatis poſſit repræſentari gratior Senatui populóque Rom. quàm vt contingat adiuuare facultates Pallantis abſtinentiſſimi fideliſſimíque cuſtodis principalium opum. Erat enim cuſtos imperialium pecuniarum: huic muneri à Claudio præpoſitus, poſtmodum à Nerone dimotus, cum quo olim pepigerat, ne cuiuſquam facti in præteritum interrogaretur, ſed pares cùm Rep. rationes haberet. *Principalium*) Imperatoris: frequens dictio apud Iuriſconſultos, & interdum apud Secundum in Panegyrico. Dependent iſta à prædictis vt ſic coniungas: additur vt Pallas, cui ſe omnis pro virili parte obligatus fateretur, ſingularis fidei, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimo ferat, cum Senatui populoque liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſit, quàm ſi abſtinentiſſimi fideliſſimíque cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet:

nam cætera ſunt interpoſita à Secundo ad rem redarguendam. *Tunc*) ſub Claudij dominatione. *Egeſtione publicarum opum*) euacuatione, & impenſa publicæ pecuniæ. dum illi offertur ex ærario ſeſtertium centies quinquagies. *Iam*) præterea quæ memoranda ſunt. *Quæ ſequuntur*) in Senàtuſconſulto. *Voluiſſe*) ſenſiſſe *Cenſorem*) huius rei iudicem. an potius cenſere, id eſt decernere: cùm cenſere Senatus ſit, populi iubere.

dandum ex ærario ſeſtertiûm centies quinquagies, & quanto ab eiuſmodi cupiditatibus remotior eius animus eſſet, tanto impenſius petere à publico parente, vt eum compelleret ad cedendum Senatui. Id verò deerat, vt cum Pallante autoritate publica ageretur: Pallas rogaretur, vt Senatui cederet, vt illi ſuperbiſſimæ abſtinentiæ Cæſar ipſe patronus aduocaretur, ne ſeſtertiûm centies quinquagies ſperneret. Spreuit, quod ſolum potuit, tantis opibus publicè oblatis: arrogantius fecit, quàm ſi accepiſſet. Senatus tamen id quoque ſimilis querenti, laudibus tulit, his quidem verbis, Sed cùm princeps optimus, parénſque publicus rogatus à Pallante, eam partem ſententiæ, quæ pertinebat ad dandum ei ex ærario centies quinquagies ſeſtertiûm, remitti voluiſſet: teſtari Senatum, & ſe libenter ac meritò hanc ſummam inter reliquos honores ob fidem diligentiámque Pallantis decernere cœpiſſe: voluntati tamen principis ſui, cui in nulla re fas putaret repugnare, in hac quoque re obſequi. imaginare Pallantem velut intercedentem Senatuſconſulto: moderantémque honores ſuos, & ſeſtertiûm centies quinquagies, vt nimium recuſantem: cùm prætoria ornamenta, tanquam minus recepiſſet. Imaginare Cæſarem liberti precibus,

Dandum) donandum Pallanti *Ex ærario*) ex publico. nam ærarium publicæ pecuniæ receptaculum, fiſcus autem principalis *Eiuſmodi cupiditatibus*) auaritiæ deſiderio habendi. *Eius*) Pallantis. *Tanto impenſius*) eo ardentius voluiſſe Senatum, vt illa ſeſtertia acciperet. *Petere à publico parente*) rogare Senatum principem Claudium. *Eum*) Pallantem. *Cedendum Senatui*) contentum eſſe quod Senatus ſentiret, vt acciperet quæ Senatus dono daret. *Id vero deerat*) ironia cum indignatione. *Publica autoritate*) imperatoria: immò Senatoria. cùm Dion referat, illa Senatuſconſulta, quæ fiebant extra ordinem ſolita appellari, publicam autoritatem. *Superbiſſimæ*) abſtinentiæ. *Pallantis*) qui ſuperbia abſtineret à munere oblato. *Aduocatus*) internuncius, proſoneta, vel patronus aduocaretur, ne Pallas pecuniam à Senatu decretam ſperneret. *Quod ſolum potuit*) facere, ſpernere ſc. ſeſtertiûm centies quinquagies. *Arrogantius*) cùm videretur id feciſſe modeſtiæ gratia: quod tamen fuit arrogantius, quàm ſi accepiſſet. *Id*) quod ſpreuit. *Similis querenti*) tanquam lamentaretur, quòd non accepiſſet. *Tulit laudibus*) maximè laudauit. *Eam partem*) caput illud ſententiæ noluit Claudius tolli, quo Senatores decernebant dare de publico Pallanti ſeſtertium centies quinquagies. *Ob fidem*) erga patronos. & Rempub. *Pallantem*) libertum, & vilem. *Intercedentem*) interpellantem, reſiſten-

tem. *Minus*) cùm maius eſſet recipere dignitates immeritas, quàm pecunias. Si legeris munus,] ſcilicet tanquam debitum.

vel potius imperio, coram Senatu obtemperantem. Imperat enim libertus patrono, quem in Senatu rogat. Imaginare Senatum, vſquequaque teſtantem meritò libentérque ſe hanc ſummam inter reliquos honores Pallanti cœpiſſe decernere, & perſeueraturum fuiſſe ſe, niſi obſequeretur principis voluntati, cui nō eſſet fas in vlla re repugnare. Itáne ſeſtertium centies quinquagies Pallas ex ærario referret, verecundia ipſius, obſequio Senatus opus fuit, in hoc præcipuè non obſecuturi, ſi in nulla re putaſſet fas eſſe non obſequi? Finem exiſtimas? Mane dum, & maiora accipe. Vtique cùm ſit vtile, principis benignitatem promptiſſimam ad laudem, præmiaque merentium illuſtrari vbique, & maximè iis locis, quibus incitari ad imitationem præpoſiti rerum eius cura poſſent, & Pallantis ſpectatiſſima fides, atque innocentia exemplo prouocare ſtudium tam honeſtæ æmulationis poſſet, ea quæ quarto Calendas Februarij, quæ proximè fuiſſent, in ampliſſimo ordine optimus princeps recitaſſet, Senatúſque conſulta de his rebus facta in æs inciderentur, ídque æs figeretur ad ſtatuam loricatam diui Iulij. Parum viſum tantorum dedecorum eſſe curiam teſtem? Delectus eſt celeberrimus locus, in quo legenda præſentibus, legenda

Vel potius imperio) vera correctio: paruit enim Claudius libertis ſuis. inde Iuuenalis. Induſſit Cæſar cui Claudius omnia, cuius Paruit imperiis, vxorem occidere iuſſus. *Imperat*) eſt tanquam imperium: cùm libertus audet in Senatu imperatorem patronum ſuum rogare. *Vſquequaque*) frequenter. *Summam*) pecuniarum. *Perſeueraturum fuiſſe.*) omnino decreturum fuiſſe. *Verecundia ipſius*) fuit opus verecundia Pallantis, & obſequio Senatus. vt Senatores obſequerentur principi aſſeueranti Pallantem contētum honore intra priorem paupertatem velle ſubſiſtere: nec tamen in hac re obſecuti fuiſſent, ſi putaſſent, licere ſibi contradicere Cæſari in aliquibus, neque ſemper voluntati eius morem gerere. *Finem*) hunc eſſe finem Senatuſconſulti. *Mane dum*) auſculta pauliſper: tamen *dum* poteſt eſſe dictio expletiua. *Vtique*) præſertim. verba Senatuſconſulti. Eſt autem ordo & ſenſus, Cùm ſit vtile principis benignitatem tam promptiſſimam in Pallantem illuſtrari, & publicari in laudem virorum,; vt Pallantis, merentium præmia locis ampliſſimis, vt in foro: quibus rebus reliqui præpoſiti curæ imperialium rerum poſſent incitari ad imitationem: & fides Pallantis ſpectatiſſima in patronos, atque innocentia poſſit prouocare exemplo ſuo aliorum ſtudium, tam honeſtæ æmulationis: eſt viſum ea quæ optimus princeps recitaſſet in ampliſſimo ordine, &c. *Calendas Februarij*) multi legunt ante decimum Calendas Februarii, [nonnulli quarto Calend. Februarii.] *Quæ proximè fuiſſent*) qui dies proximus fuit iſti Senatuſconſulto, facto ſuper his rebus, inciderentur in ærea tabula, & id affigeretur, iuxta ſtatuam loricatam diui Iulii, qui autore Tranquillo, primus omnium in conſulatu ſuo inſtituit, vt tam Senatus quàm populi

diurna acta conficerentur, & publicarentur. Statuæ loricatæ, quæ in foro locata fuerat diuo Iulio, meminit Plinius, his quidem verbis, Cæſar Dictator loricatam ſibi ſtatuam dicari in foro ſuo paſſus eſt. *Celeberrimus locus*) forum Cæſaris Dictatoris: de quo Tranquil. Forum de manubiis inchoauit: cuius area ſuper ſeſtertium millies conſtitit. *Præſentibus*) viuentibus.

futuris proderentur. Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipij: quóſque repudiaſſet, quóſque, quantum ad decernentes pertinet, geſſiſſet, inciſa & inſculpta ſunt publicis æterniſque monimentis Prætoria, ſic quaſi fœdera antiqua, ſic quaſi ſacræ leges. Tanta principis, tanta Senatus, tanta Pallantis ipſius, quid dicam? neſcio, niſi vellet in oculis omnium figi, Pallas inſolentiam ſuam, patientiam Cæſar, humilitatem Senatus. Nec puduit rationem turpitudini obtendere. Egregiam quidem, pulchrámque rationem, vt exemplo Pallantis præmiorum ad ſtudium æmulationis cæteri prouocarentur. Ea honorum vilitas erat, illorum etiam, quos Pallas non dedignabatur. Inueniebantur tamen honeſto loco nati, qui peterent, cuperéntque quod dari liberto, promitti ſeruis videbãt. Quàm iuuat, quòd in tempora illa non incidi, quorum ſic me, tanquam illis vixerim, pudet. Non dubito ſimiliter affici te. Scio quàm ſit tibi viuus & ingenuus animus. Ideóque facilius eſt, vt me (quãquam indignationem quibuſdam in locis fortaſſe vltra epiſtolæ modum extulerim) parum doluiſſe, quàm nimis credas. Vale.

Futuris) poſteris. *Faſtidioſiſſimi mancipij*) Superbiſſimi ſerui. *Quoſque*) & placuit ſignari ære eos honores, quos neglexiſſet. *Pecuniam de publico oblatam*) quod illi cedebat honori. *Decernentes*) Senatores i per quos non ſtetit, quin pecuniam reciperet Pallas. *Monumentis*) actis diurnalibus. *Fœdera antiqua*) vt Latinorum & Carthaginenſium. *Sacræ leges*) quæ in albo poſitæ fuerant. Sacrum eſt, quicquid deorum habetur: nã Iuſtinianus, Sacræ, inquit, res ſunt, quæ rite per Pontifices deo cõſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, donaria, quæ rite ad miniſterium dei dedicata ſunt. Leges igitur ſacræ dictæ, quòd ante eas conditas referente Dionyſio, quædam erant in ſacris libris repoſita, vímque legis habentia: quorum cognitionem ſoli patricii habebãt, & pro legibus vtebãtur. Sãctę verò dicũtur ſecundũ Donatũ, & Macrobium, quòd pœnæ ſanctione à nullo corrumpi, & violari debeant: & ideo ſanctione confirmatæ reſpondente Vlpiano: quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi deo non ſit conſecratum. Scio leges per Decemuiros x. tabulis annotatas, populo confirmante in baſes æneas inciſas, & in foro poſitas, illuſtriſſimum eligente locum: fontem omnis publici priuatíque iuris: cui mox duæ tabulæ additæ. In prooemio tamen. ff. ſcriptum extat, decem tabulis eburneis leges primùm pro roſtris propoſitas. *Tanta principis*) patientia erat. *Tanta Pallantis*) inſolentia. *Quid dicam?*) dubitatio, exornatio. *Figi in oculis omnium*) inſpici à cunctis. *Humilitatem*) animi vilitatem. Legimus, & quid dicam neſcio: niſi & reliqua. *Obtendere rationem turpitudini*) velle turpe factum ratione excuſare. *Obtendere*) opponere tanquam præſtigias. *Egregiam*) ironia, qualis apud Virgil. Egregiam verò laudem. Eſt autem ratio quæ ſequitur, vt ſcilicet cæteri prouo-

carentur, & incitarentur ad ſtudium æmulationis exemplo præmiorum Pallantis. *Ea ſtudia*) vt exemplo ſuo alios incitaret. Legitur etiam vilicas, id eſt contemptus. *Quos non dignabatur*) quos non accipiebat, immò faſtidiebat. *Honeſto loco*) claris natalibus. *Dari*) Prætoria ornamenta. *Promitti*) ſeſtertium centies quinquagies. *Serui*) Pallanti, qui olim ſeruiuerat. *Illis*) temporibus. an cum Senatoribus illorum temporum. *Affici*) diſponi, perturbari. *Verus*) alia lectione iuſtus. Item viuus, id eſt promptus, ſubitus. *Ingenuus*) liber. *Quibuſdam in locis*) vt illic, Conferántque ſe non illi veteres Africani. Item, Prolatos Imperii fines, nec procul imaginare Pallantem velut intercedentem Senatusconſulto. Et totum illud, Parum viſum eſt, quia epiſtolaris ſtylus debet eſſe remiſſior.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

NEque vt magiſtro magiſter, neque vt diſcipulo diſcipulus (ſic enim ſcribis) ſed vt diſcipulo magiſter. Nam tu magiſter, ego contrà. Atque ideo tu in ſcholam reuocas, ego adhuc Saturnalia extendo, librum miſiſti. Non potui longius hyperbaton facere, atque

NEque) Miſerat Tacitus librum ſuum Secundo corrigendũ, qui vt probaret ne meritò quidem poſſe dici Taciti diſcipulus, de induſtria fecit longum hyperbaton, quod ſanè vitio datur, cum oratio, vt hic, obſcuratur. nam non eſt numeroſa oratio, ſed abſona, & interrupta. permutato enim recto verborum ordine ad nihilum omnia decidunt. Collocabis igitur verba vt melius intelligatur, Neque miſiſti librum tuum, vt ſolet magiſter mittere magiſtro, id eſt, vt eruditus erudito: neque miſiſti vt ſolet diſcipulus, .i. literarum candidatus mittere alteri diſcipulo ſcripta ſua emendanda (nam ſic ſcribis) ſed miſiſti vt ſolet magiſtro, hoc eſt maior, & doctior mittere diſcipulo ſuo. tu enim magiſter es, ego verò contrà ſum, ſcilicet diſcipulus tuus. Ideo me literis ablegatum reuocas, tanquam diſcipulum ad ſtudia, cùm eſſem intentus luſibus, quibus Saturnalia luxuriant. *Extendo*) exerceo vltra conſtitutum, intentus ſum iocis diutius quàm oportebat: nam poſt Saturnalia diſcipuli à ludo in ludum clamoſo reuocabantur à magiſtro, ſi Martiali credimus. *Hyperbaton*) tranſgreſſionem, prima enim perſpicuitatis virtus eſt rectus ordo, non in longum dilata concluſio. Eſt autem Hyperbaton perlonga dictionis dilatio, & tranſgreſſio quædam verborum ordinem turbans: cuius ſpecies quinque, anaſtrophe. dacope, vel vt quidam tmeſis, dialyſis, ſiue parentheſis, hyſterologia, ſiue hyſteronproteron, ſyncheſis. Sed luculentius Diomede Fabius. Plus tamen, inquit, eſt obſcuritatis in textu, & continuatione ſermonis, & plures modi: quare nec ſit tam longus, vt eum proſequi non poſſit intentio: nec tranſiectio tarda, vt in hyperbaton finis eius differatur; quibus adhuc peior eſt mixtura verborum, qualis in illo verſu. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras. Et de tropis ſcribens, Hyperbaton quoque, id eſt verbi tranſgreſſionem, quoniam frequenter ratio comparationis, & decor poſcit, non immeritò inter virtutes habemus. Fit enim frequentiſſimè aſpera, & dura, & diſſoluta, & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur: quare cùm verba per ſe clara perturbantur, erit vitioſum hyperbaton, quod data opera fecit Secundus. Aliud hyperbaton libro nono idem Fabius deſcribit, Parenthiſi, inquit, adiiciunt hyperbaton, non illud quod inter tropos eſſe

voluerunt, ſed alterum quod ei figuræ ſententiarum, quæ apoſtrophe dicitur, ſimile, & non ſenſum mutat, verùm formam eloquendi: quale illud, Decios Marios magnóſque Camillos Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar. Acutius etiam in Polydoro. Fas omne abrupit, Polydorum obtruncat, vi & auro potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Hermogenes, vbi de puritate orationis agit, teſtatur hyperbaton eſſe contrarium perſpicuitati: quare ſi orationem illuſtrare intendimus omnino fugiendum eſt: non enim ſplendida comparatur oratio membris prolixis & circuitu. Pari ratione reprebendit M. Tullius in Rhetoricis hyperbaton, præcipiens fugere oportere longam verborum continuationem, quæ & auditoris aures, & ſpiritum lædit: quam ſententiam libro tertio de Oratore repetit.

hoc ipſo probare eum eſſe, qui non modò magiſter tuus, ſed ne diſcipulus quidem debeam dici. Sumam tamen perſonam magiſtri: exerámque in librum tuum ius, quod dediſti: eo liberius, quo nihil ex meis interim miſſurus ſum tibi, in quo te vlciſcaris. Vale.

Hoc ipſo) quod vitioſum hyperbaton feci. *Perſonam*) qualitatem, & habitum. *Exeram*) exercebo, alibi extrahere ſignificat. Ouidius. Ter. Neptunus aquis cum toruo brachia vultu, Exerere auſus erat. Virgilius, Ora exertantem. Item. Exertæ cingula mammæ. Claudianus, Exerta manus armata bipenni. Plinius vndecimo, dentes exerti ſunt apro, hippopotamo, elephanto. Et libro nono de Perdicibus. hiantes exerta lingua, per id tempus æſtuant. *Eo liberius*) emendabo librum tuum. *Meis*) ſcriptis. *Vlciſcaris*) confodias, annotes, expungas, mihi vices reddas.

C. Plinivs Romano Svo S.

Vidiſtine aliquando Clitumnum fontem? ſi nondum, & puto nondum; alioqui narraſſes mihi: vide, quem ego (pœnitet tarditatis) proximè vidi. Modicus collis aſſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus & opacus: hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus

Vidiſti) Clitũni fontis miram naturam exprimit, petitq; ſi quid ſimile habet, ſibi reſcribat. *Clitumnum fontem*) Vibius Sequeſter. Clitumnus Vmbriæ fluuius vbi Iupiter eodem nomine eſt. Plinius, In Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit. Virg. Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima: ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro Romanos ad templa deûm duxere triumphos. Nam triumphantes petitis bobus ex Clitumno Ioui Capitolino ſacrificabant: quod Iuuen. interpres ſurda aure prætериit. Satyra. xij ibi, Pinguior Hiſpulla traheretur taurus, & ipſa Mole piger, nec finitima nutritus in herba, Læta ſed oſtendens Clitumni paſcua, ſanguis Iret, & à grandi ceruix ferienda miniſtro. Hinc Lucanus, Eſt qui tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat. Papinius in Syluis. Aut preſſant niueos Clitumna noualia tauros. Silius, Et lauat ingentem perfundens flumine ſacro Clitumnus taurum. Claudianus, Non tales Clitumne lauas in gurgite tauros, Tarpeio referunt quos pia ſacra Ioui. In laudibus Honorii ad hæc miram fluminis naturam explicat. Quin & Clitumni ſacras victoribus vndas, Candida quæ latiis præbent armenta triumphis, Viſere cura fuit. *Et puto nondum*) te vidiſſe illum: nam aliâs narraſſes mihi. ergo

illum vide. *Nemoroſus*) denſus, obſcurus. Nemus iuxta Clitumnum teſtatur Tranquil. vbi memorat Caligulam ad viſendum nemus, fluménque Clitumni Meuaniam proceſſiſſe. Et Propertius inquit,

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco Integit, & niueos abluit vnda boues.

Exprimitur) exilit veluti onere ſuperimpoſiti collis.

venis, ſed imparibus, eluctatúſque facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus & vitreus, vt numerare iactas ſtipes & relucenteis calculos poſſis. Inde non loci deuexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur. Fons adhuc & iam ampliſſimum flumen atque etiã nauium patiens, quas obuias quoque & contrario niſu in diuerſa tendenteis, tranſmittit & perfert: adeo validus vt illà quà properat, ipſe tanquam per ſolum planum remis non adiuuetur, idem ægerrimè remis contíſque ſuperetur aduerſus. Iucundum vtrunque per iocum, ludúmque fluitantibus, vt flexerint curſum, laborem ocio, ocium labore variare. Ripæ fraxino multa, multa populo veſtiuntur: quas perſpicuus amnis velut merſas viridi imagine annumerat. Rigor aquæ certauerit niuibus, nec color cedit. Adiacet templum priſcum & religioſum. Stat Clitumnus ipſe amictus, ornatúſque prætexta.

Venis) foraminibus. *Eluctatus*) exprimens, emittens. *Gurgitem*) Gurges eſt in flumine locus profundus, vbi aqua vertitur: quòd gulæ inſtar ad ſe trahat & deuoret. ſolet hoc fieri iuxta fontes maximos, ex quibus flumina defluunt. *Patefacto gremio latè*) extenſo fluminis alueo. in multis exemplaribus legi, quem facit gurgitem lato gremio patefacit. item non diſplicet hæc lectio, eluctatúſque facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit. *Vitreus*) tranſlucidus. *Stipes*) nummos. *Calculos*) lapillos. *Deuexitate*) deſcenſu, quo modicus etiam humor celeriter decurrit. *Copia*) abundantia aquæ. *Impellitur*) vrgetur. *Fons adhuc*) eſt. *Nauium patiens*) profundus. *Obuias*) contra defluxum lateralem nitentes. *Niſu*) remigantium contentione. *In diuerſa*) ad alteram ripam. *Tranſmittit & perfert*) patitur ſe ſuperari. *Validus* pronus ad decurſum. *Illa*) ea via. *Properat*) velociter defluit. *Non adiuuetur remis*) non opus ſit nauigantibus remigatione, quia labantur per ſe amne ſecundo. *Aduerſus*) decurrens, ſi quis ad ſuperiora niti voluerit. Sic Virg. in Georgicis. Qui aduerſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit. *Contis*) Contus ſudex eſt ſiue haſta longior duriórque ſine ferro, quo nautæ in fluminibus non admodum profundis vtuntur ad impellendas ſcaphas. eo etiam antiquos in bello vſos Virg. teſtatur hoc verſu, Aſſueti longo muros detrudere conto. & qui eos gerebant qui de re militari ſcripſere, contatos appellauere. *Vtrunque*) aduerſus flumen niti, & mox ſecundo flumine deferri. *Fluitantibus*) nauigantibus. *Vt flexerint curſum*) poſtquam decurrere. *Ocio*) labendo in pronum *Labore*) nitendo ad fontem. *Fraxino*) arbor eſt fraxinus & campeſtris & montana, procera & teres, Homeri præconio & Achillis haſta plurimum nobilitata Theophraſtus in duo genera diſtinxit & Plinius lib. xvi. in quatuor, vbi etiam cap xxiiij. leges multa de populo, quæ fluminibus lætantur. *Veſtiuntur*) teguntur, ornantur. *Adnumerat*) fluuius lucidus reddit ſpectatoribus arbores numerandas ea imagine viridi, vt ſunt in ripa, tanquam eſſent ſub aqua merſæ. Conuenit cum præcedentibus, vbi inquit, poſſe Romanum numerare iactas

ſtipes & relucentes calculos. *Rigor*)frigiditas eſt par niuibus. *Nec color cedit*) ad albedinem niuis accedit. *Priſcum*) nam vetuſta templa magis religioſa,maieſtatis venerationiſque plena. *Clitumnus*)deus. omnis enim fluuius ſuum numen habebat. *Prætexta*)veſte ſiue fraxinea vel populea. Nam Virgil lib. viij. fingit deum Tyberinum Æneæ viſum,populeas inter frondes amictum, tenui carbaſo glauco, & crines intectum vmbroſa arundine.

Præſens numen,atque etiam fatidicum. indicant ſortes.Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidémque Dei ſimulacra: ſua cuique veneratio,ſuum nomen:quibuſdam verò etiam fontes. Nam præter illum quaſi parentem cæterorum, ſunt minores capite diſcreti,ſed flumini miſcentur quod ponte tranſmittitur. Is terminus ſacri profanique. In ſuperiore parte nauigare tantùm,infrà etiam natare conceſſum.Balineum Hiſpellates, quibus illum locum diuus Aug. dono dedit, publicè præbent & hoſpitium.Nec deſunt villæ,quæ ſecutæ fluminis amœnitatem,margini inſiſtunt.In ſumma,nihil erit ex quo non capias voluptatem. nam ſtudebis quoque,& leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inſcripta, quibus fons ille, Deúſque celebratur. Plura laudabis,nõnulla ridebis,quanquam tu verò, quæ tua humanitas,nulla ridebis. Vale.

Præſens)propitium,auxiliare.*Fatidicum*)fata canens,quod videtur Claudianus indicare, vbi de Clitumno memorás ſcribit, Nec te miracula fontis Prætereunt tacito paſſu, quem ſi quis adiret, Lentus erat: ſi voce gradú maiore citaſſet, Commixtis feruebat aquis, cúmque omnibus vna ſit natura vadis, ſimiles vt corporis vmbras Oſtendant: hæc ſola nouem.iactantia ſortem Humanos properant imitari flumina mores. Nam Plin. Cæcilius ſtatim ſubiicit.*Indicant ſortes*)eum ſcilicet Clitumnum fatidicum eſſe per ſortes quæ multiplices erant.vt Gordi & Antij,& referente Tacito apud Germanos.Plautus etiam cuiuſdam ſortis meminit: ſed hæc omnia vana extitiſſe Apuleius,lib. ix,declarat, vbi recitat ſacerdotes Iſidis commentos nouum quæſtus genus: euocata enim ſorte vnica de pluribus caſulis conſulentes, de rebus variis plurimos eſſe cauillatos.Sors hæc erat ideo coniuncti terram proſcindunt boues, vt in futurum læta germinent ſata.tum ſi matrimonium ſorte cooptantes interrogarent rem ipſam, reſponderi dicebant connubio iungendos, & liberos procreandos, ſi poſſeſſiones & ſata præſtinaturus quæreret, meritò boues, & iugum & arua ſementis florentia pronunciari. Si quis de profectione ſolicitus diuinum caperet auſpicium iunctos iam paratóſque quadrupedum cunctorum manſuetiſſimos, & lucrum promitti de glebæ germine.Si prælium capeſſiturus, vel latronum factionẽ perſecuturus,vtiles nec ne proceſſus ſciſcitaretur, additam victoriam forti præſagio contendebant: quippe ceruices hoſtium iugo ſubacturi, & prædam de rapinis vberrimam fructuoſámque capturi. *Circa*)Templum illud Clitumni. *Priſcum*)quod erat ad fontem ſitum. *Simulacra*)imagines ad ſimilitudinem ipſius Dei [quædam exemplaria non habent hanc vocem, quæ non incommodè poteſt abeſſe.] Romæ ſimulacrum ex ære factum Cereris primum reperio: tranſiit à diis ad hominum ſtatuas multis modis, nam ex deſiderio orta videntur, vt quæ intueri non dabatur, cerni per ſimulacra viderentur: quæ Seruius grammaticus diis ſolùm aſſignat. *Numen*)poteſtas. eſt in alia lectione nomen, id eſt cognomen.

& epitheto

& epitheto ſicut Ioui varia cognomenta poetæ aſcripſere pro diuerſis muneribus, quæ mortalibus præſtitit. *Fontes*) inſunt vel oriuntur. *Illum*) Clitumni maximum fontem. *Minores*) fontes. *Capite diſcreti*) diuiſi ab illo maximo. *Immiſcent*) confluunt. *Tranſmittitur*) traiicitur ponte inſtrato. *Sacri profaníque eſt*) illud ſpatium quod durat à templo & ſacellis vſque ad finem pontis, ſacrum eſt: à fine pontis ſtatim incipit eſſe profanum. quod omnes ferè conſentiunt id eſſe, quod extra fanaticam cauſam ſit, quaſi porrò à fano & religione ſecretum: interdum etiam quòd ex religioſo vel ſacro in hominum vſum proprietatémque conuerſum eſt. vtrunque Macrobius Virg. autoritate comprobat: poſterius etiam Agenus vrbicus. *Terminus*) dictus eſt ſecundum Siculum Flaccum, quòd terræ menſuras diſtinguat. hoc enim teſtimonia finium intelliguntur, agrorúmque contentio ac certamen aufertur. *Parte pontis*) vergentis ad fontem. *Hiſpellates*) Plin. & Vmbriæ intus Hiſpellum: Strabo, altera parte confinium Picentinorum ad montana Hiſpellum eſt. in Vmbria pariter locus: quamuis corruptè legatur Hiſpollū. *Illum locum*) iuxta fontem Clitumni. *Publicè præbent balineum*) ſubminiſtrant impenſam omnibus loturis ibidem gratuitò. [aliter præbent non repetitur.] *Et hoſpitium*) & pariter gratuitò hoſpitantur. *Secuta*) quod eſt animati dedit inanimato: non enim villæ ſequi poſſunt, ſed villarum ædificatores. *Inſiſtunt margini*) conſtructæ ſunt in ripa, & fundamentis ad aquam poſitis inſiſtunt. *Multorum*) diuerſorum hominum vota ſoluentium, quod tabellis & inſcriptionibus vbique diſpoſitis ſignificatur. *Ridebis*) vt rudia vel ſuperſtitioſa. *Tua*) ingenita. *Nulla ridebis*) quia vtcuuque ſunt, in bonam partem accipias.

C. Plinivs Vrso Svo S.

OLim non librum in manus, non ſtylum ſumpſi: olim neſcio quid ſit ocium, quid quies, quid denique illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere, nihil eſſe: adeo multa me negocia amicorum, nec ſecedere, nec ſtudere patiuntur. Nulla enim ſtudia tanti ſunt, vt amicitiæ officium deſeratur: quod religioſiſſimè cuſtodiendum ſtudia ipſa præcipiunt. Vale.

O*Lim*) Conqueritur apud Vrſum, quòd nequeat ſtudere ob amicorum negocia, quæ tamen ſtudiis præferenda ſunt. *Librum*) vt legerem *Stylum*) vt ſcriberem. *Ocium*) à negociis vrbanis, vel ſtudium. nam alibi cùm dixiſſet ſe in receſſu cum libellis loqui, ſubdidit dulce ocium. Et ad Caninium, Quin tu in alto iſto pinguíque ſeceſſu, ſtudiis aſſeris: hoc ſit negocium tuum, hoc ocium, hic labor, hæc requies. Iners quidem eſſe ruri in ocio, neque patrocinium amicis ſuis præſtare, neque fama celebrari: ſed in obſcuro & receſſu ſibi viuere. *Studia*) philophiæ præcepta.

C. Plin. Fabato Prosocero Svo S.

QVo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc triſtior audies, neptem tuam abortum feciſſe: dum ſe prægnantem eſſe,

Q*Vo magis*) Fabatum prosocerū monet Calphurniam vxorem ſuam feciſſe abortū, & ideo in ſūmū diſcrimé

adduci: ſed hortatur, quia à periculo libera poteſt adhuc parere liberos, cùm iam eius rei dederit experimentum. *Nobis*) me & Calphurnia. *Pronepotes*) filios neptis tuæ & mei eius mariti. *Feciſſe abortum*) quòd conceperat ante tempus natũ.

puellariter neſcit: ac per hoc quadam cuſtodiẽda prægnantibus omittit, facit omittenda: quẽ errorem magnis detrimentis expiáuit, in ſummum periculum adducta. Igitur vt neceſſe eſt, grauiter accipias ſenectutem tuam quaſi paratis poſteris deſtitutam, ſic debes agere Dijs gratias, quòd ita tibi in præſentia pronepotes negauerunt, vt ſeruarent neptem, illos reddituri, quorum nobis ſpem certiorem hæc ipſa, quanquam parum proſperè explorata, fœcunditas facit. Iiſdem nunc ego te, quibus ipſum me hortor, moneo, confirmo. neque enim ardẽtius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio: quibus videor à meo, tuóque latere pronũ ad honores iter, & ad audita latius nomina & non ſubitas imagines relicturus. Naſcantur modò, & hunc noſtrũ dolorẽ gaudio mutent. Vale.

Puellariter) ſimpliciter, ignoráter, more puellarũ. à verbo puellaris, quo vtitur Ouidius. Alta puellares tardat arena pedes, rectè deducitur puellariter. *Prægnantionibus*) legitur etiam prægnantibus, quod magis probo. *Omittenda*) contraria prægnantibus. *Expiauit errorem*) quod errore commiſerat, dum in ſummum vitæ diſcrimen adducitur, purgauit & ſatisfecit. *Detrimentis*) fuit in ſecunda lectione documentis, ideſt experimentis & exemplis, quibus in poſterum edocta fuit quid eſſet factura. *Accipias*) ſuſtineas. *Grauiter*) dolenter. *Paratis*) iam conceptis, ſed intempeſtiuè enectis. *Illos*) pronepotes. *Explorata*) experta. *Parum proſperè*) propter abortum. *Spem*) quia omnino ſuſcipere liberos ſperandum nobis eſt. *Iiſdem*) rationibus. *Meo latere*) gradu paterno. *Tuo*) Materno. *Pronum*) facile. *Audita latius nomina*) longa virorum illuſtrium ſtemmata in familia Calphurniæ & Cæcilii, quinetiam Plin. nam multa multorum Pliniorum epitaphia ſuperioribus annis in agro & municipio Nouocomo per Benedictum Iouium eruta ſunt: quibus colligitur non modò duobus Plin. ſed pluribus eam familiam celebrem fuiſſe. *Subitas*) nouas, recentes, vt obiectum eſt Mario, & Ciceroni, & Q. Curtium Rufum obſcuris parentibus dicebat Tiberius, cùm eum Prætorem renunciaret, videri ex ſe natum. *Imagines*) maiorum, de quibus plura alibi enarrauimus, id etiam indicat illa ad Traianum epiſtola, cùm ſcribit ſe habere in agris per plures ſucceſſiones traditas ſibi Principum ſtatuas.

C. Plinivs Hispvllae Svae S.

Cvm) Hiſpullã Fabati filiã, & ſororẽ patris Calphurniæ pariter pro abortu vxoris ſolatur, rogátque vt caſum Fabato velit excuſare. *Filiam*) Calphurniam vxorem meam. *Fratris*) tui Calphurnii. *Molliorem affectum*) amorem indulgentiorem, remiſſiorem quàm ſi illi mater eſſes. *Intelligo*) video optimum factu, ſi tibi nunciauero ipſam conualuiſſe, antequam dicam abortum feciſſe.

CVm affectum tuum erga fratris filiã cogito, etiã materna indulgẽtia molliorẽ, intelligo priùs tibi, quod eſt poſterius, nunciandũ, vt

præſumpta lætitia ſolicitudini locum non relinquat: quanquam vereor ne poſt gratulationem quoque in metum redeas: atque ita gaudeas periculo liberatam, vt ſimul, quòd periclitata ſit, perhorreſcas. Iam hilaris, iam ſibi, iam mihi reddita incipit refici, tranſmiſſúmque diſcrimen cõualeſcendo remetiri. Fuit alioqui in ſummo diſcrimine (impunè dixiſſe liceat) fuit nulla ſua culpa, ætatis aliqua, inde abortus, & ignorati vteri triſte experimẽtum. Proinde & ſi non contigit tibi deſiderium fratris amiſſi, aut nepote eius, aut nepte ſolari, memento tamen dilatum magis iſtud quàm negatum, cùm ſalua ſit, ex qua ſperari poteſt. Simul excuſa patri tuo caſum, cui paratior apud fœminas venia eſt. Vale.

Præſumpta) prius admiſſa non ſinat locum triſtitiæ. *Simul perhorreſcas*) pariter gaudeas & timeas. *Sibi*) ad ſanam mentem. *Mihi*) qui iam de illa bene ſpero, ſicut illa de ſe. *Remetiri*) ſecum reputare, quod potius fieri ſolet cùm periculum euaſimus, quàm cùm in ipſo periculo ſumus. *Impunè*) liberè, ſine illius pœna. Q. Curtius, Multis impune vulneratis & mox, Donec debilitati impune nauigiis excipi poſſent. *Ætatis*) puellaris, quæ dum præterit, quæ prægnanti erant facienda, fecit prætereunda. *Abortus*) factus eſt. *Experimentum*) conuenit cum ſuperioribus, vbi legunt aliqui documentis. vſus enim & experientia in rebus humanis dominatur, & vbi quid perperam factum, ceſſit improſperè, vitatur quod fefellerat. *Ignorati vteri*) vxoris quæ ignorabat ſe eſſe grauidam. *Proinde*) quare. *Fratris amiſſi*) Calphurnij fratris tui, quem vnicè diligebas. *Deſiderium*) nam vita functus erat: cùm deſiderium ſit rerũ quibus caremus. *Nepte*) abortus ille debuit eſſe in primis menſibus, vt non potuerit dignoſci mas an fœmina eſſet futura. *Dilatum*) in aliud tempus per ſecundum fœtum. nam ex abortu dedit experimentum non eſſe ſterilem. *Patri*) Fabato. *Apud fœminas*) te fœmina deprecante facilius veniam dabit fœminæ Calphurniæ inopinati abortus.

C. PLINIVS MINVTIANO SVO S.

HVnc ſolum diem excuſo. Recitaturus eſt Titinius Capito, quẽ ego audire neſcio magis debeã an cupiã. Vir eſt optimus, & inter præcipua ſæculi ornamenta numerandus: colit ſtudia, ſtudioſos amat, fouet, prouehit, multorũq́; q aliqua cõponũt, portus, ſinus, præmiũ, omniũ exẽplũ, ipſarũ deniq; literarũ iã ſeneſcentium

HVnc) Cum Titinius Capito ſtudiorum fautor, literarum reformator, recitaturus eſſet, excuſat diem à contubernio Minutiani, vt Capitoni paria reddat, qui recitationibus Plin. interfuerat: & materia ipſa ſcribendi ductus. nam mortem illuſtrium virorũ ſcriptis commendabat. *Titinius Capito*) de quo libro primo. *Debeam*) vt faciam paria. *Cupiam*) ob ſingulares virtutes. *Seculi*) noſtri, fœliciſſimi. *Ornamenta*) ornatos viros. *Portus multorum*) excipit & tutatur multos ſcriptores. *Sinus*) ſtatio, refugium. *Omnium exemplum*) omnes prouocat exemplo ſui, vt ſtudia colantur & doctos foueant. *Seneſcentium*) ab illa florida & robuſta

eloquentiæ ſterilitatem quandam redolentium. cuius rei cauſam pluribus quærit Tacitus in libello de cauſis corruptæ eloquentiæ.

reductor ac reformator. Domum ſuam recitantibus præbet, auditoria non apud ſe tãtùm benignitate mira frequentat: mihi certè ſi modò in vrbe eſt, defuit nunquam. Porro tanto turpius gratiam non referre, quanto honeſtior cauſa referenda. An ſi litibus tererer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti ad vadimonia mea: nunc quia mihi omne negocium, omnis in ſtudiis cura, minus obligor tanta ſedulitate celebranti: in qua obligari ego, ne dicam ſoleo, certè maximè poſſum? Quòd ſi illi nullã vicem, nulla quaſi mutua officia deberem, ſolicitarer tamen vel ingenio hominis pulcherrimo & maximo: & in ſumma ſeueritate dulciſſimo; vel honeſtate materiæ. Scribit exitus illuſtriũ virorum, in iis quorundam mihi cariſſimorũ. Videor ergo fungi pio munere, quorúmque exequias celebrare non licuit, horum quaſi funebribus laudationibus, ſeris quidem, ſed tanto magis veris, intereſſe. Vale.

Reductor) ad priorem bonitatem & candorem. Nam Ciceronis & Aug. tempora habita ſunt eloquentiſſima, priora pene rudia & inculta: poſteriora vſque ad Honorium plus eruditionis quàm eloquentiæ collatura, reliqua vſque ad ſeculum noſtrum ſemibarbara. *Recitantibus*) id quod Iuuenalis vellicat, aut ſi dulcedine famæ Succenſus recites, Maculonus commodat ædes, Ac longè ferrata domus ſeruire iubetur. Sed eos ſane vellicat qui ſolùm ædes & auditores dabant, nullo adhibito munere: at noſter Capito etiam prẹter domum prẹmia ſcriptoribus numerabat. *Benignitate mera*) non ſimulata ſed ſimplici bonitate: legitur etiam mira. *Frequentat auditoria*) frequenter auditum vadit recitantes. *Non apud ſe tantùm*) non ſolùm cùm libri recitantur in ædibus ſuis, verùm etiam in alienis. *Mihi*) recitanti. *Turpius eſt non referre gratiam*) non audire ipſum recitantem. *Cauſa*) eadem ratio. *An ſi litibus tererer*) ſi iudex eſſem & vadimonia facerem. *Ad mea vadimonia*) quibus ſiſtere iuſſiſſem litigantes in iudicio. *Celebranti*) ſtudia. *Vadimonia mea*) ſponſiones per me factas aliquem ſe in iudicio ſiſtendi ad certum diem. Cic. pro Quinto, Vadimonium mihi non obiit. Et mox, Qua tibi hora vadimonium non ſit obitum. nam magna multa non obiti, id eſt deſerti, vadimonij conſtituta erat. Plautus in Epidico, Ilicet vadimonium vltro mihi hic facis. Mart. lib. viij. Cùm modò diſtulerint raucæ vadimonia cæræ. Fabius de legato frumentario, qui ad præſtitutum diem venerat, Niſi inquit tamen ad vadimonium legate veniſſes, non multorum dierum commeatum habebamus. Liuius, Prætores, quorum iuriſdictio erat, Tribunalia ad diſciplinam publicam poſuerunt, vadimonia fieri iubentes, ibique eo anno ius dictum eſt. Val Max. Cùm Scipio oppidum Badiam circunſederet, tribunal ſuum adeuntes, in ædem quæ intra mœnia hoſtium erat, vadimonium in poſterum facere iuſſit. Pli. Bæbius iudex dum vadimonium differri iubet, mortuus eſt. Et in præfatione, Inſcriptiones propter quas vadimonium deſeri poſſit. Seneca, fœnerator valitudinarius diſtortis manibus, & pedibus ad comparendum non reiunctis clamat, ac per vadimonia aſſes ſuos in ipſius morbi acceſſionibus vindicat. Tranquil. tradit comprehenſis à Caio meritoriis vehiculis, & piſtrinenſibus iumentis, pleroſque litigatorum, quòd occurrere abſentes ad vadimonium non potuiſſent, cauſa cecidiſſe. Longa fit altercatio apud Marcum Tullium pro eodem Quintio, de vadimoniis, dicentibus

quibuſdam, vadimonia fuiſſe deſerta. aliis verò à ſe facta non fuiſſe. & Macrobius in Saturnalibus, Comperendini inquit dies ſunt, quibus vadimonium licet dicere. Vadimonia ſi credimus Apollinari, Thales Mileſius culpabat. Apuleius ſubinde vadimonium vſurpat pro promiſſo deſtinato ad certum diem. *Obeunti*) adeunti. *Solo*) hac ſola re, quia aliis rebus etiã obligari poterat. legitur etiam ſoleo. *Nullam diem*) promiſſam: adſcribitur etiam vicem. *Solicitarer*) excitarer ad audiendum Capitonem propter eius ingenium. *Pulcherrimo*) verſanti circa res pulcherrimas. nam ab Imperatore Traiano impetrauit, vt ſibi liceret ponere in foro ſtatuam L. Syllani, eique omnino in vſu fuit claros colere: mirum qua religione, quo ſtudio imagines Brutorum, Caſſiorum, Catonum domi haberet. *In ſumma ſeueritate dulciſſimo*) maxima enim virtus miſcere ſeueritatem iucunditati. *Honeſtate materia*) nam clariſſimi cuiuſque vitã egregiis carminibus exornabat. *Exitus*) mortes. libro primo aſſerit ſcripſiſſe vitas: ergo intellige totum pro parte, quia potius ſolemus reſpicere hominum finem quàm vitam. & ſic de C. Fannio libro quinto dixit, ſcribebat exitus occiſorum, aut relegatorum à Nerone. *Chariſſimorum*) dum viuerent, & poſt mortem. non enim tantùm viuentes amabat Plinius. *Non licuit*) ob metum Domitiani. *Funebribus*) quæ ſolent fieri in funere clariſſimorum. *Veri*) quia multos poſt annos functum compoſitæ ſunt. *Tanto magis veri*) nam in laudationibus funebribus oratores in multis mentiri ſolent, at in hiſtoriis non licet.

C. Plinivs Geniali Svo S.

Probo, quòd libellos meos cum patre legiſti. Pertinet ad profectum tuum, à diſertiſſimo viro diſcere, quid laudandum, quid reprehendendum: ſimul ita inſtitui, vt verum dicere aſſueſcas. Vides quem ſequi, cuius debeas implere veſtigia. O te beatum cui contigit vnum atque idẽ optimũ, & coniunctiſſimũ exẽplar: qui denique eum potiſſimum imitandũ habes, cui natura eſſe te ſimillimum voluit. Vale.

Probo) Genialem & commẽdat, & felicem credit, quòd libellos ſuos cum patre doctiſſimo legerit, vt ab eo diſceret, quæ laudanda eſſent quæque improbanda. Genialem ſcribit Spartianus fuiſſe præfectum prætorio Diui Iuliani imperatoris. *Pertinet ad profectũ tuum*) facit hoc vt in literis proficias. *A diſertiſſimo viro*) à patre ſuo eloquentia populari admodum imbuto. *Implere veſtigia*) fieri ita diſertus & veridicus qualis eſt pater tuus. ſic enim filius implet patris veſtigia, cùm ad eandem cognitionem peruenit. *O te beatum*) ſcilicet exiſtimo. ſic Virgilius, O fortunatos agricolas. *Exemplar*) pater, quem imiteris. *Simillimum*) reſpicit hic potius mores quàm corporis lineamenta.

C. Plinivs Aristoni Svo S.

Cum ſis peritiſſimus & priuati iuris & publici, cuius pars ſenatorium eſt, cupio ex te potiſſimũ audire: errauerim in Senatu

Cum ſis) Titum Ariſtonẽ fuiſſe virum grauiſſimum, ſanctiſſimum, doctiſſimum, Plin. lib i ad Catilium Seuerum ſcribens, longa & pulcherrima teſtatur epiſtola: & quoties aliquid reconditum de iure ab illo quæſiſſet, ſemper omnia veluti ab oraculo reſpondiſſe. proinde & victũ

& cultum, ác animi magnitudinem in eo ſummè admiratur: nunc verò cùm ad Senatum relatum eſſet de pœna, vel abſolutione libertorum & ſeruorum Afranij Dextri, ambigua morte perempti, quidam ſenatorum cenſebant eos necandos, alij relegandos, nonnulli liberandos. in tanta igitur ſententiarum diuerſitate, qui necandos & relegandos decernebant vnà ſedebant, concordiam ſimulantes, vt numero opprimerent qui liberandos cenſuerant, qua ſententia deiecta ſtatim inter ſe diſſentirent. quod cùm animaduertiſſet Secundus, poſtulauit, vt qui morte puniendos arbitrabantur, diſcederent ab his qui relegandos putabant, motus, præſertim facto ſenatus cogentis alium diuidere ſententiam, qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet. Poſt igitur factum, Ariſtonem ſummum iuriſconſultum conſulit, an bene fecerit: ſed dum conſulit, ita ſubtiliter rem tractat vt potius docere quàm conſulere videatur. *Priuati iuris & publici*) hìc facit Iuſtiniani diffinitio. publicum ius dicentis eſſe, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: priuatum quod ad ſingulorum vtilitatem. Alibi de Ariſtone dixerat Plin. peritus ille & priuati iuris & publici. *Cuius pars Senatorium eſt*) nam cùm Senatus rerum publicarum curam agat, illud ius quod ad Senatores ſpectat, conuenienter dici poteſt eſſe pars publici iuris. an potius ſenatus conſulta, & patrum decreta intelligamus, quæ ſunt pars publici iuris. *Errauerim*) an ſim deceptus.

proximè, nécne: non vt in præteritum (ſerum enim) verùm vt in futurum, ſiquid ſimile inciderit, erudiar. Dices, Cur quæris, quod noſſe debeas? Priorum temporum ſeruitus, vt aliarum optimarum artium, ſic etiam iuris Senatorij obliuionem quandam & ignorationem induxit. Quotus enim quiſque tam patiens vt velit diſcere quod in vſu non ſit habiturus? Adde quòd difficile eſt tenere quæ acceperis niſi exerceas. Itaque reducta libertas rudes nos & imperitos deprehendit, cuius dulcedine accenſi cogimur quædam facere antè quàm noſſe. Erat autē antiquitus inſtitutū vt à maioribus natu, nō auribus modò, verūetiā oculis diſceremus, quæ facienda mox ipſi, ac per vices quaſdā tradēda minoribus haberemus. inde adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendijs imbuebātur, vt imperare parendo, duces agere, dū ſequuntur, aſſueſcerent. Inde honores petituri

Proximè) dum nuperrimè Senatus haberetur. *Serum enim*) nam præterita dicente Annibale apud Liuium magis reprehendi quàm corrigi poſſunt. *Quod noſſe debeas*) Turpe enim eſt Senatori ignorare ius in quo verſetur. *Seruitus*) Domitiano imperante capitale erat ſententiam liberè in Senatu dicere. *Induxit*) aduexit, ſuperfudit, inſtrauit. alibi inducere eſt delere. *Quotus enim quiſque*) cuiuſuis gradus & conditionis. *Reducta libertas*) per imperium Neruæ, & Traiani, quod teſtatur Tacitus vt omittam Pli. in Panegy. *Rudes*) ſenatorij iuris. *Quædam facere*) ſicuti tractare ius ſenatorium. *A maioribus natu*) quibus Romani ſummam venerationem tribuere. vnde Calliſtratus de iure immunitatis Senectus inquit in ciuitate noſtra ſemper venerabilis fuit. nanque maiores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. erat ergo vetuſtiſſimus quiſque cui parens non erat parentis loco. *Oculis*) dum introducebātur in Senatū, & pręſentes prętextati videbāt quæ Senatores grauiſſimi tractarēt. *Adoleſcentuli*) vt P. Cor. Scipio à pueritia ſub auſpicio patris cœpit militaribus diſciplinis erudiri: ductus .n. in caſtra initio ſecūdi belli Pun. ſeptimū & decimū

agēs annum, ac breui factum eſt, vt equitando, vigilando, omnia militari labore tolerando, magnam laudem conſequeretur. *Stipendiis*) diſciplinis. *Imbuebantur*) erudiebantur. P. Rutilius conſul militibus armorum tractandorum meditationem tradidit è ludo Aurelij Scauri, doctoribus gladiatorum acceſſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Diſcebat præterea iaculari, decurrere, caſtrametari, vallum iacere, & quæ vberius apud Vegetium & reliquos militaris diſciplinæ ſcriptores tractantur.

adſiſtebant curiæ foribus, & conſilij publici ſpectatores antequam conſortes erant. Suus cuique parens pro magiſtro, aut cui parens non erat, maximus quiſque & vetuſtiſſimus pro parente. Quæ poteſtas referentibus? quod cenſentibus ius? quæ vis magiſtratibus? quæ cæteris libertas? vbi cedendum? vbi reſiſtēdum? quod ſilentij tēpus? quis dicēdi

Adſiſtebant curiæ foribus) iuuenes Senatus die, Val. Max. referente, aliquem ex patribus, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam ducebant, affixique valuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerentur, qua quidem voluntaria ſtatione & corpora & animos ad publica officia ſuſtinenda impigrè corroborabāt, breuique proceſſu rerum in lucem virtutum ſuarum verecundia laboris meditatione doctiores erant. *Curiæ*) Hoſtiliæ. Romulus autore Dionyſio, pop. Romanũ diuiſit in xxxiij. partes quas curias à cura Reip. appellauit, ædificato deinde ab Hoſtilio Senatu, vbi curarent res humanas, vocata eſt Curia hoſtilia. ſicut in veteri curia ſacerdotes curabant res diuinas, quæ ſecundum aliquos Calabra curia dicebatur. *Conſortes*) participes, adſciti inter Senatores. *Quæ poteſtas*) pro magiſtro erat. vt iuuenem doceret, quæ poteſtas eſſet illis qui ius referendi ad Senatum haberét. titulus eſt in codice de relationibus, neque omnibus ſenatoribus licebat referre ad Senatum quæ & quot voluiſſent, præſertim extra ordinem. qui in primis cuſtodiri in illo ordine debebatur: ſed erant diſtinctæ res & tempora. vnde apud Ælium Lampridium legimus inter cæteras Imperii dignitates, Alexandro Seuero Cæſari ius quintæ relationis à Senatu delatum: ſicut poſtea ius tertiæ relationis Probo Auguſto ab eodem conceſſum Vópiſcus refert. Referebatur autem ad Senatum de rebus diuinis priuſquam de humanis: & referendum erat aut infinitè de rep. aut finitè de rebus ſingulis: tunc conceſſum aliquibus Imperatorum etiam de rebus quinque vno Senatu poſſe referre. ſcimus autem referre ad Senatum, eſſe in diſceptationem proponere, vt fiat Senatuſconſultum, ita referre ad populum vt fiat rogatio. *Cenſentibus*) Senatoribus ſententiam ſuam dicentibus, quod ius eſſet an poſſent ſententiam mutare, vel mollire, an alterius ſequi, vel extra ordinem aliquid referre. *Vis*) poteſtas. nam magiſtratus in aliquibus, cæteri ſenatoribus præualebant. More enim maiorum, tradente Gellio, ex autoritate Varronis, ſenatus haberi ſolebat per Dictatores, Conſules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum vrbi, neque aliis præter hos ius erat facere Senatuſconſultum: quotiéſque vſu veniſſet vt omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, tum quo ſupra ordine ſcripti eſſent, qui eorum prior aliis eſſet, ei potiſſimum Senatus conſulendi ius fuiſſe: ad hæc extraordinario iure Tribunos quoque militares, qui pro Conſulibus fuiſſent: item decemuiros, quibus imperium conſulare tunc eſſet: item triumuiros reſtituendæ reipublicæ cauſa creatos, ius conſulendi Senatum habuiſſe. ne etiam Senatuſconſultũ fieret ſcripſit intercedendi ius ſolis iis fuiſſe, qui eadem poteſtate maioréve eſſent, quá iis qui ſenatuſcóſultum facere vellét. Erat etiã ea poteſtas Senatũ habēti, dũ tamē eſſet ex gradu cóſulari, vt is primùm rogaretur quem rogare vellet: cùm antea ſolitus eſſet rogari qui princeps in Senatum lectus eſſet.

Papinianus inſuper tradit, eum qui plures liberos habuiſſet, in ſuo collegio ſolitum primum rogari ſententiam, cæteróſque honores ordine præcellere. *Cæteris*) Senatoribus. *Libertas*) dicendi. ex panegyrica Secundi oratione colligitur licuiſſe vnicuique dicere quæ vellet. Interrogauit inquit quiſque quod placuit, diſſentire, diſcedere, & copiam iudicii ſui reip facere licuit: quinimmò ex Catonis orationibus apparet licuiſſe Senatori dicere de rebus publicis quantum voluiſſet *Vbi cedendum*) quando non contradicendum, vel ob reuerentiam cenſentis, vel ſententiæ æquitatem, an faſtidio audientium. *Silentij tempus*) cæteris dicentibus etiam plerumque fit vt tacendo vel pauca dicendo noſtra ſententia præualeat, cùm non minus oratorium ſit tacere quàm dicere.

modus? quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum? quæ executio prioribus aliquid addentium? Omnem denique Senatorium morem, quod fideliſſimum percipiendi genus, exemplis docebantur. At nos iuuenes, fuimus quidem in caſtris: ſed cùm ſuſpecta virtus, inertia in precio, cùm ducibus autoritas nulla, nulla militibus verecundia, nuſquã imperium, nuſquam obſequiũ, omnia ſoluta, turbata, atq; etiã in contrariũ verſa, poſtremò obliuiſcẽda magis quàm tenenda. Iidẽ proſpeximus curiã: ſed curiam trepidã & elinguẽ, cũ dicere quod velles,

Modus) modeſtia, finis. *Diſtinctio*) diuiſio. Eſt autem diuidere ſententiam autore Aſconio cùm aliquis in dicenda ſententia duas pluréſve res cõplectitur: & ſi non omnes ex probantur, poſtulat quiſpiam vt de rebus ſingulis referatur: vnde cùm in cauſa regia apud M. T. Bibulus cenſeret Regem Ptolomæum reducendum per tres legatos, etiam ex his qui erant ſine imperio, poſtulatum eſt vt eius ſententia diuideretur, quia ſcilicet non excludebat eos pariter qui cum imperio erant: ergo volebant ipſum apertè dicere quoſnam arbitraretur eligendos, priuatos an imperatores. *Pugnantium*) contrariarum. *Quæ executio*) quomodo illi debeant exequi ſententiam qui aliquid addunt priori ſententiæ. Dicitur perſequi vel exequi quis ſententiam, cùm diſquirit ſenatorum opinionem & votum vt fiat ſenatuſconſultum. Hinc libro quarto dixerat Plin. Sed hanc ſententiam conſules, quanquam maximæ parti ſenatus mirè probabatur, non ſunt perſecuti. *Exemplis*) nam ſine exemplo nihil rectè docetur: quia facillimè ad conſentiendum homines ducuntur experimentis. vbi enim experimentum docet quid conferat, quid illic opus eſt ſpeculationibus? Exempla hoc in ſe boni habent, quòd approbant quæ præcipiunt fieri poſſe: præſertim domeſtica & recentiora, ſunt efficaciora. *Fuimus in caſtris*) cùm in Syria Tribunatum militum geſſit. *Cùm ſuſpecta virtus*) Domitiani temporibus, quibus ſibi imminere, ſibi intendi putabat quod in hoſtes pararetur: at ſub Traiano tutum erat militum reuerentiã & charitatem mereri. *Inertia in precio*) in panegyrico, Eodem ergo tempore militaria ſtudia, nec animos modò, ſed & corpora ipſa langueſcere, gladios etiam in curia hebetari retundique gaudebant. *Verecundia*) Traianus poſtmodum diſciplinã caſtrorũ lapſam extinctámque reſouit depulſo prioris ſeculi malo, inertia, & contumacia, & dedignatione parendi. *Imperium*) ad duces refertur. *Obſequium*) ad milites. *Turbata*) diſciplina militari lapſa ac pene extincta, & ſenatoria dignitate olim libera, tunc in ſeruitium redacta. *Obliuiſcenda*) dediſcenda. *Perſpeximus curiam*) ingreſſi fuimus Senatum. nam fuit prætor ſub Domit. *Trepidam*) cùm attoniti & tanquam periculum capitis adituri conueniebant. *Curiam elinguem*) mutos Senatores. Hinc Iuue hoc ipſum taxans dixit de Criſpo ſenatore, Ille igitur nunquam direxit brachia contra Torrentẽ, nec ciuis erat qui libera poſſet Verba

animi

animi proferre, & vitá impendere vero. *Periculoſum*) quid enim violentius aure tyranni? Cum quo de pluuiis, aut æſtibus, aut nimboſo Vere loquuturi fatum pendebat amici. & vt Iuue. omittamus, audi Secundum, in panegyrico diffuſius hoc complexum. At quis antea loqui, quis in ſenatu hiſcere audebat? præter miſeros illos qui primi interrogabantur: cæteri quidem defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam ſilentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? vnus ſolúſque cenſebat quod ſequerentur omnes, omnes improbarent, in primis ipſe qui cenſuerat.

periculoſum: quod nolles miſerum eſſet. Quid tunc diſci potuit? quid didiciſſe iuuit, cùm Senatus aut ad ocium ſummum, aut ad ſummũ nefas vocaretur? & modò ludibrio, modò dolori retentus, nunquam ſeria, triſtia ſæpe cenſeret? eadem mala iam Senatores, iam participes malorum multos per annos vidimus, tulimúſque, quibus ingenia noſtra in poſterum quoque hebetata, fracta, contuſa ſunt. Breue tẽpus (nã tanto breuius omne, quanto fœlicius tẽpus) quod libet ſcire quid ſimus: libet exercere

Periculoſum) nam Æliũ Lamiam occidit Domit. ob ſuſpicioſos, ſed & veteres & innoxios iocos. *Ad ocium ſummum*) diſceptaturi de re ludicra. *Summum nefas*) condemnaturi aliquem virum probatiſſimum. *Ludibrio*) vt ſuper rhombi coquendi conſultatione: & ampliando gladiatorum numero, ac inſtituendo collegio Fabrorum, nunc ingentes arcus, exceſſuróſque templorum faſtigium titulos, nunc menſes nomini Cæſarum dicebant. Atque vtinam his nugis potius tota illa dediſſet Tempora ſæuitiæ, claras quibus abſtulit vrbi Illuſtréſque animas. vnde ſubiunxit Plinius. *Modo dolori*) nam & quo contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam triſtiorem ſententiam abſque præfatione clementiæ pronunciauit, vt non aliud iam certius atrocis exitus ſignum eſſet, quàm principis lenitas. *Seria*) grauia, vera *Triſtia*) fuit enim Domitianus non ſolùm magnę, ſed callidæ inopinatæque ſæuitiæ. *Senatores*) nos, Secundus & Ariſto. *Participes malorum*) cùm & ipſe periclitatus eſt inuento in Domitiani ſcrinio contra ſe libello à Caro dato: tum ob nimium liberè dicta, tum Artemidoro philoſopho vrbe pulſo, quem cùm pecunia iuuiſſet, & ſeptem ſuis amicis occiſis aut relegatis, totque circa ſe fulminibus iactis quaſi ambuſtus, ſibi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis auguraretur. *Multos per annos*) quibus Domitianus ſæuè imperium exercuit. regnauit autem annis quindecim, nam ſimulata clementia & largitate celerius ad ſæuitiam, autore Tranquillo, quàm ad cupiditatem deſciuit. *Tulimus*) trepidando, tacendo, triſtia cenſendo. *Vidimus*) in aliis ſenatoribus. *Hebetata*) debilitata, in gratiarum actione ad Traianum, quamlibet inquit ſyncera, rectáque ingenia, etſi non detorquebat, hebetabat tamen miſera reputatio: neque enim ignauia quadam, & inſito torpore ab adminiſtratione reipub. ceſſauerant: terror, & metus, & miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, vt à Repub. (erat autem omnino nulla reſpub.) oculos, aures, animos, auerterent. *Contuſa*) compreſſa: maiorem vim habet hoc verbum quàm priora. *Breue tempus*) fuit poſt recuperatam libertatem: & quia iam plures anni præterierant ab imperio Traiani. *Tanto breuius*) videtur omne tempus eſſe tanto breuius, quanto eſt fœlicius: at infœlix tempus quantulumcunque ſit, tamen longiſſimum apparet. hinc poeta ille iucundiſſimus conqueritur noctem quam ſolatio tranſegerat, fuiſſe nimium præcipitem. *Libet*) iuuat, & delectat. *Quid ſimus*) ſub optimo principe, libero Senatu. nam & ipſe Traianus primo conſulatus die, quo curiam ingreſſus eſt, nunc ſingulos, nunc vniuerſos adhortatus eſt.

reſumere libertatē.capeſſere quaſi cōmunis Imperij curas,inuigilare publicis vtilitatib⁹.

quod ſumus: quo iuſtius peto, primùm vt erroris, (ſiquis eſt error) tribuas veniam: deinde medearis ſcientia tua: cui ſuperfuit cura, ſic iura publica vt priuata, ſic antiqua vt recentia, ſic rara, vt aſſidua tractare. Atque ego arbitror illis etiam quibus plurimarum rerum agitatio frequens nihil eſſe ignotum patiebatur, genus quæſtionis, quod adfero ad te, aut non ſatis tritum, aut etiam inexpertum fuiſſe. hoc & ego excuſatior ſi fortè ſum lapſus, & tu dignior laude, ſi potes id quoque docere, quod in obſcuro eſt, an didiceris. Referebatur de libertis Afranÿ Dextri conſulis, incertum ſua an ſuorum manu, ſcelere an obſequio perempti: hos alius, quis? Ego (ſed nihil refert) poſt quæſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſententiarum tanta diuerſitas erat, vt non poſſent eſſe niſi ſingulæ. quid enim commune habet occidere, & relegare? & non Hercule magis quàm relegare & abſoluere: quanquam propior aliquanto eſt ſententiæ relegantis, quæ abſoluerit quàm quæ occiderit. vtraq; enim ex illis vitā relinquit, hæc adimit. Cū interim & qui morte puniebāt, & qui relegabāt vnà ſedebant, &

Quod ſumus) libertatem ſcilicet quanto iuſtius exercere debemus cùm ſumus liberi. quare in Panegyrico dixerat, Tua dextra tuiſque promiſſis freti, obſepti diutina ſeruitute ora reſeramus, frenatámque tot malis linguam reſoluimus. Et, de Marij Priſci iudicio loquens, interrogauit quiſq; quod placuit, diſſentire, diſcedere, & copiam iudicij ſui Reipub. facere tutum fuit. Conſulti omnes, atque etiam dinumerati ſumus, vicitque ſententia non prima, ſed melior. *Error*) in hoc meo facto. *Antiqua*) duodecim tabularum. *Recentia*) imperatorum reſcripta, & conſtitutiones ac reſponſa recentium Iuriſconſultorum. *Rara*) non in frequenti vſu contingentia. *Agitatio frequens*) aſſidua exercitatio, quia Plinius temporibus Domitiani ſubſtitit à curſu rerum gerendarum, aut agitatio poſita eſt pro primitiuo, quoniam ſequitur frequens, aut additum eſt frequens ad maius argumentū. *Tritum*) vulgatum. *Hoc*) ob id. *Sum lapſus*) errraui, deceptus ſum. *In obſcuro*) incertum, dubium. *Referebatur*) proponebatur in conſultationem, tandem poſt longam excuſationem rem ipſam aggreditur. *De libertis*) puniendis vel liberandis. *Afranÿ Dextri conſulis*) lib. v. mentionem facit Afranium Dextrum tunc fuiſſe conſulem deſignatum. *Suorum*) ſeruorum & libertorum. *Scelere*) malo animo & odio in dominum, plerunque enim domini non iudicio, ſed ſcelere perimuntur. *Obſequio*) hortante Dextro qui forſan infirmus erat, & cùm deſperaret poſſe viuere, orauerit ſuos vt ſe interficerent. *Quis? ego*) cùm Plinius dixiſſet, alius, neque aſſignaſſet nomen, iure Ariſto poterat dicere, quis erat ille Senator qui poſt habitam de libertis quæſtionem eos cenſuerat liberandos. at Plin. reſpondet ego eram: quamquam hoc nihil refert ad conſultationem noſtram. *Relegandos*) ad tempus: relegare eſſe ad certum tempus: deportare in perpetuum notauimus apud iuriſconſultos. *Singulæ*) Diſiunctæ & ſolæ. *Illis*) relegantis & abſoluentis. *Hæc*) quæ cenſet occidendos. *Vna ſedebant*) tanquam ſimul conuenirent, & eadem ſentirent.

temporaria ſimulatione concordiæ diſcordiam differebant: Ego poſtulabam, vt tribus ſententiis conſtaret ſuus numerus, nec ſe breuibus induciis duæ iungerent. Exigebam ergo vt qui capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent à relegante, nec interim contra abſoluentes mox diſſenſuri congregarentur, quia paruulum referret, an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. Illud etiam mihi permirum videbatur, eum quidem, qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet, coactum eſſe diuidere ſententiam: hunc autem qui libertos morte mulctaret, cum relegante numerari. Nam ſi oportuiſſet diuidi ſententiam vnius, quia res duas comprehendebat, non reperiebam, quemadmodum poſſet iungi ſententia duorum tam diuerſa cenſentium. Atque adeo permitte mihi, ſic apud te, tanquam ibi: ſic peracta re tanquam adhuc integra, rationem iudicij mei reddere: quæque tunc carptim, multis obſtrepentibus dixi, nunc per ocium iungere. Fingamus tres omnino iudices in hāc cauſſam datos eſſe: horum vni placuiſſe perire libertos, alteri, relegari, tertio, abſolui: vtrum ne ſententiæ duæ collatis viribus nouiſſimam perimant, an ſeparatim vnaquæque tantundem, quantum altera valebit: nec magis poterit cum ſecunda prima connecti, quàm ſecunda cum tertia. Igitur in Senatu quoque numerari tanquam

Temporaria) momentanea, ad breue tempus. *Diſcordiam*) nam deiecta, ſuperatáque eorum ſententia, qui liberandos cenſebant, inter ſe diſſenſiſſent. *Conſtaret ſuus numerus*) vt in tres Claſſes diuideretur Senatus, vnáque eſſet eorum qui liberandos arbitrabantur, altera qui relegandos, tertia qui puniendos. *Duæ*) ſententiæ relegantis & occidentis. *Iungerent*) Coniungerent. *Breuibus induciis*) pace ſequeſtra, non in breues dies, ſed in horam & temporis momentum. *Paululum referret*) nulla vel parua admodum differentia eſſet inter idem diſplicere, & idem non placere: quibus enim placebat occidere, non placuerat relegare, & è contra. antiquiſſimi codices habent paruulum. *Coactum*) à Senatu. *Diuidere ſententiam*) vnius qui de rebus ſingulis referret. nam vt diximus, diuidere ſententiam, eſt, cùm aliquis in dicenda ſententia duas pluresve res complectitur: & ſi non omnes [eæ] probantur, poſtulat quiſpiam vt de rebus ſingulis referatur. *Oportuiſſet*) diuidere ſententiam eius qui morte mulctaret. & qui relegaret: non etiam diuidere debueram illam ſententiam vnius, quia res duas comprehendebat relegare ſcilicet & ſupplicio afficere. *Diuerſa*) necare & relegare. *Ibi*) in Senatu. *Integra*) non peracta. *Iudicij*) cur id ſenſerim. *Carptim*) interpollatim. *Obſtrepentibus*) contradicentibus, reclamantibus. *Iungere*) continuare. *Ne*) an ne. *Perimant*) quod magis placet quàm premant. *Nouiſſimam*) quæ petit abſolui. *Collatis*) coniunctis ſuffragiis, quia ſententiæ numerantur, non ponderantur. *Tantundem*) idem. Iuuen. Dicere ſi tentes aliquid tacitúſve recedas, Tantundem eſt, feriunt pariter.

contraria debent, quæ tanquam diuerſa dicuntur. Quòd ſi vnus, atque idem & perdendos cenſeret, & relegandos, num ex ſententia vnius & perire poſſent, & relegari? num denique omnino vna ſententia putaretur, quæ tam diuerſa coniungeret? Quemadmodum igitur cùm alter puniendos, alter cenſeat relegandos, videri poteſt vna ſententia, quæ dicitur à duobus: quæ non videretur vna, ſi ab vno diceretur? Quid lex? non apertè docet dirimi debere ſententias occidentis, & relegantis, cùm ita diſceſſionem fieri iubet? Qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite, qua ſentitis. Examina ſingula verba, & expende, qui hæc cenſetis, hoc eſt qui relegandos putatis, in hanc partem, id eſt, in eam, in qua ſedet, qui cenſuit relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere eos, qui interficiendos arbitrantur. Qui alia omnia: animaduertis, vt non contenta lex dicere, alia, addiderit, omnia: nũ ergo dubium eſt, alia omnia ſentire eos qui occidunt, quàm qui relegant? in illam partem ite, qua ſentitis. Nonne videtur ipſa lex eos, qui diſſentiunt, in contrariã partẽ vocare: cogere, impellere? num conſulere etiã vbi quiſque remanere, quò tranſgredi debeat, non tantùm ſolennibus verbis, ſed manu geſtúque demonſtrat? At enim futurum eſt, vt ſi diuidantur ſententiæ interficientis & relegantis, præualeat illa, quæ abſoluit. Quid iſtud ad cenſentes? quos certè non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare, ne fiat, quod eſt mitius: oportet tamen eos qui puniunt, & qui relegant, abſoluentibus primùm, mox inter ſe comparari, ſcilicet vt in ſpectaculis quibuſdam

Contraria) Ariſtoteles libro quinto primæ philoſophiæ, ſic contrarium à diuerſo diſtinguit. Contraria, inquit, dicuntur ea, quæ differentia genere ſimul eidem ineſſe non poſſunt: & ea quæ inter ſeſe plurimum eorum omniũ differunt, quæ ſub eodem genere collocãtur: & item ea quæ inter ſeſe plurimũ eorum omnium differunt, quæ in eodem ſuſceptiuo ſuſcipi poſſunt: & ea quæ inter ſeſe plurimum eorũ omnium differũt, quæ ſub eandẽ potentiam cadunt, & ea inſuper, quę maximè, aut ſimpliciter, aut genere, aut ſpecie differũt. Diuerſa dicuntur ea, quorũ aut ſpecies ſunt plures, aut materies, aut ſubſtantiæ ratio: atque omnino diuerſum ipſum oppoſito modo eidẽ dicitur. *Diuerſa*) remotæ, ſuperatę *Quid*) an ne. *Lex*) de Senatu habendo. *Dirimi*) ſepararí. *Alia omnia*) diuerſa à priori ſententia. verba legis ſunt à verbo, qui, vſque ex anima. *Expende*) libra, trutina, quàm optimè & apertiſſimè legẽ illam interpretatur. *Solennibus*) immobilibus. *At enim*) dicent aduerſarii. *Diuidantur ſententiæ*) ſeparemus eos qui ſentiunt interficiendos à relegantibus. *Præualeat*) numero vincat. *Ad cenſentes*) quid facit iſtud? *Deliberantibus*) ſi quæ abſoluit ſuperior erit. *Mitius*) abſolutio, quia leges ſemper fauent reo. *Qui puniunt*) ſcilicet morte. *Comparari abſoluentibus*) ſeorſum à relegantibus conferri cum abſoluentibus. deinde relegantes iterum cum abſoluentibus, quia vincentur: mox debent punientes & relegantes inter ſe conferre. *Quibuſdam*) fortaſſe gladiatorum.. nam legimus Caium principem

Proculum repentè in arenam è ſpectaculis deductum commiſiſſe Thraci, mox hoplomacho; biſque victorem iugulari iuſſiſſe.

ſors aliquem ſeponit, ac ſeruat, qui cum victore contendat: ſic in Senatu ſunt aliqua prima, ſunt ſecunda certamina: & ex duabus ſententÿs eam, quæ ſuperior exierit, tertia expectat. Quid, quòd prima ſententia comprobata, cæteræ perimuntur? Qua ergo ratione poteſt eſſe vnus atque idem locus ſententiarum, quarum nullus eſt poſtea? planius repetam, niſi dicente ſententiam eo qui relegat, illi qui puniunt capite, initio ſtatim in alia diſcedunt, fruſtrà poſtea in eo diſſentiẽt ab eo, cui paulo antè conſenſerint. Sed quid ego ſimilis docenti, cùm diſcere velim, an ſententias diuidi, an tri in ſingulas oportuerit? Obtinui quidem, quod poſtulabam, nihilominus tamen quæro, an poſtulare debuerim, an abſtinere, quemadmodum abſtinuit is, qui vltimũ ſupplicium ſumendum eſſe cenſebat. Neſcio an iure, certè æquitate poſtulationis meæ victus, omiſſa ſententia ſua, acceſſit releganti, veritus ſcilicet, ne, ſi diuiderentur ſententiæ, (quod alioqui fore videbatur) ea, quæ abſoluendos eſſe cenſebat, numero præualeret. Etenim longè plures in hac vna, quàm in duabus ſingulis erant. Tum illi quoque, qui autoritate eius trahebantur, tranſeunte illo deſtituti, reliquerunt ſententiam ab ipſo autore deſertam, ſecutique ſunt quaſi transfugam, quem ducem ſequebantur. Sic ex tribus ſententÿs duæ factæ, tenuitque ex duabus altera, tertia expulſa: quæ cùm ambas ſuperare non poſſet, elegit ab vtra vinceretur. Vale.

Sors) ducta. *Seponit*) iubet ſeduci. *Exegerit*) vicerit. *Superiorem*) ſecundam, leg tur etiam ſuperior exierit; vel extiterit, quod non improbo *Expectat*) vt cum ea committatur. *Cætera*) ſecunda & tertia. *Perimuntur*) reprobantur. *Sententiarum*) ſecundę & tertiæ. *Planius repetam*) ſic in ſequentibus ad Caluiſium dicet poſt rem narratam, quam verebatur ne parum expreſſiſſet, Apertius calculos oſtendam. *Initio*) dum ille qui relegat ſententiam ſuam dicit. *In alia*) in diuerſam ſententiam & locum. *Similis docenti*) fio tanquam magiſter tibi. *Sententias*) occidentis & relegantis. *Iri*) diſquiri. *Quod poſtulabam*) vt diuiderenrur. Nam poſtulare, eſt deſiderium ſuum, ſiue amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. *An abſtinere*) diſcedere è relegante. *Vltimus*) qui occidebat. *Acceſſit*) tranſiit in ſententiam relegantis. *In hac vna*) abſolutoria. *Singulis*) ſolis ſeparatis. coniunctæ enim ſuperiores erant illi quæ abſoluebat. *Eius*) qui cenſuerat necandos. *Deſtituti*) à duce. *Transfugam*) confugientem ad alienam ſententiã. nam propriè tranſfuga dicitur, miles qui à ſuis ad hoſtes tranſit. *Tenuit*) vicit. alibi vſus eſt compoſito dicens, obtinui tamen quod optabam. *Altera*) quæ cenſebat relegandos. *Tertia*) quæ necandos. *Vtra*) à relegante, vel liberante.

C. PLINIVS IVNIORI SVO S.

ONeraui te tot pariter miſsis voluminibus, ſed oneraui primùm, quia exegeras: deinde, quia ſcripſeras, tam graciles iſtic vindemias eſſe, vt planè ſcirem tibi vacaturũ (quod vulgò dicitur) librũ legere. Eadem ex meis agellis nũciantur. Igitur mihi quoq; licebit ſcribere, quæ legas, ſit modò vnde chartæ emi poſſint: quæ ſi ſcabræ bibulæve ſint, aut non ſcribendum, aut neceſſariò quicquid ſcripſerimus, boni malíve, delebimus. Vale.

ONerani) Iuniori excuſat, quòd multa volumina legenda miſiſſet, quòd intellexerat illi vacare propter graciles vindemias. *Exegeras*) poſtulaueras vt multos libros mitterem ad te. *Graciles*) ſteriles. *Iſtic*) in agris tuis. Puto eſſe Terentium iuniorem, qui equeſtribus militiis, atque etiam pro curatione Narbonenſis Prouinciæ integerrimè fũctus, receperat ſe in agros ſuos, paratiſque honoribus tranquilliſſimum ocium prætulerat: Latina Græcáque lingua tantum valens, vt ea videretur magis excellere, qua tum maximè loqueretur. *Quòd vulgo dicitur)* quod eſt in prouerbio. *Eadem*) eſſe graciles vindemias. Sic ad Venatorem ſcribit, ſe colligere vindemias graciles. *Quidem*) vberiores tamen quàm expectauerat. *Meis agelli*) Thuſcis & Tranſpadanis. *Licebit mihi*) non occupato circa fertiles vindemias. *Sit modo*) tantum pecuniarum. *Scabræ*) aſperæ. vnde ſcabies, quia totum corpus cruſtis exaſperat. Plinius libro decimotertio de generibus chartarum refert, Earum ſcabriciem læuigari dente cochleæ, ſed caduca litera fieri. *Bibulæ*) multum humoris attrahentes. hinc bibula arena à Virgilio dicitur. Quæ igitur chartæ aſperæ & humorem diſpergentes, quod accidit malè colatis, hæ peſſimæ ſunt. *Aut neceſſariò debebimus*) Senſus eſt & ordo, Aut debebimus neceſſariò, id eſt adſcribemus neceſſitati quicquid boni malíve ſcripſerimus, quia cùm ſimus in receſſu non occupati circa ruſtica, fuit omnino aliquid ſiue bonum, ſiue malum, ſcribendum: an quicquid boni malíve ſcripſerimus neceſſariò debebimus, quia tenebimus perſoluere chartam, cùm nobis nunc propter graciles vindemias non ſint pecuniæ: aut ſi non erunt pecuniæ vnde bonæ chartæ emantur, quicquid ſcripſerimus ſiue boni, ſiue mali debebimus neceſſariò, id eſt referemus neceſſitati. Nam ſcribam tantùm neceſſaria, vt epiſtolas & rationes, ac libros omittam: Quidam codices habent delebimus, obliterabimus ſcilicet, nec in lucem mittemus. an quòd neceſſario ducti in malis chartis ſcribere iure ſcripta poterimus delendo emendare. Vel ſic ordinabis, Aut quicquid ſcripſerimus, neceſſariò debebimus, boni malíve, id eſt quicquid librorum neceſſariò quaſi à te coacti compoſuerimus, id aſſignabimus bono dæmoni, ſi bonum fuerit, ſi malum malo. omnino cum amico ludit.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

COnfecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam & quidem iuuenum. Solatia duo, nequaquam paria tanto dolori,

COnfecerunt) In ſinu Paterni amici deflet infirmitates & mortes ſeruorum ſuorũ, attamen duo ſolatia me-

morat Inueniſſe, manumittēdo illos ante obitú, & teſtamenta tanquā legitima ſcribere cōcedēdo. *Cōſ ecrūt*) cōcuſſerūt, proſtrauerūt. *Meorum*) ſeruorū. *Inuenū*) quod maius damnandū eſt: alii legūt, equidē inueni ſolatia duo. *Parta*) reblſīea, ſedātia.

ſolatia tamē: vnū, facilitas manumittendi (videor enim non omnino immaturos perdidiſſe, quos iā liberos perdidi:) alterum cū permitto ſeruis quoque quaſi teſtamenta facere, eáque vt legitima cuſtodio, mandant, rogántque, quod viſum: pareo ocyus. ſuis diuidunt, donant, relinquunt duntaxat intra domum. nam ſeruis Reſp. quædam, & quaſi ciuitas domus eſt. Sed quanquam his ſolatijs acquieſcam, debilitor & frangor eadem illa humanitate, quæ me vt hoc ipſum permitterem, induxit. Non ideo tamen velim durior fieri, nec ignoro alios huiuſmodi caſus nihil amplius vocare, quàm damnum: eóque ſibi magnos homines & ſapientes videri, qui an magni, ſapientéſque ſint, neſcio, homines nō ſunt. Hominis eſt enim affici dolore. ſentire, reſiſtere tamen, & ſolatia admittere, non ſolatijs non egere. Verùm de his plura fortaſſe quàm debui, ſed pauciora quàm volui. Eſt enim quædam etiā dolendi voluptas, præſertim ſi in amici ſinu defleas, apud quē lacrymis tuis vel laus ſit parata, vel venia. Vale.

Solatia tamen) ſcilicet ſunt lenientia tamen aliquantulum dolorem. *Facilitas manumittendi*) quia illos facilè in libertatem mitto. *Immaturos*) ante tempus. *Seruis*) infirmis. *Quaſi teſtamenta facere*) ſignatè & de iure loquutus eſt, cùm omnino leges vetent ſeruum poſſe legitimum teſtamentum facere: ſed permittente etiam domino non videtur eſſe legitimum, cùm teſtamētum ſit res publica, quæ nō poteſt per alium fieri: vnde Iuriſconſulti voluerunt teſtamentum quod permiſiſſet pater filio familię, eſſe ratum. Teſtamenta autē ſolita mādari cuſtodiæ teſtatur Tranquill. cū refert Cæſaris Dictatoris teſtamentū prolatū, quod virgini Veſtali maximè demādauerat, & pariter Auguſtū ſuū teſtamētū depoſuiſſe apud ſex virgines Veſtales. *Cuſtodio*) aſſeruo. *Mandant*) iubent. verbis enim imperatiuis nuncupabant antiqui teſtamēta. *Rogāt*) me, vt illa tanquam legitima cuſtodiā, vel interrogant & ſtipulantur. *Quod viſum*) illis in teſtamentis eſt ſeruis, an magis mihi permittere illis. *Ocyus*) ſine cunctatione. *Suis*) conſeruis beneuolis. *Diuidunt*) deſcribunt, ſine teſtamento quod habent. *Donant*) per tabulas. nam donatio fit etiam inter viuos nulla neceſſitate iuris officióve, ſed ſponte, quæ ſi non fiat, nulla reprehenſio eſt: ſi præſtetur, plerunque laus ineſt. *Relinquunt*) poſt mortem per hæreditatē vel legatū. *Intra domū*) domeſticis tantum conſeruis. *Domus*) domini. *Acquieſcam*) Remittar, refociller. *Debilitor*) fio infirmior & minus fortis. *Humanitate*) facilitate, clementia, miſericordia, beneuolentia, quam Græci φιλανθρωπίας. *Hoc ipſum*) poſſe facultates dilargiri. *Durior*) ſeuerior quàm [ſim] erga meos ſeruos. *Huiuſmodi caſus*) infirmitates & mortes ſeruorum. *Eóque*) ob id quòd iacturam in facultatibus fecerint. & ideo querantur an quia ſint conſtantes neque flectantur. *Neſcio*) immò ſcit, neque magnos, neque ſapientes eſſe. *Homines nō ſunt*) inhumani, neque clementes, ſed feri. *Affici*) ſubiici humanis affectibus, qui ſunt animi motus improbabiles, ſubiti, concitati Non educo, inquit Seneca, ſapientem ex hominum numero, nec dolóres ab illo ſicuti ab aliqua rupe nullum

ſenſum admittente ſubmoueo. Memini ex duabus partibus eſſe compoſitum illum. altera eſt rationalis, hæc afficitur, dolet: illa intrepida eſt, & indomita: inde ſubiunxit Plin. dolere, pro quo aliqui legunt affici dolore. Reſiſtere tamen) animi ſcilicet ratione, quod eſt hominis proprium ſecundum philoſophos. Solatia admittere) adhibere dolori fomenta. Solatijs non egere) eſſe fortis & conſtans in aduerſis magis placet legere, non ſolatiis non egere, videlicet ita perturbari, vt opus ſit ſolatiis. Iis) hominibus, an potius ſeruis. Plura) ſcripſi. Eſt quædam voluptas dolendi) in dolore fit quædam voluptas, Ouidius. eſt quædam flere voluptas, Sedatur lacrymis, egeritúrque dolor. In amici ſinu) familiariter apud amicum. Defleas) infortunium tuum, iſque laudet lacrymas tuas tanquam pias, vel illis veniam præſtet.

C. Plinivs Macrino Svo S.

NVm iſtic quoque immite & turbidum cælum? hic aſſidua tempeſtates, & crebra diluuia, Tiberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis altè ſuperfunditur. quãquam foſſa, quam prouidentiſſimus imperator fecit, exhauſtus, premit valles, innatat campis: quáque planum ſolum, pro ſolo cernitur: inde, quæ ſolet flumina accipere, & permiſta deuehere, velut obuius retrò cogit, atque ita alienis aquis operit agros, quos ipſe non tangit.

NVm) Tiberis crebris ac ſubitis incrementis augetur, nuſquam magis olim aquis, quàm in vrbe ſtagnãtibus: quinimmò vates intelligitur potius ac monitor, auctu ſemper religioſus verius quàm ſæuus. Veruntamen cùm Plin. hæc Macrino ſuo ſcriberet, ad eo alueum ſuum exceſſerat, vt omnia plana contexerit: licèt foſſa à Traiano percuſſa admodum exhauſtus foret. Inſuper Anio ipſe nemora & villas adiacentes diſiecerat. Petit igitur ſibi nunciet Macrinus, ſiquid ſimile in regione tranſpadana accidiſſet. Num) an. Iſtic) Brixiæ. Hic) in vrbe. Diluuia) inundationes fiunt. Exceſſit) licèt incluſus vtrinque lateribus. Alibi non legi excreuiſſe Tiberim ſub Traiano. antea ſæpius, & poſtea. nam ſub Othone memorant Tacitus & Plutarchus, nunquam priùs in tantum ſublatum, neque tot res perdidiſſe. ſiquidem prorupto ponte Sublicio, ac ſtrage obſtantis molis infuſus non modò iacentia & plana vrbis loca, ſed ſecura huiuſmodi caſuum impleuit. rapti plerique ex annonæ foro, plures in tabernis, & cubilibus intercepti, corrupta ſtagnantibus aquis fundamenta inſularum: dein remanente flumine collapſa. Imperante etiam Antonino philoſopho, inundatio grauiſſima fuit. quæ res & multa vrbis ædificia vexauit, plurimúmque animalium interemit, famémq; qualem ſub Othone grauiſſimam peperit, & vt omittam ſub Theodoſio eiuſdem fluminis ingens incremẽtum: ſat illud quod ſub Mauritio omnium quæ hactenus legerim maximũ erit retuliſſe, adeo vt ipſius aquæ ſuper muros vrbis influerẽt, & maximas in ea regiones occuparent. Demiſſioribus) inferioribus aqua ſuperabundante. Prouidentiſſimus) epitheto conuenienti, & opportuno Traianum prouidentiſſimum appellauit, vt qui vrbem maiora damna proſpiceret paſſuram, niſi fluminis incrementum foſſa exhauriret. quare in epiſtolis ad eundem imperatorem, dum veretur ne lacus flumini commiſſus totus in mare efflueret, prudentiſſimum appellauit. Eſt autem prudentia ſapientiæ pars. Premit) occupat. Solum planum) terræ planicies. Cernitur pro ſolo) apparet aqua inſtar ſoli. Super verbo ſolo plura alibi. Quæ ſolet accipere flumina) Tinnia, quem Strabo Tonam dicit. & Glanis, primi fluuium Tiberim influunt: præcipui

tamen

tamen Nar & Anio eum flumium augent. *Deuehere)* in mare. *Retrò cogit)* repellit. fuit in ſecunda lectione, reſiſtere cogit. *Alienis)* Nare & Aniene præſertim. *Quos ipſe non tangit)* quia ipſe Tiberis dum repellit aquam Naris & Anienis, cauſa [eſt] vt illa per agros circumiacentes diffundatur. contegit ergo campos non ſua, ſed aliena aqua.

Anio delicatiſſimus amnium, ideóque adiacentibus villis velut inuitatus, retentúſque, magna ex parte nemora, quibus inumbratur & fregit, & rapuit. Subruit montes, & decidentium mole pluribus locis clauſus, dum amiſſum iter quærit, impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas euexit, atque extulit. Viderunt hi, quos excelſioribus terris illa tempeſtas non deprehendit: alibi diuitum apparatus, & grauem ſupellectilem, alibi inſtrumenta ruris: ibi boues, aratra, rectores: hîc ſoluta, & libera armenta: atque inter hæc arborum truncos, aut villarum

Anio delicatiſſimus amnium.) hic ex Alba decurrens præter Latinam Marſorum vrbem & propinquum illi campum Tiberim ingreditur. & paulo pòſt cùm hæc retuliſſet Strabo, Iuxta, inquit, Tibur cataracta, hoc eſt deſcenſus exiſtit, quem Anio facit, vbi nauigabilis eſſe incipit, cùm è ſublimi profundam in vallem defertur, & per vrbi ipſi vicina nemora. At Plinius ſcribit Anienem oriri in monte Trebanorum: tréſque lacus amœnitate nobiles in Tiberim deferre. Dionyſius verò lib. quinto ſuarum antiquitatum, Flumen, inquit, Anio Tibure effuſus ab excelſo ſcopulo per planiciem Sabinorum Romanorúmque fertur, vtranque regionem diſterminans. Influit in Tiberim aſpectu pulcher & potu dulcis. Iulius autem Frontinus, Nam cùm oriatur Anio ſupra Trebiam auguſtam, ſeu quia per ſaxoſos montes decurrit, paucis circa eum oppidis obiacentibus cultis, ſeu quia lacus altitudine in quo excipitur, veluti depuratur, imminentium quoque riuorum opacitate inumbratus, frigidiſſimus ſimul ac ſplendidiſſimus eò peruenit. Hæc tam felix aquæ proprietas omnibus dotibus æquatura Martiam, copia verò ſuperatura. *Adiacentibus villis)* nam ſicut Tiberis pluribus propè ſolus, quàm cæteri in omnibus amnes, accolebatur, aſpiciebatúrque villis, ita Anio & ipſe nauigabilis amœnitate ſua pluribus villis incolebatur. quod apertè docet Papinius. *Inuitatus)* locorum & ædificiorum amœnitate. *Quibus inumbratur)* Statius in ſyluis, Non longius vſquam Indulſit natura ſibi, nemora alta citatis Incubuere vadis, fallax reſponſat imago Frondibus, & longas eadem fugit vmbra per vndas. Et paulo poſt, Venerabile dicam Lucorum ſenium? te quæ vada fluminis infrà Cernis: an ad ſyluas quæ reſpicis aula tacentes. Inibique dum villam Vopiſci celebrat, fluminis amœnitatem multis proſequitur. *Subruit montes)* dum præceps ruit, ſaxa ſecum trahit. *Decidentium)* & ſyluarum & ſaxorum. *Clauſus)* retentus, obſtructus. *Pluribus locis)* aluei ſui. *Amiſſum)* interceptum. *Impulit tecta)* villarum culmina diſiecit. *Erexit)* excreuit, extulit, tranſmiſit. non improbo euexit. *Excelſioribus terris)* vt tumulis & collibus, ſuper quos non aſcendit diluuium. *Tempeſtas)* inundatio. *Deprehendit)* circumcluſit. *Diuitum apparatus)* non minus enim ſuburbana prætoria, villæque ſtatuis ornabantur, tabelliſq; & aulæis ac precioſa ſupellectili inſtruebantur, quàm domus vrbanæ ex teſtimonio Papinij. *Grauem ſupellectilem)* multarum rerum mobilium ad vſum domeſticum. Paulus de ſupellectili connumerat, quæ appellatione eius contineantur. Inſtrumenta ruris ad quotidianum vſum ruris parata, aratra, corbes, falces bidentes, ligones, ſerrulæ, acus, cultelli, vangæ, runcones, & quæ latius libro ſecundo Palladius recenſet. *Ibi)* in aliquo loco. *Rectores)* bubulci, aratores. *Hic)* alibi. *Soluta)* ſine

iugo. *Libera*)ſine cuſtoſte & rectore. *Armenta*) boues & equi, & cætera maiora animantia. Virgil. Hæc ſatis armentis, ſuperat pars altera curæ Lanigeros agitare greges. Armenta dicta putant ab arando, quaſi aramenta: alij Armenta, ab armis quibus apta ſunt, etenim qui præliis interſunt, boues etiam & maiora animalia milites armabant corio.

trabes atque culmina, variè latéque fluitantia. Ac ne illa quidem loca malo vacauerunt, ad quæ non aſcendit amnis. Nam pro amne imber aſſiduus, & deiecti nubibus turbines: prorupta opera, quibus precioſa rura cinguntur: quaſſata, atque etiam decuſſa monimenta. Multi eiuſmodi caſibus debilitati, obruti, obtriti, & aucta luctibus damna. Nequid ſimile iſtic, pro menſura periculi, vereor: téque rogo, ſi nihil tale eſt, quam maturiſſimè ſolicitudini meæ conſulas. Sed & ſi tale, id quoque nuncies. Nam paruulum differt patiaris aduerſa, an expectes: niſi quod tantum eſt dolendi modus, non eſt timendi. Doleas enim quantum ſcias accidiſſe, timeas quantum poſſit accidere. Vale.

Trabes atque culmina) codex pontificius non habet atque culmina. *Variè*) nam viua partim nabant, partim rapiebantur. inanima leuiora ſuperextabant, grauiora interdum mergebantur, quandoque ſupernatabãt. *Turbines additi ſunt nubibus*) venti in ſe contorquentes, qui conuoluunt rapiúntque non ſolùm agreſtium labores, ſed etiam tecta, præſertim ſi repugnantiores ſint, turbines dicuntur. quòd ſi turbines interpretaberis tempeſtates, tunc commodius legetur, deiecti, quàm adiecti. *Opera*) maceries, monumenta in agris poſita. *Decuſſa*) detecta. *Debilitati*) debiles facti aliqua membrorum parte. *Obruti*) aqua. *Obtriti*) ruina domorum, vel fragminibus montium colliſi. *Luctibus*) ob mortilium & armentorum, ac rerum perniciem. *Simile*) diluuium euenerit. *Pro menſura periculi*) quando remetior in quo periculo fuerit Latium. *Conſulas ſolicitudini meæ*) me admoneas nihil fuiſſe. *Tale*) damnum euenerit. *An expectes*) immò ſecundum aliquos maius tormentum eſt expectare. Hinc Virgil. de ſontibus dixit, Incluſi pœnam expectant. & ille crudeliſſimus Tyrannus volentibus mori vim adhibebat viuendi. nam mortem adeo leue ſupplicium putabat, vt cùm audiſſet vnum ex reis Carnullum nomine anticipaſſe eam, exclamauerit, Carnullus me euaſit. *Modus*) terminus certus vt doleas quantum ſis paſſus. *Niſi tantum*) quid ſi, niſi tamen. *Non eſt timendus modus*) quia neſcis quantum mali poſſit accidere. *Timeas*) maximum.

C. Plinivs Rvfino Svo S.

Falſum eſt nimirum, quod creditur vulgò, Teſtamenta hominum ſpeculum eſſe morum. cùm Domitius Tullus longè melior apparuerit morte, quàm

Falſum eſt) Laudat Domitium Tullum, qui in vita moribus non ſatis probatis, tamen laudabile teſtamentum reliquerat præteritis captatoribus, & relicta

filia hærede legatis, inſuper pluribus eſt proſequutus nepotes & pronepotem, ac in primis vxorem pientiſſimam, quæ illum diuitem quidem, ſed ſenem & podagra perditum diutius ſuſtentauit. *Speculum morum*) indicium eſſe quibus moribus fuerint dum viuerent. *Morte*) dum moritur relicto teſtamento honeſtiſſimo.

vita. Nam cùm ſe captandum præbuiſſet, reliquit filiam hæredem, quæ illi cum fratre communis, quia genitam fratre adoptauerat. Proſequutus eſt nepotes plurimis iucundiſſimiſque legatis: proſequutus etiam pronepotem. In ſumma, omnia pietate pleniſſima: ac tanto magis, quoniam inexpectata ſunt. Ergo varij tota ciuitate ſermones: alij fictum, ingratum, immemorem loquuntur, ſeque ipſos, dum inſectantur illum, turpiſſimis confeſſionibus produnt, qui de illo vti de patre, auo, proauo, quaſi orbi querantur: alij contrà hoc ipſum laudibus ferunt, quòd ſit fruſtratus improbas ſpes hominum, quos ſic decipere pro moribus temporum prudentia eſt. Addunt etiam non fuiſſe ei liberum alio teſtamento mori: neque enim reliquiſſe opes filiæ, ſed reddidiſſe, quibus auctus per filiam fuerat. Nam Curtius Mantia peroſus generum ſuum Domitium Lucanum (frater eſt Tulli)

Vita) qua omni aſtu diuitias quæſiuit, ac ſe captandum permittere ſimulabat. *Communis*) nam erat filia naturalis Domitij Lucani fratris Domitij Tulli, qui illam adoptauerat: & cùm adoptio imitetur naturam, videbatur eſſe communis filia duobus fratribus: cùm tamen vnius Domitij Tulli foret. quoniam olim adoptiuus filius in poteſtatem adoptantis tranſibat, hodie autem ſecus, niſi in quibuſdam caſibus. *Proſequutus eſt*) bene affecit. *Nepotes*) filios filiæ adoptiuæ. filius nepos aliique deſcendentes vſque ad trinepotem, liberi: vltra hos poſteriores propriè appellantur. quemadmodum pater, auus, & reliqui vſque ad tritauum parentes, vlteriores verò maiores nominantur. *Pronepotem*) filiæ adoptiuæ. *Iucundiſſimis*) ampliſſimis. *Omnia*) fecit, executus eſt. *Tanto magis*) pleniſſima pietate, quia fuerunt omnia inexpectata. *Sermones*) rumuſculi, fabulationes. *Alij*) vt captatores. *Fictū*) quia ſimulabat illos ſe relicturum hæredes, qui ſe captabant. *Ingratum*) acceptorū munerū. *Illū*) Tullū. *Confeſſionibus*) nam fatentur ſe eſſe de numero captatorum, dū illum tanquā ingratum accuſant. *De patre*) ſuo, quòd ſe hæredes non reliquiſſet. *Orbi*) ſine patre & hæreditate relicti. *Alij*) qui non captauerant Tullum. *Contra*) ſentiunt. *Ferunt laudibus*) extollunt laudando mirandum in modum. *Hoc ipſum*) factum Tulli. *Sit fruſtratus*) deceperit. *Improbas*) auaras. Improbum exiſtimat Iulianus eum, qui de viui hæreditate ſolicitus eſt: ſic Vlpianus de vulgari & pupillari teſtamento. *Pro moribus temporum*) quibus auaritia adeo incubuerat, vt nemo diues orbus nō captaretur: id quod ſæpe Iuuenalis pulſat, ſed frequentius Martialis notat. *Non fuiſſe ei liberum*) non potuiſſe aliud teſtamentum legitimum facere. *Reddidiſſe*) quia illas acceperat cum fratre ab auo filiæ: honeſtum ergo erat, vt ad illam rediret, ne quod proſpera fortuna accreuerat, hoc in alium proueniens luctuoſum ei procederet. *Per filiam*) reſpectu filiæ, quod ſtatim oſtendit. *Auctus*) factus opulentior. *Curtius Mantia*) ſuſpicor apud Tacitum mendam inoleuiſſe libro. xiij. vbi legitur, Curtilius Mantia ſuperioris exercitus legatus: reſtituique debere Curtius Mantia. *Generum ſuum*) cui vnicam filiam dederat. *Is*) Domitius Lucanus frater eſt Tulli.

ſub ea conditione, filiam eius, neptem ſuam, inſtituerat hæredem, ſi eſſet manu patris emiſſa. Emiſerat pater, adoptauerat patruus: atque ita circumſcripto teſtamento, conſors frater in patris poteſtate emancipatam filiam adoptionis fraude reuocauerat, & quidem cum opibus ampliſſimis. Fuit alioqui fratribus illis quaſi fato datum, vt diuites fierent, inuitiſſimis à quibus facti ſunt. Quin etiam Domitius Afer, qui illos in nomen aſſumpſit, reliquit teſtamentum ante octo & decem annos nuncupatum: adeóque poſtea

Sub ea conditione) talem inſtitutionem permittit ius fieri. vt. ff. de hæredibus inſtituendis ex Africani verbis apparet, ac ex authentica, excipitur Co dice de bonis quæ liberis. *Eius*) Lurani. *Neptem ſuā*) filiam filiæ, ꝓpius Curij. *Manu patris emiſſa*) Aduerte ſecundum Iuriſconſultum fuiſſe Plinium locutum impropriè, tùm manumitti dicantur ſerui, emancipari verò filii. verùm quandoque eo verbo Iuriſconſultus hoc modo quo Plinius abutitur: vt. ff de officio proconſulis & legati. *Pater*) Lucanus. *Emiſerat*) emancipauerat. *Patruus*) Tullus. *Adoptauerat*) vt filiæ bonis gauderet. *Circumſcripto*) decepto, ſublato. Circumſcriptores, inquit Seneca, dici ſolent qui aliquid ſuſtulerunt. Et Aſronius circumſcriptum interpretatur ſublatum, circundatum, prætermiſſum, deceptum. M. Tullius in ſecunda Philippica, Quid enim aliud ipſe dicebat, niſi quòd circumſcriptus eſſet Antonius. Et in ſexta, Ille ſe fluuio Rubicone CC. millia circumſcriptum eſſe patiatur. Ac in. xii. Parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia conſularis. Demum in vltima, Aut adoleſcentes circumſcribunt. idem Cicero libro tertio Officiorum, Circumſcriptio adoleſcentium lege Latoria. Et de Finibus eodem libro, Circumſcriptus igitur iis ſententiis quas poſui. Videtur huius verbi circūſcribere vis deducta ab illo grauiter facto Pompilii legati ad Antiochum: cui cùm tradidiſſet Senatuſconſultum ne Ptolemæum laceſſeret, & rex dixiſſet ſe cum amicis collocuturum: indignatus Pompilius quòd aliquam moram interpoſuiſſet, virga, ſolum quo inſiſtebat, denotauit, &, prius inquit, quàm hoc circulo excedas, da reſpōſum, quod Senatui referam: quanquam Columella pro curtare vtatur, & contrahere. Diophanes, inquit, Bithynius Vticenſem totum Dionyſium Pœni Magonis interpretem per multa diffuſum volumina ſex epitomis circumſcripſit. *Frater conſors*) Tullus frater Lurani, bonorum particeps, & in vnum viuentes, nondum diuiſo patrimonio. nam conſortes fratres Secundus appellat, qui ſimul vitam ducunt paſſuri inuicem quicquid boni maliue acciderit. quod etiam in Panegyrico & alibi vſurpauit, cùm pro patrimonio ſors interdum accipiatur. Ita Tullus ſub eadem ſorte, hoc eſt patrimonio cum Lurano fratre ſuo adoptata filia quam is emancipauerat, iterum bona in patriam poteſtatem reduxerat. *Cum opibus*) quibus frueretur ipſe cum patre naturali. *Illis*) Tullo & Lucano. *Inuitiſſimis*) admodum nolentibus Curtio Montano, & Domitio Afro. *A quibus*) per quorum bona. *Domitius Afer*) orator eximius, & Quintiliani magiſter, de quo alibi copioſius. *In nomen*) in adoptionem. quoniam adoptatus adoptantis appellationem ſumebat: inde appellatus fuit Domitius, immò Domitii Tullus & Lucanus. *Ante octo & decem annos*) quàm ipſe obiret. Hoc etiam tangit Fabius libro ſexto, Vel optima, inquit, eſt hæc ſimulatio contra ſimulantem qualis illa Domitii Afri fuit: vetus habebat teſtamentum, & vnus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularum, falſam tabulam intulerat, conſulens eum, an primipilaris teſtatoris ſuaderet ordinare ſuprema iudicia. Noli, inquit, facere, offendis illum. *Nuncupatum*) palam factum ſine ſcriptura. Nuncupatiuum teſta-

mentum illud eſt, ad cuius firmitudinem & ſubſtantiam neceſſaria non ſit ſcriptura: quod intellexit Tacitus, cùm libro ſecundo ſcribit, Ignotos & altis inſenſos, eóque principem nuncupantes procul arcebat: tametſi nunc ad perpetuam rei memoriam faciliorémque probationem ſoleat in ſcriptis redigi, & hoc ſit in frequentiſſimo vſu. Eſt teſtamenti genus quod appellatur in ſcriptis, quia ſine ſcriptura inualidum ſit, quo raró vtimur. eius forma ſraditur Codice de teſtamentis.

improbatum ſibi, vt patris eorum bona proſcribenda curauerit. Mira illius aſperitas, mira felicitas horum: illius aſperitas, qui numero ciuium excidit, quem ſocium etiam in liberis habuit: felicitas horum, quibus ſucceſſit in locum patris, qui patrem abſtulerat. Sed hæc quoque hæreditas Afri, vt reliqua cum fratre quæſita, tranſmittenda erant filiæ fratris: à quo Tullus ex aſſe hæres inſtitutus, prælatúſque filiæ fuerat, vt reconciliaretur. Quo laudabilius teſtamentũ eſt, quod pietas, fides, pudor, ſcripſit. In quo denique omnibus affinitatibus pro cuiuſque officio gratia relata eſt, relata & vxori. Accepit amœniſſimas villas, accepit magnam pecuniam vxor optima & patientiſſima: ac tanto meliùs de viro merita, quanto magis eſt reprehenſa, quòd nupſit. Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua, mater olim, parum decorè ſequuta matrimonium videbatur

Improbatum) quàmuis non mutauerit, quoniam non credebat, ſe tam citò moriturum. Apparet autem ei diſplicuiſſe id teſtamentum, quòd eorum patris bona proſcribenda curauit. *Eorum*) Tulli & Lucani. *Proſcribenda*) publicanda. nam proſcriptorum & rebellium bona in ærarium deferebantur. *Illius*) Afri. *Excidit*) expulit, euerruncauit. Ex conſtitutione enim Imperatoris, quæ extat in Codice contra rebelles, ac maieſtatis læſæ reos, filij patris bonis priuabantur, neque ad vllos honores admittebantur. immò nulli licebat illis opem ferre, vt exulibus mors ſolatium, & vita ſupplicium foret. *In liberis*) in numero filiorum, adoptati loco liberorum erant. *Succeſſit*) dum illos hæredes relinquit. *Abſtulerat*) condemnandum curauerat. *Hæreditas Afri*) relicta ab Afro. nihil aliud eſt hæreditas quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit autoribus Caio & Vlpiano. *Reliqua*) bona. *Tranſmittenda*) relinquenda per ordinem ſucceſſionis: ideo dixit Afri hæreditatem tranſmittendam eſſe fratris filiæ, quæ erat filia eius adoptiua, quia filius adoptiuus qui eſt legitimus tantùm ſuccedit patri adoptanti ab inteſtato, ſicut filius naturalis, & legitimus patri ſuo naturali. *Filiæ*) naturali. *Fratris*) Lucani. *Ex aſſe*) ex vniuerſa hæreditate. As enim duodecim vncias complectitur, & duodecim vnciis, vniuerſa hæreditas connumeratur. *Filiæ*) quæ debebat eſſe hæres. *Reconciliaretur*) rediret in gratiam cum filia, cum qua gerebat ſimultates, quoniàm à patre teſtamento priuata fuerat. *Pietas*) quia filiæ. *Fides*) quia frater fratri hæreditatem commiſerat vt filiæ reſtitueret. *Pudor*) honeſtas. *Scripſit*) per ſcripta fecit. *Affinitatibus*) tam naturalibus quam adoptiuis. *Gratia relata*) nam dum filiam relinquit hæredem, ſatiſfecit omni iuri. *Pro cuiuſque officio*) vt vnuſquiſque merebatur. *Vxori*) Tulli. *Ab ipſo*) Tullo. *Accepit*) ex legato. *Natalibus clara*) parentibus claris genita. *Decliuis*) ad ſenium. *Olim*) ſuſcepta prole, quam poſtea amiſit. *Parum decorè*) non ſine infamia.

diutis ſenis ita perditi morbo, vt eſſe tædio poſſet vxori, quam iuuenis ſanúſque duxiſſet. Quippe omnibus membris extortus & fractus tantas opes ſolis oculis obibat: ac ne in lectulo quidem, niſi ab alijs mouebatur. Quinetiam, fœdum miſerandúmque dictu, dentes lauandos, fricandóſque præbebat. Auditum eſt frequenter ab ipſo, quum quereretur de contumelijs debilitatis ſuæ, ſe digitos ſeruorum ſuorum quotidie lingere. Viuebat tamen, & viuere volebat, ſuſtentante maximè vxore, quæ culpam inchoati matrimonij in gloriam perſeuerantia verterat. Habes omnes fabulas vrbis. Nam ſunt venales tabulæ Tulli, expectatur auctio. Fuit enim tam copioſus, vt ampliſſimos hortos, eodem quo emerat die, inſtruxerit plurimis & antiquiſſimis ſtatuis. Tantum illi pulcherrimorum operum in horreis, quæ negligebantur. Inuicem tu, ſi quid iſtic epiſtola dignum, ne grauare ſcribere. Nam cùm aures hominum nouitate lætantur, tum ad rationem vitæ exemplis erudimur. Vale.

Diuitis ſenis) Domitii Tulli. *Perditi morbo*) debilitati chiragra, & podagra. *Obibat*) circuibat. *Fricandos*) dentifricio leuandos. *Præbebat*) miniſtris. *Viuebat tamen*) in tantis doloribus & anguſtiis non deliberabat mori, ſecuturus Corellii Rufi exemplum, qui impar dolori inedia ſpontanea mortuus eſt. *Perſeuerantia*) miniſtrandi, curandi mariti conſtantia. *Fabulas*) ſermúculos, res parui momenti. *Auctio*) venditio rerum in publico, quæ fit licitatione, hoc eſt interrogatione, cùm res traditur plus offerenti. *Tabulæ*) picturæ antiquorum precioſiſſimæ, quibus capiebatur Tullus. *Copioſus*) diues. *Inſtruxerit*) ornauerit. Solitos ornari horros ſtatuis, iam dixerat Plinius cùm de Regulo ſcriberet. Et M. Tullius iij. Officiorum vbi refert Pythium Canio vendidiſſe hortos inſtructos: non ſolùm ſtatuis, verùm etiam aliis rebus & ornamentis apparatos oſtendit. *Eodem die*) mira celeritate. *Antiquiſſimis*) ergo precioſiſſimis, quod notat Iuuenalis, nam inquit, Perfectiſſimus horum eſt, Si quis Ariſtotelem ſimilem, vel Pittacon emit. Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas. *In horreis*) in apothecis ſtatuarum. Legitur etiam in hortis, & tunc conuenit cum præcedentibus. *Quæ negligebantur*) vel ob nimiam copiam, aut quia propter morbum non poterat illa curare. *Erudimur*) inſtruimur, docemur. *Exemplis*) ad bene honeſtéque viuendum, & vt noſtros munificentia proſequamur. Exemplum propriè vocamus rei geſtæ, aut tanquam geſtæ vtilem, commemorationem ad perſuadendum id quod intenderis.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

ET gaudium mihi, & ſolatium in literis: nihilque tam lætum, quod his lætius: nihil tam triſte, quod non per has ſit minus triſte. Itaque & infirmitate

ET gaudiũ) Excuſat ſe quòd triſtis ſcribat, quoniã ex ſtudiis ſolatium inueniat, & librum emendandũ Maximo mittit: in quem rogat

vt pro ſe intentionem intendat. *Gaudium*) in rebus lætis. *Solatium*) in triſtibus eſt. *In literis*) in ſtudio. *Quod hic lætius*) quod ſit lætius literis. *Tam triſte*)& nihil tam triſte eſt mihi.

vxoris, & meorum periculo, quorundam verò etiam morte turbatus, ad vnicum doloris leuamentum ſtudia confugio, quæ præſtant, vt aduerſa magis intelligam, ſed patientius feram. Eſt autem mihi moris, quod ſum daturus in manus hominum, antè amicorum iudicio examinare, in primis tuo. Proinde, ſi quando, nunc intende libro, quem cum hac epiſtola accipies: quia vereor, ne ipſe, vt triſtis, parum intenderim. Imperare enim dolori, vt ſcriberem potui, vt vacuo animo, lætóque, non potui. Porro vt ex ſtudÿs gaudium, ſic ſtudia hilaritate proueniunt. Vale.

Vxoris) Calphurniæ, de cuius ægritudine in præcedentibus. *Meorum*) vt Encolpi. *Morte*) vt Zoſimi. *Confugi ad ſtudia*) confugimus ad aliquem opis cauſa & ſolatii. *Daturus in manus hominum*) publicaturus, emiſſurus. *Si quando*) ſi vnquam intendiſti. *Intende in librum meum*) tuam diligentiam intende in emendationem mei libri. Alii legunt intende libro: ſicut mox, non ipſe, ſed ipſi, ſcilicet libro. *Vt triſtis*) quia dolore turbabar. *Intẽderim parum*) paruam curam adhibuerim. *Vt vacuo*) vt liber à curis ſcriberem. *Vt ex ſtudÿs gaudium*) prouenit: ſi quis illa bene intellexerit. *Studia hilaritate proueniunt*) nam, Carmina proueniunt animo deducta ſereno. *Hilaritate*) vacuo & læto animo.

C. PLINIVS GALLO SVO S.

AD qua noſcenda iter ingredi trãſmittere mare ſolemus, ea ſub oculis poſita negligimus: ſeu quia ita natura comparatum, vt proximorum incurioſi, longinqua ſectemur: ſeu quòd omniũ rerũ cupido langueſcit, cũ facilis occaſio eſt: ſeu quòd differimus, tanquã ſæpe viſuri, quod datur videre, quoties velis cernere. Quacunque de cauſa permulta in vrbe noſtra, iuxtáq; vrbem, non oculis mòdò, ſed ne auribus quidem nouimus. Quæ ſi tuliſſet Achaia,

AD *qua*) Mirabilem Vadimonis lacum per epiſtolam ante oculos Gallo ponit: cuius non tantùm formæ rotunditatẽ & aquæ medicinam, quàm plures innatantes ac fluctuantes inſulas admiratur. *Ad qua*) Ordo. Negligimus ea miranda, quæ poſita ſunt ſub oculis noſtris, ad quæ talia vt noſcamus, ſolemus longum iter ingredi & traiicere mare. *Proximorum incurioſi*) negligentes proxima quæque. *Occaſio*) commoditas videndi. *Datur*) licet, permittitur. *Quacunque de cauſſa*) id faciamus. *Vrbe*) Roma. *Permulta*) admiranda. *Achaia*) Peloponneſus, à parte totum: nam Achaia Peloponneſus, & à quibuſdam pars eius, vbi ſpiraculum Tenarium admirandum. ſed alibi de ea copioſius.

AEgyptus, Aſia, aliáve qualibet miraculorum ferax, commendatrixque terra, audita, perlecta, luſtratáque haberemus. Ipſe certè nuper, quod nec audieram antè, nec viderã, audiỹ pariter, & vidi. Exegerat proſocer meus, vt Amerina prædia ſua inſpicerem. hæc perambulãti mihi oſtẽditur ſubiacẽs lacus, nomine Vadimonis, ſimul quædã incredibilia narrantur. perueni ad ipſum. Lacus eſt in ſimilitudinem iacentis rotæ circumſcriptus, & vndique æqualis, nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cauata & excisa. Color cæruleo albidior, viridior, & preſſior ſulphuris odor, ſapórque medicatus, vis qua fracta ſolidantur. Spatium modicum, quod tamen ſentiat ventos, & fluctibus intumeſcat. Nulla in hoc nauis (ſacer enim eſt,) ſed

AEgyptus) admiranda ſunt in AEgypto Nilus Apis bos, Crocodilus, Hippopotamus, Memnonis regia, Alexandria, Pyramides, & Chemnis inſula, lucos ſyluáſque, & Apollinis ſuſtinens templum, quæ in quodam AEgypti lacu natat, & quocunque venti agunt pellitur. *Aſia*) duplex eſt, altera in tertio orbis diuortio poſita, altera minor, in ea præter templum Dianæ Epheſiæ, admirabiles fluuii ſunt Pactolus, Meander. *Alia terra*) vt Africa, quæ ſemper aliquid noui ferebat: quod etiam autore Plinio in prouerbium ceſſit. *Audita*) aliis narrantibus. *Luſtrata*) nobis videntibus. *Proſocer*) Fabatus. *Amerina*) in agro Amerino iacentia. Autore Stephano Amerinus ab Ameria deducitur: quod oppidum eſt, non procul à Meuania, referentibus Strabone & Plinio: ſecundum quoſdam ante Perſei bellum conditũ annis D. cccc. lxiiii. diſtans ab vrbe. xlvi. milliariis. Menda eſt apud Seruium grammaticum, vbi tradit, Amerinum vocatum; & eius factam ſæpius mentionem à Marco Tullio pro Roſcio: apud quem non Amerinum, ſed Ameriam inuenies. ſalix amerina laudatur à Virgilio, Columella, Plinio. *Hæc perambulanti*) dum hæc prædia circuirem. *Vadimonis*) de quo Plinius ſenior libro ſecundo. In Vadimonis lacu inſulæ ſemper fluitant. Corrigendus ex libro ſecundo Naturalium Quæſtionum locus apud Senecam ſic, Aliæ in Vadimonis lacu vehuntur. cùm paſſim habeatur in alia inuadoſis lacu vehitur. eſt autem is Lacus in Etruria. Liuius libro nono. Interea res in Etruria geſtæ ad Vadimonis lacum, vbi Etruſcorum opes fractæ ſunt, Ælio Vulturreno regum Etruſcorum vltimo ibidem cæſo, referente Catone in Originibus. & Vadimona lingua Etruſca, Ianum dictum putat Myrſilus: at Fabius pictor, Ianum Vertumnum Vadimona ab Etruſcis nuncupatum. *Iacentis rotæ*) forma circulari & rotunda. *Sinus*) receſſus, reflexus, concauitas. *Dimenſa*) ad menſuram facta æqualia. Marcus Tullius, Vt verba verbis quaſi dimenſa, & paria reſpondeant. *Color*) aquæ. *Cæruleo albidior*) cœruleus color mari datur. eſt autem viridis cum nigro: ſed iſtius lacus color erat albidior. A colore fontem Cœruleum, quem Claudius cum Curtio & Albudineo vrbi induxit appellatum tradit Frontinus: apud quem ſic reſtitues, Alteri quod ex fontibus Cœruleo & Curtio perducebatur, Claudiæ datum eſt. teſtimonio ipſius Frontini, Tranquil. & Plinii ſenioris cœrulei temperationes, lib. vi. docet Vitruuius *Preſſior*) purior vel denſior. *Sulphuris odor*) habet ſulphureum odorem. *Sapórque medicatus*) vt guſtus aquarum illius videatur medelæ aptus. Plinius ſenior libro octauo, Et ſuccidis omnibus vſus medicatus. *Vis*) virtus, medicina eſt illis aquis *Fracta*) membra. *Solidantur*) coniunguntur. *Spatium*) lacus eſt mediocre. *Sacer*) conſecratus diis, & publicè dedicatus.

Innatant

innatant inſulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ, quæque alia fœcundior palus, ipſáque illa extremitas lacus effert. Sua cuique figura, vt modus, cunctis margo deraſus, quia frequenter vel littori, vel ſibi illiſæ terunt, teruntúrque. Par omnibus altitudo, par leuitas: quippe in ſpeciem carinæ humili radice deſcendunt. hæc ab omni latere perſpicitur, eadem aqua pariter ſuſpenſa & merſa. Interdum iunctæ, copulatæque, & continenti ſimiles ſunt. Interdum diſcordantibus ventis digeruntur: nonnunquam deſtitutæ tranquillitate ſingulæ fluitant. Sæpe minores maioribus, velut cymbulæ onerariis, adhæreſcunt: Sæpe inter ſe maiores minoreſque quaſi curſum certaménque deſumunt. Rurſus omnes in eundem locum appulſæ, quà ſteterunt, promouent terram. & modò hac, modò illac lacum reddunt, auferúntque: ac tum demum, quum medium tenuere, non contrahunt. Conſtat pecora herbas ſequuta, ſic in inſulas illas, vt in extremã ripã pcedere ſolere, nec pri⁹ intelligere mobile ſolũ,

Innatant inſulæ herbidæ) Plin. In Reatino quædam inſulæ ſemper fluitāt ſicut in agro Cecubo. & eodem Reatino mutinenſi [ſtationem] in Vadimonis lacu, & ad Cutiſas aquas opaca ſylua, quę nunquam die ac nocte in eodem loco viſitur. Hinc Seneca, Cutilarum inſula natans, & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua ſuſtinetur. & in hanc atque illam partem, non tantùm vento impellitur, ſed aura. nec vnquam illi per diem & noctem in vno loco ſtatio adeo mouetur leui flatu. de qua multa libro. i. Macrobius & Dionyſius plura in ſuis antiquitatibus. has natantes inſulas Seneca putat ex pumicibus conſtare. *Quæque*) & producũt omnia alia quęcunque fœcundior palus, & ipſa margo lacus germinat. *Sua*) particularis. *Cuique*) inſularum. *Modus*) menſura, forma. Legitur etiam, Vna cuique, id eſt eadem forma eſt omnibus. *Margo*) inſularum ora. probati autores incerto genere marginem vſurpant. *Sibi*) inuicem, inter ſe. *Terunt*) contiguas inſulas fricant, & pariter abraduntur. *Altitudo*) profunditas, vel eminentia extra aquam. *Carinæ*) concauitatis, inſtar fundi nauis. *Humili*) breui admodum deſcenſu. *Hæc*) aliqua inſularum. *Ab omni latere*) tota. *Suſpenſa*) ſuperextans aquæ. *Merſa*) vndis obrupta. *Continenti ſimiles*) [ſunt] perpetuo ſpatio terræ coniunctæ: vnde continentes prouincias Iuriſconſultus vocat Italiæ coniunctas. [legitur etiam, continenti ſimiles eunt.] *Digeruntur*) ſeparantur. *Deſtitutæ*) ſeiunctæ, ſolæ. *Tranquillitate*) in tranquillo lacu. *Minores*) inſulæ. *Cymbulæ*) nauiculæ, ſcaphæ, quæ naues onerarias conſequuntur. Legitur etiam corbulæ à ſimilitudine corbularum ex viminibus: eas tamen Columella corbes appellat, & Feſtus corbitas memorat onerarias: quod in malo earum ſummo pro ſigno corbes ſolent ſuſpendi. Plautus dixit. Tardior eſt quàm corbitæ ſunt. Gellius ix. Corbitas inter nauigia refert. *Onerarij*) quæ maximum onus vehunt, & ſtructæ ſunt ad importanda onera. *Deſumunt curſum*) concurrunt. *In eundem locum*) coniunctim & ſimul, in ripam lacus. *Appulſæ*) terræ coniunctæ: nam appellere dicitur de iis quæ ab alto terræ redduntur, *Promouēt*) extendunt, annexu ſuo protogant. *Reddunt lacum*) detegunt aquam. *Vnde*) receſſerint. *Auferunt*) occupant, contegunt vbi ſtetere. [*Ac tum demum*) Aliter, auctum demum.] *Medium*) lacum. *Non trahuntur*) non diſſipantur, non mouentur. quidam legunt non contrahunt, [id eſt] lacum, non minuunt, quia ſunt tanquam inſulæ. *Herbas*) quæ in illis ſunt inſulis.

Iulio menſe, quo maximè lites interquieſcunt, poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui. fortè accidit, vt eo die manè in aduocationem ſubitam rogarer, quod mihi cauſam prœloquendi dedit. Sum enim deprecatus, ne quis vt irreuerẽtem operis argueret, quòd recitaturus, quanquam & amicis, & paucis: idem iterum amicis, foro & negociis non abſtinuiſſem. Addidi hunc ordinem, me & in ſcribendo ſequi, vt neceſſitates voluptatibus, ſeria iucundis anteferrem, ac primùm amicis, tum mihi ſcriberem. Liber fuit & opuſculis varius, & metris: ita ſolemus qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere. Recitaui biduo: hoc aſſenſus audientium exegit. Et tamen vt alij tranſeunt quædam, imputántque, quod tranſeant: ſic ego nihil prætereo, atque etiam non præterire me teſtor. Lego enim omnia, vt omnia emendem, quod contingere non poteſt electa recitantibus. At illud modeſtius, & fortaſſe reuerentius, ſed hoc ſimplicius & amantius. Amat enim qui ſe ſic amari putat, vt tædium non pertimeſcat. & alioqui quid præſtant ſodales, ſi conueniunt voluptatis ſuæ cauſa? delegatus ac ſimilis ignoto eſt, qui amici librum bonum mauult audire, quàm facere. Non dubito cupere te pro

Iulio menſe) quo etiam Romani ſolebant tranſire in domos conductas cum ſua ſupellectile quod mõſtrat illo verſiculo Mart. O Iuliarum dedecus Calendarùm. Vidi Vacerra ſarcinulas tuas vidi. Et Apertius in Tiberio Tranquil. ac Marcus Tullius ſubinde. *Lectos*) menſas. Lampridius, Heliogabalus, inquit, ſolido argento habuit lectos, & triclinares, & cubiculares. Curtius, Conuiuium exornari iuſſit. centum aurei lecti modicis interuallis poſiti erant, lectos circundederant aulęa purpurea, auróque fulgentia. Et libro octauo Cùm poſt aulęa quæ lectos obduxerant ſtaret. *Fortè*) ex inſperato. *Eodem die*) quo promiſeram me recitaturum. *Mane*) ante cibum. nam pòſt recitauit. *Subitam*) inopinatam, improuiſam *Præloquendi*) præfationem faciendi, qua veniam deprecabatur. quod mane non recitaſſet ſicut promiſerat, excuſans ſe aduocatum in repentinam aduocationẽ. *Irreuerentem operis*) parui pendentem verſuum recitationem. *Quanquam & amicis*) cum quibus liberus agere licet. *Non abſtinuiſſem amicis*) operam meam præſtitiſſem in defendendis amicis. *Foro & negotijs*) in cauſis forenſibus. Addidi in præfatione. *Preferrem*) præponerem, & in primis ducerem. *Amicis ſcriberem*) amicorum cauſa actiones haberem. *Mihi*) ad voluptatem meam. *Liber*) à me recitatus. *Opuſculis varius*) diuerſæ materiæ, & vario metrorum genere. *Ita*) varietate, qua legentium faſtidium effugimus. *Ingenio*) noſtro tanquam minus excuſſo. *Biduo*) ſic libro quarto meminit orationem biduo recitatam magno auditorum aſſenſu) *Aſſenſus*) fauor, intentio, cupiditas audiendi. *Exegit*) fecit *Et tamen*) vera ſcriptura. & tamen vt alii recitatòres quædam ſua ſcripta tranſeunt quæ non recitant, & quia tranſeunt, illa videntur improbare: ſic tamen diuerſa ratione, ego nihil [prętereo, quia nihil] meorũ ſcriptorum improbo, vt illa melius per auditores emendem: quinimmò apertè profiteor omnia recitare. *Electa*) meliora. nam niſi quæ ſibi diſplicent recitauerint, illa ſanè non emendabunt. *Illud*) quod faciunt huiuſmodi lectores, tantùm electa recitando:

Modeſtius) ne auditorem obtundant ſcriptorum copia & deteriorum. *Simplicius*) magis ingenuum. *Amantius*) amoris indicium maius, qui omnia qualiacunque ſunt amicis communicem. *Amat*) veriſſimè. *Tædium*) vt ſit faſtidio auditoribus. *Quid*) parum, admodum, vel nihil. *Conueniunt*) ad audiendum. *Delegatus*) peregrinus, ſubſtitutus: hoc magis placet quàm delicatus. nam antè ferè in eundem ſenſum dixerat delegata vocabula. *Quàm facere*) emendando, & intentè audiendo.

cætera mei charitate, quàm maturiſſimè legere hunc adhuc muſteum librum. Leges, ſed retractatum, quæ cauſa recitandi fuit: & tamen nonnulla iam ex eo noſti: hæc vel emendata poſtea, vel (quod interdum longiore mora ſolet) deteriora facta, quaſi noua rurſus & reſcripta cognoſces. Nam pleriſque mutatis, ea quoque mutata videntur quæ manent. Vale.

Cætera) quam habes in cæteris rebus meis. *Muſteum*) nouellum, recentem. Sic Columella muſteum fructum dixit: proinde muſteum pro dulci: hinc muſtea poma, quæ poſtea mellimella ſunt appellata, Varrone tradente. *Retractatum*) emendatum. Hoc addidit ne miretur Arrianus, ſi hic liber videbitur alius à priore, quem ſcilicet antea viderat, quia multa in emẽdatione fuerant commutata, vt nouus liber appareret. *Ex eo*) quia multa in illo fuerant emendanda. *Noſti*) dum illum legeres nam Arriani Maturii iudicio in literis vtebatur. *Deteriora facta*) quæ ſolent fieri interdum deteriora longa mora: quia nimia lima magis atterit quàm emendat. Reſcripta de nouo ſcripta & emendata: & ſtatim ſubiungit cauſam: nam aliquibus partibus mutatis, quia non placebãt, illæ quoque quæ reſtabant, videntur mutatæ. *Ea*) ſcripta. *Quæ manent*) quæ relicta fuerant tanquam bona.

C. PLINIVS GEMINIO SVO S.

NOſtine hos, qui omnium libidinum ſerui, ſic aliorum vitijs iraſcuntur, quaſi inuideant: & grauiſſimè puniunt, quos maximè imitantur? cùm eos etiã, qui non indigent clementiæ vllius, nihil magis quàm lenitas deceat. Atque ego optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qui cæteris ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet: ita peccatis abſtinet,

Noſti) Monet nõ eſſe imitandã illorum conſuetudinẽ, qui alios grauiſſimè inſectantur, in quo ipſi maximè peccant, quinimmò à vitiis ſeipſum comprimendum, & alienis erroribus parcendum. *Libidinum*) vitiorum: libido etiam pro deſiderio veneris. Lampridius enim refert Heliogabalum multa libidinum genera excogitaſſe, & Martialis in eundem ſenſum protulit libidinari. Valerius inſuper luxuriæ libidinem iungit, quoniam ex iiſdem vitiorum principiis oriatur. ad hæc veteres pro appetitu aliarum rerum vſos docet Cato de re ruſtica. Libido inquit nauſeæ veniet. & pro æmulatione honeſtæ rei Saluſtius, tanquam libido ſit quod libeat. Magíſque indecoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis atque conuiuiis libidinem habẽt. Libidinitatem pro libidine Laberius poſuit, ſi Marcello credimus. *Eos*) bonos viros, qui nihil reprehendendum admittunt. *Lenitas*) facilitas ignoſcendi. Hinc Horatius, At pater vt gnati,

ſic nos debemus amici, Si quod ſit vitium nō faſtidire i & Auguſtū refert Tranquil. amicorum delicta duntaxat modica perpeſſum. *Ita ignoſcat*) inde illud apud Gręcos laudabile dictum. οὐ χρὴ πικρὸν εἶναι καὶ ἀπαραίτητον. ἀλλὰ συγγνώμονά τινα ἄνθρωπον ὄντα, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἁμαρτήμασιν ἐνέχεσθαι δυνάμενον, ἐξ ὧν κολάζει πικρῶς ἄλλον. id eſt non oportet aſperum eſſe, & inexorabilem, ſed mitem quendam hominem exiſtentem, & ſimilibus incidere potentem, ex quibus reprehendit acerbè alium.

tanquam nemini ignoſcat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vita genere teneamus, vt nobis implacabiles ſimus, exorabiles iſtis etiam qui dare veniam niſi ſibi neſciunt: mandemúſque memoriæ, quod vir mitiſſimus, & ob hoc quoque maximus, Thraſea, crebrò dicere ſolebat, Qui vitia odit, homines odit. Fortaſſe quæris, quo commotus hæc ſcribam. Quidam nuper, ſed melius corám. quanquam ne tunc quidem. Vereor enim ne id, quod improbo, eos ſectari, carpere, referre, huic quod quàm maximè præcipimus, repugnet. Quiſquis ille, qualiſcunque ſileatur, quem inſignire exempli nihil, non inſignire humanitatus plurimum refert. Vale.

Tanquam nemini ignoſcat) nulli reprehendendo pareat. nam monitorem omni culpa carere decet. quare iure hi reprehenduntur, qui ſceleribus obnoxii grauitate ficta alios arguunt. *Domi*) in rebus priuatis. *Foris*) in publicis. *Vt nobis implacabiles*) vt peccatis noſtris meritam pœnam irrogemus. *Exorabiles*) illis parcamus prædictis: nam maioris clementiæ eſt indulgendo corrigere peccata quàm vindicando. Omnis igitur habenda ratio & diligentia eſt, primùm vt monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat. Nō enim debemus amici vitia ferre, quaſi diſſimulauerit facies tua. Inde Seneca inquit, Eſto vitiorum fugator ipſe, aliorum neque curioſus ſcrutator, neque acerbus reprehenſor, ſed ſine reprobatione correptor, ita vt admonitionem hilaritate præuenias, & errori facilè veniam dato. *Sibi*) ſuis vitiis, cùm aliena acerrimè inſectentur. *Ob hoc*) quia mitiſſimus erat. *Maximus*) virtutibus excellens Epigrammaticus poeta Petum Thraſeam magnum, Tacitus egregium appellarunt. *Homines odit*) tanquam impoſſibile ſit hominibus carere crimine. ipſe tamen alibi Euphratem laudauit, quòd vitia non homines inſectaretur. *Scribam*) iſta. *Nuper quidam*) incipit tanquam deſcripturus aliquem, qui aliorum vitia diſtrictè flagellaret, ſua verò ſibi indulgeret: ſed per rhetorum exórnationem, quæ dicitur præciſio, rem ſuppreſſit. Ea autem fit, cùm dictis quibuſdam reliquum quod cœptum eſt dici, relinquitur. nam tacita ſuſpicio, quàm diſerta explanatio atrocior eſt. *Corám*) viua voce melius quàm per literas de hoc homine dicam. *Ne tunc quidem melius*) ne quidem melius erit dicere corám. *Vereor enim*) ordo eſt, vereor ne referre id quod improbo eos ſectari, carpere, repugnet huic quod quàmaximè pręcipimus, ſc. vitádú. *Repugnet*) non conſtet ſibi, magna inter vtrunque diſcordia ſit. *Ille*) vir ſit. *Qualiſcunque*) cuiuſuis conditionis & naturæ. qualiſcunque interdum pro malo ponitur. Tacitus lib. xv. inuidiam prætendens Piſo, ſi ſacra menſæ diiſque hoſpitales cæde qualiſcunque principis cruentarentur. Iuuenalis, Facit indignatio verſum Qualemcunque poteſt. Interdum pro minimo. Idem Tacitus. xiiii. Se Nero in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiſcunque matris reuerentia retardauerat. *Inſignire*) notare, famoſum reddere. *Nihil refert exempli*) non facit ad inſtitutionem cæterorum. *Non inſignire humanitatis refert*) id eſt, ſi tacuero, videbor fuiſſe humanus.

C. Plinivs Marcellino Svo S.

Omnia mihi ſtudia, omnes curas, omnia auocamenta exemit, excuſſit, eripuit dolor: quem ex morte Iunij Auiti grauiſſimum cepi. Latumclauum in domo mea induerat: ſuffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat: ad hoc ita me diligebat, ita verebatur, vt me formatore morum, me quaſi magiſtro vteretur. Rarum hoc adoleſcentibus noſtris. Nam quotusquiſque vel ætati alterius, vel autoritati vt minor cedit? Statim ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia, neminem verentur, imitantur neminem, atque ipſi ſibi exempla ſunt. Sed non Auitus, cuius hæc præcipua prudentia, quòd alios prudentiores arbitrabatur. Hæc præcipua eruditio, quòd diſcere volebat. Semper ille aut de ſtudijs aliquid, aut de officijs vitæ conſulebat: ſemper ita recedebat, vt melior factus, & erat factus, vel eo, quod audierat, vel quod omnino quæſierat. Quod ille obſequium Serniano exactiſſimo viro præſtitit? quem Legatum Tribunus ita & intellexit, & excepit, vt ex Germania in

O*mnia*) Iulium Auitum ædilitatis candidatum, iam Tribunatu militum & Quæſtura functum, deceſſiſſe, impatienter dolet. nam Secundum tanquam rectorem ſecutus, vt aliquid diſceret, parentem ſuum iam ætate grauem, vxorem, filiolam vnicam morte reliquit: impar igitur tanto dolori, Marcellino rem totam exponit per hanc epiſtolam inter pulchriores pulcherrimam, inter triſtiores triſtiſſimam, inter amantiores amantiſſimá. *Curas*) alias occupationes. *Auocamenta*) ſolatia, luſus. *Iunij Auiti*) alius fuit Iulius Auitus, cuius obitum pariter libro quinto defleuit. *Grauiſſimum*) intenſiſſimum, maximum. *Latumclauum*) veſtem Senatoriá, quam poſt virilem togam Senatorum filij induebant. *Quotusquiſque*) quis eſt tam minimus qui. *Cedit*) aſſurgit ſiue ſenioribus ſiue honeſtioribus. *Statim ſapiunt*) adoleſcentes noſtri ſapientes ſe credunt eſſe ſine præceptore. *Sibi ſunt exempla*) ſe ſolos imitantur. *Non Auitus*) hæc faciebat. *Eruditio*) cognitio doctrinæ. *De officijs vitæ*) de rectè benéque viuendo. *Recedebat*) à viris doctis. *Vt melior factus*) tale illud Terentianum quanuis per adulationem, nunquam accedo ad te, quin abs te abeá doctior. *Factus*) melior & doctior. *Audierat*) non percunctando. *Quæſierat*) quærendo cognouerat. *Seruiano*) de quo multa alibi diximus. *Exactiſſimo*) omni virtute abſolutiſſimo. *Legatum*) Proconſulis vicarium. *Tribunus*) Iunius Auitus. *Cepit*) complexus eſt, fouit, delectauit. an potius excepit legendum, id eſt hoſpitio ſuſcepit, honeſtauit: ſicut non dilexit, ſed intellexit, virum ſcilicet eſſe exactiſſimum. *Germania*) Omnis Germania à Gallis Rhetiſque, & Pannoniis, Rheno & Dauubio fluminibus, Sarmatis Daciſque mutuo metu, aut montibus ſeparatur: cætera Oceanus ambit, latos ſinus, & inſularum immenſa ſpatia complectens. Germaniæ vocabulum non antiquiſſimum, quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerunt, ac tum Tungri, tum Germani vocati ſunt, ita nationis nomen non gentis eualuit paulatim: & omnes primùm à victore ob metum, mox à ſeipſis inuento nomine Germani vocati ſunt. Omiſſis cæteris qui de Germania ſcripſere, contenti fuimus vno autore Tacito.

Pannoniam tranſeuntem, non vt commilito, ſed vt comes aſſectatórque ſequeretur. qua induſtria, qua modeſtia Quæſtor Conſulibus ſuis (& plures habuit) non minus iucundus & gratus, quàm vſui fuit? quo diſcurſu, qua vigilantia hanc ipſam ædilitatem, cui præreptus eſt, petiit? Quod vel maximè dolorem meum exulcerat: obuerſantur oculis caſſi labores, & infructuoſæ preces, & honor, quem meruit. Tantùm non redit animo ille latusclauus, in penatibus meis ſumptus: redeunt illa prima, illæ

Pannoniam) vnam tantùm Pannoniam Plinius nominat: Ptolomæus in duas diuidit: eas more ſuo diſterminans: ſatis conſtat contingere Germaniam. *Commilito*) militiæ ſocius. ex præceptis tamen eorum qui de re militari ſcripſerunt, Tribunus Legato parere debuit: quare Auitus in hoc poteſt videri nihil magni præſtitiſſe. *Comes*) ſecutor. Eſt enim is qui officii cauſa maiorem comitatur. Secundus alibi, Obtinenti Africam comes hæſerat: & libro nono. Delphinus alius tantùm ſpectator & comes. *Habitus*) tractatus, aſſumptus. M. Tullius pro Planco mandat Quæſtorem debere ſuum Conſulem, vel Prætorem more maiorum in parentis locum habere. Alij non legunt & Prætoribus habitus, ſed & plures habuit: fuit ſcilicet Quæſtor plurium Conſulum. quanquam Cicero ad Caninium ſcribens dicat, quod ego officio quæſtorio te adductum reticere de Prætore tuo non moleſtè ferebam. & [ad] Auitum Prætorem in Epiſtolis inquit, dum Marcum Varronem eius Quæſtorem commendat Satis enim commendatum tibi arbitrabar ab ipſo more maiorum, qui vt te non fugit hanc quæſturæ coniunctionem liberorum neceſſitudini proximam eſſe voluit. ac in diuinatione à maioribus noſtris accepimus, Prætorem Quæſtori parentis loco eſſe oportere. *Quo diſcurſu*) labore, dum ambit ſuffragia. *Aedilitatem*) creati Ædiles eadem die & hora, qua Tribuni plebis: & ne quis eis noceret conceſſo ſimili priuilegio, quale Tribunis ſancitum. Duo erant Ædilium ordines: vnus in quo ſellis currulibus in dicendo iure vtebantur: hic magiſtratus maior Ædilitas dicebatur. ſecundus autem plebeius. curabant vrbem, annonam & ludos, poteſtatem coercendi popinas & nouas ſuperſtitiones, exigendíque munditias in locis publicis. & vtilem & ſalubrem temperaturam habebant, ne quis aquam publicam inquinaret. Aleam præterquam in Saturnalibus vetabant. diem dicere poterant iis, qui pluſquam lege finitum erar agri poſſiderent. Dicti Ædiles ſecundum Varronem quòd ædes ſacras & priuatas procurarent. At Feſto autore quòd faciles ad eos plebi aditus eſſet. Conuenit cum Varrone iuriſconſultus in procemio. ff. & tradit ædilibus plebem omnia ſcitè ſua detuliſſe. Cæſar Dictator duos Ædiles conſtituit, qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales nuncupauit, vt in ſumma eſſent ſex in vrbe ædiles. Fuit & hic magiſtratus in oppidis, qui vaſa minora frangeret, & res quæ pluris vænirent, corrigeret. Hæc ſumpta ex probatiſſimis autoribus. *Præreptus*) extinctus ante initum honorem. *Exulcerat*) renouat, exaſperat. alibi eadem verba protulit, Deceſſit inquit Corellius Rufus, & quidem ſponte, quod dolorem meum exulcerat. *Obuerſantur*) occurſant. *Caſſi*) inutiles, [alij legunt paſſi, id eſt, exantlati, quanuis potior videtur prior lectio.] *Tantum non*) etiam. ſuper qua dictione luculenter libro nono illud addam dici apud probatos etiam modò non ad Græcorum imitationem, qui dicunt μονονχὶ. Tibullus, Iam modò non poſſum contentus viuere paruo. Valerius, Pictor equum ab exercitatione venientem modo non viuum labore induſtriæ ſuæ comprehenderat. Et Fabius. Quis enim non de iuſto æquo ac bono, modo non & vir peſſimus, loquitur, [id eſt ferè.] *Clauus*] veſtis ſenatoria auro purpura inſerto. *Prima*] in quæſtura.

poſtrema ſuffragia mea, illi ſermones, illæ conſultationes. Afficior adoleſcentia ipſius, afficior neceſſitudinum caſu. Erat illi grandis natu parens, erat uxor, quam ante annum virginem acceperat: erat filia quam paulo antè ſuſtulerat. Tot ſpes, tot gaudia dies vnus in diuerſa conuertit. Modò deſignatus ædilis, recèns maritus, recèns pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam vxorem, filiam pupillam, ignaram aui, ignarámque patris reliquit. Accedit lacrymis meis, quod abſens & impendentis mali neſcius, pariter ægrum, pariter deceſſiſſe cognoui, ne grauiſſimo dolori timore conſueſcerem. In tantis tormentis eram, cùm ſcriberem hæc, ſcriberem ſola: Neque enim nunc aliud aut cogitare, aut loqui poſſum. Vale.

Poſtrema) in ædilitate. *Adoleſcentia*) quòd raptus fuerit in ipſo flore ætatis. magis enim dolendum de morte iuuenum quàm ſenum. nam ab illorum bona indole ſperanda ſunt puturniora. *Neceſſitudinum*) Giellius lib. xij. deridet grammaticos, qui neceſſitudinem & neceſſitatem inter ſe differre putant, quòd neceſſitas ſit vis quæpiam premens & cogens: neceſſitudo autem dicatur ius quoddam & vinculū religioſæ coniūctionis. ſed hæc nihil differre putat, ſicut ſuauitudo & ſuauitas, ſanctitudo & ſanctitas. & ſequitur, Neceſſitas pro iure officióq; obſeruantiæ affinitatíſque infrequens eſt, quanquam qui ob hoc ipſum ius affinitatis familiaritatíſve coniuncti ſunt, neceſſarii dicuntur. Satis conſtat neceſſitudinem ab eruditis pro eo quod neceſſum eſt, vſurpari. vnde à M. Tullio ſic circumſcribitur, Hæc eſt neceſſitudo, cui nulla vi reſiſti poteſt, quæ neque mutari, neque leniri poteſt. Nam Tacitus lib. xii. dixit, neceſſitudinem pugnæ detulere. & Arrianus pariter pro neceſſitate. ff. xlix. de re militari. Vlpianus tamen iuriſconſultus eruditiſſimus pro affinitate vſurpat titulo, quibus ex cauſis in poſſeſſionē eatur. *Grandis natu parens*) mater iam grauis annis, ideo auxilio filii indigens. *Virginem*) nuptam, nulli prius. *Vnus dies*) quo raptus eſt Auitus. *Spes*) ſuſcipiendorum liberorum. *Diuerſa*) adidem legitur aduerſa. *Intactum honorem*) ædilitatem nondum cœptam geri. [*Ignaram a.*) Iſta verba in quibuſdam codicibus non ſunt.] *Lacrymis*) dolori. *Abſens*) procul ab vrbe, vbi ſupremum [diē] clauſerat Auitus. *Impendentis mali*) eius mortis. *Pariter*) eiſdem literis nunciato mihi morbo & obitu. *Dolori conſueſcerē*) ſed ſtatim obruerer. *Timore*) pontificius codex habet tempore. *Scriberem ſola*) In quibuſdam exemplaribus non habentur hæ duæ voces.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

AMor in te meus cogit, non vt præcipiam (neque enim præceptore eges) admoneam tamen, vt quæ ſcis, teneas & obſerues,

AMor) Maximum in Achaiā miſſum ad eam ordinandam monet, vt ciuitates inſpecturus, ſingulas humanè tractet: ibíque laudat Achaiam ab antiquitate & rebus geſtis: poſtremò hortatur velit bonam famam in quæſtura partam tueri mollius & clementius tractando homines libertati aſſuetos. Videtur Secundus Ciceronem ſecutus monentem libro primo ad Atticum, Quintum fratrem, qui tunc in Aſia Proconſulatum gerebat,

rebat, vt in ea prouincia ſe integrè gereret. *Vt quæ ſcis teneas*) vt memineris prouinciales tractandos molliter, quod tu faciundum ſcis.

aut ſcias melius. Cogita te miſſum in prouinciam Achaiam, illam veram & meram Græciam, in qua primùm humanitas, literæ, etiam fruges inuenta eſſe creduntur: miſſum ad ordinandum ſtatum liberarum ciuitatum, id eſt, ad homines maximè liberos, qui

Aut ſcias melius) moneo te, vt ea quæ ſcis, melius ſcias: plurimum enim in amicitia valet amicorum bene ſuadentium autoritas, eáque adhibetur ad monendum non modò apertè, ſed etiã acriter, ſi res poſtulabit: nã & monendi amici ſæpe ſũt, & obiurgãdi ſi opus fuerit. *Achaiam*) latiſſimè vocabulo Achaiæ vtitur Secundus, vt non ſolùm Peloponneſum intelligat, ſed etiam Atticam complectatur. omiſſis autem quæ à Ptolomæo, Pli. Strab. de Achaia dicuntur, vno Pauſania contenti erimus, qui lib. v. inquit, Inter Eloam & Sicyoniam iacens regio ad orientale pelagus, nunc Achaia dicitur ab incolis, olim AEgialus, & incolæ AEgialẽſes ab AEgialeo Sicyonum rege, vel quia ibi multa populus, Græcè αἰγίαλος dicta, naſcatur. Achæum verò Tricorythi filiũ tradunt nomen Achæis indidiſſe *Veram Græciam*) propter virtutem in bellicis rebus, & ingenia circa literas præſtantia ac humaniores mores, quibus omnibus Peloponneſus & Attica inter cæteras Græciæ regiones excelluerunt Strabo refert totius Græciæ arcem eſſe Peloponneſum: nam præter inhabitantium gentium nobilitatem atque potentiam, ipſe locorũ ſitus principatum deſignat & imperiũ: ad hæc Philippus Iunior Corinthum compedes Græciæ seriò ſolebat appellare: nec Athenienſes à ſordidis initiis ad ſummam creuerunt, nam eodem nata ſolo gaudent origine primi lanificii, & olei, & vini vſum docuere, arare quoque & ſerere frumenta glande veſcentibus monſtrauere: literæ certè ac facundia, & hic ciuilis ordo diſciplinæ veluti templum Athenas habent. Quare addidit meram, quoniam reliquæ partes Græciæ erant aliquantulum barbaræ. *Humanitatis literæ*) quibus verè initiati fiunt humaniores. Sunt qui legant humanitas, literæ: humanitas autem vetat eſſe ſuperbum aduerſus ſocios: vetat auarum: verbis, affectibus, communem ſe facilémque omnibus præſtat, nullum alienum putat: bonum autem ſuum, ideo maximè quòd alicui bonum futurum ſit, amat. Plato etiã licem humanitatem inducit: aliam quippe per ſalutationem: vt cùm fortè obuiam humaniter ſalutamus, & dexteram porrigentes comiter excipimus: aliam rùm in caſus varios ærumnáſque iactato quis opem clemẽter impendit: tertiam qua cœnas & conuiuia inter ſe homines celebrant. Hanc Græci φιλανθρωπίαν vocant: verùm quam idem παιδείαν nominat, nos eruditionem inſtitutionémque in bonas artes dicimus, quas qui ſinceriter cupiunt, appetũtque, ii ſunt vel maximè humaniſſimi: huius enim ſcientiæ cura & diſciplina ex vniuerſis animantibus vni homini data eſt, idcircóque humanitas appellata eſt. quare hîc non tam literarum elementa quàm diſciplinas intellexiſſe puto, quanuis Xenophon tradat poſt xvi. Cadmi literas Palamedem & Simonidem Melicum reliquas inueniſſe, non ſcribendi ſolùm cauſa, vt inquit Philoſtratus, ſed vt etiam cognoſcere quiſque poſſet, quæ non eſſent ſcribenda. Alii Mercurium literarum inuentorem prodidere, quidam Ægyptios, nonnulli Babylonios, Ioſephus Hebræos aſſerit. *Fruges inuenta*) teſtimonio Pauſaniæ, Iuſtini, Ouidii, Diodori, ac aliorum Ceres in Attica Triptolemo frumenti ſemen dedit, mandauítque, vt omnibus id donum communicaret: quidã tamẽ tradunt in Sicilia primùm fruges inuentas. *E quibus*) etiam Diodorus Iſidi inuentionẽ frugũ aſſignat. *Maximè homines*) ſupra cæteros humanos *Maximè liberos*) Hi verè liberi ſunt, qui affectus animi philoſophia duce regere norunt, in quibus per Romanos libertas ſeruata eſt. nam, Strabone referente, ſocios ſibi Athenienſes aſſerentes, propriis ipſis leges inſtitutáque ſeruarunt, & libertate donarũt, ac magnis honoribus dignati ſunt.

ſſſ. j.

Hinc Plinius: à Tænaro ager Laconicus liberæ gentis eſt: & ſubdit Athenas liberas fuiſſe, quinimmò iam dixerat Achaiæ libertatem à Domitio Nerone datam, quod Plutarchus confirmat: Noſtra ſcribens ætate Græcia per celebritatem Iſthmiorum priſtina libertate donata eſt, priſtiníſque legibus reſtituta à Nerone: cuius rei etiam Tranquil. meminit. Demetrius antea patrias leges priſtinámque libertatem reſtituerat, & deinde Titus Flaminius edicto à præcone audientibus Græcis in hunc modum prolato, Senatus populuſque Romanus, ac Titus Quintius Imperator, ac Conſul, rege Philippo & Macedonibus debellatis, ſine cuſtodiis liberos, immunes, ſuo iure viuentes fore permittunt, Corinthios, Locros, Phocenſes, Euboicos, Achæos, Phthiotas, Magneſios, Theſſalos, Perrhæbos. In Titi igitur laudem illud Alcæi Græcum epigramma circunfertur, ἄγαγε καὶ ξέρξης πέρσαν στράτον ἑλλάδος ἐς γᾶν· καὶ τίτος εὐρείας ἄγαγ' ἀπ' ἰταλίας. ἀλλ' ὁ μὲν εὐρώπας δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων ἦλθεν. ὁ δ' ἀμπαύσων ἑλλάδα δουλοσύνας. Quod nos Latinum fecimus, Agmina Perſarum Xerxes & in Hellada vexit, Et Titus extenſa vexit ab Italia: Ille quidem Europæ ſeruilia vincula nectens Venerat, hic ſoluens Hellada ſeruitio.

ius à natura datum virtute, meritis, amicitia: fœdere deniq; & religione tenuerũt. Reuerere

Ius à natura datum) Omnes enim homines ſi Iuſtiniano credimus, à natura liberi ſunt, & hoc ius naturale appellatur ius gentium, poſtea ſeruitutem induxit. *Tenuerunt*) non adempta libertate. Achaiam tamen ſcribit Tranquil. adempta libertate in formam prouinciæ à Veſpaſiano redactam: & neceſſe fuit ſeruiuiſſe ſi à Nerone libertate donata eſt. ſed temporibus Secundi ſuis legibus viuebat: deinde Adrianus pecunias multas, frumentum annuum, & vniuerſam Cephaleniam Athenienſibus elargitus eſt. *Virtute*) rebus geſtis. nam Athenienſes multa ad vitam & decorum partim excogitarunt, partim excoluerunt, confugientes ad ſe humanè ſuſceperunt, preſſos ſubleuarunt, leges optimas ſanxerunt, colonias emiſerunt, rempublicam optimam conſtituerunt, in bello excelluerunt, certamina inſtituerunt, in diſciplinis tantum præſtitere, vt eorum diſcipuli aliorum fuerint præceptores. Hæc latiùs tractantur apud Iſocratem: ſic Lacedæmoniorum virtus apud Xenophontem. Virtus ſecundum philoſophos eſt recta ratio: omnes enim virtutes rationes ſunt. *Meritis*) beneficiis in Romanos & alios collatis, quorum quædam iam oſtendimus & mox alia. *Amicitia*) Liuius in bello Macedonico memorat Achæos tum primùm cum Romanis amicitiam feciſſe. *Fœdere*) In amicitia neceſſe eſt eſſe conditiones æquas: in fœdere non. Liber autem populus ſecundum Proculum is eſt, qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt: item ſiue æquo fœdere in amicitiam obuenit, ſiue fœdere comprehenſum eſt, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter conſeruet, vt intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe: non vt intelligatur alterum non eſſe liberum. Fœdus dictum, quòd in paciſcendo porcus ſaxo fœdè mactaretur. Vnde Virgil. Et cæſa iungebant fœdera porca. Vel quia fides fœderi interponatur. Autores ſunt Varro, Feſtus, Seruius. quomodo autẽ per fœciales fieret, lege plura apud Dionyſium libro ſecundo. *Religione*) deorum cultu, quo maximè claruerunt Athenienſes, vt teſtatur Iſocrates in Panegyrico. Nam inprimis myſtica Eleuſinæ Cereris ſacra coluerũt, quibus nõnulli Romanorũ initiati ſunt: & Æſculapium ab Epidauro Romani in vrbẽ aduexerunt. Religio appellatur, quę in nutu & cęrimonia deorũ eſt, vel religio eſt, quæ ſuperioris cuiuſdã naturæ, quam diuinam vocant, curã ceremoniámque affert. Ab hac fit religioſus, id eſt maieſtatis religioniſque plenus, & propter ſanctitatem remotus, autoribus Gellio & Macrobio, exiſtimantibus religionem à relinquendo, ſicut cerimonias à carendo dictas. Seruius ab eo quòd mentem religet appellatam putat: at Cicero ab eligendo. Aggenus Vrbicus religioſum dictum putat à re-

ligando mentes ne malè agant homines. Sacrum autem propriè dei eſſe. Huius inuentum Cretenſibus aſcribit Seruius.

cōditores deos, numina deorum: venerere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in vrbibus ſacra eſt: Sit apud te honor antiquitatis, ſit ingentibus factis, ſit fabulis quoque. Nihil ex cuiuſquam dignitate, nihil ex libertate, nihil etiam ex iactatioue decerpſeris. Habe ante oculos hāc eſſe terrā, quæ nobis miſerit iura, quæ leges nō victa acceperit, ſed petētibus dederit:

Conditores deos) reſpexit ad Palladem quæ Athenis nomen impoſuit. auxere eas Cecrops, Ægeus, Theſeus. *Numina deorum*) quæ ibi coluntur. Super hoc lege Pauſaniam. Pontificius tamen codex habet nomina deorum. *Veterem*) antiquam. Pauſanias ſatis ſupérque gloriam & geſta Athenienſium, Lacedæmoniorúmque exequitur, in omnibus benignos Athenienſes teſtans, quos nullius indigos præconii excellentes tradit Plin. tanta claritate ſuperfluente. *Senectutem*) Senectus eſt nomen laſſæ ætatis, ſed nondum fractæ: vetuſtiſſimi omnium creduntur Athenienſes & Arcades. *Sacra*) diuina. Macrobius enim dixit, vetuſtas quidem nobis ſemper, ſi ſapimus, adoranda eſt. *In homine venerabilis*) vnde Senatoribus maximus honor habebatur: & Lycurgus maximum honorem, non diuitum & potentum, ſed pro gradu ætatis ſenum eſſe voluit, nec ſanè vſquam terrarum locum honoratiorem ſenectus habuit. *Antiquitatis*) Antiquos putant dici ſupra mille annos, diſputāte Tacito. *Ingentibus factis*) è quibus illa præcipuè fuere bellum aduerſus Perſas terra maríque, Amazonum ſtrages, Herculis geſta, Theſeíque, bellum Troianum, Adraſti in Thebas. Nam Pauſanias libro ſeptimo tradit Spartanos poſt Cadmum plurimum valuiſſe: ibíque ab antiquiſſimis exordiis per varias fabulas hiſtoriáſque res Achæorum diligenter enumerat. Ad hæc inter Lacedæmonios & Argiuos bella, & Thebanorum duce Epaminonda, Peloponneſiacum, & Athenienſium contra Philippum, & Lacedæmoniorum contra Alexandrum. *Fabulis*) vt iudiciū Martis in ariopago, Palladis & Neptuni contentio, Cecropis gemina forma, & quæ à Pauſania innumeræ traduntur. [aliter in in fabulis.] *Iactatione*) inani gloria. Liuius taxat Athenienſes tanquam verbis non factis excellentes: Athenienſes inquit literis quidem verbiſque, quibus ſolum valent, aduerſus Philippum bellum gerebant. [Plin. Græci genus in gloriam ſuam effuſiſſimum. *Iura*) Marcus Tullius pro Flacco, Adſunt Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. Strabo. Populari gubernaculo vrbes Achaiæ poſt Ogygen habitatæ: adeo in regendis ciuitatibus famam cōpararunt, vt Italicæ gentes poſt ſuſceptam aduerſus Pythagoricam ſectam factionem maximam legum & inſtitutionum partem ab hiſce tranſtulerint. Liuius ab vrbe condita, Miſſi Legati Athenas Spur. Poſthumius Albus, P. Sulpitius Camerinus, A. Manlius: iuſſique inclytas leges Solonis deſcribere, & aliarum Græciæ ciuitatum inſtituta moréſque noſcere. Dionyſius non conuenit in nomine legatorum, nam ſcribit miſſum Sp. Poſthumium, Seruilium Sulpitium, A. Manlium, & inſequenti anno aduenifſe Athenis, & ab aliis Græcis vrbibus in Italiam ferentes leges. At Pomponius iuriſc. Placuit inquit publica autoritate decem cōſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, vt ciuitas Romana fundaretur legibus, quas in tabulis eburneis perſcriptas pro roſtris propoſuerunt, vt poſſent aptius percipi, primò decem tabulis, mox additis duabus, appellatę ſunt leges duodecim tabularum: quarum ferēdarum autorem fuiſſe ex Decemuiris Hermodorum quendam Epheſium exultantē in Italia. Dionyſius tamē decimo libro in cōmemoratione Decemuirorum

nullum Hermodorum nominat. *Non ſi-cta*)non ſubacta à hobis. nam cùm Romani leges ab Athenienſibus acceperant, erant Athenæ liberæ, & ſui iuris, non à Philippo, neque ab alio ſubactę. Placet tamen vt legatur inuitis nobis, ſcilicet Rom. ſed rogantibus vt illarum copiam facerent.

Athenas eſſe, quas adeas: Lacedæmonem eſſe, quam regas: quibus reliquam vmbram, & reſiduum libertatis nomen eripere durum, ferum, barbarúmque eſt. Vides à medicis, quanquam in aduerſa valetudine nihil ſerui ac liberi differant, mollius tamen liberos clementiúſque tractari? Recordare quid quæque ciuitas fuerit: non vt deſpicias, quòd eſſe deſierit. Abſit ſuperbia, aſperitas: nec timueris contemptum. an contemnitur qui imperium, qui faſces habet? niſi qui humilis & ſordidus, & qui ſe primus ipſe cōtemnit. Malè vim ſuā poteſtas aliorū cōtumelijs experitur.

Athenas) bonarum artium magiſtras & inuentrices ſecundum Mamertinum. eis ſumma vi expugnatis à L. Sylla libertatem, & quæ habuerant, reddita teſtatur abbreuiator Liuij: & Pauſanias Adrianum multa Athenienſibus contuliſſe. *Lacedæmonem*)Spartam. Lacedæmones vt tradit Strabo vltimo prælio debellari apud Mantineam Græciæ principarum, quem prius adepti tenebant, vltrà recuperare nequiuerunt: vnum tamen illis quamquam hunc in modum afflictis permanſit, vt nullorum aliorum ditioni ſubiecti ſint vſque ad Romanorum imperium, à quibus eis habitus perdurat honor propter regendæ ciuitatis probitatem. Pauſanias ſcriptum reliquit, Lacedæmonem appellatam à Lacedæmone, qui præfuit legibus Laconicæ regionis, cum Sparta filia Eurotæ, à qua & eadem vrbis cognomentum accepit. *Vmbram libertatis*)verè vmbram & quandam libertatis ſpeciem. Aliud enim præeſſe cæteris, aliud pendere ab aliis. nam quamuis ſuis legibus viuerent, nutu tamen Romanorum regebantur. *Durum*)agreſte. *Ferum*)inhumanum. *Nihil differāt*)quia omnes homines ſunt, & dolores ſentiunt. *Mollius*)humanius. *Non*) ideo debes recordari vt eas contemnas quòd deciderint à priſtina fœlicitate. *Abſit ſuperbia*)Calliſto autore, obſeruandum eſt ius reddendi, vt in adeundo quidem ſe facilem præbeat. Sanū verò conſiliū prouinciarum præſidibus Iuue. præbet ſat. viij. Expectata diu tandē prouincia cùm te Rectorem accipiet, pone iræ frena, modúmque, Pone & auaritiæ, miſerere inopum ſociorum. *Nec timueris contemptum*)non debes eſſe triſtis, & aſper, quòd timeas ne à ſubiectis contemnaris: non enim contemnitur, qui habet liberam gladij poteſtatem, niſi qui vilis & auarus fuerit. *Qui imperium*)qui faſces habet, qui in magiſtratu maximo eſt: habebat enim in Achaia proconſulare imperium Maximus, quem ideo ſex lictores cum faſcibus præibant. *Qui ſe primus contemnit*) qui non ſeruat dignitatem ſuā & perſonæ decorum. *Poteſtas*) quilibet magiſtratus poteſtas dicitur, neque eſt officij nomen vt quidam ariolantur. Paulus de verborum ſignificatione, Poteſtatis verbo plura ſignificantur. In perſona magiſtratuum imperium, in perſona liberorum patria poteſtas, in perſona ſerui dominium. Iuſtinianus in Inſtitutionibus, Qui poteſtatem aliquam habent ſe excuſare poſſunt à tutelis, vt diuus Marcus reſcripſit. & ne tantùm iuriſconſultorum teſtimonio vtamur, accedamus ad noſtros. Valerius de Caſſio filio Trib. pl. Poſtquam, inquit, illam poteſtatem depoſuit. Tranquil. Iuriſdictionem & fideicommiſſis etiam per prouincias poteſtatibus demandauit. Martialis. x. Semper pauperior redit poteſtas. Iuuen. ſatyra. x. Gabiorúmque eſſe poteſtas. Plin. ſenior, Promiſerunt dentes Draconis mites præſtare dominos, poteſtatéſque exorabiles. Tertullianus, Orate, inquit, pro regibus,

& pro principibus,& poteſtatibus. Salluſtius, Sempérque in poteſtatibus co modo agitabat, vt ampliore honore quàm gerebat dignus haberetur. Valerius de Cos. & Prætore loquens, Ne in honore, inquit, triumphi minor poteſtas maiori æquaretur. Secundus in Panegyrico, Meminiſſe debes nullam tantam poteſtatem cuiquã dari poſſe, vt non ſit gratior poteſtate libertas. Item, Finémque poteſtatis alterius tanquam parum eſſet excipere præuenit. Manifeſta deriuatione à poſſe deductum.

malè terrore veneratio acquiritur: longéque valentior amor ad obtinendum, quod velis, quàm timor. nam timor abit, ſi recedas, manet amor: ac ſic, vt ille in odium, hic in reuerentiã vertatur. Te verò etiam atque etiam (repetam enim) meminiſſe oportet officij tui titulum, ac tibi ipſum interpretari, quale quantúmque ſit ordinare ſtatum liberarum ciuitatum. Nam quid ordinatione ciuilius? quid libertate precioſius? porrò quàm turpe, ſi ordinatio euerſione, libertas ſeruitute mutetur? Accedit ꝙ tibi certamẽ eſt tecũ: onerat te Quæſturæ tuæ fama, quam ex Bithynia optimam reuexiſti: onerat teſtimonium principis: onerat Tribunatus, Prætura, atque hæc ipſa legatio, quaſi præmium data. Quo magis nitendum eſt, ne in longinquam prouinciam, quàm ſuburbanam, ne inter

Malè terrore veneratio acquiritur) Inde Silius, Et metui demens credebat honorem. Nullus enim hominum ſecundum Dionem ſponte ſubiectus eſt, ſed quando timet, potentiorem colit: quando audet, pœnas ſumit de debiliore. Et Secundus in Panegyrico dixit, Non ex metu, nec terrore hominum, aut criminibus maieſtatis, reuerentia nomini noſtro acquiritur: quare meritas Caligula qui cunctis terribilis videri conabatur, pœnas luit. At Traianus qui amore ciuium magis lætabatur quàm veneratione fœliciſſimam vitam tranſegit. nam certior eſt ex manſuetudine ſecuritas ſi Senecæ credimus. *Longéque valentior*) Huc accedit Marci Tullij dictum ex libro ij. de Officiis, Sed cùm metus ſit malus cuſtos diuturnitatis, contráque beneuolentia fidelis vel ad perpetuitatem, debet bonus princeps potius diligi velle quàm timeri, à quo non [fortè] diſcrepat Claudianus in Panegyrico Honorii, Non ſic excubiæ, nec circunſtantia pila, Quàm tutatur amor, non ex torquebis amari. *Si recedas*) ab his à quibus venerationem quæris. Quis enim aut cum diligat quem metuit, aut eum à quo ſe metui putet? *Manet amor*) durat etiam poſt receſſum tuum & mortem. *At*) quinimmò. Legitur etiam ac ſic. vt ſit ſenſus, ſic manet vt. *Ille*) timor vertitur in odium. *Hic*) amor. *Officij tui titulum*) dignitatis tuæ nomen, quòd miſſus fuiſti Legatus cum proconſulari imperio ad ordinandum Græcas ciuitates, & mores reformandos, vt ea conſtitueres, quæ ad perpetuam earum quietem eſſent profutura. *Tibi ipſi*) per teipſum, in vtilitatem tuam. *Quale*) cuius conditionis. *Quantum*) quàm magni negocii. *Ciuilius*) humanius. *Si ordinatio*) ſi pro ordinandis ciuitatibus euertantur, & liberandis ſubiugentur. *Accedit*) additur prædictis rationibus *Tibi certamen eſt tecum*) enitendum eſt tibi ne diuerſa prioribus facias. *Onerat te quæſtura tua fama*) optima fama quam in Quæſtura tua tibi comparaſti, exigit vt te integrè geras in hac poteſtate. Lego alibi ad Terentium Maximum ſcriptam à Domitiano epiſtolam, qua colligi poteſt Quæſtorem Cæſaris in Bithynia fuiſſe. *Teſtimonium principis*) Traiani qui multis teſtatus eſt te virum ſummum *Tribunatus & Prætura*) in quibus magiſtratibus te optimè

ge ſſiſti. *Præmium*) virtutis tuæ. *Suburbana*) loca vrbi propinquiora & humaniora: nam Achaia Romæ quàm Bithynia vicinior. Latè tamen vocabulum ſuburbani vſurpauit, quamuis Cicero in Verrem de Sicilia ſcribens dicat, Quemadmodum propinquis vos veſtris prædiis maximè delectamini, ſic populo Romano iucunda eſt ſuburbanitas huiuſce prouinciæ. Magis probo vt legatur quo magis nitendum eſt, ne in longinquam prouinciam, quàm ſuburbanam.

ſeruientes, quàm liberos, ne ſorte quàm iudicio miſſus, ne rudis & incognitus, quàm exploratus probatúſque, humanior, melior, peritior fuiſſe videaris. Cùm ſit alioqui, vt ſæpe audiſti, ſæpe legiſti, multo deformius amittere, quàm non aſſequi laudem. Hæc velim credas, quòd initio dixi, ſcripſiſſe me admonentem, non præcipientem, quanquam præcipientem quoque. Quippe non vereor in amore ne modum exceſſerim. neque enim periculũ eſt, ne ſit nimium quod eſſe maximum debet. Vale.

Seruientes) Bithynos. parentes Romanis legibus & ſecuribus. *Liberos*) Achæos. *Sorte*) caſu. *Rudis*) inexpertus. *Exploratus*) examinatus, probatus. *Amittere*) iam partam. *Deformius*) turpius. *Laudem*) Seneca laudationem à laude differre putat, quòd illa fiat voce, vnde funebrem laudationem non laudem dicimus. hæc verò non verba hominum, ſed iudicia ſequatur: ergo laus etiam taciti eſt bene ſentientis. *Præcipientem*) tanquam potiorem te. *In amore*) in officio amoris dum te moneo. *Modum*) honeſtam formam. *Ne ſit nimium*) ne te nimis admonuerim, maximo amoris calore ductus. *Maximum*) ſummum, perfectum: nam libera admonitio ſignum eſt maximæ amicitiæ.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

Liber Nonus.

Cum doctiſsimis Ioannis Mariae Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS. MAXIMO SVO S.

SAEPE te monui, vt libros, quos vel pro te, vel in Plantam (immò & pro te & in illum: ita enim materia cogebat) compoſuiſti, quammaturiſsimè emitteres: quod nunc præcipuè morte eius audita, & hortor & moneo. Quanuis enim legeris multis, legendóſque dederis, nolo tamen quenquam opinari defuncto demum inchoatos, quos incolumi eo peregiſti. Salua ſit tibi

SAEpe) Hunc nonum epiſtolarum librum præter ſtyli ſimilitudinem, & quòd eadē quæ in aliis multa Plinius refert, Sidonius Apollinaris eidem in limine noni libri ſuarum epiſtolarum attribuit. Cũ exigis, inquit, vt epiſtolarũ priore limite irrupto ſtylus noſter in vlteriora procurrat, numeri ſuprà dicti priuilegio non contentus includi, addis & cauſas quibus hic liber nonus octo ſuperiorum voluminibus accreſcat: eo quòd C. Secundus, cuius nos orbitas ſequi hoc opere pronuncias, paribus titulis opus epiſtolare determinet. Maximum hac epiſtola monet, (quod iam ſubinde fecerat) vt libros quos in Blateram viuentem compoſuerat, demum eo defuncto publicet, ne videatur poſt mortem inchoaſſe, cùm turpe ſit pugnare cum laruis. *Blateram*, Blatera illo Mart. carmine notatur tanquam impudicus. Omnia fœmineis quare dilecta cathedris, & quæ deinceps ſequuntur, multi non Blateram, ſed Plantam legunt. *Pro te*) in defenſionem tui. *Defuncto demum inchoatos*) poſt mortem Blateræ libros illos inceptos. *Incolumi*) viuente.

conſtantia & fama. Erit autem, ſi notum æquis iniquiſque fuerit, non poſt inimici mortem ſcribendi tibi natam eſſe fiduciam: ſed iam paratam editionem morte præuentam. Simul vitabis illud, οὐχ᾽ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἀγχαλάασθαι. Nam quod de viuente ſcriptum, de viuente recitatum eſt, in defunctum quoque tanquam viuentem adhuc editur ſi editur. Statim igitur ſi quid aliud in manibus, differ: interim hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum videtur, ſed iam videatur & tibi, cuius cunctationem nec res ipſa deſiderat, & temporis ratio præcidit. Vale.

Conſtantia) fortitudinis. Legitur in quibuſdam exemplaribus, non conſtantiæ fama, ſed conſtantia & fama. *Aequis*) bonis & amicis. *Præuentam*) præoccupatam, interruptam. *Morte*) Blateræ. *Illud*) celebratum dictum, οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἀγχαλάασθαι) carmen eſt ex lib. xxii. Odyſſeæ, vbi monet Vlyſſes non gloriandum pro mortuis. ſic ergo interpretabimur, Impietas defunctis pro viris gloriari. Quidam codices Hom. nō habēt φθιμένοισιν ſed κταμένοισιν ad idem tamen. nam & in Phœniſſis Euripides dixerat κἀκεῖνο κάκιστα, μὴ ἐνυβρίζειν νεκρούς· id eſt, & illud decretum eſt non iniuria afficere mortuos. & Plutarchus in Solone, Illa verò lex laudatur præcipuè, quæ prohibet in defunctos maledicta coniicere: nam & pium eſt eos ſacros ducere, qui à vita diſceſſerint, & iuſtum iis qui eſſe deſierunt, abſtinere: & ciuile inimicitiarum aliquando modum ſtatuere, nec in infinitum progredi ſinere. Vnde Secundus in primo dixerat, Quid tibi cum mortuis? Et Ariſtophanes, παῦε παῦ᾽ ὦ δέσποθ᾽ Ἑρμῆ. νεκρὸν γὰρ ὄντα τὸν Κλέωνα λοιδορεῖς, Deſine, deſine domine Hermes, mortuo enim Cleoni conuicia dicis. Quintus Calaber in primo derelictorum ab Homero, οὐ γὰρ ἔτι φθιμένοισι πέλει κότος· ἀλλ᾽ ἐλεεινοὶ δήϊοι εἰσ᾽ ὅτ᾽ ἔοντες, non enim in mortuos durat ira, ſed miſerandi hoſtes non amplius viuentes. Plin. in præfatione naturalis hiſtoriæ, Nec Plancus illepidè, qui cùm diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederentur, ne poſſet reſpondere, Cum mortuis, inquit, non niſi laruas luctari. quo dicto ſic repercuſſit illas, vt apud eruditos nihil impudentius iudicetur. Nam teſtatur Marcus Tullius, maiores noſtros mortuis multa iura religioſa conceſſiſſe: quare non immeritò reprehenditur Adrianus, quòd adeo naturæ peruerſæ fuerit, vt & mortuis plurimum inuideret & detraheret. *De viuente recitatum*) Si librum [ſcriptum] in Blateram adhuc eo viuente recitatum eſſe conſtat. *Si habes in manibus quid aliud*) aliquod aliud opus. *Hoc opus*) in Blateram. *Abſolutum*) vndique perfectum. *Præcidit*) interrumpit, remouet. *Mortis ratio*) ne videaris mortuo non viuo conuicia feciſſe: alii legunt temporis ratio, quod in pontificio codice ſcriptum inuenies.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

FAcis iucundè, quòd non ſolùm plurimas epiſtolas meas, verumetiam longiſſimas flagitas, in quibus parcior fui, partim quia tuas

Facis) Sabino reſpondet non poſſe reſcribere plures, nec longiſſimas epiſtolas, cùm materia non ſuppetat: ne-

que ſe

que ſe velle ſcribere res inanes viro graui, & circa ſeria occupato.

occupationes verebar, partim quia ipſe multum diſtringebar plerunque frigidis negocÿs: quæ ſimul & auocant animum & comminuũt. Præterea nec materia plura ſcribendi dabatur: neque enim eadem noſtra conditio, qua M. Tullÿ, ad cuius exemplum nos vocas. Illi enim & copioſiſſimum ingenium, & par ingenio materia, quam tam varietas rerum, quàm magnitudo largiſſimè ſuppetebat. Nos quàm anguſtis terminis claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi fortè volumus ſcholaſticas tibi, atque (vt ita dicam) vmbraticas literas mittere. Sed nihil minus aptum arbitramur, cùm arma veſtra, cùm caſtra, cùm denique cornua, tubas, ſudorem, puluerem, ſoles cogitamus. Habes, vt puto, iuſtam excuſationem, quam tamen dubito, an tibi probari velim. Eſt enim ſummi amoris negare veniam breuibus epiſtolis amicorum, quanuis ſcias illis conſtare rationem. Vale.

Frigidis) parui momenti. *Auocant*) alienant. *Comminuunt*) deprimunt Animus enim qualitatem rerum, in quibus verſatur, plerunque ſumit. *Vocas*) inuitas. *Varietas*) earum rerum quas maximi ponderis in rep. tractauit: & tunc bellis ciuilibus incidentibus *Suppetebat*) auxiliabatur. Alia lectio habet, Illi enim copioſiſſimum ingenium, & par ingenio materia. quam tam varietas rerum quàm magnitudo ſcilicet rerum ſuppetebat. nam Cornelius Tacitus in libello de cauſis corruptæ eloquentiæ: inter alias rationes ponit maioribus fuiſſe dicendi genus copioſum ob maximarum rerum incidentiam. *Anguſtis terminis*) ſcribendi: nam rarò eueniebat aliquid in rep. notabile, & longa pace, & quòd omnia arbitrio vnius regebantur. *Scholaſticas*) ocioſas, fictas. *Vmbraticas*) inanes. Marcus Tullius & Fabius vitam vmbratilem, ocioſam, ſecretam, & delicatam appellant, ſimiliter Columella moram vmbratilem. *Arma veſtra*) erat enim in caſtris Sabinus. *Sudorem, puluerem, ſoles*) labores militares. *Soles*) calores. *Summi amoris*) ſignum, & argumentum magnæ beniuolentiæ. *Breuibus*) quales ſunt meæ. *Conſtare rationem*) id cum ratione feciſſe.

C. PLINIVS PAVLINO SVO S.

ALius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ manſuræq; famæ præſumptione perfruitur, certúſque poſteritatis cum futura gloria viuit, ac nihil niſi præmiũ æternitatis ante oculos, pingue illud, altúmq; ociũ placeat. Etenim omnes homines arbitror oportere, aut immortalitatẽ ſuã, aut mortalitatẽ cogitare: &

ALius) Immortalitatẽ & bonã perpetuámque famam omnibus rebus anteponit. [*Alium putat*) alium eſſe ſumit.] *Præſũptione*) opinione ante factum. *Poſteritatis*) immortalitatis quòd ſit victurus apud poſteros. *Niſi primum*) niſi inter præcipua & potiſſima. *Ocium*) æternitatis requiem, in qua perpetuò requieſcere poſſit. *Mortalitatẽ*) obliuionẽ ſui poſt mortẽ. Mortalitatẽ Iuriſcõſulti frequenter pro morte accipiunt.

illos quidem contendere, eniti: hos quieſcere, remitti, nec breuem vitam caducis laboribus fatigare, vt video multos, miſera ſimul, & ingrata imagine induſtriæ, ad mortalitatem ſui peruenire. Hæc ego tecum, quæ quotidie mecum, vt deſinam mecum, ſi diſſenties tu: quanquam non diſſenties, vt qui ſemper præclarum aliquid, & immortale meditaris. Vale.

Illos) qui ſtudent æternitati. *Contendere*) eniti ad illam præclaris operibus. *Hos*) qui non curant viuere pro ſe. *Non remitti*) inanibus rebus fatigari, & exerceri, vel remitti, ceſſare. *Caducis*) morte interituris. reſpicit illos qui auaritiæ cauſa tot periculis & laboribus vitam exponunt, & ideo induſtrii haberi volunt. *Ingrata imagine*) inutili prætextu. *Mortalitatem*) ſilentium, nec ignoro in pontificio codice ſcriptum fuiſſe vilitatem, id eſt contemptum: cùm vilia non ſint in precio. *Hæc ego*) communico. *Quæ quotidie mecum*) ea quæ ſemper mecum reputo. *Vt deſinam mecum*) ita tamen vt deſinam mecum talia reuoluere, ſi tu ſecus ſenſeris.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

VErerer ne immodicam orationem putares, quam cum hac epiſtola accipies, niſi eſſet generis eius, vt ſæpe incipere, ſæpe deſinere videatur: nam ſingulis criminibus, ſingulæ velut cauſæ continentur. Poteris ergo vndecunque inceperis, vbicunque deſieris, quæ deinceps ſequentur, & quaſi incipientia legere, & quaſi cohærentia: méque in vniuerſitate longiſſimum, breuiſſimum, in partibus iudicare. Vale.

VErerer) Excuſat orationem ſuã, contra Cæcilium Claſſicũ, tanquam in vniuerſum longam, in partibus breuem: ita vt legenti tædium non afferat. *Immodicam*) nimiam. *Singulæ velut cauſæ*) Plures enim reos in ea accuſatione fecit. Nam miniſtros, quibus ad turpe miniſterium Cæcilius fuerat vſus, condemnandos curauit, & illum multis inſuper criminibus redarguit. Erant igitur ſingulorum accuſationes, quanuis vna oratio eſſet, veluti ſingulæ cauſæ. *Quaſi incipientia*) tanquam ſi cauſa ibi inciperet. Ferè idem facit Marcus Tullius in Verrem, vbi multa complexus crimina, dum ad aliud tranſit, finiri cauſa videtur. *Cohærentia*) ita tam aptè coniuncta, vt tota oratio videatur, vnum corpus eadem ſuperficie inductum.

C. PLINIVS TYRONI SVO S.

EGregiè facis (inquiro enim, & perſeuero) quòd iuſtitiã tuã prouincialibus multa humanitate cõmẽdas: cuius præcipua pars eſt modo te in Proconſulatu geras. Sunt autem interpoſita, ea Græci [illegible] vocant.

EGregiè) Lætatur humanitate Tyronis in ſubditos, & in primis quod reſpectũ habeat vniuſcuiuſq; ſecundũ conditionẽ. *Inquiro enim*) interrogo qui iſtinc veniunt: quo-

Perſeuero) perſto in inſtituto inquirendi. *Commendas*) cum commendatione admi-niſtras. *Prouincialibus*) Bæticis.

honeſtiſſimum quenque complecti, atque ita à minoribus amari, vt ſimul à principibus diligare. Plerique autem dum verentur, ne gratia potentium nimium impertiri videantur, ſiniſteritatis, atque etiam malignitatis famam conſequuntur, à quo vitio tu longè receſſiſti: ſcio. Sed temperare mihi non poſſum, quo minus laudem ſimilis monenti, quòd eum modum tenes, vt diſcrimina ordinum dignitatúmque cuſtodias: quæ ſi confuſa, turbata permiſta ſint, nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius. Vale.

Honeſtiſſimum quemque) principem in ſua patria. *Impartiri*) gratiæ potentum. Indulgere, & adhærere potentibus: facere aliquid in eorum gratiã. *Siniſteritatis*) aſperitatis, quia nimium ſeuerè in potentes prouinciales ſe gerunt. *Similis monenti*) tanquam ſi monerem. *Cuſtodias*) obſerues *Confuſa*) vt omnes pari lance prouinciales tractes, nulla habita perſonarum ratione. *Inæqualius*) indignius, importunius.

C. PLINIVS CALVISIO SVO S.

OMne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundiſſima quiete tranſviſi. Quemadmodum, inquis, in vrbe potuiſti: Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſimè quidem teneor. Nihil nouum, nihil varium, nihil quod non ſemel ſpectaſſe ſufficiat. Quo magis miror tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere. Currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla. Nunc

Omne) Circenſes tanquam rẽ inanem, & nullius voluptatis notabiliter dãnat, quibus ſcribit ſe ſẽper vacaſſe literarũ ſtudio. *Vrbe*) negotioſa Roma. *Circenſes*) ludi inſtituti in honorem matris deum, ſic dicti vel à circuitu, quòd metas circuibant, vel quòd vbi poſtea metæ fuerant, olim gladij ponebantur quos circuibant, ab enſibus Circenſes appellati, quaſi circumenſes. vocati etiã megaleſia, quia fierent in honorem matris deûm, quam Græci μεγάλην dicunt. Legimus apud Liuium Brutum ædem matris deûm in Palatio dedicaſſe, & ludos ob eandem dedicationem factos, Megaleſia nuncupaſſe. Alij ludos magnos dictos tradidere, quòd impenſa magna celebrarentur: nam Circenſium pompa deorum ſimulacra ferebantur, victoriæ tres locabantur, & miſſi. xxv. exhibebantur: quorũ vltimus æratius dicebatur, à collatione populi: interdũ inter quinos miſſos venationes dabant. Gellius ex autoritate Varronis ſcripſit curricula ludorum Circenſium ſolennia vij. fuiſſe. Seruius notat Virgilium dixiſſe Circenſes, ſine adiectione ludorum, ſed eius ſententiæ veterum autoritas refragatùr. *Nihil nouum*) quia tantùm quadrigis certatur *Tot millia virorum*) nam Roma Circenſibus plurimùm oblectabatur. quod ſæpe Iuuenalis teſtatur, vt Satyra tertia. Si potes auelli Circenſibus. & xi. Ille dolor ſolus patriam fugientibus: illa Mœſtitia caruiſſe anno Circenſibus. & alibi dixerat duas tantùm res cogitare populum Ro. Pana

& Circenſes. Ammianus inſuper Marcellinus. Et eſt, inquit, admodum mirum videre plebem innumeram mentibus ardore quodam infuſo cum dimicationum curulium euentu pendētem. *Identidem*) frequenter. *Traherentur*) ducerentur ad ſpectandum. *Hominum*) aurigarum.

fauent panno: pannum amant: etſi in ipſo curſu, medióque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudium fauórque tranſibit, & repentè agitatores illos equos, illos quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina relinquent. Tanta gratia, tāta autoritas in vna viliſſima tunica. Mitto apud vulgus, quod vilius tunica eſt, ſed apud quoſdam graues homines: quos ego cùm recordor in re inani, frigida, aſſidua tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam voluptatem, quòd hac voluptate non capiar. Ac per hos dies libentiſſimè ocium meum in literis colloco, quos alij ocioſiſſimis occupationibus perdunt. Vale.

Fauent panno) factionibus aurigarum, quę diuerſitate panni diſtinguebantur. Scriptorum aliqui meminere duarum tantùm factionum, Praſinæ & Venetæ, vt Martialis ſubinde, & Græca in laudem Vranii agitatoris epigrāmata. Chriſtodorus poeta Thebanus manifeſtè oſtendit aurigantium quatuor factiones: cæruleam, viridem, candidam, rufam: ſic enim rubram appellat. Dion in Neronis vita, pariter quatuor enumerat: vnam quæ panno albo, alteram quæ fuluo vteretur, tertiam quæ viridi, quartā quæ veneto. Tranquil. in Domitiano refert, duas Circenſibus gregum factiones, aureati purpureique panni ad quatuor priſtinas additas: alii non purpurei, ſed argentei ſcripſere. Praſinus autē color viridis eſt. Nā τὸ πράσινον viride. Miror interpretē Mart. Praſinum pro nomine proprio accepiſſe. venetus autem cæruleus. Vegetius enim libro quarto inquit, Ne tamen exploratoriæ naues candore prodantur, colore veneto, qui marinis eſt fluctibus ſimilis, vela tinguntur. Lampridius in Heliogabalo, piſces ſemper quaſi in marina aqua cum colore ſuo coctos conditura veneta comedit. Sciendum autem colorem praſinum virenti dicatum veri, rubrum æſtati ignitæ, album autumno pruinis albeſcenti, venetum hyemi cæruleæ. *Pannum amant*) ſtudent factioni ſuæ, quam à colore panni dignoſcunt. Hinc Caſſiodorus, Pannum, panno amant. *Hic color*) verbi cauſa praſinus. *Illuc*) ad factionem venetam. *Ille*) venetus. *Huc*) ad factionem praſinam. *Fauor*) ſpectatorum. *Tranſibit*) ad illos agitatores, in quos tranſlatus fuerit pannus, cui fauent. perinde ac ſi diceret, nulla ducuntur ratione, vt alteri partium magis faueant: ſed quocunque tranſierit color ille, tranſibit & ſpectatorum ſtudium maximè, vbi viderint fauorem principis inclinare, vt ad praſinum colorem Iuuenalis hoc ſtudium damnans, inquit, Interea megaleſiacæ ſpectacula mappæ, Idæum ſolenne colunt, ſimiliſque triumpho Prædo caballorum Prætor ſedet, at mihi pace, Immenſæ nimiæque licet ſi dicere plebis, Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem Percutit, euentum viridis, quo colligo panni. Nam ſi deficeret mœſtam attonitámque videres Hanc vrbem veluti Cannarum in puluere victis Conſulibus. *Viliſſima*) viridi, ſiue cærulea. *Mitto apud vulgus*) Taceo quòd tanta gratia & autoritas ſit in vna viliſſima tunica apud vulgus. *Quod vilius tunica*) quod vulgus eſt vilius tunica, & nullius precii. *Sed verum*) hoc magis mirandum, quòd tanta autoritas ſit, apud quoſdam graues homines. Hinc Caſſiodorus, Omnino, inquit, ſtupendum, quòd in Circo ſupra cætera ſpectabilia feruor animorum inconſulta grauitate rapiatur. tranſit praſinus, pars populi mœret, procedit venetus, & potior turba ciuitatis affligi-

tur. nihil profitentes, feruenter inſultantes, nihil patientes, grauiter vulnerantur, ad inanes cogitationes ſic deſcenditur, tanquam de ſtatu conditionis patriæ laboretur. *Aſsidua*) nam per multos dies fiebant Circenſes: ex quibus vnus erat Cereri & Libero, ſi Tacito credimus. *Deſidere*) ociari, tempus ſedendo abſumere. *Hac voluptate*) Spectandorum Circenſium, quibus alii delectantur. *In litera colloco*) ſic Marcus Tullius pro Archia, Quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure ſuccenſeat? Si quantum cæteris ad ſuas res obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos: quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi & corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt intempeſtiuis conuiuiis: quantum denique aleæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero. *Ocioſiſſimi*) perditis, inutilibus.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

AEdificare te ſcribis, bene eſt: inueni patrocinium. AEdifico enim iam ratione, quia tecũ. Nam hoc quoque non diſsimile, quòd ad mare tu, ego ad Larium lacum. huius in littore plures villæ meæ, ſed duæ, vt maximè delectant, ita exercent. Altera impoſita ſaxis more Baiano lacum proſpicit: altera æquè more Baiano lacum tangit. Itaque illam, tragœdiam, hanc, appellare comœdiam ſoleo: illam, quòd, quaſi cothurnis: hanc, quòd

AEdificare) Ante oculos ponit Romano per epiſtolam duas villas, quas iuxta lacum Larium tenebat: quarum alteram, quòd eſſet humili loco, vocat comœdiam: alteram, quòd in colle edito, tragœdiam appellat. *Inueni patrocinium*) poſſum me defendere exemplo tuo. nam nimia ædificandi cupiditas non caret reprehenſione. *Quia tecum*) Ædifico. ſic enim exemplo tuo me defendam. *Hoc*) Quod ego facio. *Non diſsimile*) Eſt ſimile ei quod tu facis. Vterque enim iuxta aquam ædificabat. *Tu ædificas*) in littore, in ripa Larii. Littus eſt, quouſque maximus fluctus hybernus à mari peruenit, idque Marcum Tullium aiunt cùm arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. non diſſimilis Celſi ſententiæ illa Modeſtini. Littus publicum eſt quatenùs maximè fluctus exæſtuat & effluit. Idem iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt. *Exercent*) Occupatum tenent in ædificando. *Saxis*) Loco edito. *More Baiano*) Ad formam & typum villarum, quæ in collibus Baiani ſinus conſurgunt. *Lacum tangit*) Iuxta lacum ſitatnam ad Baias villæ, aliæ in collibus, aliæ in littore. *Tragœdiam*) Quia erat in edito dorſo ſita. ſtylus enim tragicus inſurgit altior. *Comœdiam*) Humilem, depreſſam: cùm ſtylus comœdiæ ſimilis ſit quotidiano ſermoni, & de medio petitus populo. *Cothurnis*) Si Seruio credimus, cothurnus eſt genus calciamenti vtrique aptum pedi, cui ſententiæ concedit Suidas, addens tam mulieribus, quàm viris conuenire, & ante eum Xenophon in hiſtoriis poſt Thucydidem, vbi refert Theramenem cognominatum Cothurnum, quòd modò iſti, modò illi adhæreret. Eo tragœdi agendis tragœdiis vtebantur: ſocco autem comœdi actitandis comœdiis. Inde vtrunque tranſlatiuè, pro ſuo poemate vſurpatur. Fabius, Nec comœdia in cothurnos aſſurgit, nec contrà tragœdia ſocco ingreditur. Apuleius, ſcio tragœdiam non fabulam legere, & à ſocco ad cothurnum aſcẽdere Martialis, Contulit ad tragicos ſe noſtra Thalia cothurnos.

quaſi ſocculis ſuſtinentur. Sua vtriq; amœnitas, & vtranque poſſidenti ipſa diuerſitate iucundior. Hæc lacu propius, illa latius vtitur: hæc vnum ſinum molli curuamine amplectitur, illa editiſſimo dorſo duos dirimit: illic recta geſtatio longo limite ſuper littus extenditur, hic ſpatioſiſſimo xyſto leuiter inflectitur: illa fluctus non ſentit, hæc frangit: ex illa poſſis deſpicere piſcantes, ex hac ipſe piſcari, hamúmque de cubiculo, ac penè etiam de lectulo, vt è nauicula iacere. Hæ mihi cauſæ vtrique, quæ deſunt aſtruendi: ob ea, quæ ſuperſunt. Sed quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit idem facere? Vale.

Socculis) minoribus calciamentis. amores, inquit Plin. calciarunt ſoccos. & alibi. Ne crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt. Seneca de beneficiis diminutiuuo pariter vſus, tradit Cæſarem porrexiſſe ad oſculandum pedem ſiniſtrum, vt ſocculum aureum margaritis diſtinctum oſtenderet. *Sua*) conueniens. *Vtranque*) villam. *Poſſidenti*) mihi domino. legitur etiam poſſidentibus, id eſt incolis. *Hæc*) comœdia. *Illa*) tragœdia. *Latius*) quia longius ſpeculatur. *Vnum ſinum*) quem efficit lacus iuxta villam. Nam eum tota ambibat, & continebat. *Dirimit*) diuidit. *Duos*) ſinus, in ea Larii parte, qui nunc bilacus dicitur: vbi in duos lacus ſcindi videtur. *Dorſo*) promontorio in lacu procurrente. *Hic*) vbi comœdia. *Illic*) in dorſo, vbi tragœdia. *Xyſto*) relege de Xyſto, & geſtatione iam prænotata. *Non ſentit fluctus*) quia procul à lacu. *Frangit*) repellit. *Ex hac ipſa piſcari*) ſic Martialis villam Apollinaris laudauerat. Nec ſeta longo quærit in mari prædam. ſed à cubiculo, lectulóque iactatam ſpectatus altè lineam trahit piſcis. *Aſtruendi vtrique*) addendi vtrique villæ, quæ ſuperſunt. Multa ſunt in his membra, quibus ſi addidero aliquid reddam illa vtilia. *Rationem tibi*) reddo meæ ædificationis. *Idem facere*) ædificare vt tu facis.

C. PLINIVS AVGVRINO SVO S.

SI laudatus à te, laudare te cœpero, vereor ne non tam proferre iudicium meum, quàm referre gratiam videar. Sed licet videar, omnia ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maximè tamen illa, quæ de nobis. Accedit hoc, vna eadémque de cauſa. Nam & tu, quæ de amicis optimè ſcribis, & ego quæ de me, vt optima lego. Vale.

SI) Timet laudare Augurinũ tãquam ſuſpectus, quòd ab eo laudatus eſſet, & tamen laudat. *Iudicium meum*) quid verè ſentiam. *Quæ*) de nobis compoſuiſti, quæ in laudem noſtri ſcripſiſti. *Nam & tu*) ordo eſt, materia, & tu quæ ſcribis de amicis, optimè ſcribis, quia tui amici ſunt: & ego quæ lego de me, & in laudem noſtri, puto vt optima. erat igitur amor cauſa vtriuſque.

C. Plinivs Coloni Svo S.

VNicè probo, quòd Pompeij Quintiani morte tam dolenter afficeris, vt amiſsi charitatem deſiderio extendas: non vt pleríque, qui tantùm viuentes amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, ac ne ſimulant quidem, niſi quos florentes vident. Nam miſerorum non ſecus ac defunctorum obliuiſcuntur. ſed tibi perennis fides, tantáque in amore conſtantia, vt finiri, niſi tua morte, non poſsit. & Hercules, is fuit Quintianus, quem diligi deceat éxemplo ipſius. Felices amabat, miſeros tuebatur, deſiderabat amiſſos. Iam illa quanta probitas in ore? quanta in ſermone cunctatio? quàm pari libra grauitas, comitáſque? quod ſtudium literarum? quod iudicium? qua pietate cum diſsimillimo patre viuebat, cùm non obſtabat illi, quo minus vir optimus videretur, quòd erat optimus filius? Sed quid dolorem tuum exulcero? quanquam ſic amaſti viuentē, vt hoc potius, quàm de illo ſileri velis, à me præſertim: cuius prædicatione putas vitā eius ornari, memoriā prorogari, ipſámq; illā, qua eſt raptus, ætatē poſſe reſtitui. Vale.

VNicè) Laudat Colonis fidem, qui poſt mortē afflictim requirebat amicu Quintianū: cuius tanta erat virtus, vt meritò hunc honorē mereretur. *Pompeij Quintiani*) Quintianum Martialis ſuorum carminum facit aſſertorem. Comendo tibi Quintiane noſtros. Noſtros dicere, ſi tamen libellos poſſum: quos recitat tuus poeta. Et alibi. Quoties amico diuiti nihil donat. O Quintiane liberalis eſt pauper. Prius fuerat Afranius Quintianus conſcius Piſunianæ coniurationis: quanquam apud Tacitum corruptè legatur Quintilianus: poſt modum Appius Quintianus Apuleio coniunctus amicitia. *Extendas charitatem*) acriorem proroges. *Deſiderio amiſsi*) deſiderando illum defunctum reuiuere. *Non*) facis. *Viuentes amant*) Martialis in eundē ſenſum. Qui præſtat pietate pertinaci Senſuro bona liberalitatis, Captet forſitan, aut vicem repoſcat. At ſi quis dare nomini relicto Poſt manes tumulúmque perſeueret, Quærit, quid niſi parciùs dolere. *Ac ne*) non ſimulant amare infelices, quia apertè illos negligunt, ſed tantùm ſimulant amare quos fortunatos intuentur. *Non ſecus*) pariter. *Is*) tam probatus. *Probitas*) modeſtia. *Cunctatio*) mora, frenum. *Par libra*) æquo examine & iudicio. Summa enim virtus condire pariter grauitatem cum comitate. *Diſsimillimo*) improbo, infami, molli: nam coniecto fuiſſe Afranium Quintianum Senatorii ordinis, molli corpore infamem, à Nerone probroſo carmine diffamatum, ſecundum Tacitum, & in coniuratione Piſoniana deprehenſum diu indicium abnuiſſe: poſt promiſſa impunitate corruptum, quo tarditatem excuſaret, Glicium Gallum præcipuum amicorum nominaſſe: is tamen mox periit non ex priore vitæ mollicie. *Non obſtabat*) patris improbitas, & infamia, quæ interdum filiis obeſt. *Optimus filius*) qui ſe tam pudenter gereret cum parente morboſo. *Exulcero*) exaggero, renouo. *Hoc*) potius velis, ſcilicet benedici de illo. *Prædicatione*) laudatione. *Illam ætatem*) florentem, iuuenilem. *Raptus*) rapti propriè dicuntur, ante tempus mortui.

CORNELIVS TACITVS C. PLINIO SVO S.

CVpio præceptis tuis parere,ſed aprorum tanta penuria eſt, vt Mineruæ & Dianæ, quas ais pariter colendas,cõuenire nõ poſſit. Itaque Mineruæ tãtùm ſeruiendũ eſt,delicatè tamẽ,vt in ſeceſſu, & æſtate. In via planè nõnulla leuiora,ſtatímq; delẽda,ea garrulitate,qua ſermones in vehiculo ſerũtur,extẽdi. His quædã addidi in villa,cùm aliud nõ liberet. Itaq; poemata quieſcunt, quæ tu inter nemora, & lucos cõmodiſſimè perfici putas. Oratiũculã vnã & alterã retractaui,quãquã id genus operis inamabile,inamœnũ magíſq; laborib' ruris,quàm voluptatib' ſimile. Vale.

C*Vpio*) Niſi epiſtola Secundi ex libro primo,vbi hortatur Tacitum ad venationem pariter & ſtudium exemplo ſuo, tum etiam ſtyli diuerſitate aliqua ſentimus, quamuis nullo exemplari addicente, has literas à Cor. Tacito ſcriptas fuiſſe Secundo,qui illi iam prænotatæ epiſtolæ ad vnguem reſpondet:non poſſe, ſcilicet Mineruæ & Dianæ ſimul inſeruire. quare omiſſa venatione, tantùm ſtudere intendit: parcè tamen, quia in æſtu. Nec mirum ſi Secundus has vnas Taciti ſuis inſeruit, vt eum ab omnibus ſecerneret, & præcipuum faceret. quod librarij non intelligentes integram lectionem in vitioſam mutarant C. Plinius Tacito, S. pro Cor.Tacitus Plinio.S. inſcribentes. *Præceptis tuis*) dixerat enim Plinius, Proinde cùm venabere licebit, autore me, vt panarium & laguneulam, ſic etiam pugillares feras. *Aprorum*) quia ſcripſerat ſe cepiſſe tres apros. *Conuenire*) concordare, ſimul ſatiſfacere. *Quas ais pariter colendas*) nam inquit illic: experieris non magis Dianam montibus, quàm Mineruam inerrare. *Delicatè*) modicè delicatus eſt, quaſi luxui conſecratus. quod enim nunc dedicatum, prius delicatum dixêre. Fabius igitur teſtatur aures delicatas nihil aſperum admiſſuras, & delicare verbum, autore Feſto, ſignificat deducere. *Vt ſolet*) fieri. *In ſeceſſu*) In ocio, ruri. *Æſtate*) caloribus, quibus cura ſanitati in primis adhibenda. *In via*) inter eundum ab vrbe in villam. *Leuiora*) minus grauia. *Delenda*) obliteranda, radenda. *Extendi*) ſcripſi. *Ea garrulitate*) tam facilè. *Seruntur*) dicuntur, illinc ſermo appellationem ſuſcepit. *His*) leuioribus ſcriptis. *Non liberet*) non placeret nihil componere. *Quieſcunt*) non exercentur à me, intacta relinquuntur. *Inter nemora*) nam ſcripſerat. Iam vndiq; ſyluę, & ſolitudo ipſúmq; illud ſilentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt. Nemus pabulo idoneum, lucus religioni ſacer. *Retractaui*) emendaui. *Inamabile*) quia acre & contentioſum: nã poemata magis delectant. Plautus in Bacchidibus inamabile, atque illepidum dixit. *Inamœnum*) durum, laborioſum.

C. PLINIVS GEMINIO SVO S.

EPiſtolam tuam iucundiſſimã recepi, eo maximè, quòd aliquid ad te ſcribi volebas, quod libris inſeri poſſet. obueniat materia, vel

E*Piſtolam*) Geminio ſpondet aliquam materiam monſtrare, qua libris eius inſeratur. Deinde lætatur ſcripta ſua venditari Lugduni. *Aliquid*) de me. *Libris*) tuis.

Hæc ipſa)

hac ipſa, quam monſtras, vel potior alia. Sunt enim in hac offendicula nonnulla: circumfer oculos, & occurrent. Bibliopolas Lugduni eſſe non putabam, ac tanto libentius ex literis tuis cognoui venditari libellos meos, quibus peregrè manere gratiam, quam in vrbe collegerint, delector. Incipio enim ſatis abſolutum exiſtimare, de quo tanta diuerſitate regionum diſcreta hominum iudicia conſentiunt. Vale.

Hac ipſa) materia quam mihi tuis literis monſtras. *Offendicula*) obſtacula dubia. *Circumfer oculos*) rectè conſidera. *Et occurrent*) tibi illa offeodicula. *Lugduni*) vbi erat Geminius. Lugdunum, à quo Lugdũnenſis prouincia, metropolis in Gallia inſtar arcis, ſitum in monte non editiſſimo, vbi Arar & Rhodanus amnes confluunt. de quo Plutarchus in vita Annibalis, Arar & Rhodanus amnes, ex diuerſis montibus confluentes efficiunt. Quam Galli inſulam appellant, ibíque Lugdunum eſt, celeberrima Galliç vrbs, quã à Planco Numatio Conſule conditam fuiſſe accepimus, ſupra reliquas ſanè ciuitates, excepta Narbone, florens temporibus Strabonis virorum ordine: nam & vſui magno illis eſt emporium: ſed tot pulcherrima in ea opera, quæ ſingula illuſtrare ſingulas vrbes poſſent, incendium ſub Nerone ſtrauit. verùm hæc antea ciuitas opulenta ornamentum prouinciarum, quibus ioſerta eſt, & excepta centeſimo ab origine ſua anno exuſta breui coaluit, vt ſub Vitellio cum Vieonenſibus certare ſit auſa, veteribus inter vtranque odiis. Illic Romani duces monetam argenteam, aureámque ſignabaot. Templum ab vniuerſis Gallis communi deſignatum impenſa, & Auguſto Cæſari dicatum, ante Lugduni vrbem ædificatum eſt, vbi fluuiorum coitio adeſt, & ara dignitatis eximiæ gentium ſexaginta numero inſcriptum habens titulum: earúmque ſingularum ſtatua vna, alia ſubinde ingens locata eſt ara. Emaculandus eſt Liuii abbreuiator, apud quem legitur. Ara Cæſari ad confluentem maris & Rhodani dedicata. etiam reſtituendum, ara Cæſari ad coofluentem Araris & Rhodani dedicata. iuxta Lugdunenſem aram edidit Caligula certameo Græcæ Latinæq; facundiæ, quo ferunt victoribus victos præmia contuliſſe, Tranquillo ſcribente, eorundem & laudes componere coactos: eos autem qui maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguáve delere iuſſos, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſeot. Ad quod Iuuenalis reſpiciens dixit, Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram. *Bibliopolas*) librorum venditores. *Peregrè*) in prouinciis. *Manere gratiam*) durate fauorem. *Placere*) gratioſos eſſe. *Collegerint*) adepti ſint, id eſt delector placere libellos meos, tam foris quàm domi: tam apud peregrinos quàm noſtros *De quo*) de quibus libellis iudicia hominum diuiſa tanta diuerſitate regionum conueniunt, vt eos bonos iudicent. *Diſcreta*) hoc magis probo, quàm diſcrepata.

C. PLINIVS IVNIORI SVO S.

CAſtigabat quidam filium ſuum, quòd paulo ſumptuoſius equos, & canes emeret, huic ego, iuuene digreſſo, heus tu, nunquamne fe-

CAſtigabat) Exemplo alterius monet Iuniorem remittenda quædam filio, neque ſemper vtendum ſeueritate, cùm omnes homines aliquo errore ducantur. *Ego*) dixi *Iuuene*) filio.

ciſti, quod à patre corripi poſſet? feciſti dico. Non interdum facis, quod filius tuus ſi repentè pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? Non omnes homines aliquo errore ducuntur? non hic in illo ſibi, in hoc alius indulget? Hæc tibi admonitus immodicæ ſeueritatis exemplo pro amore mutuo ſcripſi, nequando tu quoque filium tuum acerbius duriúſque tractares. Cogita & illum puerum eſſe, & te fuiſſe, atque ita hoc quòd es pater, vtere, vt memineris & te hominem eſſe, & hominis patrem. Vale.

Quod filius tuus) id eſt, non aliquando facis, quæ corripi poſſunt? Si repentè filius tuus fieret tibi pater. *Repentè*) ex improuiſo. *Tu filius*) illi fieres. *Pari*) qua tu illum reprehendis. *Grauitate*) ſeueritate. *Num omnes homines*) ſumptum ex Antigone Euripidis. inquit enim ἀνθρώποισι γὰρ τοῖς πᾶσι κοινὸν ἐξαμαρτάνειν, id eſt hominibus enim cunctis commune eſt peccare. *Hic*) alius. *In illo*) crimine & re damnanda. *Indulget ſibi*) nimium permiſit ſibi. *Hæc tibi*) ordo, admonitus exemplo culpandæ ſeueritatis ſcripſi, hæc tibi amore mutuo. Nam Martianus ad legem Pompeiam de parricidiis, Patria, inquit, poteſtas in pietate debet, non in atrocitate conſiſtere. hinc, referente Papiniano, Traianus Imperator coegit patrem emancipare filium, quem malè tractabat contra patriam pietatem. *Te*) Feciſſe quæ ille facit. *Quod es tu pater*) habes arbitrium in filium, quia pater es. *Hominem*) humanum vel pronum ad delicta. nam humanum eſt peccare.

C. Plinivs Qvadrato svo S.

Vanto ſtudioſius, intentiúſque legiſti libros: quos de Heluidij vltione compoſui, tanto impenſius poſtulas, vt perſcribam tibi, quæque extra libros, quæq́ circa libros, totũ denique ordinem rei, cui per ætatem non interfuiſti. Occiſo Domitiano ſtatui mecum ac deliberaui, eſſe magnam pulchrámque materiam inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorum, nullum atrocius videbatur, quàm quòd in Senatu Senator Senatori, Prætorius Conſulari, reo iudex

Quanto) Quadrato ſignificat quid tractauerit antequam Heluidii vltionem aggrederetur, quóque modo illam inchoauerit & abſoluerit. Et cùm primò vix à Senatoribus audiretur, & à quibuſdam deterreretur, poſtremò aſſecutus ſit, quod optauerat, peracto reo Publicio Certo, qui libris à Secundo diuulgatis, intra paucos dies periit. *Circa libros*) pertinentia ad cauſam. *Per ætatem*) quia cùm Secundus Publicium accuſauit, Quadratus puer erat. *Occiſo Domitiano*) à Stephano Domicillæ procuratore, & Clodio Corniculario, ac Maximo Parthenii Liberto, & Saturio Decurione cubiculariorum, denique à quibuſdam è gladiatorio ludo non ignaris Parthenio, & Domitia eius vxore, cum Norbano ac Petronio. ſed hæc latius in Panegyrico. *Proferendo*) demonſtrandi per egregia facta. *Inter multa ſcelera multorũ*) inter immenſa crimina patrata à multis. *Senator*) Publicius Certus. *Senatori*) Heluidio filio.

manus intuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Heluidio amicitia, quanta potuerat eſſe cum eo, qui metu temporum nomen ingens, paréſque virtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cum Arria & Fannia, quarum altera Heluidij nouerca, altera mater nouercæ. Sed non ita me iura priuata, vt publicum fas, & indignitas facti, & exempli ratio incitabat. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quiſque inimicos ſuos, duntaxat minores incondito turbidóque clamore poſtulauerat ſimul, & oppreſſerat. Ego & modeſtius, & conſtantius arbitratus immaniſſimum reum non communi temporum inuidia, ſed proprio crimine vrgere. Cùm iam ſatis ille primus impetus deferbuiſſet, & languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet, quanquam tum maximè triſtis amiſſa nuper vxore, mitto ad Anteiam (nupta hæc Heluidio fuerat) rogo vt veniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. Vt venit, Deſtinatum eſt, inquam mihi, maritum tuum non inultum pati, nuncia Arriæ & Fanniæ (ab exilio enim redierāt) cōſule te cōſule illas, an velitis

Manus intuliſſet) cauſa necis fuiſſet, quòd quaſi ſcenico exordio, ſub perſona Paridis & Oenonæ diuortium Domitiani cum vxore Heluidius tractaſſet, referente Dione. *Metu temporum*) Domitiano imperante cum bonis omnibus viris immineret mortis periculum ob virtutes. *Nomen*) famam. *Seceſſu*) ab vrbe, & negotiis ciuilibus. *Nouercæ*) Fanniæ. *Mater*) nouercæ. *Arria*) prioris Arriæ filia, mater Fanniæ. *Iura priuata*) illorum amicitia. *Vt publicum fas*) ſicut amor publicæ iuſtitiæ. *Exempli ratio*) vt poſteris exemplum darem, non criminandos bonos, cùm inuenturi eſſent, qui illorum iniurias vleiſcerētur. *Redditæ libertatis*) creato imperatore Nerua. In Capitolio noſtro ſeculo eluxit hic titulus. Libertati, ab Impe. Nerua Cæſare Auguſt. anno ab vrbe condita. D.cccxxiiij. *Pro ſe*) reſpectu ſuo. *Poſtulauerat*) accuſauerat. Dion ſcribit ingentem tumultum exortum, quòd Nerua principe facto ſtatim omnes ſuos inimicos accuſarunt. vnde ferunt Frontinum Conſulem dixiſſe, quòd malum eſſet habere Imperatorem, ſub quo nulli liceret aliquid facere, Domitianum ſanè demonſtrans: ſed peius ſub quo omnibus omnia: quare Nerua in poſterum vetuit, talia promiſcuè fieri. *Immaniſſimum*) crudeliſſimum Publicium. *Communi inuidia*) concordi omnium maleuolentia in eos, qui temporibus Domitiani vſi fuerant. Nam tales ſub Nerua, & Traiano vulgo inuiſi fuerunt. *Proprio*) priuato. & atrocitate criminis in Heluidium commiſſi fiſus, non temporis occaſione. *Ira*) iudicum. *Triſtis*) mœſtus, lugubris. *Amiſſa*) mortua. *Vxore*) alia à Calphurnia cum qua ſupremum vixit. In epiſtolis ad Traianū aſſerit ſe habuiſſe duas vxores. *Anteiam*) Anteia C. Anteii iuſſu Neronis interfecti filia. de quo Tacitus plura lib. xvi. *Limine*) domo. Ioſephus aſſerit. vij. diebus lugeri mortuos ſolitos. Seneca, viris nullum lugendi tempus legitimum, quia nullum honeſtum: annum verò fœminis ad lugendum conſtituiſſe maiores, non vt tam diu lugerent, ſed ne diutius, ſic Dionyſius in ſuis antiquitatibus: ſic Ouidius in Faſtis. niſi iuſſu Senatus citius finiretur. Plutarchus refert Lycurgum præfiniuiſſe leges flendi, intra vndecimum diem, Numam verò pro ætatibus, & temporibus lugendi modum ſtatuiſſe; puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam natu grandiorem plures menſes quàm vixiſſet annos vſque ad decem. & prolixiore fletu ætatem lugeri nullam. Ab exilio enim

rediterant) nam Nerua quoſcunque Domitianus exterminauerat edicto publico reſtituit, quo pariter diuus Ioannes apoſtolus ab exilio Pathmi liberatus eſt, conſentientibus Græcis & Latinis autoribus.

aſcribi facto, in quo ego comite non egeo. Sed non ita gloriæ meæ fauerim, vt vobis ſocietatem eius inuideam. Perfert Anteia mandata: nec illæ morantur. Opportunè Senatus intra diem tertium. Omnia ego ſemper ad Corellium retuli, quem prudentiſſimum ætatis noſtræ ſapientiſſimúmque cognoui: in hoc tamen contentus conſilio meo fui, veritus ne vetaret. (Erat enim cunctantior, cautiórque) ſed non ſuſtinui inducere in animum, quo minus illi eodem die facturum me indicarem: quod an facerem, non deliberabam, expertus vſu, de eo, quod deſtinaueris, non eſſe conſulendos, quibus conſultis obſequi debeas. Venio in Senatum, ius dicẽdi peto, dico paulíſper maximo aſſenſu: vbi cœpi crimẽ attingere, reũ deſtinare, adhuc tamẽ ſine nomine, vndiq; mihi reclamari. Alius, ſciamus qui ſit, de quo extra ordinẽ referas: alius, Quis eſt ante relationem reus: alius, ſalui ſimus, qui ſuperſumus.

Aſcribi facto) participes accuſationis eſſe. *Non tam gloria meæ fauerim*) non ſtudeo tantum meæ laudi: quin vos libenter ſocios aſſumam. *Illa*) Arria, & Fannia. *Senatus*) habetur. *Omnia*) à me gerenda. *Retuli*) propoſui in diſceptationem: vtebatur enim Corellio Ruffo magiſtro, & rectore. *Prudentiſſimum*) ſcientia iuris conſultiſſimum. Prudentes dicuntur, qui iuris ſcientiam tenent. Sunt tamen qui legant prouidentiſſimum, vt qui longè prouideret, quæ futura eſſent. *Ne vetaret*) ne retineret me ab accuſatione Publicij. *Cunctatior*) tardior in rebus gerendis. *Inducere in animum*) mihi perſuadere. *Quo minus*) quin. ſenſus eſt, Volui quidem ea die, qua eram Publicium accuſaturus, indicare Corellio, quid eſſem facturus, cùm omnino conſtituiſſem illum accuſare, neque dubitarẽ quid facerem. *Vſu*) experientia. nã didiei experientia magiſtra, quod nullum debemus conſulere ſuper illa re, quam penitus deliberauimus facere: præſertim eos viros quorum conſiliis, etiam contra noſtram ſententiam ſtandum eſt. *Crimen attingere*) rem ipſam aggredi, & ad narrationem peruenire. *Reum deſtinare*) Publicium deſtinare, deſignare quem accuſarem. Deſtinare enim deſignare. Curtius, Intellectum eſt mare deſtinare ab ignaris naturæ eius. Cæſar interdum pro retinere, & quod plerunque facit Apuleius, pro ligare. At in frequentiori vſu pro deliberare. Emendanda dictio, apud Columellam lib. xiij. cap. xviij. Et cùm picem, inquit, fundo deſtinauit. pro deſtillauit. Deſtinare item emere, ſi Marcello credimus. *Sine nomine*) ſed per certa ſigna. *Reclamari*) reclamabatur à Senatoribus. *Alius*) Senator dicebat. *Extra ordinem*) antequam relatum ſit, de quo dicturus eſſes. *Relationem*) propoſitionem criminis & rei apud Senatum. Titulus eſt in codice de relationibus. Tacitus decimotertio. Meminit patribus licere, quoties ius dicendi accepiſſent, quæ vellent expromere, relationémque in ea poſtulare. Hinc apud eundem legitur Thraſeam non obtinuiſſe, vt vetita gratiarum actione ambitio cohiberetur, abnuentibus Conſulibus ea de re relatum eſſe. *Superſumus*) ab accuſationibus liberi ſumus, poſtquam mala tempora euaſimus: quibus multi Senatores rei periere.

Audio imperturbatus, interritus: tantum ſuſcepta rei honeſtas valet, tantúmque ad fiduciam vel metum differt, nolint homines, quod facias, an non probent. Longum eſt omnia, quæ tunc hinc inde iactata ſunt recenſere. Nouiſſimè Conſul Secunde, ſententiæ loco dices, ſi quid volueris. Permiſeris inquam, quod vſque adhuc omnibus permiſiſti. Reſido. Aguntur alia interea. Me quidam ex conſularibus amicis ſecreto, accuratóque ſermone, quaſi nimis fortiter incautéque progreſſum corripit, reuocat, monet, vt deſiſtam: adiecit etiam, Notabilem te futuris principibus feciſti. Eſto, inquam, dum malis. Vix ille diſceſſerat, rurſus alter, Quid audes? cur ruis? quibus te periculis obÿcis? quid præſentibus confidis incertus futurorum? Laceſſis hominem iam præfectum ærarÿ & breui Conſulem. præterea qua gratia: quibus amicitÿs fultum? nominat quendam, qui tunc ad orientem ampliſſimũ & famoſiſſimũ exercitũ, non ſine magnis dubiiſque rumoribus obtinebat. Ad hæc ego, Omnia pcepi, atq; animo mecũ ante pegi: nec recuſo, ſi ita caſus attulerit, luere pœnas ob honeſtiſſimum factũ, dũ flagitioſiſſimũ vlciſcor. Iam

Audio inturbatus) conſtanter quæ dicebantur audio. Si legeris inturbatus, intellige, dum dicerem interrumpebar à prędictis, ſed ſemper perſtiti interritus. *Tantúmque*) ſenſus, multum differt ad augendum fiduciam, ſi ea cauſa ſit iuſta: vel metum, ſi iniuſta, & ſi homines nolint, aut nõ probent quod facias: nolebant enim multi Publicium accuſari. iuſta tamen Secundum facere ſciebant, quod illi magnam fiduciam dabat. *Iactata*) dicta: in antiquiſſimo codice ſcribitur facta [*Secunde*) ô Plini.] *Sententia loco*) pro ſententia ſua quam dicturus es ſuper ea re de qua iam relatum eſt, & Senatum habebant: nam concedebatur, vt loco ſententiæ dicerent Senatores, de quacunque re voluiſſent. quare Tacitus libro iij. dicendæ primo loco ſententiæ. Item. xiiij. C. Caſſius, inquit, ſententiæ loco in hunc modũ diſſeruit & Seneca in ludo Claudii, ſi tamen ille libellus eſt Senecæ, Surrexit inquit Auguſtus ſententiæ ſuæ loco dicendæ, & ſumma facundia diſſeruit. Quid ſi legeris ſecundo ſententiæ loco, vt in aliquibus legi exemplaribus: & referatur ad illud Cic. ad Atticum. Et ille ſecundus in dicendo locus habet autoritatem penè principis. Priorem ſenſum potius probamus. nam ipſe lib. v. dixerat loco ſententiæ Homullum poſtulaſſe. *Dices*) orationem habebis. *Permiſeris*) rogo permittas. An melius permiſeras, id eſt, iam hoc mihi conceſſeras. *Quod hucuſque permiſiſti omnibus*) vt loco ſententiæ dicerent quicquid voluiſſent. *Aguntur*) à Senatoribus. *Alia*) aliæ res iam relatæ. *Accuratóque*) ſollicito, diligenti. *Progreſſum*) exceſſiſſe in loquendo. *Notabilem*) inſignem, dignum nota. antiqua lectio habet, notabilem me futuris principibus, ſcilicet ad futurum, ad id tamen. *Eſto*) concedo me notabilem futurum. *Dum*) dummodo fecerim me notabilem. *Malis* principibus, quos paruipendo. *Alter*) Senator, inquit. cur, quid ſi quo vt eſt in antiquiſſimo codice? *Præſentibus*) præſenti Reip. ſtatu incertus futurorum, ad quem poſt Neruam imperium peruenturum ſit. *Præfectum ærarÿ*) Publicium: repete prænotata à nobis de præfecto ærarij. *Conſulem*) futurum. *Qua*) maxima. *Quendam*) amicum. *Publicÿ*) incertum quis eſſet ille præfectus orientis, ſub Nerua. *Dubÿs.*) ambiguis, an futurus Cæſar poſt

Neruam, id eſt quem aliqui inopinabantur electum iri imperatorem. *Ad hæc ego reſpondi*) omnia percepi. verſus ex ſexto Virgilii vbi inducit Æneam reſpondere Sibyllæ.

cenſendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris, Conſul deſignatus, dicit Fabritius Veiento, Fabius Poſthumius, Vectius Proculus, collega Publicij Certi, de quo agebatur: vxoris autem meæ, quam amiſeram, vitricus: poſt hos Ammius Flaccus, omnes Certum nondum à me nominatum, vt nominatum defendunt: criménque quaſi in medio relictum defenſione ſuſcipiunt. Quæ præterea dixerint, non eſt neceſſe narrare, in libris habes Sum enim cuncta ipſorum verbis perſecutus. Dicunt contrà Auidius Quietus, Cornutus Tertullus. Quietus, iniquiſſimum eſſe, querelas dolentium excludi: ideóque Arriæ, & Fanniæ ius querendi non auferendum: nec intereſſe cuius ordinis quis ſit, ſed quam cauſam habeat. Cornutus, datum ſe à Conſulibus tutorem Heluidij filiæ, petentibus matre eius, & vitrico: nunc quoque non ſuſtinere deſerere officij ſui partes, in quo tamen, & ſuo dolori modum imponere, & optimarũ fœminarum perferre modeſtiſſimum affectum: quas contentas eſſe admonere Senatum Publicij Certi cruentæ adulationis: & petere, ſi pœna flagitij manifeſtiſſimi

Cenſendi tempus) dicendi ſententiam tempus aduenerat. *Poſthumius*) antiquiſſimus codex habet Maximinus. *Vectius Proculus*) alibi meminit Proculum virum eruditũ carmina ſcripſiſſe, quod etiam colligitur ex carmine Martialis libri primi. Fuit & Eutychius Proculus, quo grammatico vſus eſt Antoninus philoſophus: ideo ad Proconſulatum vſque prouecto. & Claudius Proculus Prætor ſub Adriano. pariter & Flauius Proculus. Item Luſianus Proculus Senator ſub Domitiano, & eius necis vates Larginius Proculus, vt alios omittam. *Ammius Flaccus*) in quibuſdam exemplaribus legi Annius Flaccus. *In medio*) in communi. *Libris*) à me publicatis. *Ipſorum verbis*) quibus ipſi dixerant: nullum verbum immutando. *Contra*) nominatos Senatores. *Quietus*) dicit. *Excludi*) repelli: non audiri. Cuius ordinis quis ſit ille qui accuſetur: an Senator, an alterius conditionis, ſed omnibus æquè ius præſtandum. *Quàm*) bonam vel malam. *Cornutus*) inquit. *Tutorem*) tutela ſecundum Seruium, referente Paulo, eſt vis, ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa: tutores autem ſunt qui eam vim ac poteſtatem habent, ex qua re ipſi nomen acceperunt: itaque appellantur tutores, quaſi tuitores ac defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. *Datum à Coſſ.*) Claudius Tranquilli teſtimonio ſanxit extra ordinem tutores à Coſſ. darentur. & Iuſtinianus, vt veteres Iuriſconſultos taceamus. ſi cui, inquit, nullus omnino tutor datus fuerat, ei dabatur quidem in vrbe Romana à Prætore vrbano & maiore parte Tribunorum plebis ex lege Atilia: in prouinciis verò à præſidibus prouinciarum ex lege Iulia & Titia, poſtea Conſules pupillis tutores, ex inquiſitione dare cœperunt: deinde Prætores ex conſtitutionibus filiæ minori: duas enim filias habuit Heluidius filius. *Matre eius & vitrico*) nam Heluidii vxor eo mortuo alium maritum duxit: illa igi-

tur cum marito nouo, qui vitricus erat puellæ, petiuerat à Coſſ. vt Cornutus ei daretur tutor. *Officij ſui*) vt vlciſcatur parentem illius, cui datus fuerat tutor. *Impouere modum ſuo dolori*) non indulgere dolori, ſed cohibere illum, & ratione procedere. *Ferre*) tolerare, excuſare. Antiquus codex habet perferre. *Fœminarum*) Arriæ, & Fanniæ, [Anteiæ.] *Affectum*) dolorem, cruenti adulatoris, vel cruentæ adulationis, qui ſua adulatione occiderit Heluidium.

remittatur, nota Certo quaſi cenſorio inuratur. Tum Satrius Rufus medio ambiguóque ſermone, Puto, inquit, iniuriam factam Publicio Certo, ſi non abſoluitur: nominatus eſt ab amicis Arriæ, & Fanniæ, nominatus ab amicis ſuis nec debemus ſoliciti eſſe. Idẽ enim nos, qui bene ſentimus de homine, iudicaturi ſumus: ſi innocens eſt, ſicuti & ſpero, & malo, donec aliquid probetur, credo poteritis abſoluere. Hæc illi, quo quiſque ordine citabantur. Venitur ad me, conſurgo, vtor initio, quod in libro eſt: reſpondeo ſingulis. Mirum, qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint, qui modo reclamabant: tanta conuerſio, vel negotij dignitatem, vel prouentum orationis, vel actoris conſtantiam ſubſecuta eſt: Finio. Incipit reſpondere Veiento: nemo patitur, obturbatur, obſtrepitur: adeo quidem, vt diceret, Rogo, Patres C. ne me cogatis implorare auxilium Tribunorum. Et ſtatim

Remittatur) nõ permittendo illum accuſare. *Nota*) ignominia. *Quaſi cenſoria*) maxima. Facultas enim Cenſoribus fuit notare vnumquemque ordinem, vt qui Senator eſſet, eiiceretur Senatu, qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius in ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret. De Præfectis inſuper eminentiſſimis iudicabãt, excepto Præfecto vrbis Romæ, ſi Trebellio Pollioni fides præſtanda, & conſulibus ordinariis, & rege ſacrorum, ac maxima virginum Veſtalium: ſi tamen incorrupta permanſiſſet. Erat enim Cenſura ampliſſimus magiſtratus, & quodammodo perfectiſſimum Reipublicæ culmen, maximæ omnium reuerentiæ, plurimæque poteſtatis, cùm in aliis rebus, tum ad morum emendationem: de qua plurima Liuius, Plutarchus, Dionyſius, Gellius, Aſconius. *Inuratur*) imprimatur, vſtuletur. Liuius. Patrum memoria inſtitutum fertur, vt Cenſores motis è Senatu aſcriberent notas. *Medio*) qui poterat trahi quoquo verſum. *Ambiguo*) ancipiti. *Iniuriam*) ſi cauſa non cognoſcetur. *Abſoluitur*) prius cognita cauſa. *Nominatus*) tanquam reus, & noxius. *Amicis Arriæ & Fanniæ*) Quieto, & Tertullo. *Amicis ſuis*) Apollinari. & reliquis. *Soliciti eſſe*) timere, quia res agitur ſub rectiſſimis iudicibus. *Probetur*) teſtes producantur, aduerſus Publicium. *Abſoluere*) liberum ſinere. *Hæc illi*) dixerunt eo ordine, quo quiſque citabantur ad dicendum. Super verbo quiſque quam vim habeat lege in Panegyrico. *Exceperint*) probauerint, intellexerint. *Negotij dignitatem*) dignam materiam inſectandi nocentes, & miſeros vindicandi. *Prouentum*) ſucceſſum. *Actoris conſtantiam*) fortitudinem mei dicentis. *Veiento*) Fabricius Veiento à Iuuenale, prudens appellatus. Fabricii adhuc extat illa antiqua memoria. Imperatori Cæſari Veſpaſiano Auguſto Pontifici Maximo Tr. Pot. iii. Imp. xii PP. Coſſ. iii. Deſ. S. C. quod vias vrbis negligentia ſuperiorum temporum corruptas inſtituit. Lucius Fabricius. Caius Furius Cur. Viar. Faciendum curauit. *Obſtrepitur*)

ſtrepitum faciunt contra Veientonem ne audiretur: nam is defendere conabatur Publicium Certum, ne & ipſe pariter traheretur in periculum, quia ſub Domitiano ſummus fuerat adulator. *Auxilium Tribunorum*) qui præſto erant oppreſſis. & referente Appiano, quando Tribuno libuiſſet Senatum diſſoluere licebat.

Murena Tribunus, Permitto tibi vir clariſſime Veiento dicere. Tunc quoque reclamatur. Inter moras Conſul citatis nominibus, & peracta diſceſſione mittit Senatum, ac penè adhuc ſtantem, tentantémque dicere Veientonem relinquit. Multum ille de hac (ita vocitabat) contumelia, queſtus eſt Homerico verſu, ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. *Non ferè quiſquam in Senatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, certatimq́ laudem cumularet, quòd intermiſſum iamdiu morem in publicum conſulendi, ſuſceptis proprijs ſimultatibus, reduxiſſem: quòd denique Senatum inuidia liberaſſem, qua flagrabat apud ordines alios quòd ſeuerus in cæteros, Senatoribus ſolis diſſimulatione quaſi mutua parceret. Hæc acta ſunt abſente Certo. Abfuit enim ſeu tale aliquid ſuſpicatus, ſiue vt excuſabatur, infirmus. Et relationem quidem de eo Cæſar ad Senatum non remiſit. Obtinui tamen quod intenderam. nam collega Certi conſulatum, ſucceſſorem Certus accepit: planéque factum eſt, quod dixeram in fine, Reddat præmium ſub optimo principe, quod à*

Murena) Licinios Murenas cognominatos Macrobius indicat, quòd piſce Murena effuſiſſimè delectati ſint. *Nominibus*) Senatorum. *Peracta diſceſſione*) diſcuſſis ſententiis Senatorum per diſceſſionem, de qua alibi apertius. *Mittit*) ſoluit. ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. id eſt ô ſenex ſanè multum te iuuenes premunt bellatores. nam Secũdus iunior erat Veiẽtone. Carmen eſt ex octauo Iliados. vbi Diomedes alloquitur Neſtorem in pugna circũſeſſũ à Troianis. Comeon aleatorem mordens Rhodophanta, tradente Athenæo, eũdem verſum ferè vſurpauit, ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι κυβευταί. id eſt, ô ſenex ſanè multum te iuuenes premunt aleatores. Fabius Quintilianus libro decimo videtur Secundum & alios oratores Secundo contemporaneos per iſta ſignificaſſe. Sũt enim ſumma hodie, quibus illuſtratur forum ingenia: namq. & conſumati iam patroni veteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur ac ſequitur induſtria. *Morem*) liberè dicendi, & fortiter accuſandi. *Intermiſſum*) deſuetum metu malorum principum. *Simultatibus*) inimicitiis. *Inuidia*) odio, maleuolentia, qua flagraſſet niſi Publicium permiſiſſet accuſari. *Alios ordines*) cæteros magiſtratus, an magis equeſtrem & plebeium. *Cæteros*) reos qui non erant ſenatores. *Diſſimulatione quaſi mutua*) tergiuerſando nolle intelligere, nec plectere crimina alicuius ſenatoris: ne ſua pariter plecterentur, ſed ita videbantur ſe gerere, vt vnus alteri indulgeret. poſſumus imprimis reſpicere Veientonem tuentem Publicium, quia vterque delator fuerat. *Tale aliquid*) quòd accuſandus veniret. ideo ægritudinem ſimulauit. *Siue*) non ficta fuit infirmitas. *Relationem*) cùm Cæſar intellexiſſet quæ geſta eſſent in Senatu contra Certum, non remiſit Senatui, vt reum peragerent. *Cæſar*) Nerua. *Obtinui*) à Cæſare. *Intenderam*) propoſueram. *Collega*) Vectius, Proculus ſocius Publicii in præfectura. *Succeſſorem*) ambiguum an in

præfectura

præfectura ærarij, an in Conſulatu. nam ſuprà de eo loquens dixerat. & iam conſulem. ego mallem in conſulatu, in quo deſignatus fuerat à Domitiano, ſed cum honorem nondum inierat. *Præmium*] conſulatum, adulationis præmium. *Optimo*) Nerua.

peſſimo accepit. Poſtea acceſſionem meam vtcunque potui, recollegi: addidi multa. Accidit fortuitum, ſed non tanquam fortuitum, quòd editis libris Certus intra pauciſſimos dies implicitus morbo deceſſit. Audiui referenteis hanc imaginem menti eius, hanc oculis oberraſſe, tanquam videret me ſibi cum ferro imminere. Veráne hæc, affirmare non auſim: intereſt tamen exempli, vt vera videantur. Habes epiſtolam, ſi modò epiſtolam cogitas libris quos legiſti non minorem: ſed miputabis tibi, qui contentus libris non fuiſti. Vale.

Peſſimo] Domitiano. *Recollegi*) reduxi in memoriam. *Addidi multa*) conuenit cum illo ex libro primo, vbi tradit non eadem publicari quæ dicuntur. *Sed tanquam fortuitum*) ſed ratione aliqua: nam ſapientum quidam in fortuna aliquid eſſe putant. ſed eius improuidos caſus ignorari à nobis. Fortuitum igitur videtur quòd Publicius paulo pòſt deceſſerit, non tanquam fortuitum: quod conſcientia preſſus & dolore in morbum inciderit. *Libris*) de vltione Heluidij. *Referentes*) narrantes mihi Heluidium. *Reſpondere mihi*) laudare meam actionem, & gratias agere pro vltione ſua: an reſpondere, id eſt conſulere quomodo dicerem. ſed ſi legimus me ſibi cum ferro imminere, quæ ſcriptura eſt in pontificio exemplari, melius procedet. *Veráne*) ſint. *Intereſt tamen exempli*) pertinet tamen credere fuiſſe vera, vt tali exemplo mali deterreantur. *Modum epiſtolæ*] menſuram. alia lectio habet, ſi modò epiſtolam cogites libris quos legiſti non minorem.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

NEc ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quàm de te ſcribo. Poſteris an aliqua cura noſtri, neſcio: nos certè meremur vt ſit aliqua, non dico ingenio: id enim ſuperbum, ſed ſtudio, ſed labore, & reuerentia poſterûm: pergamus modò itinere inſtituto, quod vt paucos in lucem famámque prouexit, ita multos è tenebris & ſilentio protulit. Vale.

NEc) Hortatur Tacitum ad comparãdam ſibi æternitatem ſcriptis. *Tibi plaudis*) tibi blandiris & places, tua nimium amas. *Ex fide*] Verè. *Cura noſtri*] Futura ſit de nobis. *Non dico*] Quod mereamur aliquam curam noſtri propter ingenium excuſſum. *Studio & labore*] Circa diſciplinas. *Reuerentia poſterorum*) Quam poſteris habemus, quibus ſtudemus aliqua literarum monumenta relinquere. *Quod vt paucos*) Sicut pauci per literas ad ſummum gloriæ culmen peruenerunt, multi tamen per illas immortales facti ſunt.

C. Plinivs Falconi Svo S.

Refugeram in Thuſcos, vt omnia ad arbitrium meum facerem, at hoc ne in Thuſcis quidem: tam multis vndique ruſticorum libellis, & tam querulis inquietor, quos aliquanto magis inuitus, quàm meos lego. nam & meos inuitus. retracto enim actiunculas quaſdam, quod poſt intercapedinem temporis & frigidũ, & acerbum eſt. ratiocinationes, quaſi abſẽte me, negligũtur. interdũ tamen equum conſcendo, & patremfamiliæ hactenus ago, quòd aliquam partem prædiorum, ſed pro geſtatione percurro. Tu conſuetudinem ſerua, nobíſque ſic ruſticis vrbana acta perſcribe. Vale.

R*Efugerã*] Seceſſerat in Thuſcos Secundus vt liberiùs & ociosius viueret: ſed ſcribit non minus ibi moleſtari negociis ruſticis ingruentibus: interdum tamen ſtudere. Peruetuſta lectio non Faleoni, ſed Mamiliano hanc epiſtolam ſcriptam fuiſſe monſtrat. *In Thuſcos*] in villã. iuxta Tifernium Tyberinum. *Ne quidem*] poſſum facere ad arbitrium meum. *Libellis*] ſupplicationibus, lamentationibus. *Quos libellos*) alluſit ad nomen. nam qui porriguntur principi vel Senatui, vel alicui magiſtratui, poſtulantes aliquid, libelli dicuntur, ſic & parui libri, vt ſuos frequenter Secundus ſolet appellare. *Inuitus*] quia ſunt illiteratiſſimi. *Meos inuitus*] lego, quia interturbor: & iam difficile eſt poſt temporis ſpatium reſumere priorem intentionem. *Retracto*) emendo. *Actiunculas*] breues actiones, orationculas, quod magis placet: quamuis alij non actiones, ſed ratiunculas legant, vt ſit ſenſus, ego reuideo quoſdam calculos rei meę familiaris, quod poſt longum temporis ſpatium eſt inane & importunum: & ideo rationes ita curantur tanquam ſi eſſem abſens. i. fermè negliguntur. placet prior lectio. *Intercapedinem*] ſpatium. *Serum*] ſunt qui legant frigidum. ſ. deperdito actionis calore iners. *Acerbum*] intempeſtiuum, inopportunum. *Rationes*] rerum ruſticarum calculi. Varro libro primo, rei ruſticæ, vbi ratio cum orco habetur, ibi non modò fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita. Columella etiam rationem calculorum dixit. & ibidem, ſed nec conditum cum fide rationibus inferunt. quanquam idem alibi dicat, ratiocinator calculo poſito. quod ideo allegauimus, quoniam in aliquo exemplari legitur ratiocinationes, non rationes. *Quaſi abſentes*] Tanquam ſi non eſſemus ruri. exemplaria peruetuſta habent, quaſi abſente me, in eundem ſenſum. *Patrem familiæ ago*] Facio patriſfamiliæ officium, viſendo meorum prædiorum partem. *Hactenus*] In hoc ſolo. *Pro geſtatione*] Cauſa geſtationis magis quàm viſendi prædia. duplex enim corporis exercitatio, aut pedib. aut geſtatione, ſed geſtabantur equo, aut vehiculo, aut lectica, vel naui. *Sic ruſticis*] Sic occupatis circa res ruſticas.

C. PLINIVS MAMILIANO SVO S.

SVmmam te voluptatem percepiſſe ex iſto copioſiſſimo genere venandi non miror, cùm hiſtoricorũ more ſcribas numerum iniri non potuiſſe. Nobis venari nec vacat, nec libet: non vacat, quia vindemiæ in manibus: non libet, quia exiguæ. Deuehemus tamen pro nouo muſto, nouos verſiculos tibi, quos iucundiſſimè exigenti, vt primùm videbuntur deferbuiſſe, mittemus. Vale.

S*Vmmam*) Non ſibi occupato circa ſteriles vindemias licere venari, nec placere, ſcribit Mamiliano, ſed pro muſto nouos verſiculos pollicetur. *Iſto genere*) quo in iſtis regionibus vtuntur. *More hiſtoricorum*] qui cùm volunt ſignificare copiam occiſorum, vel captiuorum, aut hoſtium fuiſſe adeo magnam, vt recenſeri non potuerit: dicunt numerum non potuiſſe iniri. nam inire numerum, eſt numerare. *Nec vacat*] occupatis circa vindemias. *Nec libet*] triſtibus nobis ob ſterilitatem earũ. *Deuehemus*] deducemus ex ingenio noſtro: ſicut vinum ex canali. *Nouo muſto*] videtur parelcon eſſe nouo, cùm muſtum ſit nouum vinum. & muſtea res pro nouella & recenti vſurpetur: niſi tamen additum, vt reſponderet nouis verſiculis. *Exigenti iucundiſſimè*] tibi petenti cum maxima lætitia. *Deferbuiſſe*] defæcatos eſſe & purgatos, quod ſolet fieri vino deferueſcenti.

C. PLINIVS GENITORI SVO S.

REcepi literas tuas, quibus q̃reris tædio tibi fuiſſe q̃uis lautiſſimam cœnam, quia ſcurræ, cinædi, moriones menſis inerrabant. Vis tu remittere aliquid ex

R*Ecepi*] Permittendas eſſe vnicuique ſuas voluptates oſtendit: nam ſi cœnam (inquit Genitor) damnaſti paraſitis refertam, nonne credis aliquibus noſtram tædio eſſe, quoties introducitur lector aut lyriſtes? *Scurræ*] ſcurra eſt, qui riſum captat non ſeruata dignitate perſonarum. diminutiuo eius ſcurrula vſus eſt Apuleius in ſuo aſino. *Cinædi*] qui muliebria patitur, is cinædus dicitur. vnde à Virg. in Priapeis, & ab Apuleio feſtiuiter cinædi pro puellis vſurpantur, quòd officium eorum ſuſtineant: dicti ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, id eſt, à motu verendorum: vel cinædus dictus tanquam κενὸς αἰδοῦς, id eſt, vacuus verecundia. *Moriones*] qui natura, ſtultitia riſum excitat dictis factiſve inſulſis morio appellatur. μωρὸς .n. fatuus & ſtultus, & morari cùm prima longa ſignificat fatuum eſſe. vnde Tranquil. ſcribit Claudium inter homines deſiiſſe morari producta prima ſyllaba, hoc eſt, non amplius fatuum eſſe mortis interuẽtu. In morionẽ luſit acutiſſimè Matt. in illo carmine, Morio dictus erat, viginti millibus emi, Redde mihi nummos Gargiliane, ſapit. tanquam pluris venirent ſtulti quàm ſapientes. & alibi, hũc verò acuto capite & auribus lõgis, quæ ſic mouẽtur, vt ſolẽt aſellorũ: qs morionis filiũ neget? Certè emẽdãdus ſatis obuius error apud Iuriſcõſultũ. ff. xxj. titulo de edicto ædilitio. vbi corruptè legũt morionẽ: quamuis, inquit, nõ valdè ſapientẽ ſeruũ venditor præſtare debeat:

tamen ſi ita fatuum vel morionem vendiderit, vt in eo vſus nullus ſit, videri vitiū. *Inerrabant*] verſabantur, tranſcurrebant. Lucianus in ſympoſio, Ariſtænetum refert conuiuiis introduxiſſe poſt medium conuiuium quendam hominem ridiculum, deformem, capite raſo, cum quibuſdam ſolùm capillis in vertice rectis, vt & dicendo & faciendo ludicre aliquid, conuiuas magis ad riſum diffunderet. hic ergo ſeipſum confringens & diſtorquens ita ſaltabat vt ridiculoſior videretur, & crepitu anapæſta lingua Aegyptia differebat, demum aſtantes mordebat: Ideò cæteri ridebant: verùm cùm Alcidamanta cynicum pupugiſſet, eum melitæum catellum appellando, iratus ille, vt qui iamdudum conuiuarum oculos teneret & ſibi præſtaret: nudatúſque ipſum ad certamen pancratium inuitauit. ſinminus, ſe illum baculo percuſſurum minabatur: ſic ille ſatyrio accepta luctandi conditione feriebat & feriebatur: interim præſentium quidam oblectabantur, alij ridebant, donec Alcidamas victus ceſſit cum ſummo ſpectatorum ſolatio.

rugis? equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero: cur ergo non habeo? quia nequaquā me vt inexpectatum, feſtiuúmve delectat: ſiquid molle à cinædo, petulans à ſcurra, ſtultum à morione profertur, non rationem, ſed ſtomachum tibi narro. Atque adeò quàm multos putas eſſe, quos æquè ea quibus ego & tu capimur & ducimur, partī vt inepta, partī vt moleſtiſſima offendant? Quàm multi quum lector, aut lyriſtes aut comœd⁹ inductus eſt, calceos poſcūt, aut non minore cum tædio recubāt, quā tu iſta (ſic enim appellas) prodigia perpeſſus es? Demus igitur alienis oblectationibus veniam, vt noſtris impetremus. Vale.

Rugis) tua grauitate. nam in triſtitiis & ſeueritate rugas in facie contrahimus. *Siquidem*) quam uis. non diſplicet equidem. *Tale*) ſcurras, cinædos, moriones. *Fero habentes*) non damno horum dominos. *Inexpectatum*) ſubitum, inopinatum: ſunt enim mirabilia quæ maximè inexpectata. *Petulans*) mordax, laſciuum. *Non narro rationem*) non dico quòd omnino mouear ratione. *Stomachum*] appetentiam meam. Mart. Præterea, ſi quid non facit ad ſtomachum. *Capimus*] oblectamur, detinemur. *Lector aut lyriſtes*) ſic lib. j. docuit ſolitum introducere comœdum, vel lectorem, vel lyriſten. Athenæus hunc morem notabiliter taxat, referēs viles homines in conuiuis ſolitos introducere tibicines magno precio, quia neſcirent inuicem confabulari, & ineruditi eſſent ad diſſerendum: vbi verò ſint honeſti & eruditi conuiuæ, neque tubicines, neq; ſaltatores, neque lyriſtas intromitti, cùm ſatis habeant inter ſe digna memoratu diſſerere, ſine gyris & talibus ludibriis. *Calceos*) quos conuiuium inituri deponebant. Meminit huius conſuetudinis frequenter Martialis, vt ibi, Marmora calcantem frigidiora niue. Item, Excalceatus ire cœpit ad cœnam. *Recubant*) diſcumbunt.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

QVa intentione, quo ſtudio, qua denique memoria legeris libellos meos, epiſtola tua oſtēdit. ipſe igitur exhibes negociū tibi, qui

QVa) Deſideranti Sabino promittit libellos ſuos: ſed per ordinem ne memoriā conturbet. *Exhibes negociū tibi*) quæris tibi laborem.

elicis & inuitas, vt quamplurima communicare tecum velim. faciam, per partes tamen, & quaſi digeſta, ne iſtam ipſam memoriam, cui gratias ago, aſſiduitate & copia turbem, oneratámque & quaſi oppreſſam cogam pluribus ſingula, poſterioribus priora dimittere.

Elicis] elicere eſt blanditiis ad ſe trahere, & educere: inde elices ſulci aquarij, Columella ſcribente: per quos aqua collecta educitur è liris. *Per partes*] per ſpecies. *Quaſi digeſta*] in ordinem poſita: verbi cauſa orationes per ſe, ſic poëmata: ac deinceps. *Iſtam*] tuam. *Gratias ago*) quòd tuo vſui ſatisfaciat. *Aſſiduitate*) nimio attritu. *Turbem*) confundam. *Singula*) vnum aliquod. *Pluribus*) propter plurā: & ne confundā te lectione multarum. *Dimittere priora poſt*) vt omittas priora, & confundas ordinem dum feſtinas ad poſteriora. *Priora*; prius ſcripta.

C. Plinivs Rvfoni Svo S.

Significas legiſſe te in quadam epiſtola mea, iuſſiſſe Virginium Rufum inſcribi ſepulcro ſuo, Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ. Reprehendis, quòd iuſſerit, addis etiam, melius, rectiúſque Frontinum, quòd vetuerit omnino monimentum ſibi fieri: méque ad extremũ, quid de vtroq; ſentiam, conſulis. vtrũq; dilexi. miratus ſum magis quem tu reprehendis, miraríſq;, atq; ita miratus vt non putarem ſatis vnquam laudari poſſe, cuius nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. Omnes ego, qui magnum aliquod memorandúmque fecerunt, non modo venia, verùm etiam laude digniſſimos iudico, ſi immortalitatem, quàm meruère, ſectantur: victuríque nominis famam ſupremis etiã titulis prorogare nituntur. Nec facilè quenquã, niſi Virginiũ inuenio, cuius tãta in prædicãdo verecundia, quãta gloria ex facto. Ipſe ſũ teſtis familiariter ab eo dilectus probatúſque, ſemel

Significas) Rufoni reprehendenti Virginium excuſat, quòd iuſſiſſet ſepulcro inſcribi factum illud ſuum memorabile, & Frontinum laudanti quòd prohibuiſſet conditorium ſibi conſtrui: demum vtroſq; laudat tanquam diuerſo itinere ad immortalitatem tendentes. *In quadam epiſtola*] lib vj. ad Albinum. *Frontinum*) Iulium Frontinum feciſſe. *Quem*) Virginium. *Miraris*) corripis. apud Græcos ſcriptores caſibus diſtinguitur miror. nam θαυμάζω genitiuo iunctum reprehendo ſignificat, accuſatiuo verò laudo. apud Latinos ex præcedentibus & ſequentibus diſcernitur. *Atq; ita*) miratus ſum. *Sectantur*) conquirunt, admittunt. *Supremis titulis*) epitaphiis. *Prædicando*) ſe extollendo. ſenſus eſt, neminem cognoſco, qui eſſet tam verecundus in laudando ſe, & qui mereretur tantam gloriam rebus præclarè geſtis, quàm Virginius. *Dilectus*) nam tutor Secundo relictus affectum parentis ei præſtitit: candidatum ſuffragio ornauit. ad omnes illius honores ex receſſibus accurrit, ſacerdotio dignum nominauit

omnino me audiente prouectum, vt de rebus ſuis hoc vnũ referret, ita ſecũ aliquãdo Cluuiũ locutum, Scis Virgini quæ hiſtoriæ fides debeatur: proinde ſi qđ in hiſtorijs meis legis aliter ac velles, rogo ignoſcas. Ad hoc ſic illũ, Cluui, næ tu ignoras, ideò me feciſſe, quod feci, vt eſſet liberũ vobis ſcribere, quæ libuiſſet? Agedũ hunc ipſum Frontinũ in hoc ipſo in quo tibi parcior videtur & preſſior, cõparemus. Vetuit extrui monimentũ: ſed quibus verbis: Impenſa monimenti ſuperuacua eſt, memoria noſtri durabit, ſi vitã meruimus. An reſtrictius arbitraris per orbem terrarum legẽdum, dare duraturã memoriã ſuã, quàm vno in loco duobus verſiculis ſignare quod feceris? Quanquam non habeo propoſitum, illũ reprehendendi, ſed hũc tuẽdi, cuiúſq; poteſt apud te iuſtior eſſe defenſio, quàm ex collatione eius quem prætuliſti. Meo quidẽ iudicio neuter culpandus, quorum vterque ad gloriam pari cupiditate, diuerſo itinere cõtendit: alter, dum expetit debitos titulos: alter, dum mauult videri contempſiſſe. Vale.

Prouectum) elatum. *Cluuium*) M. Cluuius Rufus, quem frequenter Tacitus in hiſtoriis citat, Heluidij Priſci pater, diues, eloquentia clarus, nulli vnquam ſub Nerone periculum faciens, per quem idem princeps pronunciauit ſe cantaturum Niobem tragœdiam: hiſtoriam ſcripſit ſuorum temporum, vir facundus, ſed pacis artibus aptus, bellis inexpertus. de quo lib. xvij. Tacitus, Laudatus per edictum Cluuius Rufus. & ibidem, Digreſſum à Lugduno Vitellium M. Cluuius Rufus aſſequitur omiſſa Hiſpania, cui poſt interitum Neronis præerat: lętitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius, & petitum ſe criminationibus gnarus: eum Hilarius Cæſaris libertus detulerat tanquam audito Vitellij & Othonis principatu propriam ipſe potentiam & poſſeſſionem Hiſpaniarum tentiſſet: eóq; diplomatibus nullum principem pręſcripſiſſet, interpretabantur quædam ex orationibus eius contumelioſa in Vitellium, & pro ſeipſo popularia. autoritas Cluuij præualuit, vt puniri vltrò libertum ſuum Vitellius iuberet. Cluuius comitatui principis adiectus, non adempta Hiſpania quam abſens rexit. *Quæ fides hiſtoriæ debeatur*) hiſtoriæ finis eſt veritas, cùm ſit rei geſtæ deſcriptio. vnum enim ſecundum Lucianum, & proprium hiſtoriæ, & illi ſacrificandum, vt vera omnia dicat: igitur mihi hiſtoricus ſit intrepidus, incorruptus, liber loquendi libertate, & veritatis amicus, vt comicus dicit, ficus ficus, ſcapham ſcapham, nominaturus, ſed talem ſcriptorem, autoribus Ioſepho & Plutarcho, difficile eſt reperire.. *Aliter ac velles*) contra tuam ſententiam. *Illum*) Virginium reſpondiſſe, alia lectio ad idem. *Ad hoc ille*) tu ne ignoras Cluui.

Quod feci) imperium aſſeruiſſe patriæ. *Vobis*) hiſtoricis. *Quæ*) vera. *Agedum*) hortatur Rufonem vt comparationem Virginij & Frontini conſideret. *Parcior*] quòd vetuerit impenſam ſepulcri tanquam ſuperfluam. *Preſſior*) humilior, breuior. *Impenſa monumenti ſuperuacua eſt*) M. T. Tuſculanorum primo multis comprobat impenſam ſepulturæ ſuperfluam: quantum autem conſuetudini famæque dandum, vt id curent viui: ſed ita vt intelligant nihil ad mortuos pertinere. *Vitã*] immortalitatem rebus præclarè geſtis. *Reſtrictius*) breuius, eſſe dictum Frontini. *Per orbem terrarum*] omnibus dũ inquit Frontinus memoria noſtri durabit. *Vno in loco*] in villa Alſienſi, duobus verſiculis. præſcripto diſticho. *Illum*] Frontinum. *Cuius*) Virginij. *Quàm ex collatione*] ſine comparatione. *Diuerſo itinere*] Virginius recto, dum factum

carminibus ſignat, Frontinus ductu Figurato, dum modeſtiam prętendit: & tamen monſtrat ſe victorum. *Alter*) Virginius. *Alter*) Frontinus. *Contempſiſſe*) extat apud Lucianum Diogenis dictum, qui interrogatus quomodo quiſpiam gloriam adipiſceretur: ſi gloriam, inquit, ſpreuerit.

C. PLINIVS VENATORI SVO S.

TVa verò epiſtola tanto mihi iucundior fuit, quanto longior erat, præſertim cũ de libellis meis tota loqueretur: quos tibi voluptati eſſe non miror, cùm omnia noſtra, perinde ac nos ames. Ipſe quum maximè vindemias graciles quidẽ, vberiores tamẽ quã expectauerã, colligo, ſi colligere eſt nonnunquam decerpere vuam, torculum inuiſere, guſtare de lacu muſtum, obrepere vrbanis qui nunc ruſticis præſunt, méque notarijs & lectoribus reliquerunt. Vale.

TVa) Gratam fuiſſe Venatoris epiſtolã teſtatur, quòd longa, quòd de ſcriptis ſuis loqueretur: demum ſignificat quid ruri agat. *Cùm abſis*) à nobis. legimus in multis exemplaribus, tum maximè. *Graciles*) ſteriles. *Quàm expectaueram*) præter ſpem. *Eſt*) verè dici poteſt. *Decerpere*) demere. *Torculum*) apud autores plurifariam dicitur. nam Plin. ſenior xvij. vnum ſufficit torculum. Item Columel. xviij. Priuſquã vinacea torculis exprimantur. Sed idẽ lib. j. torcularia ſcripſit, vt Vitruuius. vj. torcular proximum ſit culinæ. at Cato, inquit, Torcularium ſi ædificare voles. & alibi, in torcularium, quæ opus ſunt. Columel verò xiij. torcularijs pro ipſis torculi operatoribus vtitur. Marcellus ait torculum, quod vſu torcular, dico. verùm Cato torculum funem intortum appellat. *Obrepere*) lento paſſu ire, repere. propriè dicitur de animalibus, quæ ventre gradiũtur, à quo reptilia. *Vrbanis*) ad vrbanos miniſtros, qui tempore vindemiæ curabãt ruſtica, & Secundum reliquerant ſolum notariis & lectoribus. Pomponius de verb. ſig. Vrbana familia & ruſtica, nõ loco, ſed genere diſtinguitur: poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum numero: veluti is qui rerum ruſticarum rationes diſpenſat. & contrà *Notariis*) qui breuibus notis excipiebant quæ dictabantur. *Lectoribus*) Zozimo & Eneolpo.

C. PLINIVS SABINIANO SVO S.

LIbertus tuus, cui ſuccenſere te dixeras, venit ad me, aduolutúſq; pedibus meis tanquã tuis hæſit: fleuit multum, multũq; rogauit, multũ etiã tacuit: in ſũma, fecit mihi fidẽ pœnitentiæ. verè credo emendatũ, quia deliquiſſe ſentit. Iraſceris, ſcio, & iraſceris meritò, id quoq; ſcio: ſed tunc p̄cipua manſuetudinis laus

LIbertus) Tentat per epiſtolam reducere in gratiam Sabiniani libertum, eius, quẽ quidem fatetur peccaſſe, ſed delicti ſui pœnitentiam multis ſignis oſtendiſſe. Sabinianum puto fuiſſe Brixienſem. *Succenſere*) iraſci. *Meritò*] ratione.

cùm ira cauſa iuſtiſſima eſt. Amaſti hominem, & ſpero amabis: interim ſufficit vt exorari te ſinas. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit: quod exoratus excuſatius facies. Remitte aliquid adoleſcẽtiæ ipſius, remitte lacrymis, remitte indulgẽtiæ tuæ: ne torſeris illum, ne torſeris etiã te. torqueris enim quum tã lenis iraſceris. Vereor ne videar non rogare, ſed cogere, ſi precibus eius meas iunxero. Iũgam tamẽ tanto plenius & effuſius, quanto ipſum acrius ſeueriúſq; corripui, diſtrictè minatus nunquam me poſtea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat, tibi non idem. nam fortaſſe iterum rogabo, iterum impetrabo: ſit modò tale, vt rogare me, vt præſtare te deceat. Vale.

Cùm ira cauſa] cùm quis habet iuſtiſſimas iraſcendi cauſas. *Exorari*] vinci, demulceri: vt hoc à te impetrem. *Meruerit*) peccauerit. *Exoratus*) ſemel pacatus. *Facies*) iraſceris. *Adoleſcentiæ*] deprecatur ab ætate. ſic Euripides in Hecetidibus. ἡμαρτη- ἐν νέοισι δ' ἀνθρώποις τόδ' ἔνεστι, συγγνώμην δὲ τῷδ' ἔχειν χρεὼν peccauit? in iuuenibus autem hominum hoc ineſt, veniám autem huic habere opus eſt. *Remitte indulgentiæ tuæ*] ſis indulgens etiam plus ſolito. *Ne torſeris*] ne afficias te moleſtia, dum perturbaris ira. *Lenis*] ingenio quieto. *Cogere*] rationibus & impellere ad veniam *Eius*] liberti tui. *Diſtrictè*) intensè, aſperè. *Hoc illi*] interminatus ſum. *Tibi non idem*] denuncio. *Tale*) crimen eius conditionis.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

MAgna me ſolicitudine affecit Paſſieni Pauli valetudo, & quidem plurimis iuſtiſſimíſque de cauſis. Vir eſt optimus, honeſtiſſimus, noſtri amãtiſſimus. Præterea in literis veteres æmulatur, exprimit, reddit, Propertium in primis, à quo genus ducit, vera ſoboles: eóq; ſimillima illi, in quo ille præcipuus. Si elegos eius in manũ ſumpſeris, leges opus terſum, molle, iucundum & planè in Propertij domo ſcriptum. Nuper ad lyrica deflexit: in quibus ita Horatiũ, vt in illis illũ alterum effingi putes: ſiquid in ſtudijs cognatio valet,

MAgna) Dolet Paſſieni Pauli ægritudine præter bonos mores doctiſſimi. Nam Propertium, quem inter maiores ſuos connumerabat, elego imitabatur, lyrico Horatium. *A quo genus ducit*] nam lib. vij. de eodem dixerat, Scribit elegos, gentilitium hoc illi: eſt enim municeps Propertij, atque etiã inter maiores ſuos Propertium numerat *In quo*] elego. *Ille*] Propertius eſt. *Terſum*) emendatum. *Molle*] tenellum, laſciuum. *Ideoque*) quia ſimile eſt Propertio: ideo optimè ſcriptum eſt. Fabius, Elegia quoque Græcos prouocamus: cuius mihi terſus atque elegans maximè [videtur] autor Tibullus. Sunt qui Propertium malint: ſunt tamen qui non legant, & planè Propertianum: ideoque optimè ſcriptum: ſed & planè in Propertij domo ſcriptum: vt illud, ideoq; optimè ſcriptum, ſapiat gloſſema ta. *Deflexit*) diuertit à propoſito itinere. *Illis*) elegis.

Illum

Illum alterum) Propertium. hoc dicendi modo alibi eſt vſus. *Cognatio*) genus. *Et*) etiam eſt. *Propinquum*) huius, Horatium Paſſieno ſanguine coniunctum.

& huius propinquũ: magna varietas, magna mobilitas. Amat, vt qui veriſſimè: dolet, vt qui impatiẽtiſſimè: laudat, vt qui benigniſſimè: luſit, vt qui facetiſſimè. omnia denique tanquã ſingula abſoluit. Pro hoc ego amico, pro hoc ingenio, nõ minus æger animo, q̃ corpore ille. Tandẽ illum, tandem me recepi. Gratulare mihi, gratulare etiam literis ipſis, quæ ex periculo eius tantum diſcrimen adierunt, quantum ex ſalute gloriæ conſequentur. Vale.

Magna varietas) eſt in lyricis Paſſieni, varietas enim plurimum lectorem oblectat. *Mobilitas*) tranſgrediendi ad alia facilitas. alia lectio habet mollitas: quod conuenit cum præcedentibus. *Amat vt qui veriſſimè*) amet. tam bene exprimit ſcribendo quod intendit, vt rem ante oculos ponat. Sidonius Apollinaris hunc locum conatus eſt æmulari libro. v. Colis, inquit, vt qui ſolertiſſimè, ædificas, vt qui diſpoſitiſſimè, venaris, vt qui efficaciſſimè. *Tanquam ſingula*) tanquam ſi vni ſoli intenderet: ergo ſingula, id eſt perfectiora: nam vno tantùm ſtudio occupati præſtantiores in illo genere ſunt. *Illum recepi*) illo valetudinem corporis recuperante, me ab ægritudine animi liberaui. *Etiam*) non ſolùm mihi, ſed & ipſi Latinitati: an literis ipſius, vt aliqui codices habent. *Eius*) Paſſieni, quaſi literæ cum illo eſſent interituræ.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

FRequenter agenti mihi euenit, vt Centumuiri, cùm diu ſe intra iudicium, autoritatem, grauitatémque tenuiſſent, omnes repentè quaſi victi coactique conſurgerent, laudaréntque. Frequenter è ſenatu famam, qualem maximè optaueram, retuli: nunquam tamen maiorem cepi voluptatem, quàm nuper ex ſermone Cornelij Taciti. Narrabat ſediſſe ſecum Circenſibus proximis equitem Romanum hunc poſt varios eruditóſque ſermones

FRequenter) Nõ poteſt bona cõſcientia ſe plerunque cohibere, quin exultet & oſtentet. Facit hoc interdum Tullius non tantùm in epiſtolis, ſed in iudiciis: ſimiliter Secundus alibi. hìc verò præſertim, vbi gloriatur ſi quis doctus eſſe in vrbe dicitur, ſe ſtatim & Tacitum nominari, tanquam hi ſummam in literis gloriam tenerent. *Iudicium autoritatem*) quã iudices ſeruare debent, an potius iudiciũ ſcilicet ſuum continentes, vt auditores attentiores redderent omnes iudices. *Coacti*) vi orationis noſtræ ad pronunciandum ſecundum nos. *Conſurgerent*) tanquã finito iudicio. M. Tullius in Verrẽ, Quid ſedetis? cur non in media oratione conſurgitis, atque diſcedetis iudices? Vel conſurgerẽt honoris gratia, vt accidit Athenis Xenocrati. hiſtoria eſt apud Valerium Maxi. lib. ii. cap. de maieſtate. *E Senatu*) à Senatoribus à quibus benignè audiebatur. *Optaueram*) antiqua lectio habet captaueram. *Famam conſtantiæ*) vt contra Marium & Claſſicum. *Sediſſe*) in gradibus Circi. *Proximis*) nuper & poſtremò factis. In pontificio codice ita legitur, narrabat ſediſſe ſe in Circẽſibus proximis cum quodam equite Rom. *Hunc*) equitem Rom.

requiſiſſe, Italicus es, an prouincialis? ſe reſpondiſſe, Noſti me, & quidem ex ſtudiis. Ad hoc illum, Tacitus es, an Plinius? Exprimere non poſſum, quàm ſit iucundum mihi, quòd nomina noſtra quaſi literarum propria, non hominum, literis redduntur: quòd vterque noſtrum his etiam ex ſtudijs notus, quibus aliter ignotus eſt. Accidit aliud ante pauculos dies ſimile. Recumbebat mecum vir egregius Fabius Ruſinus, ſuper eum municeps ipſius, qui illo die primùm in vrbem venerat: cui Ruſinus demonſtrans me, Vides hunc? multa deinde de ſtudijs noſtris. Et ille, Plinius eſt, inquit. Verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. An ſi Demoſthenes iure lætatus eſt, quòd illum anus Attica ita demonſtrauit, οὗτος ἐστι Δημοσθένης, *ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? Ego verò & gaudeo, & gaudere me dico. Neque enim vereor, ne iactantior videar, cùm de me aliorum iudicium, non meum profero: præſertim apud te, qui nec illius inuides laudibus, & faues noſtris.* Vale.

Requiſiſſe) à Tacito. *Italicus es an prouincialis*) prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent, non eos duntaxat, qui ex prouincia oriundi ſunt: ſimiliter Italicos, qui in Italia domicilium habent, non ſolùm inde trahentes originem. hæc Vlp. Iſta duo ſimiliter Tranquillus in Veſpaſiano diſtinxit, cùm ſcribit, Honeſtiſſimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto. *Ex ſtudiis*) ex vario de literis ſermone. *Illum*) equitem Ro. dixiſſe. *Quod nomina*) ordo & ſenſus, quòd nomina noſtra redduntur literis quaſi propria literarum non hominum, id eſt, cùm nominatur Tacitus & Plinius, ſtatim intelligantur docti & eloquentes. perinde ac ſi diceret, Tacitus & Plinius ſunt nomina indicantia doctrinam, non homines. Lib. vij. ad Tacitum dixerat, Gaudeo quòd ſi quis de ſtudiis ſermo, vnà nominamur, quòd de te loquentibus ſtatim occurro. *Hic*) hominibus. *Alter*) fuit in ſecunda lectione alter. *Multa*) dixit municipi ſuo. *Mei laboris*) mei ſtudij. *Demonſtrauit*) in multis exemplaribus eſt noſcitauit. *Anus Attica*) quæ Demoſthenem emunctè & terſè, id eſt atticè, loquentem cognouit ex ſermone. inquit (erat enim illius celebre nomen, οὗτός ἐστι Δημοσθένης, hic eſt Demoſthenes. at ab anu notatus eſt Theophraſtus tanquam peregrinus, cùm tamen is Athenis ætatem ageret, optiméque loqueretur. Huius rei meminit Cicero de Claris oratoribus. & Fabius libro octauo, Illa, inquit, anus Atticum Theophraſtum hominem alioqui diſertiſſimum annotata vnius affectatione verbi hoſpitem dixit, nec alio ſe id reprehendiſſe reſpondit, quàm quòd nimium atticè, id eſt affectatè, loqueretur. Plinius in præfatione, Cernimus etiam aduerſus Theophraſtum hominem in eloquentia tantum vt nomen diuinum inde meruerit, ſcripſiſſe fœminam: & prouerbium inde natum, ſuſpendio arborem eligendam. alia tamen hæc ab illa anu. *Profero iudicium alienum*) expono quid ſentiant alii, quod ſanè minus arrogantis eſt.

C. PLINIVS SABINIANO SVO S.

BEne feciſti, quòd libertum aliquando tibi charum, reducentibus epiſtolis meis, in domum, in animum recepiſti. Iuuabit hoc te: me certè iuuat: primùm, quòd te talem video, vt in ira regi poſſis: deinde, quòd tantum mihi tribuis, vt vel autoritati meæ pareas, vel precibus indulgeas. Igitur & laudo & gratias ago. ſimul in poſterum moneo, vt te erroribus tuorum, & ſi non fuerit qui deprecetur, placabilem praſtes. Vale.

Ene feciſti) Agit gratias Sabiniano, quòd rogatu ſuo libertū reduxerat domū, & in amorē: monétq; vt etiā nō rogatus erroribus ſuorū placabilē ſe præſtet. *Aliquando*) priùs *Animum*) beneuolentiā. *Talem*) non diſplicet, tā tractabilē ex hide pōtificū exēplaris. *Tantum mihi tribuis*) tantæ exiſtimationis apud te ſum, & tantum mihi credis.

C. PLINIVS MAMILIANO SVO S.

QVererus de turba caſtrenſium negociorum, & tanquam ſummo ocio perfruare, luſus & ineptias noſtras legis, amas, flagitas, meque ad ſimilia condenda non mediocriter incitas. Incipio enim ex hoc genere ſtudiorum non ſolùm oblectationem, verumetiam gloriam petere, poſt iudicium tuum viri grauiſſimi, eruditiſſimi, ac ſuper iſta veriſſimi. Nunc me rerum actus modicè, ſed tamen diſtringit, quo finito aliquid earundem camœnarum in iſtum benigniſſimum ſinum mittam. Tu paſſerculis & columbulis noſtris inter aquilas veſtras dabis pennas, ſi tamen & ſibi & tibi placebunt: ſi tantùm ſibi, continendos cauea, nidóve curabis. Vale.

Vereris)Scribit non ſatis conuenire vt Mamilianus conqueratur de negociis caſtrenſibus, & vacet carminibus ſuis legendis: deinde promittit poſt abſolutas actiones ſe noua facturum, quæ illi mittat. *Turba*) copia. perturbatione. *Luſus*) epigrammata. *Studiorum*) carminum. *Super iſta*) præter illa, in cæteris. *Rerum actus*) cauſarum actiones. *Diſtringit*) occupat. *Camœnarum*) verſuum. *Paſſerculis & columbulis*) epigrammatibus laſciuis & prurientibus. alluſit ad Catulli paſſerem & Stellæ columbam, opera ſic inſcripta, quia vtraque ſit auis venerea, & ſalax. *Dabis pennas*) comparabis famam diuulgando tuis commilitonibus. *Aquilas veſtras*) ſigna veſtra in caſtris, inter quæ præcipuum fuit aquila: prima enim cohors ſuſcipiebat aquilam totius legionis inſigne, eam aquilifer portabat. hęc Modeſtus. In commentariis Cæſar retulit .x. legionē portaſſe aquilā, Dionyſius etiā ducē legionis. Plin. x. lib. inquit, Romanis legionibus aquilā C. Marius in ſecundo cōſulatu ſuo propriè dicauiſſetat & anteà prima cum quatuor aliis, lupis, Minotauris, equis, apris, quæ ſingulos ordines anteibāt. paucis antè annis portari ſola in acie cœperat: reliqua in caſtris relinquebantur, Marius in totum ea abdicauit. Et notatum non ferè apud legiones vnquam hybernatum eſſe in caſtris, vbi aquilarum non eſſet iugum. Ioſephus tamen tradit Veſpaſia-

num circa aquilam habuiſſe alia ſigna: & eam omnibus apud Romanos agminibus præeſſe, quòd & vniuerſarum auium regnum habeat, & ſit validiſſima. Itaque illam & principatus inſigne, oménque victoriæ putaſſe. ſed in vno exercitu fuiſſe plures aquilas apertè Cæſar teſtatur. vbi meminit in acie Pharſalica cepiſſe aquilas quinquaginta octo. M. Tullius argenteam innuit: quod melius teſtatur Plinius, argentum referens militaribus ſignis quàm aurum familiarius, quia longiùs fulgeat. At Dion, in Pompeij geſtis. Aquila, inquit, aurea in omni exercitu Romanorum electo fertur in haſta longa. *Si tantùm ſibi*) ſi ſolùm mihi placebunt, & non tibi. *Cauea nidóve continendos*) apud te. perſtat in metaphora, quia iam de auibus locutus erat.

C. PLINIVS LVPERCO SVO S.

Dixi de quodam oratore ſeculi noſtri, recto quidem & ſano, ſed parum grandi & ornato, vt opinor, aptè. Nihil peccat, niſi quod nihil peccat. debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam efferueſcere, efferri, ac ſæpe accedere ad præceps. nam plerunque altis & excelſis adiacent abrupta: tutius per plana, ſed humilius & depreſſius iter: frequentior currentibus, quàm reptantibus lapſus. ſed his non labentibus nulla laus, illis nonnulla laus, etiamſi labantur. Nam vt quaſdam artes, ita eloquentiam nihil magis, quàm ancipitia commendant. Vides qui per funem in ſumma nituntur, quantos ſoleant excitare clamores, cùm iam iámque caſuri videntur. ſunt enim maximè mirabilia, quæ maximè inſperata, maximè periculoſa, vtque

Dixi) Genus dicendi in oratore probat grãde & elatum, ac nõnunquam attenuatum, qui certo ſemper quodam itinere procedit, ita vt neque extollatur, neque deprimatur, vt res exigit, non rectè dicere opinatur. Nam teſtimonio Homeri, M. Tullij, Demoſthenis, denique Æſchinis nititur plerunque eleuandam orationem eſſe. *Recto*) quia æquo ſtylo procedit, nec diuertit ab inſtituta via. *Sano*) in nulla re peccante. *Grandi*) elato, magnifico, ſublimi. *At ornato*) apto & qui orationem ſuam ornat opportunè *Quod nihil peccat*) quod eſt nimium ſanus. *Debet enim orator erigi*) M. T. cùm multa de oratore ſubtili & moderato differuiſſet, ſic de graui concludit, illum verè dici poſſe eloquentem, qui humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè poteſt dicere. nam ſecundum Fabium, admirabilem orationem non ſic quomodo prodigia miramur. *Efferueſcere*) ebullire, excellere, & calore concitari. *Accedere ad præceps*) exponere ſe periculo, petendo altiſſima. *Abrupta*) diuulſa, depreſſa, periculoſa. *Tutius iter*) ſit. *Reptantibus*) leuiter incedentibus. *His*) repantibus. *Nulla laus*) eſt. *Illis*) currentibus. *Ancipitia*) pericula. *Qui funem nituntur in ſumma*) qui pedibus per funem in altũ tendunt, quos funambulos, ſiue funerepos, Græci χεινοβάτας appellãnt. *Clamores*) acclamationes, admonitiones ſpectãtium cum clamore. legimus Imperatorum aliquos vt magis admirabile ſpectaculum darent introduxiſſe in theatrum elephantem decurrentem per funẽ à ſummo. *Maximè periculoſa*) quæ ſunt maximè periculoſa, παράδοξα. inopinata. præter ſpẽ admirãda: ſic enim interpretãtur M. T. Fabi⁹, & Suidas: & pariter Cicero Hecatonẽ Græcũ imitat⁹ ſua paradoxa compoſuit. Demoſt. interdũ his vtitur: vt cõtra Philippũ, & ꝓ Olynthiis, ac in oratione pro corona

Græci magis exprimunt παράδοξα, *quæ grandi ſunt ſubiecta diſcrimini. ideo nequaquam par gubernatoris eſt virtus, cùm placido & cũ turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum: at cùm ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus & dijs maris proximus. Cur hæc? quia viſus es mihi in ſcriptis meis annotaſſe quædam, vt tumida, quæ ego ſublimia: aut improba, quæ ego audentia: aut nimia, quæ ego plena arbitrabar. Plurimum autẽ refert reprehendenda annotes, an inſignia. Omnis enim aduertit, quod eminet, & extat, ſed acri intentione diiudicandum eſt, immodicum ſit an grande, altum an enorme. atque vt Homerum potiſſimum attingam, quem tandem alterutram in partem poteſt fugere* βράχε δ' εὐρεῖα χθὼν, ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας οὐρανός. *Et totum illud.* ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες, ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ. *Sed opus eſt examine & libra, incredibilia ſint hæc, & immania, an*

Græci magis exprimunt) verbo Græco iſta magis oſtenduntur: tanquam noter Tullium, qui παράδοξα non bene ſit in libris de finibus admirabilia interpretatus. *Quæ grandi ſunt ſubiecta diſcrimini*) nam opus eſt maximo ingenio ac arte, & vt Fabius inquit, remediis ſcire ea tractare. *Tunc*) in trãquillitate *Stridunt funes*) tẽpeſtate quatiente ſibilant rudentes. Virg. ſtridórque rudentũ. Oratio iſta grandis eſt & excelſa, qualis illa ex libro. viij. immittit rudentes: pãde vela: ac ſi quando alias toto ingenio vehere. Talẽ oratorem commendat Fabius. At ille, inquit, qui ſaxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripam ſibi faciat, multus, & torrens orator, iudicem vel nitentem contra feret, cogétque ire quà rapit: hic defúctos excitabit: apud hũc & patria ipſa exclamabit, amplificationibus extollet orationem, & in ſuperlationem quoque eriget: quæ carybdis tam vorax? & oceanus medius fidius ipſe. nota ſunt enim iam ſtudioſis hæc lumina:. hic deos ipſos in congreſſum prope ſuum ſermonémque deducet. *Curuatur*) legitur, ad idem turbatur. *Tunc ille clarus*) cùm rectam tenet in periculo gubernationem, & portum illæſus ſubiit. Hanc ſententiam Lucianus in Toxari vſurpauit. *Dijs maris*) Caſtori & Polluci, qui præerant nauigantibus. de quibus in Odis Horatius: poſſumus etiam Neptunum & cæteros reſpicere. *Cur hæc*) ſcripſi. *Tumida*) nimium elata. ſublimia autem per ſe laudabilia ſunt. ſed in his iudicio acri opus eſt, & diſcernenda ſunt materiæ modo. quod enim alibi magnificum, tumidum alibi: & quæ humilia circa res magnas, alta circa minora videntur. Vt autem in oratione nitida notabile eſt humilius verbum velut macula: ita in ſermone tenui. ſublime nitidúmque diſcordat, fitque corruptum, quia in plano tumet. *Improba*) nimia audacia, inſolentia. *Audentia*) animoſa, magni ſpiritus, grandia. *Nimia*) immodica redundantia. *Inſignia*) præclara. *Grande & altum*) laudi ſunt. *Immodicum & enorme*) vitio. *Potiſſimum attingam*) imprimis adducam. *Tantundem*) pariter. ſunt qui legant, tandem, quod magis probo. *Alterutram in partem*), vt interdum grandis, modò preſſus appareat. βράχε δ' &c) id eſt ſonuit lata terra: circum verò reboauit magnum cęlũ. ex vigeſimoprimo Iliados: vbi dij inter ſe contendentes introducuntur, quorum tumultu ſecuta ſunt prædicta. Hoc exemplum pertinet ad grandem orationem, ſequens verò ad altam. nam eſt aliqua differentia. *Et totum illud*) Homeri, ex libro quarto Iliados, ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι

ζίοντε. Ὡς μισγάγκειαι συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ Κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔντοσθε χαράδρης. id eſt, vt autem quando torrentes fluuii è montibus fluentes in conuallem conferunt fluuialem aquã, aquæ ductibus ex magnis cauum intra alucum. *Examine*) acri iudicio, diligenti trutinatione. *Incredibilia & immania*) id eſt vitioſa.

magnifica & cæleſtia. Nec nunc ego me his ſimilia aut dixiſſe, aut poſſe dicere puto, non ita inſanio: ſed hoc intelligi volo, laxandos eſſe eloquentiæ frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus refringendos. Atenim alia conditio oratorum, alia poetarum. quaſi verò M. Tullius minus audeat, quanquam hunc omitto, neque enim ambigi puto. Sed Demoſthenes ipſe ille norma oratoris, & regula, num ſe cohibet & comprimit cùm dicit illa notiſſima, ἄνθρωποι μιαροὶ, καὶ κόλακες, καὶ ἀλάστορες. *Et rurſus,* οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ. *Et ſtatim,* ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς, ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν. *Et alibi,* ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. *Iam quid*

Magnifica) an cæleſtia, admiranda. *Nec ego non ita inſanio*) nunc me aut dixiſſe ſimilia Homeri dictis, aut puto poſſe dicere. *Nunc*) cùm dixi, ſtridunt funes, turbatur arbor, gubernacula gemunt. Hoc ita habet antiqua lectio. *Gyro*) ſpatio. *Impetus*) feruorem, calorem. *Refringendos*) fuit in alia lectione reſtringendos. *Alia conditio oratorum*) M. Tullius de perfecto oratore poetis plurimum licentiæ tribuit, minus oratori: & Fabius inquit, Meminerimus non per omnia poetas eſſe oratori ſequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum: eſt enim genus oſtentationi comparatum, quod non falſa modò, ſed incredibilia ſectatur. quanquam vterque autor ſcribat in multis oratorem poetæ finitimum. *Minus*) Quàm poetæ, vt pro Cornelio. In qua cauſa fulgentibus armis prœliatus eſt: vt populo Romano admirationem ſuam non acclamatione tantùm ſed etiam plauſu confiteretur. Sublimitas profectò & magnificentia, & nitor, & autoritas expreſſit illum fragorem, nec tam inſolita laus eſſet proſecuta dicentem, ſi vſitata & cæteris ſimilis fuiſſet oratio: ipſe de perfecto oratore ſua ſcripta iudicans enumerat quæ fuerint elata, quæ preſſa, quæ media. nos vnum tantùm proferemus tantùm proferemus locum ex oratione Publii Seſtii magnificum, Quis enim clauum tanti imperii tenere, & gubernacula reipublicæ tractare in maximo curſu ac fluxibus poſſe arbitraretur, hominem emerſum ſubito ex diuturnis luſtrorum tenebris, ac ſtuprorum ganeis, lenociniis, adulteriiſque confectum. *Ambigi*) dubitari quin audeat paria poetis. *Norma oratorũ*) regula dicendi. Valerius, Marcus Curius exactiſſima norma Romanæ frugalitatis. Fabius etiam normam oratoris Demoſthenem vocat. cui ſi credimus, Ciceronem quantus eſt, fecit idem Demoſthenes, qui in ſententiarum ornamentis, & conformationibus verborum præſtat omnibus, idcirco à doctis oratorum princeps iudicatus. *Cohibet*) deprimit orationem ſuam, cum opus eſt efferueſcere. ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες, id eſt homines ſceleſti, & adulatores, & dæmones. Quantum in Græcis Secundo contulerimus, vel vna hac epiſtola cognoſci liberum vnicuique. Nam Demoſthenem & Æſchinis pleraque legimus, vt loca vnde eſſent excerpta, indicaremus, & integram ac veram lectionem reſtituc-

remus. Igitur in oratione περὶ στεφάνου id eſt de corona, inquit, ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας. id eſt, homines ſcelesti, & adulatores, & peſſimi dæmones depopulati ſuas ſinguli patrias *Et rurſus in eadem oratione*, οὐ λίθ &c) non enim lapidibus ſtruxi ciuitatem, neque lateribus ego. *Et ſtatim ibidem.* ταῦτα προὐβαλόμην &c) hæc propoſui ego ad tutelam Atticæ, quantum erat humana conſideratione poſſibile. Et alibi in quarta oratione contra Philippum. ἐγὼ δὲ οἶμαι &c.) Ego autem opinor quidem ô viri Athenienſes per deos illum ebrium eſſe magnitudine rerum geſtarum. hoc dictum Lucianus aſſerit furore quodam diuino refertum.

Audentius) magnificentius. νόσημα γὰρ) ægritudo enim. ex oratione περὶ παραπρεσβείας permittant ſeueri lectores referre primùm Græcè, deinde Latinè illum pulcherrimum Demoſthenis exceſſum, vt melius hic locus intelligatur.

audentius illo pulcherrimo ac longiſſimo exceſſu? νόσημα γάρ. Quid hæc? breuiora

νόσημα γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι δεινὸν ἐμπέπτωκεν εἰς τὴν ἑλλάδα, καὶ χαλεπὸν, καὶ πολλῆς τινος εὐτυχίας, καὶ τῆς παρ' ὑμῶν ἐπιμελείας δεόμενον. οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι γνωριμώτατοι καὶ προεστάναι τῶν κοινῶν ἀξιούμενοι, τὴν αὑτῶν προδιδόντες ἐλευθερίαν οἱ δυστυχεῖς, αὐθαίρετον αὑτοῖς ἐπάγονται δουλείαν· φιλίππου ξενίαν, καὶ ἑταιρίαν, καὶ φιλίαν, καὶ τοιαῦθ' ὑποκοριζόμενοι. οἱ δὲ λοιποὶ, καὶ τὰ κύρια ἄττα ποτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ τῶν πόλεων, οὓς ἔδει τούτους κολάζειν, καὶ παραχρῆμα ἀποκτιννύναι, τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ὥστε θαυμάζουσι καὶ ζηλοῦσι, καὶ βούλοιντ' ἂν αὐτῶν ἕκαστος τοιοῦτος εἶναι. καίτοι τοῦτο τὸ πρᾶγμα καὶ τὰ τοιαῦτα ζηλώματα, θετταλῶν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μέχρι μὲν ἐχθὲς καὶ πρῴην τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὸ κοινὸν ἀξίωμα ἀπολώλεκε· νυνὶ δ' ἤδη καὶ τὴν ἐλευθερίαν παραιρεῖται. τὰς γὰρ ἀκροπόλεις αὐτῶν ἐνίων μακεδόνες φρουροῦσιν· εἰς πελοπόννησον δ' εἰσελθὼν, ἐν ἤλιδι σφαγὰς πεποίηκε. καὶ τοσαύτης παρανοίας καὶ μανίας ἐνέπλησε τοὺς ταλαιπώρους ἐκείνους, ὥστ' ἵν' ἀλλήλων ἄρχωσι, καὶ φιλίππῳ χαρίζωνται, συγγενεῖς αὑτῶν καὶ πολίτας μιαιφονεῖν. καὶ οὐδ' ἐνταῦθ' ἕστηκεν, ἀλλ' εἰς ἀρκαδίαν εἰσελθὼν, πάντ' ἄνω καὶ κάτω ἐκεῖ πεποίηκε. καὶ νῦν ἀρκάδων πολλοὶ προσῆκον αὐτοῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ μέγιστον φρονεῖν ὁμοίως ὑμῖν· μόνοι γὰρ ἁπάντων αὐτόχθονες ὑμεῖς ἐστε, κἀκεῖνοι, φίλιππον θαυμάζουσι καὶ χαλκοῦν ἱστᾶσι καὶ στεφανοῦσι, καὶ τὸ τελευταῖον ἂν εἰς πελοπόννησον ἴῃ, δέχεσθαι ταῖς πόλεσιν αὐτὸν ἐψηφισμένοι. ταὐτὰ δὲ ταῦτ' ἀργεῖοι. ταῦτα νὴ τὴν δήμητρα, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται, ὡς βαδίζον γε κύκλῳ καὶ δεῦρ' εἰσελήλυθεν ἄνδρες ἀθηναῖοι νόσημα τοῦτο. valetudo enim ô viri Athenienſes grauis incidit in Græciam & aſpera, & multa aliqua proſpera fortuna, & à vobis diligentia indigens. nam in ciuitatibus optimates, & præeſſe rebus publicis electi, ſuam prodentes libertatem, infelices ſpontaneam ſibi inducunt ſeruitutem. Philippo hoſpitalitatem, & ſocietatem, & amicitiam, & talia blandè pollicentes. reliqui verò & principatus quicunque ſunt in vnaquaque ciuitatum, quos oportebat, hos punire, & ſtatim interficere, tantum diſtant ab hoc tale aliquid facere, vt admirentur & beent, & vellent vnuſquiſque talis eſſe. Atqui tale facinus, & huiuſmodi æmulationes Theſſalorum quidem ô viri Athenienſes, vſque quidem heri, & pridie principatum, & publicam dignitatem perdiderunt. nunc autem iam & libertatem deſtruxerunt nam arces eorum quorundam, Macedones cuſtodiunt. In Peloponneſum introiens, in Elide cædes fecit, & tanta tranſgreſſione & furore repleuit miſeros illos, vt modò inuicem dominentur, & Philippo gratificentur, cognatos ſuos, & ciues cruentè trucident. Et nequaquam ibi manſit: ſed in Arcadiam ingrediens, omnia ſuprà & infra quæ erant illic fecit. & nunc Arcadum multi, quos decebat pro libertate maximum ſentire pariter nobis (ſoli enim omnium indigenæ vos eſtis & illi) Philippum admirantur, & æneum ſtatuunt & coronant. & poſtremo vt poſſet in Peloponneſum ire ſuſcipere in ciuitatibus decreuerunt. Hæc quidem, hæc Argiui, hæc per Cererem, ſi opus eſt non nugari, cuitatione non parua indigent, quia vadens quidem in gyrum, & huc ingreſſa eſt ô viri Athenienſes ægritudo hæc.

ſuperioribus, ſed audacia paria, τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν. *ex eadem nota,* ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις, ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσε. *Simile his,* ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις γνώσει τριῶν δικαστηρίων. *Et ibidem,* σὺ τὸν εἰς ταῦτα ἔλεον προδέδωκας Ἀριστογεῖτον. μᾶλλον δὲ ἀνήρηκας ὅλως· μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἀπέκλεισας λιμένας, καὶ προσβολῶν ἐνέπλησας, πρὸς τούτους ὁρμίζου. *Et dixerat,* δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν, ἀσθενὴς μὲν γάρ ἐστι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν. *Et deinceps,* τούτῳ δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα. *Nec ſatis,* οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα οἰκοδομῆσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἵν' ἀνείργητε, καὶ κολάζητε, καὶ μηδεὶς ζηλοῖ, μηδ' ἐπιθυμοίη κακίας. *Adhuc,* εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος, καὶ μεταβολεύς. *Et mille talia, vt prætéream quæ ab AEſchine* θαύματα, *non* ῥήματα, *vocantur.*

Superioribus) illo exceſſu. *Audacia*) ſublimitate. τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν. οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα. ἀλλ' ἀναστὰς ἀντεῖπον, καὶ τὰ τῆς πόλεως δίκαια οὐχ ἐπρουδόμην. id eſt, tunc ego quidem Pythoni audaci, & longè ſtrepenti contra vos non ceſſi, neque refugi, ſed exurgens contradixi, & ciuitatis iura non prodidi, ſumpta ex oratione περὶ στεφάνου, quæ verba tanquã grandia Lucianus in laude Demoſthenis admiratur, & eadem ferè ſuperioribus paria. *Nota*) vulgata, non lege. *Ex eadem*) id eſt oratione. non enim in præcedentibus vllam nominauit orationem, nec ſequentia ſumpta ſunt ab oratione pro corona, ſed ex ſecunda olynthiaca. ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας &c.) quando autẽ ex auaritia & ſcelere aliquis, quemadmodũ hic, poteſt, prima cauſa & paruum erratum omnia intercidit & diſſoluit. ferè eadem dicuntur aduerſus Philippũ. *Simile his*) ἀπεσχοινισμένος ἅπασι) priuatus omnibus in ciuitate iuſtis cognitionibus trium iudiciorum. Sunt iſta in oratione contra Ariſtogitona. *Ibidem*) in eadẽ oratione, σὺ τὸν εἰς ταῦτα &c.) id eſt, tu ad hæc miſericordiã prodidiſti Ariſtogitõ, quinimmò conſumpſiſti penitus, ne ſanè contra quos clauſiſti portus, & ſcopulis impleuiſti, ad hos confuge. *Et dixerat*) in eadem oratione, δέδοικα μὴ &c.) vereor ne videamini quibuſdã ſemper eſſe malũ volentẽ exiſtere in ciuitate inſtruere. infirmus namque omnis eſt malus per ſe. *Deinceps* quæ ſequuntur in eadem oratione. τούτῳ δ' οὐδένα &c.) huic autem nullũ cerno locorum horum peruium exiſtentem: ſed omnia præcipitia, conualles, barathra. *Nec ſatis*) fuit dixiſſe hæc, niſi in eadem oratione ſubieciſſet, οὐδὲ γὰρ τοὺς &c.) neque enim maiores noſtros exiſtimo iudicia hæc nobis conſtruxiſſe, vt tales in ipſis germinarent, ſed contrà vt arcerentur, & puniretis, & nemo æmularetur, neque concupiſceret vitium. *Adhuc*) in eadem oratione. εἰ δὲ κάπηλός ἐστι &c.) ſi verò inſtitor eſt ſceleris, & maximus inſtitor & mercator. *Mille*) infinita apud eundem, θαύματα non ῥήματα, monſtra non verba. Æſchines contra Cteſiphontem & Demoſthenem, οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα, ἃ πῶς ποτε ὑμεῖς οἱ σιδήρεοι ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι, ὅτ' ἔφη παρελθών, ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, φορμορραφούμεθα, ἐπὶ τὰ στενά. τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι. ταῦτα δ' ἔστι τί ποτ' ὦ κίναδος; ῥήματα ἢ θαύματα, id eſt nũ meminiſti eius leuiũ & abſurdorũ verborũ, quæ fortè vos tanquam ferrea ſuſtinuiſtis audientes, quando dixit accedens, vinitant quidam ciuitatem, amputauerunt quidam palmites populi, ſuccisi ſunt nerui rerum,

propellimuc

propellimur in anguſta. quidam primùm tanquam acus perforant. Hæc igitur quid ſunt, ô malefica vulpes, verba an monſtra. M. Tullius de perfecto Oratore, In illa, inquit, pro Cteſiphonte oratione longè optima ſubmiſſius primùm, deinde dum de legibus diſputat, preſſius: pòſt ſenſim incedens iudices vt vidit ardentes, in reliquis exultauit audacius: attamen in hoc ipſo diligenter examinante verborum omnium pondera reprehendit Æſchines quædam & exagitat, illudénſque dira, odioſa, intolerabilia eſſe dicit. quinetiam quærit ab ipſo, eùm quidem eum belluam appellat, verum illa verba, an portenta ſint.

in contrariũ incidi, dicẽs hunc quoq; ob iſta culpari. Sed vide quãto maior ſit q̃ reprehẽditur, ipſo reprehendente: & maior ob hæc quoq;. in alijs enim vis, in his grãditas eius elucet. Num autem Aeſchines ipſe ijs, quæ in Demoſthene carpebat, abſtinuit? χρὴ γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον. ὅταν δ' ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ. *Alio loco,* ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι, πρὸς τῷ κλέμματι γράψας τὰ πέντε τάλαντα, τοὺς πρέσβεις ἀξιοῦν τοὺς Ὠρείτας μὴ ἡμῖν ἀλλὰ Καλλίᾳ διδόναι. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, ἀφελὼν τὸν πόμπον, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὴν ἀλαζονείαν ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἀνάγνωθι. *Iterũ alio,* καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περιΐστασθαι. *Quod adeò probauit, vt repetat,* ἀλλ' ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε. *An illa cuſtoditiue*

In contrarium incidi] mihi contradixi. Hæc verba magnifica. *Iſto*) Æſchine, in alia lectione eſt, húc quoque ob dicta culpari. *Hunc*] Demoſthenem. *Iſta*] verba grandia, quæ Æſchines monſtra appellabat. *Maior*] grandior dicendi genere Demoſthenes, in quo verborum & rerum vis ducet. *Ipſo reprehendente*] Æſchine. is enim minus ſtrictus, in quo plus carnis, minus lacertorum. *Ob hæc*] ob grandia & excelſa, quæ ab Æſchine reprehenduntur. *Alijs*] ſcriptis. *Vis*] impetus animi, motus, acrimonia. *His*] prædictis & ſimilibus. *Elucet*] eminet eum lumine. *His*) elatis & grandibus. *Carpebat*] tanquam immodica notabat: nam ad priora in Demoſthene multa alia damnauit, vt illa. ὅτι οὗτός ἐστιν ὦ ἀθηναῖοι ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχος, καὶ Δορίσκον, καὶ Ἐργίσκην, καὶ Μυρίσκην, καὶ Γάνος, καὶ Γανιάδα, χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδειμεν πρότερον. hic eſt, ô Athenienſes, primus excogitans Sergium murum, & Doriſcum, & Ergiſcam, & Myriſcam, & Ganum, & Ganida loca, quorum nomina ne quidem nouerat prius. *Abſtinuit*] ſunt iſta in oratione Æſchinis contra Cteſiphontem, quæ Secundus tanquam elata proponit. χρὴ γὰρ, &c.] oportet enim ô viri Athenienſes, idem dicere oratorem & legem: cùm verò aliam quidem vocem emittit lex, aliam verò orator legis iuri opus eſt dare ſuffragium, non dicentis impudentiæ. *Alio loco*] in eadem oratione, ſed non ſtatim, ἔπειτα ἀναφαίνεται &c.) deinde declaratum eſt de omnibus in decreto ad furtum ſcribens quinque talenta, legatos ſentiens Oretas non nobis ſed Galliæ dare. quod autem vera dico auferens pompam, & triremes, & arrogantiam ex decreto lege. *Iterũ alio*] loco. in eadem oratione, καὶ μὴ ἐᾶτε &c.] non ſinatis ipſum circa iniquitatis ſermones circumſiſtere. *Quod*] dicendi genus. *Vt repetat*] eadem verba, ἀλλ' ἐγκαθήμενοι &c.] ſed permanentes

& confidentes in concione repellite eum ab iniquis orationibus, & mutationes eius verborum obſeruate, in quibus ſanè illud fuit, εἰς τοὺς τῶν παρεγνόμων λόγους. ꝙ iam dixerat. *Illa*] quæ in eadem ſunt oratione. *Commodius*) concinnius, aptius: magis probo, cuſtoditius, id eſt, prudentius quàm iam illa commodius.

preſsiúſque? σὺ δὲ ἐλληποιεῖς, καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῆς αὐθημέρων λόγων, ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως. Altius illa, οὐκ ἀποπέμψεσθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τὴν ἑλλήνων συμφοράν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσεσθε, & alia. Expecto quadam ex hac epiſtola, vt gubernacula gemũt, & dijs maris proximus, iiſdẽ notis, quibus ea de quib⁹ ſcribo, cõfodias. Intelligo enim me dum veniã prioribus peto, in illa ipſa qua annotaueras, incidiſſe. Sed confodias licet, dũmodò iã nunc deſtines diẽ, quo & de illis & de his corã exigere poſsimus. Aut enim tu me timidum, aut ego te temerarium faciam. Vale.

Preſsius) id eſt, mediocrius. σὺ δ᾽ ἐλληποιεῖς &c.) Tu verò vulnerarius, & magis tibi cura eſt quotidianarum orationum quàm ſaluris ciuitatis. οὐκ ἀποπέμψεσθε &c.) num reiicitis hominem tanquam communem Græcorum calamitatem, aut compræhendentes tanquam latronem reum ſub prætextu pro rep. nauigantem punietis & alia quæ ibidem explicantur, qualia ſunt ἀπολιπὼν δὲ Κάλλιας καὶ πλείονας τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου, παρ᾽ ὃν ᾤκει, εἰς μέσον πίπτει τῆς τε Θηβαίων ἔχθρας καὶ τῆς Φιλίππου, deſerens autem & illos & pluribus circumactus motibus Euripi, apud quẽ habitat in mediũ decidit Thebanorum inimicitiæ & Philippi. *Iiſdem notis*] quibus priora. tanquã nimium turgida. *Confodias*] taxes, al' uſt ad morem antiquum quo veru improbata ſcripta notabantur, & aſteriſco quæ indigebant lumine. *In illa ipſa*) grandia. *Illis*) quæ non ſunt in hac epiſtola, ſed fuerant in aliis Secũdi ſcriptis. *Tumidum*] immodicũ, enormẽ. melius tamẽ ẽ vt legamus timidũ. i. depreſſum non elatum. nã deterrebis me ab hac audacia extollendæ orationis. *Faciam*) probabo. *Temerarium*) temerè mea ſcripta reprehendiſſe.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

QVanta poteſtas, quanta dignitas, quanta maieſtas; quantum deniq; numen ſit hiſtoria, cùm frequenter alias, tum proximè ſenſi. Recitauerat quidã veriſſimũ librũ, partémq; eius in alium diẽ reſeruauerat: ecce amici cuiuſdã orantes obſecrantéſq; ne reliqua recitaret. Tãtus audiẽdi ꝙ fecerint

QVanta) Hi ſtoriis reuerentiam haberi exemplo monſtrat. nam quum liber recitaretur de ſceleribus cuiuſdam, obſecrarunt eius amici vt reliqua pars à recitatione ſupprimeretur. Sextilius Lateranus, ad quem nunc ſcribit Secundus, conſulatum geſſit cum Vero Antonino, autor Capitolinus. alij tamen non Laterano ſed Paterno. de quo in præcedentibus, ſcriptam epiſtolam credunt. *Quanta poteſtas*] neſcire enim quid antea quàm natus ſis fuerit, referente M. Tul. eſt ſemper puerum eſſe. hoc illud eſt præcipua in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum omnis te

exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri. vnde tibi tuæque reip. quod imitere capias vnde fœdum incepto & exitu fœdum vites. nam pulchrú eſt aliorum erratis in melius inſtituere vitam noſtram, & non quid alij egerint quærere, ſed quod optimè actum ſit, nobis proponere ad imitandum: ſeniorum conſilia, quos longa ætas prudentiores fecit, laudantur à iunioribus. at hos antecellit hiſtoria, quanto plura exempla rerum complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas, & quæ latius apud Diodorum in commendationem hiſtoriæ traduntur. *Maieſtas*) honor, amplitudo, quæ maioribus inſunt etiam ſine magiſtratu. *Numen dei*) nutus, poteſtáſque. *Eiuſdem recitantis*) nam hi amici in libro illo notabantur. Legitur etiam cuiuſdam ſ. viri, cuius ſcelera in ea hiſtoria narrabantur.

pudor, quibus nullus faciendi quæ audire erubeſcunt. Et ille quidem præſtitit quod rogabatur: ſinebat fides. liber tamen, vt factum ipſum manet, manebitq́ue, legetúrque ſemper tanto magis, quia non ſtatim. Incitantur enim homines ad cognoſcenda quæ differuntur. Vale.

Pudor] ineſt hominibus, id eſt, erubeſcunt homines audire, quæ non vererentur facere. *Ille*] autor hiſtoriæ. *Quod rogabatur*] ne reliquum recitaret. *Sinebat fides*] hoc iure conceſſit, fide amicorum id exigentium. *Factum*] res notabilis. *Manet*] ſcitur. *Tanto magis*) quia ſuppreſſa eſt reliqua pars à recitatione, nam vetita auidius conquiruntur. *Sed non ſtatim*] quia continere intendebat illum ſcriptor apud ſe per aliquod tempus. *Differuntur*) longius protrahuntur.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

POſt lõgum tempus, epiſtolas tuas ſed tres pariter recepi, omnes elegantiſſimas, amãtiſſimas, & quales à te venire præſertim deſideratas oportebat: quarum vna iniungis mihi iucundiſſimum miniſterium, vt ad Plotinam,

POſt] Tribus epiſtolis, quas à Virginio Romano pariter acceperat, reſpondet, ſed negat alias luculenter ſcriptas ſibi relatas, rogátque vt primùm mittat. *Deſideratas*] à me expectatas. *Plotinam*] Traiani vxorem, quæ cùm primùm ad Palatium acceſſit, è gradibus ad populum conuerſa, Talis inquit, huc ingredior, qualis exire volo & per omnem principatum ſic ſe geſſit, vt omni culpa careret. Traiano defuncto, Adrianus creatus eſt princeps: quanquam Traianus conſobrinæ ſuæ filium viuens voluiſſet adoptare, ſed operam dante Plotina, quam Adrianus excellentiſſimè coluit, & ornauit: per nouem enim funeris dies atratus inceſſit, & in honorem eius templum erexit, & Baſilicam apud Namauſum opere admirabili, ac hymnos in eam fecit. Hæc ſumpta ex Dione, Spartiano, Eutropio, præterea in memoriis Brixianorum legimus ſacerdotes diuæ Plotinæ conſtitutos fuiſſe. Fuit & alia Plotina vxor Aulici Cæſariani raræ fidei, atque ſingularis pudicitiæ fœmina: quæ maritum exulem ſecuta eſt, & reditum precibus impetrauit.

ſanctiſſimam fœminam, literæ tuæ perferantur: perferentur: eadem commendas Popilium Artemiſium, ſtatim præſtiti quòd petebat. Indicas etiam modicàs te vindemias colle-giſſe, communis hæc mihi tecum, quanquam in diuerſiſſima parte terrarum, querela eſt. Altera epiſtola nuncias multa te nunc dictare, nunc ſcribere, quibus nos tibi repræſentes. Gratias ago, agerem magis, ſi me illa ipſa, quæ ſcribis, aut dictas, legere voluiſſes. & erat æquum vt te mea, ita me tua ſcripta cognoſcere, etiamſi ad alium quàm ad me pertinerent. Polliceris in fine, quum certius de vita noſtra ordinatione aliquid audieris, futurum te fugitiuum rei familiaris, ſtatímque ad nos euolaturum, qui iam tibi compedes nectimus, quas perfringere nullo modo poſſis. Tertia epiſtola continebat, eſſe tibi redditam orationem pro Clario, eámque viſam vberiorem quàm dicente me, audiente te fuerit. Eſt vberior multa enim poſtea inſerui. Adijcis, alias te literas curioſiùs ſcriptas miſiſſe: an acceperim quæris: non accepi, & accipere geſtio. Proinde primaquaq; occaſione mitte, appoſitis quidem vſuris, quas ego (non parcius poſſum) centeſimas computabo. Vale.

Sanctiſſimam] in Panegyrico, vbi de moribus illius plura differit, Tibi, inquit, vxor in decus & gloriam cedit. Quid enim illa ſanctius? quid antiquius? nonne ſi Pontifici Max. Max. deligenda ſit coniux, aut hanc, aut ſimilem (vbi eſt autem ſimilis) elegerit? *Perferentur*] reddam illi. *Artemiſium*) inſuper. Artemiſium ciuitas Oenotriorum in mediterraneo. Philiſtus, referente Stephano, eandem Arthemitum vocat. eſt etiam Euboiæ ciuitas. *Pupillum*] antiqui pupum dicebant, vnde pupillus deducitur. is eſt ſecundum Pomponium, qui impubes deſiit eſſe in patris poteſtate, vel morte, vel emancipatione. Legitur etiam Pompilium Artemiſium. *Communis mihi*] nam & ipſe in Tuſcis graciles colligo paulo enim ante dixerat, ipſe vindemias graciles quidem, vberiores tamen quàm expectaueram colligo. *Dictare*] dicere quæ alius excipiat. *Repræſentes*] laudes, immortalem facias. libro enim vj. teſtatur Romanum modum exceſſiſſe nimia benignitate laudando ſuum nomen. ſi legeris, nos tibi repræſentes. interpretaberis de me ſcribendo maximè verum eſſe videar. *Vt te*) vt eſt æquum te cognoſcere mea ſcripta. *Ad alium*) in laudem alterius. *Fugitiuum rei familiaris*) fugere à rebus tuis familiaribus, & relinquere curam domeſticam. Fugitiuus propriè eſt, qui extra domini domum fugæ cauſa, quo ſe à domino celaret, manſit. Hęc Ofilius Vlpiano memorante. Item relatum eſt apud Iulianum, fugitiuum ferè ab affectu animi intelligendum eſſe, non vtique à fuga. *Compedes*) vincula, obligationem veniendi. compedes ab impedimento dictas autumat Marcellus. *Clario*) alibi non meminit huius orationis, neque etiam huius nominis, ſicut neque Clarij, quod in quibuſdam exemplaribus ſcriptum reperi. *Inſerui*] addidi. Hinc apparet non eadem publicari quæ dicantur. *Geſtio*) motu corporis deſiderium oſtendendo. *Appoſitis quidem vſuris*) addendo illis alijs epiſtolis, quas non recepi alias epiſtolas pro vſuris. *Non poſſum parcius*) non poſſum à te petere ad præſens minores vſuras: vt beſſes, ſemiſſes, quincunces, trientes, quæ ſanè erant minores centeſima vſura. *Centeſimas computabo*] pro maxima vſurarum. perſtitit in proprietate ver-

bi, dicendo computabo, quoniam de vſuris agit. Centeſimas autem vſuras antiqui maximas & legitimas dixerunt: dicta ideò crnteſima quòd ſingulo menſe centeſimum nummum redderent, & ſingulo anno duodenos. Cicero libro quinto ad Atticum poſt frequentem mentionem viceſimarum: Nam aut inquit, bono nomine contenius erat, aut non bono quaternas centeſimas ſprrabat. & mox, præſertim cùm Senatuſconſultum modò factum ſit, vtputo poſtquam tu es profectus in creditorum cauſa, vt centrſimæ perpetuo fœnore ducerentur. vnde idem Cicero Verri obiecit, quòd præter legem duabus centeſimis fœneratus eſſet. Iuriſconſulti ſæpius huius centeſimæ meminere, ſed in primis Paulus tanquam oſtendere vellet quid eſſet. L. lecta. digeſtis ſi cert. petatur, inquit, Tunc eo amplius quo poſt ſolutam pœnæ nomine in dirs triginta, inque drnarios centenos denarios ſingulos ſtipulatus eſt, quoniam ſingulis menſibus vſuræ ſoluerentur. Sed non ſolùm dicebant antiqui centeſimas vſuras, verùm & centeſimum quæſtum Nam Plinius libro xviij. cap. quinto, Rogatus, ſcribit, Cato quis eſſet centeſimus quæſtus: Reſpondit, Si benè paſcas: tanquam ex prato vel paſcuo maximus fructus colligatur, quod impendio minimo conſtet. Huius centeſimæ eùm prius admoniti eſſemus ex ſcriptis viri doctiſſimi, poſtea Bartholomæus Raimũdus, qui Pãdectas in veterẽ lectionẽ reſtituit, & in eas nouis annotationes parat, nos in maiorem eius cognitionẽ induxit.

C. PLINIVS RVSTICO SVO S.

VT ſatius eſt, vnum aliquid inſigniter facere, quàm plurima mediocrite: ita plurima mediocriter, ſi non poſſis vnum aliquid inſigniter. quod intuens ego, varijs me ſtudiorum generibus, nulli ſatis confiſus experior. Proinde quum hoc vel illud legis, ita ſingulis veniã, vt non ſingulis dabis. An cæteris artibus excuſatio in numero, literis durior lex, in quibus difficilior effectus eſt? quid autẽ ego de venia quaſi ingratus? nam ſi ea facilitate hac proxima acceperis, qua priora, laus potius ſperanda quàm venia obſecranda eſt: mihi tamen venia ſufficit. Vale.

V*T ſatius*] Excuſat ſua ſcripta quòd non ſint exactiſſima, tamen quia ſunt plura & diuerſi generis, toleranda. ¶ *Ruſticus*) filius Antiſtij Ruſtici. Mar. meminit periiſſe in Cappadocia. *Vnum*) opus. *Inſigniter*] egregiè, excellenter, admirandè. *Plura mediocriter*] ſatius eſt facere. *Non poſſis*] facere. *Varijs generibus*] nam ſcripſit tragœdiam, hendecaſyllabos, elegos, hexametros, epiſtolas, orationes. *Hoc*) vnum aliquod mrum. *Ita ſingulis*] ita dabis veniam ſingulis grneribus meorum ſcriptorum. *Non tanquam ſingulis*) ſunt enim plura, & ideo maiori venia digna, ſi vnumquodque non ſit perfectiſſimum. *An excuſatio eſt cæteris artibus in numero*] an excuſabimus cæteros opifices, ſi non ſint exactiſſimi circa vnumquodque artificium, quia intenti pluribus artibus non poſſint omnia perfectè complecti. *In numero*) in multarum artium profeſſione. *Literis*) doctis ſcriptoribus. *Lex*] conditio. *Durior*] ſeurrior. vt non reſpiciamus quot genera tractauerint, ſed tantùm vnumquodque per ſe examinemus. *Effectus*] profectio. *Difficilior*] certè difficilior cæterarum .n. artium inuenti ſunt artifices perfectiſſimi ad ſummum magiſterij ſui culmen peruenientes: literarum verò neminem adhuc nouimus, cui aliquid non defuerit. *De V.*) tecum diſputo. *Facilitate*) benignitate, commendatione. *Priora*] mea ſcripta accepiſti. *Ven. ſuf.*] ſatis eſt mea excuſari.

C. Plinius Geminio Svo S.

Laudas mihi, & frequenter præſens, & nunc per epiſtolas Noniũ tuum, quòd ſit liberalis in quoſdam: & ipſe laudo, ſi tamen non in nos ſolos. Volo enim eum qui ſit verè liberalis tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis, ſed amicis dico pauperibus : non vt iſti qui iis potiſſimum donant qui donare maximè poſſunt. Hos ego viſcatis hamatiſq; muneribus, non ſua promere puto, ſed aliena corripere. Sũt ingenio ſimili, qui quod huic donant, auferunt illi, famamq; liberalitatis auaritia petunt. Primum eſt autem ſuo eſſe cõtentum : deinde quos præcipuè ſcias indigere, ſuſtentantem fouentémque, orbe quodam ſocietatis ambire. Quæ cuncta ſi facit iſte, vſquequaq; laudandus eſt: ſi vnum aliquod, minus quidem, laudandus tamen. Tam rarum eſt etiam imperfectæ liberalitatis exemplar: ea inuaſit homines habendi cupido, vt poſſideri magis quàm poſſidere videantur.

Laudas] Exprimit Geminio laudanti Nonium tanquam munificum, quid ſit liberalitas, quæ ſanè eſt, indigentibus donare, non falſa liberalitatis ſimulatione diuites captare. *Nonium*] liberalem legi in monimentis Brixianorum. *Propinquis*] cognatis. *Affinibus*] affines ſecundum Modeſtinum ſunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes quę diuerſæ inter ſe ſunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. *Potiſſimùm*] in primis, vt ſ munuſculis maxima conſequantur à diuitibus. *Hos ego*] ordo eſt. Ego puto hos non promere ſua, ſed viſcatis hamatiſq; muneribus corripere aliena, id eſt, non eſſe de ſuo liberales, ſed tãquã aucupes ſubdolis muneribus diuites. *Illaqueare*] appoſitè in hunc ſenſum dixerat Martialis, Munera quòd ſenibus viduiſq; ingẽtia mittis, Vis te munificum Gargiliane vocem. Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno. Qui potes inſidias dona vocare tuis. Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus. Callida ſic ſtultas decipit eſca feras Quid ſit largiri, qd ſit donare docebo, Si neſcis, dona Gargiliane mihi *Simili*] prędictis, i. malo. *Huic*] alicui. *Auaritia*] immò rapina. *Petunt*] quærunt. *Primum*] præcipuum in homine, abſtinere alienis rebus. *Orbe*] perfectione. *Societatis*) amicitiæ, & humanæ ſocietatis. *Iſte*] tuus amicus Nonius. *Vſquequaq;*] ſemper. *Si vnũ aliq*] facit ex prædictis *Min qu.*] laudãdus eſt. *Tã rarũ*] tam pauci inueniuntur qui ſint etiam imperfectè liberales, exclamatio aduers' ſua tẽpora. *Poſſid*] à diuitiis regi & detineri.

C. Plinius Sardo Svo S.

Poſtquã à te receſſi, non minus tecũ quàm quum apud te fui Legi enim librum tuũ, identidẽ repetẽs eam aximè (non enim mentiar) q̃

Poſtquam] Sardi librum commendat & gratias agit quòd ab eo laudatus ſit. *Identidem*) frequenter.

de me ſcripſiſti,in quibus quidem percopioſus fuiſti: quàm multa,quàm varia,quàm non eadem de eodem, nec tamen diuerſa, dixiſti? Laudem pariter & gratias agam? neutrum ſatis poſſum: etſi poſſem, timerem ne arrogans eſſet, ob ea laudare, ob quæ gratias agerem. Vnum illud addam,omnia mihi tanto laudabiliora viſa,quanto iucundiora: tanto iucundiora,quanto laudabiliora erant. Vale.

De me) In laudem meam. *Quam non eadem de eodem*] Quęrit aliquis, quomodo fieri potuerit,vt non eadem, nec tamen diuerſa de eadem re dixerit. multa ſunt paria & ſimilia, quæ tamen non ſunt eadem. inde oſtenditur ſcriptoris ingenium copioſum, qui de vna & eadem re pluriſariam, nec tamen extra rem diſſeruiſſet. *Ob quæ gratias agerem*) Quod me laudaſſes. *Iucundiora*) Propter laudes meas.

C. PLINIVS TITIANO SVO S.

QVid agis? quid acturus es? ipſe vitam iucundiſſimam, id eſt ociosiſſimam viuo. Quo fit vt ſcribere longiores epiſtolas nolim, velim legere: illud tanquam delicatus,hoc tanquã ocioſus. Nihil eſt enim aut pigrius delicatis,aut curioſius otioſis. Vale.

QVid agis] Interrogat Titianũ quid ageret, ſe verò ſcribit in ocio nolle longiores epiſtolas componere. *Illud*) Nolle ſcribere longiores epiſtolas. *Hoc*] Legere longiſſimas.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

INcidi in materiam veram,ſed ſimillimam fictæ, dignámque iſto lætiſſimo,altiſſimo,planéque poetico ingenio. Incidi autem dum ſuper cœnam varia miracula hinc inde referuntur. Magna autoris fides,tametſi quid poeta cum fide? is tamen autor, cui bene vel hiſtoriam ſcripturus credidiſſes. Eſt in Africa

INcidi) Mira de Hipponẽſi delphino narrat, qui tantũ puero aſſueuerat, vt natantem ſubiret, & inſpectantibus multis per mare ferret, ac in terram reduceret. monet igitur Caninium municipem ſuum,vt velit hanc materiã metro excolere. *Fictæ*) Falſę. [*Scholaſtico*,ocioſo] *Iſto*) Tuo lętiſſimo,fertiliſſimo. *Maximo*] Copioſiſſimo. *Altiſſimo*) Magni ſpiritus. *Poetico*) Diuino,naro ad carmẽ. Nam poetę naſcimur,oratores ſim⁹,nihilq; bene fit inuita Minerua ac Muſis, & mediocres poetas nemo nouit oportet igitur futurũ vatem naſci altiſſimo ac penè diuino ingenio. hic Caninius bellum Dacicum, quo Traianus Dacos vicit, ſcribere exorſus erat. *Super cœnam*] Inter cœnandum. *Autoris*] Narrantis hoc. *Quid poeta cum fide?*] Quid opus eſt poetæ vera ſcribere. *Is*) Eſt tali fide. *Scripturus*] Si ſcribere pares.

Hipponenſis Colonia, mari proxima, adiacet ei nauigabile ſtagnum, ex quo in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna prout æſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno. Omnis hîc ætas piſcandi, nauigandi, atque etiam natandi ſtudio tenetur: maximè puerorum, quos ocium ludúſque ſolicitant. his gloria & virtus, altiſſimè prouehi: victor ille, qui longiſſimè vt littus, ita ſimul nantes reliquit. Hoc certamine puer quidam audentior cæteris in vlteriora tendebat, Delphinus occurrit, & nunc præcedere puerum, nunc ſequi, nunc circuire, poſtremò ſubire, deponere, iterum ſubire, trepidantémque perferre, primùm in altum, mox flectit ad littus, redditque terræ, & æqualibus. Serpit per Coloniam fama: concurrere omnes, ipſum puerum tanquam miraculum aſpicere, interrogare, audire, narrare. Poſtero die

Hipponenſis Colonia) Stephanus ex autoritate Polybij, Hippon, inquit, ciuitas Libyæ. Strabo, Duo Hippones, alter Vticæ proximus, alter remotior, & freto propinquus. Plinius, Africę tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurij, in altum procurrētia duos efficiunt ſinus, Hipponenſem proximum ab oppido, quod Hipponem dilutum vocant: diarrhytum Gręci propter aquarum irrigua. Pomponius, In ea quæ propriè nomen Africę vſurpat, eſt Hippo regius. tria promontoria vaſtè proiecta in altum, duos grandes ſinus efficiunt. Hipponenſem vocant proximum ab Hippone diarrhyto, quod littori eius appoſitum eſt. Solinus Boron promōtorium tradit Hipponem regium poſtea dictum. Item Hipponem alterum de interfluente freto diarrhytum appellatum. Ptolemęus in Africę minoris ſitu, Hippi promontoriũ, Hipponem regium: item Hipponem vel equorum citationem refert. Ex quibus colligitur alterum dictum regium, alterum diarrhytum. vnde Statius in Syluis de priore inquit, Et vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. quanquam Strabo vtroſque regios dixerit, hic procul dubio diarrhytum intelligit Romanorum Coloniam *Ex hoc*) ſtagno. Legitur etiam, & hoc ſ. ſtagnum eſt ęſtuarium. *Aeſtuarium*] ab æſtu maris dictum æſtuarium. eſt enim locus marinis aquis refertus, ex inundationibus freti, per quas mediterranea ſæpe in modum fluminis replentur, & vt vtar Strabone ipſo in tertio dicente, æſtuaria dicuntur refertæ marinis aquis conualles ex inundationibus pelagi, per quas mediterranea inſtar fluuiorum nauigantes aſcendunt. ad vicina præſertim oppida, hanc nauigationem æſtuaria aliqui vocant. Vitruuius de marinis aquis, non ſolùm æſtuaria, ſed etiam de putealibus dici poſſe monſtrauit. Sin aut[illegible]m eriperetur lumen vi vaporis, tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra defodiantur æſtuaria, ita quemadmodum per nares ſpiritus ex æſtu diſſipabuntur. *Emergit*) exoritur à mari. *Aeſtus*) maris motus. elementum pelagi tertia pars mundi eſt, ſi Vegetio credimus, quæ præter ventorum flatum ſuo quoque ſpiramine motúque vegetatur. nam certis horis, diebus pariter ac noctibus æſtu quodam quod reuma vocant, vltrò citróque percurrit, & more currentium fluminum nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinem ſuam. *Repreſſit*) retrò ceſſit, in mare rediit. *Impulit*) vndam in æſtuarium. *Omnis ætas*] pueri, iuuenes, ſenes. *Tenetur*) occupatur. *Solicitat*] delectat ætas enim puerilis luſibus pronior. *Altiſſimè*) longiſſimè in altum. *Prouehi*) natando progredi. *Victor*) in certamine natandi. *Vt reliquit littus*] ſicut procurrit longius à littore. *Reliquit*] excedit, anteit. *Vlteriora*] maris interiora, an ad alteram æſtuarii ripam. *Occurrit*] ei obuius fit.

Præcedere)

Præcedere) præcedebat. infinita pro indicatiuis. *Subire*) puerum dorſo excipere. *Trepidantem*)timentem nouitate rei. *Æqualibus*)ſociis. *Serpit*)diuulgatur. *Coloniam*)Hipponem. *Narrare*,narrabant aliis quæ audiuerant.

obſident littus, proſpectant mare: & ſiquid eſt mari ſimile: natant pueri, inter hos ille, ſed cautius. Delphinus rurſus ad tempus, rurſus ad puerum venit. Fugit ille cum cæteris. Delphinus quaſi inuitet, reuocet, exilit, mergitur, varióſque orbes implicitat, expeditque. Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari ſubiret timendi pudor, accedunt, & alludunt, & appellant, tangunt etiam, pertrectántque præbentem. Creſcit audacia experimento. Maximè puer qui primus expertus eſt, adnatat, natanti inſilit tergo: fertur, refertúrque: agnoſci ſe, amari putat, amat ipſe: neuter timet, neuter timetur. Huius fiducia, manſuetudo illius augetur: necnon alij pueri dextra, læuáque ſimul eunt hortantes, monentéſque. Ibat vnà (id quoque mirum) Delphinus alius tantùm ſpectator & comes. Nihil enim ſimile, aut faciebat, aut patiebatur: ſed alterum illum ducebat, reducebat, vt puerum cæteri pueri, incredibile, tam verum tamen quàm priora, Delphinum geſtatorem, colluſorémque puerorum in terram quoque extrahi ſolitum, areníſque ſiccatum vbi incaluiſſet, in mare reuolui. Cõſtat

Obſident) occupant ſpectatores. *Mari ſimile*)ſtagnum illud æſtuariũ. [*Venit*) In aliquibus codicibus non habetur, ſub intelligitur tamen.] *Ille*)puer qui pridie vectus erat à Delphino. [*Ille*)puer. *Cæteris*)pueris. *Exilit*) in altum ſalit ab æſtuario, vt videretur. Ocyor, inquit Pli. auunculus, Delphinus volucre, ocyor telo. tanta vi exilit, vt plerunque vela nauium tranſuolet. *Inuitet*) puerum ad ſe venire. *Expedit*)abſoluit. *Hoc*)factum eſt. *Innutritos mari*) aſſuetos natare in mari. *Subiret timendi pudor*) puderet timuiſſe natare. *Appellant*) Simonem vocant Delphinum. nam hanc appellationem mitè agnoſcit, quòd roſtrum ſimum habet, hominem non paueſcit vt alienum, obuiam nauigiis venit, alludit exultans, certat etiam. Quidam codices non habent præbentem ſcilicet ſe tractandum, ſed præeuntem. *Adnatanti tergo*) Delphino. Alij legunt, adnatat, natanti inſilit tergo. *Amari*)à Delphino Ariſto. ix. dè animalibus plura ſcribit de Delphinis. Narrátur indicia morũ placidorum ac mitiũ, amoréſq; in pueros & affectus libidinis. & Plin. teſtatur puerum à Delphino temporibus Auguſti per Lucrinum lacum inuectum. Duris autor, tradente Athenæo, in Iaſo Delphinum dilexiſſe puerum nomine Dionyſium, qui cum aliis ex palæſtra ad mare procedens natabat, Delphinus ex pelago occurrens dorſo ſuſceptum in altum ferebat, deinde continenti reſtituebat. Pauſanias lib. i. memorat, Melicertam cadentẽ in mare ſuſceptũ à Delphino, & vectũ vſque ad Corinthiũ Iſthmũ. *Amat ipſe*)puer amat Delphinũ. *Neuter*)nec puer nec Delphinus. *Huius*)pueri. *Illius*) Delphini *Manſuetudo*) eſt.n. ſecũdũ Athen. animal humaniſſimum quod referre gratias nouit nam Cœranus Mileſius Delphinũ à piſcatoribus captũ iá interficiẽdũ precio redẽptũ mari reddidit, poſtea naui in qua Cœranus erat, ſubmerſa, & omnibus necatis, ab eodẽ Delphino cõſeruatur, deinde illo in patria Mileto mortuo, ac in littus elato, agmẽ Delphinorũ apparuit non procul, tãq̃ funeri præſens & opẽ laturũ. *Nihil ſimile*)nõ colludebat, non geſtabat, nõ patiebatur tangi. *Vt cæteri pueri*)ducebant, & reducebant puerũ dilectũ à Del-

phino. *Incredibile*)eſt quod dicturus ſum ſed ita verum eſt quàm ſunt priora, quæ veriſſima ſunt. Non eſt mirum ſi dixit in credibile Delphinum extrahi ſolitum: mari, & arenis ſiccatum reuolui in mare, quia auunculus eius tradit ſtatim tellure tacta Delphinum, ſi quando in terram erumpit, mori.

Octauium Auitum)quẽ ferunt furta Maroni. voluminibus annotaſſe. Plinius ſenior, & Solinus in ſuis collectaneis eum ſecutus, totum hoc Delphini mirum breuius retulere. Alius, inquiunt, inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti ſimili modo ex hominum manibus veſcens, præbéńſque ſe tractandum, & alludens natantibus, impoſitóſque portans, vnguento perunctus à Flauiano Proconſule Africæ & ſopitus, vt apparuit odoris nouitate, fluctuánſque ſimilis exanimi, caruit hominum cõuerſatione, [vt] iniuria fugatus per aliquot menſes. mox reuerſus in eodem miraculo fuit. Plura iidem, & Gellius Apionem grammaticum ſecutus protulerunt exempla de amoribus Delphinorum.

Octauium Auitum, legatum Proconſulis, in littus educto religione praua ſuperfudiſſe vnguentum: cuius illum nouitatem, odorémque in altum refugiſſe: nec niſi poſt multos dies viſum languidum & mœſtum, mox redditis viribus, priorem laſciuiam, & ſolita miniſteria repetiſſe. Confluebant ad ſpectaculum omnes magiſtratus, quorum aduentu & mora, modica Reſp. nouis ſumptibus atterebatur. Poſtremò locus ipſe quietem ſuam ſecretúmque perdebat. Placuit occultè interfici, ad quod coibatur. Hac tu qua miſeratione, qua copia deflebis, ornabis, attolles? quanquam non eſt opus affingas aliquid, aut adſtruas, ſufficit ne ea, quæ ſunt vera, minuantur. Vale.

Proconſulis)Flauiani, cuius imperio Delphinum vnguento conſperſit. *Educto*) Delphino tacto in ſiccum. *Religione praua*) ſuperſtitione ductum. [*Illum*] Delphinum. *Nouitatem*)inſolentiam. *Dies*)mẽſes dixit auunculus. *Miniſteria*)colludendi, & deferendi puerum. *Magiſtratus*)præfecti Africæ omnes conueniebant Hipponem tanti ſpectaculi viſendi gratia. *Reſp.*) Hipponenſis. *Immodicis*)maximis. nam ſumptus de publico faciebant magiſtratibus confluentibus. Hinc Plin. ſenior enarrato miraculo ſcribit. Iniuriæ poteſtatum inhoſpitales ad viſendum venientium Hiponenſes in necem eius compulerunt. Et Cice lib. iij. ad Appium, Apameæ cùm eſſem, multarum ciuitatum principes ad me detulerunt ſumptus decerni nimis magnificos, cùm ſoluendo ciuitates non eſſent. An magis placet legere modica Reſp. modicis & mediocribus facultatibus colonia Hipponenſis *Locus ipſe*)Hippon prius infrequens. *Perdebat quietem*) erat inquietus conuentu tot poteſtatum. *Quod*)animal. *Miſeratione*)quod immerito tanta Delphini humanitas ſublata ſit. *Attolles*)Augebis, amplificabis. *Affingas*] Ficti aliquid addas.

C. PLINIVS TRANQVILLO SVO S.

EXplica)Conſulit Tranquil. an experiatur Encolpum libertum ſuum in recitatione verſuum ſuorum, cùm ipſe ſibi diffidat. *Explica*-

EXplica æſtum meum. Audio me malè legere duntaxat verſus. orationes enim commodius, ſed tanto minus verſus. Cogito ergo recitaturus familiaribus amicis, experiri

aſtum)exime ſcrupulum, dubitanti conſule. *Audio*]intelligo. *Legere*)recitare. *Commodius*) tolerabilius recito, quia magis aſſuetus illarum recitatione: & ideo tanto minus recito commodiùs verſus, quia minus aſſueui.

libertum meum. Hoc quoque familiare, quod elegi, non bene, ſed melius ſcio lecturum, ſi tamen non fuerit perturbatus. Eſt enim tam nouus lector, quàm ego poeta. Ipſe neſcio quid illo legente interim faciam, ſedeam defixus & mutus, & ſimilis ocioſo: an vt quidam, quæ pronunciabit, murmure, oculis, manu proſequar. Sed puto me non minus malè ſaltare, quàm legere. Iterum dicam, explica aſtum meum, veréque reſcribe: num ſit melius peſſime legere, quàm iſta vel non facere, vel facere. Vale.

Libertum)Encolpum. de quo in principio viij. nam Zoſimum iam amiſerat. *Familiare*) ſignum familiaritatis eum auditoribus. quòd elegi illum, quem ſcio non bene lecturum, ſed tamen melius me recitaturum noui. *Melius*)minus malè. *Perturbatus*)audientium corona impeditus. *Defixus*) terram intuens. *Similis ocioſo*]ignauus, oſcitabundus, vt quidam conſueuere. *Proſequar*)ſubſequar, imitabor: vnde ſubiecit ſaltare, quod Pantomimorum eſt. *Legere*)recitare. *Iſta*) poemata. *Vel non facere*]vel non componere, vel facere, & non recitare.

C. PLINIVS OPPIO SVO S.

Librum quem miſiſti recepi, & gratias ago: ſum tamen hoc tempore occupatiſſimus. Ideo nondum eum legi, cùm alioqui validiſſimè cupiam: ſed eam reuerentiam, cùm literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, vt ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putem. Diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. Eſt tamen aliquis modus: primùm, quod nimia cura deterit magis quàm emendat: deinde, quòd nos à recentioribus reuocat, ſimúlque nec abſoluit priora, & inchoare poſteriora non patitur. Vale.

Librum) Scribit Appio ſe emẽdaturum librũ, quem ad ſe miſerat, & eùm diligentiam in retractandis operibus probet, nimiã tamen reſpuit. Alij non Appio, ſed Oppio ſcribi hanc epiſtolam antumant. Oppij fit mentio apud Plut. in vita Othonis. *Gratias ago*) quod confiſus noſtro iudicio mihi limã dum dederis. *Cupiam*]legere. *Eam reuerentiam*) debeo, ita reuereor. *Vacuo*) libero, à curis ocioſo. *Irreligioſum*] nefarium, profanum. *Modus*]finis, menſura. M. Tullius de perfecto oratore præcipit in omnibus rebus ſeruandam menſuram. nam tam offendit nimium quàm parùm, in quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non ſentirent quid eſſet ſatis: vnde in Græcis epigrammatibus Cleobuli dictum, Menſuram optimam, & Pittaci, Ne quid nimis. *Deterit*) neceſſaria tollit. ſic dixerat ad Tranquillum: nec iam ſplendeſcit lima, ſed atteritur. *A recentioribus*] à nouis operibus. *Reuocat*)retrahit.

C. Plinius Fvsco Svo S.

Quæris, quemadmodum in Thuſcis diem æſtate diſponam: Euigilo, cùm libuit, plerunque circa horam primam, ſæpe ante, tardius rarò clauſæ feneſtræ manent. Mirè enim ſilentio, & tenebris animus alitur ab ijs quæ auocant, abductus, & liber, & mihi relictus: non oculos animo, ſed animum oculis ſequor, qui eadem, quæ mens vident, quotiès non vident alia. Cogito ſi quid in manibus, cogito ad verbum ſcribenti emendantique ſimilis: nunc pauciora, nunc plura, vt vel difficilè vel facilè componi, tenerive potuerunt. Notarium voco, & die admiſſo, quæ formaueram dicto, abit, rurſúſque reuocatur, rurſúſque rèmittitur. Vbi hora quarta vel quinta: (neque enim certum, dimenſúmque tempus,) vt dies ſuaſit, in xyſtum me, vel cryptoporticum confero, reliqua meditor & dicto, vehiculum aſcendo. Ibi quoque idem, quod ambulans aut iacens, durat intentio, mutatione ipſa refecta: paulū redormio, dein ambulo, mox orationē Græcam Latinámve clarè & intentè, non tam vocis cauſſa

Q*uæris*) Ordinē vitæ, quē ruri æſtatis tempore ſeruabat, Fuſco Salinatori explicat, ibique & ſtudiorum ſuorum, & geſtationis ac victus modum, amicorum confabulationes, & ſuas venationes enarrat. *Horam primam*) diei. nam diem inchoat ab aurora. *Ante*) primam diei horam. è ſilentio & tenebris animus alitur, cùm non diſturbatur ab aſpectu alicuius rei. nam cùm ſit oculus cor hominis ſecundum Plinium, & in eo animus inhabitet, magnáque cogitatio obcæcet abducto intus viſu, quicquid videris ſtatim penetrat illud: inde non eſt mirum, ſi intentionem ſubinde diſturbet. & monumentis traditur Democritum philoſophū ſua ſponte oculis captum, quia exiſtimaret, cogitationes commentationéſque animi ſui in contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris, & oculorum impedimentis liberaſſet. quamquam Laberius aliam huius cæcitatis cauſam referat, autore Gellio. *Alitur*) innutritur, viget. *Auocant*) me retrahunt à ſtudio. *Mihi*) arbitrio meo, & voluptati. *Non ſequor oculos animo*) non cogito quæ oculi videant: quid enim viderē poſſunt in tenebris? *Sed ſequor animum oculis*) ſed oculi famulantur animo. *Vident eadem quæ mens*) cogitant id quod mens. nam illorum officium refertur ad animum, cùm non diſtrahuntur in videndis corporibus. *Si quid*) operis eſt mihi imperfecti. *Cogito ad verbum*) ſingula verba diligenter examino. *Plura*) verba. *Teneri*) mandari memoriæ. *Die admiſſo*) apertis feneſtris. *Formaueram*) compoſueram. *Dicto*) excipiente notario, qui deinde abit à me. poſtea reuocatur ad notandum deinceps, quæ excogitaui, & rurſus à me remittitur. *Dimittitur*) notarius receſſit à cubiculo. *Suaſit*) ſi nubilus vel ſerenus fuerit: vnde in quibuſdam exēplaribus legitur fulſerit. *Xyſtum*) ambulationem ſub dio, quæ arbores & porticus hinc inde habet, quò ſe transferebat ſereno tempore: at nubilo in cryptoporticum, id eſt abditam porticum. De vtroque in præcedentibus enarratum. *Reliqua*) quæ reſtant ad abſoluenda priora. *Dicto*) dico ſcribenda à notario. *Idem*) facio *Iacens*) in lecto *Intentio*) diligens cura, cogitatio vigilans. *Mutatione*) varietate locorum & geſtatione. *Refecta*) renouata, refocillata.

quàm ſtomachi lego, pariter tamen & illa firmatur. Iterum ambulo, vngor, exerceor, lauor. Cœnanti mihi ſic cum vxore vel paucis, liber legitur: poſt cœnam, comœdi aut lyriſtes: mox cum meis ambulo, quorum numero ſunt eruditi. Ita varijs ſermonibus veſpera extenditur, & quanquam longiſſimus dies, citò conditur. Nonnunquam ex hoc ordine aliqua mutantur. Nam ſi diu tacui, vel ambulaui, poſt ſomnum demum lectionémque, non vehiculo, ſed quod breuius, quia velocius, equo geſtor. Interueniunt amici ex proximis oppidis, partémque diei ad ſe trahunt, interdúmque laſſato mihi, opportuna interpellatione ſubueniunt. Venor aliquando, ſed non ſine pugillaribus, vt quamuis nihil ceperim, non nihil referam. Datur & colonis, vt videtur ipſis, non ſatis temporis, quorum mihi agreſtes querelæ literas noſtras, & iſtæc vrbana opera commendant. Vale.

Quàm ſtomachi cauſa) cui vtilem lectionem claram meminit Celſus, ſtomachi remedia ſcribens, Commodè inquit, exercent clara lectio, ambulatio. & alibi, Si quis ſtomacho laborat, legere clarè debet, poſt lectionem ambulare. vnde ſequitur iterum, ambulo. Nam imbecilles ſtomacho ſunt magna pars vrbanorum, omnéſque penè cupidi literarum. Stomacho Secundum laboraſſe prædicta demonſtrant, redormire, vngi, exercere, lauari, quæ ſingula tractantur à Celſo in curatione ſtomachi. *Illa firmatur*) illa vox legendo clarè confirmatur. *Vxore*) Calphurnia: *Legitur*) à lectore *Comœdi introducuntur*) Meminit alibi huius conſuetudinis Alii legunt. comœdia, ad idem *Lyriſtes*) qui lyra ſcit. nam Plutarchus permittit muſicam conuiuiis. *Meis*) domeſticis. *Eruditi*) vt Martialis, Encolpus, Hermes. *Veſpera*) ſerum diei. *Veſpera extenditur*) protrahimus ſermones noſtros vſque in multum noctis. *Conditur*) componitur, tranſit. Legimus etiam clauditur. *Breuius*) expeditius. *Ad ſe trahunt*) ſibi vendicant. *Laſſo*) fatigato nimio ſtudio & exercitatione. *Interpellatione*) intermiſſione, interruptione. *Non ſine pugillaribus* quod ſtudendi genus libro primo latius memorat. *Nihil*) nullam prædam. *Nonnihil*) aliquod opus. *Datur & colonis*) partem temporis etiam diſpenſo audiendis colonis, quibus vt improbis non ſatis ſibi ſpatium ad dicendum dari videtur. *Agreſtes*) inurbanæ, inuerecundæ, importunæ. *Literas noſtras*) elegantiſſimas. *Iſtæc*) vrbana, ciuilia, modeſta. aliter hæc vrbana. *Commendant*) nã ex comparatione ruſticarum querelarum ſentiebat quantũ præſtaret eloquentia & guſtus vrbanus. Vrbano enim contraria ruſticitas.

C. PLINIVS PAVLINO SVO S.

NEc tua natura eſt tranſlatitia hæc, & quaſi publica officia à familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere: & ego te conſtãtius amo, quàm vt verear, ne aliter ac velim accipias, niſi te Calẽdis ſtatim Conſulẽ

NEc) Excuſat ſe quòd non poterit Romæ eſſe calend. Ianuarijs officii gratia, cùm Paulinus conſulatum inibit. nam in Thuſcis retinebatur circa prædia ſua locanda. *Tranſlatitia*) vilia,

plebeia. ſic Tranquillus in Nerone ſcripſit Britannicum eſt cum funere tranſlatitio: & prius dixerat, non tranſlatitias & breues poſtulationes, ſed maximas. Plin. libro ſeptimo Tranſlatitium in Ægypto eſt & octauo gigni. Aſconius vocat tranſlatitia non noua, nec nuper inuenta: ſed aliunde tranſlata. Sic Plinius vſus eſt libro decimo. In ſecunda lectione fuit tranſlatiua, quæ ſcilicet in aliud tempus transferri poſſunt. Seneca tranſlatiuas, ſiue, tranſlatitias ſententias intelligit, quæ pro locis communibus ſuis oratorum ſupellex eſt. *Publica*) promiſcua, vulgaria, communia, quæ à multis præſtantur. *Conſtantius*) firmius, vehementius, confidentius. *Aliter*) in malam partem. *Calend. Ianuarijs*) quibus inibant Conſulatum.

videro: præſertim cùm me neceſſitas locandorum prædiorũ plures annos ordinatura detineat, in qua mihi noua conſilia ſumenda ſunt. Nam priore luſtro, quanquam poſt magnas

Videro) ſalutauero, proſecutus fuero ſalutatione. *Thuſcanorum*) quæ in Thuſcis habeo. inuſitata forma denominatiuum formauit. à Thuſcia enim Thuſcus. à Thuſcanus Thuſcanienſis: à Thuſculo Thuſculanus deduci ſolet, quare magis probo locandorum. *Neceſſitas ordinatura*) cùm neceſſariò ſim ordinaturus. nam ad Traianum dum petit commeatum, aſſerit id collaturum vtilitatibus rei familiaris ſuæ. Cùm enim agrorum, quos in municipio Tiphernio poſſidebat, locatio alioqui cccc excederet, adeo non poterat differri, vt proximam putationem nouus colonus facere deberet. *Luſtro*) ſpatio quinque annorum, quo antiquitas agros locabat, vt Vlp. ff l. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium. Et. ff. xxv. de ſoluto matrimonio: & ff xlv. de verborum obligationibus. Ibidem Pomponius & Paulus. ff. xxxiiii. de liberatione legata, Nos contenti erimus verba Labeonis ex ff. xxxii. retuliſſe, Qui hortos, inquit, publicos à rep. conductos habebat, eorum hortorum fructus vſque ad luſtrum, quo conducti eſſent, Aufidio legauerat. Et Calliſtratus. ff. xlix. de iure fiſci, Cùm quinquennium, in quo quis pro publico conductore ſe obligauit, exceſſit, ſequentis temporis nomine non tenetur. idque principalibus reſcriptis exprimitur. Diuus etiam Adrianus in hæc verba reſcripſit, Valdè inhumanus mos eſt, quo retinentur conductores vectigalium publicorum agrorum: ſi tantidem locari non poſſint. nam & facilius inueniuntur conductores. Si fuerint aliqui, qui fortè conducere velint, vel ſi peracto luſtro diſcedere voluerint, non teneantur. Siculus Flaccus ex libris Dolabellæ. Aliqui vectigalibus proximis quibúſque agros adſcripſerunt: alii per ſingula luſtra locare ſoliti per mancipes redditus percipiunt: alii in plures annos, quæ ex monumentis publicis cognoſci poſſunt. Marcus Tullius ad Atticum libro ſexto, Publicanis quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerant, etiam ſuperioris luſtri reddiderunt. quod in epiſtolis ad Lentulum ita repetit libro ſecundo ad Cælium ſcribens, In publicanis etiam ſuperioribus luſtris reliqua ſine ſociorum vlla querela conſeruata. vbi morem locandorum vectigalium per luſtra tangit: & reliqua pro debitis accipi. Videbis bellè, ſi legeris interpretem Ciceronis, luſtrum vnde habuerit originem, & quid ſignificet. probatiſſimi ſic ſcripſère, Omnes centuriæ & equites in campum Martium conuocati, ſue, oue, tauro cæſis immolarunt, quod luſtrum dictum eſt, ſicque à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri. quia verò cenſus ipſe ſiue luſtrum ſingulis quinquenniis cenſorum magiſtratus habebatur, obtinuit conſuetudo luſtri appellatione, annorum quinque ſpatia appellari. Nam Varro dixit, luſtrum nominatum tempus quinquennale, à luendo id eſt ſoluendo, quòd quinto quoque anno vectigalia & vltro tributa per cenſores perſoluebantur. Feſtus pariter tradit, ſignificare tempus quinquennale nunc populi luſtrationem, nunc ferarum latebras. Latinorum quidam luſtrum & olympiadas indifferenter poſuerunt. vt Ouidius ad Brutum, In Scythia nobis quinquennis olympias

acta eſt. Iam tempus luſtri tranſit in alterius. Martialis, Vt qui prima nouo ſignat quinquennia luſtro, Impleat innumeras Burrus olympiadas. Auſonius, Sors erit in luſtrum cùm ſe cumulauerit illis, Confectam Proculus ſignat olympiadem. Seruius grammaticus luſtrum & olympiada idem ſpatium continere putat: & illud à luſtrando dictum, quod poſt quinquennium vnaquæque ciuitas luſtraretur. Dionyſius libro primo dicit annis ducentis quadraginta quatuor, quibus reges imperarunt, vnam & ſexaginta olympiadas confecere, ex quibus colligitur olympiada quatuor annorum ſpatium tantum occupaſſe. Et Suidas quatuor annorum certamen fuiſſe refert: ibique huius rationem explicat. ſed diligenter intuentes cognoſcent olympia occupare quinquennium. nam quatuor annis in medio expletis principium quinti vendicabant olympiaci: totum quintum quemque annum celebratione ſui occupantes. quare Euſebius dixit, Ælii agunt quinquennale certamen quatuor annis in medio expletis. Et Cenſorinus, Sed horum omium pentaeteridas maximè notandas temporibus Græci obſeruant, id eſt quinorum annorum circuitus quos vocant olympiadas. Idem tempus anni magni Romanis fuit quod luſtrum appellabant, ita quidem à Seruio Tullo inſtitutum, vt quinto quoque anno ciuium habito luſtrum conderetur. quamuis inſuper impreſſis exemplaribus, ex fide vetuſti legatur mendosè quaternorum annorum. Plinius auunculus libro ſecundo, Redire eaſdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempeſtatum magna ex parte: & eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno caniculæ exortu.

remiſſiones, reliqua creuerunt. Inde pleriſque nulla iam cura minuendi æris alieni, quod deſperant poſſe perſolui. rapiunt etiam, conſumúntque quod natum eſt, vt qui iam putent ſe non ſibi placere. Occurrendum ergo augeſcentibus vitiis, & medendum eſt: & medendi vna ratio, ſi non nummo, ſed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores

Remiſſiones) conceſſiones. vide viii. quot negotiatoribus vindemiarum dempſerit & donauerit. Et ad Traianum, Agrorum etiam locatio adeo non poteſt differri, vt proximam putationem nouus colonus facere debeat: præterea continuæ ſterilitates cogunt me de remiſſioribus cogitare, quarum rationem niſi præſens inire non poſſum. *Reliqua*) debita ſecundum iuriſconſultum & Secundum. qui libro tertio dixerat, Et dum reliqua colonorum minuit ad tempus, vires in poſterum exhauſit. *Creuerunt*) in in maius aucta ſunt non ſolutis prioribus. *Pleriſque*) conductorum. *Alieni*) quod nobis debent. *Perſolui*) vnquam ſatiſfacere. *Rapiunt*) prædiorum fructus *Quod natura eſt*) quod ita comparatum & conſuetum his eſt. quanquam alii legant, quod natum eſt. ſcilicet fructus prædiorum. quæ lectio magis placet. *Non ſibi placere*) diffidere ſibi & rem ſuam conclamatam videre. Quid ſi legatur non parcere, videlicet quoniam exiſtimant ſi fructibus pepercerint, quod ſupererit, non futurum ſuum, ſed domini. *Vitiis*) malis. *Augeſcentibus*) indies creſcentibus: *Ratio*) via eſt. *Si non vni, ſed pluribus locem*) ita emendarunt, qui antiquam lectionem, neque verum epiſtolæ ſenſum excutientes commutarunt, vt eſſet ſenſus apertus, ſed à ſuperioribus; & à ſubſequentibus diſcors. Nos veterem ſcripturam, ſi non nummo, ſed partibus locem, retinendam cenſemus, vt ſit ſenſus, ſi non locauero prædia mea colonis, vt ſingulis annis præſtent mihi nummos pro fructibus, ſed locauero illa hac conditione, vt omni anno diuidam fructus, inter partes, inter me & colonum. nam Paulus Iuriſconſultus ff. xlvii. Conſtat, inquit, colonum qui nummis colit, cum eo qui fructus ſtatutos furto

ſurripuerit actorum furti, quia vt primùm decerpti eſſent, eius eſſe cœpiſſent. Qui ergo nummis colit, id eſt, qui pecunia ſua conduxit ex colendos, ita vt ea perſoluta omnes fructus percipiat. quare Plautus in Aulularia inquit, Nummo ſum conductus, & in Epidico, Nummo conductaquæ ſit.

operi, cuſtodes fructibus ponam: & alioqui nullum iuſtius genus redditus, quàm quod terra, cælum, annus refert. Ad hoc magnam fidem, acres oculos, numeroſas manus poſcit: experiendum tamen, & quaſi in veteri morbo quælibet mutationis auxilia tentanda ſunt. Vides quàm non delicata me cauſa obire primū Conſulatus tui diē non ſinat: quem tamen hîc quoque vt præſens, votis, gaudia, gratulatione celebrabo. Vale.

Operi exactores) curatores agricolationi, cuſtodes fructibus ne rapiantur. *Alioqui*) præterea. *Iuſtius*) probabilius quàm agricultura, quæ à Marco Tullio in Officiis ſic commendatur, Nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. *Cælum*) aëris temperies & qualitas. Amnis aqua ad irriganda prata ad piſcationem & ſimilia. Legitur etiam annus, qualitas ſcilicet anni optima. *At hoc*) genus redditus. *Magnam fidem*) procuratorum. *Acres*) diligentes. *Numeroſas*) manus multas. *Veteri*) periculoſo, deſperato. *Non deſiccata*) dura, moleſta. *Obire*) proſequi. *Hic*) in Thuſcis.

C. Plinivs Satvrnino Svo S.

Ego verò Rufum noſtrum laudo: non quia tu, vt ita facerem, petiſti, ſed quia eſt ille dignißimus. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum, cui multum apud me gratia amor ipſius adiecit. Indicaui tamen: neque enim ſoli indicant, qui malignè legunt. Vale.

E*Go*) Laudat Rufum non tam quòd id Saturninus iuſſiſſet, quàm quòd mereretur. *Rufum*) Octauium Rufum. *Noſtrum*) vtrique noſtrum amicum. *Librum*) metro compoſitum de quo ſuprà. *Numeris*) perfectionibus, gratiis. *Indicaui tamen*) rectum de illo iudicium protuli. neque ad gratiam ſcribo, quamuis amicus illi. *Soli*) inimici, qui omnia carpere conantur: & minutiſſima quæque ſectantur.

C. Plinivs Mvstio Svo S.

ARuſpicum monitu reficienda eſt mihi ædes Cereris in prædijs in melius & in maius. Vetus ſanè & anguſta, cùm ſit

A*Ruſpicū*) Muſtium architectum ędem Ceretis refecturus rogăt vt [marmor] emat, ad id neceſſarium, & formam porticuum ſcribat. *Aruſpicum monitu*) aruſpices ſunt, qui victimarum exta introſpiciunt, & per ea monent quid futurum faciendúmve ſit. *Reficienda*) reparanda,

reparanda, reſtituenda. nam reficere eſt iam aliquo vitio collapſum in priſtinum reſtituere. Tranquillus ergo memorat, Auguſtum ædes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refeciſſe. Autore Vlpiano, verbo reficiendi tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, item aduehere, apportare ea quæ ad eandem rem opus eſſent, continentur. *Prædijs*) quæ in Thuſcis tenebat. *In melius & in maius*, in meliorem & maiorem conditionem quàm prius nunc eſt. Hic dicendi modus frequens apud ſcriptores deprehenditur. Palladius inquit, Nam vacuæ ſedes fanorum velut concaua ædificia voces, quas acceperint, in maius extollunt. Iuuenalis, At nihil in melius tot rerum proficis vſu. Claudianus, Et in melius gaudens conuertere fata. Tacitus, Vt cuncta nobis importuna, & ſuis in melius eſſent. Et libro decimonono in maius dixit. Pacatus, Ad portum mutati in melius reuexerint flatus. Secundus ad Traianum, in melius: ad Genitorem, in maius.

alioqui ſtato die frequentiſſima. Nam Idibus Septembribus magnus è regione tota coit populus, multæ res aguntur, multa vota ſuſcipiuntur, multa redduntur: ſed nullum in proximo ſuffugiũ, aut imbris aut ſolis. Videor ergo munificè ſimul, religioſéque facturus, ſi ædi quam pulcherrimam extruxero, addidero porticus: illam ad vſum deæ, has ad hominum. Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas, cuius tibi videbitur generis: emas marmora, quibus ſolum, quibus parietes excolantur. Erit etiam vel faciendum, vel emendam ipſius deæ ſignum, quia antiquum illud è ligno quibuſdam ſui partibus vetuſtate truncatum eſt. Quantum ad porticus nihil interim occurrit, quod videatur iſtinc eſſe repetendum: niſi tamen, vt formam ſecundũ rationem loci ſcribas: neque enim poſſunt circumdari templo. Nam ſolum templi hinc flumine & abruptiſſimis ripis, hinc via cingitur. Eſt vltra viam latiſſimum pratũ in quo ſatis aptè contra templum ipſum porticus explicabuntur, niſi quid tu melius inueneris, qui ſoles locorum difficultates arte ſuperare. Vale.

Alioqui) inſuper. *Stato*) certo anni die. Stata ſacra ſunt, quæ certo die fiunt. Tranquillus in Claudio, Circa tumulum deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publicè ſupplicarent. Macrobius, Statos dies vocat iudicii cauſa, cum peregrinis inſtitutos. Vnde Plautus in Gurgulione, Status, inquit, condictus cum hoſte interceſſit dies. Plin. ſenior, Muręna quocunque tempore parit, cùm cæteri piſces ſtato pariant. *Idibus Septembris*) tertiodecimo die Septembris. *E regione*) è locis circumuicinis. *Coit*) conuenit illuc. *Suffugium*) diuerticulum, locus ad euitandum imbrem, vel tempeſtatem, aut calorem, vel aliud diſcrimen. Tacitus, Nec aliud infantibus ferarum imbriúmque ſuffugium, quàm vt in aliquo ramorum nexu contegantur. Fabius, Hæc diuerticula & anfractus, ſuffugia ſunt infirmitatis. *Quam pulcherrimam extruxero*) videtur à fundamentis velle ædem reparare. *Illam*) ædem. *Deæ*) Cereris. *Has*) porticus ad vſum hominum. *Excolantur*) incruſtentur. *Signum*) ſtatuam. *E ligno*) quod eſt de ligno. *Truncatum*) mancum, exeſum. *Iſtinc*) à te. *Tamen*) legitur etiam tantum. *Formam*) typum & exemplar, modulum. *Flumine*) Tyberi, templa conſtrui iuxta fontes præcipit Vitruuius, Cereris extra vrbem, loco quò non ſemper homines, niſi per ſacrificium neceſſe habeant adire. caſtè enim cum religione ſanctiſque moribus

is locus debet cuſtodiri. *Abruptiſſimis*) altiſſimis, præcipitibus. *Contra templum*) è regione templi. *Explicabuntur*) extendentur. *Locorum difficultates arte ſuperare*) Seuero & Celeri machinatoribus tradit Tacitus ingenium & audaciam fuiſſe etiam quæ natura denegauiſſet, per artem tentare.

C. PLINIVS FVSCO SVO S.

SCribis pergratas tibi fuiſſe literas meas, quibus cognouiſti quemadmodum in Thuſcis ocium æſtatis exegerim: requiris, quid ex hoc in Laurentino hyeme permutem. Nihil, niſi quòd meridianus ſomnus eximitur. multúmque de nocte vel ante, vel poſt diem ſumitur: & ſi agendi neceſſitas inſtat, quæ frequens hyeme: non iam comœdo, vel lyriſtæ poſt cœnam locus: ſed illa quæ dictaui, identidem retractantur: ac ſimul memoriæ frequenti emendatione proficitur. Habes æſtate, hyeme conſuetudinem: addas huc, licet tantumnon, quæ inter hyemem æſtatémque media, vt nihil de die perdunt, ita de nocte paruulum acquirunt. Vale.

SCribis] Edocet Fuſcum vitam ſuam hyemalem, cùm priùs æſtiualem ſignificaſſet. ad hæc addit quid vere, quid autumno conſueſcat Laurentino rure, vbi apricabatur. *Nihil*) permuto *Sumitur multum de nocte*) multum ſtudeo in nocte. *Vel*) ante diem. vel poſt diem. cùm nox incipit, id eſt vel in veſpera, vel ante mane. *Agendi*] dicendi cauſas. Sæpe enim reuocabatur è Laurentino in vrbem ad dicendum. *Frequens*) frequenter, nomen pro aduerbio. *Locus*) occaſio eſt. *Dictata*) ſunt. *Identidem*) ſæpe. *Proficitur memoriæ*) auxilium datur memoriæ. *Addas*) ſic legendum, addas huc licet tantumnon quæ inter hyemem æſtatémque media, id eſt licet etiam tibi ſcire quæ ſoleam facere in vere & autumno. Sunt enim hæc duo tempora inter hyemem & æſtatem. *Huc*) ad conſuetudinem æſtatis & hyemis. *Tantumnon*) ſiue tantúnum etiam: ſicut dicimus etiam dicendi modus illo ſeculo non inuſitatus. Ipſe lib. octauo, Tantumnum redit animo ille clauus in penatibus mei ſumptus. Sillius. vij. Tantumnum ſtrictis mucronibus. Tranquillus in Vitellio, Nobiles viros condiſcipulos & æquales ſuos omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperij allicefactos occidit vario genere fraudis. Et in Claudio, Tantumnum ſatisfacientibus veniam dedit: & dixerat in Tiberio, Tantumnum aduerſis tempeſtatibus Rhodum nauigauit. & ibidem, Tantumnum ſummam malorum ſuorum profeſſus. Valerius libro ſeptimo, Ergo ſpoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem tantumnum vinctis manibus ei tradidit. & .iij. Tantumnum poſt fata ſua in ſinum patriæ cruento trophæi titulo retulit. & alibi ſæpius. *Vt nihil*) totos dies ſtudeo. *Per noctes*] parum admodum. *Perdunt illa tempora*) veris & autumni.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTOLARVM

LIBER DECIMVS.

Cum doctiſsimis IOANNIS MARIAE Catanæi commentariis.

C. PLINIVS SECVNDVS AD TRAIANVM IMPERATOREM.

Gratulatoria ob Imperium S.

TVA quidem pietas, Imperator ſanctiſsime, optauerat vt quàm tardiſsimè ſuccederes patri: ſed dij immortales feſtinauerunt virtutes tuas ad gubernacula Reipublicæ, quam ſuſceperas, admouere. Precor ergo, vt tibi, & per te generi humano proſpera omnia, id eſt, digna ſeculo tuo contingant. Fortem te, & hilarem Imp. optime, & priuatim & publicè opto.

TVA) Gratulatur Traiano, quòd breui poſt adoptionem accepit Imperium Romanum, eíque felicitatem optat. *Sanctiſsime*] Integerrimæ vitæ, ſacratiſſime, religioſiſſime. *Pietas*] Amor in parentem Neruam. *Quàm tardiſsimè*) Vt ille diutiſſimè vixiſſet. idem in panegyrico, non aliud tibi ex illa adoptione, quàm filij pietatem, filij obſequiú adſeruaſti, longámq; huic nomini ætatem, longam gloriam precatus es. Te prouidentia deorum in primum locum prouexerat, tu in ſecundo reſiſtere atque etiam ſeneſcere optabas. & mox, Nerua parens tuus, ingens gloria, ingénſque fama, cùm abundè expertus eſſet quàm bene humeris tuis ſederet imperium, tibi terras, te terris reliquit. & alibi audita ſunt vota tua, ſed in quantum optimo illi & ſanctiſſimo ſeni vtile fuit, quem Dij

cœlo vindicarunt, ne quid poſt illud diuinum & immortale factum mortale faceret. qui cum abunde expertus eſſet, quàm bene humeris tuis ſederet imperiũ, tibi terras, te terris reliquit. *Patri*) Neruæ. *Feſtinarunt*) Scribit Dion, poſt adoptionem Traiani breui Neruam deceſſiſſe. *Virtutes*) Quæ in primis à Plinio decantantur in panegyrico. *Gubernacula*] Etſi ſtatim à parente fuerit factus Cæſar, & conſors imperij, tamen ob reuerentiam volebat Neruam appellari, & eſſe imperatorem. *Tibi, & per te*) Quia genus humanum non poteſt eſſe ſaluum, niſi te incolumi, id quod latius in eadem oratione tractat. *Priuatim*) Mea cauſa. *Publice*) Reipublicæ.

C. Plinivs Traiano Imp.
Gratias agit.

Exprimere Domine verbis non poſſum, quantum mihi gaudium attuleris, quòd me dignum putaſti iure trium liberorum: quamuis enim Iulij Seruiani, optimi viri, tuique amantiſſimi, precibus indulſeris, tamen etiam ex reſcripto intelligo, libentius hoc ei te præſtitiſſe, quia pro me rogabat. Videor ergo ſummam voti mei conſecutus, cùm inter initia feliciſſimi principatus tui, probaueris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere; eóque magis liberos concupiſco, quos habere etiam illo triſtiſſimo ſeculo volui, ſicut potes duobus matrimonijs meis credere. ſed Dij melius, qui omnia integra bonitati tuæ reſeruarunt. malui hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus eſſem & ſecurus & felix.

Exprimere) Eidem imperatori gratias agit, quòd ſe dignatus eſſet iure trium liberorum: de quo in præcedentibus ſatis abundè diſſeruimus *Optimi viri*) Libro octauo Iulium Seruianum virum exactiſſimum vocat. *Tuique amantiſſimi*) Nam bis conſulatum geſſit ſub Traiano, cui adeo charus fuit, autore Dione, vt eum dignum imperio iudicauerit, & aliquando ſucceſſorem ſuum cogitauerit. in conuiuio enim quæſiuit ab amicis, vt decem viros nominarent quibus Reipublicæ ſumma tutò demandari poſſet. cùm omnes per aliquod temporis ſpatium ſe intra ſilentium continerent, nouem, inquit Traianus, per vos diſcere cupio: Ego vnum Seuerianum habeo. ita enim appellat, quem alij Seruianum ſcribunt. *Ex reſcripto*) Tuo ad Seruianum: nam iuriſconſulti principum reſcripta dicunt, quæ præſidibus ſuis & ſubditis reſcribebant. *Ei*) Eo deprecante ipſius cauſa. *Me*) Quem maximum facis. *Summam voti mei*) Maximum omnium votorum meorum. *Initia*) Primo ſtatim anno. *Peculiarem*) Raram. nam Plinio petenti vt idem ius Tranquillo Suetonio concederet, reſpondit Traianus, eum ſcire quàm parcè hæc beneficia tribuat. & ad Priſcum de Voconio ſcribens, Secundus, id quod etiam mox commemorat: inquit, Ego Voconio nuper ab optimo principe trium liberorum ius impetraui, quod quanquam parcè & cum delectu daret, mihi tamen tanquam liceret indulſit. *Concupiſco*) Ad Fabatum enim proſocerum nuncians abortum vxoris Calphurniæ, bonam ſpem facit in poſterum ſuſcipiendorum liberorum: neque enim, inquit, ardentius tu pronepotes, quàm ego liberos cupio: quibus video

ĩ meo tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus: naſcantur modò, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent. *Triſtiſſimo*) Peſſimis Domitiani temporibus. *Duobus matrimonijs*) Vxores duas habuit, poſteriorem nomine Calphurniã, Calphurnii & Pompeiæ Celerinæ filiam. *Melius*) Facere. *Integra*) Intacta, ſine liberis. *Hoc*) Tuo feliciſſimo imperio. *Patrem fieri*) Habere ius quod habent patres qui ſuſcepere tres filios. hinc de Suetonio, qui parum felix matrimonium expertus fuerat, impetrandum dicit à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. *Securius*) Sine periculo vitæ.

C. PLINIVS TRAIANO IMP. S.

De ſortitione patrocinii aduerſus Marium Priſcum.

VT primum me Domine indulgentia tua promouit ad præfecturam ærarij Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiſcuè functus, renunciaui, vt toto animo delegato mihi officio vacarem. qua ex cauſa cum patronum me prouinciales optaſſent contra Marium Priſcum, & petij veniam huius muneris, & impetraui. Sed cum poſtea conſul deſignatus cenſuiſſes tacendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, vt eſſemus in ſenatus poteſtate, pateremurque nomina noſtra in vrbam conijci: conuenientiſſimum eſſe tranquillitati ſeculi tui putaui, præſertim tam moderatæ voluntati ampliſſimi ordinis non repugnare. cui obſequio meo opto vt exiſtimes conſtare rationem, cũ omnia facta dictáque mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam.

VT primum) Excuſat ſe apud imperatorem Traianũ, quòd præfectus ærario ſuum patrocininm denegauerit Afris rogantibus contra Marium Priſcum, deinde id exigente ſenatu præſtiterit. *Promouit*) Suſtulit ad maiorem dignitatem ea in qua tunc eram. *Præfecturam ærarij*) Cuius meminit in fine panegyrici, & de cuius officio pleraque libro primo Epiſtolarum recitauimus. Saturni autem dixit, quia ædes Saturni ærarium erat. geſſit autem eum honorem per biennium cum Cornuto Tertullo. *Promiſcuè*) Indiſcretè. nam libro ſexto refert, ſe tantum ſuſcepiſſe cauſas aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum pertinentes, aut claras & illuſtres. *Renunciaui*) Aduocationibus omnibus nullas omnino cauſas egi ſic libro primo, ſe in tribunatu ſuo memorat abſtinuiſſe ab omni genere cauſarum. *Delegato officio*) Præfecturæ ærarii mandatæ mihi à te. *Prouinciales*) Afri: nam Africa poſt vltimum bellum Punicum redacta fuit in formã prouinciæ. *Marium P.*) Repetundarum reũ, qui illic proconſulatum geſſerat. hanc rẽ longa epiſt lib. ii. idem Plinius cõplectitur. *Petij*) A prouincialibus. *Muneris*) Aduocationis. *Deſignatus*) Deſtinatus tu, ô Traiane. *Cenſuiſſes*) Ita decreuiſſes, vt ii, quorum excuſatio à ſenatu fuerat approbata ſicut noſtra nobiſcum tacerent, neque amplius ſe excuſarent ab aduocationibus. inde cùm ſenatus iuberet me agere.

contra Marium Priſcum, æquum putaui voluntati eius obedire, & pati nomen meum ſortiri. quidam enim arbitrantur ſortibus in vrnam coniectis non tantum iudices, verumetiam aduocatos extrahi ſolitos, quæ opinio optime huic loco facit. *In poteſtate ſ.*) Vt ille iuberet quicquid voluiſſet. *In Vrnam c.*) Sortiri: an potius patrocinium ſcilicet Afrorum, & quod paſſus ſit ſe haberi inter iudices: tunc igitur cùm dixi, petii veniam, intellige à ſenatu huius muneris aduocationis, quæ fiebat contra propoſitum meum: cúmque Traianus cenſuiſſet, vt qui ſemel erant excuſati ab aduocationibus, ſicut Plinius, non amplius à dicendo neque iudicando ſe excuſarent: tunc poſtulante ſenatu paſſus ſit ſe inter iudices connumerari. & nomen ſuum in vrnam coniici, quod fieri ſolet iudicum ſortitione. ſuper qua re Aſconius & nos in panegyrico nonnulla. *Tranquillitati*) Paci, ſecuritati. *Seculi*) Imperii feliciſſimi. *Ampliſſimi ordinis*) Senatus. *Conſtare rationem*) Obſequio meo. mecum ratione paruiſſe ſenatui.

TRAIANVS PLINIO.

ET ciuis & ſenatoris boni partibus fũctus es, obſequiũ ampliſſimi ordinis ꝙ iuſtiſſimè exigebat p̃ſtádo, quas parteis impleturũ te ſecũdũ ſuſceptá fidẽ cõfido.

ET ciuis) Laudat Traianus Plinii factũ. *Ciuis & ſenatoris*) quòd tuitus ſit Afros, & ſe permiſerit inter iudices numerari. *Partes*) Iudicandi: nam non poſſumus referre ad iudiciũ Marii Priſci. quoniam cùm Plinius pro Afris dixit, Traianus Cæſar in ſenatu præſidebat. erat enim conſul. qui hanc epiſtolam cum præcedenti coniunxerunt, vt eſſet vna & eadem cum ſuperiore, ex profeſſo arguuntur non habuiſſe exemplar temporibus Plinii ſcriptum, vt aſſerunt, neque ſenſum vllo modo intellexiſſe.

C. PLINIVS TRAIANO IMP.

Petit latum clauum amico.

INdulgentia tua Imp. optime, quã pleniſſimã experior, hortatur me vt audeã tibi etiã pro amicis obligari, inter quos ſibi vel præcipuũ locũ vindicat Voconius Romanus, ab ineunte ætate cõdiſcipulus & cõtubernalis meus, quibus ex cauſis & à Diuo patre tuo petieram vt illum in ampliſſimum ordinem promoueret, ſed hoc votum meum bonitati tuæ reſeruatum eſt. quia mater Romani liberalitatem

INdulgẽtia) Petit à Traiano Voconiũ Romanum condiſcipulum & contubernalẽ ſuum, virum eruditum & nobilẽ, promoueri in ordinem ſenatorium. *Pleniſſimam*) Cumulatiſſimã, ad augendã dignitatẽ meam. *Præcipuum locũ*) Nam amicorũ fideliſſimũ, ac ſodalẽ ſuũ iucundiſſimũ alibi teſtatur. *Ab ineunte ætate*) Ab adoleſcentia, cum quo iocos & ſeria miſcuerat. *Cõdiſcipulus & c.*) Hinc ad Cor. Priſcum lib. ij. hunc ego cùm ſimul ſtuderemus, arctè familiaritérque dilexi: ille meus in vrbe, ille in ſeceſſu cõtubernalis. *Diuo patre ſuo*) Nerua qui inter deos relatus fuit. *Ampliſſimum ordinem*) Senatoriũ. nam cùm in vrbe tres ordines eſſent, plebeius, equeſter, ſenatorius: hic iure ampliſſimus vocabatur, quòd reliquos autoritate, dignitate, potentia anteiret. *Bonitati*) Quia dictus eſt imperator opti-

mus, quod mores reſpiciebat. neque bonitas, vt quidam arbitrantur, verbum eſt Theologorum, ſed eo vſi ſunt Martialis, Columella, Fabius, Terentius.

ſeſtertijs quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat, nondum ſatis legitimè peregerat: quod poſtea fecit admonita à nobis. nam & fundos emancipauit, & cætera quæ in emancipatione implenda ſolent exigi, conſummauit. Cum ſit ergo finitum quod ſpes noſtras morabatur, nõ ſine magna fiducia ſubſigno. auget fidem pro moribus Romani mei, quos & liberalia ſtudia exornãt, & eximia pietas, quæ hanc ipſã matris liberalitatẽ, & ſtatim patris hæreditatẽ, & adoptionẽ à vitrico meruit, auget hæc & natalium & paternarũ facultatũ ſplẽdor, quibus ſingulis multũ cõmendationis acceſſurũ, etiam ex meis precibus indulgentiæ tuæ credo. Rogo ergo Domine, vt me exoptatiſſimæ mihi gratulationis compotem facias, & honeſtis (vt ſpero) affectibus meis præſtes, vt non in me tantum, verũ & in amico gloriari iudicijs tuis poſſim.

Seſtertijs quad.) Quadragies decies centena millia, vt facultates ſenatorias expleret, quæ erant ſeſtertiũ octingenties. dimidiũ cenſus ſenatorii igitur ei cõdonaſſe credibilius eſt. *Codicillis*) Epiſtolis *Patrem tuum*) Neruam qui te adoptauit. *Scriptis*) Miſſis *Legitime*) Secundum legis ſolennitates. *Admonita*) Inſtructa. *Emancipauit fundos*) Dominio & poſſeſſione ſe priuauit, & filio agros libere dedit vt eſſent in eius poteſtate. quin Seuerinus Boetius Topicorum illud Ciceronis exponens, abalienatio eſt eius rei quæ mãcipii eſt, omnes inquit, res quæ abalienari poſſunt, id eſt quę à noſtro ad alterius tranſire dominium poſſunt, mancupi dictæ ſunt. mancipes res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quandam nexus fieret ſolennitatem. nexus verò eſt quædam iuris ſolennitas, quæ fiebat eo modo, quo Caius in Inſtitutionibus exponit. mancipatio, inquit, eſt imaginaria quędã vẽditio, quod ipſũ ius propriũ Romanorum eſt ciuiũ, adhibitis nõ minus quàm quinq; teſtibus. ciuibus Romanis, puberibus. quare arbitror apud M. Tulliũ ad Atticũ illud, quas cũ dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret, pro venditione accipiendum eſſe emancipauit ergo, è mancipio ſuo emiſit, & filio poſſidendos permiſit. emancipari dicitur propriè de illis, quando de patria poteſtate emittuntur, id quod nunc tranſtulit ad fundos, qui ſecundum aliquos ſunt pars agri. ſingula prata, ſingulę vineę, ſinguli horti, olіueta, paſcua, arbuſta, pomaria, nemora, fundi ſunt. vnde ſignatè Plinius eſt vſus numero plurium, etſi Columella præcipiat ne villam fundus quærat. *Implenda*) Obſeruanda. *Cõſummauit*) Perfecit. eſt executa. *Quod*) Fundorũ emãcipatio *Subſigno*) Subſcribo, ſigillo, affirmo, obligo. ſic lib. iij. ad Caluinũ. eundẽ in curſum eundem terminum ſtatuo, idque iã nunc apud te ſubſigno. *Auget fidẽ*) Adducor in maiorem fiduciam rogata obtinendi pro moribus Romani mei contubernalis legitur in quibuſdã exẽplaribus apud te pro augetur, vt cohæreat cũ præcedenti voce ſubſigno, nec improbãda lectio. *Moribus*) Nam fuit fidus, grauis, iucundus, mira in ſermone eius, mira etiam in ore ipſo vultúque ſuauitas. *Liberalia ſtudia*) Ingenio, excelſo, ſubtili, dulci, & facili. aderat eruditio in cauſis agẽdis, epiſtolas ſanè ſcribebat, vt muſas ipſas Latinè loq crederes *Statim*) Poſt eius obitũ quãuis eſſet adoleſcẽs, nullo accepto curatore. *Adoptionẽ à V.*) Cũ mater eius trãſiſſet ad ſecũda vota, maritus precibus vxoris motus illũ in filiũ adoptauit. itaq; cũ amico in familiar. epiſt. Voconiũ cõmẽdaret. pater dixerat ei in equeſtri gradu clar⁹, clarior vitricus, immo pater alius: nã huic quoq; nomine matris pietate ſucceſſit *Natalium ſp.*) E primis .n. erat citerioris Hiſpanię.

Gratulationis] Lætitiæ. *In me*)In quem contuliſti maiora quàm ſperabam. *Tui iudicii in amico*) Quòd iudicaueris Voconium amicum meum, vt ego cenſeo, eſſe virum optimum, id quod facies, ſi illum promouebis ad ampliſſimum ordinem.

PLINIVS TRAIANO.

Ciuitatem Romanam Harpocrati Iatraliptæ ſuo petit.

PRoximo anno Domine grauiſſima valetudine vſque ad periculum vitæ vexatus, Iatralipten adſumpſi, cuius ſolicitudini & ſtudio, tuæ tantum indulgentiæ beneficio, referre gratiam parem poſſum. quare rogo des ei ciuitatem Romanam. Eſt enim peregrinæ conditionis manumiſſus à peregrina. Vocatur ipſe Harpocras, patronã habuit Thermuthin Theonis, quæ iam pridem defuncta eſt. Item rogo des ius Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ, ornatiſſimæ fœminæ, Heliæ, & Antoniæ Harmeridi: quod à te, petente patrona, peto.

P*Roximo*) Pro cura & diligentia qua vſus eſt Harpocras medicus erga ſe ægrum, rogat Traianum ei dari ciuitatem Romanam: item nomine Maximillæ patronæ libertis Heliæ & Antoniæ Harmeridi ius Quiritium. Medicus apud iuriſconſultos, in numero ſeruorum aut libertorum locatur. *Iatralipten*] Vnguẽtarium medicum: nam ἰατρὸς medicus. ἀλείπτης vnctor eſt. *Parem*)Studio & labori eius. *Conditionis peregrinæ*)Quod ipſemet(niſi eſt aliqua gloſſula introducta ab ignaro ſcriptore)exponit, manumiſſus inquiens à peregrina: nam cũ manumiſſus ſequeretur libertatem patroni, is ſi erat peregrinus, neceſſe erat & manumiſſum eſſe conditionis eiuſdem. *Ius Quiritium*] Ius Latinorũ. vide infra ſuper hoc latius. *Libertis Heliæ, & Antoniæ Harmeridi*] Grammatici & iuriſconſulti dixiſſent, libertabus. *Ornatiſſimæ*) Honoribus & ſuorum ſplendore. *Patrona*) Antonia Maximilla.

PLINIVS TRAIANO.

Agit gratias.

AGo gratias Domine, quod & ius Quiritium libertis neceſſariæ mihi fœminæ, & ciuitatem Romanam Harpocrati Iatraliptæ meo ſine mora, indulſiſti. Sed cum annos eius & cenſum, ſicut præceperas, ederem, admonitus ſum à peritioribus, debuiſſe me ante ei Alexandrinam ciuitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam eſſet AEgyptius. Ego autem, quia inter AEgyptios cæteróſque

A*Go*) Agit gratias pro impetratis. ſed poſt Romanam ciuitatem Harpocrati Iatraliptæ impetratam, etiam Alexandrinam petit. *Cenſum*)Facultates Harpocratis.

Ederem] Procuratoribus Cæſaris vel magiſtratui, qui curam habebant in tabulas referre donatos ciuitate Rom. in aliã

lectione

peregrinos nihil intereſſe credebã, cõtẽtus fueram hoc ſolum ſcribere tibi, eum ſcilicet à peregrina manumiſſum, patronámque eius iampridem deceſſiſſe, de qua ignorantia mea non queror, per quam ſtetit, vt tibi pro eodem homine ſæpius obligarer. Rogo itaque, vt beneficio tuo legitimè frui poſſim, tribuas ei & Alexandrinam ciuitatem, & Romanam. Annos eius & cenſum (nequid rurſus indulgentiam tuam moraretur) libertis tuis, quibus iuſſeras miſi.

lectione fuit, traderem.

Peritioribus) Huius negocij.

Peregrina) Non Romana.

Stetit] Factum eſt. Sic Terentius dixit, ſtare cum illo, id eſt, pro illo facere.

Libertis) Procuratoribus tuis.

TRAIANVS PLINIO.

Ciuitatem Alexandrinam ſecundum inſtitutionem principum non temere dare propoſui, ſed cum Harpocrati Iatraliptæ tuo iã ciuitatem Romanam impetraueris, huic quoque petitioni tuæ negare non ſuſtineo. Tu ex quo nomo ſit, notum mihi facere debebis, vt epiſtolam tibi ad Pompeium Plantam præfectum Ægypti amicum meum mittam.

Ciuitatem] Cõcedit etiã Traianus Harpocrati ciuitatem Alexãdrinam, quæ ab Alexandro magno conſtructa fuit in reditu ab Hammone: viſa loci opportunitate complexus quicquid loci eſt intra paludem & mare, & octuaginta ſtadiorum muris ambitum deſtinauit. verùm vt omittam quę libro tertio, ab Arriano hiſtorico, cæteriſque ſuper hac traduntur, diligentiſſimè Strabo libro decimoſeptimo, omnem constructionem exequitur. *Non temere dare*] Rarò enim ciuitas Alexandrina dabatur peregrinis, & ſummus honos illi habebatur, quinimmo non licebat faſces conſulares eam vrbem ingredi. *Non ſuſtineo*] Non poſſum. *Nomo*] Præfectura, vt Plinius interpretatur, cum libro quinto ſcribat, Ægyptum diuidi in præfecturas oppidorum, quas nomos vocant. pariter Strabo libro decimoſeptimo. Regio, inquit, Ægypti prius in præfecturas, quas nomos vocant, diuiſa fuit, Thebaica in decem, Delta in totidem, intermedia in ſedecim. Herodotus nomos & ſatrapias pro eodem vſurpat at Diodorus Græcus pro præfecturis, cùm inquit, Ægyptum in ſex & triginta nomos diuiſam. quidam volunt eiuſmodi præfecturas tot fuiſſe, quot aulas Labyrinthus habebat, quæ circiter triginta erant, præfecturáſque rurſus diuiſas in toparchias: Toparchias verò in alias diuiſiones minimæ portionis. nomos autem, vt refert Hammonius, verbum polyſemum eſt. *Sit*] Harpocras. *Tibi ad Pompeium*] Quam per me ad te miſſam Pompeio reddes.

C. PLINIVS TRAIANO.

De Statuis principum in municipium transferendis.

CVm diuus pater tuus, Domine, & oratione pulcherrima, & honeſtiſſimo exemplo, omneis ciueis ad munificentiam eſſet cohortatus, petij ab eo vt ſtatuas principum, quas in longinquis agris, per plures ſucceſſiones traditas mihi, quales acceperam, cuſtodiebam, permitteret in municipium transferre, adiecta ſua ſtatua, quódque ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram, vt adſignarent ſolum, in quo templum pecunia mea extruerem: illi in honore operis ipſius electionem loci mihi obtulerant. Sed primùm mea, deinde patris tui valetudine, poſtea curis delegati à vobis officij retentus, nunc videor cõmodiſſimè poſſe in rem præſentem excurrere. Nam & menſtruum meum Calend. Septembris finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet. Rogo ergo ante omnia permittas mihi opus, quod inchoaturus ſum, exornare & tua ſtatua: deinde, vt hoc facere quam maturiſſimè poſſim, indulgeas

C*Vm*) Petit cõmeatum excurrendi in oppidũ Tiphernum, & in agros ſuos per menſem, quòd illic eſſet ędificaturus templum, in quod Traiani indulgentia erat translaturus principũ ſtatuas per fundos ſparſas, & agros ſuos ordinaturus. *Pater tuus*] Nerua. *Oratione*) Quæ non extat. *Honeſtiſſimo exemplo*] Nam ſecundum Dionem, etiam de ſuo plurima donauit, & damnatorum bona ſuperſtitibus reſtituit hæredibus, quæcunque Domitianus iniuſtè abſtulerat egenis verò Romanis emptos mille & quingentis myriadibus agros per quoſdam ſenatores diuiſit. *Longinqui*) Procul ab oppido. *Per plures ſucceſſiones traditas*) Relictas mihi longâ maiorum ſerie. nam alibi refert, fuiſſe vetuſtis clariſque parentibus, multáſque in familia imagines maiorum habuiſſe. *Municipium*] Tiphernum arbitror Tyberinum, iuxta quod rus & villam poſſedit. immo iuuenis in patronum cooptatus ab illo oppido fuit. *Adiecta*] Addita numero ſtatuarum cæterorum principum. *Teſtimonio*] Liberalitatis meæ præconio adhibito *Decurionibus*] Senatoribus eius municipij. *Templum*) Fortaſſe illud de quo libro quarto, oppidum eſt prædiis noſtris vicinum, nomen Tipherni Tyberini, in hoc ego templum pecunia mea extruxi. *Mea*] Oculorum, an alia. nam plerunque ægrotabat. *Valetudine*] Extrema. morbo enim periit Nerua, ſecundum Euſebium in ortis Saluſtianis. *Officij*) credo intellexiſſe Præfecturam ęrarij, quam ſub Traiano, cum Tertullo geſſit: cuius paulo antè meminit. *In rem præſentem*] in agros, & locum extructionis, vt pręſens omnia peragam. *Menſtruum*) cura officij per menſem meum. alternis enim menſibus pręfecti ęrario curam eius ſuſtinebant. Varro de agricultura, menſtruum vocat tempus, quod luna circumiens implet. & Columella, Mulieris menſtruum profluuium ſanguinis: quod ſingulis mẽſibus mulieres vexat. Scęuola vero menſtruos aureos relictos in ſingulos mẽſes. *Sequẽs*) inſequens. Auguſto proximus Septẽber.

Feriatos] Vacuos à negociis publicis. erãt ferię Ioui ſacrę. genera autẽ earũ quatuor. in feriis hoc tãtùm licebat agere, ex reſpôſo Scæuolæ, quòd prætermiſſũ noceret: longa diſſertatio eſt ſuper prędictis apud Macrobium lib. i. Saturnalium.

commeatum. Non eſt autem ſimplicitatis meæ, diſſimulare apud bonitatem tuam, obiter te plurimum collaturum vtilitatibus rei familiaris meæ. Agrorum enim quos in eadem regione poſſideo, locatio cùm alioqui cccc. excedat, adeo non poteſt differri, vt proximam putationẽ nouus colonus facere debeat. Præterea, continuæ ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare, quarum rationem niſi præſens inire non poſſum. Debeo ergo Domine indulgentiæ tuæ, & pietati meæ celeritatem, & ſtatuarum ordinationem, ſi mihi ob vtraque hæc dederis commeatum xxx. dierum. Neque enim anguſtius tempus præfinire poſſum, cùm & municipium, & agri de quibus loquor, ſint vltra centeſimum & quinquageſimum lapidem.

Commeatum] Diſcedendi facultatem. frequens verbum apud hiſtoricos. *Simplicitatis*) Bonitatis, candoris. *Diſſimulare*] Abſcondere. *Obiter*) In tranſitu, vel ſimul Apuleius lib. vi. rurſum ne breuiculo quidem tempore refectos obiter reducunt. Plinius lib. xiii. obitérque inter ordines alium capeſſere fertile eſt. & lib. xxxiiii. vt obiter hoc quoque naſcatur. Iuuenalis: atque obiter leget, & ſcribet, vel dormiet intus. *Collaturum*] Si indulſeris mihi commeatum. *Eadem regione*) Thuſciæ. ibi enim optimos agros poſſedit. *Quadringenta*) Seſtertia. ſupra enim cenſum equeſtrem referebat ex reditu Thuſcanorum prædiorũ. ergo non erat neglĩgẽdus. *Differri*] In alium annum: iam pacto luſtro cum conductore. *Nouus colonus*) Proximè mihi accipiendus. *Debeat facere proximam putationem*) Putare vites debeat poſt vindemiam inſtantem. nam ſecundum Columellæ præcepta, vbi cœlum frigidum eſt, ſine dubio verno tempore melior putatio eſt. vbi verò aprica loca ſunt, mollẽſque hyemes, optima, & maximè naturalis eſt autumnalis, quo tempore diuina quadam lege & æterna fructum cum fronde ſtirpes deponunt, & non multo poſt, capite vigeſimoquarto: placet ergo ſi mitis & temperata permittit in ea regione quam colimus, cœli clementia, facta vindemia ſecundum idus Octobris auſpicari putationes, cùm tamen æquinoctiales pluuiæ præceſſerint, & ſarmenta iuſtam maturitatem ceperint: nam ſiccitas ſeriorem putationem facit. *Sterilitates*) Libro quarto conqueritur, Thuſcos ſuos grandine excuſſos, & plerunque alibi ſe graciles vindemias colligere. *Remiſſionibus*) Ad Caluiſium. ſcribit abundè quantum negociatoribus ſuarum vindemiarum ſpe deceptis remiſerit. & ad Paulinum, cùm me, inquit, neceſſitas Thuſcanorum prædiorum plures annos ordinatura detineat. nam priore luſtro quanquam poſt magnas remiſſiones, reliqua creuerunt. *Rationem*) Calculum, computationem. *Præſens*) Quod prius dixerat, in rem præſentem. *Debeo celeritatem & ſtatuarum ordinationem tuæ indulgentiæ, & pietati meæ.*) id eſt, ſi concedes mihi commeatum, debebo ob hanc indulgentiam quãprimum redire, & ſtatuarum ordinationem meæ pietati referre. *Anguſtius*) Breuius. *Præfinire*) Præſcribere. *Municipium*) Crediderim ſanè Tifernum Tyberinum, quod tantum ab vrbe diſtet, quòd nullibi locorum Plinius ſcribat ſe habuiſſe agros, quàm in Thuſcis & Tranſpadana regione, quæ bis tot ab vrbe diſtat. illud animaduertendum, non omnes has epiſtolas ad Traianũ ſcriptas à Secundo, dum eſſet in Bithynia, ſed

quaſdam, vt hanc, dùm ſtaret in vrbe, abſente ab ea Traiano. collegit igitur in vnum libellum quaſcunque Imperatori ſcripſerat. *Lapidem*) Miliarium: nam per lapides miliaria ſignabat antiquitas. Mart. Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum. Ad quartum breue rus emit Otacilius.

Traianvs Plinio.

ET priuatas multas, & omneis publicas cauſas petendi commeatus reddidiſti: mihi autem vel ſola voluntas tua ſuffeciſſet. Neque enim dubito, te vt primùm potueris, ad tam diſtrictum officium reuerſurum. Statuam poni mihi à te eo quo deſideras loco (quanquam eiuſmodi honorum parciſſimus) tamen patior, ne impediſſe cùrſum erga me pietatis tuæ videar.

ET priuatas) Cōcedit Imperator Plinio quod petierat. *Priuatas*) Pertinentes ad rem tuam domeſticam. *Publicas*) Tam propter ſtatuarum ordinationem, quàm quòd in ſequenti menſe vacaret ab officio. *Petenti*) Legitur etiā petendi. *Sola V.*) Vide quanti faceret Traianus Secundum. *Suffeciſſet*) Ad impetrandum commeatum. *Diſtrictum*) Neceſſarium. hinc lib. i. de eadem præfectura ſcribens, diſtringor, inquit, officio, vt maximo, ſic moleſtiſſimo: ſedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, cōficio tabulas, ſcribo plurimas ſed illiteratiſſimas literas. & in panegyrico, nondum biennium compleueramus in officio laborioſiſſimo & maximo. *Parciſſimus*) Quare meritò in oratione laudatur à Plinio, quòd vnam tantùm atque alteram ſtatuam, & hanc æream in veſtibulo Iouis Capitolini haberet, cùm paulo ante aditus omnes, omnes gradus, totáque area hinc auro, hinc argento reluceret.

Plinivs Traiano.

Impetratæ ciuitatis Alexandrinorum pro Harpocrate gaudium.

EXprimere Domine verbis non poſſum, quanto me gaudio adfecerint epiſtolæ tuæ, ex quibus cognoui, te Harpocrati Iatraliptæ meo etiam Alexandrinā ciuitatē tribuiſſe, quāuis ſecundū inſtitutionē principum non temerè eam dare propoſuiſſes. Eſſe autem Harpocrā νόμου μεμφιτικοῦ, indico tibi: rogo ergo indulgentiſſime Imp. vt mihi ad Pompeium Plantam, præfectum Aegypti, amicum tuum, ſic vt permiſiſti, epiſtolam mittas.

EXprimere) Impetratæ ciuitatis Alexandrinorū pro Harpocrate gaudium teſtatur, rogátque vt literas ſibi ad Pompeium Plantam mittat, & patiatur quàm longiſſimè ſibi occurrere. *Iatraliptæ*) Medicorum reũctori, cuius artem Iatralipticen inueniſſe Prodicum memorat Plinius. *Non temere*) Niſi raro. *νόμου μεμφιτικοῦ*) Præfecturæ mē-

phiticæ. Memphitæ vſque ad ſummum Nili delta perueniunt. Memphis autem ipſa quondam arx Aegyptiorum regum magna & populoſa, ambitu ſtadiorũ cẽtũ & quinquaginta, opportuniori totius eius oræ loco, vbi Nilus in plures ſciſſus partes efficit formam deltæ: eam Ogdous cognomento Vchoreus condidit.

Obuiam iturus) Occurſurus tibi. credo Traianum tunc in vrbem redire voluiſſe, cuius aduentu percepto Plinius ei ob uius ire quàm longiſſimè honoris gratia optabat.

obuiam iturus, quo maturius Domine exoptatiſſime, aduentus tui gaudio frui poſſim. rogo permittas mihi quàm longiſſimè occurrere tibi.

PLINIVS TRAIANO.

Medici ſui propinquis ciuitatem petit.

PRoxima infirmitas mea Domine obligauit me Poſthumio Marino medico, cui parem gratiam referre beneficio tuo poſſum, ſi precibus meis ex conſuetudine bonitatis tuæ indulſeris. Rogo ergo vt propinquis eius des ciuitatem, Chryſippo Mithridatis, vxorique Chryſippi Stratonicæ Epigoni. item liberis eiuſdem Chryſippi Epigono & Mithridati, ita vt ſint in patris poteſtate, vtque iis in libertos ſeruetur ius patronorum. Item rogo indulgeas ius Quiritium L. Satrio Abaſcantio, & P. Cæſio Phoſphoro, & Panchariæ Soteridi, quod à te, volentibus patronis, peto.

P*Roxima*) Medici ſui propinquis ciuitatem petit. *Proxima*) Alia à præcedenti. *Indulſeris*) Non videatur mirum, ſi frequenter contra priſcorum conſuetudinem vtatur verbo indulgere, cùm etiam alii ſimiliter vſurpauerint. Liuius ab vrbe condita, cùm de cura annonæ habita, & ſalis vendendi arbitrio, ac portoriis & tributo remiſſis agit, hac indulgentia refert patres plebem concordem tenuiſſe. & Seneca, præſtabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatem. eſt enim indulgentia, remiſſio mollis de ſeueritate iuris. hinc Fabius dixit. mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus. item Seneca in Epiſtolis, vt corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis ſit. Martialis, indulgent patientiam, dixit pro patiuntur. *Mithridatis*) Filio. *Ita*) Cum hac tamen conditione. *Vt ſint in p. p.*) Ne à libera poteſtate patris abſoluantur. *Patronorum i.*) Vt habeant idem iuris in libertos patris, quod pater in eos habet. nam Vlp. iuriſconſultorum doctiſſimo referente, liberti tenentur alere patronos, & nonnunquam patronorum filios pro modo facultatum: verùm de iure patronatus in ſequentibus pleraque multa. *Ius Quiritium*) Ius Latinorum, quo iure Quirites, id eſt Romani vtuntur. *Volentibus*) Conſentientibus *Abaſcantio*) Romę in ędibus vetuſtiſſimis ſub Quirinali adhuc extat hoc epitaphium. C. Pli. Abaſcantii. C. Pli. Phoſphorus.

Plinivs Traiano.

Præturam amico petit.

SCio Domine memoriæ tuæ, quæ eſt benefaciendi tenaciſſima, preces noſtras inhærere, quia tamen in hoc quoque ſæpe indulſiſti, admoneo ſimul & impensè rogo, vt Actium Suram prætura exornare digneris, cùm locus vacet, ad quam ſpem alioqui quietiſſimum hortatur & natalium ſplendor, & ſumma integritas in paupertate, & ante omnia felicitas temporum, quæ bonam conſcientiam ciuium tuorum ad vſum indulgentiæ tuæ prouocat & attollit.

S*Cio*) Petit præturam amico ſuo Actio Suræ. *Inhæret m. t.*) Fixum pectore tenes. quo dicendi genere etiam in epiſtolis ad amicos plerunque Secundum, alibi referemus. *Tenaciſſima*) Conſtantiſſima. *Sæpe ind.*) In hoc etiam conceſſiſti, vt te ſæpe admonerem. *Exornare p.*) Creare prætorem. *Locus V.*) Fortaſſe in demortui locum ſufficere. *Quietiſſimam*) Certiſſimam. *Natalium ſp.*) Quòd Sura ſit parentibus claris. nam Traianus claris natalibus debitos honores retulit: quare in Panegyrico dixit, tandem ergo nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur à Principe: tandem illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis feſtinatis honoribus amplificat atq; auget, & maioribus ſuis reddit. ſi quid vſquā ſtirpis antiquæ, ſi quid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in vſum Reip. promit. ſunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina ex tenebris obliuionis indulgentia Cæſaris, cuius eſt vt nobiles conſeruet & afficiat. *Integritas in p.*] Magna pauperis laus, qui non corrumpatur donis. integer ad mores refertur, ſed præſertim ad abſtinentiam alieni: nam in integrum eſt, quod non eſt corruptum, ſed perfectum. vnde integram rem dicunt Oratores & hiſtorici, quæ in ſua natura eſt, & integram ætatem interpretantur, in flore ipſo, cui neque addendum, nec adhuc quicquam ſit imminutum. quare Virgilius integrum qui Aſcanium meminit, etſi Seruius, cui adhuc ætas integra ſupereſſet, adducàtque Ennium dicentem, Deos æui integros. *Felicitas*] Nam cùm res olim inter ſe diſſociabiles miſcuiſſet Nerua, principatum & libertatem, auxit quotidie felicitatem imperij Traianus: nec ſpem modò ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam aſſumpſit. *Prouocat*) Inuitat oratione & exemplo ſuo. *Bonam c.*) Viros bonos, conſcios integritatis ſuæ. *Extollit*) Ad honores eleuat: cùm præſertim aliquis bene prouinciam regeret, huic quæſita virtute dignitas offerebatur. patebat enim omnibus honoris & gloriæ campus: ex hoc quiſque quod cupiebat, petere poterat, & aſſecutus ſibi debebat.

Plinivs Traiano.

Sacerdotium ſibi petit.

CVm ſciam Domine, ad teſtimonium laudémque morum meorum pertinere, tam boni principis iudicio exornari, rogo, dignitati, ad quā me ꝑuexit indulgētia tua, vel

C*Vm*) Auguratum, vel ſeptemuiratū ſibi petit. *Maiorum m.*) Quos claros habuerat. *Boni*) Immò optimi. *Dignitati*) Præ-

ſectura ærarii, & in primis conſulatui. nam has dignitates à Traiano acceperat ante auguratum, quod ipſe ad Arrianum lib. iiii. & in Panegyrico teſtatur.

auguratum, vel ſeptemuiratum, quia vacant, adÿcere digneris, vt iure ſacerdotÿ precari deos pro te publicè poßim, quos nunc precor pietate priuata.

Auguratum) In quo Iulio Frontino ſucceſſit gratulabundus. quare alibi ſuper hoc ſcribens, gratularis, inquit, quòd acceperim auguratum, iure gratularis, primùm quòd grauiſſimi principis iudicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt: deinde, quod ſacerdotium ipſum, cùm priſcum & religioſum, tum hoc quoque ſacrum planè & inſigne eſt, quòd non adimitur viuenti. *Septemuiratum a*) Me vnum facere ex ſeptemuiris, qui epulas indicendi Ioui, cæteriſque diis poteſtatem habebant. de vtroque ſacerdotio multa in præcedentibus enarrata. *Vacant*] Sũt ſine domino, vnde nõ iniuria nunc in vrbe dicũtur vacare ſacerdotia, mortuo ſacerdote, nec dũ alii collata. vacabat autẽ Auguratus p obitũ Iulii Frõtini. *Adÿcere*) Adſtruere, addere. *Publicè*) Clara voce, vtilitate publica. augur enim publica ſignà à diis miſſa interptabatur.

PLINIVS TRAIANO.

Gratulatoria ob victoriam.

VIctoriæ tuæ optime Imp. maximæ, pulcherrimæ, antiquißimæ, & tuo nomine, & reipub. gratulor: deóſque immortales precor, vt omneis cogitationes tuas tam lætus ſequatur euentus, vt virtutibus tantis gloria imperÿ & nouetur, & augeatur.

VIctoriæ) Gratulatur Imperatori ob victoriam de hoſtib. partam. *Victoriæ*) Parthicæ, an magis pro deuicto Decibalo Dacorum rege, cuius lib. viii. meminit, ſignatè imperatorem Traianum appellauit, quòd is cum exercitu expeditione facta contra Dacos, victoriam retulerit. *Maximæ*) Bis deuictis hoſtibus ferociſſimis & ſagaciſſimis. *Pulcherrimæ*] Vt coegerit pendere tributa Romanis, & imperata facere, cùm ſecus fieret ſub Domitiano, deinde rebellantes rege eorum ad necem compulſo penitus ſubiugauerit, & Daciam in prouinciæ formam redegerit. *Antiquißimæ*) Memorandæ, ſimili imperatorum antiquorum, ſuper qua ex inuicta antea gente bis acti fuere triumphi. *Reipublicæ*) Quia ſub Traiano fuit ſumma libertas: nam legati Decibali ad ſenatum miſſi poſt primam deditionem, & arma, quæ Traianus illis ademerat, & pacẽ impetrarũt. *Gloria Imperÿ*] Sub Domitiano ſeneſcẽtis, & ruentis. *Nouetur*) Ob reductã militarẽ diſciplinã. *Augeatur*) Redacta tũ primùm Dacia, in formam prouinciæ.

PLINIVS TRAIANO.

De itinere ſuo in Bithyniam.

QVia confido Domine ad curam tuam pertinere, nuncio tibi me Epheſum cum omnibus meis ὑπὲρ μαλέαν nauigaſſe, quamuis contrarÿs ventis retentus. nunc deſtino partim

QVia) Nũciat ſe veniſſe Epheſum, reliquũ itineris in Bithyniã facturũ, partim naui, partim vehiculis. *Pertinere ad c. t.*)

Te curare. *ὑπὲρ μαλέας*) Super Maleam, quæ & *μαλεία* dicitur, ſecundum Stephanum, promontorium. eſt Peloponneſi, ex quo ad Cretam inſulam, ſi Plin. credimus, certiſſimus curſus. interuallum autem à Malea ad columnas Herculeas ſi quis computet, ex autoritate Strab. inueniet ſtadiorum viginti duo millia & quingenta. maria ipſa, præſertim ſupra Maleam, propter aduerſos ventorum flatus, non fuere tuta. inde natum vulgo prouerbium, Cùm Maleam deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Virgilius Maleæ vndas ſequaces appellauit. *Epheſum*) Ioniæ ciuitatem. *Retentus*) In itinere remoratus.

orarÿs nauibus, partim vehiculis prouinciam petere. nam ſicut itineri graueis æſtus, ita continua nauigationi Eteſiæ reluctantur.

Orarÿs na.) Piſcatoriis & paruis, ſic interpretatur Marr. illud Plauti in Rudente, mea opera laboratur & rete, & horia. hæc conuenientior videtur lectio, tanquam paruis lembis lecturus eſſet oram litoris Ionii, potiuſquam nauibus onerariis, quæ amant altum pelagus. *Vehiculis*) Terreſtri itinere, commodius enim & celerius iter faceret quiſpiam ex Colophone Smyrnam vehiculo, quàm naui. *Prouinciam*) Bithyniam. *Graues æſtus*) Ingentes calores, quibus illæ prouinciæ vexabantur. *Eteſiæ*) Conſtat Eteſias tantùm in æſtate flare, cùm nulli ventorum magis ſtati ſint. exoriuntur autem ſecundum Plinium, poſt biduũ ab exortu Caniculæ. Gellius verò tradit, cùm canis oritur. Columella autem, Calend. Auguſti. at Seneca in Naturalibus quæſtionibus opinionem quorundam recitans, æſtate, inquit, flare incipiunt, cùm & longius extenditur dies, & recti in nos radii diriguntur. à ſolſtitio illis initium vltra ortum Caniculæ. non valent mane, ne ſciunt ſurgere, ob hoc à nautis ſomniculoſi venti & delicati vocantur. ſed Diodorus voluit Eteſias à ſolſtitio æſtiuo nondum flare, & multo ante æquinoctium autumnale quieſcere. & Hammonius ſingulis annis ſtare tempore fructuum, Eteſias ventos oriri è terra, & eorum flatu nimios calores temperari: ab eiſdem etiam maritimos curſus celeres & certos dirigi Cicero prodidit De natura deorum. eſſe autem ſubſolanos credidit Strabo libro tertio ſcribens, ex Hiſpania retrò habenda eſt nauigatio. obſeruandum eſt in primis, quòd in eo mari vſque ad ſinum Sardinienſem venti ſpirant ſubſolani, euri, qui & eteſiæ dicuntur. at Plinius lib. xviii. ex Aquilone Eteſias mutato nomine dici refert: nam & lib ii. ſcripſerat, Caniculæ exortum diebus octo fermè Aquilones præcedere, quos prodromos appellant. poſt biduum autem exortus eoſdem aquilones conſtantius perflare diebus xl. quos Eteſias vocant. ego crederem non ſemper Eteſias flare ab eadem cœli regione, hinc modò aquilonis, modò euri nomen accepiſſe, quod colligi poteſt ex verbis Gellii. addidiſſem, inquit, eos ventos, qui Eteſiæ & prodromi appellantur, qui certo tempore anni ex alia atque alia cœli parte ſpirant. Hermolaus vir doctiſſimus ætatis noſtrę, putat illud ex lib. xviii. cap. xxxiiii. contrarius Aquilo Africo flat, nec tamen eum toto anno in prædictis timet agricola, mollit ſydera æſtate media, legendum, mollitur ſydere: quia ſequitur mutátque nomen, id eſt non Aquilones amplius, ſed Eteſiæ vocantur. immò vt magis approbem eius ſententiam, idem Plinius lib. ii. vbi Eteſiarum meminit, mollire, tradit, eos creditur ſolis vapor geminatus ardore ſyderis. aduertendum tamen, Senecam ex autoritate Democriti referre Eteſiarum flatum æſtatem frangere, & à menſium feruentiſſimorum grauitate defendere, quod conuenit cum illo, mollit ſydera. eſſe autem contrarios nauigantibus ab oriente præter ſupradicta, Cęſar & M. Tullius teſtantur. ille enim in commentariis ſcribit, ſe teneri neceſſariò Alexandrię Eteſiis ſpirantibus, qui nauigantibus inde ſũt aduerſiſſimi vẽti. hic verò in epiſtolis ad Cælium, dum è Cilicia redire in vrbem decreuit: ego, inquit, niſi quid me Eteſiæ morabuntur, celeriter (vt ſpero) vos videbo. ad hæc Tacitus: mare quoque Eteſiæ flabant, horum flatu in orientem nauigantibus ſecundum, inde aduerſum erat.

ſum erat. cùm itaque hi venti, autore Plinio, ſint frugibus infeſti, tradit Laertius flantibus illis ne fruges corrumperentur, Empedoclem iuſſiſſe excoriari aſinos, factiſque vtribus collibus & montium verticibus eos admoueri ad reprimendos flatus, ceſſantibúſque ventis colyſanemiam vocatum. Eteſium ſecundum Celſum, emplaſtrum rubrum eſt. at Eteſij, autore Dionyſio, penates apud Græcos dicuntur. *Reluctantur nauigationi*) Tendentibus ad ſeptentrionem contrà nituntur.

TRAIANVS PLINIO.

Rectè renunciaſti mi Secunde chariſſime. pertinet enim ad animum meum, quali itinere in prouinciam peruenias. Prudenter autem conſtituis, interim nauibus, interim vehiculis vti, prout loca ſuaſerint.

R*ectè*] Laudat conſilium Secundi *Renunciaſti*) Scripſiſti per nuncium. *Pertinet ad animum meum*) Scire cupio quali itinere, proſpero, an aduerſo: naui, an vehiculo. *Peruenias*] Sis venturus. nondum enim peruenerat. *Interim*) Aliquando, partim. *Loca*) Viarum compendia.

PLINIVS TRAIANO.

In Bithyniam ſe veniſſe ſcribit.

Sicut ſaluberrimam nauigationem Domine vſque Epheſum expertus: ita inde poſtquam vehiculis iter facere cæpi, grauiſſimis æſtibus, atque etiam febriculis vexatus Pergami ſubſtiti. Rurſus cùm tranſiſſem in orarias nauiculas, contrarijs ventis retentus, aliquanto tardiùs quàm ſperaueram, id eſt xv. Cal. Octobreis Bithyniam intraui. Non poſſum tamen de mora queri, cùm mihi contigerit, quod erat auſpicatiſſimum, natalem tuum in prouincia celebrare. Nunc Reip. Pruſenſium impendia, redditus, debitores excutio, quod ex ipſo tractu magis ac magis neceſſariũ intelligo. Multæ enim pecuniæ varijs ex cauſis à priuatis detinentur. præterea quædam minimè legitimis ſumptibus erogantur. Hæc tibi Domine in ipſo ingreſſu meo ſcripſi. Quintodecimo Cal. Octob. Domine prouinciam intraui, quã in eo obſequio, in ea erga te fide,

S*icut*] Nunciat ſe tãdem perueniſſe in prouinciã, in quã miſſus fuerat à Traiano pro prætore cum conſulari poteſtate, rogáique vt mittat menſorem ad opera publica, in quæ multæ pecuniæ ſuperfluò erogãtur. *Grauiſſimis æ.*) Præſertim canicularibus diebus, & flantibus Eteſiis. *Pergami*) Longè clariſſimum Aſiæ Pergamum, Plinio referente, quod intermeat Silenus, præfluit Caicus profuſus Pindaro monte: Pergamea vocatur eius tractus iuriſdictio. Strabo inquit, in his locis principatum quẽdam obtinet Pergamum, inſignis ciuitas, quæ diu ſub Attalicis regibus fuit, fœminino genere Græcorum aliqui, at Stephanus in Maſculino protulere. *Subſtiti*) Moram feci, retardatus ſum xv. Calend. Octob. *Mora*) Facta ob febres & contra-

quam de genere humano mereris, inueni. Diſpice Domine an neceſſarium putes mittere huc menſorem. videntur enim non mediocres pecuniæ poſſe reuocari à curatoribus operum, ſi menſuræ fideliter agantur: ita certè proſpicio ex ratione Pruſenſium, quam cum Maxima tracto.

rios ventos. *Auſpicatiſſimum*) Optimi auſpicii. *Natalem tuum*) Natus eſt Traianus menſe Septembri. *Excutio*) Scrutor, examino: nam miſſus fuerat ad ordinandum ſtatum prouinciæ Bithyniæ *Tractu*) Facto ſpatio. *Nimia*) Supra modum. *Erogantur*) Impenduntur. *Quam*) Optimam. *Menſorem*) Qui metiatur opera publica. Vegetius qui in caſtris ad podiſmum demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hoſpitia in ciuitatibus præſtant, hi menſores appellantur. an potius menſor hîc accipi debet pro eo qui curam remetiendorum publicorum operum habebat, & calculatore impenſarum, ac litium æſtimatore, cùm demetiri, ſit æquare & æſtimare *Reuocari*) Ad ærarium, vnde fuerant extractæ, *Curatoribus*) Qui multas pecunias dolo malò intercepetant. *Ratione Pruſenſium*) Calculo, computatione Pruſenſis Reip. *Maximo*) Procuratore tuo.

TRAIANVS PLINIO.

CVperem, ſine querelâ corpuſculi tui & tuorum, peruenire in Bithyniam potuiſſes, ac ſimile tibi iter ab Epheſo, vt nauigationi fuiſſet, quam expertus vſque illò eras. Quo autem die perueniſſes in Bithyniam, cognoui Secũde chariſſime literis tuis. prouinciales credo proſpectum ſibi à me intelligent. nam & tu dabis operam vt manifeſtum ſit illis, electum te eſſe, qui ad eoſdem mei loco mittereris. Rationes autem in primis tibi rerum publicarum excutiendæ ſunt. nam & eſſe eas vexatas ſatis cõſtat. Menſores vix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, ſufficiẽter habeo, ſed in omni prouincia inueniuntur, quibus credi poſſit, & ideo non deerunt tibi, modò velis diligenter excutere.

CVperem) Reſpondet non poſſe ab vrbe menſorẽ mittere. *Corpuſculi*) Fuit enim Plinius breuis & gracilis ſtaturæ, id quod ipſe alibi etiam aſſerit. *Tuorum*) Familiariũ. *Aliter ab Epheſo fuiſſet, &c.*) id eſt tam ſalubriter & commodè ab Epheſo pedeſtri itinere perueniſſes in Bithyniam, quàm ab vrbe Epheſum nauigaſti. *Proſpectum*) Rectè cautum. *Mei*) id eſt pro conſulari imperio & poteſtate. *Vexatas*) Perturbatas, defraudatas. *Romæ*) Nam Circi latus incenſum extruxit, Gymnaſium, item theatrum in campo Martio, columnam cochlidem in foro, quæ etiam nunc durat, porticus, templa. *In p.*) Portum Oſtienſem refecit, Centumcellarũ extruxit, Põtinas paludes exſiccatas pontibus permeabiles reddidit. *Excutere*] Inquirere.

PLINIVS TRAIANO.
De cuſtodiis.

Rogo Domine conſilio me regas hæſitantem, vtrum per publicos ciuitatum ſeruos, quod vſque adhuc factũ, an per milites adſeruare cuſtodias debeam. Vereor enim ne & per ſeruos publicos parum fideliter cuſtodiantur, & non exiguum militum numerũ hæc cura diſtringat. interim publicis ſeruis paucos milites addidi. Video tamen periculum eſſe, ne idipſum vtriſque negligentiæ cauſa ſit, dum communem culpam hĩ in illos, illi in hos regerere poſſe confidunt.

Rogo) Conſulit Traianum an cuſtodiæ ſint per ſeruos publicos ſeruandæ. *Hæſitantem*) Ambiguum *Publicos ſer.*) Seruorũ aliqui erant publici, qui Reip nomine empti fuerant, & publicis vſibus inſeruiebant, aliqui priuati, priuatorum dominorum. *Milites*) Stipendiarios, & ideo liberos. *Cuſtodias*) Carcerem, locum vbi carcerarii cuſtodiuntur. Columella, itaque mancipia vincta, quæ ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit, atque explorare vt ſint compedibus diligenter innexa, tum etiam cuſtodiæ ſedes an tuta & rectè munita ſit. iuriſconſultus etiam, homo, inquit, qui ex cuſtodia producitur. *Et*) Vereor ne. *Hæc c.*) Cuſtodiarum.

Diſtringat] Occupet. *Non exi.*] Ingentem. *Addidi*) Ad cuſtodias. *Id.*) Additio militum ſeruis publicis *Culpam*) Negligentiam. *Hi*) Milites. *Illos*) Seruos. *Regerere*) Referre, reflectere, excuſare.

TRAIANVS PLINIO.

Nihil opus eſt mi Secũde chariſſime, ad continendas cuſtodias plureis commilitones conuerti. perſeueremus in ea conſuetudine, quæ iſti prouinciæ eſt, vt per publicos ſeruos cuſtodiantur. Etenim vt fideliter hoc faciant, in tua ſeueritate ac diligentia poſitum eſt. In primis enim, ſicut ſcribis, verendum eſt, ne ſi permiſceantur ſeruis publicis milites, mutua inter ſe fiducia negligentiores ſint. Sed & illud hæreat nobis, quàm pauciſſimos milites à ſignis auocandos eſſe.

Nihil] Reſcribit ſeruandam eſſe antiquam conſuetudinẽ.

Commilitones) Vox imperatorum blanda, militibúſque grata, cùm ſe vnum de numero illorum putat, & militiæ ſocium.

Hæreat n.) In animo ſedeat, curæ ſit.

Reuocandos à ſi.) Remouendos à ſuis ducibus, à caſtris.

Plinius Traiano.

De numero militum Gabio Baſſo præfecto adſignatorum.

Gabius Baſſus præfectus oræ Ponticæ, & reuerentiſſime & officioſiſſime Domine venit ad me, & compluribus diebus fuit mecum. Quantum perſpicere potui, vir egregius, & indulgentia tua dignus, cui ego notum feci præcepiſſe te, vt ex cohortibus quibus me præeſſe voluiſti, contentus eſſet beneficiarijs decem, equitibus duobus, centurione vno. Reſpondit, non ſufficere ſibi hunc numerum, ídque ſe ſcripturum tibi. Hoc in cauſa fuit, quo minus ſtatim reuocandos putarem quos habet ſupra numerum.

G*Abius*) Nunciat non reuocaſſe milites ſupernumerarios à Gabio Baſſo, quoniam is reſponderat, non ſufficere ſibi numerum ab Traiano præſcriptum. *Præfectum* Non multo pòſt teſtatur eadem, dum ipſum Cæſari commendat. *Me*) Hinc apparet, miſſum Plinium vt imperaret *Beneficiarijs*) Militibus, de quibus lib. i. belli Ciuilis Cæſar. Petreius verò non deſerit ſeſe, armat familiam: cum hac & prætoria cohorte cetratorum, barbariſque equitibus, paucis beneficiariis ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſa habere conſueuerat, improuiſo ad vallum euolat. ſunt autem beneficiarii, autore Vegetio, ab eo appellati, quòd promouentur ad militiam beneficio Tribunorum. *Reuocandos*) Ad ſigna ſua. *Supra numerum*] A te conſtitutum.

Traianus Plinio.

VT mihi ſcripſit Gabius Baſſus, non ſufficere ſibi eum militum numerum, qui vt daretur illi, mandatis meis complexus ſum. Quot quæris ſcripſiſſe me? vt notum haberes, his literis ſubiici iuſſi. Multum intereſt, res poſcat, an homines imperare latius velint. Nobis autem vtilitas demum ſpectanda eſt, & quantum fieri poteſt, curandum ne milites à ſignis abſint.

V*T mihi*) Mandat numerum militum quos velit aſſignari Gabio Baſſo. *Quo*) In alia lectione fuit, quot: in alia, quid. *Subiecit*) Subſcripſi, verba per me ad Gabium ſcripta, ſtatim his adieci, quæ ſunt, multum intereſt, res poſcat. *Imperare latius &c.*) id eſt Conſiderandum eſt an res poſcat, vt Gabius apud ſe retineat ſupernumerarios milites, an id agat, vt multis dominetur. plerunque enim homines ambitione corrupti magna imperia affectant. *Nobis*) Mihi, & tibi. *Signis*] A Ducibus ſuis. *Vt notum haberes*) Vt certior eſſes.

PLINIVS TRAIANO.

De balineo Pruſenſium.

PRuſenſes Domine balineum habent & ſordidum & vetus: id itaque indulgentia tua reſtituere deſiderant. ego tamen æſtimans nouum fieri deberi: videris mihi deſiderio eorum indulgere poſſe. Erit enim pecunia ex qua fiat, primùm ea, quam reuocare à priuatis, & exigere iam cœpi: deinde, quam ipſi erogare in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre, quod alioqui & dignitas ciuitatis, & ſeculi tui nitor poſtulat.

Ruſenſes) Pruſenſium nomine petit balineum extrui. *A priuatis*] Nam prædixerat multas pecunias à priuatis variis ex cauſis detineri. *In oleum*] Quo vngebantur. interdum eſt videre in antiquorum monumentis, balineum publicè, & oleum gratuitò datum. *Nitor*] Aedificiorum ſplendor & polities.

TRAIANVS PLINIO.

SI inſtructio noui balinei oneratura vires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſiderio eorum indulgere: modò ne quid ideo aut intribuát: aut minus illis in poſterum fiat ad neceſſarias erogationes.

I inſtructio) Indulget Pruſẽſibus balinei ædificationẽ, modò ne per illos aliquid priuatim tribuatur, neque corũ vires per publicam pecuniá extenuentur ad alias collationes neceſſarias. *Intribuant*] Impendant. *Priuatim*] id eſt, viritim. *Minus fiat*] Minuantur redditus publici, ne poſſint conferre res neceſſarias.

PLINIVS TRAIANO.

De aduentu Seruilii.

SEruilius Pudẽs legatus Domine viij. Cal. Decemb. Nicomediam venit, méque longa expectationis ſolicitudine liberauit.

Eru.) Certiorẽ facit Traianum de Seruilij aduẽtu Nicomediá.]

PLINIVS TRAIANO.

Pro Roſſano Gemino.

ROſianum Geminum Domine arctiſſimo vinculo mecũ tua in me beneficia iunxerũt. Habui enim illum quæſtorem in conſulatu, mei ſummè obſeruantiſſimum expertus: tan-

Oſianũ) Rogat Traianũ velit commẽdatũ habere Roſianum Geminum, ſibi arcta familiaritate coniunctum:

tam mihi poſt conſulatum reuerentiā præſtat, vt publicæ neceſſitudinis pignora, priuatis cumulet officijs. Rogo ergo vt ipſi apud te pro dignitate eius, precib⁹ meis faueas: cui, & ſiquid mihi credis, indulgētiā tuam dabis, dabit ipſe operā, vt in his quæ ei mādaueris, maiora mereatur. Parciorē me in laudādo facit, quod ſpero tibi & integritatē eius, & probitatē, & induſtriā non ſolū ex eius honoribus, quos in vrbe ſub oculis tuis geſſit, verumetiā ex commilitio eſſe notiſſimam. Illud vnum, quod propter charitatem eius nondū mihi videor ſatis plene feciſſe, etiā atq; etiā facio: teq; Domine rogo, gaudere me exornata quæstoris mei dignitate, id eſt per illū mea, quàm maturiſſimè velis.

ad hæc virum integrum, probum, induſtrium, & Cæſaris ipſius commilitonem, de quo pleraque libro primo.

Publicæ neceſſitudinis) Quia quæſtor more maiorum conſulem in parentis loco habere debeat.

Ipſe apud te faueas) Sis fautor eius dignitatis, quod eſt in tua poteſtate. an dignitati, quam apud te geſturus eſt.

Precibus meis) Ratione mearum precum.

Priuatis) Collatis in me poſt quæſturam.

PLINIVS TRAIANO.

De militibus Maximo procuratori adſignandis.

MAximus libertus & procurator tuus Domine, præter decē beneficiarios, quos adſignari à me Gemellino, optimo viro, inſiſti, ſibi quoq; confirmat neceſſarios eſſe milites. ex his interim, ſicut inueneram in miniſterio eius, relinquendos exiſtimaui, præſertim cùm ad frumentum comparandum iret in Paphlagoniam. Quinetiā tutelæ cauſa, quia ita deſiderabat, addidi duos equites. in futurum quid ſeruari velis, rogo reſcribas.

MAximus] Cōſulit an relinquēdos cēſeat in futurū milites quos ſupernumerarios Maximo Cæſaris liberto dimiſerat, dum iret frumētatum. huius Maximi, liberti & Procuratoris Traiani probitatē, induſtriam, diligētiā, teſtimonio in ſequētibus proſequitur. *Gemellino*) Virdio Gemellino procuratori Cæſaris, vt ſtatim & in ſequētib. Traianus reſcribit. *Paphlagoniā*) Halys, ſecūdū Strabonē, oriētē verſus Paphlagonū cōfiniū eſt, auſtrū verſus Phryges & Galatæ, qui ibi habitarūt, occidētē verſus Bithyni & Mariandini: Septētrionē verſus Euxinus. Plinius Pylæmeniam vocatam ſcribit à Pylæmene duce: Paphlagoniam verò à Paphlago Phinei filio, ſi Stephano credimus, in qua Tantalus, autore Diodoro, habitauit.

TRAIANVS PLINIO.

NVnc quidem proficiſcentem ad comparationem frumentorum, Maximum libertum meum, rectè militibus inſtru-

NVnc) Reſpōdet pro re frumētaria fuiſſe neceſſarios milites Maximo, ſed cū redierit, militibus quatuor contētū eſſe debere. *Inſtruxi-*

xiſti: fungebatur enim & ipſe extraordinario munere, cùm ad priſtinum actum reuerſus fuerit. ſufficient illi duo à te dati milites, & totidem à Virdio Gemellino procuratore meo, quem adiuuat.

ſti. Muniuiſti. *Extraordinario*) Ad comparãdum frumentum, cùm aliàs eſſet Cæſaris procurator. *Actum*) Procurationem. *Quem adiuuat*) Cui eſt in officio ſocius.

C. PLINIVS TRAIANO.

De ſeruis inter tyrones inuentis.

SEmpronius Cælianus, egregius iuuenis, repertos inter tyrones duos ſeruos miſit ad me: quorum ego ſupplicium diſtuli, vt te conditorem diſciplinæ militaris, firmatorémque conſulerem de modo pœnæ. Ipſe enim dubito ob hæc maximè, quòd vt iam dixerant, ſacramento militari nondum diſtributi in numeros erant. Quid ergo debeam ſequi, rogo Domine ſcribas. præſertim cùm pertineat ad exemplum.

SEmpronius) Cõſulit de pœna ſeruorum inter tyrones repertorum. *Sempronius Cælianus*) Cęlianum Afrum recitat Lampridius pręceptorem Antonini Diadumeni. *Tyrones*) Nouitios milites, de quibus Vegetius & Modeſtinus. *Seruos*) Quos ſacræ leges arcent à militia. neque reſpublica Romana, niſi in ſumma ingenuorum inopia, vſa eſt ſeruis ad bellum. *Conditorem*) Tanquam is plura militaris diſciplinæ inſtituta fecerit, quàm nemo antecedentium principum. quare Secundus in Panegyrico, quàm inquit, ſpecioſum eſt, quòd diſciplinam caſtrorum lapſam extinctámque refouiſti, depulſo prioris ſeculi malo. & Dion autor, Traianum milites retinuiſſe ſub diſciplina, vt neque inſoleſcerent, neque contra ſe inſurgerent, ſed quieti imperia facerent: ſatis enim conſtat, ipſum poſt Auguſtum labentem diſciplinam incuria ſuperiorum principum retinuiſſe, & in melius reformaſſe, ordinatis & officiis & impendiis hæc tamen quidam etiam Adriano aſcribunt. *Sacramento*) Nam iurabant milites in verba principis, ſe non receſſuros niſi præcepto ducis poſt completa ſtipendia, neque remp. prodituros, dum militiæ permouerentur. lege Vegetium & Liuium. Sacramentum, militare propriè dicitur. Frontinus. L. Valerio Flacco, & C. Varrone Coſſ. milites primò iureiurando facti ſunt. antè enim ſacramento tantummodo à Tribunis rogabantur, cæterum ipſi inter ſe tantum iurabant, ſe fugę atque formidinis cauſa non abituros, neque ex ordine receſſuros. Etiam pro iureiurando quod fit in iudicio, ponitur. Valerius. ſacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt. idem libro ſeptimo, cum ſorore ſacramento contendere noluit. *In numeros*) In ordinem & numerum militum. ſuper quo lege quædam libro tertio, ad Tranquillum.

Traianvs Plinio.

Secundum mandata mea fecit Sempronius Cælianus, mittendo ad te eos, de quibus cognoſci oportebat, an capitale ſupplicium meruiſſe videantur. Refert autem, voluntarij ſe obtulerint, an lecti ſint, vel etiam vicarij dati. Lecti ſi ſint, inquiſitor peccauit: ſi vicarij dati, penes eos culpa eſt qui dederunt, ſi ipſi cùm haberent conditionis ſuæ conſcientiam, venerunt, animaduertendum in illos erit. Neque enim multum intereſt, quòd nondum per numeros diſtributi ſunt. Ille enim dies, quo primùm probati ſunt, veritatem ab his originis ſuæ exigit.

Secūdam) Reſpondet, pœnam irrogādam eſſe delinquēti. *Voluntarij*) Non rogati. *Lecti*) Ab inquiſitore euocati. *Vicarij*) Vt aliorum vices ſuſtinerent: Martialis, iam volo vicarius eſſe. Liuius in bello Punico ſcribit ccc. militibus Siculis qui nolebant militare, totidem vicarios à Scipione datos: & Vegetius, ſeditioſos milites continendos ad omnem diſciplinam arctiſſima ſeueritate tribunorum vel vicariorum. Columella vicarius meæ diligentiæ ſuccedit is, qui me abſente in locum meum ſubſtituitur. Apuleius: veniſti tandem miſerrimi laboris vicarius. Fabius mortem Alceſtis vicariam appellauit, quia vicem morituri mariti ſubire non recuſauit, & idem Apul. libro ſecundo dixerat, vicariam pro me lanienam. Horat. defunctúmque laboribus æquali recreat ſorte vicarius. *Venerunt*) In militiam. *Cum h.*) Cum ſcirent ſe ſeruos. *Per num.*) Per ordines militiæ. *Probati*) Recepti tanquam boni milites. *Originis ſuæ*) Seruilis, an ingenuæ.

C. Plinivs Traiano.

De iis, qui ex damnatione ſerui publici eſſent.

Salua magnitudine tua Domine deſcēdas oportet ad meas curas, cùm ius mihi dederis referendi ad te, de quibus dubito. In pleriſque ciuitatibus, maximè Nicomediæ & Niceæ, quidam vel in opus damnati, vel in ludum, ſimiliáque his genera pœnarum, publicorum ſeruorum officio miniſterióque funguntur, atque etiam vt publici ſerui annua accipiunt. quod ego cùm audiſſem, diu multúmque hæſitaui, quid facere deberem. nam & reddere pœnæ poſt longū tēpus pleroſque iam ſenes, & quantum affirmatur,

Salua] Quærit quid faciēdum de ſeruis dānatis, qui ſe miniſteriis publicis immiſcuerunt. *Magnitudine ſ.*) Integra tua maieſtate, q̄ quodāmodo Cæſaris amplitudo minui videbatur, cùm à rebus maximis & grauiſſimis retrahebatur ad obſcuras & deiectas. *Ius*) Arbitriū, facultatē. *Opus p.*) Vel metalli: Vlp. tit. De pœnis, inquit ſeruos in metallum vel in opus metalli, itē in ludū venatoriū dari ſolere, nulla dubitatio eſt. in mini-

ſterium metallorum fœminę in perpetuũ, vel ad tempus damnari ſolent, ſimili modo & in ſalinas, in calcariã quoque, vel ſulphurariã damnari ſolent: ſed hæ pœnæ metalli magis ſunt. *In lu.*) Ad beſtias, vt cum illis depugnent, vel ad ludum gladiatorium. quicunq; in ludum venatorum ſunt damnati, videndum eſt an ſerui pœna afficiantur, an permaneant in libertate, & magis eſt vt hi quoque ſerui afficiantur. in hoc tamen diſtant à cæteris, quod inſtituuntur venatores, aut pyrrhichiarij, aut aliam quam volunt artem, geſticulandi, aut aliter ſe mouendi. *Similia*] Vt ad argenti fodinas, & lapicidinas. *Publicorũ ſer. of*) Qui vel cuſtodias tuebãtur, viáſve publicas muniebant, cloacáſque purgabant. *Annua*) Alimenta, impenſa, ſalaria. *Reddere p*) A qua ſe ad miniſteria publica tranſtulerant.

frugaliter, modeſtéque viuentes, nimis ſeuerũ arbitrabar, & in publicis officiis retinere dãnatos, non ſatis honeſtum putabam: eoſdem rurſus à Republica paſci otioſos, inutile, non paſci etiam periculoſum exiſtimabã. Neceſſariò ergo rem totam, dũ te conſulerem in ſuſpenſo reliqui. Quæres fortaſſe quemadmodum euenerit, vt pœnis, in quas damnati erant, exoluerẽtur: & ego quæſiui, ſed nihil cõperi. Quod affirmare tibi poſſũ, vt decreta, quibus dãnati erant, proferebantur: ita nulla monumẽta, quibus liberati probarentur. Erant tamen qui dicerent, deprecantes, iuſſu proconſulum, legatorúmve dimiſſos. Addebat fidem, quod credibile erat, neminem hoc auſum ſine autore.

Frugaliter) Fructuoſe, vtiliter. *Nimis ſeuerum*) Cũ ſummum ius ſit ſumma crux. *Damnatos*) In perpetuum alicui pœnæ. *Paſci*] Inutiles alimenta præbere, & remouere eos ab officiis publicis. *Periculoſum*] Ne fame cogerentur ad deſperationem. *In ſuſpenſo*) Integram. *Fortaſſe quemadmodum*) An forte. *Decreta*] Sententias ſenatus. *Principum*) Coloniarum. *Dati* Pœnis. legitur etiam, dãnati. *Deprecantes*] Seruos, dimiſſos, liberatos à pœnis. *Hoc auſum*] Soluere eos à vinculis. *Autore*] Proconſule, vel legato.

TRAIANVS PLINIO.

MEmineris idcirco, te in iſtam prouinciam miſſum, quoniã multa in ea emẽdanda apparuerint: erit autẽ vel hoc maximè corrigẽdum, quòd qui damnati ad pœnã erant, non modò ea ſine autore, vt ſcribis, liberati ſunt: ſed etiã in cõditionẽ proborum miniſtrorum retrahãtur. Qui igitur intra hos proximos decem annos damnati, nec vllo idoneo autore liberati ſunt, hos oportebit pœnę ſuę reddi: ſi qui vetuſtiores inuenientur, & ſenes, ante annos decem damnati, diſtribuamus illos in ea miniſteria, quæ non longè à pœ-

Memineris) Reſcribit, ante decem annos damnatos, & ſenes, dandos miniſteriis, non procul à pœnis, reliquos nullo autore ſolutos, reddendos pœnæ. *Iſtam*] Bithyniam. *Emendandam*] Alibi ad eũdem, ſed ego ideo prudentiam tuam elegi, vt reformandis iſtius prouinciæ moribus ipſe moderareris, & ea conſtituas, quæ ad perpetuam eius prouintiæ quietem eſſent profutura. *Idoneo*] Legitimo. *Vetuſtiores*] In ſeruitute ærumnali ſupra decennium, dum-

na ſint. Solent enim eiuſmodi ad balineũ, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum, & vicorum dari.

modo ij ſint ſenes. *Non longe*] Proxima pœnæ ſunt, vt inſequentia *Balineum*] Publicum curandum *Dari*] Deſtinari.

C. PLINIVS TRAIANO.

De collegio fabrorum Nicomedenſium inſtituendo.

CVm diuerſam partem prouinciæ circumirem Nicomediæ vaſtiſſimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica opera, quanquam via interiacente, Geruſiam & Iſſon abſumpſit. Eſt autem latius ſparſum: primũ, violentia venti, deinde, inertia hominum, quod ſatis conſtat, ocioſos & immobileis tanti mali ſpectatores perſtitiſſe, & alioqui nullus vſquã in publico ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda, & hæc quidem vt iam præcepi, parabantur. Tu domine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominũ. CL. ego attendam ne quis, niſi faber, recipiatur, néve iure conceſſo in aliud vtatur: nec erit difficile cuſtodire tam paucos.

CVm] Ob incendium vaſtiſſimum Nicomediç factũ monet conſtituendum eſſe collegium fabrorum. *Nicomediæ*) Vrbis præclara in intimo ſinu Bithyniæ. γερουσίαν. Senatum, autore Iulio Polluce. *Iſſon*) Vide an legendum, Iſæum, ideſt, Templum Iſidis: ſicut Serapæum, templum Serapidis, quæ Dion in vita Titi meminit incendio abſumpta. quidam Iſſon putant ædificium quadratum habens paria latera, alij inſtar circi pariter vtrinque diſtans. ſunt qui legant Hyſſon, locum ſcilicet certaminis, quia ὑσσὸς haſtam ſignificet. *Sparſum*) Euagatum, diffuſum, graſſatum. *Sipo*) Vel ſipho, id eſt, canalis fiſtula ad deducendam aquam, & ex ea arcenda incendia. Strabo libro quinto aſſerit, vniuerſas propè vrbis ædes ſubterraneos meatus, ſiphones, fiſtulas vndoſas habuiſſe, id quod nunc etiam interdum defodiendo cellas vinarias deprehenditur: tanta per aquæductus aquarum vbertas influebat, vt per vrbem amnes inundare viderentur, vnde nil mirũ ſi à Plinio auunculo vrbs penſilis dicitur, ſubtérque nauigata. quidam ſcribunt Siphonem eſſe vas, quo in Oriente vtuntur ad arcenda incendia. Scipo autem in Gellio libro nono, inter tela connumeratur. *Hama*) Inter inſtrumẽta ruſtica cõnumeratur à Iulio Polluce, & Catone. Suidas fabrile credidit inſtrumentum, inibíque duo prouerbia recitantur. in vitis Põtificum plerunque leges hamas argenteas donatas miniſterio diuino. quidam rentur hamulam inde deductam: de qua Columella in cultu hortorum: Aut habilem lymphis hamulam Bacchóve lagenã. nũc etiam hamula à circumpadanis noſtris vulgo appellatur vas vitreum ad vſum aquç & vini. Liuius inſuper ſcribit, Hamas locum fuiſſe ſpatio tria millia paſſuum à Cumis. *Hæc*) Inſtrumenta ad incendia extinguenda. *Collegium fabrorum*) De quibus ſçpe fit mentio apud hiſtoricos. *Faber*) Ferrarius. *In aliud*] Præterquam ad arcenda incendia.

TRAIANVS PLINIO.

Tibi quidem ſecundum exempla complurium in mentem venit,poſſe collegium fabrorum apud Nicomedenſes cōſtitui. Sed meminerimus, prouinciam iſtam,& præcipuè eas ciuitates,ab eiuſmodi factionibus eſſe vexatas. Quodcunque nomen,ex quacunque cauſa, dederimus iis qui in idem contracti fuerint, hetæriæ quamuis breues, fient. Satius itaque eſt, comparari ea, quæ ad coercendos ignes auxilio eſſe poſſint,admonerique dominos prædiorum,vt & ipſi inhibeant, ac ſi res popoſcerit,adcurſu populi ad hoc vti.

Tibi) Reſpondet Traianus cùm Bithynia, præcipuè Nicomedia, perturbata fuerit ab eiuſmodi collegiis, ſatius eſſe comparatis inſtrumentis ignes coercere. *Complurium*] Vrbium. in quibus ſunt fabrorum collegia. *Factionibus*] Corporibus, ſectionibus, collegiis. quare Martianus de collegiis illicitis & corporibus tradit mandatis Principum præcipi præſidibus Prouinciarum ne patiantur eſſe collegia ſodalitia. *Hetariæ*] Siue hetariæ more poëtico, dicuntur ſodalitates, ſodalitia. ſenſus ergo eſt: cùm Plinius ſcripſiſſet, numerum cl. duntaxat hominum tam paucorum eſſe facilem cuſtoditu: reſpondet Traianus, quodcunque nomen illis dederis,tamen fient ſodalitates, quantumcunque breues ſint, quas idem Plinius de Chriſtianis ſcribens, aſſerit iuſſu imperatoris vetuiſſe. *Quamuis breues*] Quamuis ſint paucorum hominum, fient heteriæ. vocabuntur collegia & ſodalitia. *Prædiorum*] Aedificiorum. *Inhibeant*) Incendia.

PLINIVS TRAIANO.

Votorum nuncupatio.

Solennia vota pro incolumitate tua,qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus Domine pariter & ſoluimus,precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui,ſemperque ſignari.

Solennia] Admonet imperatorē, ſuſcepiſſe & ſoluiſſe vota pro eius incolumitate. *Solennia Vota*] De ſolennibus Cæſaris diebus plura Tertullianus in apologetico. vbi refert ſolitum fuiſſe ita illi acclamari, de noſtris annis augeat tibi Iupiter annos. nam vitam ipſi longiſſimam, imperium ſecurum,domum tutam, exercitus fortes,ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum precabantur. *Signari*] Nam vel à conſulibus & prætoribus in vrbe, in prouintiis à proconſulibus ac præſidibus, interdum etiam à prætoribus vota ſuſcipiebantur, & perſoluebantur. ſignari ergo, rata habere. poſt enim nuncupationem ſignata ſeruabantur ad finem anni, cùm perſoluebantur,& alia noua nuncupabantur.

Traianus Plinio

ET ſoluiſſe vos cũprouincialibus dijs immortalibus vota pro mea ſalute & incolumitate, & nũcupaſſe, libẽter mi Secũde chariſſime cognoui ex literis tuis.

Reſpondet Traianus ſe lætari ob ſuſcepta & ſoluta vota pro eius incolumitate.

Plinius Traiano.

De aquæductu Nicomedenſium.

IN aquaductum Domine Nicomedẽſes impẽderũt. HS. xxx. ccc xxix. q imperfect⁹, adhuc relict⁹ ac etiã deſtruct⁹ eſt rurſus in aliũ ductum erogata ſunt cc. hoc quoq; relicto, nouo impendio eſt opus vt aquam habeant, qui tantam pecuniam male perdiderunt. Ipſe perueni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis & humilia perueniat. manent adhuc pauciſſimi arcus, poſſunt & erigi quidam lapide quadrato, qui ex ſuperiore opere detractus eſt. aliqua pars, vt mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit. Id enim & facilius, & vilius. Et imprimis neceſſarium eſt, mitti à te vel aquilegem, vel architectũ, ne rurſus eueniat quod accidit. ego illud vnũ affirmo, & vtilitatem operis, & pulchritudinem ſeculo tuo eſſe digniſſimam.

IN *aquaductum*) Monet Nicomedẽſes fruſtrà impendiſſe plurimam pecuniam in aquæductum, ſe autem inueniſſe quò deduci commodè poſſet, modò mittat aquilegem, vel architectum. *HS. xxx. cccxxix* Seſtertia triginta millia, trecentena ix nam autore Probo, x. ſignatum cum virgula ſuperius plana, apud antiquos decem millia ſignificabat. *Dimiſſus*) Derelictus: legitur etiam relictus. *CC.*] Seſtertia. *Arcuato*] Structo per arcus, qualibus in vrbem videmus aquas deductas multas, ſed in primis Anienis. *Ad plana*] Sed ardua & eminentiorą. *Superiore*) Priore aquęductu inchoato, ſed demolito. *Teſtaceo*) Lateritio. *Vilius*] Minori impendio erit. *Aquilegem*) Qui ſcientiam deducendarum aquarum habet. Plinius libro xxvj ſylueſtris vbi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habent ſignum aquileges. extat Theodorici Regis epiſtola, qua ſcribit ſe comparuiſſe, aquilegium (non enim dicit aquilegem) Romam veniſſe ab Africa. vbi ea ars pro locorum ſiccitate ſũmo ſtudio ſemper viguit, qui aridis locis aquas poſſit dare vernatiles, vt beneficio ſuo humida habitare faciat loca nimia ſterilitate ſiccata. verũ autore Marcello, Aquilex eſt qui aquam colligit. Varro in Quinquatribus. an hoc præſtat Hero, filius Diogenis, quod ille è ventre aquam mittit ad hoc te iactas, at hoc pacto vtilior te Thuſcus Aquilex. apud Iuriſconſultum titulo De immunitatibus,

aquilices paſſim legitur, fortaſſe ab eliciendа aqua: niſi tamen corruptè pro aquilege legatur. Frontinus tamen in libello De aquęductibus, aquarium vocat, qui curam diſtribuendæ aquæ habeat. minimus, inquit, modus in aquæ diſtributione continetur, cuius rei fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum vſum deriuare deprehendimus. & priùs dixerat, aquam Trabam modulis certis per vicem in dies diſpenſatam omnes villæ accipiunt: ſed non eadem moderatione aquarij noſtri procedunt: eam ſemper in ſupplementum Iuliæ inducentes: Item, Anio aquariorum imperitia in aliquos cum ſpecus deducentium, cæteras aquas vitiabat Cęlius & Iuuenalis Aquarium pro viliſſimo officij genere vſurpant. Vlpianus aquarios vocat ſeruos aquægerulos. At aquariolus, ſi Pompeio Feſto credimus, dicitur mulierum impudicarum ſordidus aſſecla. Id quod videtur aſſerere Apuleius in ſecunda Apologia, cùm inquit, hiſce auditis exacerbatus aquariolus iſte vxoris ſuę ita ira extumuit. *Vel*) Hic obtinet locum coniunctionis &, nã opus erat architecto ad cõſtructionem operis, & aquilege ad menſuram modulorum & deducendarum aquarum. *Quod accidit*] Vt pecunia malè perdatur. *Seculo tuo*) Feliciſſimo tui imperij tempore.

TRAIANVS PLINIO.

CVrandum eſt vt aqua in Nicomedenſem ciuitatem perducatur. verè credo te ea, qua debebis, diligẽtia hoc op' aggreſſurum. Sed mediusfidius ad eandem diligẽtiam tuã pertinet inquirere quorũ vitio ad hoc opus tantã pecuniam, Nicomedẽſes perdiderint: ne cũ inter ſe gratificantur, & inchoauerint aquæductus, & reliquerint. quid itaque compereris, perfer in notitiam meam.

C*Vrãdum*) Hortatur ad opus aquæductus & inquiſitionem pecuniarum expenſarum. *Curandum*) Quia hoc nobis placet. *Hoc opus*) Aquæductus. *Gratificantur*) Rem gratam facere ſtudent, ſibi applaudunt & indulgent. vt ſub hoc prætextu publicas pecunias priuatè interceperint.

PLINIVS TRAIANO.

De Theatro Nicenſium.

T*Heatrum Domine Nicea maxima iã parte conſtructum, imperfectum tamen, ſeſtertiûm, vt audio (neque enim ratio plus excuſſa eſt) amplius centies hauſit, vereor ne fruſtrà. ingentibus enim rimis deſcendit & hiat, ſiue in cauſa ſolum humidum &*

T*Heatrum*) Conſulit quid faciendum de theatro imperfecto, & gymnaſio incendio conſumpto Niceæ, ac balineo quod Claudiopolitani iuxta montem defodiebant, petitq; ad ea architectum ab vrbe. *Ratio*] Summæ impenſæ calculus. *Ne fruſtrà*] Hauſerit & abſumpſerit ſupra centum ſeſtertia. *Deſcendit ingentibus rimis*] Enatæ in eo rimæ maximæ deſcendunt vſque

ad ſolum, inde fatiſcit & aperitur: Pollio Architectus lib. ij. cap. viij. ſcribit, inter ſtructurarum genera eſſe reticulatum, quo tunc omnes vtebantur, ſed ad rimas faciendas ideò paratum, quòd in omnes partes diſſoluta habet cubilia, & coagmenta.

molle, ſiue lapis ipſe gracilis & putris: dignum eſt certè deliberatione, ſit ne faciendum, aut ſit relinquendum, an etiam deſtruendum. nã fultura ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi, quàm ſumptuoſæ videntur. huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, vt baſilicæ circa, vt porticus ſupra caueam, quæ nunc omnia differũtur, ceſſante eo quod antè peragendũ eſt. Iidẽ Nicenſes gymnaſium incendio amiſſũ, ante aduentum meum reſtituere cœperunt, longè numeroſius laxiúſq; quàm fuerat. etiam aliquantũ erogauerunt: periculum eſt ne parũ vtiliter. incompoſitum enim & ſparſum eſt. Præterea architectus ſanè æmulus eius à quo opus inchoatum eſt, affirmat, parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) impoſita

Molle] Quod cedat, molle. præcipit enim Vitruuius, vt in fundamentis terra fodiatur vſque ad ſolidum. *Lapis*) Quo theatrum conſtructum eſt. *Putris*] Reſolubilis. *Faciendum* Perficiendum. *Relinquendum*) Imperfectum. *Fultura*] Fulcimenta, munimenta, inſtauramenta. *Subſtructiones*] Subſtructio fundamenti. eas Columella libro primo ſubſtrationes appellat. Si quis, inquit, ædificia volet in decliuibus areis extruere, ſemper ab inferiore parte auſpicetur, quia cùm ex depreſſiore loco fuerint cœpta fundamenta, non ſolùm ſuperficiem ſuam facilè ſuſtinebunt, ſed & pro fultura & ſubſtratione fungentur aduerſus quidem ea, quæ mox, ſi fortè villam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem applicabuntur. & Victruuius, ſubſtructionis fundamentum diſtabit ab exteriore introrſus amplo ſpatio. & mox, neque vniuerſa pondere premens poterit vlla ratione extrudere muri ſubſtructiones: nam ſubſtructio eſt quicquid muri per arcus & fornices diſpoſiti ſub terra eſt, qua dictione præter Victruuium frequenter vtitur Frontinus in Aquæductibus. Theatri autem fundamentorum ratio ea: ſi in plano aut paluſtri loco conſtituetur, ſolidationes ſubſtructionéſque ita erunt faciendæ, quemadmodum de fundationibus ædium ſacrarum libro tertio à Victruuio ſcriptum eſt. *Subinde*) Statim. *Suſcipitur*] Suſtentatur theatrum. *Sumptuoſæ*] Magno impendio. *Pollicitationibus*) Promiſſis offerentium. *Baſilicæ*) Regiæ & ſumptuoſæ porticus, in quibus iudicia, conuiuia, ſaltationes fiebant. eas multi priuati homines ſua pecunia extruendas promiſerant: ſicut porticus quæ erant in eminentiori parte theatri. *Circa*) Caueam, quæ eſt media theatri pars vacua, & caua propter ædificia hemicycla. Plautus, vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus. Apuleius conſepium caueæ appellauit Theatri ædificium, quod circumſepit cauum illud. quare ego aliud exiſtimo conceſſum caueæ, de quo Virgilius libro quinto & octauo, aliud caueam tantùm. illud enim, vbi ſpectatores ſedent per gradus: hoc verò, vbi ludi & ſpectacula dantur. *Eo*] Theatri hemicyclo. *Gymnaſium*) Locum in quo athletæ exercitabantur. relege lib. j. & ij. à nobis prænotata. Victruuius lib. quinto, enarrata forma gymnaſij philoſophorum, rhetorum, ac dialecticorum, ſtatim ſubiicit palæſtritarum, eleganter & explicatè. *Numeroſius*) Spatioſius, plurium membrorum. *Aliquantulum*] Pecuniæ impenderunt ad reſtitutionem gymnaſij. *Vtiliter*] Illud reſtituant incompoſitum abſque ſymmetria. *Spar-*

ſum) Incommodum diuulſis gymnaſij membris, & indecorè inter ſe diſtantibus. *Architectum*] Qui illud reſtituit.

onera ſuſtinere non poſſe, quia ſine cemento medio farti, nec teſtaceo opere præcincti. Claudiopolitani quoq; in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt, magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo, aut iam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigẽtibus conferent. Ergo cùm timeam, ne illic publica pecunia: hîc, quod eſt omni pecunia precioſius, munus tuum malè collocetur: cogor petere à te, non ſolùm ob theatrum, verumetiam ob hæc balinea, mittas architectum diſpecturum: vtrum ſit vtilius, poſt ſumptum qui factus eſt, quoquo modo conſummare opera vt inchoata ſunt: an, quæ videntur emendanda, corrigere: quæ transferenda, transferre, ne dum ſeruare volumus quod impenſum eſt, malè impendamus quod addendum eſt.

Onera] Columnarum, porticuum, tectorum. nam autore Vitruuio tecta imponebantur in ſupremis theatri porticibus. *Farti*] Congeſti. *Sine cemento medio*] Abſque enim calce compacti lapides facilè corruunt. quare qui illud conduxerat ædificandum, fraudem commiſerat, dum intermedia parietum nullo cemento conglutinarat. cùm ſatis conſtet, calcem eſſe lapidum laterúmque ad conſtructionem tenaciſſimum vinculum. hinc architectus mandat parietes crebriter ſatiandos ex calce & arena minutiſſima, vt diutius contineantur: quæ ſi ſuperauerint & abundauerint, parietes plus habentes humoris non citò fient euanidi: ſi ſecus, diſſoluentur. alia lectio habet, ſine cemento medij farti, quę etiam non improbanda eſt. *Teſtaceo opere*] Lateritio, quod opus ad regulam fabrefactum intermediam materiam meliùs continet, ſicut in mœnibus vrbis videmus. *Claudiopolitani*] Claudiopolis, quæ & Bithynium autore Ptolomæo, vnde fuit Pinytus grammaticus in vrbe Epaphroditi Neronis libertus, niſi mendoſus in hoc, vt in multis, Stephani codex. *Depreſſo*] Humili. cùm locus ad balnearum diſpoſitionem ſecundum architectum ſit deligendus quàm calidiſſimus, & & auerſus à ſeptentrione. *Defodiunt*] Deprimunt, ſubterrant. *Buleutæ*) Senatores, decuriones. βουλὴ enim ſenatus. *Addunt beneficio tuo*] Nam lege Pompeia, qua Bithyni & Pontici vtebantur, hi qui in ſenatum à cenſoribus legebantur, dare pecuniam non iubebantur: ſed quos Traiani indulgentia quibuſdã ciuitatibus ſuper legitimũ numerũ adiicere permiſerat, & ſingula millia denariorũ & bina intulerát. quare inquit, tuo beneficio, q̃a beneficio imperatoris fuerant facti ſenatores: eo permittente ſtruebatur balineum. *Addunt*) Accreſcunt. *Ob introitum*] In ſenatum. *Conferent*] Ad ſtructuram balinei. *Illic*] id eſt, in ædificatiune theatri. *Hic*] In balinei diſpoſitione. *Tuum munus*) Indulgentia ædificandi balinei, & ad id erogata pecunia in opera & theatri & balinei. *Seruare*] Si inchoata corrigemus. *Malè impendamus*) Si poſtea theatrum perfectum, rueret totum, & balineum ob malam poſitionem eſſet aliò transferendum.

TRAIANVS PLINIO.

QVid oporteat fieri circa theatrũ, quod inchoatũ apud Nicenſes eſt, in re præſenti optimè deliberabis, & conſtitues: mihi ſufficiet, indicari cui ſententiæ acceſſeris. tũc autem à priuatis exigi opera tibi curæ ſit, cùm theatrum, propter quod illa promiſſa ſunt, factum erit. Gymnaſiis indulgent Græculi, ideò forſitan Nicenſes maiore animo conſtructionem eius aggreſſi ſunt. ſed oportet illos eo contẽtos eſſe, quod poſſit illis ſufficere. Quid Claudiopolitanis circa balineũ, quod parum, vt ſcribis, idoneo loco inchoauerũt, ſuadendum ſit, tu conſtitues. Architecti tibi deeſſe non poſſunt. nulla prouincia eſt, quæ non peritos & ingenioſos homines habeat, modò ne exiſtimes, breuius eſſe ab vrbe mitti, cùm ex Græcia etiam ad nos venire ſoliti ſint.

Q*Vid*] Remittit iudicio Plinij, Theatri ædificationem. Nicenſes verò vult eſſe contẽtos ſufficienti gymnaſio, monétque vt in illis prouinciis quærat architectum. *In re præſenti*] Inſpecto ædificio *Opera*] Promiſſa munera, vel ornamenta. Traiani conſtitutione, referente Pomponio iureconſulto, ſi quis ſui, alieniue honoris cauſa facturum ſe quicquam in aliqua ciuitate promiſerit, tam ipſe quàm hæres eius obligatur. *Græculi*) Ignominioſum verbum contra Græcos, vnde Iuuenalis ſatyra iij. Græculus inquit, eſuriens in cœlũ ſi iuſſeris ibit, quin etiam Zonaras, qui hiſtoriam ab orbe condito vſque ad declinationem imperij in compendium reduxit, fatetur Romanos appellare ſolitos Achiuos Græcos ignominiæ cauſa, tanquam viles & gregales *Indulgent gymnaſiis*] Exercent palæſtram nimia cum voluptate: quare Pli. lib. xv. vſũ, inquit, olei ad luxuriam vertêre Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnaſiis publicando. cui ſententiæ Plutarchus in Quæſtionibus aſſentitur: nec aliud, inquit, Græcis ſeruitutem ac molliciem attuliſſe putant Romani, quàm gymnaſia & palæſtram, quibus relangueſcãt adoleſcẽtium animi, & penitus effœminẽtur. hinc puerorum amores gigni. hinc ſomno & deambulationibus iuuenum corpora corrumpi, hinc ſaltationibus & motu compoſito, & certo, ac delicato cibi genere debilitari quibus de cauſis ab armis ſe delapſos eſſe non intellexerunt: cõtentiq; pro ſtrenuis ac fortibus militibus, ſe bonos palæſtritas & athletas dici, & haberi ad ſummam inertiam molliciémque defluxerunt. Pauſanias, Palæſtram primus inuenit Theſeus, & artem fecit, cùm prius tantùm robore vterentur. vnde Diotimus Poëta luctam Herculis & Antæi ſcribens, refert meritò ſuccubuiſſe Antæum, quia inuentum luctæ fuit Græcorum non Lybicorum. *Maiore animo*] Quàm poſſint pati impenſam. *Nulla prouincia eſt*) Omnis Græciæ & Aſiæ, in qua prouincia plurimæ erant Græcorum coloniæ. *Peritos*] Architectura eruditos. in eundem ſenſum infrà ſcribit: Calphurnium Macrum credo facturum, vt te libratore inſtruat: neque enim prouinciæ iſtæ his artificibus carent. *Breuius*] Iter, cùm ſit longius. *Ad nos*) In vrbem.

PLINIVS TRAIANO.

De lacu Nicomedenſium.

INtuenti mihi & fortunæ tuæ, & animi magnitudinē, conuenientiſſimum videtur, demonſtrare opera non minus æternitate tua, quàm gloria digna, quantúmque pulchritudinis, tantum vtilitatis habitura. Eſt in Nicomedenſium finibus ampliſſimus lacus, per hunc marmora, fructus, ligna, materiæ, & ſumptu modico & labore vſque ad viam nauibus, inde magno labore, maiore impendio vehiculis ad mare deuehuntur. Sed hoc opus multas manus poſcit. at hæ porrò non deſunt: nā & in agris magna copia eſt hominum, & maxima in ciuitate, certáque ſpes, omneis libentiſſimè aggreſſuros opus omnibus fructuoſum. ſupereſt vt tu libratorem, vel architectū, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligēter exploret, ſit ne lacus altior mari, quē artifices regionis huius quadraginta

INtuēti) Monet imperatorē Traianum vt lacū non procul à Nicomedia permittat foſſa manu facta in mare deducere, futurum hoc magno decori, & emolumento toti regioni *Fortunæ)* Felicitatis. nam ampliſſimum omnium imperatorum imperium tenuit Traianus *Animi magnitudinē)* Scribit Dion Traianum gloriæ cupidum, qua motum expeditionē ſumpſiſſe aduerſus Armenios & Parthos, hanc tamen cauſam præ ſe ferentem, quod illorum rex diadema à rege Parthorum non à ſe accepiſſet. *Nicomedēſium fin.)* Nicomedia Bithyniæ in intimo ſinu vrbs præclara, dicta de nomine regis cuiuſdā Bithyni, qui eā cōdidit ſi Straboni credimus. multi enim eodē nomine vocati fuerunt, quemadmodū Ptolomæi, propter prioris claritatē. Pauſanias ſcribit, à Nicomede Bithynorum rege cognomentum accepiſſe maximā vrbiū in Bithynia, quæ prius Aſtacus dicebatur & Stephanus, Nicomedia, inquit, ciuitas Bithyniæ à Nicomede Zelæ filio illuſtriſſ. regis, quæ etiam Olbia eſt appellata. non procul ab ea locant geographi Aſcaniam paludem. nec omittam, Solinū tradere Hilam lacū, in quo periiſſe credunt delicias Herculis, vrbē Nicomediā iuxta Pruſiadē alluere. nec mirū ſuper tāta re Traianum conſulit: nam Marcellus De operibus publicis, publico, inquit, ſumptu opus nouū ſine principis autoritate fieri non licere, conſtitutionibus principum declaratur. *Ligna, m.)* Ligna rudia & impolita: ſi formentur ædificiis idonea, melius tamen vt diſtinctè legatur, & materia ſit tanquam genus, prædicta tāquam ſpecies. *Viam p.)* Quæ ducebat Nicomediam. *Ad mare)* Vnde in ciuitatem importabantur. *Manus)* Operariorum. *Certáque ſpes)* Nobis eſt. *Libratorem)* Librator, vt ſubinde legitur apud Frontinum, eſt qui peritiam habet librandi aquam ad libellam. vulgo nunc libellator dicitur. ſignificat etiam librator, qui lapides emittit in bello. Tacitus, libratoribus funditoribúſque attributus locus, vnde eminus lapides & glādes torquerent. & Vegetius ſcribit, manu ſola omnes milites meditatos libralia ſaxa, qui vſus paratior credebatur, quia nō deſiderabat fundam. *Architectum)* Quem Hammonius præfectum ædificii interpretatur, & qui aliis fabris præeſt, quíſque formam ædificii excogitat, & aliquid parat παρὰ τὸ ἄρχειν καὶ τὸ τέκτον. eius ſcientia eſt pluribus diſciplinis & variis eruditionibus ornata, cuius opera naſcitur ex fabrica & ratiocinatione. fabrica eſt, continuata ac trita vſus meditatio, quæ manibus perficitur: & materia, vniuſcuiuſque

generis opus eſt ad propoſitum deformationis. ratiocinatio autem eſt, quæ res fabricatas ſolerti ratione proportionis demonſtrare ac fabricare poteſt. conſtat architectura ex ordinatione & diſpoſitione. architectus igitur eſt, qui ædificãdi rationẽ habet, & aquarũ deducendarum plerũq; tenet. videtur architectus & architector inter ſe differre: nam Seneca ſcribit: mihi crede, felix illud ſeculum ante architectos fuit: ante architectores, iſta nata ſunt. iam naſcente luxuria, in quadrum tigna decidere, & ferro per deſignata currente certa manu trabem ſcindere: nam primi, vt Virgilius, cuneis ſcindebant fiſſile lignum. non enim tecta cœnatoria epulas receptura parabantur. niſi tamen mendam ſuſpicari volumus, vt pro architectores architectorias legamus. ab architecto verbum architectari, id eſt machinari, deduxit Vitruuius.

cubitis altiorem eſſe contendunt. Ego per eadem loca inuenio foſſam à rege percuſſam, ſed incertum, vtrum ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. eſt enim imperfecta. Hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate, an deſperato operis effectu, ſed hoc ipſo (feres enim me ambitioſum) pro tua gloria incitor & accendor, vt cupiam peragi à te, quæ tantum cœperant reges.

Cubitis) In architectura cubitus ſex palmis conſtat, digitiſq. triginta quatuor. *Foſſam*) Receptaculum aquæ manufactum. Vlpiano autore. ff. xliiij. *Rege*) Mitridate. qui aliquando Bithyniam occupauit: ſiue à rege Perſarũ, quem Græci per excellentiam ſine additione nominis regem plerunque vocant. placet tamen magis intelligere Nicomedem, à quo Nicomedia appellationem accepit, in cuius finibus lacus extendebatur. *Sed incertum*) Sed dubium eſt vtrum cauauerit illam foſſam. *Ad committendum flumini lacum*) Vt coniungeret Calpæ flumini lacum. Calpa enim fluens à Nicomedia põtum ingreditur. *Imperfecta*) Non perueniens vſque ad flumen. *Hoc quoque dubium*) An remanſerit imperfecta ob mortem regis, an quòd deſperauerit poſſe perficere quod inchoauerat. *Hoc ipſo*) Tanto magis. *Feres me ambitioſũ*) Patieris me quòd ſim gloriæ tuæ cupidus. *Tantum*) Non abſoluendo. *Reges*) Nicomedes, quod vni ſuprà dederat, hic pluribus aſcribit.

Traianvs Plinio.

POteſt nos ſolicitare lac⁹ iſte, vt cõmittere illũ mari velim⁹: ſed planè explorãdũ eſt diligenter, ne ſi immiſſus in mare fuerit, tot⁹ effluat. Certè quantũ aquarũ, & vnde accipiat, poteris à Calphurnio Macro petere. Libratorẽ & ego hinc aliquẽ tibi peritũ eiuſmodi operũ mittã.

Poteſt) Traianus reſpondet, non abhorrere ab hoc opere, modò diligenter prouideat ne totus lacus effluat in mare. *Committere mari*) Per foſſam in flumen deductam coniungere mari. *Demiſſus*) Deriuatus legimus etiam immiſſus. *Effluat*) In mare deſcendat & exorbeatur. verior tamen ſcriptura, ne ſi commiſſus flumini fuerit, in mare totus effluat. quod ſanè conuenit cum alia epiſtola, quæ de eodem lacu in ſequentibus ſcripta eſt. erat enim lacus altior mari. *Certè*) Vt ſcias, quantum aquarum

quanta ſit altitudo lacus. *Vnde*) A quo fonte. *Poteris*) Secundus infrà. ego interim Calphurnio Macro clariſſimo viro autore reſcripſi, vt libratorem quàm maximè idoneum mitteret. *Hinc*) Ex vrbe.

PLINIVS TRAIANO.

De Byzantiorum impendiis.

REquirenti mihi Byzantiorum Reipub. impendia, quæ fecit: indicatum eſt, Domine, legatum ad te ſalutandum annis omnibus cum pſephiſmate mitti, eique dari nummorum duodena millia. Memor ergo propoſiti tui, legatum quidem retinendum, pſephiſma autem mittendum putaui, vt ſimul ſumptus leuaretur, & impleretur publicum officium. Eidem ciuitati imputata ſunt terna millia, quæ viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum, qui Mœſiæ præeſt, publicè ſalutandum. Hæc ego in poſterum circumcidenda exiſtimaui. te Domine rogo, vt quid ſentias, reſcribendo, aut conſilium meum confirmare, aut errorem emendare digneris.

REquirenti) Cõſuluit Traianũ an abſcindere debeat publicos ſumptus Byzantiorũ, qui dabantur legatis vt ſalutatum irent imperatorem, vel Mœſiæ præfectũ. *Requirenti*) Examinanti, diſcutienti. *Byzantiorum*) Byzantium oppidũ Thraciæ iuxta Helleſpontum, arctiſſimum inter Europam Aſiámque diuortium in extrema Europæ poſuere Græci in promontorio Chryſocera, duce Pauſania Spartanorum rege, reddito oraculo, quærerent ſedem excorum terris aduerſam, ea ambage Calcedonii monſtrabãtur, quòd priores illuc aduecti, præuiſa locorum vtilitate peiora legiſſent. quippe Byzantium fertili ſolo, fœcundóque mari, quia vis piſciũ in põtum erumpens, & obliquis ſubter vndas ſaxis exterrita, omiſſo alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. vnde quæſtuoſi & opulenti fiunt Byzantii. Stephanus refert tale ditũ oraculum Megarenſibus in Delphis cõſulentibus, felices qui illã incolerẽt vrbem, litoris Thracis liquidum iuxta promontorium, os ponti, vbi piſcis ceruuſque cibum paſcuntur eundem, vbi condiderit in animo, omnia accipiet. Hammonius à Byzante Thraciæ rege appellatum ſcribit. Diodorus & Stephanus à rege Byzantio filio Crœſſæ & Neptuni. poſtea nominata Conſtantinopolis, à Conſtantino Conſtantii filio in maius aucta, & imperii ſedes facta, inde à multis noua Roma vocata, clara ſanè bellis naualibus, & ſecundũ Oroſium, totius Orientis caput. *Pſephiſmate*) Decreto. vſus eſt vocabulo Græco, ſicut. M. Tullius pro Flacco. ſic ſunt expreſſa iſta quæ recitantur pſephiſmata. nam quod nos decretum, pſephiſma dicunt Græci. *Eique dari*) Qui perſonale munus ineunt, ideo viaticum accipiunt, vt eſt apud iuriſconſultos de muneribus & honoribus. legati qui ad ſacrarium principis mittentur, perſonale munus ineunt, quia viaticum quod legatum dicitur, interdum ſolẽt accipere. *Propoſiti tui*) Qui vis ciuitates quantũ fieri licebit, leuari ab impendio. *Mittendum*) Per tabellariũ. *Sumptus leu.*) Suppreſſo legato. *Publicũ officiũ*) Salutatio. *Imputata*) Aſcripta ſũt. *Qui præeſt Mœſiæ*) Præfectus prouinciæ Mœſiæ, quæ & Myſia dicitur, incertũ de inferiore an ſuperiore loquitur. Mœſos imperio Ro. adiũxit Sylla. *Circũc.*) Abradẽda, tollẽda. *Confirmare*) Aſſẽtiẽdo. *Emend.*) Negãdo aliqua honeſta ratione.

TRAIANVS PLINIO.

OPtimè feciſti Secũde chariſſime, duodena iſta Byzantiis, quæ ad ſalutandum me in legatum impendebátur, remittẽdo. fungetur his partibus etſi ſolũ eorũ pſephiſma per te miſſum fuerit. Ignoſcet illis & Mœſiæ pręſes, ſi minus illum ſumptuoſè coluerint.

O*ptimè*] Traianus laudat cõſilium Secundi. *Duodena iſta*) Nummorum millia. *Pſephiſma fungetur his partibus*) id eſt, decretum ſupplebit vices legati, modò per te mihi mittatur. *Miſſum fuerit*) Ad nos. *Ignoſcet.*) Patienter feret. *Si minus ſumptuosè*) Si non per legatum, ſed tantum miſſo decreto.

PLINIVS TRAIANO.

De diplomatibus.

DIplomata Domine, quorum dies præterita, an omnino obſeruari, & quàm diu velis, rogo ſcribas, méque hæſitatione liberes. vereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapſus, aut illicita confirmem, aut neceſſaria impediam.

D*iplomata*) Petit quem modum ſeruare debeat in diplomatibus, quorum dies præteriiſſet. Diploma propriè eſt priuilegium ſingularium virorum, & vicorum. quo immunitates ad tempus vel in perpetuum dantur, ſiue etiam quis ciuitate donaretur. Tranquillus in Caio. prolata diuorum, Iulii & Auguſti diplomata, vt vetera & obſoleta deflebat. & in Nerone. diplomata ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. Tacitus. M. Cluuius Ruſus criminatus apud Vitellium, quòd diplomatibus ſuis nullum principem præſcripſiſſet. Diplomata demum intelliguntur pro quibuſcunque literis conceſſis à principe vel à magiſtratibus eius nomine, ſiue tabellariis vt liberum & expeditum iter faciant, ſiue exulibus reſtitutis, ſiue aliquo crimine abſolutis, ſiue obligationibus. Plutarchus in vita Galbæ. Conſulibus verò proponentibus publicos famulos qui imperatori decreta ferrent, quibúſque obſignata quę vocantur diplomata darent, quæ cuiuſque ciuitatis magiſtratus cognoſcẽtes, in mutatione curruum, tabellariorum feſtinationẽ accelerant: non mediocriter Nymphidius excandeſcebat, quod non à ſe ſigillo & militibus acceptis illa miſiſſet. idem in Othonis. Ciuius Ruſus ait, in Iberiam illata eſſe diplomata, quibus tabellarios emittunt, diuum Neronis nomẽ aſcriptum nomini Othonis habẽtia. Modeſtinus. Ad legẽ Corneliã de falſis, qui ſe pro milite geſſit, & illicitis inſignibus vſus eſt, vel falſo diplomate vias commeauit, pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniẽdus eſt. Secũdus: feſtinationẽ tabellarii, quẽ ad te cũ epiſtolis miſi, diplomate adiuui. Tacitus: cauſa fingendi fuit, vt diplomata Othonis quæ negligebantur lętiore nuncio reualeſcerẽt. Sen. Auguſtus quoſcunque ob adulterium familiæ ſuæ adeo non odit, vt dimiſſis cautiones quo tutiores eſſent diplomata daret. & lib. vij. De beneficiis. video iſtic diplomata & ſyngrapha & cautiones vacua habendi ſimulacra: vbi corruptè diplomata legitur. Venuleius tamen De verb. oblig. diplomata accipit pro continuato itinere die noctúque, quod tabellarii, quibus diplomata conceduntur, ſuſceptum iter nullo tempore intermittant. nam imperatorum conſtitutionibus curſu publico per diſpoſitos equos priuatis vti fas non erat,

quòd ante cæteros eorum omnium notitiã quę in prouinciis gererentur, hoc modo principes primi ſciebant. Sed noſtro ſeculo, priuato etiam ſumptu res agitur equis per interualla locorum diſpoſitis, quas poſtas vulgus appellat. vt neque, inquit Venuleius, diplomate, id eſt diebus ac noctibus, & omni tẽpeſtate contẽpta, iter cõtinuare cogatur. & mox, quod ſi diplomate vſus, aut felici nauigatione maturius quàm quiſq; peruenerit Epheſũ. *Dies præterita*) Hæc enim durabãt ad certũ diẽ.

TRAIANVS PLINIO.

DIplomata, quorum præteritus eſt dies, in vſu eſſe nõ debẽt, ideo inter prima iniungo mihi, vt per omnes prouincias antè mittam noua diplomata, quàm deſiderari poſſint.

D*iplomata*) Reſpondet Traian' ſe noua miſſurũ diplomata. *Eſſe in vſu*) Obſeruari. *Iniungo mihi*) Hoc imprimis mihi curandum, vt citiſſimè noua diplomata mittam.

PLINIVS TRAIANO:

De priuilegio Apamæorum.

CVm vellem Apameæ Domine cognoſcere publicos debitores, & reditũ, & impendia, reſponſũ eſt mihi, cupere quidem vniuerſos, vt à me rationes Coloniæ legerentur, nunquã tamẽ eſſe lectas ab vllo proconſulum, habuiſſe priuilegium, & vetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo Remp. adminiſtrare. Exegi, vt quæ dicebant, quæque recitabant, libello complecterentur, quem tibi, qualem acceperam, miſi: quamuis intelligerem, pleraq; ex illo ad id de quo quæritur, non pertinere. Te rogo vt mihi præcipere digneris, quid me putes obſeruare debere. vereor enim ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officij mei parteis videar.

C*Vm*) Voluerat Secundus cognoſcere publicas Apameorum rationes, ſed eorum priuilegio detentus conſulit imperatorẽ quid facto opus ſit. *Apameæ*, Bithyniæ Apameam (nam ſunt & alibi eiuſdem nominis) intelligit quã Ptolomæus iuxta fluminis Rhyndaci oſtia locat. & Stephanus, Bithynia, inquit, Apamea, quam condidit Nicomedes, cognomento Epiphanes, prius dicta Myrlea. Vlpianus de cenſibus. eſt in Bithyria Apamea colonia. & Plinius lib. v. de cæteso intus in Bithynia colonia Apamea, non autem Apamena, vt paſſim legitur. dicimus enim Placentiã Ro. coloniã, nõ Placentinã Ro. coloniam. *Legerẽtur*) Cognoſcerẽtur, examinarẽtur. *Proconſulũ*) Nã Secundus pari proconſulibus poteſtate in Bithyniã miſſus fuerat. *Habuiſſe*) Sibi conceſſũ fuiſſe. *Priuilegium*) Priuatum ius indultum contra ius commune: nam niſi aliquid indulgeret, non eſſet priuilegium. priuum enim ſignificat ſingulum, ex autoritate Lucillij, ſcribente Marcello. hinc Feſtus priuos priuáſque antiqui dicebant pro ſingulis, ob quam cauſam & priuata dicuntur, quæ vniuſcuiuſque ſunt, & priuileg ũ, quaſi priuata lex, vt de imperio Pompeij, de reditu M. Tullij. non ſunt enim generalia iuſſa, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis cõcepta. quocirca inquit Gellius, priuilegia potius vocari debent, quia veteres priua dicebãt quæ nos ſingula. priuilegiorũ prærogatiua veterani ſeparãtur

ab aliis ſed quædã cauſæ ſunt, quædã perſonę, & ideo quædã ad hæredes tranſmittuntur: quę cauſæ ſunt, quæ perſonæ ſunt, ad hæredes nõ tranſeunt. *Vetuſtiſſimũ m.*) Antiquã cõſuetudinẽ adminiſtrãdi remp. ſuo arbitrio. vetuſtas n. ſemp pro lege habetur. Vlp. ff i. inueterata conſuetudo pro lege non immeritò cuſtoditur, & hoc eſt ius, q̃ dicitur moribus cõſtitutũ: nã cũ ipſæ leges nulla ex alia cauſa nos teneãt, q̃ q̃ iudicio populi receptæ ſunt, meritò & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebũt oẽs. quid. n. intereſt ſuffragio populus volũtatẽ ſuã declaret, an rebus ipſis & factis? Paulus ibidẽ, cõſuetudo eſt optima interpres legũ Imp. Leo & Antoninus, quod officiis, curiis, ciuitatibus, principiis vel collegiis præſtitũ cognoſcitur lõga cõſuetudine, ppetuã legis vicẽ obtinere ſtatuimus: verũ, inquit Iuſtinianus, Codicis viij. cõſuetudo nõ vſque adeo ſui valitura momento, vt aut rationẽ vincat aut legẽ. *Libello*, Supplicatione. *Quamuis*] Ordo & ſenſus, quãuis intelligerẽ ad id non pertinere pleraque ex illo de quo quæritur. i. quãuis ſcirẽ in illo libello contineri extra illud de quo quæritur. erat. n. verboſus & Aſiaticus, pleraque ſupra rẽ cõplectẽs. *Exceſſiſſe*) Mittendo libellum. *Non imp.*) Non recognoſcendo rationes Apameorum.

Traianvs Plinio.

Libellus) Præcipitur ſaluo priuilegio rationes Apameorũ vt inſpiciantur. Neſcio an accuſem Iuliũ Capitolinũ, an dicã Macrinũ principẽ emẽtitũ in rẽ ſuã, in cuius vita legimus decreuiſſe omnia reſcripta veterũ principũ tollere, vt iure, nõ reſcriptis ageretur, cũ Traianus nũquã libellis reſponderit, ne ad alias cauſas facta perferrẽtur, quę ad gratiã cõpoſita viderẽtur, cum hîc & alibi videamus, libellis reſcripſiſſe. *Remiſit*) Exemit. ſic in panegyrico, iniuriarum metum & accuſandi neceſſitatem remiſit. *Perpendendi*) Cõſiderandi, examinandi. *Non recuſauerint*] Voluerint. *Remuneranda*) Cùm conſeruamus eorum priuilegia. *Probitas*. Virtus *Ex mea voluntate*) Volo, inquit, vt rationes inſpicias, ita tamen, vt priuilegia non infringantur.

Libellus Apameorũ, quẽ epiſtolæ tuæ iũxeras, remiſit mihi neceſſitatẽ perpẽdẽdi qualia eſſent, propter quæ videri volunt, eos qui procõſulibus hãc prouinciã obtinuerũt, abſtinuiſſe inſpectatione rationũ ſuarum, cũ ipſum te vt eas inſpiceres, nõ recuſauerint. Remuneranda eſt igitur probitas eorum, vt iam nunc ſciant hoc, quod inſpecturus es, ex mea voluntate, ſaluis quæ habent priuilegiis, eſſe facturum.

Plinivs Traiano.

De religioſo templo transferendo.

Ante) Veretur ædem in angulo fori ſitam religione aliqua impediente, in alium locũ transferre. quare cõſiliũ petit à põtifice max. Traiano quid faciendum.

Ante aduentum meum Domine Nicomedenſes priori foro nouum adijcere cœperunt, cuius in angulo eſt ædes vetuſtiſſima Matris magnæ, aut reficienda, aut

Aduentum) In prouinciam. *Nouum*) Forum. *Matris magnæ*) Cybeles quam tradit Diodorus Cæli filiam, & reginam appellatam, cæteras annis, prudentia, virtute præſtantem, in gratiam matris ſuæ Titeę, quæ poſtea terra nominata eſt, fratres omnes (erant enim numero xlv) nutriſſe, eóque Magnam matrem vocatam. mox tamen inquit, quòd pecorum puerorúmque morbis remedia introduxerit, infantibus verborum medicaminibus ſalutem præbuerit, plurimos in ſinu fouerit, tum propter diligentiam, amorémq; ſingulis præſtitum, matrem omnium dictam. nec mirũ ſi celebratur Cybele in Bithynia nõ procul à Phrygia, vbi creditur nata.

transſerenda, ob hoc præcipuè, quod eſt multo depreßior opere eo, quod nunc maximè ſurgit. Ego cùm quærerem, num eſſet aliqua lex dicta templo: cognoui alium hîc, alium apud nos eſſe morem dedicationis. Diſpice ergo Domine, an putes ædem, cui nulla lex dicta eſt, ſalua religione poſſe tranſſerri, alioqui commodißimum eſt, ſi religio non impedit.

Tranſſerenda) In alium locum. *Depreßior*) Humilior. *Eo opere*) Fori ſtructura. *Dicata templi*) Dicandi templum. nam dicare, & dedicare propriè eſt dicendo deferre, & obſequio dare alicui numini. quærebat igitur Plinius an apud Nicomedenſes conſtituta eſſet aliqua lex dicandorum templorum legitur etiam, dicta, id eſt, poſita, id quod in ſequentibus repetit. quanquam ex reſponſo Traiani confirmetur ſuperior ſcriptura. *Hic*) Nicomediæ. *Nos*) Romæ, ex libro quarto, repete, quæ de templi dedicatione enarrauimus. *Nulla lex*) Nullam putat legem morem diuerſum dedicandi à Romano. *Alioquin commodißimum eſt*) Niſi impedierit religio, cõmodè poterit in alium locum tranſferri.

TRAIANVS PLINIO.

POtes me Secunde chariſſime, ſine ſolicitudine religionis, ſi loci poſitio videtur hoc deſiderare, ædem Matris deûm tranſferre in eam, quæ eſt accommodatior, nec te moueat, quòd lex dedicationis nulla reperitur, cùm ſolum peregrinæ ciuitatis capax non ſit dedicationis, quæ fit noſtro iure.

Potes) Permittit Traianus ius tranſſerendi ædem quocunq; voluerit, ſine periculo lædendi religionem. *Poſitio*) Situs. *In ea*] Poſitione. *Peregrinæ ciuitatis*) Alienigenæ. Varro de lingua Latina, agrorum quinque genera facit. Romanum, Gabinum, peregrinum, hoſticum, incertum. peregrinus eſt ager pacatus: extra Romanum & Gabinum, dictus peregrinus à pergendo, id eſt, progrediendo: eò enim ex agro Romano primùm progrediuntur *Noſtro*) Romano.

PLINIVS TRAIANO.

Agit gratias.

DIfficile eſt Domine exprimere verbis, quantam perceperim lætitiam, quòd & mihi & ſocrui meæ præſtitiſti, vt ad finem conſulatus Cælium Clementem in hanc prouinciam transferres. ex illo enim menſuram beneficij tui penitus intelligo, cùm tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar, cui referre gratiam parem nec audeo quidem, quamuis maxime debeam: itaque ad vota confugio, deóſque precor, vt ijs quæ in me aſſiduè confers, non indignus exiſtimer.

DIfficile) Gratias agit Traiano, quòd poſt conſulatum miſſurus ſit in Bithyniam proconſulem Cœlium Clementem, rogante ſe & ſocru ſua. *Ad finem conſulatus*) Finito eius conſulatu, quo ſortiebantur prouincias.

Hanc) Bithyniam. *Mihi*) Roganti. *Socrui*) Pompeiæ Celerinæ. *Vota*) Quoniam tunc præcipuus votorum locus eſt, cùm ſpei nullus eſt.

PLINIVS TRAIANO.

Ob diem Imperii.

DIem Domine, quo ſeruaſti imperium dum ſuſcipis, quanta mereris lætitia celebrauimus, precati deos, vt te generi humano (cuius tutela & ſecuritas ſaluti tuæ innixa eſt) incolumem florentémque præſtarent. præiuimus & commilitonibus iuſiurandum more ſolenni præſtantibus, & prouincialibus, qui eadem certarunt pietate, iurantibus.

DIem) Admonet Traianum celebraſſe diem, quo ſuſceperat imperium, & commilitonibus iuſiurandum ſolenne dediſſe. *Diem*) Incertus eſt dies. Tacitus indicat circa Cal. Ianuarias milites conſueuiſſe iurare in verba Principis. illo autem die fiebant ſolennia Cæſaris, & ſecundum Tertullianum, focos & choros in publicum educebant, vicatim epulabantur, ciuitatem tabernæ habitu abolefaciebant, vino lutum cogebant, cateruatim curſitabant. *Quo ſeruaſti dum ſuſcipis*] Confugit, inquit in panegyrico, in ſinum tuum concuſſa reſp. ruénſque imperium ſuper imperatorem, imperatoris tibi voce delatum eſt. nam cùm prætoriani milites peterent ad necem interfectores Domitiani, & Nerua contradiceret, ſeditionem mouerunt duce Æliano Caſperio præfecto prætorij, quam vt Nerua ſedaret, veſtem exuit; & ſe iugulandum præbuit. nihil tamen ſic profecit, trucidatis quos Ælianus deſtinauerat erat enim Nerua militibus ob ſenium deſpectui. quare Capitoliū conſcendes bona præfatus fortuna. S. P. Q. R. & mihi M. Vlpiū Traianū adopto: ſic militū furor compreſſus, quamuis tunc abſens Traianus cū imperio aduerſus Germanos. ſed hæc melius in panegyrico. *Præiuimus*) Præmonſtrauimus conceptis verbis ſubſequente populo. legitur etiam præbuimus & commilitonibus iuſiurandū more ſolenni. eadē prouincialibus pietate certatim iurantibus. *Iuſiurandum*] More ſolenni. quod erat iurare in acta Cæſarum, & in verba imperatoris noménque eius.

TRAIANVS PLINIO.

QVāta religione ac lætitia cō militones cū prouīcialib' te præeūte, diē imperii mei celebrauerit, libēter mi Secūde chariſſime cognoui literis tuis.

QVanta) Reſcribit Traianus, ſibi gratum eſſe quòd à Plinio celebratus ſit dies quo ſuſceperat imperium.

PLINIVS TRAIANO.

De pecunia fœnebri.

PEcuniæ publicæ Domine prouidentia tua, & miniſterio noſtro etiam exactæ ſunt, & exiguntur, quæ vereor ne otioſæ iaceat. nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt, nec inueniuntur qui velint debere Reip. præſertim duodenis aſſibus quanti à priuatis mutuantur. Diſpice ergo Domine, nunquid minuendam vſuram, ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes, etſi ne ſic quidem reperiuntur, diſtribuendam inter decuriones pecuniam, ita vt rectè Reip. caueant, quod quanquam inuitis & recuſantib. minus acerbum erit, leuiore vſura conſtituta.

PEcuniæ) Conſulit an pecunias publicas decurionibus tradat leuiore vſura, cùm qui duodenis aſſibus velit accipere non inueniatur. *Publicæ*) Vniuſcuiuſque reip. an magis ærarij Romani. *Ocioſæ*) Inutiles, infructiferæ. *Nam & prædiorū*) Occurrit iis quæ dici poterant. rariſſimè, inquit, inuenimus prædia venalia, nec vllum qui velit præſtare vſuras reip. *Duodenis aſſibus*) id eſt, Grauioribus vſuris. quidam centeſimas vſuras intelligunt. nam quincunces aut trientes vſuras leuiores vocat Iulianus. ff. xxvi. De adminiſtratione & periculo tutorum vel curatorum. *Quanti à priuatis*) Vſuras enim accipiebāt duodenis aſſibus, vt ſcilicet ex centum aſſibus redderentur ſingulis annis xii. aſſes, quod fœnus etſi non admodum graue erat, tamen malebant rem cum priuato habere, quàm cum rep. *Per hoc*) Ex hac diminutione. *Idoneos*) Diuites. iuxta illud Satyrici, Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei. Vlp. De vſuris. præſes, inquit, prouinciæ proſpicere debet, ne pecuniæ publicæ credantur ſine pignoribus, idoneiſve hypothecis. *Inuitandos*) Pelliciendos ad mutuum. *Sic*) Diminuta vſura. *Decuriones*) Municipales ſenatores, debitores idoneos, quibus erat cenſus centum millium. *Caueant*) Obligando ſua, vel etiam fideiubendo. *Inuitis*) Decurionibus nolentibus accipere pecunias fœnori.

TRAIANVS PLINIO.

ET ipſe non aliud remedium diſpicio mi Secunde chariſſime, quàm vt quantitas vſurarum minuatur, quo facilius

ET) Traianus laudat conſiliū minuendarū vſurarum, improbat cogendum eſſe aliquem ad ſumendam pecu-

pecuniæ publicæ collocentur. modum eius ex copia eorum qui mutuabuntur, tu conſtitues. Inuitos ad accipiendum compellere, quod fortaſsis ipſis otioſum futurum ſit, non eſt ex iuſtitia noſtrerum temporum.

niam. *Qui*) Quatenus. Terentius: qui ſis, vel vnde. etiam quomodo ſignificat. idem: non qui argumentũ teneat. & alibi: nã qui iſthæc tibi incidit ſuſpicio, aliquando pro quare, tunc autore Porphyrione circumflexè pronunciandum eſt, quale illud Horatianum, Qui fit Mœcenas. legitur etiam, quo: tunc erit manifeſtiſſima lectio. *Modum*) Menſuram. *Eius*) Pecuniæ. *Ex c.*) Secundum facultatem. *Mutuabuntur*) Mutuò accipient. Plautus: decem minas à patre mutuatus. *Conſtitues*) Facies, ordinabis. *Inuitos*) Decuriones. *Quod for.*) Quæ pecunia inter inuitos & recuſantes diſtributa, nullum fortaſſe vſum præſtitura ipſis ſit, & ideo futura ociosa: ſi legimus, oneroſum, ſenſus erit apertior. *Ex iuſtitia*) Secundum iuſtitiam noſtrã, quæ neminem cogit ad id, quo non tenetur.

PLINIVS TRAIANO.
Conſultatio ſuper reſtitutione exulis.

SVmmas Domine gratias ago, quod inter maximas occupationes iis de quibus te conſului, me quoque regere dignatus es, quod nunc quoque facias, rogo. Adiit enim me quidam, indicauitque, aduerſarios ſuos à Seruilio Caluo clariſsimo viro in triennium relegatos, in prouincia morari. illi contrà, ab eodem ſe reſtitutos affirmauerunt, edictúmque recitauerunt. qua cauſa neceſſarium credidi, rem integram ad te referre. nam ſicut mandatis tuis cautum eſt, ne reſtituam ab alio, aut à me relegatos: ita de iis quos alius & relegauerit, & reſtituerit, nihil comprehenſum eſt. Ideo tu Domine conſulendus fuiſti, quid obſeruare me velles, tam Hercule de iis quàm de illis qui in perpetuum relegati, nec reſtituti, in prouincia deprehenduntur. nam hæc quoque ſpecies incidit in cognitionem meam. Eſt enim adductus ad me in perpetuũ relegatus à Iulio Baſſo

SVmmas) Cõſulit imperatorem vt ſe regat ſuper exulibus relegatis ad tempus, deinde reſtituris à proconſulibus, ſed præſertim eius qui in perpetuum à Iulio Baſſo in prouinciam redierat, quia Baſſi acta fuerant reſciſſa. *Occupationes*) Imperii curas. *Prouincia*) Bithynia. *Edictum*) Calui, quo reſtituti fuerant. *Integram*) Intactam cauſam, indiſcuſſam. *Alius*) Proconſul. *Cõprehenſum e.*) In illis mandatis. *A Iulio Baſſo*) Qui ſortitus Bithyniam redierat reus ſub Traiano, & accuſatus vix abſolutus, decreto tamen facto vt illius acta reſcinderentur. *Dictum ſ.*) Redditum ius. Tranquillus: aduocatiſque eorum negauit ſe aduerſus libertos ipſorum ius dicturum. hunc locum in panegyrico tangit, ſed obſcurius quàm vt ſtatim intelligatur. ò verè, inquit, principis, intercedere iniquitatibus magiſtratuũ, infectũ reddere quicquid fieri nõ oportuerit. aliqua exẽplaria habẽt, datũ ius omnibus. i. conceſſum dãnatis poſſe vti iure ſuo, perinde ac ſi Baſſus illos non condemnaſſet.

Proconſulem.) Qui Bithyniam tunc adminiſtrabat.
Pœnæ ſ.) Exilio. Claudius imperator coſtituit, vt qui à prouincia ſua relegatus eſſet, vrbe quoque & Italia ſubmoueretur.
Grauius) Supplicium quã exilium.

proconſule. ego, quia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datúmque à ſenatu ius omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi duntaxat per biennium, interrogaui hunc quem relegauerat, an adijſſet, docuiſſétque proconſulem. negauit. per quod effectum eſt, vt te conſulerem, an reddendum eum pœnæ ſuæ, an grauius aliquid, & quid potiſſimũ, conſtituendum putares & in hunc, & in eos, ſiqui forte in ſimili conditione inuenirentur. Decretum Calui & edictum, item decretum Baſſi his literis ſubieci.

TRAIANVS PLINIO.

QVid, Reſpondet Traianus, ſe prius interrogaturum Caluum, deinde reſcripturũ ſuper relegatis, à Baſſo verò exactum mittendum vinctum ad præfectos pretorio *Imp.*) Illa enim pœna erat perſonalis. *Neque id f.*) Neque proconſulẽ cauſam ſuam docuiſſet. *Præfectos p.*) Nam duo erant, ſic primum ab Auguſto creati, memorante Dione, pro magiſtris equitum, ſi Aurelio. ff. i. credimus, cùm apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitũ ſibi eligerent, qui aſſociati principali curæ militiæ gratia ſecũdã poſt eos poteſtatẽ gererent, regiminibus reip. ad imperatores perpetuò tráſlatis. ad ſimilitudinẽ magiſtrorum equitũ præfecti prætorio à principibus electi ſũt. data eſt eis plenior licentia ad diſciplinæ publicæ emeodationẽ. his cunabulis præfectorum dignitas innata, in tantũ meruit augeri, vt appellari à præfectis prætorio nõ poſſit. credidit.o.princeps, eos qui ob ſingularẽ induſtriã, explorata eorũ fide & grauitate, ad huius officii magnitudinẽ adhiberentur, nõ aliter iudicaturus eſſe pro ſapiẽtia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicatur⁹. ſubnixi etiã alio priuilegio præfecti prætorio, ne à ſententiis eorum minores ætate ab aliis magiſtratibus niſi ab ipſis reſtitui poſſint. Commodus ſuperiorum inſtitutum ſoluens, tres præfectos inſtituit: autor Capitolinus. *Suæ*) Exilio. *Eluſit*) Conuicit, effugit, vt ſæpius apud Tacitum. Donatus tradit eludere, eſſe finem imponere. ſi legemus, quam, tunc interpretabimur, eluſit id eſt effugiſſe credidit.

QVid in perſonam eorum ſtatuendum ſit, qui à P. Seruilio Caluo procõſule in trienniũ relegati, & mox eiuſdem edicto reſtituti in prouincia remanſerũt: proximè tibi reſcribam, cùm cauſas huius facti à Caluo requiſiero. Qui à Iulio Baſſo in perpetuum relegatus eſt, cùm per biennium agendi facultatẽ habuerit, ſi exiſtimabat ſe iniuria relegatũ, neq; id fecerit, atq; in prouincia morari perſeuerauerit, vinctus mitti ad præfectos prætorij mei debet. neque enim ſufficit, cũ pœnæ ſuæ reſtitui, quam contumacia eluſit.

PLINIVS TRAIANO.

De Archippo philoſopho.

Cum citarem iudices Domine, conuentum inchoaturus: Flauius Archippus vacationem petere cœpit, vt philoſophus. Fuerũt qui dicerent, non modò liberandum eum iudicandi neceſsitate, ſed omnino tollendum de iudicum numero, reddendúmque pœnæ, quam fractis vinculis euaſiſſet. Recitata eſt ſententia Velij Pauli proconſulis, qua probabatur Archippus crimine falſi damnatus in metallum. ille nihil proferebat quo reſtitutum ſe doceret. adlegabat tamen, pro reſtitutione & libellum à ſe Domitiano datum, & epiſtolas eius ad honorem ſuum pertinenteis, & decretum Pruſenſium. addebat his & tuas literas ſcriptas ſibi, addebat & patris tui edictum, & epiſtolã, quibus confirmaſſet beneficia à Domitiano data. Itaque quamuis eidem talia crimina applicarentur, nihil decernendum putaui, donec te conſulerem de eo, quod mihi conſtitutione tua dignum videbatur. ea quæ ſunt vtrinque recitata, his literis ſubieci.

Cum) Archippũ iudicem iudicandi vacationem tanquam philoſophum petentem ſcribit Secundus, accuſatũ à quibuſdam, quòd fractis vinculis pœnam metalli aufugiſſet, ipſum autem in defenſionem ſui nihil proferre, ſed quædam ad honorem. tantùm pertinentia. *Conuentum inchoaturus*) In vnaqua que prouincia fiebant conuentus iuditii cauſa: aliæ plures, aliæ pauciores faciebant. Conuentus autem quatuor modis intelligitur, primo, cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicimus. ſecundo, cùm ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum. tertio, cùm aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis aut gratulationis cauſa colligitur. quarto, cùm à magiſtratibus iudicii cauſa populus congregatur. hæc Feſtus. *Flauius Archippus*) Alium Archippum Athenienſem antiquæ comœdiæ ſcriptorem nominat Suidas. *Vacationem petere*) Nam imperialibus conſtitutionibus philoſophi vacationem obtinẽt à muneribus publicis, ne hoſpitem reciperent, nulla municipali, nulla curialium conuentione vexentur, ſeu indempta adminiſtratione ſeu accepta teſtimonialem meruerint miſſionem, ſint ab omni functione omnibúſque muneribus publicis immunes, quę omnia filiis eorúmque cõiugibus inuiolata imperatores præcipiũt apud iuriſconſultos cuſtodienda. *Non liberandum*) Nedum vacationem illi concedendam. *Pœna*) Metallorum foſſuræ. *Sententia*) Iudicium. *Crimine falſi*) Lex Cor. de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui teſtamẽtum vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit, quive ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens dolo malo. eiúſque legis pœna, in ſeruos vltimum ſupplicium eſt: in liberis verò, deportatio. *In metallũ*) Ad effodienda metalla in Ponto, vbi eſt Sandaracurgium mons concauus propter metallorum effoſſionem: hunc operatores maximis cuniculis ſubibant. olim ſolebant publicè operari, & foſſoribus vtebantur ſeruis ex aliquo maleficio redemptis. præter autem operandi laborem, qui maximus eſt, dicunt aerem ex metallis

letiferum eſſe atque intolerabilem, propter odoris grauitatem è glebis prodeuntem. vnde corpora citò ibi mori. ſæpe metallorum effoſſionem deficere propter operariorum incommoditatem, qui cùm plures eſſent quàm cc. continuè & morbis & labe abſumebantur. hæc Strabo res Ponti ſcribens. Vlpianus inquit, ſi in metellum datus in integrum reſtitutus ſit, perinde ac ſi nec damnatus fuiſſet, ad munera vel honores vocatur. *Pro*) Loco. *Epiſtolas*) Binas ſubſequentes. *Decretum Pruſienſium*) Quo ſtatuarum honor pluries habitus erat Archippo, qui Pruſienſis erat. Pruſa ſecundum Stephanum, à Pruſiade differt. nam Pruſias Bithyniæ à Pruſio Zelatæ filio Bithynorum rege, Cius antea appellata, cuius ciuis Pruſienſis: Pruſa & ipſa quidem ciuitas parua Bithyniæ, condita à Pruſio, qui aduerſus Cyrum bellum geſſit, cuius gentile Pruſenſis. Pruſa iacet ad Olympum montem, ſed Pruſias iuxta ſinum Aſtacenum ad orientem ſolem, prius dicta Cius. etiam ex autoritate Strabonis Cium Demetrius euertit, dedítque Pruſiæ Zelatæ, qui hauc reſtaurauit, & à ſe Pruſiam appellauit. *Tuas*) Traiani, quæ non ſunt in hoc libello. *Patris tui*) Neruæ. *Vtrinque*) Ab Archippo, & eius aduerſariis: quamuis tantum Domitiani literæ, & Neruæ edictum cum epiſtola hîc ſubſint.

EPISTOLA DOMITIANI
AD TERENTIVM MAXIMVM.

FLauius Archippus philoſophus impetrauit à me, vt agrum ei. D C. circa Pruſiadam, patriam ſuam emi iuberem, cuius reddit ſuos alere poſſet, quod ei præſtari volo: ſummam expenſam liberalitati meæ feres.

F*Lauius*) Domitianus dona Archippũ DC. ſeſtertiis. *Feres liberalitati meæ*) Aſcribes rationibus meæ liberalitatis, tanquam ſi Terentius librum rationum habuiſſet, quo principis liberalitates continebantur. *Summam expenſam*) Agri precium, & menſuram Archippo conceſſam. Tranquillus ferè ad idem. admoneote diſpenſatore cùm productæ pro concubitu ſeſtertia quadraginta donaſſet, quemadmodum ſummam rationibus vellet referri, Veſpaſiano, inquit, adamato. M. Tullius in Philippicis: qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum. vtrunque complexus eſt Valerius libro tertio, prolatum ab eo, inquit, librum, quo acceptæ & expenſæ ſummæ continebantur, diſcerpſit. Cicero ad Atticum, pro eo tibi præſentem pecuniã ſolui imperaui, ne tu expenſũ muneribus ferres: ne quod expẽdiſti, aſcriberes rationibus tuorũ munerũ.

Eiuſdem ad L. Appium Maximum.

ARchippum philoſophum, bonum virum, & profeſſione ſua etiam maioribus reſpondentem, commendatum habeas velim mi Maxime, & plenam ei humanitatem tuam præſtes in iis, quæ verecundè à te deſiderauerit.

A*rchippum*] Domitianus commendat Archippum *Profeſſione*) Philoſophiæ. *Maioribus*) Antiquis philoſophis, & ideo melioribus. *Reſpondentem*) Parem, ſimilem. *Verecundè*) Honeſtè.

Edictum Diui Neruæ.

QVadam ſine dubio Quirites ipſa felicitas temporum edicit, nec ſpectandus eſt in ijs bonus princeps, quibus illum intelligi ſatis eſt, cùm hoc ſibi quiſque ciuium meorum ſpondere poßit, me ſecuritatem omnium quieti meæ prætuliſſe, vt & libenter noua beneficia conferrem, & ante me conceſſa ſeruarem. Ne tamen aliquam gaudiis publicis adferat hæſitationem, vel eorum qui impetrauerunt diffidentia, vel eius memoria qui præſtitit, neceſſarium pariter credidi, ac latum, obuiam dubitantibus indulgentiam meam mittere. Nolo exiſtimet quiſquam, quæ alio principe vel priuatim vel publicè conſecutus, ideo ſaltem à me reſcindi, vt potius mihi debeat, ſi illa rata & certa fecero. nec gratulatio vllius inſtauratis eget precibus. & qui non habent, me quem fortuna imperij vultu meliore reſpexit, nouis beneficijs vacare patiantur, & ea demum ſciant roganda eſſe, quæ non habent.

QVadam) edictũ Neruæ, quo ſuperiorum principũ omnes codicillos, diplomata, priuilegia, immunitates confirmat: quod prius fecerat Titus, ſi Tranquillo & Dioni credimus, cùm ex inſtituto Tiberii, omnes dehinc Cæſaris beneficia à ſuperioribus conceſſa principibus aliter rata nõ haberent, quàm ſi eadem iiſdem ipſi dediſſent. *Ipſa*) Noſtra. *Edicit*) Præfatur, prædicit, edicto oſtendit. *Spectandus*) Admirandus, laudandus. *Illum*) Me. *Intelligi*) Eſſe bonum. *Cum hoc*) C m perſuaſio bonorum ciuium vel non admonita, id eſt etſi edicto nõ moneretur, poſſit ſibi perſuadere, me prætuliſſe ſecuritatem omnium meæ quieti, ſcilicet mihi antiquius fuiſſe conſulere ſaluti publicæ, dum illius gratia ſuſcepi imperium, quàm quiete in ſeceſſu viuere: nam ſenex admodum Nerua cœpit imperare, quibus annis ocium & vacationem à rebus publicis lex permittit: ſed Parthenius, & reliqui non prius inuaſerunt Domitianum, quàm Neruæ perſuaſerunt vt ſuſciperet imperium mortuo illo. magis tamen probo, vt abſque, vel, non admonita perſuaſio, legatur, quoniam ſtructura melius procedit, idque in aliquibus exemplaribus reperitur abeſſe. *Conceſſa*) Beneficia ab aliis imperatoribus. at Galba ſecus fecit, reuocato bis & vicies mille ſeſtertio, quod Nero diuerſis donauerat, relicta tantum decima parte donatariis. *Gaudijs publicis*) Reipublicæ lætæ Domitiani nece, & imperatore Nerua. *Ne tamen*) Ordo eſt, tamen neceſſarium pariter credidi, & reliqua. Ne *afferat aliquam hæſitationem*) Ne quoquo modo quis dubitet. *Vel eorum*) Vel quod diffidant, poſſe ſeruari beneficia conceſſa malis hominibus, vel à malo principe. *Eius*) Domitiani, cuius memoria infenſa erat. *Saltem*) Vel ob hanc præcipuè cauſam. *Vt potius mihi debeat*] Nam ſi reſcidiſſet priorum diplomata, opus erat denuo impetrare illa ab imperatore Nerua, cui hoc beneficium debuiſſent, quæ ille omnia vno edicto confirmauit, vt eſſet intentus in concedendis nouis priuilegiis, non in veteribus confirmandis. *Gratulatio vllius*] Qui gratulatus eſſet imperatori concedenti ſibi priuilegium. *Inſtauratis precibus*) Repetitis ad confirmandum illud, cùm iam per edictum remiſerim precandi neceſſitatem. *Vultu*) Noſtro. *Meliore*) Liberaliore.

Nonis) Nondum conceſſis à prioribus principibus. *Paſcantur*] Preces Romanorum, id eſt, precentur noua, cùm priora comprobauerim. *Ea*) Priuilegia. *Quæ non habent*) Quæ nondum impetrauerunt.

Epiſtola eiuſdem ad Tullium Iuſtum.

Cum) Eiuſdem Neruæ epiſtola qua Domitiani confirmat ordinationes. *Prioribus*, Sub aliis principibus. *Standū*) Parendū.

Cum rerum omnium ordinatio, quæ prioribus temporibus inchoatæ conſummatæq́ ſunt, obſeruanda ſit, tum epiſtolis etiam Domitiani ſtandum eſt.

PLINIVS TRAIANO.
De eodem Archippo.

Lauius) Mittit libellos Archippi & Furiæ accuſatricis illius Traiano. *Accuſatrici*) Furiæ. *A qua & ipſa*) A qua ipſa.

Lauius Archippus per ſalutem tuam æternitatémque petijt à me, vt libellum quem mihi dedit, mitterem tibi. quod ego ſic roganti præſtandum putaui, ita tamen, vt miſſurum me, notum accuſatrici eius facerem: à qua & ipſa acceptum libellum his epiſtolis iunxi, quo facilius velut audita vtraque parte diſpiceres, quid ſtatuendum putares.

TRAIANVS PLINIO.

Potuit] Liberat hac epiſtola Traianus Flauium Archippum à pœna metalli. *In quo ſtatu*) Cùm damnatus in metallum abruptis vinculis aufugiſſet. *Naturæ*) quæ mitis & clemens eſt. *Statui*) Damnationi, malæ conditioni. *Interuentu p.*] Literis ſcriptis à Domitiano in honorem eius. *Ab his*) Pruſienſibus. *Pronunciaſſet*) Iudicaſſet.

Potuit quidem ignoraſſe Domitianus, in quo ſtatu eſſet Archippus, cùm tam multa ad honorem eius pertinentia ſcriberet, ſed meæ naturæ accōmodatius eſt, credere etiā ſtatui eius ſubuentū interuétu prīcipis, præſertī cū etiā ſtatuarū ei honor toties decretus ſit ab iis, qui ignorabāt quid de illo Paulus procōſ. pronūciaſſet. quæ tamē mi Secūde cariſſime,

non cò pertinent, vt ſiquid illi noui criminis obiicitur, minus de eo audiendum putes. Libellos Furiæ Primæ accuſatricis, item ipſius Archippi, quos alteri epiſtolæ tuæ iunxeras, legi.

Non cò pertinent) Non ideo à me dicuntur.

Noui) Præter ſupradicta.

Furiæ primæ) Non quæ prima accuſauerat Archippú, ſed cognométo Prima.

Plinivs Traiano.

De lacu Nicomedenſium.

TV quidem Domine prouidentiſſime, vereris ne commiſſus flumini, atque ita mari lacus effluat, ſed ego in re præſenti inueniſſe videor, quemadmodum huic periculo occurrerem. Poteſt enim lacus foſſa vſque ad flumen adduci, nec tamen in flumen emitti, ſed relicto quaſi margine contineri pariter & dirimi. ſic conſequemur, vt nec vicino videatur flumini miſtus, & ſit perinde ac ſi miſceatur. Erit enim facile per illam breuiſſimam terram, quæ interiacebit, aduecta foſſa onera tranſponere in flumen. quod ita fiet, ſi neceſſitas coget. & ſpero non coget. Eſt enim & lacus ipſe ſatis altus, & nunc in contrariam partem flumen emittit, quod intercluſum inde, & quò volumus auerſum, ſine vllo detrimento lacus tantum aquæ, quantum nunc portat, effundet. præterea per id ſpatiū, per quod foſſa facienda eſt, incidūt riui, qui ſi diligenter colligantur, augebunt illud quod lacus dederit. Enimuero ſi placeat foſſam

TV) Diligēter circūſpexerat Secūd' quomodo lacus Nicomedenſiū poterat vel in mare, vel in flumen deduci, ita vt magno commodo toti regioni eſſet futurus. neque mirum ſi rem tam diligenter ſerutatus fuerat, nouerat in emiſſario lacus Fucini à Claudio facto, primò detectam operis, incuriam haud ſatis depreſſi ad lacus ima vel media, vnde iterū neceſſe fuiſſe, vt ſpecus altius effoderentur. *Flumini*) Calpæ. ſed plane dixerat, explorandum eſt diligenter, ne ſi commiſſus flumini in mare effluat. *Præſenti*) Maximi momenti, magnifica deductione lacus Aſcanij. *Cuniculo*) Suffugio, excuſationi. cuniculus enim foſſa latens & ſubterranea, qua ſolent hoſtes emergere in obſeſſa oppida, ab animali cuniculo harum viarum, vt exiſtimat epigramaticus poeta, monſtratore. quidam legunt, periculo, quod non improbo. *Emitti*) Coniungi. *Margine*) Intercapedine, iſthmo, continenti *Contineri*) Veluti coniungi, & tamen diuidi. *Facile*) Erit. *Tranſponere*) Tranſagitare, vt vocabulo vtar Patauinorum nautarum, ex Brenta flumine in mare curru ligneo trāſvehentium per breuiſſimam terræ intercapedinem. quare ſiquis Patauio Venetias vectus eſt, facilius hoc Secundi conſilium intelliget à ſimili. *Quod ita fiet*) Tranſportabimus per interiectam terram: ſi nullo alio meliori poterit modo fieri. ſed ſpero id non erit neceſſe. *Altus*) Profundus *Flumen*) Eiuſdē nominis, cuius & lacus. *In contrariam*) In Propontidem, ſecūdum tabulam Ptolomæi. *Intercluſum*] Interſeptum, obſtructū. *Effundet*] Per foſſam loco fluminis. *Fienda*] Reſtitue facienda, cū nuſquā apud idoneos reperiatur fienda. nam quod legitur apud P[illegible] niū [illegible]-

[illegible]ior

niorem libro xxix. cap. vltim. minutatim fienda: ex codice antiquo reſtituendũ, findẽda, quod quidẽ melius conuenit. *Illud*) Flumen. *Enimuero*) Ad hęc, præterea. Tacitus libro decimoſexto, Enimuero Montanum probè viuentem, neque famoſi carminis quia protulerit ingenium, extorrem agi.

longius ducere, & arctius preſſam mari æquare, nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſeruabit, & reprimet quicquid è lacu veniet. quorum ſi nihil nobis loci natura præſtaret, expeditum tamen erat, cataractis aquæ curſum temperare. Verùm & hæc & alia multo ſagacius conquiret explorabitque librator, quem plane Domine debes mittere, vt polliceris. Eſt enim res digna & magnitudine tua, & cura. Ego interim Calphurnio Macro, clariſſimo viro, autore te ſcripſi, vt libratorem quam maximè idoneũ mitteret.

Longius) Per longius cápi ſpatium non committendo flumini Calpæ. *Arctius*) Ne euagetur humor, & maiori copia ſit opus, ac ſic lacus euacuetur. *Preſſã*] contractam. *Repercuſſus*) Vndarum ęſtus & recellens fluctus. *Seruabit*) Continebit quoquomodo in foſſa. *Loci natura*) Si fuerit nimium deuexa. *Nihil præſtaret*] nullam opem ferret. *Expeditum*] In promptu, facile: quo verbo libro nono vſus eſt *Cataractis*) De curſionibus, id eſt, quibuſdam locis circumſeptis lapidibus vel aſſeribus, immo vtriſque: vulgo concas appellant. quales interdum eſt conſpicere in foſſa deducta ab Abdua Mediolanum vſque: nam Nili cataractas Diodorus exiſtimat nauigabiles. locus eſt latitudine ſtadiorum x. acclinis, præceps, in anguſtum clauſus inter cannales, vbi frequentia ſaxa ſcopulis ſimilia aquam magna vertigine mirabilique eliſam reflectunt, inque contrarium curſum ſpiris agunt redundantibus, quod in ſtuporem intuentes ducit. eſt enim ita velox hoc in loco aquæ decurſus, vt ſagittæ ſimilis videatur. Nili incremento temperante curſum, quidam nauibus deſcendunt, aſcendendi verò nulla eſt facultas, vt flumine omne hominum ingenium ſuperante. in foſſis verò manufactis per cataractas non difficiles aſcenſus & deſcenſus. *Vt polliceris*) Dixerat enim, & ego hinc aliquem tibi peritum eiuſmodi operum mittam. *Autore te.*] Nam reſcripſerat: potes à Calphurnio Macro petere libratorem.

TRAIANVS PLINIO.

MAnifeſtũ eſt, mi Secunde chariſſime, nec prudentiam nec diligentiam tibi defuiſſe circa iſtum lacum: cùm tã multa prouiſa habeas, per q̃ nõ periclitetur exhauriri, & magis in vſus nobis futurus ſit. elice igitur id quod pręcipuè res ipſa ſuaſerit. Calphurniũ Macrum credo facturũ vt te libratore inſtruat: neque enim prouinciæ iſtę his artificibus carent.

Manifeſtũ] Secundum laudat quòd ſũma prudentia ſummáq; diligentia ſerutatus fuiſſet quomodo Nicomedenſiũ lacus vel in mare vel in flumen adduci poſſet.

PLINIVS TRAIANO.

De tabellario regis Sauromatæ.

SCripſit mihi Domine Lycormas libertus tuus, vt ſi qua legatio à Boſphoro veniſſet vrbem petitura, vſque in aduentum ſuum retineretur. & legatio quidē duntaxat in eam ciuitatē, in qua ipſe ſum, nulla adhuc venit: ſed venit tabellarius Sauromatæ, quem ego vſus opportunitate, quā mihi caſus obtulerat, cum tabellario qui Lycormam ex itinere præceſſit, mittendū putaui: vt poſſis ex Lycormæ, & ex regis epiſtolis pariter cognoſcere, quæ fortaſſe pariter ſcire debes.

S*Cripſit*) Mittit tabellarium regis Sauromatæ cū tabellario Lycormæ ad Traianum. *Legatio*] Regis Sauromatæ. *Boſphoro*) Cimerio: nam duplex eſt Boſphorus, Cimerius, paludis Mæotidis finis, & initium Euxini pōti: Boſphorus Thracius, Ponti finis, & Propontidis initium. iuxta Mæotides paludes vtrinque Sauromatę incolunt. lege Pliniū lib. vi. & Strabonem vij. diſcordantes inter ſe pro latitudine Boſphori Cimerij. ad hæc Boſphorus, ciuitas Ponti iuxta Cimerium ſinum. alia etiam ciuitas Indiæ, authore Stephano. Hammonius multa de Boſphoro narrat, Dionyſii & Plutarchi ac aliorū teſtimonio, vt quod vterque Boſphorus ab Io Inachi filia ſit transfretatus, vnde Boſphorus, βόος πόρος. i. bouis tranſitus. verùm apud eundem præduce Philarcho ſequitur, intra Euxinum incolæ inexpertes erant agriculturæ, extra verò expertes. quare illa pelagi pars βόσπορος appellabatur, quòd ſeminaretur. σπόρος enim ſemen. aut quod olim volentes fretum tranſmittere, compoſitis ratibus & bobus ſubiugatis tranſibant. vnde cognomentum. Euſebius author, Traianum recepiſſe in fidem Sauromatas Boſphoranos. *Ciuitatem*) Niceam. *Sauromatæ*) A rege Sauromatarum. Sauromatę enim gens Scythica, ſi Stephano credimus. Sauromatia duplex eſt, vna in Europa, altera in Aſia. dicitur etiam Sarmatia, & gentilis, Sarmata. Strabo de Scythis & Sauromatis loquens, vt non, inquit, omnia Boſphoranis ſubiecta ſunt regibus quos pop. Rom. inſtituerit. *Vſus opp*) Rapiens hanc occaſionem.

PLINIVS TRAIANO.

Diploma commodaſſe.

REx Sauromates ſcripſit mihi, eſſe quædam quæ deberes quàm maturiſſimè ſcire. quæ ex cauſa feſtinationem tabellarij, quem ad te cum epiſtolis miſit, diplomate adiuui.

R*Ex*] Diploma ſe commodaſſe tabellario Sauromatę, ſcribit.

C. PLINIVS TRAIANO.

De aſſertione ingenuorum, qui pro ſeruis educati ſunt.

MAgna Domine, & ad totā prouinciam pertinens quæſtio eſt, de conditione & alimentis eorum, quos vocant θρεπτοὺς*: in qua ego auditis conſtitutionibus principum, quia nihil inueniebam aut propriū, aut vniuerſale, quod ad Bithynos ferretur, conſulēdum te exiſtimaui, quid obſeruari velles. neq; enim putaui, poſſe me in eo, quod autoritatem tuam poſceret, exemplis eſſe contentum. Recitabatur autem apud me edictum, quod dicebatur diui Auguſti ad Anniam pertinens, recitata & epiſtolæ diui Veſpaſiani ad Lacedæmonios, & diui Titi ad eoſdem, dein ad Achæos, & Domitiani ad Auidium Nigrinum & Armenium Brocchum proconſules: item ad Lacedæmonios, quæ ideò tibi non miſi, quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei videbantur, & quia vera & emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam.*

MAgna] Quærit iudicium imperatoris ſuper iis, qui liberi nati fuerunt expoſiti, deinde à quibuſdam ſublati, & in ſeruitute educati. *Prouinciam*] Bithyniam. *Conditione*) Serui an liberi eſſent. Imperator in inſtitutionibus conſtituit, vt ij qui vulgo concepti ſunt, & Latinè ſpurij appellantur, Græcè verò σκότιοι. id eſt, furto geniti, liberi ſint, neque ſerui, neque in patria poteſtate. quanquam mendoſe loco σκοτιὸς ſpado circumferatur. *Alimētis*] An reddere deberent alimenta ſuis alumnis. θρεπτοὺς] Vulgo nutritos. alij legunt ἐκθετοὺς expoſitos. Necare videtur non tantum, is qui partum præfocat, ſed is qui abiicit, & qui alimoniam denegat: & is qui publicis locis miſericordiæ cauſa eum exponit, quam ipſe non habet. caput eſt libro Codicis viij. de infantibus expoſitis liberis. omiſſis igitur cæteris conſtitutionibus imperator Iuſtinianus ſanxit, nemini licere, ſiue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, ſiue à libertina progenie: ſiue ſeruili cōditione maculatus, expoſitus ſit, eū puerum in ſuum dominium vendicare, ſiue nomine dominij, ſiue aſcriptitiæ, ſiue colonariæ conditionis. ſed neque iis qui eos nutriendos ſuſtulerunt, licentiam concedit penitus cum quadam diſtinctione eos tollere: & educationem procurare, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ, vt eos loco libertorum, vel ſeruorum, aut colonorū, aut aſcriptitiorum habeant. ſed nullo diſcrimine habito, ij qui ab eiuſmodi hominibus educati ſunt, liberi & ingenui appareant, & ſibi acquirant, & in poteſtatem ſuam, vel ad extraneos hæredes omnia quæ habuerint, quomodo voluerint tranſmittant, nulla macula vel ſeruitutis vel aſcriptitiæ vel colonariæ conditionis imbuti. nec quaſi patronatus iura in rebus eorum iis qui eos ſuſceperunt, prætendere concedit, ſed in omnem terram quæ Romanæ ditioni ſuppoſita eſt, hoc obtinere. *Conſtitutionibus*) Ordinationibus quæ pro legibus habentur. *Proprium*) Reſcriptum vel priuilegium aliquod Bithynorum tantū ad eos pertinēs. *Vniuerſale*) Ad omnes pertinens. nam extat Theodoſij & Valentis imperatorum ad ſenatum epiſtola, cui initium,

Quæ ex relationibus iudicum, vel conſultatione in commune florentiſſimorum ſacri noſtri palatij procerum auditorium introducto negocio ſtatuimus, vel quibuſlibet corporibus, aut legatis, aut prouinciæ vel ciuitati aut curiæ donauimus: nec generalia iura ſint, ſed leges fiant iis duntaxat negociis atq; perſonis pro quibus fuerint promulgata. *Exemplar*) Superiorum principum *Edictum*) Quo vetatur vel iubetur aliquid, edictum dicimus. *Anniam*] Annij filiam. *Eoſdem*) Lacedæmonios. *Dein ad Achaeos*) Recitatis epiſtolis diui Titi ad Lacedæmonios, recitatæ etiam deinde fuerunt eiuſdem principis Aſiæ ad Achæos. repete quæ in præcedentibus de Achaia annotauimus. *Armenium Brocchum*] Brocchi cuiuſdam meminit Seneca. ad Iunium Brocchum Illyrij præfectum ſcripſit Claudius imperator. appellare conſueuimus Brocchos, quos alij broncos, quibus dentes prominent, autoribus Varrone, Columella, Plinio.

TRAIANVS PLINIO.

QVÆſtio iſta quę pertinere ad eos, qui liberi nati expoſiti, deinde ſublati à quibuſdã, & in ſeruitute educati ſunt, ſępe tractata eſt: nec quicquã inuenitur in cõmentariis eorum principum qui ante me fuerũt, quod ad omnes prouincias ſit cõſtitutum. Epiſtolę ſanè ſunt Domitiani ad Auidium Nigrinum, & Armenium Brocchum, quæ fortaſſe debebant obſeruari: ſed inter eas prouincias, de quibus reſcripſit, non eſt Bithynia. & ideò nec aſſertionem denegandam iis, qui ex eiuſmodi cauſa in libertatem vindicabuntur, puto, neque ipſam libertatem redimendam precio alimentorum.

*Q*Vaſtio) Reſcribit, nulli libertatem adimendam. *Expoſiti*) Abiecti à ſuis. *In com.*) In quibus rerum geſtarum ſummam complectitur. *Ad omnes prouincias*] In vniuerſum. *Aſſertionem*) Vendicationem libertatis. Venuleius. ff. xliij. ſi quis liberum hominem ignorantem ſuum ſtatum, dolo malo retinuerit, cogitur exhibere. quanto igitur magis, ſi reſciuerit: nullo enim tempore retineri liber homo poteſt. *Redimendam*) Emendam ab vllo.

PLINIVS TRAIANO.

De legato Regis.

LEgato Sauromatæ regis, cùm ſua ſponte Niceæ, vbi me inuenerat, biduo ſubſtitiſſet, longiorem morã faciendã Domine non putaui: primùm, quòd incertum adhus

LEgato] Excuſat ſe quòd legatum regis Sauromatarum nõ diu retinuerat. *Nicea*] Plures Niceas pluribus locis legimus. hæc autem

erat quando libertus tuus Lycormas venturus eſſet: deinde, quòd ipſe proficiſcebar in diuerſã prouinciæ partem, ita officiȷ̃ neceſſitate exigente. Hæc in notitiam tuam perferenda exiſtimaui, quia proximè ſcripſeram, petiiſſe Lycormã, vt legationem, ſi qua veniſſet à Boſphoro, vſq; in aduentum ſuum retinerem, quod diutius faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit, præſertim cùm epiſtolæ Lycormæ, quas detinere, vt antè prædixi, nolui, aliquot diebus hunc legatum anteceſſuræ viderentur.

Bithyniæ metropolis, iuxta lacum Aſcanium in campo admodum felici, ſed æſtate parum ſalubri, quam primùm Antigonus condidit Philippi filius, & Antigoniam nominauit, poſtea Lyſimachus, quam ab vxoris nomine filię Antipatri Niceam appellauit. vrbis ambitus ſtad. xvj. in figura quadrata, quæ in campo ſita portas quatuor habet ad rectos angulos, & in munitionẽ exciſa. quare ex vno lapide, qui circa medium gymnaſium poſitus eſt, omnes quatuor portæ conſpiciuntur. Niceę meminere Strabo, Plini⁹, Appianus, Ptolomæus. *Epiſtolæ*) Quas legato regis Sauromatæ ſcribebat, & iam Secundus per tabellarium Traiano miſerat. *Legatum*) Properantem ad imperatorem.

PLINIVS TRAIANQ.

De reliquiis ſepultorum transferendis.

PEtentibus quibuſdam vt ſibi reliquias ſuorum, aut propter iniuriã vetuſtatis, aut propter fluminis incurſum, aliáque his ſimilia quæcunq;, ſecundum exẽplũ proconſulũ transferre permitterẽ: quia ſciebam in vrbe noſtra ex eiuſmodi cauſis collegium põtificũ adiri ſolere, te Domine maximum pontificem conſulendum putaui, quid obſeruare me velis.

PEtentibus] Quærit an permittat transferre mortuorum reliquias iuſta aliqua ratione. *Vetuſtatis*] Quæ ne lapidibus quidem parcit. Mors etiam ſaxis nominibúſque venit, Auſonius inquit. *Incurſum*] Exundationem, demolitionem: multa enim ædificia ſecum trahunt fluminum excurſus. *Similia*] Probabilia. *Aliáque*] Ordo & propter alia quæcunque ſimilia his. *Exemplum*) Imitationem. *Proconſulum*) Bithyniæ ante me. *Max. pontificem*) Nam fuit pontifex max Traianus, quod antiquæ memoriæ declarant, vt illa, Imp. Cæſari, diui Neruæ F. Traiano, Auguſto, Germanico, Dacico, Põt. Max. & reliqua. Secundus in Panegyrico: Imperator ergo, & Cæſar, & Auguſtus Pontifex Max. ſtetit ante gremium conſulis. Et alibi, nonne ſi Pontifici maximo deligenda ſit coniunx, aut hanc aut ſimilem elegerit. & in fine. nobis parentem, tibi Pontificem maximũ elegiſti. Pontifex ergo maximus diiudicat ſacras omnes cauſas: religionib⁹ deorum & ſummæ reip. præeſt. de poteſtate eius lege plura apud Liuium & Dionyſium libro ſecundo Antiquitatum. Maximum quidam dictũ tradunt, quòd maximarũ rerũ, quæ ad ſacra & religionẽ pertinent, curã habeat, & iudex ſit, vindéxq; contumeliæ priuatorum magiſtratuum, neq; ſenatui rationem, neq; populo red-dẽs. vocatos autem pontifices alij autu-

mant, quoniam deos colunt potentia ſacrorum omnium domini: alij verò nomen effictum ad potentum profligationem, tanquam iubente Numa potentia ſacerdotes obire ſacra. plures à pontibus faciendis eſſe dictos, ab ſanctiſſimis & vetuſtiſſimis ſacrificiis, quæ ad pontem fierent. eſſe autem eam obſeruationem & ſtructuram veluti aliud quicquam ex immotis patriiſque ſacris, ſacerdotibus delegatam. nefas enim & execrabile apud Romanos exiſtimari, lignei pontis ſuper Tyberim extructi (inde ſublicio nomen) diſſolutionem, ideò lignis compacti pro diuino quodam dicto omni prorſus amoto ferro. hanc rationem deridens Plutarchus à pluribus tamen veram opinatam memorat: Dionyſius confirmat omni prorſus ambiguitate ſublata.

TRAIANVS PLINIO.

Vrum) Permittit transferre reliquias. *Pontificum*) Romanorum. *Ex cauſa*] Si iuſta, permittendum: ſin minus, negandum.

DVrum eſt iniungere neceſſitatẽ prouincialibus pontificum adeundorum, ſi reliquias ſuorum propter aliquas iuſtas cauſas transferre ex loco in alium locum velint. Sequenda ergo potius tibi exempla ſunt eorum, qui iſti prouinciæ pręfuerũt, & ex cauſa cuique ita aut permittendum, aut negandum.

PLINIVS TRAIANO.

De loco balinei Pruſenſibus concedendo.

Værenti) Oſtendit locum Pruſæ idoneum, vbi poſſit ædificari balineum, quod imperator extrui conceſſerat. *Ciuitatis*] Ædificiorum vrbanorum, ſæpius tamen ciuitas pro ciuibus quàm pro ædificiis. *Melius*] Decentius. *Iuſſerat*] Polyænus moriens. *Periſtylio*) Periſtylium Latinè dici poteſt circumcolumnium: nam porticus ſunt columnis ſuſpenſæ. M. Tullius proſpectã porticum cum conclauibus pauimentatã trecenũm pedum concupierat, ampliſſimũ periſtylium. Vitruuius: in palæſtris periſtylia quadrata ſiue oblonga ſunt facienda, domus ampliores habẽt latiora periſtylia, in quibus ſũt quatuor paris porticus altitudinis, aut vna quæ ad meridiẽ ſpectat excelſioribus columnis conſtituitur. communia ſanè ædificia, in quæ de populo quilibet inuocati ſuo iure poterãt venire, ſicut in veſtibulum & cauædium.

QVærenti mihi Domine Pruſæ, vbi poſſet balineũ ꝙ indulſiſti fieri: placuit loc⁹ in quo fuit aliquando dom⁹, vt audio pulchra, nunc deformis ruinis. per hoc.n. cõſequemur, vt fœdiſſima facies ciuitatis ornetur, atque etiã vt ipſa ciuitas amplietur, nec vlla ædificia tollãtur, ſed quæ ſunt vetuſtate ſublapſa, reparentur in melius. Eſt autem huius domus conditio talis. Legauerat eam Claudius Polyænus Claudio Cæſari, iuſſerátque in periſtylio templum

ei fieri,reliqua ex domo locari, ex quo redditũ aliquandiu ciuitas percepit: deinde paulatim partimſpoliata,partim neglecta.cum periſtylio domus tota collapſa eſt,ac iam penè nihil ex ea niſi ſolum ſupereſt.quod tu Domine ſiue donaueris ciuitati,ſiue venire iuſſeris propter opportunitatem loci,pro ſummo munere accipiet. ego,ſi permiſeris, cogito in area vacua balineũ collocare.eum autem locum in quo ædificia fuerunt,exedra & porticibus amplecti,atque tibi conſecrare,cuius beneficio elegans opus,dignũque nomine tuo fiet. Exemplar teſtamenti, quanquam mendoſum,miſi tibi:ex quo cognoſces, multa Polyænum in eiuſdem domus ornatum reliquiſſe,quæ vt domus ipſa perierũt: à me tamen in quantum potuerit,requirentur.

Ei) Claudio tanquam deo. in numerum enim deorum à Nerone relatus eſt. *Spoliata*) Surreptis tegulis, & quæ ad ornatum faciebant. *Venire*] Vendi reip.Pruſenſium per tuum procuratorem. *Accipiet*] Reputabit vendirionem ſummum munus, quanto magis donationem. *Area vacua*] Loco patenti & ſub dio inter periſtylium. *Exedra*] Seſſio, vbi viri conſident,autore Polluce: qui libro vij. inſuper refert, quas nunc excdras dicimus,olim Græcos paſtadas vocaſſe. & Victruuius, conſtituantur, inquit, in tribus porticibus exedræ ſpacioſæ,habentes ſedes in quibus philoſophi,rhetoréſque ac reliqui qui ſtudiis delectentur,ſedentes diſputare poſſint.eæ in porticibusad occidentem fieri debent.Ioſephus pariter exedram, vbi Salomonis templum deſcribit, occidentalem memorat. Suidas etiam Septentrionalem. M. Tullius ait,tunc dedita opera quieſcentibus aliis in eam iam exedram veniſſe, in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet. *Conſecrare*] Dedicare, & ſacrum facere. *Teſtamenti*) Claudij.Polyæni.

TRAIANVS PLINIO.

POſſumus apud Pruſenſes area iſta cum domu collapſa,quam vacare ſcribis,ad extructionẽ balinei vti. Illud tamen parũ expreſſiſti,an ædes in periſtylio Claudio facta eſſet. nam ſi facta ædes eſſet, licet collapſa ſit,religio eius occupauit ſolum.

P*Oſſumus*] Permittit balineum fieri. *Facta*) Extructa. *Religio*) Locus in quo ædes ſacræ ædificaræ ſunt, etiam diruto ædificio ſacer manet adhuc,vt Papinianus ſcripſit, ſed Pomponius. ff. xj. cùm loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa vel ſacra eſſe. quòd ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodã poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur. qui tamen caſus hic locum non habet: quare iure ſcripſit,religionem locum occupaſſe.

Plinivs Traiano.

De aſſertione ingenuorum.

Poſtulantibus quibuſdam, vt de agnoſcendis liberis reſtituendiſque natalibus, & ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptam Minutio Rufo, & ſecundum exempla proconſulũ, ipſe cognoſcerem. Reſpexi ad ſenatuſconſultum, pertinens ade adem genera cauſarum. quod de his tantùm prouinciis loquitur, quibus proconſules præſunt: ideóque rem integram diſtuli, dum tu Domine præceperis, quid obſeruare me velis.

Poſtulantibus] Conſulit de liberis cognoſcendis, & natalibus reſtituendis: nam conſequens eſt, vt qui inuentus fuerit liber, reſtituatur natalibus ſuis, id eſt, ingenuitati, perinde ac ſi nunquam ſeruiuiſſet. titulus eſt ff. ex. De natalibus reſtituendis, vbi Vlpianus, à principe, inquit, natalibus ſuis reſtitutum eum, qui ſe ingenuum natum principi affirmauerat. interdum & ſerui ex pòſt facto iuris interuentu ingenui fiunt, vt ecce ſi libertinus à principe natalibus ſuis reſtitutus fuerit. illis enim vtiq; natalibus reſtituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipſe naſcitur. idẽ fit, cùm plebeius inter nobiles aſciſcitur, quamuis nunquam antea nobilis fuerit. *Proconſules p.*] Non enim omnibus prouinciis præerant proconſules, ſed pleriſq; proprætores. & quamuis Bithynia à proconſule regeretur, ipſe tamen extra ordinem miſſus, vtpote imperatoris ſui reuerens, petit quid obſeruare debeas.

Traianvs Plinio.

Si mihi ſenatuſconſultum miſeris, quod hæſitationem tibi fecit, æſtimabo an debeas cognoſcere de agnoſcendis liberis, & natalibus ſuis reſtituendis.

Si mihi) Senatuſconſultum petit à Secundo, quo poſſet cognoſcere de aſſertione ingenuorum.

Plinivs Traiano.

De Callidromo Laberii Maximi fugitiuo.

Apuleius, Domine, miles, qui eſt in ſtatione Nicomedenſi, ſcripſit mihi quendam nomine Callidromum, cùm detineretur à Maximo & Dionyſio piſtoribus, quibus operas ſuas locauerat, confugiſſe

Apuleius] Callidromum multorũ ſeruũ, variante fortuna Traiano mittit. *Apuleius*] Apuleium Rufinum lego conſulatum geſſiſſe cũ Seuero imperatore. fuit & ille ſcriptis ſuis clarus. Apuleius Madaurenſis non multo Secundo poſterior. *Statione*] Præſidio. nec mirandum ſi Apuleius ſcripſerit Secundo de ſeruo fugitiuo, cùm Vlpianus tradat

ſtatutam

ſtatutam mulctam ei qui fugitiuum celauerit, nec intra xx. dies dominis reddiderit, vel magiſtratibus exhibuerit. diuus etiam Marcus generali epiſtola declarat, præſides & magiſtratus & milites ſtationarios adiuuare debere dominos in inquirendis fugitiuis. fugitiuus autem eſt præter iam memorata ſecundum iuriſconſultos, non is qui ſolùm fugiendi conſilium à domino ſuo ceperit, licet id ſe factorum iactauerit, ſed qui in ipſo facto fugę, vitium mentis detexerit: nam cum aliquo actu intelligi conſtat. *Piſtoribus*) Quorum officium erat farinam & panem facere. *Locauerat operas ſuas*) Precio addixerat ſe faciundo operi. operæ ſunt diurnum officium, hæ autem pertinent ad verum dominum deductis neceſſariis impenſis: ſic prudentibus non diſſonè reſpondètibus.

ad tuam ſtatuam: perductúmque ad magiſtratus indicaſſe, ſeruiſſe aliquando Laberio Maximo, captúmque à Suſago in Mœſia, & à Decibalo muneri miſſum Pacoro Parthiæ regi: pluribúſque annis in miniſterio eius fuiſſe, deinde fugiſſe, atque ita in Nicomediam perueniſſe. quem ego perductum ad me, cùm eadem narraſſet, mittendum ad te putaui, quod paulo tardius feci, dum requiro gemmam, quam ſe habentem imaginem Pacori, & quibus inſignibus ornatus fuiſſet, ſubtractam indicabat. Volui enim hanc quoque, ſi inueniri potuiſſet, ſimul mittere: ſicut glebulam miſi, quam ſe ex Parthico metallo attuliſſe dicebat. Signata eſt annulo meo, cuius eſt apoſphragiſma quadriga.

Ad ſtatuam ſuam) Imperatorũ imagines ſtatuáſque ſumma venerabantur obſeruantia, vnde apud Philoſtratum legimus, Aſpendi principem cùm multitudo ei faces intentaret, confugiſſe ad aſylum Tiberij, cuius ſtatuæ illic venerabiliores ſanctioréſque habebantur, quàm Iouis olympij ſimulachrum: ita vt impietatis quidã dãnatus fuerit, quòd ſeruum ſuum verberaſſet, qui drachmam argenteam Tiberij imagine ſignatam geſtabat. Athenæus in rebus Sybariticis tradit, etiam ſeruos cõfugere ſolitos ad templa & monumentum parentum dominorũ. Calliſtratus De pœnis. ad ſtatuas, inquit, cõfugere vel imagines principum in iniuriam alterius, prohibitum eſt, niſi quis ex vinculis vel cuſtodia detentus à potentioribus ad huiuſmodi præſidium confugerit: his enim venia tribuenda eſt ne autem ad ſtatuas vel imagines quis confugiat ſenatus cenſuit. Imp. Valen. Theod. & Arcadius ſic reſcripſerunt. qui ad ſtatuas vel euitandi metus vel creandæ inuidiæ cauſa confugerint, ſi certas habuerint cauſas quibus confugere ad imperatoria ſimulachra debuerint, iure ac legibus vendicentur. ſi verò probari fuerint, artibus ſuis inuidiam inimicis ſuis creare voluiſſe, vltrix in eos ſententia proferatur. diuus Antoninus conſultus à quibuſdam præſidibus prouinciarum de his ſeruis, qui ad ædem ſacram vel ad ſtatuam principis confugiebant, præcepit, vt ſi intolerabilia videantur ſeruitia Dominorum, cogantur ſeruos ſuos bonis conditionibus vendere, vt precium Dominis daretur. *Laberio Maximo*) Qui procurator Iudeæ ſub Veſpaſiano fuit, quamuis apud Ioſephum corruptè legatur Cæſarem ſcripſiſſe ad Liberium Maximum, vt omnem terram Iudæorum venderet. Spartianus ſcriptum reliquit, Traianum non læſiſſe Laberium Maximum, qui ſuſpectus imperio exulabat in inſula, etſi vt eum necaret per epiſtolas ab Actiano eſſet admonitus. Laberium, qui verſus optimos poſſe ſcribere aſſeuerabat, nec tamen ſcribebat, vrbano ſale ſparſit Martialis lib. vi. *Suſago*) Præfecto Decibali regis Dacorum. *Pacoro*) Ioſephus ſcribit imperante Veſpaſiano Pacorum non ſolum Parthiæ, ſed etiam Mediæ regem, quem inuadentibus Alanis in loca difficiliora refugiſſe. Pacori regis Capitolinus in Pio meminit fuit & alius Pacorus, quē

Strabo, Ioſephus & Tacitus tradunt occiſum à P. Vētidio *Quibus inſignibus*) Glebula forſitan. alluſit ad Pactolum ſiue Hermum, quæ habent arenas aureas. Inde Ouidius, Arua rigent auro madidis pallentia glebis. & dixerat. Contigit & glebam, ex tactu gleba potenti Maſſa fit. glebulam, maſſam: nam diminutiuum eſt à gleba, quo Columella vtitur. alij legunt bullam, geſtamen olim triumphantium: poſtea à pueris ingenuis cum prætexta vſurpatam. *Metallo*) Auro. *Apoſphragiſma*) Inſigne, inſcriptio. *Quadriga*) Currus quatuor equorum. olim autore Plinio, argenti fuere bigæ atque quadrigæ. & inde bigati quadrigatique dicti numi. Plautus in Amphitryone etiam monſtrat quadrigam in ſigillis fuiſſe cum ſole ex oriente.

PLINIVS TRAIANO.

De teſtamento Largi.

IVlius Domine Largus ex Ponto nondum mihi viſus, ac ne auditus quidem, ſed iudicio tuo credens, diſpenſationem quandam mihi erga te pietatis ſuæ, miniſteriúmque mãdauit. Rogauit enim teſtamento, vt hæreditatẽ ſuam adirẽ, cernerémque, ac deinde perceptis quinquaginta millibus nummûm, reliquum omne Heracleotarum & Tianorum ciuitatibus redderem: ita vt eſſet arbitrij mei vtrum opera facienda, quæ honori tuo conſecrarentur putarem, an inſtituendos quinquennaleis agonas, qui Traiani appellarentur. Quod in notitiam tuam perferendum exiſtimaui, ob hoc maximè, vt diſpiceres quid eligere debeã.

IVlius) Moriens Iulius Largus rogauerat Secundum vt rem ſuam inſpiceret, & quod ſupereſſet ex quinquaginta millibus, arbitrio ſuo diſpenſaret in honorem Traiani, quem per epiſtolam cõſulit quid velit fieri *Ex põto*) Ex prouincia Põti. Ptolomæus in deſcriptione ſua Pontum & Bithyniam ſimul complectitur. Strabo per ſe prouinciam Ponti cam terminauit, quæ Mithridati paruit, de ea nunc Secundus loquitur: nam etiã Pontus Galaticus iuxta Galatiam dicitur, ſecundum Ptolomæum. Pontus Cappadocus iuxta Cappadociam: Pontus Polemoniacus inter vtrunque: omnes à vicinitate Euxini Ponti appellationem trahentes. *Iudicio tuo*] Qui me tanquam bonum virum in hanc prouinciam delegaſti. *Pietatis*] Amore ſuo in te. *Teſtamento ſuo*) Quo rogabat Secundum. *Cernerem*) Inſpicerem, adirem: nam præmiſit notius verbum Domini, ſubdidit non ſatis vulgatum: cùm Feſto autore cernere hæreditatem, ſit adire. quare ad Dolabellam Cicero: & peto, inquit, vt me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere. & ad Atticum libro vndecimo, eo die creui hæreditatem. & rurſus: Galeonis hæreditatem creui. vnde apud iuriſconſultos legimus Cretionum ſolẽnitas. *Examinarem*) Recenſeré. *Perceptis*] Exceptis à tota hæreditate *Reliquũ*) Quod ſupererat. *Redderem*) Tanquam debitum. *Heracleotarum*) Heracleæ multæ in diuerſis locis numerantur, præſertim à Stephano, qui inquit, Heraclea ciuitas Thraciæ in Ponto inſignis. Pomponius, in Euxino primo Mariãdini vrbem habitabãt, ab Argiuo (ve ferũt) Hercule datã, Heraclea vocitatur. Ptolomæus Heracleam Ponti iuxta Pſillium locat, ac deinceps Tiõ Strabo duodecimo, nõ Tion, ſed Teiũ iuxta Heracleã & fluuiũ Partheniũ nominat. *Opera faciẽda*] Ex illis L. millibus nummûm. *Quĩquẽnales agonas*) Certamina quæ quĩto quoque ãno celebrarentur. *Qui Traiani appellarẽtur*) Vt hi ludi tibi cõſecrati, tuum etiam nomen obtinerent.

TRAIANVS PLINIO.

IVlius Largus fidem tuam, quaſi te bene noſſet, elegit. Quid ergo potiſſimũ ad perpetuitatem memoriæ eius faciat, ſecundum cuiuſque loci conditionem ipſe diſpice, & quod optimum exiſtimaueris, inſequere.

I*Vlius*) Arbitrio Secundi relinquit vt quod ex quinquaginta millibus nummorũ (quos ex hæreditate Iulii Largi percepturus erat) ſupereſſet, prout ſibi videretur, diſpenſaret.

PLINIVS TRAIANO.

De centurione Iuliopolim mittendo.

PRouidentiſſimè Domine feciſti, quòd præcepiſti Calphurnio Macro clariſſimo viro, vt legionarium centurionem Byzantium mitteret: diſpice an etiam Iuliopolitanis ſimili ratione conſulendum putes, quorum ciuitas cùm ſit perexigua, onera maxima ſuſtinet, tantóque grauiores iniurias, quanto eſt infirmior, patitur. Quicquid autem Iuliopolitanis præſtiteris, id etiam toti prouinciæ proderit. Sunt enim in capite Bithyniæ, plurimíſque per eam commeantibus tranſitum præbent.

P*rouidẽtiſſimè*] Procurat mitti centurionẽ Iuliopolitanis, qui illos ab iniuriis militum tueretur. *Legionariũ centurionem*] In tota legione erant centuriones lv. ſecundum Vegetium: nam Modeſtus lxvi. tradit. cẽturio primipili non ſolùm aquilæ præerat, verumetiam quatuor centurias, hoc eſt cccc. milites gubernabat in prima acie. primus haſtatus duas centurias, id eſt, cc. homines ducebat in ſecunda acie, quem iuniores ducenarium vocant. princeps primæ cohortis centuriam & ſemi. hoc eſt cl. ſecundus haſtatus totidem gubernabat. cæteri centuriones ſingulas centurias. hi poſtea centenarii ſunt appellati, vnuſquiſque centurio milites ſuos ſub diſciplina continere debebat, ne ſociis iniurias inferrent, vt bene veſtiti & calciati eſſent, vt arma omnium defricarentur ac ſplenderent. *Iuliopolitanis*] Plinius Iuliopolitas vocat. Iuliopolis in fine Bithyniæ Galatiam verſus.

TRAIANVS PLINIO.

EA conditio eſt ciuitatis Byzantiorum cõfluente vndique in eam commeantium turbã, vt ſecundum conſuetudinẽ præcedentiũ temporũ honoribus eius præſidio cẽturionis legionarii conſulendum habuerimus. Si

E*A*) Propter dignitatẽ & commeãtiũ turbam reſcribit Traianus prouidendum fuiſſe Byzãtiis, ſed ſi idẽ Iuliopolitanis faceret, multos pariter cẽturionẽ petituros. monet tamẽ vt delinquẽ-

Iuliopolitanis ſuccurrendum eodē modo putauerimus, onerabimus nos exemplo. plures enim tanto magis eadem requirent, quanto infirmiores erunt. Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo, vt credam te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxiii iniuriis. Si qui autem ſe contra diſciplinam meam geſſerint, ſtatim coerceantur: aut ſi plus admiſerint, quàm vt in re præſenti ſit ſatis, puniantur. ſi milites erunt, legatis eorum quæ deprehenderis notum facies: au ſi in vrbem verſus venturi erunt, mihi ſcribes.

tes caſtigandos procuret. *Confluente*) Ab Europa & Aſia terra marique. *Honoribus eius*) Nam liberæ conditionis fuit, & multis honeſtata priuilegiis. *Exemplo*) Quia ad imitationem Iuliopolitanorum multi idem rogabunt. *In iniuriis*) Militum. *Qui*) Milites. *Coerceantur*) Comminationibus reprimantur. *Admiſerint*) Deliquerint. *Quàm vt in re præſenti ſatis ſit*) Quod excedat temporum conditionem. *Legati*) Quibus erat proconſularis autoritas.

Plinivs Traiano.

De magiſtratibus prouincialium.

Cautum eſt Domine Pompeia lege, quæ Bithynis data eſt, ne quis capiat magiſtratum, néve ſit in ſenatu minor annorum xxx. Eadem lege comprehenſum eſt, vt qui ceperint magiſtratum, ſint in ſenatu. Secutum eſt dein edictum diui Auguſti, quo permiſit minores magiſtratus ab annis duobus & viginti capere. quæritur ergo, an qui minor xxx. annorū geſſit magiſtratus poſſit

Cautum) Conſulit Traianum qua ætate debeat concedere ciuitatibus Bithyniæ legi ſenatores, diſſentiente lege Pompeia ab edicto Auguſti. nam Pompeius deuicto Mithridate, ac multis prouinciis in ditionem Rom. redactis, vt inquit Appianus, deuictarum gentium quaſdam liberas eſſe voluit, ſocietatis cauſa in bello, quaſdam Rom. ſubiecit, nonnullas in regna diſtribuit, ſed illis leges neceſſarias dedit. Bithyniæ, ne quis poſſet in ſua ciuitate gerere magiſtratum, neve in ſenatu legi minor xxx. annorum. *Sit in ſenatu*) Fiat ſenator. *Ceperint*) Inierint. *Minores magiſtratus*] Veluti quæſturam, ædilitatem. nā gerendorum honorum non promiſcua facultas erat, ſed ordo certus huic rei adhibitus: neque priùs maiorem magiſtratum quiſquam niſi minorem ſuſcepiſſet, gerere poterat, neque ab omni ætate, neque continuare honores licebāt. hæc Calliſtratus. *Ab anni xxij*) Vlpianus tamen ſcribit, ad remp. adminiſtrandam ante xxv. annum, vel ad munera, quæ nō patrimonii ſunt, vel honores admitti minores non oportet minores denique nec decuriones creantur, vel creati ſuffragium in curia ferunt, eam autem fuiſſe ætatem quæſtoriam monſtrat Fabius. Caluus, inquit, & Cæſar, & Pollio multum ante quæſtoriam omnes ætatem grauiſſima iudicia ſuſceperunt. & Tacitus: vno & vigeſimo Cæſar Dolobellam, altero & xx. Aſinius Pollio Catonem: non multo

ætate antecedens Caluus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas certè hodie cum admiratione legimus. *Ab*) Poſt. *Duobus & viginti*) ſcilicet in Bithynia: nam referente Tranquillo, Romæ iudices à triceſimo ætatis anno elegit idem quinquennio maturius quàm ſolebant.

A cenſoribus) Qui ius legendi ſenatores habebãt. vt extat apud Tranquillum.

Et ſi poſſunt) Legi in ſenatum.

Geſſerint) Aliquem magiſtratum.

Eadem ætate] Poſt xxii. ætatis annum.

Factitatum) Vſitatum.

Honeſtorum) Nobiliũ.

In curiam admitti] Fieri ſenatores, & ideo in ſenatum induci.

Deſtinatis) Deſignatis creatis.

Minores xxx. a.) Ab annis xxii.

Lex] Pompeia.

Hæſitabam) Dubitabam, an deberent in ſenatum legi.

Capitale) Eadem lex plura interdum complectebatur, & per capita diuidebatur, ita vt quæ plures res, plura etiam capita contineret.

à cenſoribus in ſenatum legi & ſi poſſunt, an ex ijs quoque qui non geſſerit, poſſit quis per eandem interpretationem ab ea ætate ſenator legi, à quo illis magiſtratum gerere permiſſum eſt: quod alioqui factitatum, & adhuc eſſe neceſſarium dicitur, quia ſit aliquanto melius, honeſtorum hominum liberos, quàm è plebe in curiam admitti. Ego à deſtinatis cenſoribus, quid ſentirem interrogatus, eos quidem, qui minores xxx. annis geſſiſſent magiſtratum, putabam poſſe in ſenatum, & ſecundum edictum Auguſti, & ſecundum legem Pompeiam legi, quoniam Auguſtus gerere magiſtratus minoribus annis xxx. permiſiſſet, lex ſenatorem eſſe voluiſſet, qui geſſiſſet magiſtratum. de his autem qui non geſſiſſent, quamuis eſſent ætatis eiuſdem, cuius illi quibus gerere permiſſum eſt, hæſitabam. per quod effectum eſt, vt te Domine conſulerem, quid obſeruari velles. capita legis, tum edictum Auguſti literis ſubieci.

TRAIANVS PLINIO.

INterpretationi) Cõprobat ſententiam Secũdi Traianus, quòd edicto Auguſti liceat magiſtratum capere ab annis duobus & xx. & ſic eſſe in ſenatu: qui verò non geſſerint magiſtratum, non poſſe fieri ſenatores minores xxx. annis. *Idem*) Quod tu interpretaris *Hactenus*) In hoc capite. *Nouatam*) Muta-

INterpretationi tuæ mi Secunde chariſſime, idem exiſtimo, hactenus edicto diui Auguſti nouatam eſſe legem Pompeiam, vt magiſtratum quidem capere poſſent ii, qui non minores duorum & viginti annorum eſſent, & qui accepiſſent, in ſenatum cuiuſque ciuitatis peruenirent. Cæterùm non capto magiſtratu, eos qui minores xxx. an-

norum ſint, quia magiſtratum capere poſſint, in curiam etiam loci cuiuſque non exiſtimo legi poſſe.

tam. *Ciuitatis ſuæ*] Deinde enim ſcribit, eadem lege cautum fuiſſe, ne quis alienus ciuis aſcriberetur alterius ciuitatis curiæ. *Cuiuſque*] Patriæ ſuæ.

Plinivs Traiano.

De Dione, qui reliquias ſuorum religioſo loco poſuiſſet.

Cvm Pruſæ ad Olympum Domine publicis negocijs intra hoſpitium, eodem die exiturus vacarem, Aſclepiades magiſtratus indicauit, appellatũ me à Claudio Eumolpo: cùm Coccetanus Dion in Bule adſignari ciuitati opus, cuius curã egerat, vellet. Tũ Eumolpus adſiſtens Flauio Archippo dixit, exigẽda eſſe à Dione rationẽ operis antè q̃ reip. traderetur, quod aliter feciſſet ac debuiſſet. Adiecit etiã, eſſe in eodẽ opere poſitam tuã ſtatuã, & corpora ſepultorũ vxoris Dionis, & filiorũ, poſtulauitque vt cognoſcerẽ pro tribunali. quod cũ ego me protinus facturũ, dilaturúmque profectionẽ dixiſſẽ, vt longiorẽ diẽ ad inſtruendã cauſam darẽ, vtque in alia ciuitate cognoſcerem, petÿt. Ego me auditurum

C*vm*) Traiano mittit Dionis & Eumolpi ſupplices libellos, pronunciaturus quicquid imperator reſcripſerit. *Pruſæ*) Quæ ad Olympum iacet. hic mons Myſiæ: Bithynica ei ſubiacent ſecundum Straboně, quo autore colles quaterni ſunt Olympi nomine vulgati, Idę ſcilicet ad Antandri plagam, & Myſiæ Olympus, nunc à Secundo deſignatus, iuxta quẽ, Ptolomęi teſtimonio, Pruſa condita eſt. & quæ x. apud Strabonem narrantur. Mella, item Stephanus, ex autoritate Arriani, Olympi Myſiæ meminere. Xenophon in æquiuocis, Olympus, inquit, plura ſignificat: nam omnis mons altior cuiuslibet regionis olympus à Græcis dicitur, vnde & plures Olympi, dicti, quaſi toti lympidi. à, barbaris verò omne ſpacium circulare vltimum lympus dictus eſt, & cum interiori area Olympus, à quo aſtrolabium Olympus. & ſacrum pomerium Olympus eſt. at Theon Arati interpres, Olympus pro cœlo dictus ἀπὸ τοῦ ὅλος, id eſt à verbo totus aſpirato, & λαμπρὸς lucidus, qua ratione in prima aſpirari deberet, quaſi hololampus, .i. totus lucidus. *Hoſpitium*) Domum hoſpitalem, deſignatam mihi à prouincialibus hoſpitii gratia *Exiturus*) Pruſa diſceſſurus. *Aſcleptades*) Magiſtratus qui publicorum operum ius habebat. *Appellatum*) Prouocatum, tanquam maiorem *Claudio Eumolpo.*) Aduocato fuit alius Eumolpus filius Orphei, ante Homerum poeta, & lyræ citharœdus, vnde nomen traxiſſe videtur, cui initiationem myſteriorum Eleuſinæ Cereris aſcripſit Suidas, Plin. etiã vitiũ & arborũ culturas. *Coccetanus Diõ*) Græci ſcriptores Cocceianum Dionem Nicenſem ſcribunt: Dionis philoſophi, vbi quædam de Veſpaſiano tractat, meminit Philoſtratus: qui alibi ſcribit, Dionem oratorem Pruſenſem, virum omni laude præditum (nam à quibuſdam cornucopiæ & Chryſoſtomus cognominabatur) extitiſſe temporibus Apollonii & Euphratis, ac Roma pulſum, quia philoſophiam profiteretur, eúmque

Traianum imperatorẽ in currum triumphalem repoſuiſſe, & crebrò reſpicientem dixiſſe, amo te ſicut meipſum, eiſque plurimas ſtatuas erectas. Huius Lucianus meminit cùm alibi, tum cùm paraſitus ſibi inſcribendum dicit paraſito, ſicut Dioni philoſopho. *Bule*) Senatu. *Adſignari*) Repræſentari. *Ciuitati*] Pruſæ. *Flauio Archippo*) Philoſopho, de quo in præcedentibus. is enim inſpicere debebat rationem huius operis. *Adſidens*) Operam ſuam præſtans: nam paulo pòſt non accuſatorem ſe, ſed aduocatum Flauii Archippi fatetur Eumolpus. legitur & adſiſtente. *Traderetur*) Aſſignaretur, & per id comprobaretur. *Aliter*. Secus, diuerſum. *Tuam*) Traiani, tanquam non liceret priuatorum cadauera miſcere ſtatuis imperatorum. *Profectionem*) Diſceſſum ab oppido Pruſa: nam aliter eodem die profecturus erat. *Inſtruendam*) Docendam, ordinandam. alii legunt, ad adſtruendam, id eſt confirmandam, vel tutandam. *Petit*) Eumolpus à me.

Niceæ reſpondi. Vbi cùm ſediſſem cogniturus, idem Eumolpus, tanquam adhuc parum inſtructus, dilationem petere cœpit. Contrà Dion, vt audiretur exigere. Dicta ſunt vtrinque multa, etiam de cauſa. ego cùm dandam dilationem, & conſulendum exiſtimarem in re ad exemplum pertinenti, dixi vtrique parti, vt poſtulationum ſuarum libellos darẽt. Volebam enim te ipſorum potiſſimùm verbis, ea quæ erant propoſita, recognoſcere. Et Dion quidem ſe daturum dixit, & Eumolpus reſpondit, complexurum ſe libello, quæ Reipublicæ peteret. cæterùm quod ad ſepultos pertinet, non accuſatorem ſe, ſed aduocatum Flauij Archippi, cuius mandata pertuliſſet Archippus. cui Eumolpus ſicut Pruſiæ adſiſtebat, dixit, ſe libellum daturum. ita nec Eumolpus, nec Archippus, quamplurimis diebus expectati, adhuc mihi libellos dederunt. Dion dedit, quem huic epiſtolæ iunxi. Ipſe in re præſenti fui, & vidi tuam quoque ſtatuam in bibliotheca poſitam. Id autem, in quo dicuntur ſepulti filij eius, & vxor Dionis, in area collocatum, quæ porticibus includitur. Te Domine rogo, vt me in hoc præcipuè genere cognitionis regere digneris, cùm alioqui magna ſit expectatio: vt neceſſe ſit, in ea re, quæ & in confeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare.

Niceæ) Bithyniæ metrop. eſt Nicea.

De c.) De lite.

Republica) Cauſa, quod ſecus opus feciſſet ac debuiſſet.

Sepultos] Vxorem & filium.

Accuſatorem ſe) In hoc eſſe.

Cuius mandata] Cuius nomine hæc expoſuiſſet apud Secundum.

Collocatum) Conditorium.

Confeſſum) Manifeſtum, propatulum.

Exemplis) Quòd alii ita fecerint.

TRAIANVS PLINIO.

P*Otuiſti*) Abſoluit Dionem ab inſimulatione criminis læſæ maieſtatis, & diſquiſitionem operis permittit. *Non ex metu*] In eundem ſenſum libro octauo, malè terrore veneratio acquiritur. *Exemplis*) Superiorum principum, qui nolebant ſuas ſtatuas priuatis locis poni, tanquam ſic minueretur principalis maieſtas. *Effecti*) Perfecti ad vtilitatem reipublicæ. *Sub tua cura*) Te curante. *Excutiatur*) Inſpiciatur, examinetur. *Ciuitatis*) Ad idem tendit reipub.

POtuiſti non hærere mi Secunde chariſſime circa id, de quo me conſulendum exiſtimaſti, cùm propoſitum meum optimè noſſes, non, ex metu, nec terrore hominum, aut criminibus maieſtatis reuerentiam nomini meo adquiri. Omiſſa ergo ea quæſtione, quam non admitterem, etiamſi exemplis adiuuaretur, ratio totius operis effecti ſub cura tua Cocceano Dioni excutiatur: cùm & vtilitas ciuitatis exigat, nec aut recuſet Dion, aut debeat recuſare.

PLINIVS TRAIANO.
De Nicenſibus.

R*Ogatus*) Nunciat ſe mittere ad imperatorē preces Nicenſium, quas libello complexi erant.

ROgatus Domine à Nicenſibus publicè, per ea quæ mihi & ſunt & debent eſſe ſanctiſſima, id eſt, per æternitatem tuam ſalutémque, vt preces ſuas ad te perferrem, fas non putaui negare, acceptúmque ab his libellum, huic epiſtolæ iunxi.

TRAIANVS PLINIO.

N*icenſibus*) Remittit cognitionem Secūdo in teſtatorū bonorū, quæ Nicenſes tanquam ſua vindicabant, adhibeat modo Cæſaris procuratores. *Epimacho*) Alius fuit Epimachus Athenienſis, nobilis architectus, quem Demetrius Poliorcetes ſecum duxit.

NIcenſibus, qui inteſtatorum ciuium ſuorum conceſſam vindicationem bonorum à Diuo Auguſto adfirmant, debebis vacare, contractis omnibus perſonis ad idem negociū pertinentibus, adhibitis Virdio Gemellino, & Epimacho liberto meo

Procuratoribus)

procuratoribus, vt ęſtimatis etiam iis quę contradicuntur, quod optimum credideritis, ſtatuatis.

Procuratoribus) Quæ acta geſtáque ſunt à procuratore Cæſaris, ſic à iuriſconſultis comprobantur, ac ſi à Cæſare geſta ſint. Veſpaſianus autem ſolebat procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia promouere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebatur vti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humẽtes.

PLINIVS TRAIANO.

Commendat quos expertus eſt.

MAximum libertum & procuratorem tuum Domine, per omne tempus, quo fuimus vnà, probũ & induſtrium, & diligentem, ac ſicut rei tuæ amantiſſimum, ita diſciplinæ tenaciſſimum expertus, libenter apud te teſtimonio proſequor ea fide quam tibi debeo.

MAximum) Commendat imperatori Maximum libertum. *Teſtimonio proſequor*) Teſtor bonum & laudo: nam proſequimur aliquem beneficio vel honore.

PLINIVS TRAIANO.

GAbium Baſſum Domine præfectum oræ Ponticæ, integrum, probum, induſtrium, atque inter iſta reuerentiſſimum mei expertus, voto pariter & ſuffragio proſequor ea fide quam tibi debeo: quem abunde conſpexi inſtructum commilitio tuo, cuius diſciplinæ debet, quòd indulgentia tua dignus eſt. apud me & milites & pagani, à quibus iuſtitia eius & humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei quà priuatim, quà publicè teſtimonium retribuerunt, quod in notitiam tuam profero ea fide, quam tibi debeo.

GAbium) Laudat Gabium Baſſum apud Traianũ. *Cõmilitio tuo*) Quia tecum bellum geſſit contra Dacos.

Diſciplinæ) Tuę militari, quam pene poſt Auguſtum abiectam Traianus reſtituit.

Pagani) Qui non militant: alibi declaratum, paganos & milites opponi inter ſe.

Quà) Tum.

Teſtimonium tribuerunt] Fidem fecerunt.

PLINIVS TRAIANO.

NYmphidiũ Lupũ Domine primipilarem, commilitonem habui, cũ ipſe tribunus eſſẽ, ille præfectus, inde fa-

NYmphidium] Nymphidium Lupum probat. *Primipilarem*) Centurionem, militem

miliariter diligere cœpi. creuit poſtea charitas ipſa mutua vetuſtate amitiæ. itaq; & quieti eius inieci manuum, & exegi vt me in Bithynia conſilio inſtrueret, quod ille amiciſſimè, & ocij & ſenectutis ratione poſtpoſita, & iam fecit, & facturus eſt. quibus ex cauſis neceſſitudines eius inter meas numero, & filium imprimis Nymphidium Lupum, iuuenem probum, induſtrium, & egregio patre digniſſimum, ſuffecturum indulgentiæ tuæ, ſicut primis eius experimentis cognoſcere potes, cùm præfectus cohortis pleniſſimum teſtimonium meruerit Iulij Ferocis, & Fuſci Salinatoris clariſſimorum virorum. meum gaudium Domine, mea gratulatio filij honore continuetur.

circumſtantem aquilam. primipilaris & primipilarius miles dicitur, ſecundum Spartianum. *Tribunus*] Militaris alibi dicit, ſe tribunum in Syria militaſſe. *Præfectus*] Cohorti. *Inieci manum quieti eius*] Non permiſi vt in ocio viueret. *Vt conſilio extrueret*] Vt me conſilio ſuo exornaret. vel ſi legemus inſtrueret, vt in quibuſdam exemplaribus vidi: tunc interpretabimur, edoceret modum & formam ordinandæ prouinciæ. *Neceſſitudines*] Propinquos. *Filium*] Eius, Lupum. *Indulgentiæ tuæ*] Si illi aliquid indulſeris dignitatis & honoris. *Suffecturum*] Paria facturum in numero arbitror. *Iulij Ferocis & Fuſci Salinatoris*] Vtriuſque facta eſt mentio in præcedentibus. *Meum gaudium*] Appoſitio, cuius eſt ea vis, vt præcedentia declaret. *Profero*] Aliter perfero.

Plinivs Traiano.

Ob diem natalem.

Opto Domine, & hunc natalem, & plurimos alios quàm feliciſſimos agas, æternáque laude florentem virtutis tuæ gloriam, & incolumis, & fortis alijs ſuper alia operibus augeas.

Opto) Optat vt florente reipub. ſtatu plurimos & feliciſſimos natales agat Traianus.

Traianvs Plinio.

AGnoſco vota tua mi Secunde cariſſime, quibus precaris, vt plurimos, & feliciſſimos nataleis florente ſtatu reipublicæ noſtræ agam.

Agnoſco) Secundi vota probat, quibus optauerat vt plurimos natales quam feliciſſimè celebrare poſſet Traianus.

PLINIVS TRAIANO.

De aqua Sinopenſium perducenda.

SInopenſes Domine aqua deficiũtur, quæ videtur & bona & copioſa ab ſextodecimo milliario poſſe perduci. eſt tamen ſtatim ab capite paulo amplius mille paſſibus locus ſuſpectus & mollis, quem ego interim explorare modico impendio iuſſi, an recipere & ſuſtinere opus poſſit. Pecunia curantibus nobis contracta non deerit, ſi tu Domine hoc genus operis, & ſalubritati & amœnitati valde ſitientis coloniæ, indulſeris.

Sinopenſes) Deficientibus aqua Sinopenſibus quærit opẽ ferre, modo Traianus annuat. *Sinopenſes*) Sinope vrbs celeberrima Ponti, cuius conditor Macritius conſul, autor Phlegon tradente Stephano, ciuis Sinopenſis, & Sinopita. Vlpianus De cenſibus, eſt in Ponto Sinopenſis colonia. Strabo ix. multa de Sinope, imprimis quòd ſuis temporibus coloniam Romanam acceperit. Plinius Sinopem in Paphlagonia locat, & coloniam Rom. aſſerit. Pomponius Sinopem Calybum ciuitatem ſcribit. Plinius item Sinueſſam in Italia appellatam Sinopen. *A capite*] A principio, à fonte ipſius aquæ, vnde deducere cogitamus. *Suſpectus*] Delectus. an magis, ſuſpectus, ne ſit lutoſum & molle ſolum, vel potius cedens.

TRAIANVS PLINIO.

VT cœpiſti Secũde cariſſime, explora diligenter, an locus ille, quem ſuſpectum habes, ſuſtinere opus aquæductus poſſit. Neque enim dubitãdum puto, quin aqua perducenda ſit in coloniam Sinopenſem, ſi modo & viribus ſuis ipſa id aſſequi poteſt, cùm plurimum ea res & ſalubritati & voluptati eius conlatura ſit.

VT) Permittit deduci aquam. *Habes*) Putas *Suſpectum*) Quibuſdam indiciis, opus ipſum ſuſtinere non poſſe. *Viribus ſuis*) ſuo impendio & pecunia.

PLINIVS TRAIANO.

De petitione Amiſenorum.

AMiſenorum ciuitas & libera & fœderata beneficio indulgẽtiæ tuæ legibus ſuis vtitur. In hac datũ mihi publicè libellũ ad

Amiſenorum) Per libellum Amiſenorum petit concedi magiſtratum, qui donis publicis præſit.

Eranos pertinentem, his literis ſubieci, vt tu Domine diſpiceres, quid, & quatenus, aut permittendum, aut prohibendum putares.

Amiſenorum) Amiſus ciuitas nobilis, diſtans à Sinope ſtadiis nonaginta, eſt in Ponto, autore Stephano. omiſſis igitur quæ à Plinio, & Strabone, Ptolomæo de Amiſo ſcribuntur, Appiani hiſtoria contenti erimus. Lucullus, inquit, ad Amiſum ſupra Sinopen caſtra poſuit, & ciuibus per mare fugientibus, cùm intellexiſſet eam vrbem ab Athenienſibus, dum mari imperitarent, conditam fuiſſe, & diutius populari ciuilitate vſam, ſubinde Perſarum paruiſſe regibus, denuò verò in eandem democratiam reſtitutam ab Alexandro, iterum à Ponticis ſubactam, vrbis fortem miſeratus Alexandri in morem, cuius gloriam æmulabatur, & quod genus eſſet Atticum, ſuis legibus viuere iuſſit. Libera ergo: nam præterea regibus ab Antonio data, à diuo Cæſare liberatur. poſtea à Stratone tyranno vexata, rurſum poſt res Actiacas ab Auguſto Cæſare in libertatem reddita, & tunc optimè conſtituta aliter legitur, liberata. *Fæderata*) Icto fœdere Romanis coniuncta. *Ad eranos*) Ad exactores collationum ſic enim Pollux, Athenæus, & eos ſecutus Hammonius, interpretantur: ſiue tributum, ſiue donum placeat eranum appellare, ἀπὸ τοῦ συνφέρειν, id eſt, à contribuendo & conferendo vnumquemque: dicitur etiam [illegible], referente Athenæo, & ἐρανιστὴς καὶ συνδαπανῶν, tributi compoſitor.

TRAIANVS PLINIO.

Amiſenos, quorum libellum epiſtolæ tuæ ſubiunxeras, ſi legibus iſtorum, quibus de officio fœderis vtuntur, conceſſum eſt Eranos habere, poſſumus quo minus habeant non impedire: eo facilius, ſi tali collatione non ad turbas & illicitos cœtus, ſed ad ſuſtinendam tenuiorum inopiam vtuntur. in cæteris ciuitatibus, quæ noſtro iure obſtrictæ ſunt, res huiuſmodi prohibenda eſt.

Amiſenos) Concedit exactionem collationum apud Amiſenos, modò ex pecunia collecta ſuſtineant inopes. *Poſſumus*) Volumus, contenti ſumus. ordo eſt, poſſumus Amiſenos, quorum libellum ſupplicem tuæ epiſtolæ iunxeras, habere eranos, ſi eſt conceſſum legibus iſtorum Amiſenorum, quibus de officio fœderis vtuntur. *Quo minus habeant non impedire*) Quare tanto minus non prohibebis illos à collatione. *Eo facilius*) Contenti ſumus. *Collatione*) Pecuniarium collectione. *Turbas*) Diſſenſiones. *Noſtro iure obſtrictæ ſunt*) Romanis legibus reguntur. *Res huiuſmodi*) Collatio.

PLINIVS TRAIANO.

Ius trium liberorum amico petit.

SVetonium Tranquillũ, probiſſimum, honeſtiſſimũ, eruditiſſimũ virũ, & mores eius ſecutus & ſtudia, iampridẽ Domine in contuberniũ adſumpſi: tantóque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inſpe-

Svetoniũ) Quãta fuerit Trãquillo & Secundo amicitia, cũ alibi interdũ, tũ hic ſanè mõſtratur: nã in cõtuberniũ aſſũpto ius trium natorum ab imperatore pe-

xi: huic ius triū liberorū neceſſariū faciūt duæ cauſæ. nā & iudicia amicorum promeretur, & parū felix matrimoniū expertus eſt, impetrādúmque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Scio Domine quantum beneficium petam: quod peto à te, cuius in omnibus deſiderijs meis pleniſſimam indulgentiam experior. potes autem colligere, quantopere cupiam, quod non rogarem abſens, ſi mediocriter cuperem.

tit, & obtinet. *Probiſſimū*) Optimis præditum moribus. infamia tamē poſtea nō caruit: quòd apud Sabinā Adriani vxorē familiarius ſe geſſerit, quàm reuerentia domus aulicæ poſtularet: quare ſucceſſorē meruit in magiſterio epiſtolarū *Honeſtiſſimum*) Genitū patre tribuno legionis. *Eruditiſſimū*) Varia rerū cognitione inſtructū, & multa lectione excultū, quod indicāt eius ſcripta. *Secutus*) Probās, amplectēs. *In cōtuberniū*) In domū meā. *Ius triū liberorū*] Repete quæ ſuprà annotauimus. *Iudicia amicorū promeretur*) Meretur aſſequi illud, quo amici dignū iudicāt nam promereri in laudē accipitur. Apuleius. ingētē ob id laudē apud populares ſuos promeritus. Virgilius. nunquā regina negabo Promeritam: Terētius in Adelphis, promeruit dixit. *Parū felix*) Infœcundum. *Habet*) Poteſt. *Fortuna malignitas*] Imitatur Martialem qui de eodem ſcribens dixerat. Quod fortuna vetat, Cæſar permitte videri, Natorum genitor credar vt eſſe trium. *Quantum beneficium*) Rarò enim concedebat Traianus ius trium natorum, quod ſequens eius epiſtola ſatis indicat, & alibi Secundus: nuper ab optimo principe trium liberorum ius impetraui, quod quamquam parcè & cum delectu daret, mihi tamen tanquam eligeret indulſit. *Indulgentiam*) Conſenſum, liberalitatem, gratiam.

TRAIANVS PLINIO.

QVàm parcè hęc beneficia tribuam, vtique mi Secūde chariſſime, hæret tibi: cùm etiā in ſenatu adfirmare ſoleam, non exceſſiſſe me numerū, quem apud ampliſſimum ordinem ſuffecturum mihi profeſſus ſum: tuo tamen deſiderio ſubſcripſi, & vt ſcias dediſſe me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo, ea conditione qua aſſueui, referri in commentarios meos iuſſi.

Q*Vàm parcè*) Reſcribit Traianus, dediſſe ſe quod petierat. *Hæc beneficia*) Ius trium natorū, quod qui conſecutus fuiſſet, multis prærogatiuis muniebatur. *Inhæret tibi*) Memoria tenes. Cæcilius libro primo, ait timere ſe ne animo meo penitus hæreret. antè ad Traianū, ſcio Domine memoriæ tuæ, quæ eſt benefaciendi tenaciſſima, preces noſtras inhærere. Itē: ſed & illud hæret nobis, dixerat Traianus ad Secundum. quo dicendi genere interdū Marcus Tullius vſus eſt *Numerū*) Sūmā. nā verbi cauſa, in ſenatu promiſerat ſe cōceſſurū ius triū natorū mille tantū viris, quē numerum nōdū exceſſerat. *Ampliſſimū ordinem*) Senatores. ſic enim Marcus Tullius frequēter appellat, quia ex tribus in vrbe ordinibus maximus erat. *Profeſſus ſum*) Mihi mea ſpōte promiſi. *Suffecturū*) Subrogaturū, ſubſtituturū mortuis, quib. id ius fuerat. nō autē, Suffecturū mihi, id eſt, poſiturum loco meo, niſi quis interpretetur, ſuffecturum mihi, ſatisfacturū mihi: nam ſufficere ſatis eſſe ſignificat vulgatis autoritatibus. *Subſcripſi*] Faui, annui, permiſi. Columella: quòd ſi voto fortuna ſubſcribit, agrum habebimus ſalubri cœlo. Tertullianus. leges ſumptuariæ abie-

runt, quæ centum æra, non amplius, in cœnam ſubſcribi iubebant. *Ea conditione*] Non in perpetuum, ſed ad tempus præfinitum, quod Tranquillus teſtatur Galbam feciſſe, quare illud ſuffecturum, non tam ſubſtituturum mortuis, quàm eis, qui præfinito tempore tranſacto ius trium natorum perdiderant. *Commentarios meos*) Principales, in quibus acta breuiter notabantur. nam conſueuerunt imperatores rerum à ſe geſtarum commentarios conficere.

PLINIVS TRAIANO.

De Chriſtianis.

Solenne eſt mihi Dòmine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt melius vel cũctationẽ meã regere, vel ignorãtiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo neſcio, quid, & quatenus, aut puniri ſoleat, aut quæri. Nec mediocriter hæſitaui, ſit ne aliquod diſcrimen ætatum, an quamlibet teneri nihil à robuſtioribus differant. detur ne pœnitẽtiæ venia: an ei, qui omnino Chriſtianus fuit, deſiſſe non proſit nomen ipſum etiam ſi flagitijs careat,

Solenne] Dicerẽ hanc epiſtolã ex albo tollendã, vel ſaltẽ indiſcuſſam omittẽdã, cũ tota contra Chriſtianos loquatur: ſed cũ mecũ reputo, poſſe eius lectione, & Romanorũ ignorãtiã, qui veram fidem tot ſupplicijs perſequerentur, oſtẽdi, & Chriſtianorum aureã cõſtantiã: quos Chriſtus aduerſus crudeliſſima quæque tormẽta cõfirmabat: videor mihi operæpreciũ facturus, ſi quod in illis dãnat, obnoxium potius Secundum oſtendero. adde quod huius epiſtolæ plurimi Chriſtianorum meminere. nam Euſebius in Chronicis: Plinius, inquit, cùm quãdã prouinciã regeret, & in magiſtratu ſuo plurimos Chriſtianorum interfeciſſet, multitudine eorum perterritus quæſiuit à Traiano quid facto opus eſſet, nuncians ei præter obſtinationẽ non ſacrificãdi, & antelucanos cœtus ad canẽdũ cuidã Chriſto Deo, nihil apud eos reperiri. præterea ad cõfœderãdã diſciplinã vetari ab iis homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & ſimilia ad quæ commotus Traianus reſcripſit: hoc genus quidẽ hominũ inquirendũ nõ eſſe, oblatũ verò puniri oportere. eadẽ Tertullianus in Apologetico, & Paulus Oroſius libro ſeptimo. quare viderint, qui iſta ad Plinium ſeniorẽ retulerũt. *Solẽne*) Cõſuetũ, tãquã ſacrum anniuerſale, & immobile. ſolẽne, ſcribit Põpeius, eſt quod omnibus annis præſtari debet, & ſolẽnia dicũtur, quæ certis temporibus fiunt. Marcus Tullius ad Atticum. tãtũ igitur noſtrum illud ſolenne ſeruimus. dixit tamẽ Palladius, ſolenniter pro affatim. & copioſè. *Eximere*] Legitur &, inſtruere. *Cognitionibus*] Examinationibus. *De Chriſtianis*] Quos Romani ſuæ perfidiæ propugnatores oppugnabãt. *Quid*) Quod crimẽ. *Quatenus*] Qua pœna. *Diſcrimen*) Differenter ſint ne puniendi viri à pueris, & pro ætatibus pœna irrogãda. *Quãlibet*) Quãtumuis. *Teneri*] id eſt, pueri. nam puerilis ætas tenera vocatur *Nihil à robuſtioribus differant*] id eſt, pari pœna puniantur debiles, qua robuſti. ita puniri tenellã & quãtũuis infirmam ætatẽ, ſicut robuſtiſſimã. *Detur pœnitẽtiæ venia*] An ſi quẽ pœniteat fuiſſe Chriſtianũ, veniam prioris culpæ mereatur. *Deſiſſe*) Apoſtatam factũ, rediiſſe ad idololatriã. *Nõ proſit*) Nõ ideo abſoluatur. *Nomen ipſum*] An puniantur Chriſtiani, quòd Chriſtiani dicuntur, etſi omni ſcelere careant. Si nominis odium erat, quis nominis reatus? quæ accuſatio vocabulorum, niſi aut barbarum ſonat aliquod vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum: Chriſtianus verò, quantum interpretatio eſt, ab vnctione deducitur.

an flagitia cohærentia nomini puniantur. Interim in iïs, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſecutus modum. Interrogaui ipſos an eſſent Chriſtiani: confitenteis iterum ac tertiò interrogaui, ſupplicium minatus: perſeueranteis duci iuſſi. Neque enim dubitabam, qualecunque eſſet quod faterentur, peruicaciam certè & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alïj ſimilis amentiæ: quos, quia ciues Romani erant, adnotaui in vrbem remittendos: mox ipſo tractu, vt fieri ſolet, diffundente ſe crimine, plures ſpecies inciderunt. Propoſitus eſt libellus ſine autore, multorum nomina continens, qui negant ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe: cùm præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ (quam propter hoc iuſſeram cum ſimulacris numinum afferri) thure, ac vino ſupplicarent: præterea maledicerent Chriſto: quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt re vera Chriſtiani. ergo dimittendos putaui. Alïj ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerunt: & mox negauerunt, fuiſſe quidem, ſed deſiiſſe:

An flagitia) An crimina in Chriſtianis puniantur, quæ tãquã Chriſtiani cõmittunt: dum negligunt Deos Romanos, & illis maledicunt. *Confitentes*) Tertullianus. Chriſtianus interrogatus vel vltro cõfitetur, damnatus gratias agit. quid hoc mali eſt, quòd naturam mali non habet: timorem, pudorem, tergiuerſationem, pœnitentiam, deplorationem: quid hoc mali eſt, cuius reus gaudet, cuius accuſatio votum eſt, & pœna felicitas. & ſtatim: in Chriſtianis illud ſolum expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, non examinatio criminis. quando ſi de aliquo noſcente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo nomine homicidæ, vel ſacrilegi, vel inceſti, vel publici hoſtis, vt de noſtris elogiis loquar, contenti ſitis ad pronunciandum: niſi & conſequẽtia exigatis, qualitatem facti, locum, numerum, tempus, conſcios ſocios. *Perſeuerantes*) Idem capitulo ſecundo, Laniari iube ſacrilegum (ſic enim dicere ſoletis) ſi confiteri perſeuerauerit. nã odio erat in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. *Duci*) Ad ſupplicium. *Qualecunque*) Etiam ſi leue delictum. *Pertinaciam*) Immò conſtantiam & honeſtiſſimum propoſitum. Ergo Secunde ſi quis verum fateatur, tu pertinaciam, tu obſtinationem appellabis? retorquenda ſunt in te, quæ Chriſtianis obiicis: tu pertinax, tu obſtinatus, qui Deum verum, qui martyres eius non vis intelligere, aut neſcis, quinimmò, inſectaris, perdis, deſtruis, nihil tamen proficis. nam maius in dies agmen religioni noſtræ accedit, & perdendo reparas. quam debueras lucem tunc agnoſcere, & tuis virtutibus hanc omnium maximam addere, ſine qua ne vllæ quidem in te fuiſſe creduntur. ſed quandoquidem cum multis pariter falſis de te conclamatum ſit, nec tibi noſtræ querelæ profuturæ ſunt, lectores moneo vt Chriſtum verum Deum colant, huic vni ſeruiant, & vice verſa, priſcorum vaniloquos deos irrideant, & illorum pertinaciam non exagitent, ſed miſereantur. in alia lectione fuit peruicacia *Similis amentiæ*] Eiuſdem ſuperſtitionis: at magis religionis, & prudentiæ. nam Septimius inquit, non potes amentiam dicere, qui reuinceris ignorare. *Ciues Romani*) Vt de his imperator vel præfecti prætorio decernerent. *Tractu*) Spatio, mora. aliter tractatu. *Diffundente*) Aperiente, augeſcente. *Crimine*) Fide Chriſtiana: quam more ſuo, id eſt impio, crimen appellat. *Propoſitus*) Publicatus. *Libellus*) Accuſatorius. ſic Tranquillus: ne populo quidem præſenti ſtatu dictatoris Cæſaris lęto clauſa palámq; dominationẽ

detrectante libellus propoſitus eſt. *Sine autore*) Suppreſſo autoris nomine. *Præeunte*)Præducé. in quibuſdam exemplaribus legitur,præſente.lege in panegyrico quid ſit in ſacris præire. *Deos*)Dæmones. *Appellarent*)Salutarent. *Adferri*)Admiſceri. *Imagini tuæ ſupplicarent*)Non ſolùm thure & vino imperatoribus ſupplicaſſe ſubiectos, ſed hoſtias etiam cædere ſolitos teſtatur Tranquillus in Caio:& Tertullianus in Apologetico : quod qui non feciſſent,tanquam ſacrilegi, & maieſtatis rei conueniebantur. *Nihil quorum*)Prædictorum : vt Deos appellarent, & tuæ imagini ſacrificarent,non creduntur poſſe cogi.

quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque. Omnes & imaginem tuam,Deorúmque ſimulacra venerati ſunt: ij & Chriſto maledixerunt. Adfirmabant autem, hãc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ,vel erroris,quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carménque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem: ſéque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent,ne fidem fallerent,ne depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rursúſque coeundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen, & innoxium: quod ipſum facere deſiiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mandata tua hetærias eſſe vetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis quæ miniſtræ dicebantur, quid eſſet veri & per tormenta quærere. Sed nihil aliud inueni, quàm

Quidam) Nonnulli dixerunt, ſe fuiſſe Chriſtianos, ſed eſſe deſiiſſe. *Ante triennium*)Confeſſi ſunt ſe fuiſſe Chriſtianos. *Summam*) Compendium,breuiarium. *Culpæ*)At magis innocentiæ. *Erroris*)Quinimmo veritatis. *Stato*)Certo. *Inuicem*) Diſcreti in choros. *Sacramento*) Iureiurando.ſacramentum dicitur,quod iureiurandi ſacratione interpoſita geritur:at ſacramentum æs dicitur,quod pœnæ nomine penditur.vide in præcedẽtibus ſuper verbo ſacramento annotata. *Depoſitum*) Rem fidei tuæ commiſſam. *Appellati*)Petiti ne ſcilicet negarent reddere depoſitum ei qui fidei ſuæ commiſiſſet, cùm id repeteret: ſubiiciamus ſi libet Oroſii verba non importunè, quia non multum à Secundi diſcrepant.in perſequendis Chriſtianis Traianus à Nerone tertius, errore deceptus, cùm paſſim repertos cogi ad ſacrificandum idolis, ac detrectantes interfici præcepiſſet: pluriméque ſupplicio afficerentur, Plinii Secundi, qui inter cæteros iudices perſecutor datus erat, relatu admonitus, eos homines præter confeſſionem Chriſti, honeſtáque conuenticula, nihil contrarium Romanis legibus facere: fiducia ſanè innocentis confeſſionis nemini mortem grauem ac formidoloſam videri: reſcriptis leuioribus temperauit edictum. *Rursúſque*) Solitos conuenire. *Innoxium*) Sine crimine. ſuper quo cibo plura Tertullianus appoſitè capitulo trigeſimonono de diſciplina Chriſtianorum. *Hetærias*) Societates, conuenticula, turbulas, factiones, amicitias, collegia. ἑταῖρος enim ſocius, & amicus. Iſocrates in oratione, quæ inſcribitur Nicocles, ſubditos alloquens, ἑταιρείας inquit, μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. collegia non facite, neque conuenticula ſine mea ſententia. nam Romanis legibus cauebatur, ne fierent illicitæ factiones, ne ciuitas in partes ſcinderetur. ſed à Chriſtianis nullo ardore gloriæ & dignitatis flagrantibus nihil tale timendum.

Superſtitionem)

ſuperſtitionem prauam, & immodicam, ideoque dilata cognitione ad conſulendum te decucurri. Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maximè propter periclitantium numerum Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, vtriuſque ſexus etiam vocantur in periculum, & vocabuntur. Neque enim ciuitates tantum, ſed vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio peruagata eſt: quæ videtur ſiſti & corrigi poſſe. Certè ſatis conſtat, propè iam deſolata templa cœpiſſe celebrari, & ſacra ſolennia diu intermiſſa repeti: paſſimque venire victimas, quarum adhuc rariſſimus emptor inueniebatur. ex quo facile eſt opinari, quæ turba hominum emendari poſſit, ſi fiat pœnitentiæ locus.

Superſtitionem) Superuacuam religionē: ſed potius verum Dei cultum. minus tamen aſpere loquitur Secundus de Chriſtianis, quàm amici eius Tacitus & Tranquillus, quorum ille, vt erat noſtræ fidei acerrimus hoſtis, refert per flagitia inuiſos, à vulgo Chriſtianos appellatos, & fidem noſtram ſuperſtitionem exitiabilem autumat. nec minus atrociter ſæuit Tranquillus, ſuperſtitionem falſam & veneficam eructans. *Vocantur in periculum*) Rei fiunt capitis. *Ciuitates*) Tertullianus capite de ignorantia. obſeſſam vociferantur ciuitatem: in agris, in caſtellis, in inſulis ob Chriſtianos omnem ſexum, ætatem, conditionem, etiam dignitatem tranſgredi ad hoc nomen quaſi mœrent: nec tamen hoc ipſo modo ad æſtimationem alicuius latentis boni prouocant animos. & alibi, veſtra omnia impleuimus, vrbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum: ſola vobis relinquimus templa. *Vicos*) Pagos, ex multis villis conſtitutos. *Agros*) Caſulas in agris ſtantes. Cicero ad Atticum. ex agris & vicis ex omnibus domibus incredibilis concurſus fit. *Contagio*) Morbus, qui contactu corripitur. hic tamen non morbus, ſed diuina doctrina, & ſalubris medicina. *Peruagata*) Diffuſa. *Siſti*) Comprimi. *Celebrari*) Frequentati *Solennia*) Annua. *Paſſimque venire victimarum*) Et inueniri qui paſcua publica conducant ad alendas victimas. nam paſtus ſubſtantiuum, cibum ſignificat. M. Tullius, qui eſt vnus ſuauiſſimus paſtus animorum. & in Philippicis, ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ. Plinius in decimo ingenia æquè varia ad paſtum maximè. quod autem paſtus pecudum publicè locaretur, monſtrat Pedianus: vbi interpretatur, mancipes eſſe publicanorum principes, Romanos homines, qui quæſtus ſui cauſa ſicut decimas redimunt: ſic paſtum, aut pecora publica, & exigenda à ſociis ſuo periculo exigunt, & reipublicæ repræſentant. Varro De re ruſtica itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerint, lege cenſoria committant multetos, id eſt, mulctas. Pollux inquit, [illegible] eſſe nomen vectigalis, quod imponebatur ſuper victimis. & Tertullianus appoſitè, ſcribit, certè, inquit is, templorum vectigalia quotidie decoquunt. ſi pro paſtúmq; venire victimarū, legatur, paſſimq; venire victimas: ſenſ⁹ erit manifeſtior.

TRAIANVS PLINIO.

ACtum, quem debuiſti mi Secunde in excutiendis cauſis eorum, qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſecutus es.

Actum) laudat ordinem cognoſcendi ſeruatum à Secundo, vetátque inquiri Chriſtianor, ſed oblatos puniri iu-

Neque enim in vniuerſum aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt, ſi deferantur & arguantur, puniendi ſunt. ita tamē, vt qui negauerit ſe Chriſtianum eſſe, idq; re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt ſupplicando diis noſtris, quamuis ſuſpectus in pręterirum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret. Sine autore vero propoſiti libelli nullo crimine locũ habere debent. nã & peſſimi exẽpli, nec noſtri ſeculi eſt.

bet: libellis verò ſine autore nullam fidem præſtandam. *Actum*) Actionem. ſic Tranquillus in Nerone: rerum actu dixit. & ipſe in reſcripto ad eundem Plinium iam dixerat: eũm ad priſtinum actum reuerſus fuerit. & Valerius, actum ipſum proſequemur. & mox, aut futuris actis. nec multo poſt. cæterùm vt humanæ virtutis actum exequamur. vel actũ, id eſt, rationem & viam: nam qua vehebant, actum dici putat Varro, Actus, inquit Feſtus, modò ſignificat in comœdiis & tragœdiis certa ſpatia canticorum, modo inter vicinos quatuor pedum latum, modo in geometria minorē partem iugeri, id eſt, centum viginti pedum, modo motum corporis, vt hiſtrionum, & ſaltatorum, qui etiam ex hoc ipſo ſaltuoſi dicuntur. *Deferantur*) Accuſentur. *Arguantur*) Comprobentur eſſe Chriſtiani. hunc locum iure Q. Septimius Florens reprehendit, & emendat capite ſecundo: Plinius Secundus cùm prouinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis: ipſa tandem multitudine perturbatus quid de cætero ageret, conſuluit Traianum Imper. allegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil ſe aliud de ſacramentis eorum comperiſſe, quàm cœtus antelucanos ad canendum Chriſto, vt deo, & ad confœderandam diſciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera ſcelera prohibentes. tunc Traianus reſcripſit, hoc genus inquirendum quidem non eſſe, oblatum verò puniri oportere. O ſententiam neceſſitate confuſam: negat inquirendos vt innocentes, mandat puniri vt nocentes. parcit, & ſæuit: diſſimulat, & animaduertit. quid temetipſum cenſura circumuenis? ſi damnas, cur non & inquiris? ſi non inquiris, cur non & abſoluis? & quæ latius ibi conſequuntur. prudentius itaque reſcripſit Minutio Fundano Adrianus, ſi Paulo Oroſio credimus, vt nemini liceret Chriſtianos ſine obiectu criminis ac probatione damnare: quamuis Suida referente (quod tamen opinor factum poſt hoc reſcriptum) Traianus vetuerit, Chriſtianos ſupplicio affici. hic, inquit, Chriſtianis quietem pœnæ quandam reddidit, quas magiſtratus diuerſas inferebant: vnde Tiberianus primæ Palęſtinorum gentis pręfectus renunciauit ei, nihil proficere in occidendis illis ſua ſponte ad ſupplicium currentibus. tunc Traianus vetuit quempiam Chriſtianorum occidi.

Plinivs Traiano.

De platea Amaſtrianorum.

AMaſtrianorum ciuitas Domine & elegãs & ornata, habet inter præcipua opera pulcherrimã, eãdémque longiſſimam plateam,

AMaſtrianorũ) Quęrit an contegenda ſit aqua, quæ per Amaſtrianorum plateam fluebat. Amaſtris, ſecun-

cuius à latere per ſpatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re verò cloaca fœdiſſima, quæ ſicut turpis & immundiſſima aſpectu, ita peſtilens eſt odore teterrimo. Quibus ex cauſis non minus ſalubritatis quàm decoris intereſt, eam contegi. quod fiet, ſi permiſeris, curantibus nobis ne deſit quoque pecunia operi tam magno, quàm neceſſario.

dum Ptolomæum, & Appianum, ac Lucianum, non multum diſtans à Carambe, Ponti ciuitas eſt, ſed Plinius Paphlagoniæ aſcribit, olímque Seſamum dictam refert. Strabo xij. poſt Parthenium amnem eſt Amaſtris, de conditoris nomine appellata, ea põſita in peninſula portus habet ex vtraque Iſthmi parte. Amaſtris vxor fuit Dionyſij Heracleæ tyranni, & Oxyarthis filia, fratris Darij eius, qui cum Alexandro bellum geſſit, & è trium vrbium incolis, Seſamo, Cytoro, & Cromna vnam confecit ciuitatem. Seſamus Amaſtris arx dicitur, hinc Stephanus, Amaſtris ciuitas Paphlagoniæ, quæ prius Cromna, à muliere Perſide Amaſtride, quæ cum Dionyſio Siciliæ (vt Strabo, Heracleæ) tyranno concubuit. ſed Demoſthenes ab Amazone ſic appellatam autumat: eius gentile Amaſtrianus. *Cloaca*) Foſſa in quam ſordes confluunt, à colluendo dicta, ſiue à verbo cloacare, quod ſignificat inquinare, autore Feſto. Vlpianus De cloacis. cloaca locus eſt concauus, per quem colluuies quædam fluat. cloacæ appellatione, & tubus & fiſtulæ continentur.

TRAIANVS PLINIO.

RAtionis eſt mi Secunde cariſſime, contegi aquam iſtá, quæ per ciuitatem Amaſtrianorũ fluit, ſi detecta ſalubritati obeſt. Pecunia ne huic operi deſit curaturum te ſecundum diligentiam tuam certum habeo.

R*Ationū*) Permittit cõfornicari cloacam. *Rationis eſt*) Exigit ratio: vt, malorum eſt: id eſt, ad malos pertinet. hic modus dicendi apud iuriſcõſultos frequens reperitur, Martianus de hæredibus inſtituendis: quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata: rationis eſt, pariter de bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerint. Vlpianus, titulo Quando dies legatorum, quæſtionis eſt. ſic Papinianus De collatione dotis, & idem Vlpianus De fideicommiſſariis libertatibus. Paulus De aqua pluuia arcenda, dixit, conſuetudinis eſt. & De verborum obligationibus, dubitationis eſt. Modeſtinus De donationibus. ſummæ æquitatis. eſt. demum Tacitus lib. decimoſeptimo. nam ſuadere principi quod oporteat, multi laboris eſt. Plinius libro ſecũdo imperari naturæ, audacis eſt credere, nec minus hebetis beneficiis abrogare vires. item libro ſeptimo. Fortitudo in quo maximè extiterit immenſæ quæſtionis eſt Marcus Tullius De finibus tertio. ſic enim cenſent opportunitatis eſſe. & de natura Deorum. eſt & philoſophi & pontificis & Cottæ.

Plinivs Traiano.

Votorum nuncupatio,& ſolutio pro Imperatore & Rep.

Vota Domine priorũ annorũ nuncupata,alacres lætiq; perſoluimus: nouáque rurſus curante commilitonum, & prouincialium pietate ſuſcepimus: precati Deos, vt te, rémque publicam florentem & incolumem, ea benignitate ſeruarent, quam ſuper magnas, plurimáſque virtutes præcipua ſanctitate conſequi Deorum honore meruiſti.

Vota) Monet magno omniũ conſenſu vota pro Traiano ſuſcepta perſoluta,& noua pro eius ſalute nuncupata: nam autore Caio De verborum ſignificationibus, poſt Calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur. & Tacitus libro decimoſexto: principio anni ſenatores pro imperatore ſolennes iuſiurandum ſumere, & nuncupationes votorum facere memorat. Tertullianus,Nos enim pro ſalute imperatorũ Deum vocamus æternum,Deum verum,& Deum viuum, quẽ & ipſi imperatores proprium ſibi præter cæteros malunt. imperatoribus precamur vitam prolixam, imperium ſecurũ, domum tutam,exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum. *Nuncupata*) Nuncupare, vt inquit Varro, nominare ſignificat, quod multis exemplis confirmatur,& de votis propriè dicitur: quando alicui diuorum vota pollicemur, & deſtinamus. Apuleius, cui vota nuncupabo? Secundus in Panegyrico, nuncupare vota pro æternitate imperii,& pro ſalute ciuium, immo pro ſalute principum, & propter illos pro æternitate imperii ſolebamus. nuncupare igitur eſt palàm nominare. nam Pontifices maximi, conſules, prætores, cenſores vota publica ſuſcipiebant,quæ præſente populo referebantur in tabulis. vnde Auguſtus conſcriptis paratíſque iam tabulis negauit ſuſcepturum,quæ non eſſet ſoluturus. ſibi enim mox futurum exitum præſagiebar. Tranquillus autor, pro Tiberii nepotibus vota ſuſcepta ineunte anno, cùm putabant deorum aures magis patere. quod afferit in Faſtis Ouidius. Templa patent auréſque deum, nec lingua caducas Concipit vlla preces, dictáque pondus habent. etiam nuncupare transfertur ad alia. Apuleius decimo iam dudum felici miniſterio nuncupatum deſtinatúmque.ſed de hoc alibi.

Traianvs Plinio.

Soluiſſe vota Diis immortalibus te præeunte pro mea incolumitate commilitones cũ prouincialibus lætiſſimo conſenſu, in futurúmque nuncupaſſe: libenter mi Secunde cariſſime cognoui literis tuis.

Soluiſſe) Significat,ſibi iucundam fuiſſe pro ſe votorum nũcupationem & ſolutionem.

PLINIVS TRAIANO.
Ob diem Imperii.

D*Iem, in quem tutela generis humani feliciſſima ſucceſſione tranſlata eſt, debita religione celebrauimus, commendantes dÿs imperÿ tui autoribus & vota publica, & gaudia.*

D*iem*) Nuntiat, diem quo ſuſceperat imperiũ Traianus, religioſiſſimè fuiſſe celebratum.

TRAIANVS PLINIO.

DIem imperij mei debita lętitia& religione à commilitonibus,& prouincialibus pręeuntete celebratum, libenter mi Secunde cariſſime cognoui literis tuis.

D*iem*)Gratum ſibi fuiſſe ſcribit, quòd dies imperii ſui à Secundo & commilitonibus fuiſſet celebratus.

PLINIVS TRAIANO.
Ius Quiritium Latinis ſuis petit.

V*Alerius Domine Paulinus, excepto vno, ius Latinorum ſuorum mihi reliquit: ex quibus rogo tribus interim ius Quiritiũ des. vereor enim ne ſit immodicum pro omnibus pariter inuocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modeſtius vti, quanto pleniorem experior. ſunt autem pro quibus peto, C. Valerius AEſtiaus, C. Valerius Dionyſius C, Valerius Aper.*

V*alerius*) Petit ius Quiritiũ pro tribus libertis. *Ius libertorum ſuorum mihi reliquit.* Vt haberem idem iuris in eos, quod patronus in libertos. licebat iure xii. tabularum liberto patronum ſuũ teſtamento præterire, poſtea ex edicto prætoris dimidia bonorũ ſiue teſtati ſiue inteſtati liberti patrono relinquebant, etiã relicto filio ſuo adoptiuo. lex Papia deinde iura patronorum auxit, ſed Imperator Iuſtinianus, à quo hæc ſumpſimus, conſtituit vt tertiam bonorum liberti partem in caſibus ibidem contentis patroni conſequantur. adhæc Vlpianus de liberis agnoſcendis, reſpondet, quòd liberti tenentur, alere patronos, & nonnunquam patronorum filios, pro modo facultatum. lege plura. ff xxxvii de iure patronat' & xxxviii. De operis libertinorum & De bonis libertorũ. nec me præterit, etiam legi, ius Latinorum, ſicut in inſcriptione, Latinis ſuis, tanquam ſi liberti Valerii Paulini eſſent minorem libertatem conſecuti, & Latini ex lege Iunia Norbana facti eſſent, & id ius quod habebat Paulinus in libertos ſuos, moriẽs

reliquerit Plinio : nam lege Papia adaucta fuere iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. *Excepto vno)* Quem liberauit à iure patronatus. *Ius Quiritium)* Romanam ciuitatem, perinde ac ſi Quirites eſſent. nam manumiſſi modò maiorem & iuſtam libertatem conſequebantur, & fiebant ciues Romani: modò minorem, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modò inferiorem, & fiebant ex lege Elia Sentia dedititiorum numero. credo poſt hanc Secundi epiſtolam ſecutum Traiani edictum, quo libertos etiam inuito & ignorante patrono ad ciuitatem Romanam venire permiſit. ſed ſicut viuum ciuem Romanum fecit, ſic mortuũ Latinum, id eſt, vt hæredem patronum haberet. an intelligamus patronum fuiſſe conditionis peregrinæ, & idem iuris libertos conſecutos, quibus poſtea omnibus ſublatis Iuſtinianus cunctos libertos ciuitate Romana donauit. *Quiritium)* Siue à Curibus Sabinorum oppido Quirites, ſiue quod Quires Sabini cuſpides vocant, à quibus Romulus Quirinus quòd haſtam ferret. in ſingulari etiam numero quiritem dicimus, cuius nominatiuus quiris, ſecundum Sergium, ſed quirites Petronius putat. Quiritare verò iubilare dicitur, ab his qui fidem Quiritium inuocant. autor Varro. *Omnibus libertis)* In quos Paulinus mihi patronatus ius reliquit.

TRAIANVS PLINIO.

CVm honeſtiſſime iis, qui apud fidem tuam à Valerio Paulino depoſiti ſunt, conſultum velis maturè per me, iis interim, quibus nunc petiſti, vt ſcias dediſſe me ius Quiritium, referri in commentarios meos iuſſi: idem facturus in cæteris, pro quibus petieris.

C*Vm)* Traianus concedit rogata, & pro reliquis idem promittit. *Depoſiti)* Commendati. *Conſultum]* Donari ciuitate Romana. *Mature)* Velociter. *Iuſſi referri in commentarios meos)* Iuſſi regiſtrari, quòd illos ciuitate Romana donauerim.

PLINIVS TRAIANO.

Ciuitatem Romanam petit filiæ centurionis.

ROgatus Domine à P. Accio Aquila, centurione cohortis ſextæ equeſtris, vt mitterem tibi libellum, per quem indulgentiam pro ſtatu filiæ ſuæ implorat: durum putaui negare, cùm ſcirem quantam ſoleres militum precibus patientiam humanitatémque præſtare.

R*Ogatus)* Mittit libellum Aquilæ centurionis, quo rogabat filiam ſuam donari ciuitate. *Militum precibus)* Quos quamuis ſub diſciplina contineret, tamen multis præmiis & honoribus donauit: nam diuum Neruam parentem ſecutus, pleniſſimam teſtandi indulgentiam in milites contulit, quod ab Vlpiano de militari teſtamento prænotatum Iuſtinianus refert, & Iuuenalis vltima ſatyra monſtrat, quanta commoda militibus fuerint ſub Traiano.

TRAIANVS PLINIO.

Libellum) Filiæ Aquilæ ciuitatẽ Romanam indulget. *Libellum reſcripti*) Cuius cauſa hæc reſcripſi.

LIbellum P. Accij Aquilæ centurionis cohortis ſextæ equeſtris, quem mihi miſiſti, legi: cuius precibus motus dedi filiæ eius ciuitatem Romanam. libellum reſcripti, quem illi redderes, miſi tibi.

PLINIVS TRAIANO.

De exactione pecuniarum.

QVid) Conſulit Traianum an ciuitatibus Bithyniæ & Ponti permittat potiora iura in debitis exigendis *Locationibus*) Locorum publicorum *Pleriſque proconſulibus*) Imperatoribus. *Protopraxian*] Primam actionem, vt ante alios ius haberent exigendi pecunias à debitoribus. nam Paulus De priuilegiis creditorum Reſpub. inquit, creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. quamuis Martianus ad municipales ſcribat, ſimile priuilegium fiſco nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim id à principe datum ſit. πρωτοπραξίαν Suidas interpretatur primam repetitionem, primam exactionem. *Pro lege*) Loco legis, vt de conſuetudine prædiximus. *Breuia*] Obſcura.

QVid habere iuris velis & Bithynas & Ponticas ciuitates in exigendis pecuniis, quæ illis vel ex locationib⁹ vel ex vẽditionibus, aliiſue cauſis debeãtur, rogo Domine reſcribas. Ego inueni, à pleriſq; proconſulibus conceſſam eis protopraxian, eamque pro lege valuiſſe. exiſtimo tamen tuà prouidentia conſtituendum aliquid; & ſanciendum, per quod vtilitatibus eorum in perpetuum conſulatur. nam quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licèt ſapienter indulta, breuia tamen & infirma ſunt, niſi illis tua contingat autoritas.

TRAIANVS PLINIO.

QVo) Reſcribit ſequẽdas leges vniuſcuiuſque ciuitatis. *Id*) Priuilegium, vt cæteris præponatur. *Inuitam priuatorum*) Ne

QVo iure vti debeant Bithynæ vel Ponticæ ciuitates in iis pecuniis, quæ ex quaque cauſa reipublicæ debebuntur, ex lege cuiuſque animaduer-

tendum eſt. nam ſi habent priuilegium, quo cæteris creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt: ſi verò non habent, in iniuriam priuatorum id dari à me non oportebit.

iniuriam facerem priuatis creditoribus, dum eos poſteriores facio rebus publicis in exigendis debitis.

PLINIVS TRAIANO.

De Iulio Piſone.

Ecdicus Domine Amiſenorum ciuitatis petebat apud me à Iulio Piſone denariorum circiter xl. millia donata ei publicè ante xx. annos, & Bule, & eccleſia conſentiente: nitebatúrque mandatis tuis, quibus eiuſmodi donationes vetantur. Piſo contrà, plurima ſe in Remp. contuliſſe, ac propè totas facultates erogaſſe dicebat. addebat etiam temporis ſpatium, poſtulabátque, ne id quod pro multis & olim accepiſſet, cum euerſione reliqua dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex cauſis integrã cognitionẽ differẽdã exiſtimaui, vt te Domine conſulerem, quid ſequendum putares.

Ecdicus) Repetebat fiſci aduocatus Amiſenorum à Iulio Piſone certam pecuniã ei donatam à rep. ante xx. annos, nixus Traiani mãdatis, quibus prohibebat fieri de publico erogationes. Piſo contradicebat. Secundus rem integram Traiano decernendã mittit. *Ecdicus*) id eſt defenſor & vindex reip., qui hodie dicitur fiſci aduocatus. de quo M. Cicero lib. xiij. ad Thermum propre. in epiſtolis ad Lentulum. Sed malo ecdicos, & ſtatim iubeas ecdicos Romam mittere. & iam dixerat vt ecdici Mileſii Romam mitterentur. quanquam in codicibus impreſſis paſſim legatur, vbi codices. libenter enim Secundus vtitur Græcis vocabulis, vtpote Bithyniæ conſuetis quædam exemplaria habent, medicus. *Bule & eccleſia*) Senatu & concione populi. βουλὴ enim ſenatus & ἐκκλησία concio. *Contra*) Procuratoris dicta allegabat. *Rempub.*) Amiſenorum Hermogenianus: decurionibus, inquit, facultatibus lapſis alimenta decerni permiſſum eſt, maximè ſi ob munificentiam in patriam patrimonium exhauſerint. *Erogaſſe*) Impendiſſe, diſtribuiſſe. Paulus De legatis. nihil ex teſtamento videtur capere, qui tantum erogat quantum accipit. apud Apuleium erogare pro valde rogare, piis, inquit, precibus erogatus: ſed exrogare eſt ex lege vetere aliquid eximere per nouam legem, tradente Feſto. *Spatium*) Viginti annorum. *Pro multis*) A multis, à ſenatu & populo. Apuleius libro quinto, pro pedibus abrepto ideſt à pedibus. & ix. pro limine liberatò, id eſt, à limine.

TRAIANVS PLINIO.

Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent: ita ne multorum ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantum

Sicut) Donationes ex publico factas ante exiguum temporis ſpatium, retractari non oportere admonet.

tum temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet. Quicquid ergo ex hac cauſa actum ante viginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cuiuſque loci, quàm pecuniæ publicæ conſultum volo.

PLINIVS TRAIANO.

De adiectione Buleutarum.

LEx) Traianum conſulit an qui ſenatores fiunt, debeant certum quid inferre pro introitu. *Bulen*] Senatum: ſportulas ſolere nouos decuriones cæteris diſtribuere. Papinianus titulo De decurionibus innuit: minores ſcribit vigintiquinque annorum decuriones facti, ſportulas decurionum accipiunt. *Aliud alijs*) Non eandem ſummam omnibus, ſed minorem huic, maiorem illi. *Inferre*) Dare, dilargiri. *Buleutæ*] Senatores.

LEx Pompeia Domine qua Bithyni & Pontici vtuntur, eos qui in Bulen à cenſoribus leguntur, dare pecuniam non iubet, ſed ij quos indulgentia tua quibuſdam ciuitatibus ſuper legitimum numerum adijcere permiſit, & ſingula millia denariorum & bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconſul, eos etiam qui à cenſoribus legerentur, duntaxat in pauciſſimus ciuitatibus aliud alijs iuſſit inferre. Supereſt ergo vt ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. nam quod in perpetuum manſurum eſt, à te conſtitui decet, cuius factis dictiſque debetur æternitas.

TRAIANVS PLINIO.

Honorarium] Seruandam præcipit vniuſcuiuſque loci conſuetudinem. *Honorarium decurionatus*] Quod datur honoris cauſa dum fiunt decuriones: Paulus de muneribus. æſtimationem honoris aut muneris in pecunia pro adminiſtratione offerentes audiendi.

HOnorarium decurionatus omnes, qui in quaque ciuitate Bithyniæ decuriones fiũt, inferre debeant necne, in vniuerſum à me non poteſt ſtatui. Id ergo, quod ſemper tutiſſimum eſt, ſequendam cuiuſq; ciuitatis legẽ puto: ſcilicet aduerſus eos, q̃ inuiti fiũt decuriones, exiſtimo id acturos, vt erogatio cęteris pręferatur.

non ſunt. Qui pro honore pecuniam promiſit, ſi ſoluere eam cœpit, totam præſtare operis inchoati exemplo coactus eſt. decurionatus autem ſecundũ Calliſtratum, municipalis honor appellatur, ſiue cum ſumptu, ſiuè ſine erogatione contigerit: vulgò etiam nunc, inquit, honorarium dicimus id munus, quod honoris cauſa erogatur: ſed honorarium ius, prætoris ius eſt, hinc honorarios tutores à prætore datos vocat Vlpianus. *Aſſutos*) Bithynos & Ponticos. *Vt erogatio cæterũ præferatur*) Vt minus grauentur in pecuniarum illatione, quàm cæteri decuriones ſpontanei.

PLINIVS TRAIANO.

De adiectione ciuium.

LEge Domine Pompeia permiſſum Bithynicis ciuitatibus, adſcribere ſibi quos vellẽt ciues, dum ciuitatis nonſint aliena, ſed ſuarũ quiſque ciuitatum, quæ ſunt in Bithynia. Eadem lege ſancitur, quibus de cauſis è ſenatu à cenſoribus eÿciantur, inter quas nihil de ciue alieno cauetur. inde me quidam ex cenſoribus conſulendum putauerunt, an eÿcere deberent eũ qui eſſet alterius ciuitatis. Ego, quia lex ſicut adſcribi ciuem alienũ vetabat, ita eÿci è ſenatu ob hanc cauſam non iubebat: præterea quia aliquibus affirmabatur mihi, in omni ciuitate plurimos eſſe buleutas ex alÿs ciuitatibus, futurúmque vt multi homines, multæque ciuitates concuterentur ea parte legis, quæ iampridẽ conſenſu quodam exoleuiſſet: neceſſarium exiſtimaui conſulere te, quid ſeruandum putares. Capita legis his literis ſubieci.

L*Ege*) Quærit an decuriones aliarum ciuitatum debeant eiici lege Pompeia, quæ vetabaț alienum ciuem adſcribi ſenatui alteriusciuitatis. *Adſcribere*) In ſenaium legere. *Quiſque*) Adſcribatur in ſua ciuitate in qua natus eſt. *Cẽſoribus*) A cenſoribus, qui etiam in oppidis creabantur, vt teſtantur iuriſconſulti, de quorum officio libro ıx. multa protulimus. *Eum*) Decurionem. *Buleutas*) Settatores. *Civzov*'enim qui reipub. conſulunt. *Concuterentur*) Perturbarentur. *Ea parte*) Eo capite, quo vetabat alienum ciuem aſcribi in altetius ciuitatis ſenatum. *Conſenſu*) Modeſtinus: omne ius aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo. *Exoleuiſſet*) Deſueuiſſet. *Capita legis*) Plura enim capita continebat lex Pompeia.

TRAIANVS PLINIO.

MEritò hæſiſti Secunde chariſſime, quid à te reſpondi oporteret cenſoribus conſulentibus, an legerent in ſenatum aliarum ciuitatum, eiuſdem ta-

M*Eritò*) Permittit eſſe in ſenatu, qui iam adlecti fuerant, vetat in futurum alienum aliquem adſcribi. *Mone-*

men prouinciæ ciues. nam & legis autoritas, & longa conſuetudo vſurpata contra legem, in diuerſum mouere te potuit. Mihi hoc temperamentum eius placuit, vt ex præterito nihil nouaremus: ſed manerét, quamuis cõtra legem adſciti quarumcunque ciuitatum ciues: in futurum autem lex Pompeia obſeruaretur, cuius vim ſi retrò quoque velimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari.

remus) Legimus etiam in eundem ſenſum, nouaremus.

PLINIVS TRAIANO.

De diuiſione ſportularum.

QVi virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicant, ſolent totam bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binóſq; denarios vel ſingulos dare: quod an celebrandum, & quatenus putes, rogo ſcribas. ipſe enim ſicut arbitror, non imprudenter, præſertim ex ſolennibus cauſis, concedendum iuſſi inuitationi: ita vereor ne ij qui mille homines, interdum etiam plureis vocant, modum excedere, & in ſpeciem diamœries incidere videantur.

QVi) Dubitat ex inuitatione multorum ad ſolennia officia, inter Bithynos factionem & diſcordiam orituram. *Virilem togam*) Quam ſumere conſueuerant ad ſeptimum decimum ætatis annum. *Bulen*) Senatum. *Vocare*) Inuitare. *Dare*) Diſtribuere vnicuique. *Celebrandum*) Vlla celebritate & pompa agendum. celebrare eſt ſolenniter peragere. & celebrata pro ſolennia & iuſta, poſuit Mart. IX. Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum Se feciſſe Cloe. *Et quatenus*) Etſi celebrandum ſit, modum reſcribas. *Solennibus cauſis*) Quales ſunt prædictæ. *Et in ſpeciem*) Eandem locutionem lib. j. ad Saturninum vſurpauit, ne quam, inquiens, in ſpeciem ambitionis inciderem: hic verò in ſpeciem, & reliqua. *Diamœries*) Diuiſionis, factionis: niſi fallor, inquit Tertullianus, prohibendarum factionum cauſa de prouidentia conſtat modeſtia publica. quæ illicitas factiones timet, ne ciuitas in partes ſcindatur. vnde Auguſtus, Tranquillo autore, plurimas factiones titulo collegij noui ad nonnullius facinoris ſocietatem coeuntes ſuſtulit. nõ video cur quidam, vir alioqui doct⁹, q in Pãdectas annotationes cõſcripſit, pro diamœries ſcribẽdũ putet, malá.

Traianvs Plinio.

Meritò vereris ne in ſpeciẽ diamœries incidat inuitatio, quę & in numero modum excedit, & quaſi per corpora non viritim ſingulos ex notitia ad ſolennes ſportulas contrahit. ſed ego ideo prudẽtiam tuam elegi, vt formandis iſtius prouinciæ moribus ipſe moderareris, & ea conſtituas, quæ ad perpetuam eius prouinciæ quietem eſſent profutura.

Meritò] Relinquit prudentię Secundi ordinandum quod ad perpetuam Biihyniæ tranquillitatem faciat. *Corpora*] Factiones, ſectiones, collegia. Ouidius libro j. Metã. tamen illud ab vno Corpore, & ex vna pendebat origine bellum. corpore igitur pro factione & hominum congregatione. Mariianus De collegiis illiciris & corporibus. mandatis principalibus pręcipitur pręſidibus prouinciarum, ne patiantur eſſe collegia, ſodalitia. in ſumma autem niſi ex ſenatuſconſulti autoritate, vel Cæſaris, collegiũ vel quodcunq; tale corpus coierit, contra lrges erit. & Calliſtratus De iure immunitatis: quibuſdam, inquit, collegiis vel corporibus, vt eſt fabrorum corpus. Vlpianus etiã cùm tria corporum genera facit, tertium, inquit, eſt quod ex diſtantibus conſtat, vt corpora plura vni nomini ſubiecta, velut populus, legio, grex. & corpus imperij, pro illa orbis parte, quæ ſubiacet imperio Romano, Tacitus poſuit, & immenſum imperij corpus. in phyſica vocat Apollodorus quod ſecetur in tria, in longitudinem, latitudinem, altitudinẽ. *Sportulas*] Largitiones, diſtributiones. *Prudentiã tuam elegi*] Hinc apparet, miſſum Secundũ ad Bithyniæ Pontiq; ſtatum ordinandum, moreſque reformandos. quare Traianus præſcripſerat, meminiſſe Plinium, idcirco in Bithyniam miſſum, quoniam multa in ea emendanda apparuiſſent. ſic legimus apud Tranquillum. Galbam proconſulem obtinuiſſe biennio Africam extra ſortem electum ad ordinandam prouinciam, & inteſtina diſſenſione, & barbarorum tumultu inquietam. *Moderareris*) Modum imponeres.

Plinivs Traiano.

De Iſelaſticis.

Athletæ Domine ea q̃ pro Iſelaſticis certaminibus conſtituiſti, deberi ſibi putãt ſtatim ex eo die quo ſunt coronati. nihil. n. referre, quando ſint patriã inuecti: ſed quando certamine vicerint, ex quo inuehi poſſint. ego

Athletæ) Victores in certaminibus Iſelaſticis à Traiano factis petebant præmia, & quia de tempore controuerſia naſcebatur, rogat imperatorem quid facere debeat. *Athletæ*] Certatores ἀπὸ τοῦ ἄθλου, quod eſt certo Ea) Pręmia. *Iſelaſticis certaminibus*] Dicta Iſelaſtica, quòd victores cum magna pompa coronati introducebantur quiſq; in ſuam patriam ἀπὸ τοῦ εἰσελαύνω. i. induco: inuehor: cuius futurum εἰσελάσω: nam ſolebant athletæ victores equis albis ingredi ſuã ciuitatem diſiecta muri parte, ſecundum Plutarchum, quod ſignificabat, non magnopere ciuitati illi opus eſſe muro, habenti viros qui pugnare poſſent & vincere. hanc conſuetudinem Tranquillus in Nerone commemorat. *Coronati*) Declarati victores, & ideo corona donati. *Na-*

bil enim referre] Non reſpiciendúm tempus quo quiſq; in patriam ſuam inuehitur, ſed quando victor ſit pronunciatus: hoc faciebant, quia è certatoribus multi procul aberant à patria ſua, ad quam non poterant peruenire, niſi poſt multum temporis, & per hoc obſonia, quæ menſtrua dabantur, interdum perdebāt.

contrà ſcribo Iſelaſticorum nomine. itaq; eorum vehementer addubitem, an ſit potius id tempus, quo εἰσήλασαν intuendum. Iidem obſonia petunt pro eo agone, qui à te Iſelaſticus factus eſt, quamuis vicerint antequam fieret. Aiunt enim, congruens eſſe, ſicut non datur ſibi pro his certaminibus, quæ eſſe Iſelaſtica poſtquam vicerunt, deſierunt: ita pro ijs dari, quæ eſſe cœperunt. Hîc quoque non mediocriter hæreo, ne cuiuſquam retrò habeatur ratio: dandúmque quod tunc cùm vincerent, non debebatur. rogo ergo vt dubitationem meam regere, id eſt, beneficia tua interpretari ipſe digneris.

Contra] Athletarum deſiderata. *Iſelaſticorum nomine*] Verbis eorum, qui præſunt certaminibus Iſelaſticis. *Eorum tempus*] Aliqua exemplaria habēt: Ita tamen vt vehementer. & reliqua. *εἰσήλασαν* id eſt, inuecti ſunt. *Obſonia*] Quæ antiqui dixerunt manduca. obſonare, eſt opipare cœnare. Apuleius. ſiquid obſonare cupis. & obſonator, popinarum magiſter. de quo Martialis: Dic quotus es? quāti cupias cœnare? nec vnum Addideris verbum, cœna parata tibi eſt. obſonitare conuiuari dicitur Pompeio tradente. *Agone*] Certamine. *Aiunt enim*) Antequam à Traiano fierent & celebrarentur certamina Iſelaſtica, aliud genus certaminis depugnabāt athletæ, quod pariter fecerunt poſtquam Iſelaſtica finita fuerunt. argumentabantur igitur deberi ſibi Iſelaſticorum præmia, quæ quidem alijs maiora erant, ex eo tempore quo primū conſtituta fuerūt, nec modò eùm fierent: ſicut cùm eſſe Iſelaſtica deſierunt, non dabantur obſonia: nam reſpiciebant diem conſtitutionis & finem verbi cauſa. Traianus conſtituit Iſelaſtica Calendis Maijs, & mandat illa inchoata à Calendis Iunijs terminari in Calend Auguſti: qui cœperant pugnare à Calendis Maijs, & certauerāt vſq; in Calēdas Iunias, petebāt pręmia Iſelaſticorū, tāquam inſtituta à Traiano. *Ne*) An. *Cuiuſquam*) Athletarum. *Retro*] In pręterito antequā fierēt Iſelaſtica *Ratio*] Reſpect⁹. *Beneficia tua*) Pręmia ꝓ Iſelaſtico agone.

TRAIANVS PLINIO.

Iſelaſticum tunc primū mihi videtur incipere deberi: cùm quis in ciuitatem ſuā ipſe εἰσήλασεν. obſonia eorū certaminum, quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi, ſi antè Iſelaſtica non fuerunt, retrò non debentur. nec proficere pro deſiderio athletarum poteſt, tam eorum quæ poſtea Iſelaſtica lege conſtitui: quàm quæ, cùm vincerent, eſſe deſierunt. Mutata enim conditione certaminum, nihilominus quæ antè perceperant, non reuocantur.

Iſelaſticum] Vult intelligi eſſe Iſelaſtica cùm primùm quiſq; in ſuam ciuitatem inuehitur. obſonia negat danda antequam illa fierent. *Iſelaſticum*) Certamen: ſequitur verbi interpretationem. *εἰσήλασεν*] Ingreſſus eſt. *Ante Iſelaſtica*) Antequam fierent Iſelaſtica *Non fuerunt*] Conſtituta à me illa præmia. *Retrò*] Antequā fierent. *Proficere*] Procedere. *Tā eorū*]

Obſoniorum. *Cùm vincerent, eſſe deſierunt*) Quam eorum obſoniorum, quæ cùm vincerent iam deſierant eſſe, exacto tempore illis certaminibus cõſtituto. *Reuocantur*) Renouantur, ſed manent in eo ſtatu in quo fuerant dum vincerent.

PLINIVS TRAIANO.

De diplomatibus.

VSque) Excuſat ſe quòd vxorem ſuam vrgente itineris celeritate diplomate adiuuerit. Diplomata) Literas liberi itineris & immunis. de quibus paulo antè. Tuam) Ad te pertinentem, vt in tabellarium regis Sauromatæ. Vxori meæ) Calphurniæ. Aui) Fabati. Amitam) Hiſpullam. de vtriſque libro quinto, ad Pontium: eram cum proſocero meo, eram cum amita vxoris. Durum) Inhumanum. Pietas) Amor in maiores. Diſſimulaſſem] Silentio prætériiſſem. Serò) Importunè, dum expecto tuam ſententiam.

VSque in hoc tempus Domine, neq; cuiquam diplomata commodaui, neq; in rem vllam niſi tuam miſi, quam perpetuam ſeruationem meam quædam neceſſitas rupit. Vxori enim meæ audita morte aui, volenti ad amitam ſuã excurrere, vſum eorum negare durum putaui, cùm talis officij gratia in celeritate conſiſteret, ſciréma; te rationem itineris probaturum, cuius cauſa erat pietas. Hæc ſcripſi, quia mihi parum gratus tibi fore videbar, ſi diſſimulaſſem inter alia beneficia hoc vnum, quod me debere ſciebam indulgentiæ tuæ: quod fiducia eius, quaſi conſulto te, non dubitaui facere, quæ ſi conſuluiſſem, ſerò feciſſem.

TRAIANVS PLINIO.

MEritò) Reſcribit Traianus, benefeciſſe Secundum pro diplomate conceſſo Calphurniæ vxori. *Adiuuandum eſſet, vſum eorum intentioni non profuiſſe*) Non profuturum eſſe intentioni vxoris tuæ, quam habebat vt illuc excurreret: legitur etiam, adiuuandum putarem: ſerum futurũ.

MEritò habuiſti Secunde chariſſime fiduciam animi mei: nec dubitandum fuiſſet, ſi expectaſſes donec me conſuleres an iter vxoris tuæ diplomatibus, quæ officio tuo dedi, adiuuandum eſſet, vſum eorum intentioni non profuiſſe: cùm apud amitam ſuam vxor tua deberet etiã celeritate gratiam aduentus ſui augere.

FINIS.

INDEX OMNIVM QVAE HISCE IN PLINIVM COMMENTARIIS NOTATV DIGNA CONTINEri viſa ſunt.

Atque vbi .p. literam poſt numeros habebis adnotatam, recurre ad Panegyricum Traiani.

A Præpoſitio aliquãdo cauſam, aliquando poſt ſignific. 258
Acanthus qualis herba 303
Abrogare quid ſit 122
Achaia pro Peloponneſo 495. *item de ea* 505. *ubi & de Corintho*
Acili⁹ Glabrio pater & fili⁹. itẽ alter 39
Acilij plures, & quis eorum præſtantiſſimus 192
Acroamata, & per contractionem acromata quid dicantur, ubi multa ſcitu digniſſima 398
Actio quid ſit, an differat ab oratione 57
Acta quid ſint, ubi de ſenatuſconſultorũ publicatione & confirmatione 328
Actor quis dicatur 140
Actum eſt, deſperationis uerbum 55.p.
Actus pro actione, ubi de alijs ſuis ſignificationibus 634
Acumen quid in altercatione, quantum ualeat, & quid ipſam adiuuet 3
Adoptati cognomen adoptantium quomodo lege ſortirentur 1
Adoptare quomodo utilius ſit quàm gignere 14.p.
Adoptionis ius quale, ubi de adoptione eiuſque generibus multa ſcitu digna 315. 316
Adrianus quomodo non deſtinatus imperium affectauerit. 78.p. *quomodo imperator creatus præter ſententiam Traiani* 167. *eius in cognoſcendis cauſis ratio* 276
Adulterium propriè quid dicatur, cum ſtupro aliquando confundi 396. *ubi adulterij accuſatio ad quem imprimis pertineat*
Aduocatos quos intelligere debeamus 67
Aduocemur quando 253
Aduocatione uiris ſtudioſis interdicere pœnam eſſe 327
Aduocatus commune uerbum tam accuſatori quàm defenſori 108
Aegyptus quæ miranda habeat 496
Aemulatorem & imitatorem à Secundo confuſè ſumi, ubi quid alterum ab altero differat 3
Aemilia gens quem ſuæ ſtirpis autorem aſſerat 589
Aemilia uia cur ſic dicta, quò ducat, quomodo facta 530. *ubi & de alia eiuſdem nominis*
Aerarium quid 107
Aeſtuarium quid ſit 552
Aetas hominis in tria tãtùm diuiſa 263. 264. 16.p.
Aeuum quid ſit, & unde dicatur 265
Affici quid ſit 142. *Latinis pro quo ſumatur* 256
Afranij Dextri ſerui eo mortuo quomodo

tractati ubi de Ariſtone Iuriſconſulto 478
Africanis cognomen unde 463
Agathiæ de Zenone uerſus recitantur & explicantur 386
Ager domino propinquus cur optimus, ex Columella 71. item de agri commoditate 71.72
Agon gymnicus ubi primum factus, & quando plures facti 259. ubi multa ſuper dictione agon notanda
Agrorum quinque genera ex Varrone, & eorum explicatio 599
Alacer ſiue alacris quis dicatur ex Pediano 24. p.
Alexandrina urbs quando & à quo condita, & cuius magnitudinis fuerit 569
Alica præſtantiſſima ubi fieri ſolita, quo modo fieret, & quot ſint eius genera 41.42
Alcæi Græcum epigramma in laudem Titi ponitur & Latinè redditur 506
Alſienſis uilla 360. & ſeq.
Amaſtris ciuitas quæ ſit & ubi ſita 634. & ſeq.
Ambitio quid ſit 23
Amerina oppidum 496
Amicitiæ firmiſſimæ quæ ſint 52.358
Amicitiæ pulchra definitio, ubi, quomodo amandum, quidque amor ab amicitia differat 152. & ſeq. p.
Amici quomodo monendi & obiurgandi ſi opus ſit 505
Amiſus ciuitas qualis & ubi ſita cum eleganti hiſtoria ex Appiano 628
Amnis unde dictus 147. p.
Amor timore efficacior 257. quomodo recto iudicio aliquando obſtet 268. Tres amores à Platone recenſentur 154. p.
Amœna quæ dicantur 297
Amphitheatrum quid ſit & cur ſic dictum 298.299
Anceps quid ſit, pro mortifero poni 19
Animi ſumma intentio & ſumma remiſſio quid efficiant 8
Animus quando maxime intendatur 24
Anio fluuius unde ueniat, quos agros alluat, ubi Tyberim ingrediatur 489
Annales quid dicantur, quidque contineant 102. p.
Annulorum ius quale fuerit, ubi ad quæ tempora ſine annulis fuerint Romani, aliaque ſcitu digna 464
Annulorum ferreorum olim uſus, ubi de aureis iterum 464.465
Anus Attica qua ratione Demoſthenem cognouerit 538
Anni tres recenſentur 124
Annona quã uariè ſumatur 36. & ſeq. p.
Anteia cuius filia fuerit 523
Antigenidæ tibicinis ad diſcipulum elegans dictum 428
Antiqui parci 66
Antiquum pro uenerando 313
Antiquos ſupra mille annos dici 507
Apamea Bithyniæ ciuitas ubi ſita 597
Apenninus mons qualis 297
Apoditerium quid & unde 306
Apelles quando opera ſua proponere ſolitus eſſet 27. ubi prouerbij ne ſutor ſupra crepidam origo
Appellandi ius quàm æquum & neceſſarium, ubi quid appellatio 70
Apuleij locus & aliorum, ex autoritate Priſciani emendatur pro Lælio Liuius 335
Aquilex quis dicatur, ubi de aquæ ductibus & aquarijs multa 588. & ſeq.
Aquilius Gallus 17
Ara & altare quid differant, ubi de ritu ſacrificiorum 3. p.
Aratus quis fuerit, quando uixerit, quos præceptores habuerit, item alia non negligenda 311

Arbuſta quæ dicantur 300
Architectus quis ſit, unde dicatur, quanta ſit eius diſciplina 593
ἀρχέτυπον quid 57
Area quis locus in ædibus 126.127
Arena pro agendi uſu 364
Ariſtænetus qualem hominem conuiuiis ſuis introduxerit, ubi de Alcidamante Cynico ridiculum 532
Armorum meditatio per quem militibus primùm tradita 24
Arrianus Altinas quis fuerit, ubi Arriani plures 2
Arriæ tres 187
Artium quatuor genera ex Poſſidonio 355
Artemiſium ciuitas ubi 548
Artemidorus cuias fuerit 186. quos libros ſcripſerit: ubi & de alio Artemidoro
Aruſpices qui ſint 560
As antiquus qualis fuerit 143. quomodo uſurpent Iuriſconſulti 41. item quomodo alij
Aſſis nomine quid comprehendatur 279. ubi eius partes ponuntur & explicantur
Aſiæ totius flumina præſtantiora quæ ſint 26. p.
Aſinius Baſſus uir optimus 160
Aſinius Pollio 55.282
Athenodorus Philoſophus Tarſenſis qualis, ubi pulchrum eius ſtratagema 443.444 ubi & alius Athenodorus
Atrium quæ pars in domo ſit, & unde dicatur 126
Atticè dicere quid ſit, ubi de Attico dicendi genere multa 80
Atilius Scaurus Secundi amicus, ubi & de Terentio Scauro 325
Auaritia Romanorum maxima deſcribibitur 250.251
Auaritia quomodo hominibus natura inhæreat 20
A. Cluentio quid inuidiam maximam pepererit 56
Augurium optimum quod ſit, ubi Græca ponitur ſententia 51
Auguriis quantum crediderit antiquitas 140. p.
Auguſtus cur à Suetonio potiſſimum laudatus 36.37
Auguſtus quid ſit, quomodo Octauius ſibi hoc nomen aſſumpſerit, & demum ad alios imperatores uenerit 102
Aug. Cæſar quomodo iocos affectauerit, quidque ſcripſerit 288
Auguſtum quid ſit ex Pauſania, ubi de Octauio iterum 102
Auidij duo ponuntur 390.391
Auocamentum quando propriè dicatur 148
Auræ expoſitio 298
Aureliæ duæ 145
Auſpicia quomodo & quo tempore capi ſolita 162
Autoritas definitur 23
Autores optimos ſemper imitandos eſſe 14
Autorare quid ſit, quid exautorare, ubi de adulteris in militiam non ſuſcipiendis & ratione procedendi iudicio contra adulteros 395
Auunculus quis ſit, & unde dici putent nonnulli 315

B

BAiarum portus ubi & qualis 147. p.
Balnea & balneæ quid differant Varroni 7
Balineum potius quàm balneum dici. ibidem
Balineum & oleum olim publicè dari ſolitum 581
Baptiſterium quid & unde 130
Bellus pro feſtiuo 266

Beneficiarij milites qui dicantur 580
Bibliotheca Latinè libraria, ubi quis librarius dicatur 269
Bibuli ſententia de Ptolomeo reducendo quomodo diuiſa fuerit 480
Bigæ & quadrigæ argenteæ olim 618
Blatera Martialis carmine notatus 511
Boletorum uſus olim & præſtantia 18
Bona quorum ad hæredes peruenire non poterant 101
Boni conſulere rariſſimus dicendi modus ſecundum Fabium 422
Bonitas Latinam dictionem eſſe, & à probatis uſurpatam autoribus 566. & ſeq.
Boſphorus duplex & ubi uterque, & unde ſic dictus 610
Brocchi duo recenſentur 612. ubi qui broecchi dicerentur
Brixia ciuitas ubi & à quibus condita 38
Bruti plures breuiter enumerantur 49
Brutius Præſens quantæ autoritatis fuerit 408
Bulbi radix cruda eſui optima 42. ubi quot ſint bulborum genera
Buxus arbor, qualis, ubi creſcat, ubi quomodo neutrius generis inueniatur 302
Byzantium 595

C

Caecilius Secundus Comenſis fuit, eiuſque maiores 1. eius nomina ex antiquis marm. ibidem. Demoſthenis fuit imitator 2. uenandi ſtudium 15. 16 Bethycos ſæpius defendit 16. in audiendis recitatoribus aſſiduitas 37. magnam famam aſſequitur 264. 265. ubi quomodo ſub Domitiano periclitatus ſit & cur, quod ad ſenium peruenerit 265. comœdias quot ſcripſerit, & quales 282. iterum quomodo pro Bethycis egit 392. 393 quam gloriam reportauerit ex actione pro Variola 401. ubi quæ fuerit Variola. quid iuuenis ſcripſerit 409. Vergiliana carmina ſuis ſcriptis libenter inſerit 433. 434 ubi quomodo Tacito in eloquentia proximus oſtenditur, iterum quomodo ſub Domitiano in periculo fuerit 481. quod dicendi genus probauerit in oratore 540. uſque ad finem 541. ubi Homeri uerſus aliquot explicantur, & ex orationibus Demoſthenis loci multi citantur. quando præfectus ærarij 565. quæ Traiano de Chriſtianis ſcripſerit 630. & ſeq. Cōſul deſignatus Traiano gratias agit, ubi totius Panegyrici argumentum habetur 1. & ſeq. p.
Calpa fluuius Nicomediæ 594
Cneus Caluiſius Secundi amicus, ubi de Caluiſiana actione & alijs Caluiſijs 35
Cæcilij multi Plinij tempore 253
C. Memmius literarum Græcarum ſtudioſus quomodo Latinas contempſerit, qualis orator fuerit, ubi de L. Memmio 287
C. Lentulus orator qualis ubi & de alijs Lentulis 287
C. Caſſius Longinus quis & qualis fuerit, ubi quomodo & quare in exilium miſſus 438. 439
C. Proculus quomodo bis uictor iugulatus ſit 484. & ſeq.
C. Lælij ſumma ſapientia 159
Calceorum olim uſus, ubi quid ſit calceos ſumere 408
Caligula illuſtrium uirorum ſtatuas quomodo euerterit, ubi de quodam Caſ-

ſio damnato 49
Calculus albus & niger apud ueteres quo in uſu fuerint, & qualis ſit lo cutio 5
Calculi cur pro ſupputatione ſumantur 457
Calculus, calculare. calculator 142
Calore laxari corpora 306
Calphurnia Secundi uxor uiro legenti candelabra tenebat, ubi de ea eiuſque in ſtudia mariti affectu multa 256. & ſeq.
Calphurniorum domus qua re celebris 336. ubi de ea familia quædam non contemnenda
Calumnia quid ſit, quid calumniari, & quæ poena olim calumniantibus propoſita 398
Camillus legatus quid tentauerit 196
Campus prato qualis ſit dandus 300
Campaniæ breuis commendatio 170. ad otium & uoluptatem quàm apta ſit, ubi de ſitu & urbibus eiuſdem 352. à terræ motibus nunquam eſt ſecura. 378
Caninio Celere quomodo Antoninus uſus ſit 400
Canicies in quibus uenerabilis ſit 8.p.
Capito poeta ab Athenæo citatus 49
Capitis accuſatio quæ ſit ex Labeone, item quæ capitalia iudicia 278
Capito quid à Traiano impetrauerit 477
Capillos tondere Suidæ quid portendat 446
Capreæ inſula, ubi quomodo Tiberio grata fuit 379
Carycæ quid ſint, ubi de earum olim nobilitate 17.18
Caryſtus oppidum quale, ubi & qua re præcipuè nobile 309
Carſulani ſiue Carſeoli populi ubi 9
Caſſiorum plurium breuis & iucunda enumeratio 49
Cato quomodo eloquentia ſui ſeculi contentus non fuiſſe dictus ſit 14
Cato cenſorius qualis orator & cur Cic. non probetur 54
Catonis ebrietas 190
Cataracta quid, ubi de Nili Catarractis multa notatu digniſſima 609
Catilius Seuerus quis & qualis, quantúſque fuerit, ubi de uarietate nominis 65
Catulli impudicum carmen 248
Catullus Meſſalinus adulator temporibus Domitiani 261 quomodo mortuus ſit, itémque alia ibid.
Cauædium ſiue caua ædium quis locus in ædibus 127
Cauſa minor maiori cognitioni præiudicium non afferre 276
Cauſas agere ſine precio quàm ſit honeſtum ex Fabio, ubi Cn. Titij lex ponitur 327.328
Cauſa una à pluribus olim defendi ſolita. 102.
Cauſæ quando iudicis culpa impedirentur ex Fab. 58
Centumuiralia iudicia quid iudicarent, & unde ſic dicta 11
Centumuiri cur dicantur cùm ſint plures, ubi de illo iudicio, conſtitutione, ordine 401
Centumcellæ qualis locus ſit 394 ubi Blondus reprehenditur de nomine diſſerens de centumcellis iterum 399
Cenſorum poteſtas quanta fuerit. 527
Centeſimas uſuras maximas fuiſſe, ubi multa non negligenda 548. & ſeq.
Cereales multi 101
Cerealia quid 374
Cernere hæreditatem pro adire 618

Certamina Iſelaſtica qualia fuerint, & cur inſtituta 644
Ceruleus color maris proprius & qualis ſit 496
Ciceronis epiſtolæ familiares per quem ordine digeſtæ 2
Cicero quæ in oratore improbet 62. eius eloquentiæ breuis commendatio 55. Laſciuos uerſus quomodo ſcripſerit 282 ad carmen puer inclinatus fuit 194. ubi qualis eius pro Archia poeta oratio, quos poetas Græcos Latinos fecerit ibid.
Cinædus quis dicatur, & unde deriuetur illa dictio 531
Cymbæ, corbes & corbitæ cuius generis nauiculæ 497
Circi deſcriptio 303
Circenſes ludi in cuius honorem inſtituti, cúrque ſic dicti, ubi quomodo Græcis mater deorum uocetur 515
Circumſcriptores, circumſcriptum, circumſcriptio quid 492
Claudius Nero plurimum ſtudijs deditus, Græcè Latinéque peritus 36 quem pecuniæ modum aduocatis poſuerit 345 alea lubenter luſit, & de ea librũ edidit 149.p. quomodo ipſe & Otho militum fauorem promeriti ſint 8.p. quomodo Claudius poſt mortẽ conſecrat⁹ 20.p. ubi de eius impietate quædam
Claſſis Miſeni & Rauennæ ab Aug. locatæ quis uſus 369. ubi multa ſcitu digniſſima
Claſſiarij qui dicantur 370
Clauus medicus quid ſit 168
Clementes innumeri Plinij temporibus, ubi quis Atrius Clemens & cuias 25
Clementia quid ſit, & quantum imperatorem decoret 144.p.
Cleopatræ cœna quotidiana cur à Plinio corollarium uocetur 438
Clepſydra quale uaſculum, quis eius uſus, unde dicatur, item alia multa de eius ſignificatis 69.70 ad quod libet temporis ſpatium diſponi 104
Clientes 40.& ſeq.p.
Clitumnus fluuius ubi & qualis, quales boues ſe potantes faciat 470. eius totam & iucundam deſcriptionem habes inde uſque 473
Clitumnus deus per ſorteis fatidicus ubi de ſortibus quædam notanda 472
Climatericum tempus, id eſt, difficile 143 ubi multa ſcitu digniſſima
Cloaca quid ſit, & unde dicatur 635
Cluuius Rufus quis & qualis fuerit quidque ſcripſerit 534
Cochlea quale animal ſit, cur Latinis ſic dicatur, & quæ ſit appellatio Græca 41
Codicilli pro epiſtolis, ubi de uerbi huius origine 124
Coenatio quis locus in ædibus, ubi & de cœnatorio 131
Comœdus quis dicatur 42
Comœdiarum actus cantu intercidi ſolitos fuiſſe 338
Comœdia noua qualis ſit & quid tractet 382
Comam alere ueteres non ſoliti quando alias promitterent & barbam 446
Commeatus pro diſcedendi facultate uerbum hiſtoricis frequentiſſimum 571
Commentarij quid 165
Comitium quid ſit, & quotuplex 208
Comitiorum die quo conſul renunciandus erat, qualibus uterentur uerbis 116
Comeſſatio quid dicatur & unde 101. & ſeq.
Comum prius mediocre oppidum quomodo accreuerit, ubi quid ipſum nobilitet 5.6 huius uicina oppida recen-

ſentur 358
Compedes unde dici putet Marcellus 548
Comperendinationes quando permiſſæ, quando ſublatæ 58
Comperendinatio quid ſit, ubi de damnationis notis & abſolutionis multa 344
Concordiæ ædes ubi Romæ, quãdo, à quo uota & ædificata, quando & quomodo reſtaurata 278 *ubi quomodo ſuper ea re diſſẽtiẽtes autores recõciliari poſſint*
Conceptos uulgo, id eſt nothos, quomodo Imp. in Inſtit. uocari iuſſerit 611
Conditorium pro ſepulchro 362
Conſcientia uirtutis quale ſit iudicium 22
Conſulum, alter quomodo uniuerſo Senatui præeſſet, quomodóque Græcè diceretur, ubi & de Præſidibus 102
Coſſ. deſignati in honorem principis aliquid decernere ſoliti 389
Conſule abſente nihil in Senatu agi potuiſſe 115. p.
Coſſ. uter comitia proponeret 123 *ubi de Interregis creatione obiter*
Conſulares qui dicerentur, ubi notatur Saturninus 77
Conſpirare in bonam partem ponitur 246
Contentio dicendi ubi conſiſtat 4 *ubi quomodo diuiſerit Cicero*
Contentio quid ſit 141 *duplex ab Heſiodo poſita, & utra melior* 173
Contrarium à diuerſo quomodo diſtinguat Ariſtoteles 484
Controuerſia quid ſit ex Seneca 80 *ubi quomodo Cic. uocauerit, quid modo cõtrouerſiam uocamus aliáque multa*
Contumeliã pati quis non poſſit 360
Contubernium, contubernales de quibus dicantur 4 & ſeq.
Conuentus fieri ſolitos in ſingulis prouinciis 604
Copia nimia in oratore cur ſterilitate laudabilior ex Fabio 63
Corinthia uaſa qualia, ubi de Corintho eiúſque deſtruct. 149
Corn. Tacitus quantæ olim fuerit autoritatis, quomodo quotiéſque libri ſui ſingulis annis transcripti 53
Corn. Nepos Cic. familiaris, ubi quid ſcripſerit 269.270
Corn. Minutius Brixienſis 435
Corn. Scipio quomodo iuuenis in caſtra ductus breui magnam laudem ſit conſequutus 478. & ſeq.
Cornutus Tertullus Secundi collega, quis & qualis fuerit 106
Cornelius Rufus quis, & qualis, & quàm Secundo amicus 32 *Domitiano quomodo ſuperuixerit* 33
Corollarium quid ſit 438
Corpus pro factione, ubi de collegiis & factionib⁹ ab Imperatoribus uetitis 644
Corpus omne muſculoſum cæteris anteponi 167
Corrigere plus eſt quàm emendare 351
Corrigere aliena delicta quomodo conueniat 501
Cothurnus quale genus calceamenti 517 *& de ſoccis* 518
Craſſus Piſonis frater quo accuſante occiſus ſit 11
Cubitus quænam ſit menſura 594
Cultus in oratore eſſe qui debeat 363 & ſ.
Cuniculus quid ſit, ubi de animali eiuſdem nominis 608
Curſor propriè quis dicatur 423
Cybele cuius mater fuerit, & cur magna mater dicta ſit 599
Cymbala quid & unde ſic dicantur 122

D

DAcicum bellum quale fuerit, quis inchoauerit, quíſque finiuerit

459 ubi de Domitiani impietate multa
Dacorum Regis quomodo nominetur 460
Danubius ponte iunctus ibid.
Danubius, alias Iſter quis & qualis fluuius 23.p. ubi de eius natura & in mare influxu multa
De præpoſitio in compoſitione quid efficiat 349
Decuriones in municipiis qui eſſent, ubi quantus eorum cenſus eſſet & quæ poteſtas 22. eorum facultates quantæ eſſent 52. quæ eorum fuerit cauſa, aliáque ſcitu digna ibid.
Decumare uerbum, apud hiſtoricos frequens, quid ſignificet 457
Decibalus Dacorum rex quomodo ſe interfecerit, ubi quomodo ad Traiani pedes procubuerit, & ad Senatum legatos miſerit, &c. 459.460
Delatores per Titũ urbe expulſi 63.p.
Democritus cur ſe oculis priuauerit, ubi quomodo animus tenebris alatur 556
Demoſthenes egregius uerborum fabricator 3. eius laus ex Cicerone 54. & ſeq. ubi quomodo Ciceronem fecerit ex Fabio, eius oratio pro Cteſiphonte qualis 84. & 403. contra Midiam quàm ſit elegans, & quis fuerit ille Midias 449
Denunciare quid ſit 354
Denarius quot æreorum eſſet 110
Deprecari quàm multa ſignificet 106.p.
Delphinis apud Hipponem puerum dorſo excipientis & tranſuehentis elegans hiſtoria 552 & ſeq.
Delphinum Simon uocem agnoſcere 553
quàm manſuetum animal ſit ibid.
Deprecatio ubi locum habeat 271
Deſignare quid ſit, & qui deſignati 253
Deſtinare, deſignare 524
Dexteri tres numerantur 326
Diæta in ædificio qualis locus ſit 131
& 304 quo tempore in illa uerſarentur antiqui 307
Dicare & dedicare propriè quid ſit 599 & 20.p.
Dicax quid ſit & dicacitas, undéque utrunque 266
Dicere propriè quid ſit 56
Dicendi ex tempore facultas quàm utilis & honeſta 79
Dicendi genus maioribus cur copioſum 513
Diones plures recenſentur 622
Diem Romani quomodo inciperent 148
Diſpicere pro cognoſcere, ubi quid Donato & Sermo ſignificet 13
Dij Romanæ urbis præſides quot fuerint 166
Diplomata quid ſit 596
Dogmata quorum propriè dicantur 26
Dolor recens quàm impatientes reddat homines 463
Dolorem ſuam quandam etiam habere uoluptatem 488
Domitianus ſtudijs inimicus fuit 432
Domitiano imperante quã periculoſum fuerit uel de minimis rebus ſentẽtias dicere 481. qualis ſæuitiæ fuer. ibid. quot annis imperarit ibid. quomodo deus dici uoluerit 4.p. pulcher fuit & formoſus 5.p. quid ei per ſomnium obiectũ ſit 10.p. eius mortẽ quo animo milites tulerint ibid. ubi de Neruæ conſtantia. eius falſi triumphi 32.p. cõſobrinos cur interfecerit 87.p. quos & quales & quàm nulla de cauſa in exilium egerit. ibid. quomodo ſecretum captaret 88.p. Clementem cur interfecerit ibidem. ubi qui ſuæ mortis autores & adiutores. à Miſeno ad Auernum lacum quomodo piſcinam inchoauerit 93.p. Septembr. Nouembrémque

brem que menſes ſuo nomine cur appellauerit 103.p. eius ſumma deſidia & laboris impatientia 146.p. ſcena hiſtrionibus quomodo interdixerit, & mares caſtrauerit 149

Domitius Nero quid puer ſcripſerit, quidque imperator 289

Domitij Afri ampla & elegans hiſtoria 121

Donatio Vlpiano quid propriè dicatur 276 quomodo inter uiuos fieri poſſit 487

Donum & munus quid differant 329 munus quot modis dicatur ibid. cum aliis differentiis ex Iurec. ibid.

Dormire in dexteram aurem, prouerbium 271

Duumuiratus unde dictus & ubi fuerit 260

E

Ecce, aduerbium, aliquid noui adferre 271

Echini optimi ubi, quod genus animalis ſit 43

εἰδύλλια quid ſint 249

Elephantes aquam exhorrere 6

Eloquentiam quæ maximè commendent 422

Eloquentiſſima Romæ tempora quæ fuerint 476

Enixus ad quid referatur 258

Encolpus nomen amato puero conueniens unde 455. ubi duo Encolpi recenſentur

Epiſtolis ſuis ueteres quid præponere ſoliti 31

Epiſtolæ ueritas quæ ſit 40. & ſeq.

Epheſus ciuitas qualis & ubi ſita 395

Equeſtris ordo qualis & quomodo à Seuero uocatus 39

Equitum Rom. cenſus quantus fuerit, ubi explicatur Horatij locus in Epiſt. 52

Equites cur ſplendidi uel illuſtres appellati 275. & ſeq.

Eranus quid ſit, & unde dicatur 628

ἐρανοπαίγνιον ubi quid τὰ παίγνια & quis ſcripſerit 334

Erudito quid ſit, & quomodo de multis ſignificetur 15

Erutius ſiue Euritius quis & qualis 44

Eteſias æſtate tantummodo flare, ubi quando exoriantur & unde flent 576

Etiam pro quamuis, ubi alia eius ſignificata 19.20

Euentum de rebus iudicare & decernere 346

Eumolpus poeta & citharœdus ante Homerum 622

Euphrates fluuius 26.p.

Euripus quid ſit 6

Execrationem omnem turpem eſſe 101.p. ubi de Atteij execratione aduerſus Craſſum

Exedra quid ſit, quomodo olim Græci uocarint, & ubi fieri debeat 619

Exerere pro exercere, ubi quid propriè ſignificet 470

Exhæredatio filium à poſſeſſione contra tabulas ſummouens quæ ſit 276

Exemplum quid ſit 39

Exemplum & exemplar quid differant 330 & ſeq.

Exemplorum uis & proprietas quænam ſit 480

Exirent rei pro dimitterentur audax locutio 278

Expectare mala durius eſſe quàm pati 490

Expoſitos infantes pro necatis haberi, ubi multa de Iuriſconſultorum libris 611

Exulcerat uerbo quomodo utatur Secundus 32 ubi qui lugendi ſint poſt mortem ſpontaneam ex Vlp.

F

FAbius Maximus quoties conſul & dictator fuerit 110
Fabricius Veiēto qualis & quo tempore fuerit 261 ubi quomodo expulſus & libri eius exuſti
Facere paria elegans dicendi modus pro quo 433
Facetum circa quæ conſiſtat, ubi quis facetus dicatur, & quid à dicace differat 25
Faciem pro aſpectu etiam de inanimis dici 299.300
Factio pro quo ſumatur 14
Factiones aurigarum olim Romæ quomodo diſtinguerentur 516 ubi quid ſit Praſinum
Facundia qua re renouetur & confirmetur 417
Felicitas in quot partes diuidatur à Platone 136.p.
Felix & beatus quid differant, ubi quid beare, quotuplex felicitas & alia notanda 8
Ferentarij equites qui dicantur, ubi variæ eorum ſpecies 158
Feſtinandum oratori apud quos iudices ſit 350
Feriæ Ioui dicatæ, quot earum genera, quidque per eas liceret agere 571
Fictor & figulus quis ſit 27
Ficus Chiæ præſtantia 18
Firmum caſtellum ubi 376
Firmus ſub Antonino quidam, item & alij à Tacito & Secundo recitati 51 & ſeq.
Fiſcus quomodo aduocatum & procuratorem haberet 65.p.
Flacci plures recenſentur 280.& ſeq. ubi etiam de multis Calphurnijs
Flagitium quid ſit, & quod ab eo uerbum 10
Flamines XXV. & quis inter eos ſummus 114
Flumen unde dictum 147.p.
Fluuium omnem olim proprium habuiſſe deum 472
Fœminæ dotatæ cur ad ſobolem creandam neceſſariæ 40
Fœminæ multæ quæ claris uiris dedecus pepererunt narrantur 150.p.
Fontis Pliniani natura 272
Fontis apud Gades mira natura ex Plinio 274
Formiæ ubi 366
Foroiulienſes, aliàs Concubienſes ubi ſint 339. & ſeq. ubi & alia Foroiulia leges
Formula pro modo procedendi poſt litem, cum aliis ſignificatis 323
Fortiter pro conſtanter & animoſe 261.
Fortitudinem animi eſſe, quibus fortis nomen conueniat quibus non 148.p.
Fortunæ quomodo omnia. rex Tullus aſcripſerit, ubi cur Apuleio ſit exoculata 341
Fraxinus arbor qualis, & ad quid maximè utilis 471
Frontones plures recenſentur 98
Frugi homo quis dicatur Cicer. frugalitas unde & cur ueniat, ex Fabio 64
Frugum duo genera 301 ubi ad id ſpectantia multa
Fruges ubi inuentæ primùm 505
Fugitiuus propriè quis dicatur 548
616 & ſeq. ubi de ſtatione & ſtationarijs
Fulgor & fulguratio quid differant 379
Funera publica quibus olim conceſſa, & unde conſuetudo eorum 73
Furcifer Latinis quis & unde diceretur, & quomodo Græcis dicatur 448

Fuſcus Salinator 363

G

Gaditana cantica quæ dicantur copioſè declaratur 43
Galba imperator quem adoptauerit & qualem 143 ubi de Othonis defectione
Galli plures recenſentur 125
Ganea pro gula & luxu 91 & ſeq. p. ubi quid propriè ganeum & unde dicatur
Gaudium per honores quanta ſit uoluptas ex Xenophonte 452
Gelidum plus quàm frigidum 297
Generi quales olim quærerentur 40
Generaliter & ſpecialiter quomodo accipiantur 257
Genialis quis fuerit 477
Genius quis deus ſit & unde dictus, quámque apud homines poteſtatem habeat 57. p.
Gentilis quis ſit & quid gentilitas 67. p.
Gentile & gentilitium quid differant 367
Germania quibus ab alijs nationibus ſeparetur 502 ubi nomen illud nouum declaratur
Germanorum ferocitas, robur & animorum præſtantia 23. p. quibus ab alijs regionibus diſterminentur 27. p.
Geſtatio quid ſit 132
Getulicus Epigramm. ſcripſit 287
Gladiatores ubi primùm inuenti, quando & ad quid exhiberi ſolent, & quis primus exhibuerit in urbe 21
Gladiatorum munus in funere illuſtriũ exhiberi ſolitum 404
Gloria quid habeat laudabile 22
ante cineres rara eſt 78 uirtutis eſt umbra 108. p.
Gloria & laude excitari pueros cur ſit bonum 336
Gracchi fratres oratores boni 54
Græcis, poetis potiſſimùm, maiorem eſſe in uerbis licentiam quàm Latinis 255
Græca in Latinum uertere & contrà cur à multis probatum 416
Græcorum dicendi genus notatur 341
Græculi ignominioſè in Græcos dicitur 26. p. ubi ut molles & cæterarum gentium corruptores notantur
Grandem non ſtatim de ætate dici 57 ubi grandire uerbum à Catone uſurpatum
Grauiter dicere oratoris eſſe proprium 105
Gymnaſia Atticæ tria ex Suida 67 ubi qui Gymnoſophiſtæ
Gymnaſium quis locus in ædibus, de athletis propriè dici 128

H

Hæredes quomodo erga defunctos affici debeant ex Paulo 277
Hæteriæ ſiue hætariæ, ſodalitates 632
Hama inter inſtrumenta ruſtica numeratur, ubi quid aliàs ſignificet 586
Haruſpices quomodo diuinarent 349
Heliogabali menſæ & lecti quales 499
Heliocaminus qualis locus in ædibus 135
Heluidius cur à Domitiano occiſus 259
Heracleas plures apud autores reperiri 618
Herennius Senecio qualis, à quo & propter quid occiſus 11
Heus quam ſignificationẽ habeat 41
Hendecaſyllabum carmen quale ſit, & qui in eo claruerint, quótque ſint genera, & quid tractet 247
Hibernaculum quid ſit 128
Hic & ille pronomina contra aliorum uſum ponuntur 162
Hipo Libyæ ciuitas, ubi & de alia hipone multa 552

Hippodromus quis locus in domo 304
Hippocauſtum quid 306 quomodo Latinè dicatur 130
Hiſpulla Secundi amita 34
Hiſtoria quanta eſſe debeat, & quomodo lucida fiat 45. quare quocunque modo ſcripta ſit delectet 315. eius compoſitio quàm ſit difficilis 317 quæ habeat communia ibid. ab oratoribus quomodo diuerſa ibid. de hiſtoriæ ſcribendæ ratione perlege uſque 320. eius uera uirtus & hiſtorici uerum officium 426 eius finis 534
Homeri carmen explicatur 16 ubi de Achillis precibus ad Iouem pro Patroclo. hunc locum ubi imitatus ſit Virgilius ibid. quàm copioſus fuerit in deſcriptione armorum Achillis, ubi & de Vergil. 310
Hominis ignaui uotum 5
Hominem exorabilem eſſe debere Græca ſententia probatur 501
Honorarium ſubſtantiuum quid ſignificet 641 & ſeq.
Honorem honorantibus eſſe ex Ariſt. 7. p
Honorificum quid ſit 14
Hortenſius qualis & quantus orator fuerit, quomodo æmulus Cicer. fuerit & alia multa 283
Horreum 131
Humanitas quid efficiat, quotuplex ſit Platoni, quomodo Græcè dicatur, & qui ſint humaniſſimi 26
Humanitas pro hominibus 292 iterum quomodo Græcè dicatur 487 in homine quid præſtet, & quanta apud Græcos fuerit 505
Hyperbaton quomodo fiat, & cur uitioſum ſit 469 quid ſit, quot ſpecies habeat ibid.

I

Iabolenus quis & qualis fuerit 367
Iam pro præterea 16
Iambici uerſus ex Demoſthene citati explicantur 269
Iamdudũ pro quo aliquãdo ſumatur 107. p.
Iatraliptes quis dicatur, & unde formetur illa dictio 568
Icaria inſula ubi & unde ſic dicta 409
Identidem pro ſæpius pons multis teſtimonijs confirmatur 37
Idolum quid ſit & unde deriuetur 443
Imitationẽ nũquã autori reſpõdere 449
In melius, peius, maius & ſimiles dicendi formæ autoribus frequentes 561
Impendiũ quid ſignificet ex Varrone 41 ubi impẽdio aduerbiũ quid ſignificet
Imperatorum imaginibus quanta olim reuerentia adhibita 617 ubi de ſtatuis multa ſcitu digna
Imperatores quomodo rerum ſuarum geſtarum commentarios ſcriberẽt 630
Imperatoris nomẽ quibus olim daretur, & quomodo ad Cæſares deuenerit 16. p. & 22. p.
Imperatori omnium regionum itinera nota eſſe debere 29 p.
Imperatorum uxores & ſorores Auguſtas uocari ſolitas fuiſſe 152. p.
Imperij onera quæ ſint: & quæ imperanti potiſſimum neceſſaria ex uarijs autoribus 66. p.
Impræſentia & impræſentiarum 17
Impunè, liberè 475
Imputare pro accuſare, aſcribere, obijcere 381
Indagare quid ſit 62 p.
In diem uiuere 295
Indictiones unde dictæ, & quem uſum habuerint 51. p.
Inductio Rhetoribus quid ſit 21
Induciæ quid & quãdo darẽtur 21 & ſ. p
Indulgentia quid ſit 573 ubi cur non mirum eſſe debeat quod contra ueterum uſum hac uſus ſit Secundus
Ingenij facilis iudicium ſecundum philoſophos 27
Ingenui qui ſint uerè 430

Initiatum pro inſtituto metaphoricè dici poſſe 332 ubi de initiatione multa notatu digna
Inquietor quàm rarum uerbum ſit 24
Inquiſitio quid ſit 340
Inſulæ ſemper aquis innatantes recenſentur 467
Inſtitutiones unde & quid dicantur 28
In ſumma, uel ad ſummam quando dicamus 35
Integritas magna pauperis laus eſt 574
Intentio ſumma quid efficiat, quid remiſſa 8
Intercapedo quid ſit, & quomodo obſcœnum uerbum ſit 176
Interpellare quid ſit 163
Inuideamus quibus & quare 20
Inuidere bonum elegãtius quàm bono 31
Iocari quò referatur 247
Ioſephus emẽdatur ubi ſcribitur Cæſarẽ ad Liberum pro ad Laberium ſcripſiſſe 617
Iſæum & Serapium Iſidis & Serapidis, ubi templum Iſſon & Hyſſon 586
Iſæi apud Athenienſes duo qui & quales fuerint 79
Iſocrates quis & qualis fuerit, cùm quomodò pudor non impedierit, quominus eſſet bonus orator 392
Iubentius Celſus quis fuerit 354 ubi Iuuenalis commentatores notantur illic Celſo dictare paratæ, Sat. octaua
Iudicia hominum quàm uaria 59
Iudices eſſe & in XIIII gradu ſedere legibus uetitum fuiſſe 40
Iudicium Diomedi quid ſit 364
Iudex & arbiter quid differant 448
Iudicia maiora qui exercerẽt Romæ 108
Iugulus in homine quàm letalis, ubi iugulare literis & uerbis metaphoræ 59
Iulius Cæſar poëma reliquit 288 ubi quomodo in numerum deorum relatus. quot & quales leges tulerit 74.p.
Iuliani iuriſconſulti locus reſtituitur pro Euriptio Euritio 44
Iulij Paſtoris infans à quo occiſus, ubi & alij recenſentur Paſtores 50
Iulius Candidus quis & qualis 342
Iulia Baſilica centumuiralibus cauſis propria 402
Iulius orator quantus & quàm uehemens 414 quomodo Senatus populique acta diurna in Aerarium referre inſtituerit 467 ubi de ſtatuis loricatis & alijs
Iulio menſe domos mutabãt Romani 489
Iulius Seruianus optimus & exactiſſimus quoties conſul 564 eius lex de repetundis 101
Iunius Ruſticus philoſophus 188
Iunius Mauricus uel Maricus: quis & qualis fuerit 13
Iurare more ſolenni quomodo ſolerent Romani 600
Ius publicum quid ſit ex Iuſtiniano 478
Ius & æquitas quid differant 70.p.
Iuris publici & priuati uariæ definitiones 65 ubi qd iuriſprudẽtia ex Vlpian.
Ius cognoſcendi penes quem eſſet 344 ubi de iudicandi iure & Prætore urbano
Iuſti duo recenſentur 12
Iuſtiniani de exhæredandis liberis cautio, ubi qui ſint ingrati & quæ ingratitudinis ſpecies 277

K

Κέχυκα præteritum à quo uerbo, & quid ſignificet 34

L

Laberius Maximus quis fuerit 617
Labrũ quid in balneis, ubi faciẽdum 304. & ſeq. ubi labrum uinarium ex Catone
Lac tuſſienti ubi & quando commodum 340 ubi babes quæ ſint tuſſien-

tibus fugienda, & quæ tuſſis magis ſit timenda

Lacedæmonij *quomodo imperium ſemel perditum recuperare nequiuerint* 508

Lacus Albanus *ubi & qualis* 147

Lactuca *olim quando apponi ſolita, eius uis & qualitas* 41

Laguncula *quid, unde & Græcis quomodo dicatur* 16

Lancea *quale uerbum, quid ſignificet, & quomodo Græcis dicatur* 15

Larem *pro domo uſurpari, quàm ſit frequens* 85 *& ſeq. ubi de* Laribus *&* Larario *multa*

Largitio *quid ſit* 20

Largius Licinus *qualis uir fuerit* 120

Laſciua *carmina non efficere autores laſciuos* 248

Lateri *conſulere quid ſit ubi de latere multa leges* 104

Latinè *loqui quid ſit, ubi de analogia grammatica* 29.30

Latro *orator cur meritò à* Seneca *reprehendatur* 104

Laurea *quid & quibus olim dari ſolita* 15.p.

Laudatio *à laude quid differat ex* Seneca 510

Lechytus *unde deriuetur, & quid ſignificet* 4

Lectio *multa quid conferat* 81

Legatorum Vitellij *ad* Veſpaſiani *duces ſors diuerſa* 10.*& ſeq.*

Legendi *primùm* Romæ *quæ fuerit facultas, deinde quomodo reſciſſa* 279 *ubi de inofficioſo teſtamento*

Legati *nomen ſemper ſacroſanctũ* 182

Legatum *propriè* Procõſulis *dici* 109 *ubi quam poteſtatem habuerit &* 18.p.

Leges *ſemper reo fauere* 484

Legio *tota quot* Centuriònes *haberet, cum ampla ipſorum deſcriptione* 619 *quibus conſtaret potiſſimum* 28 p.

Legio *una quot cohortes haberet, & ſingulæ cohortes quot milites* 179

Lemma *quàm multa ſignificet* 268

Lenocinari *quale uerbum, & quàm familiare* Fabio 20

Lenocinij *crimen qui incurrant* 396

Lepos *quid ſit, & quis lepidus* 360

Lex Iulia *de* Repetũdis *quæ cauerit* 101

Lex Cornelia *de* Sicariis *quid cauerit* 103

Liberi *pluraliter tantũ quid ſignent, itẽ qui eorũ nomine comprehendantur* 28

Liberorum *appellatione etiam filias intelligi* 259

Liberi *& poſteri propriè qui dicantur* 491

Libelli *propriè quid ſint, pro quo apud autores accipiantur* 29

Libellus *pro accuſatione* 421

Liberi *maximè qui ſint ubi de libertate* Græcorũ *per* Romanos *ſeruata* 505*& ſ.*

Libertinos Patronorum *originem ſequi, ubi quid faciat municipem* 451 Libertini *patronos debent alere* 573

Liber *& uolumẽ quid differãt* 159.*& ſ.*

Libris *qualia mandanda ſint ex* Fabio 57

Librator, *qui hodie libellator, quis ſit* 593

Liburnicarum *nauium præſtantia, & quando primum earum uſus in notitiam* Rom. *uenerit* 370

Licini *ingentes opes, ubi & mirandi* Fontis *deſcriptio* 272

Lippitudinis *curatio ex* Celſo 435

Literæ *quibus in dandis ſuffragiis ſubſcribebantur* 266

Literatus *quis ſit, quid à litteratore iuxta quoſdam differat* 338 *ubi quomodo apud* Apuleium *ponatur*

Liturgion *quid &* Liturgia 109 *&* 111

Loquentia *quid ſit* 342

Lubricus *definitur* 19 *grammaticis quid dicatur* 56

Lucanus *cur à quibuſdam uerſificator non poeta dicatur* 462

Lucania *ubi incipiat & ubi terminetur,*

& unde Lucani originem trahât 408
L. Syllani apud hiſtoricos duo legũtur 48
L. Murena à quo accuſatus & à quo defenſus 58
L. Cornelius Balbus à quo ciuitate donatus, & quomodo accuſatus 56
L. Mummius quomodo Achaici nomen conſequutus, ubi de Corinthi deſtructione & Cæcilio Metello 463
L. Bruti ſtatua, ubi quo animo fuerit in tyrannos 105.p.
L. Quintius Cincinnatus quis & qualis fuerit 111.p.
L. Sylla quomodo puer ab ignota muliere ſalutatus, quomodo & quando felix uocatus, itemque alia non negligenda 158 & ſeq.p. qualis orator 284
L. & Qu. Metellorum ſumma pietas 159 & ſeq.p.
L. Piſo 171
L. Actius ſiue Accius poeta tragicus qualis fuerit 291
Lucubratio quid ſit 161
Ludi cur ſacerdotales & ſacri dicti 437 ubi de uarijs ludorum generibus & inſtitutione
Ludicras artes exercentes quomodo olim infames fuerint habiti, & quæ ſint artes ludicræ 102.p.
Lugendi tempus cur fœminis à maioribus conſtitutum, ubi mirũ nullum luctum eſſe legitimum 523
Lugdunum à quo Lugdunenſis Gallia nomen habet, ubi ſit ſitum, à quo conditum, quomodo deſtructum iterum ſit reſtitutum 525 ubi de ara Cæſaris & certamine literarum illic inſtituto
Luridus & luror 381
Luſus poſt ſeria etiam eſſe aſſumendos 498
Luſcinia, & de ea multa obſeruatu digniſſima 218
Luſtrum quid ſit, Luſtrandi mos, & unde luſtri ratio originem ſumpſerit 558 & ſeq.
Luſtricus Bruttianus laudatur 383
Lymphati qui dicantur 581
Lyræ olim contemptus, & Muſicæ ruina 42
Lyrico carmini chorum induci ex Horatio 426 ubi de choro & eius ratione multa
Lyſias cuias, qualis, & qualem Socrati orationem compoſuerit 54

M

Macrinus quomodo ſanguinis profluuio per os laborarit ex Plinio ſeniore eius cenſus 40
Maceria quid & quomodo fiat 303. & ſeq.
Macte quæ dictio, quis eius uſus, & unde 83.p.
Magiſtratus petentium Romæ cultus qualis 77
Magiſtratus quid denotet 263 ubi multa ſcitu digna
Magiſtratus petituri quomodo ſuffragatores inuitarent 376
Magiſtratus quomodo in quibuſdam reliquis ſenatoribus præualebant 479 & ſeq. ubi quomodo Senatus haberi ſoleret ex Varrone
Magiſtratuum gerendorum certum fuiſſe ordinem 620
Magnitudo cum fortitudine eadem, & quis uerè magnus ſit 66
Magnificentia quid ſit 258
Magiſtratum omnem poteſtatem dici, ubi de poteſtate 508
Manes quid ſint, unde cùrque ſic dicantur, & dij credantur 442
Malea promontorium ubi, quantum ab Herculis Columnis diſtet 576 cùm Maleam deflexus &c. prouerbium ibidem
Manuli quid ſint 218

Manuum tremorem inter quos morbos ponat Celſus 75
Manumittendi forma qualis olim fuerit 425
Manumitti & emancipari aliquomodo differre, confundi tamen aliquando 492
Manumiſſorum triplicem libertatem fuiſſe 638
Manceps quid dicatur 118 ubi quædam notanda
M. Reguli doloſi mores notantur 6 & ſeq.
M. Meſſala qualis fuerit, quo tempore uixerit, & quàm facundus fuerit 283
M. Brutus omnes philoſophos quomodo legerit, qualis orator fuerit, ubi & de eodem alia multa 283 284
M. Antonius in eloquentia primus fuit 342
M. Furius Camillus quomodo Vrbe Gallos expulerit 105 p.
Mare cur Oceanus dicatur, ubi de eius æſtibus multa haud aſpernanda 273
Mare Laurentino agro proximum quos piſces habeat 281
Mare tertia pars mundi, ubi de eius æſtibus iterum 552
Margarita, margaritum, uel margaris ubi ubi inueniri ſoleat 333 ubi de gemmis quædam
Margo maſculini gener. & fœminini 300
Marius ſepties conſul 463
Martis campus ubi Romæ, & quis populo donauerit 121 & ſeq. p.
Materia Græcis quomodò dicatur, ubi multa obſeruanda 205
Mauricus laudatur 15
Maximi plures recenſentur 116
Mediolanum in qua regione ſit, quando & à quibus conditum, cur ſic dictum profeſſione literarũ olim clarum 245
Medicum apud Iuriſconſultum inter ſeruos poni 568
μελέτη declamatio 392
Meliores autores ſemper eſſe legẽdos 419
Membra pro partibus domus 302
Menedemus Aſclepiadis defuncti amicum quomodo exceperit 362
Menandri plures recenſentur 382. 383.
Menſura quàm ſit in omni re bona 555
Menſtruum pro cura officij per menſem 570 item menſtruum quid ſit agricolis ex Colum. ibidem
de Merula multa obſeruanda 218
Metius Carus ſub Domitiano delator maximus 11
μικρόψυχος quid Latinè dicatur 79
Miliaria quomodo ſignarent antiqui 125 & 447 & 572
Milites euocati qui dicantur & quid ſit euocatio 353
Miles & paganus correlatiua 440 ubi de paganis multa ſcitu digna
Miles unde appellationem habeat ex Vlp. 19. p.
Milites exercendi ante pugnam mos apud ueteres 24. p.
Mimos ſpectantes ad riſum quomodo cogerentur 282 ubi quis inter Mimographos excelluerit
Mimambi qui dicantur, ubi de mimo iterum quid ſit 382
Minutius Fundanus quis & qualis fuerit 23
Miror apud Latinos quomodo mutet ſignificatum, ubi de θαυμάζω Græco uerbo 533
Modeſti tres recenſentur 12
Modeſtia & moderatio quibuſdam quid differre uideantur 31. p.
Modo non & tantumnon quæ loquendi formæ 503
Momentum & momentaria uita 272
Momentarium uenenum, maritus, uita & ſimilia ibid.
Montani plures 384
Monumentum quid ſit 361
Moriones qui dicantur, merari prima producta

productæ quid ſignificet 531
Morbi hæreditarij qui ſint ex Galeno & Auicenna 33
Mors cur extra omne malum 35
Mortalitas pro corpore uel conditione moriendi 78 pro morte Iuriſconſultis frequens 264 & 513
Mortui quales olim apud Romanos laudarentur, & unde talium laudum initium 75. & ſeq. ubi de Roſtris multa
Mortuos non eſſe incuſandos 11
Mortuos accuſare leges uetant 175. & ſeq. iniuria non eſſe afficiendos Græcis & Latinis probatur teſtimonijs 12
Mos quid ſit ex Iureconſultis 259
Mulcta quid ſignificet 271
Municipes qui ſint & unde dicantur 18. & ſeq. ubi quot eorum ſpecies & quomodo hodie dicantur
Munificentiæ proprium officium 20
Municius Macrinus quis, ubi & de alio Macrino 38
Munus quot modis dicatur 101. p.
Muſeum quid dicatur, quale à Cl. Cæſare extructum ſit 24
Muſculi quid ſint 167
Muſonius 188 ubi de eius exilio, & fonte ab eo facto, quo loco reprehenditur & Suidas
Muſſare quid ſit 186. & ſeq.

N

NArbonenſis prouinciæ ſitus qualis 439. & ſeq.
Narnia oppidum ubi & quale ſit, quidque mirandum habeat 9
Narratio qualis eſſe debeat 81
Narrationis initium unde faciendum ex Fabio 5. p.
Naturæ ſimilitudo quantum ualeat ad conciliandum amicitiam 434
Neceſſitas rationis pars, ubi de eius effectu & ui multa haud negligenda 392
Neceſſitatem à neceſſitudine non differre magis quàm à ſuauitudine differt ſuauitas 504
Nero ingratorum in principes teſtamenta quò pertinere uoluerit 76. p. ſcenicis artibus quantum deditus fuerit 82. p. eius crudelitate occiſorum enumeratio 294 quos libertorum ſuorum nomine ſuſpexerit 465
Nerua imperator aliàs grauis & ſeuerus epigrammatibus luſit 288. 289 ubi de eius ingenio teſtimonia. eum cum Orphito & Ruſo cur miſerit in exilium Domitianus 454 eius ſumma liberalitas & agraria lex 450 eius ad Secundũ literæ dum exularet Tarenti 454 eius edictũ ſuperiorũ principum codicillos, priuilegia, diplomata confirmans 606 eo imperatore creato quis titulus in Capitolio ſit poſitus 523 adoptato Traiano quomodo non diu uixerit 563 quot annos imperauerit 31. p. relatus in numerum deorum Senatus decreto 19 & ſeq. edictum eius contra ſeruos & pro ſeruis 74 & ſeq. p.
Nicæa temporibus Traiani quis fuerit, ubi & de Nicæa Athenienſi 356
Nicæas ciuitates multas eſſe ubi de Nicæa Bithyniæ metropoli multa 612 & ſeq.
Nicomedia ubi ſit, à quo condita & ſic nominata 593
Nili incrementum quantum eſſe debeat ad pariendã magnã fertilitatem Aegypto, ubi de eo multa ſcitu digniſſima 53. p.
Niuis reponendæ officinæ Romæ & quis eius uſus fuerit 42
Nonij duo recenſentur 157
Nonius celer quis & qualis fuerit quàmque celebris 400 quomodo Iuuenali diues, Plinio uerò minimè dicatur ibid.

Notarius quis dicatur 164
Nomenclator, uel nomenculator quis diceretur & unde 119
Numerus uirginum raptarum à Romulo ibidem
Numidius Quadratus 363 ubi & plures recenſentur Quadrati
Nuncupare quid ſit, propriè de uotis dici, ubi de uotorum ſuſceptione 636
Numiſmata Imperatorum argentea quomodo olim diſtincta, ubi de diuino uultu aſſumpto 97.p.
Nummorum aureorum quis inuentor ex Plinio 166

O

O Aduerbium quot affectibus conueniat 315
Obex hic uel hæc quid ſit, pro quo ſumatur 85 p.
Obiter in tranſitu ſimul 571
Oblecto quid ſit & unde 247
Obſeruatio quid ſit, & ad quid referatur 344
Obſonia antiquis manducat, ubi quid ſit obſonare 645
Oculorum uſus & effectus 141
Odoratum & odorū quid differant 133
Officium quid ſit & unde dicatur 48
Olympi plura ſignificata 622
Omen quid ſit & unde dicatur 10.p.
Opiſtographus quid ſit, ubi de ueterum ſcribendi ratione multa & de chartis 165
Oratori qualia uerba conueniāt 45 eius officium ex Cicerone & Fabio 317
Orator quando digreſſionibus amœnus ſit 3
Oratoris ſummi eſſe populo ſummum uideri 428
Orationis breuitas & uelocitas quid differant 61
Oratio quibus conſtet & quid in his conſiderandum 80 & ſeq. ubi quale debeat eſſe principium, & quàm difficile ſit illud inuenire
Orationi ſplendorem qualia uerba adferant 416
Ordo de quibus propriè dicatur 291
Ordo rerum quot momentis inſeratur 462
Ordines tres in Vrbe fuiſſe, quiſque amplißimus fuerit 566
Ordinarij qui dicerentur 387 ubi quid ordo in bello uocetur
Orexis propriè quid ſignificet & unde deriuetur 431
Oſtreorum natura, & quis Romæ primus uiua habuerit 43
Otriculani populi qui & ubi 8. & ſeq.
Oua quando apponi olim ſolita 41 ubi de ouis multa iucunda leges
Ouatio cui olim decerni ſoleret 26.p.

P

PAcorus Parthiæ & Mediæ rex 617. & ſeq.
Padus fluuius unde ueniat, quantus ſit, quomodo Græcis dicatur, & quò fluat 347. & ſeq.
Pætus quid ſit, & quæ ab eo deriuentur 248
Pædagogium quod domus membrū ſit 445
Palatium quid ſit, ubi Romæ fuerit & quibus dictum nominibus 36
Panarium quid ſit 16
Pallas primò ſeruus, deinde Neronis libertus, ad quam peruenerit autoritatem quantáſque opes habuerit, & quomodo ſublatus ſit 447
Pallidi cur ferè ſtudioſi æſtimentur 348
Pantheras abſolutè Africanas dici, ubi de illarum exhibitione in Ludis 404
Panegyricæ orationes quales ſint, quid Panegyris aliáque multa notatu digna 2.p.
Pantomimorum ars copioſè deſcribitur 436
Paphlagonia quæ confinia habeat, quomodo olim uocata, à quo id nomen ſor-

tita 582
πάντα λίθον κινεῖ prouerbium quale & à quibus uſurpatum 60
Parmenſium autoritas quanta olim fuerit, & quàm præſtantes illinc ſint lanæ 270
Par parem quomodo delectet, ubi habes Græcum prouerbium 52
Participium futuri temporis præteriti ſignificationem habet 400
Paradoxon quomodo interpretetur, & quem imitatus ſit Cicero in ſuis ſcribendis 541
Parthenij & Petronij exitus, ubi Sextus Aurelius probatur Oroſio contraria ſcribere 12 p
Paſſienus Paulus quis fuerit, & unde genus traxerit, quidq; ſcripſerit 367 ubi & de alijs Paulis
Paſſienus Criſpus quis & qualis fuerit, qua re clarus, & quomodo Neroni magnam hæreditatem reliquerit 414
Paſtus ſubſtantiuum quid ſignificet 633
Paternus & Maternus qui fuerint 64
Patrocinio & orandi maieſtate cur nihil ſit pulchrius 346
Patientiam præſtare Iuriſconſultis familiaris loquutio 351
Patronorum in libertos iura lege XII tabularum inſtituta & poſtea aucta qualia 637. & ſeq.
Patrem patriæ quem appellarent olim Romani, & qui fuerint appellati 38. p.
Patronis circa teſtes cur maximus labor ſit 180
Pauere antiquis quid ſignificaret 193
Paupertas nimia quomodo homines ad ſtudia excitet 431
Pauperem donis non corrumpi quàm ſit laudabile 574. ubi de integro & integritate
Peccata eſſe paria quomodo probarent Stoici, & qui imparia eſſe affirmarint 456
Pergamum Aſiæ ciuitas clariſſima 577. ubi de pellibus Pergamenis
Pericles oratoris an aliqua extiterint opera 55. eius eloquentia quanta & qualis fuerit 60. 61. ubi de πειθῶ & Suada dea
Perperam uox eſt barbara 163
Perſonam imponere, ſumere, & ſimilia quid 70
Perſuadeamus quomodo, & qui ſint perſuaſionis loci 61
Peruſia ciuitas ubi, & à quo illuſtrata 9
Perenne quid & unde 300
Periodus quid dicatur, quæ ſint eius membra, ubi de ſententiarum diuiſione quædam notanda 341
Perſpicuitatis uirtus prima quæ ſit 469
Perſequi uel exequi ſententiam quomodo quis dicatur 480
Periſtilum quomodo Latinè dici poſſit & quid ſit 614
Pertica menſuræ genus, & prouerbium una pertica 478
Pertinax Imperator quos hæredes non reciperet 73. p.
Phantaſma quid dicatur ex Diogene 441. & ſeq. ubi certò apparere aliquando exemplis confirmatur, & aduerſus ea remedium ponitur
Philoſophiæ multiplex diuiſio & explicatio 30
Philoſophi nomine quis ſit appellandus ex Cic. 66
Philoſophia uera quænam ſit 84. p.
Philoſophiæ pars optima quæ ſit 424. eius effectus 441
Philoſophi urbe & Italia eiecti 186
Pietas quid ſit 256. eius definitio, & quid ſit impietas 453
Picenum quouſque extendatur, Piceni unde dicti & quàm feraces 348
Pignora quàm latè uſurpent Tacitus &

Secundus 32. & ſeq. ubi quid ſit pignus ex Vlp.
Pila lapidis cuiuſdam ſpecies, ubi & alia eius ſignificatio 399
Pilæ luſoriæ quis inuentor 149
Pilum quid ſit, ubi de miſſili & haſtili 109 p.
Pirenei montis ampla deſcriptio 27. p.
Piſcinæ ad natandum tantùm ſine piſcibus factæ 130
Piſones quare frugi dicti ſint 159. p.
Platanus olim ad quid compararetur ex Cicer. 307
Platonis laus ex Fabio 27. quando. & cur Plato dictus ibid. uerſus quomodo ſcripſerit 418
Plinius ſenior quæ ſcripſerit, quomodo obierit, copioſè habes 368. & ſeq. quæ ſtatura fuerit 373
Plotina Traiani uxor qualis fuerit, à quo & cur inter deos relata 547. eius probitas quanta fuerit
Podium quid dicatur, cui uſui ſit, & quomodo extruendum 305
Pœna & mulcta quid differant ex Iureconſultis 271
Poetas eos præſtantiſſimos eſſe, qui furore aguntur ex Platone 417. deos ſẽper inuocare in principijs operũ 461
Poetis oratori quàm ſitimus ex Cicerone 417
Poetas naſci oratores uerò fieri ex Cicer. 551. uates nullos mediocres uideri ibid.
Poetæ quomodo res deſcrib. debeant 461
Polycletus Neronis libertus 397
Polyæni ſeptem recenſentur 413
Poma pro arborib⁹ in neutro genere 308
Pompeius Falco quis fuerit, & quo tempore uixerit 68. ubi quomodo Adriano inſidias ſtruxerit
Pompeius Saturninus quis & qualis fuerit 18. ubi Saturnini plures recẽſentur.
Pompeij multi illuſtres uiri fuerunt 464
Pompeius cur & quando cognomen Magni obtinuerit 159
Pompeius conſul quomodo à Varrone libris habuerit, & qd' is continuerit 327
Pomponius tragicus præſtantiſſimus ex Fabio. 158
Pontifici Maximo in ſacris quomodo uerba ſolennia prædici ſolerent 124 p. ipſi quæ curanda eſſent 613 & ſeq.
Pontus triplex ponitur, & unde omnes nomen habeant declaratur 618
Ponto nauis genus ad quid conducat, & qualis ſit 399
Populare quid ſignificet 7
Porta ubi propriè dicatur 324
Porro affirmantis aduerbium 21
Porticus Liuiæ Romæ ubi, à quo & quomodo extructa 13
Portus quid appelletur 399
Portendere, portenta. 146
Poſtulare quid ſit 293. & 485
Poſtliminium quid ſit & unde dicatur 69 p.
Prædium, poſſeſſio & ager quid differant 339
Præfatio quid ſit, & quis eius uſus. 36
Præiudiciorum uis omnis in quibus uerſetur, & unde deriuetur præiudicium 276
Præfectura urbis quantum poteſtatis habuerit, & quouſque protenderetur 362. & ſeq. ubi de uarijs magiſtratibus multa
Præfecti prætorio duo, & unde ipſorum origo 438. & 603
Præluſio quid ſit 366
Prætorius quid ſit, & qui prætorij dicerentur 39
Prætexta quod ueſtis genus, quorum primò eſſet, quomodo ad nobiliores deuenerit & quando 245
Prætor quam poteſtatem habuerit ex Pomponio 346
Prætores duo in urbe creari ſoliti 186
Prætorum fuit ludos dare 421

Prætextam paludamento mutare quid, quid ſit paludamentum, & de prætexta iterum 108.& ſeq.
Præuaricatio quid ſit, quis dicatur præuaricator & unde deriuetur 53. 328. & 453
Prati cultus cur agricolis neceſſarius 300
Precarium quid dicatur, & unde eius donatio orta ſit 449
Preſſus pro diligenti & intento 66
Princeps quis dicatur, & quàm latè ſumatur 38
Principalis dictio quibus familiaris 465. principales mores, id eſt, ad principem pertinentes 95.p.
Priſci plures recenſentur 113
Priuatus quomodo principis reſpectu ſumatur interdum 75
Priuilegium quid ſit & unde deriuetur 597
Proculus quomodo à Caligula tractatus 59.p.
Procuratorum Cæſareorum acta quàm rata olim fuerint 625
Procuratores qui dicerentur, & quam poteſtatem haberent ibid.
Proceſtrium quid ſit 130
Promouere quid ſit 450
Pronunciare qui dicantur Iureconſultis, & quæ ſint alia huius uerbi ſignificata 12
Proinde 16.& 25
Prouocare quid ſit, ubi prouocatus cauſas ſemper melius intelligat 419
Proſcribere & præſcribere quid 420
Prouinciæ unde dictæ 33.p.
Prouinciæ continentes quæ dicantur Iuriſconſulto 467
Prouinciales quos intelligere debeamus 538
Prouinciis omnibus Proconſules non præfuiſſe 616
Proſopraxiam quomodo Suidas interpretetur, & quomodo Iureconſultis accipiatur 639
Prudentia cur in iuuenes cadere non dicatur 332
Prudentia ſapientiæ pars, ubi cur meritò Traianus prudentiſſimus & prouidentiſſimus dictus ſit 488
Pruſa & Pruſias quid differant, ubi de utraque abundè 605
Pſittacus & eius natura 218 & ſeq.
Publius Egnatius qualis fuerit 343. ubi Egnatij plures recenſentur
Publicani qui dicerentur olim Romanis 423.424
Publicare pro ad ærarium referre ex Vlp. 453
P. Rutilius quomodo armorũ tractãdorũ meditationẽ militibus tradiderit 479
Pudicius ſecundum analogiam melius dici quàm pudicitius 246
Puellariter aduerbium rectè deduci à puellaris 474
Pugillares quid ſint, unde dicantur & quis uſus 15.& ſeq.
Pullati pro imperijs 427
Puluinus quid ſit, quomodo agricolis uſurpetur 302
Pumices quid Plinio dicantur, ubi multa ſunt notatu digniſſima 371
Pupill⁹ quid ſit, & unde deriuatur 548
Puritas in oratiõe quomodo cõcilietur 258
Pus circa uerenda & ex cole profluens deſcribitur 387
Putationem pro diuerſo cœlo diuerſam eſſe debere 571
Pyrenæus mons ubi ſitus 27.p.

Q

QVà pro partim 161
Quæſtor quid ſit, & quotuplex ſit 209 & ſeq.
Quæſtor prouincialis qualis & cui prouinciæ dari ſolitus 243. quomodo Cõſulẽ, uel prætorẽ ſuũ habere debeat 503
Quæſtores Cæſaris qui dicerentur 424
Quæſtio quàm latè pateat & quomodo

duplicìter in iudiciis accipiatur 272
Quietus quomodo Iudæos Meſopotamia expulerit, & tandem ab Adriano exarmatus ſit, ubi & de Ventidio Quieto 390. & ſeq.
Qu. Luctatij Catuli hiſtoria amplè ponitur 284
Qu. Scæuola in AEdilitate quid fecerit, qualis orator & Iuriſconſultus fuerit 285
Qu. Curtius Rufus quis fuerit & ex quo genere, quódque ei phantaſma apparuerit 442
Quintiani plures recenſentur 519 ubi de Afranio Quintiano plura
Quintilianus cuias fuerit, quo in pretio Romæ habitus ſit 120 Secundi præceptor fuit ibidem. locus apud eum emendatur, ubi pro Pompeio Pomponius legendum eſt 158 quo tempore opus ſuum emiſerit 74
Quinqueuiri quis magiſtratus & quando creatus 77

R

RAtio quando optimè conſtet 15
Rationis eſt, pro exigit ratio, ſimileſque loquendi formulæ quibus familiares 635
Reficere quid ſit 561
Regio quid ſit & unde dicatur 297
Regio Tranſpadana & Ciſpadana 347 & ſeq.
Rhenus fluuius qualis, unde oriatur, quas terras alluat 23 p. & 26. p. ubi de Iſtro iterum
Relationis ius quale & quibus daretur 479 item de relationibus 524
Relatis in numerum deorum templa & ſacerdotum collegia dicari ſolita, ubi de conſecratione Imperatorum 20. p.
Reipublicæ adminiſtrandæ cura cui ætati olim data, & cur aliquando iunioribus permiſſa 620
Rempublicam hæredem inſtitui poſſe multis comprobatur 312
Relegatis à prouincia urbe & Italia interdictũ fuiſſe Claudij cõſtitutione 603
Religio quid ſit 246 & 615
Religiones externas Vrbe quomodo ſemper expellere conati ſint Romani 92. p.
Renunciare officijs ſtudio &c. ſed quàm ſit elegans dicendi modus 77
Renunciatio quid ſit 13
Repetere iam ſæpius dicta quàm ſit utile, ex Fabio 53
Retractare quid ſit 353 & ſeq.
Retractatio quàm ſit utilis ſtudiorum pars, & quod ſit eius munus 417
Retina uilla ubi 370
Reus uel actor Iuriſconſultis & oratoribus quis dicatur 12
Reus quomodo purgari debeat ex Vlpiano 182
Roma religioni deorum maximùm dedita 137. p.
Romani olim frugales, ubi de Tranſpadanorum frugalitate 38
Romani cur & unde Quirites dicti & quid ſit Quiritare 638
Romanos magiſtratus, bella nunquam ſuſcepiſſe uotu nõ pri9 nũcupatu 1. p.
Romulus in quot partes populum Romanum diuiſerit 479
Ruffini plures tempore Plinij recenſentur 260
Ruſtici Aruleni accuſatio, poena, & conſtancia 10

S

SAcerdotium quindecimuirale quando iurare ſolitum 77
Sacerdotes cur ſacri dicti 429
Sacroſanctum Ciceroni quid dicatur, ubi quomodo Tribuni eſſent ſacroſancti 69
Sacrum quid dicatur, ubi de ſacris legibus, & quid ſit ſanctum 468
Sacramentum militare uerbũ propriè, ubi quomodo iurare cogerẽtur milites 583

Sacrificare & litare quid differãt 99.p.
Sagacitas de quibus propriè dicatur 388
Salarium quid 243
Saluius Liberalis *orator* 105
Sandaracurgium mons Ponti *qualis, ubi de pœnis ad metalla miſſorum* 604 *& ſeq.*
Sanctitatem & ſanctimoniam æque La*tinè dici, ſanctitudo quale uerbum, quid ſanctum & ſancta* 27 *& ſeq.*
Sapientem rectè facti conſcientia contentum eſſe 280
Sapientem quemcunque humanis ſubijci affectibus - 487 *& ſeq.*
Saturni ædes cur pecuniæ publicæ receptaculum olim 64.p.
Saturnalia à quo inſtituta 136 *& ſeq.*
Satrius Rufus 14
Sauromatæ qualis populus 610
Scabrum, quid ſcabies, & quomodo ſcabricies chartarum tolli poſſit ex Plinio 487
Scazõtes uerſus qui dicãtur & unde 323
Scena quid ſit Placido *& alijs, quot ſcenarũ genera aliáq; nõ negligenda* 426
Scæuinus Pontius, Pontius *proconſul,* Pontius Lucanus 330
Scire omnes quomodo natura deſiderent 315
Scipioni unde Africani cognomen 463 *ubi & de* Numantino
Scholaſtica lex qualis fuerit 145
Scribere uel ſubſcribere in iure quid, ubi ſubſcribẽdi mos latè explicatur 277
Scribere abſolutè de teſtamentis tantum dici 279
Scrinium quid ſit 291 *ubi multa notanda de eius ſignificatione*
Scriptio multa quàm ſit utilis 81
Scrupulus unde dicatur, ubi plura notatu digna 299. *& ſeq.*
Scurra quis dicatur 531
Sculptor quis dicatur 27
Seianus quomodo diſperſas cohortes primus collegerit 12.p.
Secretum petere quis loquendi modus 13
Semita quid ſit 72
Senatus quoties in menſe haberi ſolitus Romæ 293
Senatuſconſulta qualia dicerentur publica autoritas 466
Senatori ius neſcire quàm ſit turpe 478
Senatus princeps quis eſſet olim, quámq; poteſtatem haberet, & quomodo Græcis *dicatur* 117.p.
Senatorum numerus quomodo diuerſis temporibus uarius fuerit 103
Senatuſconſultum quot modis fieri ſoleret 108
Senatores qua ætate à Senatu *remouerentur* 156 *ubi multa notanda leges, cur & à quo* Patres *uocati, cur & à quo conſcripti*
Seneca quem præceptorẽ habuerit, quos diſcipulos, & conſequenter de eo ampla hiſtoria 287.288. *apud eum emendatur locus* Quæſtionum Naturalium *iij ubi pro mundoſis uadimonis legendum eſt* 496
Senecio quomodo reus factus & damnatus ſit 431. *& ſeq.*
Senectus quãto in honore olim fuerit 478
Sententia apud oratores quàm uariè ſumatur 44
Sententiæ unde aſſumantur 335
Sententiam diuidere quid ſit 483
Septemuiri quinam eſſent 575
Sepulchrum quid ſit, quid à monumento differat, quomodo Græcè *dicatur* 361
Sepulturæ impenſa ſuperflua reprehenditur 534
Seriũ & triſte quid uocauerit antiquitas 31 *ubi ſeriũ ſubſtantiuum & cõparat.*
Sermo ab oratione quid differat 18 *quid ſit* 295
Sertorius qualis fuerit; ubi eius prudens factum memoratur 177
Seruilius Nonianus *qs & qualis fuerit* 36

Seruius Sulpitius interrex quid fecerit, item conſequenter de eo ampla & elegans hiſtoria 285
Seruij locus emendatur ubi pro Ameriam legitur Amerinum 496
Serui quomodo olim manumitterentur 425
Seruorum poenæ quales olim eſſent 584
Seruilis belli in Sicilia ortus & cauſa 73
Serui qui ſint puniendi ſi dominus eorum occidatur 193
Seſtertium & mille nummos eiuſdem eſſe ualoris 52
Seſtertium pro quarta parte denarij, ubi quid ſcrupulus & alia multa notatu digna 110 & ſeq.
Seueritatem & comitatem miſcere quàm ſit in omni re pulchrum 282
Sidus Latinè, Græcè aſtrũ quid ſit 147
Signum in commune quid ſit, & quod eius diminutiuum 56
Signorum Romanorum quod præcipuum fuerit 539
Signatæ tabulæ quæ intelligi debeãt 145
Silentiũ quàm ſit in oratore laudandum & utile aliquando 413
Silius Italicus qualis & quo tempore fuerit 168
Siligo quòd genus leguminis ſit ex Theophraſto & Plinio 60
Similitudo morum quàm ſit ad amicitiam conciliandam efficax 250
Si non pro niſi 294
Sinope oppidum ubi & à quo conſtructum ſit 627
Siphunculi uel ſiphones quid ſint 305 Sipho uel ſipo 586
Socrates quomodo primus Ethicam philoſophiam introduxerit 189
Solea quid ſit & ſoleatus 369
Solea piſcis 139
Solenne quid ſit 630
Solum quid dicatur 377
Somnia uera unde uenire credantur, ubi Homeri uerſus ad id ſpectans explicatur 50
Sophocles quidam quomodo philoſophos omnes Attica expulerit 84 ubi cur aliquando à Romanis idem factum ſit
σοφιστὰς quis olim diceretur, ubi de ea dictione multa 118. & ſeq.
Sors prima pecunia cui ſupercurrit fœnus 359
Sortis & urnæ diligens explicatio 66. p.
Specularis lapis qualis & cui uſui ueteribus eſſet 127
Sphæriſterium 131
Splenium quid ſit, ubi de his qui frontem linebant 349
Sponſalia quid & unde 23
Squilla piſcis 139
Stabiæ oppidum ubi, quomodo & à quo deſtructum 372
Statio qualis locus, quid ibi à maioribus fieret, & unde deriuetur 35 & ſeq.
Statuarum primùm quàm rarus fuerit uſus, quomodo & quando frequentes eſſe cœperint 49
Stata ſacra quæ dicantur 561
Statiua quid ſint quomodóque firmanda 28. p.
Stibas & Stibadium quid ex diuerſis autoribus 308
Stilus optimus dicendi effector ex Cicerone 354
Stipendiũ quod ſalarium ſignificat 29. p.
Stomachum quæ commode exerceãt 432
Strigilum quis in balneis olim uſus eſſet 164
Stropha quid ſit, & unde dicatur & qui ea dictione uſi ſint 51
Studia liberalia quæ dicantur, ubi cur Seneca liberalem philoſophiam appellauerit 25 Romæ quando floruerint 35 per totam epiſtolam
Studioſos ferè omnes ſtomachi infirmitate laborare 374
Stuprum & adulterium pro eodem accipi, ubi

pi, ubi de ſtupro fuſius 122. & ſeq. p.
Suauitas quomodo conciliari poſſit 45
Subinde pro frequenter reperiri apud autores 36
Suburbani uocabulum quàm latè ſumatur 510
Sublimia per ſe laudabilia eſſe, ſed opus habere acri iudicio 541
Subſtructio quid ſit 590
Subornare quid ſit 75. p.
Subulones Thuſci quos appellarent 129
Sucinum quid ſignificet 194
Succidus omnibus medicatam uim ineſſe 496
Sudor debet eſſe finis exercitationis 146. p.
Suetonius qualis & quo tempore fuerit 50 quæ ſcripſerit ex Suida 324 infamia quomodo notatus fuerit 629
Suffugium quid ſit 561
Supellex quid ſit 203
Superſtitio quid ſit 349
Supinum quid ſignificet 54 p.
Sylla cognomento felix primus inuentus qui tyrannidem deponeret 473
Syria deſcribitur, eiuſque diuerſa nomina ponuntur 76
Syluæ quarum ſint arborum 299

T

Tabulæ præfectorum ærario quid continerent ex Capitolino 29
Tacitus quid in ſua dictione mirandum habeat 45 in ipſo qualis ſit oratio & quomodo lectorem alat 76 quàm admirabili ingenio fuerit ibid. ſcriptorum ſuorum quomodo pars bona interciderit 452
Taxi uſus olim quis fuerit 295
Terentius & Plautus quàm liberi in carmine faciendo 47
Tempus quomodo breuius eſſe uideatur 481
Tenus præpoſitio quomodo caſui poſtponatur 305
Temporarium quid dicatur 366
Tertio cõſul & tertiũ qd differãt 116. p.
Terræmotus recenſentur ex Dione ubi de ipſorũ cauſis 372 eorũ duo genera ib.
Teſtamentorum tria genera ponuntur & explicantur 23 & ſeq. ſeruis facere legibus non fuiſſe permiſſum 487
Teſtes quomodo interrogandi, & quomodo refutandi 180
Theatra quantum moribus nocuerint, quomodo & quando deſtructa, & per quem iterum ædificata 202. 262
Thuſci ubi ſint, & quouſque protendantur 296
Thuſculum ubi ſit ſitum, ubi quid Thuſcus & Thuſculanus differant 311
Ticinum oppidum ubi ſitum & à quibus conditum 425
T. Lucretius poeta quid ſcripſerit, & quomodo ſeipſe occiderit 255. 256
T. Caſſius Seuerus quis fuerit, & cur à ueteri dicendi uia deflexerit 270 ubi de eodem & Nepote plura
T. Cæſar generis humani deliciæ, ubi de eius eruditione & carminibus 289
T. Ariſto quis & quo tempore fuerit ubi & de alio quodam 65
Timones duo recenſentur 11
Timorẽ aliquando amore plus ualere 14
Titianus Stoicorum ſimia 10
Titulus quid ſignificet, item de titulis multa 56
Toga quando ſumi ſolita, cuius rei ſignum eſſet, quando Aug. ſumpſerit 23 pro officio ſumitur 311
Topiarium quid ſit 204
Torculum, torcular, torcularium pro eadem re apud autores inueniri 535
Turbo quid ſit 184 quid turbines dicantur 490
Torquatis nomen unde, quàm boni oratores fuerint, ubi potiſſimùm de L. Torquato 287. & ſeq.
Traductio quid in oratione efficiat 9

Tractus uerborum belli & ſimilia autoribus communia 21
Traianus unde originem duxerit, & qualis eius pater fuerit 17. p. Marij iudicium eo imperante factum 105. & ſeq. quare dacicus, cur optimus 328. 459 milites ſub diſciplina retinuit 583 gloriæ cupidus fuit 593 Pontifex Maximus 613 Iſelaſtica certamina quando inſtituerit 644. & ſeq. ipſius & ſenatus mutua uota 6. p. præ lætitia quomodo lacrymas fuderit ib. Gregorius ei uitam cœleſtem precatus ſit 8. p. quando ſumpſerit imperium 9 p. ubi de ſignis quæ ipſo & Glabrione Coſ. apparuerũt & uir ſenior quo ei ornatu apparuerit ibid. milites quomodo coercuerit 12. p. ueſtem propriam quomodo ſciderit ad alligganda militum uulnera. 25. p. ubi quorum fuerit ægris militibus medicos adhibere. gladiatoriũ munus exhibuit, ubi cur Romanus in bellum profecturus uenationes & munera dari ſolerent 58 p. quanta donauerit Romanis 77. p. eius in ſtudioſos animus 83. p. uini amator fuit 92. p. ubi & de Catonis temulentia. quàm multa & quàm neceſſaria extruxerit. 95. p. circũ collapſũ reſtituit 96. p. illi⁹ ad præfectũ prætorio nunquam ſatis laudatũ dictum 128. p. iuſtiſſimus fuit 141. p. quẽ decreuiſſet adoptare in Cæſarẽ 177. p
Traianus portus ubi & qualis 399
Tribunatus qualis magiſtratus, quis eius autor & quod officium 68
Tribunal quid ſit & quomodo terminetur 29
Tricliniũ unde dictum & quid ſit 7
Trifolium herba qualis 300
Triſtitia & ſeueritas quàm ſint res uicinæ, cur hæc laudetur, illa uituperetur 27
Trophæa propriè quid dicantur, & unde 114. p.
Tutus rarum uerbum 393
Tullius Tyro Cicer. libertus quis fuerit & quid ſcripſerit 410
Tunica quod ueſtimenti genus ſit, quando Romani ea uti cœperint & alia multa 252
Turdi olim in quanto pretio, & quot eorum genera referat Ariſtoteles 281
Turmam de equitibus dici, & quos contineat equites 24. p.
Tyberis fluuius unde & quò fluat, quaſque terras alluat 300. 301 quomodo ſubitis incrementis excreſcat 488 ubi qui fluuij eum influant & quomodo ſub Traiano ſemel tantùm excreuerit 488 & ſeq.
Tyrones tres Plinij temporibus florentes recenſentur 32
Tympana apud Indos unde fierent 122 ubi multa ad id ſpectantia non negligenda

V

Vadimonium definitur 476 ubi uariæ ex autoribus dicendi formæ ponuntur de Vadimonio
Vadimonis lacus ubi & qualis 496
Valerius Paulinus quomodo Veſpaſiani partes ſit ſequutus 78 ubi & alij recenſentur Paulini
Valeriani plures recenſentur 292
Vmbratica uita & umbratilis 513
Valetudinarijs aëris mutationem bonam eſſe, ubi de Aegypti ſalubritate 339
Varietatem tam uerborum quàm rerum ubique eſſe iucundam 248
Vectigales agri qui dicantur 430
Venationi & ſtudijs eundem intentum eſſe poſſe 15
Venatio quid homini conducat 145 & ſeq. p.
Venia ſit dicto, Malum abſit omen, & ſimiles loquendi formas cur uſurparent ueteres 312 & ſeq. ubi de Ne-

mesi multis
Venus Myrtea 298
Verecūdia in iuuene quale ſignū ſit 450
Verrinæ Cicer. quales & quale earum argumentum 58 aliqua ex ipſis citantur uerba ibid.
Veſtalium uirginum domus ubi Romæ 431
Veſtricius Spurina 12
Veſpaſianus quomodo ſenatum auxerit ordineſque ſordidatos repurgauerit 39 quare ad ampliora officia rapaciſſimum quemque procuratorē promoueret 625 filios quot habuerit 21.p ubi de Tito
Veſtibulum quid ſit, in quibus ædibus fieri ſolitum & qualiter 132 ubi quādam uariè appelletur
Vetuſtatem ſemper pro lege haberi 598
Veſuuius mons uel Veſinus in Campania deſcribitur 369 quoties conflagrarit 371 ubi qualiter commoueri ſoleat
Veteres quoties in die cibum fere ſumerent legitur 150.162
Viaticum quot modis uſurpetur, & quomodo à Græcis uocetur 200
Vicarius quid ſit 584
Vienna Allobrogum ciuitas, ubi & qualis ſit 259.260 ubi Stephani locus emendatur pro τὸν ῥόδον χαλιλαίας, τὸν τῆς ῥόδανον τῆς χαλανίας
Vigeſima, quadrageſima, decima quinta quid dicantur 66. p. ubi multa leges notatu digniſſima
Villicus qualis ſit eligendus ex Columella 594 nundinas cur frequentare non debeat ibid.
Vincentia oppidum ubi. à quibus conditum, quomodo illuſtratum 293
Vindicta quid ſit & uindicta liberare 425
Virgilij poetæ quæ fuerit laus maxima 289.290 ubi Priapeia opus ſuum eſſe certò comprobatur
Virginij Rufi laudes maximæ 73. & ſ. ubi ſit ſepultus 76. cuias fuerit ibi. ubi de Inſubriæ municipijs quædam docta. eius ſepulchro quale diſtichon appoſitum 361. quomodo vindicem maris & Imperium recuſauerit 362
Viridia quomodo dupliciem genitiuum habeat 303
Virtutes non ſucceſſione ad poſteros trāſire 106.p.
Viſceratio quid ſit, quomodo, quando & cur fieret 259
Vites quomodo olim inter arbores numerarentur 310
Viuacitas pro uita & uiuendi cupiditate 172
Vlulatum propriè de mulieribus dici, ubi de uagitu, quiritatu & ſimilibus 380
Vnco trahendi homines rationem quis primus inuenerit, & quod genus ſupplicij fuerit 59.p.
Vndeuiginti, duodeuiginti & ſimiles loquendi formæ 317
Vnus è multis quis loquendi modus & quibus familiaris 8
Voconius quis & qualis fuerit 10. ubi & de alio quodam Voconio
Voluntatem defunctorum ſemper eſſe ſeruandam 313
Voconius qualem legem tulerit 74.p.
Voti compotem quem dicimus eſſe 34
Vota ſolennia diebus natalibus qualia ſuſcipi ſolerent 587. & 636
Vox qualiter mutanda ſit 335
Vox in oratore quomodo ſit curanda, & quomodo corrumpatur 104.
Vrbanus Ciceronis nouum uocabulum, quid ſit urbanitas & quis urbanus 266.464
Vſquequaque 17
Vſucapi res mobilis uel immobilis quanto tempore potuerit in Italia, ubi de uſucapione quædam notatu digna 280

Vſura quid ſit, ubi de uſufructibus multa 359
Vſus dicendi magiſter à quibus dicatur 58. & ſeq.
Vulnus trãslatiuè ad quid referatur 334
Vulcanalia, id eſt, feſta Vulcano dicata, ubi reprehenduntur qui aliter interpretantur 161.162

X

Xyſtus uel xyſtũ quid ſit 133. & 302
Xenia quid propriè, & unde deriuentur 329
Xuirgula plana ſupra notatum, quid antiquis ſignificaret 588

Z

Zeno Stoicorum princeps & unde Stoici dicti 67
Zoſimus Secundi libertus qualis fuerit, ubi de eius apud Comum ſepulchro 337 & ſeq.
Zeta quid ſit, & quomodo pro dieta uſurpari cœperit 134. ubi multa ſunt obſeruanda non omnibus nota.

PANEGYRICVS TRAIANO AVGVSTO DICTVS:

Cum doctiſſimis IOANNIS MARIÆ CATANÆI Commentariis.

Quibus adiungere viſum eſt & alios veterum Panegyricos.

¶. i.

EMINENTISSIMO PRINCIPI IOANNI IACOBO TRIVLTIO,

MILITIÆ GALLICÆ MODERATORI, Ætatíſque noſtræ Imperatori clariſſimo,

Ioannes Maria Catanæus S.

IMPROVIDVM arbitrarer diuini Panegyrici cõmentarios ſine præfatione publicare, etiam ſi nemo ſatis dignus occurreret, cui noſtras qualeſcunque vigilias dedicaremus. verũ cùm primùm eas aggreſſi ſumus, Ill. Princeps, tu ſtatim, hoc munuſculo, quamuis maiori dignus, digniſſimus iudicatus es. Maximè autem nos ad hoc conſilium impulit, quòd videbamus multa quæ in te eminent & excellunt, conuenire cum illuſtribus Traiani geſtis. nam vt is incunabula, & rudimenta ſua per ſtipendia exercuit, tu pariter iuuentutem non ocio & deliciis, ſed aſperis militiæ laboribus, vincendo tranſegiſti. dura Vlpius tempora prudenter ſuſtinuit, nec tu minus fortiter malorum turbines ferendo ſuperaſti. diſſimilibus inuiſa Traiani virtus, & Triultio meo periculo fuit. prius ille Tribunus optimus, antequam fieret optimus imperator. tu præfectus equitum fortiſſimus, antequam dux exercitus præſtantiſſimus. Ille arduis in rebus ad imperium aſſumptus: tu

feſſis oportunè ſubueniſti. meruit triumphum tantus Cæſar, dum populo Romano imperium prorogat, tu dum iterum patriam recipis. Expectatus in vrbem venerat ille: te reducem paruuli noſcere, oſtentare iuuenes, mirari ſenes. corruptam caſtrorum diſciplinam emendauerat Vlpius: tu lapſam extinctámque reduxiſti, & poſt longam deſuetudinem in melius reformaſti. Inde te agmina ducente hoſpitum nullus iniurias militum ſenſit: inde (quod eſt pulcherrimum victoriæ genus) ſolo terrore ſæpius hoſtem domuiſti. Qua vigilantia, quo labore, quanta alacritate: quot denique periculis bella ex bellis confeciſti? cùm robur corporis ingens par animi fortitudo comitaretur? & tamē bellicis artibus innutritus, pacem amas. non times bella, nec prouocas. quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. In deditis quanta clemētia tua? quanta humanitas? edoctus experimento ſummi ducis eſſe, in pugna ſtrenuè reſiſtere, & ferrum contra armatos impigre ſtringere, inermes & deuictos pro ciuibus habere. Poſſem hîc pluribus immorari, ſi vellem recenſere quot hoſtes clariſſimos mitius tractaueris, quot ſimultates reipub. cauſa depoſueris. Non noua dignitas vlla, non innumeri honores, & maximi. non quod pro inuictiſſimo potentiſſimóque Rege noſtro tāti exercitus ſummus Imperator fueris, aliquid ex moribus tuis immutarunt. nihil enim in illos fortunæ licuit, immò tanto humanior, quo felicior: & quia felicitatem tuam rectè noueras, eam optimè ferre didiceras. Liberum eſt omnibus te alloqui, finémque ſermonis ſuus cuique pudor, non tua ſuperbia facit. Quàm diligens in omnes, & conſtans amicitia: cúmque tibi larga demerendi ciues materia ſuppetat, quamlibet occaſio-

nem venaris,vt in dies plures concilies: cũmque multa donaueris,longè tamen plura tibi ſuperſunt. nam quod benignitate tua effundis,id diligentia reparas.ſcis enim illam eſſe veram munificentiam, quæ dignis condigna diſtribuit. non quæ, quod huic donat, auferat illi. Tu verò cùm ſis alieni abſtinens, pari laude voluptatibus tuis moderaris, neque ſuperfluo cœnarum luxui indulges. non enim diſtentus crapula indigna principe loqueris, ſed ciborum modeſtiam honeſti ſermones condiunt:ſequuntur remiſſiones ſeriæ tua conuiuia, nõ hiſtriones & ſcurræ:& quanquam rebus arduis implicitus, amas ſtudia. nec ferè vllum intermittis diem, quo vel Cæſaris geſta, vel alterius maximi ducis nõ relegas: vt teipſum in illo ſpeculeris,conſilia cum tuis conferas. Denique domum tuam ita inſtituis, vt quandoque beneuiuendi poſteris exemplum datura ſit, nihílque in laribus tuis non laudabile conſpiciatur: imprimis Illuſtriſſ. vxor tua Beatrix moderationis, caſtitatis, ſanctitatis norma,quàm cultu modeſta, quàm parca comitatu, quàm ciuilis inceſſu! diceres Romanarum veterum principem aliquam. Verùm cur præfationis formam excedimus?nã ſi vellemus clariora ſectari, in panegyricum alium panegyricum contexeremus.Nos verò præter admirandas in te virtutes, priuatum beneficium ad hoc conſilium compulit. Cùm enim domus noſtra Catanæa diuulſa inuicem, alii alia ſectarentur,& vetus inter gentiles ſimultas (nolo dicere diſcordiam) pridem inualuiſſet: tandem diuino numine concordiam reſpiceret; ídque impetrandum eſſet à ſenatu, ſed iam propter nonnullorum occultum bellum deſperaretur: tu cum prudentiſſimo Præſide, vos inquam, huius vrbis

duo clariſſima lumina, diſſidentes concordaſtis, & priuilegiis honeſtiſſimis familiam noſtram coniunxiſtis. argumentum firmiſſimum neutrum alicui factioni ſtudere, ſed orbe quodam ſocialitatis omnes pariter fouere. Num igitur tibi meritiſſimo dicare debuimus Traiano inuictiſſimo dictam orationem, omnium eius generis præſtantiſſimam? à Secundo publicatam eo conſilio, vt imperatori optimo virtutes ſuæ veris laudibus commendarentur. deinde vt futuri principes non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerentur, qua potiſſimùm via poſſent ad eandem gloriam niti. In ea tanta vis eloquentiæ fuit: vt illum ipſum Traianum eodem virtutis tenore ad extremum vitæ finem perduxerit, humanum, liberalem, iuſtum conſeruauerit, feliciſſimum eius imperium præſtiterit: quam Sidonius incomparabili principi comparabilem, id eſt, admirandam acutiſſimè iudicauit: certè vnicum futuris principibus regendi exemplar. vt credibile ſit, qui inſecuti ſunt imperatorum optimos præſtitiſſe. Nam ſi cēſent Iſocratis ad Philippum orationem plurimum Alexandro profuiſſe ad ſuſcipiendam aduerſus Barbaros expeditionem, quantum putamus hanc poſteris contuliſſe non Traiano miſſam, ſed dictam in illo ſenatorum ordine clariſſimo frequenti maiorum Cæſarum recordatione, vel in virum quæ poterat ad bonum trahere? Conſiſtit autem in genere demōſtratiuo diuini Cæſaris laudes complexa, cuius ordo mirabilis, & tranſitus rerum ita connexus, vt idem corpus vna ſuperficie contentum videatur, variis figuris tanquam luminibus decenter illuſtratum. ſine controuerſia, inter panegyricas orationes princeps: quæ verbis idoneis, & ſententiis ad

inuentionem accommodatis exornata Traiani raram felicitatem puro dicendi flumine comprehendit. Verſatur in graui figura, quam interdum mediocris ſuſcipit. neque enim ſemper affectanda ſunt elata, & excelſa. in ea ſplendorem, magnitudinem, grauitatem, venuſtatē, celeritatem inuenies. neque deſiderari poteſt artificiū, dictio, figura, membrum, compoſitio, clauſula, ſonus. vitat enim vocalium concurſum, & quæ reddūt orationem hiantem, inde per rythmum fluit ſucculenta. facilitatem verò ita temperauit, ne in humilem ſermonem decideret, ſed dignitatem ſuam retineret: at dicendi libertatem, vt non monere, ſed probare videatur Nec mirandum ſi elocutio, & ars ſæpe detegitur. nam iis actionibus, quæ in aliqua ſine dubio veritate verſantur, & ſūt ad popularem aptæ delectationem, quales legimus panegyricos, totúmque hoc demonſtratiuum genus, permittitur adhibere plus cultus, omnémque artem, quæ latere plerunque in iudiciis debet, non confiteri modò, ſed oſtentare hominibus in hoc aduocatis. Vna autem & maxima in hoc opere difficultas nos circūſtetit: Neruæ Traianíque geſta, quæ frequenter in hoc libro occurrunt publica literarum iactura fermè deperdita. nam veterum nemo circumfertur, qui illorum vitas luculenter à ſe ſcriptas nobis tranſmiſerit. Dionis enim & reliquorum compendioſa quædam admodum, & interciſa ſuperſunt. cùm tamen legerimus multos, vt Marium Maximum, Fabium Marcellinum, Aurelium Verum, Statium Valentem, Traiani res poſteris tradidiſſe. Elaborandum igitur non fuit mediocriter circa hiſtoriæ conquiſitionem, vt in integram verámque lectionem Secundum reſtitueremus. quòd ſi aliqua neceſſaria de-

ſiderabuntur, ſcias Illuſtriſſime Princeps, nobis bonam mentem non defuiſſe. enixúmque pro virili noſtra diligentis interpretis officio fungi, licèt arduum fuerit in tanta rerũ caligine, ac profunda diſciplina, ingenii noſtri viribus vbique paria feciſſe. homines enim ſumus, & primi hoc opus ab aliis quamuis doctiſſimis hucuſque intactum aggredimur, nullius auxilio nixi.

Veniam itaque petimus ſi quid minus conueniens offenderis: quanquam ſi ea facilitate, qua cæterorum ſcripta, noſtra reſpexeris, non ſolùm venia, ſed & laus ſperanda eſt. nobis tamen venia ſufficit.

C. PLINI CAECILI SECVNDI PANEGYRICVS, NERVÆ TRAIANO AVG. DICTVS.

Cum doctiſsimis IOANNIS MARIAE Catanæi commentariis.

Bene ac ſapienter P. C. maiores inſtituerunt, vt rerū agēdarū, ita dicēdi initium à precationibus capere: quòd nihil ritè nihilque prouidēter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore, auſpicarētur. Qui mos cui potiùs quàm

Bene) C. Plinius Conſul deſignatus cum Cornuto Tertullo, Imperatori Traiano gratias in ſenatu agit, principem optimum à parentibus & adoptione laudans, res geſtas, liberalitatémque commendans, quòd delatores expulerit, quòd vectigalia repreſſerit, leges moderatus ſit, pantomimos ſuſtulerit, doctos fouerit: admiratur in eo humanitatem ſtatuarum, honorúmque modeſtiam. ſed plura de conſularibus eius, quos geſſerat & gerendos recuſabat, tractat. iuſtitiam, tolerantiam, adeundi facilitatem, diligenter exponens. illi votorum nuncupationes, illi inuſitatas acclamationes à ſenatu habitas, corporis bona, ſed animi magis admiranda. vbi poteſt malorum Cæſarum comparatione, Domitiani præſertim, cuius vitam vbique exagitat, illius virtutes reddit illuſtriores: totam denique domum, Plotinam imprimis vxorem, & Martianam ſororem, Traiano ſimiles, extollens, quantóque ſtudio coluerit amicitias ſuſpiciens. Illa ex tertio de Oratore verba commodè hunc transferri poſſunt. Ornatur oratio genere primùm, & quaſi colore quodam, & ſucco ſuo. nam vt grauis, vt ſuauis, vt erudita ſit, vt liberalis, vt admirabilis, vt polita, vt ſenſus, vt dolores habeat in toto ſpectantur hæc corpore, vt porrò conſperſa ſit, quaſi verborum, ſententiarúmque floribus, id non debet eſſe fuſum æquabiliter per omnem orationem, ſed ita diſtinctum, vt ſint quaſi in ornatu diſpoſita quædam inſignia & lumina. Ipſe prætereа Secundus apud Voconium, huius orationis ordinem, tranſitum, figuras, elocutionem commendat. Panegyricæ orationes demonſtratiuæ ſunt. inde Græcorum

aliqui tradidere, cauſarum alias deliberatiuas, alias iudiciales, alias panegyricas eſſe. nam πανηγυρις feſtiuitas, laus, conuentus dici poteſt, ἀπὸ τοῦ πᾶν καὶ ἀγείρω, quod eſt totum congrego. Philoſtratus libro octauo: in Panegyri templa ſunt, & Deorum cellæ, & ſtadia ad currendum. proinde ſcenæ & gentes plurimæ, partim ex finitimis, partim ex tranſmarinis regionibus venientes. Ex multis inſuper artibus & ſophiſmatibus conſtat panegyris, ex vera quoque ſapientia & poetica, ex conſultatiuis etiam & diſputatiuis orationibus, & muſicis cantibus. panegyrin quidem dico eſſe virorum conuentum, & locum ipſum quo ipſos conuenire neceſſe eſt. vnde meritò inſcribitur panegyrica oratio, quòd in conuentu & celebritate ſenatorum dicta fuit, in laudem Traiani. dicitur Secundi panegyricus, ſic vt Iſocratis panegyricus ad τὸν λόγον reſpiciendo. apud Græcos enim inſcribi ſolet ὁ λόγος πανηγυρικὸς, ſicut apud nos oratio panegyrica. nam ὁ λόγος maſculino genere comprehenditur, at oratio fœminino. Præter Traianum imperatorem lego alterum Traianum patricium ſub Iuſtiniano Cæſare, qui chronica ſcripſit compendia admodum probata, & fidem Orthodoxam ſecutus. *Bene ac ſapienter*) Procœmium apparatum. Quod in deliberatiuo & demonſtratiuo laudabile, verùm in iudiciali genere præcipitur inutile. Trapezuntius Hermogenem ſecutus, hanc procœmii expoſitionem vocat, quod cum fine conuenit. nam ſicut à precationibus incipit, ita per eaſdem concludit. Duplex lectio circumfertur. vt rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus capere: cuius erit ordo. inſtituerunt capere initium à precationibus, ſicut agendarum rerum ita dicendi. alia vt rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus caperetur: vt ſit ordo, inſtituerunt vt caperetur initium à precationibus, ita dicendi vt rerum agendarum quæ cùm ſit durior, & ordo perturbatior, minus procedit. *Vt rerum agendarum*) Satis conſtat nunquam fere Romanos iniiſſe magiſtratus, bella ſuſcepiſſe, rem aliquam publicam tractaſſe, niſi prius nuncupatis votis, captato augurio, ſacris ritè peractis. inde libro primo Valerius Maximus: Priſco inſtituto rebus diuinis opera datur, cùm aliquid commendandum eſt precatione, cùm expoſcendum voto, cùm exoluendum gratulatione, cùm inquirendum vel extis, vel ſortibus imperio, cùm ſolemni ritu peragendum ſacrificio, quo etiam oſtentorum ac fulgurum denunciationes procurantur. *Ita dicendi*) Contenti erimus vno Liuio. in cuius initio concionum ſæpe legimus: quod Felix fauſtúmque ſit ſenatui populóque Romano. & alibi. Deos immortales milites veſtros publicos meóſque ab vrbe proficiſcens adoraui, veniámque ſupplex popoſci. vt taceamus Valerium, qui in prologo ſui operis teſtatur priſcos oratores à Ioue Optimo Maximo bene orſos. *Quod nihil ritè*) Expoſitionis ratio veriſſima. *Ritè*) Benè. rectè. *Auſpicarentur*) Inciperent.

conſuli? aut quandò magis vſurpandus colendúſque eſt, quàm cũ imperio ſenatus, autoritate reipublica ad agendas optimo principi gratias excitamur? Quod enim præſtabilius eſt, aut pulchrius munus deorũ, quàm caſtus, & ſãctus, & dijs ſimillimus princeps? Ac ſi adhuc dubium fuiſſet, fortè caſúque rectores terris, an aliquo numine darentur, principem tamẽ noſtrum liqueret diuinitus conſtitutum. nõ enim

Conſuli) Qui præeſt reipublicæ, & poſt imperatorem ſummum ius habet. ante imperatores primum obtinuit. *Vſurpandus*) Vſitandus. *Colendus*) Obſeruandus. *Imperio*) Iuſſu. *Optimo*) Traiano. *Gratias*) Proconſulatu. *Caſtus*) Abſtinuit Traianus ab adulteriis, ſed puerorum amoribus non caruit. *Rectores*) Principes. nam Home-

rus ſecundo Iliados regibus (inquit) dignitas ab Ioue tribuitur his quidem verbis τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι. & nono ſcribit Agamemnonem ab Ioue regem factum. Cæſares etiam à deo dari opinatur Vegetius libro ſecundo, & ſe- eundos à deo generi humano præeſſe apud Græcos legere memini: patrem filium Numam admonuiſſe, regnum ſuſciperet, tanquam diuinum donum & dei miniſterium.

occulta poteſtate fatorum, ſed ab Ioue ipſo coràm, ac palàm repertus: electus eſt quippe inter aras, & altaria: eodémque loci, quem deus ille tam manifeſtus ac præſens, quàm cœlum, ac ſidera inſedit. Quo magis aptum, piúmque eſt, te Iupiter Optime Maxime, antea conditorẽ, nunc conſeruatorẽ imperij noſtri precari, vt mihi digna conſule, digna ſenatu, digna principe contingat oratio. vtque omnibus quæ dicẽtur à me libertas, fides, veritas

Occulta) Nobis incognita. *Coram*) Nerua ob ſenectutem deſpectus à militibus, Capitolium ingreſſus exclamauit quod felix fauſtúmque ſit ſenatui populóque Romano & mihi, M. Vlpium Neruam Traianum adopto, & Cæſarem, facio. quare Secundus non multò pòſt inquit, non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante puluinar Iouis Opt. Max. adoptio peracta eſt. ſequitur autem rhetorum præcepta: nam ſcripſit de Oratore M. Tullius, noſtram orationem ornari à rebus geſtis, iudiciis hominum comprobatis, in quibus etiam felicitatem ipſam deorum immortalium iudicio tribui laudationis eſt. *Inter aras & altaria*) Seruius ſuper illud Virgilianum: en quattuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo Tradit: nouimus aras & diis ſuperis & inferis conſecratas. altaria verò eſſe ſuperorum tantùm deorum. ſic alterum ab altero Tacitus libro decimoſeptimo diſtinxit, poſt altaria & aram complexa dicens. altare quidam dictum volunt ab altitudine, quòd antiqui diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant, diis terreſtribus in terra, diis inferioribus in terra defoſſa. vel altare appellatum, quòd in eo ignis adoleatur, id eſt, excreſcat. ara vel ab area dicta eſt loco in vrbe puro, quòd ara deûm pura ſit. vel ab ardore, ad quem vt ſit fit ara. autor Varro de lingua Latina: ſed idem in libris diuinarum rerum dixerat, ſi Macrobio credimus, aras primùm anſas vocatas, quòd eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri. anſis autem teneri ſolere vaſa quis ambigit? *Eodémque loci*) In eo loco, id eſt, in Capitolio. *Deus*) Iupiter Optimus Maximus Capitolinus. de extructione templi Capitolini multa Plutarchus in Publicola, & Dionyſius lib. quarto, & Liuius primo. in illo fuerunt tria ſacella æqualia inter ſe communia habentia latera. medium quidem Iouis, hinc inde Iunonis, & Mineruæ, ſub vna aquila vnáque velata tectura. appellatur Iupiter ſecundum Ciceronem pro domo ſua optimus propter beneficia quæ Romanis præſtitit. Maximus autem propter vim. *Manifeſtus*) Putabat antiquitas magis præſentem Iouem ſupplicibus in templo Capitolino quàm alibi, quòd ibi tanquam in arce cœli ſolemnibus ſacris & cultu pompabiliore excoleretur. *Quo magis*) Redditio rationis, quæ breuiter complectitur id quod expoſitione & ratione conficitur, velvti ipſius rei apta propoſitio. *Conditorem*) At Romulum omnes conditorem vrbis tradunt, ſed quia nihil fit ſine Deo Opt. Max. cuius nutu ferunt Romulo aues addixiſſe, non iniuria conditorem vrbis Iouem appellauit. *Conſeruatorem*) Qui à Domitiano, deinde à tumultuantibus militibus imperium tranſtulit in Traianum, cuius incolumitate rempublicam

florentem & incolumem à dijs ſeruari in *bertas,fides,veritas.*) Diſſolutum.

epiſtolis retulit. *Digna*) Repetitio. *Conſtet*) Manifeſta ſit. *A neceſſitate*) Quia inuiti non cogimur vllo timore. *Equidem*) Comprobatio, quæ eſt redditione cauſæ, rémque totam manifeſtius tangit. *Idem illud*) Simile. *Alio*) Principe. claritas orationis: quam puritas & elegantia conficit. *Illæ*) Blandæ & adulatoriæ. *Exprimebat*) Extorquebat, educebat. *Eadem*) Falſas laudationes. *Eadem ſecreto*) Clam malis principibus maledicimus. *Prius*) Sub Domitiano, qui deus dici & credi voluit: Aureliano, Dione, Euſebio, Tranquillo tradentibus. nam poſtquam ſcripſit epiſtolam ſuis procuratoribus, cuius initium fuit: Dominus, & Deus noſter ſic fieri voluit: inſtitutum poſthac, vt ne ſcripto quidem ac ſermone cuiuſquam appellaretur aliter: quinimmo mulier quædam quòd in conſpectu imaginis illius ſe exuiſſet, ſupplicio eſt affecta. *Nuſquam*) Nec publicè, nec priuatim. *Vt deo*) Addam prædictis Oroſium ſcribere in tantum ſuperbiæ prolapſum Domitianum, vt Dominum ac Deum ſeſe vocari, ſcribi, colíque iuſſerit: Apolloniúmque philoſophum narrat Philoſtratus ab accuſatore iuſſum vt omnium hominum Deum, Domitianum reſpiceret: illum autem oculos ad culmen domus, id eſt, ad Iouem ſuſtuliſſe. *Vt numini*) Tanquam deo. *Non enim de tyranno*) Contentio color. complectitur in hac oratione optimi Traiani, & peſſimi Domitiani vitam, vt gratior fiat. nam nec bonum virum propriè & copiosè laudari ſine virtutum, nec improbum vituperari ſine vitiorum cognitione ſatis inſigniter atque aſperè poſſe teſtatur Cicero de Oratore. *Domino*) Cuius correlatiuum ſeruus. *Ex nobis*) Ex numero noſtro. id eſt, hominem. *Hoc*) Propter humanitatem. oratio exacta & diligens, quæ ornatum in ſe continet. *Hominibus*) Quos decet humaniter tractare. *Dignos*) Bene obſequendo illi. *Identidem*) Frequenter. *Si præſta-*

conſtet: tantúmque à ſpecie adulationis abſit gratiarum actio mea quantum abeſt à neceſſitate. Equidem non conſuli modò, ſed omnibus ciuibus enitendum reor, ne quid de principe noſtro ita dicant, vt idem illud de alio dici potuiſſe videatur. Quare abeant ac recedant voces illæ, quas metus exprimebat. nihil quale antea dicamus: nihil enim quale antea patimur. nec eadem de principe, quæ prius, prædicemus, neque enim eadem ſecretò loquimur, quæ prius. Diſcernatur orationibus noſtris diuerſitas temporum, & ex ipſo genere gratiarum agendarum intelligatur, cui quando ſint hactenus vt deo, nunc nuſquam, vt numini, blandiamur. non enim de tyranno, ſed de ciue, non de domino, ſed de parente, loquimur. Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit, atque eminet, quòd vnum ex nobis putat. nec minus hominem ſe, quàm hominibus præeſſe meminit. Intelligamus ergo bona noſtra, dignóſque nos illius vſu probemus. atque identidem cogitemus, ſi maius principibus præſtamus obſequium, qui ſeruitute ciuium, quàm qui libertate lætantur. Et populus quidem Romanus dilectum principem ſeruat, quantóque paulo antè concentu formoſum alium, hunc fortiſſimū perſonat. quibúſque aliquando clamoribus geſtum alterius, & vocē,

mus maius obſequium) Si magis ſubiecti ſumus, cùm ſanè tyrannis magis famulemur. *Et populo*) Populus inquit Romanus obſeruat Traianum, & applaudit eius virtutibus. *Concentu*) Suaui vocum concordia. ſolebant enim principum aliqui diſponere iuuenes robuſtiſſimæ vocis, qui per claſſes diuiſi applauderent imperatori. hoc legimus fecisse Neronem. quem morem videtur poeta tetigiſſe: cùm canit Tyrios & Troianos applauſiſſe Iopæ canenti. *Formoſum alium*) Domitianum intelligit, cui ſpectacula edenti populus applaudebat. fuit autem is pulcher & decens, maximè in iuuenta, ſtatura procera, vultu modeſto, ruboriſque pleno, grandibus oculis, verùm acie hebetior. & præter Tranquilli verba, Tacitus aſſerit habitu decorum, & crebram oris confuſionem, ignotis adhuc moribus, pro modeſtia accipi ſolitam. quare de eodem Statius in Syluius ait: par forma decórque, Par honor *Hunc fortiſſimum.*) Traianum valuiſſe corporis viribus, conſtat vel vno Secundi teſtimonio. qui circa finem huius orationis multa de illius tolerantia tractat, læiúmque opere corpus, & creſcentia laboribus membra commendans. Martialis etiam more ſuo, id eſt, adulatorio, Domitianum tanquam formoſiſſimum libro octauo extollit. Hîc ſtetit Arctoi formoſus puluere belli Purpureum fundens Cæſar ab ore iubar: Hic lauro redimita comas, & candida vultu Roma ſalutauit voce manúque ducem. *Perſonat*] Alia voce laudat.

huius pietatem, abſtinentiam manſuetudinẽ laudat. Quid nos ipſi? diuinitatem principis noſtri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, vt amor & gaudium tulit, celebrare vniuerſi ſolemus? Iam quid tam ciuile, tam ſenatorium quàm illud additum à nobis optimi cognomen? quod peculiare huius, & proprium arrogantia priorum principum fecit. Enimuero quàm commune, quàm ex æquo, quòd felices nos, felicem illum prædicamus: alterniſque votis hæc faciat,

Huius pietatem) Iſta obtinent narrationis locum. nam proponit de quibus dicturus eſt, & à perſona Traiani, quem laudat, & Domitiani quem vituperat, incipit ex arte. Fabius enim libro quarto: initiũ narrationis quidam vtique faciendum à perſona putant, eámque ſi noſtra ſit, ornandam: ſi aliena, infamandam ſtatim. & quamquam is de iudiciali genere loquatur, tamen hæc per quandam ſimilitudinem deduci poſſunt ad demonſtratiuum, vt pro noſtra perſona ſit illius, quem laudamus, & pro aduerſarij quem ex comparatione vituperare intendimus. Narratio, inquit Cicero, in demonſtratiuo nulla erit quæ neceſſariò conſequatur. ſed ſi qua inciderit, cùm aliquod factum eius, de quo loquemur, nobis narrandum ſit, eum laude aut vituperatione, præceptio narrandi eadem quæ in iudicialibus. *Quid nos ipſi?*) Interrogatio grauis: nam hæc narratio quamquam ſit lucida, tamen morata & cum dignitate ornata magnificè fluit. *Nos ipſi*) Senatores. *Vt amor, & gaudium tulit*) Prout quiſque vel amore, vel gaudio incitatur. *Ciuile*) Pertinens ad ciues. *Optimi cognomen*) Iuxta finem inquit, iuſtis ne de cauſis Senatus Populúſque Romanus optimi tibi cognomen adiecit. nec magis diffinitè, diſtinctéque deſignat, qui Traianum, quàm qui optimum appellat. *Huius peculiare*) Traiani proprium. *Arrogantia*) Quia dedignabantur optimi cognomen, an potius quia illud non merebantur. etſi legimus optimi cognomen à ſenatu P. Scipionem Naſicam meruiſſe, & Tranquillus tradat Caium imperatorẽ cognomen optimi maximique ſumpſiſſe *Commune*) Et illi & nobis eſt *Felices*) Traiano acclamarunt ſenatores: ô te felicẽ, ô nos felices: quod cùm dicerẽt, non opes illius, ſed animũ admirabantur. hæc cõprehenſa breuius in narratione ſuis locis diffuſius tractabuntur. *Fe-*

licem illum) Traianum: quod non moribus, ſed fortunæ datum eſt. *Alterutſque Votis*) Precatus eſt Traianus vt ita precibus ſuis dii annuerent, ſi iudicium ſenatorum mereri perſeueraſſet. precati ſunt ſenatores, vt ſic Traianum amarent dii quemadmodum imperator ſe *Hæc faciat*) Qualia facit.

hæc audiat, quaſi non dicturi niſi fecerit, comprecamur. Ad quas ille voces lachrymis etiam, ac multo pudore ſuffunditur. Agnoſcit enim ſentitque, ſibi, non principi dici. Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruauimus, hoc ſinguli quoque meditati teneamus: ſciamúſque nullum eſſe, nec ſincerius, nec acceptius genus gratiarum, quàm quod illas acclamationes æmulemur, quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet, laborabo vt orationem meam ad modeſtiam principis, moderationémque ſubmittam: nec minus conſiderabo, quid aures eius pati poſſint, quàm quid virtutibus debeatur. Magna, & inuſitata principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor, ne me in laudibus ſuis parcum, quàm ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas ſola circunſtat. Nam merenti gratias agere facile eſt Patres Conſcripti. non enim periculum eſt, ne cùm loquar de humanitate, exprobrari ſibi ſuperbiam credat. cùm de frugalitate luxuriam, cùm de clementia crudelitatem, cùm de liberalitate auaritiam, cùm de benignitate liuorem, cùm de continentia libidinem, cùm de labore inertiam, cùm de fortitudine timorem. Ac ne illud quidem vereor ne gratus, ingratúſve videar, prout ſatis aut parum dixero. Animaduerto enim etiam deos ipſos non tam accuratis adorantiū precibus, quàm innocentia, & ſanctitate, lætari: gratiorémque exiſtimari, qui delubris eorū purā caſtámque mētē, quàm qui

Hæc audiat) Qualia à nobis audit, ſcilicet felices nos & illum. *Quaſi non dicturi*) Talem dicendi libertatem nobis conceſſit, vt non benediceremus de Traiano, niſi & benefaceret. *Lachrymis*) Nam præ lætitia effudit lacrymas. approbaſti inquit & ipſe acclamationum noſtrarum fidem, lacrymarum tuarum veritate: vidimus humeſcentes oculos, demiſſúmque gaudio vultum: tantúmque ſanguinis in ore, quātum pudoris in animo. *Sibi*) Suis virtutibus. *Non principi*) Non timore & adulatione: vt ſolent populi principibus dicere. *Omnes*) Senatores. *Pietatis calore*) In illis repentinis acclamationibus: cùm multa ſponte, plura inſtinctu quodàm fecerunt. hîc dicit temperamentum habuiſſe in acclamationibus, illic verò modum exceſſiſſe. *Meditati*) Præparata oratione. *Acclamationes*) Repentinas laudationes: de quibus in epiſtolis copiosè diſſeruimus. *Quantum ad me*) A perſona de qua agit, & ſua, facit auditorem attentum. *Ad modeſtiam*) Ad imitationem Traiani, qui ſolet in omnibus vti modeſtia. *Submittam*) Deprimam, extenuem, minus dicturus quàm virtutes eius meruerint. *Quid*) Niſi modeſtum. *Quid*) niſi excellens & diuinum. *Inuſitata*) Prioribus inſueta. *Difficultas*) Ne videar immodicè laudare. *Circunſtat*) Angit, obſe-

dit, tranſlatum verbum. *Non enim periculum eſt*) Quod erat ſub malis principibus, qui ſibi conſcij, cùm laudaeentur, ſuſpicabantur per contratia nota ſua vicia. eſt autem contentio color, nec minus iſta narrationis locum obtinent quàm ſuperiora. *Liuorem*) Inuidiam. *Gratus*) Si ſatis dixero. *Ingratus*) Si paeum. *Animaduertere enim*) Sententia.

Accuratis) Elaboratis, elegantibus. *Delubris*) Aſconius templa ſingulorum Diis attributoeum locorum, delubra multarum ædium ſub vno tectu à diluuio pluuia munitarum. alii delubra dicunt ea templa, in quibus nunc delubra corporum abluendorum cauſa more Dodonęi Iouis, aut Apollinis Delphici: in quorum delubris lebetes tripodéſque viſuntur. ſunt etiam qui delubra ligna delibeata, id eſt, decoriata pro ſimulacris deorum, more veterum poſita exiſtiment, ſed malè. Varro, Maceobio referente, ait, delubrum alios exiſtimaee, in quo præter ædem ſit area aſſumpta deûm cauſa. alios in quo loco Dei ſimulachrum dedicatum ſit. ſicut locum, in quo ſigerent candelam, cándelabeum appellatum: ita in quo deum ponerent, delubrum. Seeuius præterea quas rationes Aſconius idem & ipſe eetulit, ſed in hoc diſſentit à Feſto, ſimul concedente, quòd delubrum fuſtem delibeatum, hoc eſt decorticatum, (quem pro deo veneeabantur) prodit..

meditatum carmen intulerit. Sed parendum eſt Senatuſconſulto, quod ex vtilitate publica placuit, vt conſulis voce ſub titulo gratiarum agendarum boni principes, quæ facerent, recognoſcerent: mali quæ facere deberent. Id nunc eo magis ſolemne, ac neceſſarium eſt, quòd parens noſter priuatas gratiarum actiones cohibet, & comprimit, interceſſurus etiam publicis, ſi permitteret ſibi vetare, quod ſenatus iuberet. Vtrunque Cæſar Auguſte moderatè, & quòd alibi tibi gratias agi non ſinis, & quòd hîc ſinis. non enim à teipſo tibi honor iſte, ſed ab agentibus habetur. cedis affectibus noſtris, nec nobis munera tua prædicare, ſed audire tibi neceſſe eſt. Sæpe ego mecum P.C. tacitus agitaui, qualem quantúmque eſſe oporteret, cuius ditione nutuque maria, terræ, pax, bella regantur: cùm interea ſingenti, formantique mihi principem, quē æquata dijs immortalibus poteſtas deceret, nunquam voto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic, quem videmus. Emicuit aliquis in bello, ſed abſoleuit in pace: alium

Meditatum) Excultum. *Carmen*) Cantum. *Senatuſconſulto*) Decreto patrum. *Sub titulo*) Sub inſcriptione & velamento, ac prætextu. *Solenne*) Præcipuum. *Priuatas*) A priuatis hominibus. *Cohibet*) Vetat fieri ſibi. *Parens*) Qui nos diligit filiorum inſtar, & ideo pater patriæ iure nominatus. *Interceſſurus publicis*) Prohibiturus etiam publicas gratiarum actiones, ſi vellet infringeee ſenatuſconſultû. *Cæſar Auguſte*) A primo imperatore Octauio cæteri cognomen Cæſaris Auguſti ſibi vendicarunt. *Moderatè*) Facis. *Alibi*) In loco priuato. *Hic*) In ſenatu. *Iſte honor*) Gratiarum actio. *Non habetur tibi*) Tu non quæris hunc honorem. *Sed ab agentibus*) Vnde illud Ariſtotelis: honor eſt honorantibus, id eſt, in poteſtate dantis, non autem accipientis. *Cedis affectibus noſtris*) Permittis quod cupimus. *Nec eſt neceſſe*) Nec cogimur. *Munera*) Beneficia. *Regantur*(Adminiſtrentur. *Aequata poteſtas*) Qui parem poteſtatem haberet in terris, quam dii habent, quorum nutu.

omnia regũtur. *Voto)* Paradoxon. *Similem)* Talem & tantum. ſanè Traianus fuit admirabilis: cuius virtutes diuus Gregorius ſcriptis recognoſcens precibus à Deo illi cæleſtem vitam impetraſſe traditur. *Emituit aliquis in bello)* Facit diuiſionem exponendo quæ dicturus ſit: nam Marcus Tullius in rhetoricis genus demonſtratiuum tractans, diuiſione, inquit, hac vtemur. . exponemus quas res laudaturi ſumus. in ea, ſi Hermogeni credimus, ſumma conſiſtit elegantia. non ſolùm verbis, ſed etiam ſententiis. quando ſcilicet præparamus auditorem, & in ordinem dicenda redigimus. legimus etiam emicuit. *In bello)* Vt Annibal, Marius: teſtatur Auſonius Traianum bello pacéque claruiſſe. Aggreditur regimen viridi Traianus in æuo Belli laude prior, cætera pacis habens. & Epitomata vitæ Traiani: non vt bellicoſus alia pacis neglexit, aut minus intellexit, ſed ſæpius pro tribunali iuſtiſſimè iudicauit. tali dicendi modo quo Secundus, vtitur & Claudianus pro Stilicone. Corpus deſtituit, bellis inſignior ille, Sed pacem fœdat viciis. hic publica felix, Sed priuata domus. partitum ſingula quenquam Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis: Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris, Hunc ſoboles caſtique tori. ſparguntur in omnes, In te mixta fluunt, & quæ diuiſa beatos Perficiunt, collecta tenes. ſic Propertius libro tertio. Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis annis.

toga, ſed non & arma, honeſtarunt: reuerentiam ille terrore, alius amorem humilitate captauit: ille quæſitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit. poſtremò adhuc nemo extitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. At principi noſtro quanta concordia, quantúſque concentus omniũ laudum, omníſque gloriæ contigit? vt nihil ſeueritati eius hilaritate, nihil grauitati ſimplicitate, nihil maieſtati humanitate detrahatur. Iã firmitas, iã proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas: nec ſine quodam munere deûm feſtinatis ſenectutis

Toga) Pax, qua Marcus Tullius habilior & clarior. *Honeſtarunt)* Extulerunt. *Ille)* Alius qualis Marius, Sylla, Caligula & Domitianus. *Alius)* Qualis Claudius primus Cæſarum, fidem militis etiam præmio pigneratus; & quodam cum ferro circa ſacrificantem ſe deprehenſo ſenatũ per præcones properè conuocauit, lacrymiſque ac vociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti vſquam eſſet, ac diu publico abſtinuit. Sic Otho ad promerendum militum fauorem humili concione eos adhortatus eſt. item Nero & Domitianus largitionibus plerunque ſibi amorem conciliarunt. *Domi)* In re priuata. *Confinio)* Contagio, commixtione. *Concordia)* Coniunctio. *Concentus)* Conuenientia, collaudatio. *Seueritati)* Marcus Tullius de Bruto. Quid enim tam diſtans, quàm à ſeueritate comitas? quis tamen vnquam te aut ſanctior eſt habitus, aut dulcior? *Firmitas)* Fortitudo corporis. *Iam honor capitis.* Canicies, quæ quidem in homine graui venerabilis eſt. Refert Dion, dum Traianus Agarenos oppugnat, cognitum ab hoſtibus maieſtate caniciei, & grauitate oris, quamuis imperatoria inſignia depoſuiſſet, itaque ſagittis petitum, & vnum ex equitibus iuxta interfectum. *Dignitas oris.* Maieſtas, pulchritudo digna imperio. Claudianus de Stilicone. Iam tum conſpicuus, iam tum venerabilis ibas: Spondebátque ducem celſi nitor igneus oris Membrorúmque modus. Laudat à bonis corporis à natura attributis, ea ſunt, vt velocitas, vires, ætas, dignitas, valetudo *Ad hoc* Præterea. *Aetatis indeflexa maturitas)* Florida virilitas. tradunt autores, Traianum imperatorem

ratorem electum in ætatis robore, vtpote qui quadrageſimum annum agens, imperare cœperit. vt alios omittam vnico Suidæ teſtimonio contenti erimus. Traianus princeps iuſtus & corporis robore præſtans, quadrageſimo ętatis anno ſumpſit imperium. & quodammodo omnia pariter, quæ priuatī ſolent, voluit elaborare. Dionis abbreuiator quadrageſimo vnum addidit. Traianus, inquit, non mediocriter enituit in iuſtitia, & fortitudine, morúmque ſimplicitate, ac robore corporis. nam vnum & quadrageſimum annum agens, imperator creatus, etiam animo vigebat. vt neque iuuentute magis auderet, neque ſenectute retardaretur. Nam Onexander libro de imperatore eligendo præcipit nec iuuenem nimis, nec ſenem eſſe oportere imperatorem. quod alter credulus nimis & audax, imbecillus alter & timidus. Alii etiam Græcorum quadrageſimo duos addiderunt. cui ſententiæ videtur Euſebius concedere, ſi diligenter annos computaueris. Vnde miror Flauium Vopiſcum referre, Tacitum imperatorem dicere ſolitum, Traianum ſenem ad impetium veniſſe.

inſignibus ad augendum maieſtatem ornata cæſaries: nonne longè latéque principem oſtentant? Talem eſſe oportuit, quem non bella ciuilia, nec armis oppreſſa R. P. ſed pax, & adoptatio, & tandem exorata terris numina dediſſent. An fas erat nihil differre inter imperatorem, quem homines, & quem dij feciſſent? quorum quidem in te Cæſar iudicium, & fauor tunc ſtatim, cùm ad exercitum proficiſcereris, & quidem in vſitato enituit. nam cæteros principes, aut largus cruor hoſtiarū, aut ſiniſter volatus auium conſulentibus nunciauit. tibi aſcendenti de more capitolium, quanquam non id agentium ciuium clamor, vt iam principi occurrit. ſiquidem omnis turba, quæ limen inſederat, ad ingreſſum tuum foribus recluſis, iam quidem vt tunc arbitrabatur, deum: cæterùm, vt docuit euentus,

Inſignibus) Caniece. *Maieſtatem*) Reuerentiam: quæ maioribus habetur. *Cæſaries*) Coma à cędendo dicta *Longè latéque*) Manifeſtiſſime. Hunc locum imitatus eſt Pacatus in panegyrico Theodoſii. tua, inquit, hæc forma venerabilis quàm longè latéque conſpicuum commēdat imperium. *Oſtentant*) Indicant. *Non bella ciuilia*) Reſpicit Auguſtum, quem Romana reſpublica iam bellis ciuilibus feſſa, libēter imperatorem accepit. etiam ad Veſpaſianum referri poteſt. *Adoptatio*) Electio, aſſumpto in filium per Neruam *Exorata*. Propicia, precibus noſtris fauentia. Oroſius. Nerua Traianum in regnum adoptauit, per quem reuera affectæ reipublicæ diuina prouiſio conſuluit. *An fas*) Interrogatio grauis. *Quem dij*) Quem Traianum dii crearunt nobis. *Iudicium*) Dion in Domitiano. Traiano Vlpio & Acilio Glabrione coſſ. ſigna apparuiſſe ferunt, quibus Glabrioni mors, Traiáno imperium portenderetur. Secundus in peroratione orationis Iouem appellans dicit. tu clara iudicii tui ſigna miſiſti, eū proficiſcentem ad exercitum tuo nomine, tuo honore decoraſti. *Ad exercitum*) Germanicum: dum cum imperio illuc à Domitiano mitteretis. *Largus cruor*) Hecatombe. innumeræ victimæ. Trāquillus memorat tribus menſibus ac ne totis quidem ſupra centum ſexaginta millia victimarum cæſa pro Caio Cæſare. *Siniſter*) Felix. læuum cùm de humanis rebus eſt, contrarium eſt: cùm de cœleſtibus, proſperū. nā quod nobis ſiniſtrū, diis dextrū eſt. vnde pluribus quærit Plutarchus, quid eſt quòd auſpiciorum quod ſiniſtrū dicitur, proſperum ac ſecundum putatur? *De more*) Qui cum imperio in prouinciam proficiſcebatur, in Capitolio vo-

ta nuncupabat, litabátque: Traianum igitur, vt hoc faceret Capitolinum templum ingredientem, Romanorum turba conſalutauit optimum, maximum. quanquam tunc non id intenderet. putabat enim conſalutaſſe, Iouem optimum maximum, ſed euentus docuit, conſalutaſſe Traianum, cui deinde cognomen optimi eſt inditum, & eſt maximus omnium factus. Secundum artem hunc locum tractat, dum explicat quibus indiciis dii futuram felicitatem promiſerint. hoc Fabius libro tertio præcipit. *Non id agentium*) Non intendentium te ſalutare. *Limen ingreſſum*) Iouis Capitolini. *Inſederat*) Circunſteterat. *Foribus*) Templi. *Conſalutauit Deum*) Iouem optimum maximum. *Vt tunc arbitrabatur*) Sic tunc omnes exiſtimabant Iouem ſalutatum. *Euentus*) Cùm tibi inditum optimi cognomentum, & factus es maximus. trahit argumentum ab iis, quæ ſecuta ſunt rem. Dion verò tradit futuri principatus hoc omen extitiſſe Traiano. nam vidiſſe per ſomnum virum ſeniorem in paludamento & purpurea veſte: amplius hoc corona honeſtatum: quemadmodum fortè ſenatum pingunt: aunulo quodam ſigillum ei ad ſiniſtram, deinde ad dextram tranſpoſuiſſe. Tranquillus futuri ſeculi felicitatem à cornice nunciatam adhuc viuo Domitiano, quæ in Capitolio Græcè elocuta eſt ἔςαι πάντα καλῶς, erunt omnia bene. & Domitianum ſomniaſſe, gibbam ſibi ponè ceruicem auream enatam: pro certóque habuiſſe, beatiorem poſt ſe lætioremque portendi reipublicæ ſtatum. ſicut ſanè breui euenit abſtinentia & moderatione inſequentium principum.

te conſalutauit imperatorem, nec aliter à cunctis omen acceptũ eſt. nã ipſe intelligere nolebas: recuſabas enim imperare, recuſabas quod bene erat imperaturo. igitur cogẽdus fuiſti, cogi porrò nõ poteras, niſi periculo patriæ, & mutatione reipublicæ. obſtinatũ enim tibi non ſuſcipere imperium, niſi ſeruandum fuiſſet. Quare ego illum ipſum furorem, motúmque

Te conſalutauit imperatorem) Non multo poſt eandem rem tractans, inquit, quàm peculiare gaudium eorum, qui te primi in Capitolio conſalutauerunt imperatorem. *A cunctis*) Circunſtantibus, quàm vt te futurum principem crederent. *Omen*) Si Varroni fidem præſtamus, ab ore dictum quaſi oſmen, quod in ore primum elatum eſt. eum ſecutus Donatus paria retulit, & ad rem diuinam referri credidit. Marcellus dixit omen votum eſſe mentis, & vocis. in ſacrificiis dicitur bona habere omina, id eſt, vt circumſtantes, & bona mente velint, & recta oribus proferant. *Intelligere*) Hoc omen. *Recuſabas*) Traductio, eiuſdem verbi crebra repetitio. enumerat Hieron Tyrannus apud Xenophontem, quot & quantis voluptatibus priuatus fuerit factus princeps, quibus priuatus fruebatur: vnde non mirum ſi Traianus tanquam bonus imperium ſpernebat, nec niſi neceſſariò ſuſceperit. *Imperaturo*) Tibi. *Bene*) Honeſtum futurum. *Periculo patriæ*) Mentem ſuſtineres. præparat ſe, vt ad alia tranſeat, dicturus primo quomodo milites inſurrexere contra Neruam, & ab eo Traianus ſit adoptatus. *Mutatione reipublicæ*) Dum prætoriani milites imperium detrectant, & Domitiani interfectores ad pœnam pertinaciſſimè expoſtulant: nam Tranquillus inquit, occiſum miles grauiſſimè tulit: ſtatimque eum diuum appellare conatus, paratus & vlciſci, niſi duces defuiſſent. quod quidem paulò pòſt fecit, expoſtulatis ad pœnam pertinaciſſimè cædis autoribus. verùm Dion latius hunc locũ complexus, memorat Neruam Craſſo Calphurnio, Craſſorum illorum nepoti, inſidianti ſibi cum aliis, in quodam ſpectaculo aſſediſſe, & ignorantibus detectam coniurationem, enſes porrexiſſe. verbo quidem, vt inſpicerent ſi acuti eſſent, quod fieri ſolebat: re autem ſignificans, ſe nihil curare, ſi quamprimùm interficeretur. at Aelianus Caſpetius præfectus prætorio ſub Domitia-

no, nec vllo à Nerua ſucceſſore accepto, contra imperatorem milites cum ſeditione ſtimulauit, expoſtulans interfectores Domitiani ad ſupplicium. aduerſus quos Nerua tantum reſtitit, vt & veſtem exueret, & ſe iugulandum præberet. nihil tamen profecit, nam trucidati ſunt quos Aelianus deſtinauerat. quare Nerua ſentiens ſe ob ſenectutem deſpectui apud milites eſſe, Capitolium conſcendit, ſequente magna Romanorum turba. & in conſpectu Iouis: Bona, inquit, fortuna ſenatus populíque Romani & mei, Marcum Vlpium Traianum Neruam adopto. deinde in ſenatu Cæſarem declarauit, & manu propria ad eum ſcripſit, tunc Germanicis copiis præfectum, Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν, id eſt, Luant Danai meas lacrymas tuis ſagittis. Sic igitur imperium adeptus Traianus, ad ſe euocauit Aelianum cum cæteris ſeditionis ſociis, tanquam eorum opera indigens, & de omnibus meritum ſupplicium ſumpſit.

caſtrenſem reor extitiſſe. quia magna vi, magnóque terrore modeſtia tua vincenda erat. At ſicut maris cœlique temperiem turbines tempeſtatéſque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præceſſiſſe crediderim. Habet has vices conditio mortalium, vt aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda naſcantur. Occultat vtrorumque ſemina deus, & plerunque bonorum malorúmque causæ ſub diuerſa ſpecie latent. magnum quidem illud ſeculo decus, magnum reipublicæ vulnus impreſſum eſt. imperator & parens generis humani obſeſſus, captus, incluſus. ablata mitiſſimo ſeni ſeruandorum hominum poteſtas, ereptúmque principi illud in principatu beatiſſimum, quòd nihil cogitur. Si tamen hæc ſola erat ratio, quæ te publicæ ſalutis gubernaculis admoueret, propè eſt vt exclamem, tanti fuiſſe. Corrupta eſt diſciplina caſtrorum, vt tu corrector emendatórque contingeres. inductum

Caſtrenſem) Prætorianorum militum. *Extitiſſe*) Tanquam neceſſarium. *Magna vi*) Coniuratione prætorianorum. *Modeſtia tua*) Quæ recuſabat imperare. *Turbines temperiem cœli commendant*) Aduerſa faciunt, vt magis proſpera intelligamus. turbines fiunt in fluminibus maríq., & in aëre circa terram. de quibus Seneca libro quinto, & ſeptimo, naturalium quæſtionum, & nos alibi. *Tumultum*) Timorem multum. Fabius libro octauo, Quid enim eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde ei etiam nomen ductum eſt, *Tumultum*) Prætorianorum inſolentiam. *Aduerſa ex ſecundis naſcantur*) Nam ſi bonum eſt, vt monet Seneca, rerum ſcientia, non poſſumus aduerſa intelligere, niſi ſecundorum cognitione. nec ſecunda niſi aduerſorum. *Semina*) Principia, cauſas boni & mali. *Diuerſa*) Vt quod nobis bonum videtur, malorum cauſa ſit. *Seculo*) Aetati noſtræ. *Impreſſum*) Inflictum. *Imperator*) Nerua. *Parens generis humani*) Nam præter beneficia pauperibus & ſenatoribus collata ab eo, iureiurando in ſenatu affirmauit, ſe neminem ſenatorum interfecturum: præſtitit, quanquam inſidiis à quibuſdam petitus. *Obſeſſus*) A prætorianis. *Obſeſſus, captus, incluſus*) Articulus grauis. *Seni*) Neruæ, qui vno anno & menſibus quatuor, diebus ix. imperauit. vixit autem lxv. annis, menſibus x diebus totidem. Eutropius in hoc diſſentit à Dione, quòd non diebus nouem, ſed vno minus imperaſſe, & lxx. ac altero ætatis anno, vixiſſe tradit, cui ſententiæ accedit in Chronicis Euſebius.

aliqui tradidere, cauſarum alias deliberatiuas, alias iudiciales, alias panegyricas eſſe. nam πανηγυρὶς feſtiuitas, laus, conuentus dici poteſt, ἀπὸ τοῦ πᾶν καὶ ἀγύρω, quod eſt totum congrego. Philoſtratus libro octauo: in Panegyri templa ſunt, & Deorum cellæ, & ſtadia ad currendum. proinde ſcenæ & gentes plurimæ, partim ex finitimis, partim ex tranſmarinis regionibus venientes. Ex multis inſuper artibus & ſophiſmatibus conſtat panegyris, ex vera quoque ſapientia & poetica, ex conſultatiuis etiam & diſputatiuis orationibus, & muſicis cantibus. panegyrin quidem dico eſſe virorum conuentum, & locum ipſum quo ipſos conuenire neceſſe eſt. vnde meritò inſcribitur panegyrica oratio, quòd in conuentu & celebritate ſenatorum dicta fuit, in laudem Traiani. dicitur Secundi panegyricus, ſic vt Iſocratis panegyricus ad τὸν λόγον reſpiciendo. apud Græcos enim inſcribi ſolet ὁ λόγος πανηγυρικὸς, ſicut apud nos oratio panegyrica. nam ὁ λόγος maſculino genere comprehenditur, at oratio fœminino. Præter Traianum imperatorem lego alterum Traianum patricium ſub Iuſtiniano Cæſare, qui chronica ſcripſit compendia admodum probata, & fidem Orthodoxam ſecutus. *Bene ac ſapienter*) Procemium apparatum. Quod in deliberatiuo & demonſtratiuo laudabile, verùm in iudiciali genere præcipitur inutile. Trapezuntius Hermogenem ſecutus, hanc procemii expoſitionem vocat, quod cum fine conuenit. nam ſicut à precationibus incipit, ita per eaſdem concludit. Duplex lectio circumfertur. vt rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus capere: cuius erit ordo. inſtituerunt capere initium à precationibus, ſicut agendarum rerum ita dicendi. alia vt rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus caperetur: vt ſit ordo, inſtituerunt vt caperetur initium à precationibus, ita dicendi vt rerum agendarum quæ cùm ſit durior, & òrdo perturbatior, minus procedit. *Vt rerum agendarum*) Satis conſtat nunquam fere Romanos iniiſſe magiſtratus, bella ſuſcepiſſe, rem aliquam publicam tractaſſe, niſi prius nuncupatis votis, captato augurio, ſacris ritè peractis. inde libro primo Valerius Maximus: Priſco inſtituto rebus diuinis opera datur, cùm aliquid commendandum eſt precatione, cùm expoſcendum voto, cùm exoluendum gratulatione, cùm inquirendum vel extis, vel ſortibus imperio, cùm ſolemni ritu peragendum ſacrificio, quo etiam oſtentorum ac fulgurum denunciationes procurantur. *Ita dicendi*) Contenti erimus vno Liuio. in cuius initio concionum ſæpe legimus: quod Felix fauſtúmque ſit ſenatui populóque Romano. & alibi. Deos immortales milites veſtros publicos meóſque ab vrbe proficiſcens adoraui, veniámque ſupplex popoſci. vt taceamus Valerium, qui in prologo ſui operis teſtatur priſcos oratores à Ioue Optimo Maximo bene orſos. *Quod nihil ritè*) Expoſitionis ratio veriſſima. *Ritè*) Benè. rectè. *Auſpicarentur*) Inciperent.

Conſuli) Qui præeſt reipublicæ, & poſt imperatorem ſummum ius habet. ante imperatores primum obtinuit. *Vſurpandus*) Vſitandus. *Colendus*) Obſeruandus. *Imperio*) Iuſſu. *Optimo*) Traiano. *Gratias*) Proconſulatu. *Caſtus*) Abſtinuit Traianus ab adulteriis, ſed puerorum amoribus non caruit. *Rectores*) Principes. nam. Home-

conſuli? aut quandò magis vſurpandus colendúſque eſt, quàm cũ imperio ſenatus, autoritate reipublicæ ad agendas optimo principi gratias excitamur? Quod enim præſtabilius eſt, aut pulchrius munus deorũ, quàm caſtus, & ſãctus, & dijs ſimillimus princeps? Ac ſi adhuc dubium fuiſſet, fortè caſúque rectores terriſ, an aliquo numine darentur, principem tamẽ noſtrum liqueret diuinitus conſtitutum. nõ enim

rus ſecundo Iliados regibus (inquit) dignitas ab Ioue tribuitur his quidem verbis τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι. & nono ſcribit Agamemnonem ab Ioue regem factum. Cæſares etiam à deo dari opinatur Vegetius libro ſecundo, & ſecundos à deo generi humano præeſſe apud Græcos legere memini: patrem filium Numam admonuiſſe, regnum ſuſciperet, tanquam diuinum donum & dei miniſterium.

occulta poteſtate fatorum, ſed ab Ioue ipſo coràm, ac palàm repertus: electus eſt quippe inter aras, & altaria: eodémque loci, quem deus ille tam manifeſtus ac præſens, quàm cœlum, ac ſidera inſedit. Quo magis aptum, piúmque eſt, te Iupiter Optime Maxime, antea conditorē, nunc conſeruatorē imperij noſtri precari, vt mihi digna conſule, digna ſenatu, digna principe contingat oratio. vtque omnibus quæ dicetur à me libertas, fides, veritas

Occulta) Nobis incognita. *Coram*) Nerua ob ſenectutem deſpectus à militibus, Capitolium ingreſſus exclamauit quod felix fauſtúmque ſit ſenatui populóque Romano & mihi, M. Vlpium Neruam Traianum adopto, & Cæſarem, facio. quare Secundus non multò pòſt inquit, non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante puluinar Iouis Opt. Max. adoptio peracta eſt. ſequitur autem rhetorum præcepta: nam ſcripſit de Oratore M. Tullius, noſtram orationem ornari à rebus geſtis, iudiciis hominum comprobatis, in quibus etiam felicitatem ipſam deorum immortalium iudicio tribui laudationis eſt. *Inter aras & altaria*) Seruius ſuper illud Virgilianum: en quattuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo Tradit: nouimus aras & diis ſuperis & inferis conſecratas. altaria verò eſſe ſuperorum tantùm deorum. ſic alterum ab altero Tacitus libro decimoſeptimo diſtinxit, poſt altaria & aram complexa dicens. altare quidam dictum volunt ab altitudine, quòd antiqui diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant, diis terreſtribus in terra, diis inferioribus in terra defoſſa. vel altare appellatum, quòd in eo ignis adoleatur, id eſt, excreſcat. ara vel ab area dicta eſt loco in vrbe puro, quòd ara deûm pura ſit. vel ab ardore, ad quem vt ſit fit ara. autor Varro de lingua Latina: ſed idem in libris diuinarum rerum dixerat, ſi Macrobio credimus, aras primùm anſas vocatas, quòd eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri. anſis autem teneri ſolere vaſa quis ambigit? *Eodémque loci*) In eo loco, id eſt, in Capitolio. *Deus*) Iupiter Optimus Maximus Capitolinus. de extructione templi Capitolini multa Plutarchus in Publicola, & Dionyſius lib. quatto, & Liuius primo. in illo fuerunt tria ſacella æqualia inter ſe communia habentia latera. medium quidem Iouis, hinc inde Iunonis, & Mineruæ, ſub vna aquila vnáque velata tectura. appellatur Iupiter ſecundum Ciceronem pro domo ſua optimus propter beneficia quæ Romanis præſtitit. Maximus autem propter vim. *Manifeſtus*) Putabat antiquitas magis præſentem Iouem ſupplicibus in templo Capitolino quàm alibi, quòd ibi tanquam in arce cœli ſolemnibus ſacris & cultu pompabiliore excoleretur. *Quo magis*) Redditio rationis, quæ breuiter complectitur id quod expoſitione & ratione conficitur, velut ipſius rei apta propoſitio. *Conditorem*) At Romulum omnes conditorem vrbis tradunt, ſed quia nihil fit ſine Deo Opt. Max. cuius nutu ferunt Romulo aues addixiſſe, non iniuria conditorem vrbis Iouem appellauit. *Conſeruatorem*) Qui à Domitiano, deinde à tumultuantibus militibus imperium tranſtulit in Traianum, cuius incolumitate rempublicam

conſtet : tantúmque à ſpecie adulationis abſit gratiarum actio mea quantum abeſt à neceſſitate. Equidem non conſuli modò, ſed omnibus ciuibus enitendum reor, ne quid de principe noſtro ita dicant, vt idem illud de alio dici potuiſſe videatur. Quare abeant ac recedant voces illæ, quas metus exprimebat. nihil quale antea dicamus: nihil enim quale antea patimur. nec eadem de principe, quæ prius, prædicemus, neque enim eadem ſecretò loquimur, quæ prius. Diſcernatur orationibus noſtris diuerſitas temporum, & ex ipſo genere gratiarum agendarum intelligatur, cui quando ſint hactenus vt deo, nunc nuſquam, vt numini, blandiamur. non enim de tyranno, ſed de ciue, non de domino, ſed de parente loquimur. Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit, atque eminet, quòd vnum ex nobis putat. nec minus hominem ſe, quàm hominibus præeſſe meminit. Intelligamus ergo bona noſtra, dignóſque nos illius vſu probemus. atque identidem cogitemus, ſi maius principibus præſtamus obſequium, qui ſeruitute ciuium, quàm qui libertate lætantur. Et populus quidem Romanus dilectum principem ſeruat, quantóque paulo antè concentu formoſum alium, hunc fortiſſimũ perſonat. quibúſque aliquando clamoribus geſtum alterius, & vocẽ,

florentem & incolumem à dijs ſeruari in *veritas,fides,Veritas.*) Diſſolutum. epiſtolis retulit. *Digna*) Repetitio. *Liconſtet*) Manifeſta ſit. *A neceſſitate*) Quia inuiti non cogimur vllo timore. *Equidem*) Comprobatio, quæ eſt redditione cauſæ, rémque totam manifeſtius tangit. *Idem illud*) Simile. *Alio*) Principe. claritas orationis : quam puritas & elegantia conficit. *Illæ*) Blandæ & adulatoriæ. *Exprimebat*) Extorquebat, educebat. *Eadem*) Falſas laudationes *Eadem ſecretò*) Clam malis principibus maledicimus. *Prius*) Sub Domitiano, qui deus dici & credi voluit: Aureliano, Dione, Euſebio, Tranquillo tradentibus. nam poſtquam ſcripſit epiſtolam ſuis procuratoribus, cuius initium fuit : Dominus, & Deus noſter ſic fieri voluit: inſtitutum poſthac, vt ne ſcripto quidem ac ſermone cuiuſquam appellaretur aliter : quinimmo mulier quædam quòd in conſpectu imaginis illius ſe exuiſſet, ſupplicio eſt affecta. *Nuſquam*) Nec publicè, nec priuatim. *Vt deo*) Addam prædictis Oroſium ſcribere in tantum ſuperbiæ prolapſum Domitianum, vt Dominum ac Deum ſeſe vocari, ſcribi, colíque iuſſerit : Apolloniúmque philoſophum narrat Philoſtratus ab accuſatore iuſſum vt omnium hominum Deum, Domitianum reſpiceret : illum autem oculos ad culmen domus, id eſt, ad Iouem ſuſtuliſſe. *Vt numini*) Tanquam deo. *Non enim de tyranno*) Contentio color. complectitur in hac oratione optimi Traiani, & peſſimi Domitiani vitam, vt gratior fiat. nam nec bonum virum propriè & copioſè laudari ſine virtutum, nec improbum vituperari ſine vitiorum cognitione ſatis inſigniter atque aſperè poſſe teſtatur Cicero de Oratore. *Domino*) Cuius correlatiuum ſeruus. *Ex nobis*) Ex numero noſtro. id eſt, hominem. *Hoc*) Propter humanitatem. oratio exacta & diligens, quæ ornatum in ſe continet. *Hominibus*) Quos decet humaniter tractare. *Dignos*) Bene obſequendo illi. *Identidem*) Frequenter. *Si præſta-*

mus maius obſequium) Si magis ſubiecti ſumus, eùm ſanè tyrannis magis famulemur. *Et populo*) Populus inquit Romanus obſeruat Traianum, & applaudit eius virtutibus. *Concentu*) Suaui vocum concordia. ſolebant enim principum aliqui diſponere iuuenes robuſtiſſimæ vocis, qui per claſſes diuiſi applauderent imperatori. hoc legimus feciſſe Neronem. quem morem videtur poeta tetigiſſe: eùm canit Tyrios & Troianos applauſiſſe Iopæ canenti. *Formoſum alium*) Domitianum intelligit, cui ſpectacula edenti populus applaudebat. fuit autem is pulcher & decens, maximè in iuuenta, ſtatura procera, vultu modeſto, ruboriſque pleno, grandibus oculis, verùm acie hebetior. & præter Tranquilli verba, Tacitus aſſerit habitu decorum, & crebram oris confuſionem, ignotis adhuc moribus, pro modeſtia accipi ſolitam. quare de eodem Statius in Syluius ait: par forma decórque, Par honor *Hunc fortiſſimum.*) Traianum valuiſſe corporis viribus, conſtat vel vno Secundi teſtimonio. qui circa finem huius orationis multa de illius tolerantia tractat, lætúmque opere corpus, & creſcentia laboribus membra commendans. Martialis etiam more ſuo, id eſt, adulatorio, Domitianum tanquam formoſiſſimum libro octauo extollit. Hîc ſtetit Arctoi formoſus pulucre belli Purpureum fundens Cæſar ab ore iubar: Hic lauro redimita comas, & candida vultu Roma ſalutauit voce manúque ducem. *Perſonat*] Alta voce laudat.

huius pietatem, abſtinentiam manſuetudinē laudat. Quid nosipſi? diuinitatem principis noſtri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, vt amor & gaudium tulit, celebrare vniuerſi ſolemus? Iam quid tam ciuile, tam ſenatorium quàm illud additum à nobis optimi cognomen? quod peculiare huius, & proprium arrogantia priorum principum fecit. Enimuero quàm commune, quàm ex æquo, quòd felices nos, felicem illum prædicamus: alterniſque votis hæc faciat,

Huius pietatem) Iſta obtinent narrationis locum. nam proponit de quibus dicturus eſt, & à perſona Traiani, quem laudat, & Domitiani quem vituperat, incipit ex arte. Fabius enim libro quarto: initiū narrationis quidam vtique faciendum à perſona putant, eámque ſi noſtra ſit, ornandam: ſi aliena, infamandam ſtatim. & quamquam is de iudiciali genere loquatur, tamen hæc per quandam ſimilitudinem deduci poſſunt ad demonſtratiuum, vt pro noſtra perſona ſit illius, quem laudamus, & pro aduerſarij quem ex comparatione vituperare intendimus. Narratio, inquit Cicero, in demonſtratiuo nulla erit quæ neceſſariò conſequatur. ſed ſi qua inciderit, eùm aliquod factum eius, de quo loquemur, nobis narrandum ſit, eum laude aut vituperatione, præceptio narrandi eadem quæ in iudicialibus. *Quid noſipſi?*) Interrogatio grauis: nam hæc narratio quamquam ſit lucida, tamen morata & cum dignitate ornata magnificè fluit. *Noſipſi*) Senatores. *Vt amor, & gaudium tulit*) Prout quiſque vel amore, vel gaudio incitatur. *Ciuile*) Pertinens ad ciues. *Optimi cognomen*) Iuxta finem inquit, iuſtis nec de cauſis Senatus Populúſque Romanus optimi tibi cognomen adiecit. nec magis diffinitè, diſtinctéque deſignat, qui Traianum, quàm qui optimum appellat. *Huius peculiare*) Traiani proprium. *Arrogantia*) Quia dedignabantur optimi cognomen, an potius quia illud non merebantur. etſi legimus optimi cognomen à ſenatu P. Scipionem Naſicam meruiſſe, & Tranquillus tradat Caium imperatorē cognomen optimi maximique ſumpſiſſe *Commune*) Et illi & nobis eſt *Felices*) Traiano acclamarunt ſenatores: ô te felicē, ô nos felices: quod cùm dicerēt, non opes illius, ſed animū admirabantur. hæc cōprehenſa breuius in narratione ſuis locis diffuſius tractabuntur. *Fe-*

ſicem illum) Traianum: quod non moribus, ſed fortunæ datum eſt. *Alternìſque Votis*) Precatus eſt Traianus vt ita precibus ſuis dii annuerent, ſi iudicium ſenatorum mereri perſeueraſſet. precati ſunt ſenatores, vt ſic Traianum amarent dii quemadmodum imperator ſe *Hæc faciat*) Qualia facit.

hæc audiat, quaſi non dicturi niſi fecerit, comprecamur. Ad quas ille voces lachrymis etiam, ac multo pudore ſuffunditur. Agnoſcit enim ſentítque, ſibi, non principi dici. Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruauimus, hoc ſinguli quoque meditati teneamus: ſciamúſque nullum eſſe, nec ſincerius, nec acceptius genus gratiarum, quàm quod illas acclamationes æmulemur, quæ fingendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet, laborabo vt orationem meam ad modeſtiam principis, moderationémque ſubmittam: nec minus conſiderabo, quid aures eius pati poſſint, quàm quid virtutibus debeatur. Magna, & inuſitata principis gloria, cui gratias acturus non tam vereor, ne me in laudibus ſuis parcum, quàm ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas ſola circunſtat Nam merenti gratias agere facile eſt Patres Conſcripti. non enim periculum eſt, ne cùm loquar de humanitate, exprobrari ſibi ſuperbiam credat. cùm de frugalitate luxuriam, cùm de clementia crudelitatem, cùm de liberalitate auaritiam, cùm de benignitate liuorem, cùm de continentia libidinem, cùm de labore inertiam, cùm de fortitudine timorem. Ac ne illud quidem vereor ne gratus, ingratúſve videar, prout ſatis aut parum dixero. Animaduerto enim etiam deos ipſos non tam accuratis adorantiū precibus, quàm innocentia, & ſanctitate, lætari: gratiorémque exiſtimari, qui delubris eorū purā caſtámque mētē, quàm qui

Hæc audiat) Qualia à nobis audis, ſcilicet felices nos & illum. *Quaſi non dicturi*) Talem dicendi libertatem nobis conceſſit, vt non benediceremus de Traiano, niſi & benefaceret. *Lachrymis*) Nam præ lætitia effudit lacrymas. approbaſti inquit & ipſe acclamationum noſtrarum fidem, lacrymarum tuarum veritate: vidimus humeſcentes oculos, demiſſúmque gaudio vultum: tantúmque ſanguinis in ore, quã tum pudoris in animo. *Sibi*) Suis virtutibus. *Non principi*) Non timore & adulatione: vt ſolent populi principibus dicere. *Omnes*) Senatores. *Pietatis calore*) In illis repentinis acclamationibus: cùm multa ſponte, plura inſtinctu quodàm fecerunt. hic dicit temperamentum habuiſſe in acclamationibus, illic verò modum exceſſiſſe. *Meditati*) Præparata oratione. *Acclamationes*) Repentinas laudationes: de quibus in epiſtolis copioſè diſſeruimus. *Quantum ad me*) A perſona de qua agit, & ſua, facit auditorem attentum. *Ad modeſtiam*) Ad imitationem Traiani, qui ſolet in omnibus vti modeſtia. *Submittam*) Deprimam, extenuem, minus dicturus quàm virtutes eius meruerint. *Quid*) Niſi modeſtum. *Quid*) niſi excellens & diuinum. *Inuſitata*) Prioribus inſueta. *Difficultas*) Ne videar immodicè laudare. *Circumſtat*) Angit, obſe-

dit, tranſlatum verbum. *Non enim periculum eſt*) Quod erat ſub malis principibus, qui ſibi conſcij, cùm laudarentur, ſuſpicabantur per contraria nota ſua vitia. eſt autem contentio color, nec minus iſta narrationis locum obtinent quàm ſuperiora. *Liuorem*) Inuidiam. *Gratus*) Si ſatis dixero. *Ingratus*) Si parum. *Animaduerto enim*) Sententia.

Accuratis) Elaboratis, elegantibus. *Delubris*) Aſconius templa ſingulorum Diis attributorum locorum, delubra multarum ædium ſub vno tectu à diluuio pluuia munitarum. alii delubra dicunt ea templa, in quibus nunc delubra corporum abluendorum cauſa more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici: in quorum delubris lebetes tripodéſque viſuntur. ſunt etiam qui delubra ligna delibrata, id eſt, decoriata pro ſimulacris deorum, more veterum poſita exiſtiment, ſed malè. Varro, Macrobio referente, ait, delubrum alios exiſtimare, in quo præter ædem ſit area aſſumpta deûm cauſa. alios in quo loco Dei ſimulachrum dedicatum ſit. ſicut locum, in quo figerent candelam, cándelabrum appellatum: ita in quo deum ponerent, delubrum. Seruius præterea quas rationes Aſconius idem & ipſe retulit, ſed in hoc diſſentit à Feſto, ſimul concedente, quòd delubrum fuſtem delibratum, hoc eſt decorticatum, (quem pro deo venerabantur) prodit.

meditatum carmen intulerit. Sed parendum eſt Senatuſconſulto, quod ex vtilitate publica placuit, vt conſulis voce ſub titulo gratiarum agendarum boni principes, quæ facerent, recognoſcerent: mali quæ facere deberent. Id nunc eo magis ſolemne, ac neceſſarium eſt, quòd parens noſter priuatas gratiarum actiones cohibet, & comprimit, interceſſurus etiam publicis, ſi permitteret ſibi vetare, quod ſenatus iuberet. Vtrunque Cæſar Auguſte moderatè, & quòd alibi tibi gratias agi non ſinis, & quòd hîc ſinis. non enim à te ipſo tibi honor iſte, ſed ab agentibus habetur. cedis affectibus noſtris, nec nobis munera tua prædicare, ſed audire tibi neceſſe eſt. Sæpe ego mecum P.C. tacitus agitaui, qualem quantúmque eſſe oporteret, cuius ditione nutuque maria, terræ, pax, bella regantur: cùm interea fingenti, formantique mihi principem, quē æquata dijs immortalibus poteſtas deceret, nunquam voto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic, quem videmus. Emicuit aliquis in bello, ſed abſoleuit in pace: alium

Meditatum) Excultum. *Carmen*) Cantum. *Senatuſconſulto*) Decreto patrum. *Sub titulo*) Sub inſcriptione & velamento, ac prætextu. *Solenne*) Præcipuum. *Priuatas*) A priuatis hominibus. *Cohibet*) Vetat fieri ſibi. *Parens*) Qui nos diligit filiorum inſtar, & ideo pater patriæ iure nominatus. *Interceſſurus publicis*) Prohibiturus etiam publicas gratiarum actiones, ſi vellet infringere ſenatuſconſultũ. *Cæſar Auguſte*) A primo imperatore Octauio cæteri cognomen Cæſaris Auguſti ſibi vendicarunt. *Moderatè*) Facis. *Alibi*) In loco priuato. *Hic*) In ſenatu. *Iſte honor*) Gratiarum actio. *Non habetur tibi*) Tu non quæris hunc honorem. *Sed ab agentibus*) Vnde illud Ariſtotelis: honor eſt honorantibus, id eſt, in poteſtate dantis, non autem accipientis. *Cedis affectibus noſtris*) Permittis quod cupimus. *Nec eſt neceſſe*) Nec cogimur. *Munera*) Beneficia. *Regantur*) Adminiſtrentur. *Aequata poteſtas*) Qui parem poteſtatem haberet in terris, quam dii habent, quorum nutu.

omnia reguntur. *Voto)* Paradoxon. *Similem)* Talem & tantum. ſanè Traianus fuit admirabilis: cuius virtutes diuus Gregorius ſcriptis recognoſcens precibus à Deo illi cæleſtem vitam impetraſſe traditur. *Enituit aliquis in bello)* Facit diuiſionem exponendo quæ dicturus ſit: nam Marcus Tullius in rhetoricis genus demonſtratiuum tractans, diuiſione, inquit, hac vtemur.. exponemus quas res laudaturi ſumus. in ea, ſi Hermogeni credimus, ſumma conſiſtit elegantia. non ſolùm verbis, ſed etiam ſententiis. quando ſcilicet præparamus auditorem, & in ordinem dicenda redigimus. legimus etiam emicuit. *In bello)* Vt Annibal, Marius: teſtatur Auſonius Traianum bello pacéque claruiſſe. Aggreditur regimen viridi Traianus in æuo Belli laude prior, cætera pacis habens. & Epitomata vitæ Traiani: non vt bellicoſus alia pacis neglexit, aut minus intellexit, ſed ſæpius pro tribunali iuſtiſſimè iudicauit. tali dicendi modo quo Secundus, vtitur & Claudianus pro Stilicone. Corpus deſtituit, bellis inſignior ille, Sed pacem fœdat vitiis. hic publica felix, Sed priuata domus. partium ſingula quenquam Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis: Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuris, Hunc ſoboles caſtique tori. ſparguntur in omnes, In te mixta fluunt, & quæ diuiſa beatos Perficiunt, collecta tenes. ſic Propertius libro tertio. Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis annis.

toga, ſed non & arma, honeſtarunt: reuerentiam ille terrore, alius amorem humilitate captauit: ille quæſitam domi gloriam in publico, hic in publico partam domi perdidit. poſtremò adhuc nemo extitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. At principi noſtro quanta concordia, quantúſque concentus omniũ laudum, omniſque gloriæ contigit? vt nihil ſeueritati eius hilaritate, nihil grauitati ſimplicitate, nihil maieſtati humanitate detrahatur. Iã firmitas, iã proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas: nec ſine quodam munere deûm feſtinatis ſenectutis

Toga) Pax, qua Marcus Tullius habilior & clarior. *Honeſtarunt)* Extulerunt. *Ille)* Alius qualis Marius, Sylla, Caligula & Domitianus. *Alius)* Qualis Claudius primus Cæſarum, fidem militis etiam præmio pigneratus: & quodam cum ferro circa ſacrificantem ſe deprehenſo ſenatũ per præcones properè conuocauit, lacrymíſque ac vociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti vſquam eſſet, ac diu publico abſtinuit. Sic Otho ad promerendum militum fauorem humili concione eos adhortatus eſt. item Nero & Domitianus largitionibus plerunque ſibi amorem conciliarunt. *Domi)* In re priuata. *Confinio)* Contagio, commixtione. *Concordia)* Coniunctio. *Concentus)* Conuenientia, collaudatio. *Seueritati)* Marcus Tullius de Bruto. Quid enim tam diſtans, quàm à ſeueritate comitas? quis tamen vnquam te aut ſanctior eſt habitus, aut dulcior? *Firmitas)* Fortitudo corporis. *Iàm honor capitis.* Canicies, quæ quidem in homine graui venerabilis eſt. Refert Dion, dum Traianus Agarenos oppugnat, cognitum ab hoſtibus maieſtate caniciei, & grauitate oris, quamuis imperatoria inſignia depoſuiſſet, itaque ſagittis petitum, & vnum ex equitibus iuxta interſectum. *Dignitas oris.* Maieſtas, pulchritudo digna imperio. Claudianus de Stilicone. Iam tum conſpicuus, iam tum venerabilis ibas: Spondebárque ducem celſi nitor igneus oris Membrorúmque modus. Laudat à bonis corporis à natura attributis, ea ſunt, vt velocitas, vires, ætas, dignitas, valetudo. *Ad hoc* Præterea. *Aetatis indeflexa maturitas)* Florida virilitas. tradunt autores, Traianum imperatorem

ratorem electum in ætatis robore, vtpote qui quadrageſimum annum agens, imperare cœperit. vt alios omittam vnico Suidæ teſtimonio contenti erimus. Traianus princeps iuſtus & corporis robore præſtans, quadrageſimo ętatis anno ſumpſit imperium. & quodammodo omnia pariter, quæ priuati ſolent, voluit elaborare. Dionis abbreuiator quadrageſimo vnum addidit. Traianus, inquit, non mediocriter enituit in iuſtitia, & fortitudine, morúmque ſimplicitate, ac robore corporis. nam vnum & quadrageſimum annum agens, imperator creatus, etiam animo vigebat. vt neque iuuentute magis auderet, neque ſenectute retardaretur. Nam Onexander libro de imperatore eligendo præcipit nec iuuenem nimis, nec ſenem eſſe oportere imperatorem. quod alter credulus nimis & audax, imbecillus alter & timidus. Alii etiam Græcorum quadrageſimo duos addiderunt. cui ſententiæ videtur Euſebius concedere, ſi diligenter annos computaueris. Vnde miror Flauium Vopiſcum referre, Tacitum imperatorem dicere ſolitum, Traianum ſenem ad imperium veniſſe.

inſignibus ad augendum maieſtatem ornata cæſaries: nonne longè latéque principem oſtentant? Talem eſſe oportuit, quem non bella ciuilia, nec armis oppreſſa R. P. ſed pax, & adoptatio, & tandem exorata terris numina dediſſent. An fas erat nihil differre inter imperatorem, quem homines, & quem dÿ feciſſent? quorum quidem in te Cæſar iudicium, & fauor tunc ſtatim, cùm ad exercitum proficiſcereris, & quidem inuſitato enituit. nam cæteros principes, aut largus cruor hoſtiarũ, aut ſiniſter volatus auium conſulentibus nunciauit. tibi aſcendenti de more capitolium, quanquam non id agentium ciuium clamor, vt iam principi occurrit. ſiquidem omnis turba, quæ limen inſederat, ad ingreſſum tuum foribus reclufis, iam quidem vt tunc arbitrabatur, deum: cæterùm, vt docuit euentus,

Inſignibus) Caniei. *Maieſtatem*) Reuerentiam: quæ maioribus habetur. *Cæſaries*) Coma à cędendo dicta *Longè latéque*) Manifeſtiſſime. Hunc locum imitatus eſt Pacatus in panegyrico Theodoſii. tua, inquit, hæc forma venerabilis quàm longè latéque conſpicuum commẽdat imperium. *Oſtentant*) Indicant. *Non bella ciuilia*) Reſpicit Auguſtum, quem Romana reſpublica iam bellis ciuilibus feſſa, libẽter imperatorem accepit. etiam ad Veſpaſianum referri poteſt. *Adoptatio*) Electio, aſſumpto in filium per Neruam *Exorata*. Propitia, precibus noſtris fauentia. Oroſius. Nerua Traianum in regnum adoptauit, per quem reuera affectæ reipublicæ diuina prouiſio conſuluit. *An fas*) Interrogatio grauis. *Quem dÿ*) Quem Traianum dii crearunt nobis. *Iudicium*) Dion in Domitiano. Traiano Vlpio & Acilio Glabrione coſſ. ſigna apparuiſſe ferunt, quibus Glabrioni mors, Traiano imperium portenderetur. Secundus in perorationę orationis Iouem appellans dicit. tu clara iudicii tui ſigna miſiſti, cũ proficiſcentem ad exercitum tuo nomine, tuo honore decoraſti. *Ad exercitum*) Germanicum: dum cum imperio illuc à Domitiano mittereris. *Largus cruor*) Hecatombe. innumeræ victimæ. Trãquillus memorat tribus menſibus ac ne totis quidem ſupra centum ſexaginta millia victimarum cæſa pro Caio Cæſare. *Siniſter*) Felix. læuum cùm de humanis rebus eſt, contrarium eſt: cùm de cœleſtibus, proſperũ. nã quod nobis ſiniſtrũ, diis dextrũ eſt. vnde pluribus quærit Plutarchus, quid eſt quòd auſpiciorum quod ſiniſtrũ dicitur, proſperum ac ſecundum putatur? *De more*) Qui cum imperio in prouinciam proficiſcebatur, in Capitolio vo-

ta nuncupabat, litabátque: Traianum igitur, vt hoc faceret Capitolinum templum ingredientem, Romanorum turba conſalutauit optimum, maximum, quanquam tunc non id intenderet. putabat enim conſalutaſſe, Iouem optimum maximum, ſed euentus docuit, conſalutaſſe Traianum, cui deinde cognomen optimi eſt inditum, & eſt maximus omnium factus. Secundum artem hunc locum tractat, dum explicat quibus indiciis dii futuram felicitatem promiſerint. hoc Fabius libro tertio præcipit. *Non id agentium*) Non intendentium te ſalutare. *Limen ingreſſum*) Iouis Capitolini. *Inſederat*) Circunſteterat. *Foribus*) Templi. *Conſalutauit Deum*) Iouem optimum maximum. *Vt tunc arbitrabatur*) Sic tunc omnes exiſtimabant Iouem ſalutatum. *Euentus*) Cùm tibi inditum optimi cognomentum, & factus es maximus. trahit argumentum ab iis, quæ ſecuta ſunt rem. Dion verò tradit futuri principatus hoc omen extitiſſe Traiano. nam vidiſſe per ſomnum virum ſeniorem in paludamento & purpurea veſte: amplius hoc corona honeſtatum: quemadmodum fortè ſenatum pingunt: annulo quodam ſigillum ei ad ſiniſtram, deinde ad dextram tranſpoſuiſſe. Tranquillus futuri ſeculi felicitatem à cornice nunciatam adhuc viuo Domitiano, quæ in Capitolio Græcè elocuta eſt ἔςαι πάντα καλῶς, erunt omnia bene. & Domitianum ſomniaſſe, gibbam ſibi ponè ceruicem auream enatam: pro certóque habuiſſe, beatiorem poſt ſe lætiorémque portendi reipublicæ ſtatum. ſicut ſanè breui euenit abſtinentia & moderatione inſequentium principum.

te conſalutauit imperatorem, nec aliter à cunctis omen acceptũ eſt. nã ipſe intelligere nolebas: recuſabas enim imperare, recuſabas quod bene erat imperaturo. igitur cogẽdus fuiſti, cogi porrò nõ poteras, niſi periculo patriæ, & mutatione reipublicæ. obſtinatũ enim tibi non ſuſcipere imperium, niſi ſeruandum fuiſſet. Quare ego illum ipſum furorem, motúmque

Te conſalutauit imperatorem) Non multo poſt eandem rem tractans, inquit, quàm peculiare gaudium eorum, qui te primi in Capitolio conſalutauerunt imperatorem. *A cunctis*) Circunſtantibus, quàm vt te futurum principem crederent. *Omen*) Si Varroni fidem præſtamus, ab ore dictum quaſi oſmen, quod in ore primum elatum eſt. eum ſecutus Donatus paria retulit, & ad rem diuinam referri credidit. Marcellus dixit omen votum eſſe mentis, & vocis. in ſacrificiis dicitur bona habere omina, id eſt, vt circumſtantes, & bona mente velint, & recta oribus proferant. *Intelligere*) Hoc omen. *Recuſabas*) Traductio, eiuſdem verbi crebra repetitio. enumerat Hieron Tyrannus apud Xenophontem, quot & quantis voluptatibus priuatus fuerit factus princeps, quibus priuatus fruebatur: vnde non mirum ſi Traianus tanquam bonus imperium ſpernebat, nec niſi neceſſariò ſuſceperit. *Imperaturo*) Tibi. *Bene*) Honeſtum futurum. *Periculo patriæ*) Mentem ſuſtineres. præparat ſe, vt ad alia tranſeat, dicturus primo quomodo milites inſurrexere contra Neruam, & ab eo Traianus ſit adoptatus. *Mutatione reipublicæ*) Dum prætoriani milites imperium detrectant, & Domitiani interfectores ad pœnam pertinaciſſimè expoſtulant: nam Tranquillus inquit, occiſum miles grauiſſimè tulit: ſtatimque eum diuum appellare conatus, paratus & vlciſci, niſi duces defuiſſent. quod quidem paulò pòſt fecit, expoſtulatis ad pœnam pertinaciſſimè cædis autoribus. verùm Dion latius hunc locũ complexus, memorat Neruam Craſſo Calphurnio, Craſſorum illorum nepoti, inſidianti ſibi cum aliis, in quodam ſpectaculo aſſediſſe, & ignorantibus detectam coniurationem, enſes porrexiſſe. verbo quidem, vt inſpicerent ſi acuti eſſent, quod fieri ſolebat: re autem ſignificans, ſe nihil curare, ſi quamprimùm interficeretur. at Aelianus Caſperius præfectus prætorio ſub Domitia-

no, nec vllo à Nerua ſucceſſore accepto; contra imperatorem milites cum ſeditione ſtimulauit, expoſtulans interſectores Domitiani ad ſupplicium. aduerſus quos Nerua tantum reſtitit, vt & veſtem exueret, & ſe iugulandum præberet. nihil tamen profecit, nam trucidati ſunt quos Aelianus deſtinauerat. quare Nerua ſentiens ſe ob ſenectutem deſpectui apud milites eſſe, Capitolium conſcendit, ſequente magna Romanorum turba. & in conſpectu Iouis: Bona, inquit, fortuna ſenatus populíque Romani & mei, Marcum Vlpium Traianum Neruam adopto. deinde in ſenatu Cæſarem declarauit, & manu propria ad eum ſcripſit, tunc Germanicis copiis præfectum. Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν, id eſt, Luant Danai meas lacrymas tuis ſagittis. Sic igitur imperium adeptus Traianus, ad ſe euocauit Aelianum cum cæteris ſeditionis ſociis, tanquam eorum opera indigens, & de omnibus meritum ſupplicium ſumpſit.

caſtrenſem reor extitiſſe. quia magna vi, magnoque terrore modeſtia tua vincenda erat. At ſicut maris cœlique temperiem turbines tempeſtatéſque commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam illum tumultum præceſſiſſe crediderim. Habet has vices conditio mortalium, vt aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda naſcantur. Occultat vtrorumque ſemina deus, & plerunque bonorum malorúmque cauſæ ſub diuerſa ſpecie latent. magnum quidem illud ſeculo decus, magnum reipublicæ vulnus impreſſum eſt. imperator & parens generis humani obſeſſus, captus, incluſus. ablata mitiſſimo ſeni ſeruandorum hominum poteſtas, ereptúmque principi illud in principatu beatiſſimum, quòd nihil cogitur. Si tamen hæc ſola erat ratio, quæ te publicæ ſalutis gubernaculis admoueret, propè eſt vt exclamem, tanti fuiſſe. Corrupta eſt diſciplina caſtrorum, vt tu corrector emendatórque contingeres. inductum

Caſtrenſem) Prætorianorum militum. *Extitiſſe*) Tanquam neceſſarium. *Magna vi*) Coniuratione prætorianorum. *Modeſtia tua*) Quæ recuſabat imperare. *Turbines temperiem cæli commendant*) Aduerſa faciunt, vt magis proſpera intelligamus. turbines fiunt in fluminibus mariq., & in aëre circa terram. de quibus Seneca libro quinto, & ſeptimo, naturalium quæſtionum, & nos alibi. *Tumultum*) Timorem multum. Fabius libro octauo, Quid enim eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde ei etiam nomen ductum eſt, *Tumultum*) Prætorianorum inſolentiam. *Aduerſa ex ſecundis naſcantur*) Nam ſi bonum eſt, vt monet Seneca, rerum ſcientia, non poſſumus aduerſa intelligere, niſi ſecundorum cognitione. nec ſecunda niſi aduerſorum. *Semina*) Principia, cauſas boni & mali. *Diuerſa*) Vt quod nobis bonum videtur, malorum cauſa ſit. *Seculo*) Aetati noſtræ. *Impreſſum*) Inflictum. *Imperator*) Nerua. *Parens generis humani*) Nam præter beneficia pauperibus & ſenatoribus collata ab eo, iureiurando in ſenatu affirmauit, ſe neminem ſenatorum interfecturum: præſtitit, quanquam inſidiis à quibuſdam petitus. *Obſeſſus*) A prætorianis. *Obſeſſus, captus, incluſus*) Articulus grauis. *Seni*) Neruæ, qui vno anno & menſibus quatuor, diebus ix. imperauit. vixit autem lxv. annis, menſibus x diebus totidem. Eutropius in hoc diſſentit à Dione, quòd non diebus nouem, ſed vno minus imperaſſe, & lxx. ac altero ætatis anno, vixiſſe tradit, cui ſententiæ accedit in Chronicis Euſebius.

Parens h. g) Videtur Auſonius à Secūdo ſumpſiſſe argumentū illius diſtichi. Proximus extincto moderatur ſceptra tyrāno Nerua ſenex.princeps nomine, mente parens. Paulus Oroſius. Nerua admodū ſenex à Petronio præfecto prætorii, & Parthenio ſpadone Domitiani,imperator creatus, emenſo anno imperij ſui diem obiit.*Seruandorum hominum*) Interfectorum Domitiani. Sextus Aurelius autor, milites expoſtulaſſe Domitiani interfectores ad cædem, & Petronium vno ictu, Parthenium verò amputatis priùs genitalibus, & in os coniectis iugulaſſe. quod non conuenit cū Oroſii verbis.quo enim modo fieri potuit, vt ſpadoni genitalia amputarentur? niſi genitalia accipiamus pro membro genitali. Eſt autē oratio pathetica commouēs ſummā miſerationē. *Quod nihil cogitur*) Nam princeps nullius imperio ſubiacet. *Ratio*) Via. *Gubernaculo*) Regimini. *Tanti fuiſſe*) Debuiſſe militem inſurgere in ſuum imperatorem, vt tu imperium ſuſciperes. *Diſciplina caſtrorum*) Militum obedientia,qui erant in prætorianis caſtris. nam Seianus præfectus prætorianarum cohortium, diſperſas per vrbem cohortes vnà in caſtra primus conduxit,vt ſimul imperia acciperēt, numeróq; & robore,& viſu inter ſe,fiducia ipſis, cæteris metus creſceret.prætendebat laſciuire militem diductum:ſi quid ſubitum ingruat, maiore auxilio pariter ſubueniri: & ſeuerius acturos, ſi vallum ſtatuatur procul vrbis illecebris. hęc Tacitus libro quarto. *Correctior*) Refert Dion Traianum continuiſſe milites ſub imperio, neque vnquam contra illum auſos inſurgere, neque ſeditionem mouere. & Spartianus ſcribit Adrianum, militarem diſciplinam,poſt Auguſtum labentem, in curia ſuperiorum principum retinuiſſe, iam tamen à Traiano ordinatam. tametſi Tranquillus referat militem licentia & audacia ferocem à Veſpaſiano ſub diſciplina contentum.

peſſimum exemplum vt optimum opponeretur. Poſtremò coactus princeps, quos nolebat occidere,vt daret principem, qui cogi non poſſet. Olim tu quidem adoptari merebare, ſed neſciſſemus, quantum tibi deberet imperium, ſi antè adoptatus eſſes. Expectatū eſt tēpus in quo liqueret, non tam accepiſſe te beneficium, quàm dediſſe.Confugit in ſinum tuum concuſſa reſpublica: ruénſque imperium ſuper imperatorem, imperatoris tibi voce delatum eſt: imploratus adoptione, & accitus es.Vt olim duces magni à peregrinis externiſque bellis ad opem patriæ ferendam reuocari ſolebant, ita filius, ac parens vno eodémque momento rem maximam inuicem præſtitiſtis: Ille tibi imperium dedit, tu illi reddidiſti. Solus ergo adhuc qui pro munere tanto paria accipiendo

Peſſimum exemplum) Vt milites violarēt imperatorem. *Optimum*) Vt à Traiano cogerentur in ordinē. *Princeps*) Nerua. *Principem*) Traianum. *Ante*) Priuſquam incideret tale diſcrimen. *Liqueret*) Conſtaret. *Accepiſſe*) Dū crearis imperator. *Quàm dediſſe*) Dum militum furorem tua adoptione comprimis *In ſinum*) In portū, & præſidium, ac tutelam. *Imperatorem*) Neruam. traductio color. *Imperatoris*.&.) Eiuſdem adoptantis Traianū in Capitolio. *Imploratus*) Cum ploratu petitus, & inuocatus. Paulus ſectatur Gratianum eadē prouiſione, qua quondam legerat Nerua, Hiſpanum virum Traianum,per quē reſp. reparata eſt, accitum Theodoſium ab Hiſpania fauentibus cunctis ſucceſſorem ſibi declaraſſe. *Adoptione*) Arrogatione. de qua in præcedentibus ſatis ſupérque. *Accitus*) Quia in prouincia erat. *Duces magni*) Qualis Annibal, qui ab Italia reuocatus eſt, ad opem ferendam Carthagini iam propè deuictæ. *Ille*) Nerua. *Reddidiſti*) Ablatum prætorianorum vi-

feciſti, immò vltrò dantem obligaſti: communicato enim imperio, ſolicitior tu, ille ſecurior factus eſt. O nouum, atque inauditum ad principatum iter: non te propria cupiditas, proprius mẽtus, ſed aliena vtilitas, alienus timor, principem fecit. Videaris licet quod eſt ampliſſimum conſecutus inter homines: felicius tamen erat illud, quod reliquiſti: ſub bono principe priuatus eſſe deſiiſti, aſſumptus es in laborum curarúmque conſortium: nec te læta & proſpera ſtationis iſtius, ſed aſpera & dura ad capeſſendam eam compulerunt. Suſcepiſti imperium poſtquam alium ſuſcepti pœnitebat. Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla neceſſitudo, niſi quòd vterque optimus erat, dignúſque alter eligi, alter eligere. Itáque adoptatus es, nõ vt prius alius, atque alius, in gratiam vxoris. aſciuit enim te filium non vitricus, ſed princeps: eodémque animo diuus Nerua pater tuus factus eſt, quo

Feciſti p.) Reddidiſti par beneficium: nam paria facere dicitur is qui æqua rependit: lib. epiſt. vii. idem: non feci tamen paria. i. non ſatisfeci beneficiis acceptis. *Communicatio*) Mox dicet, ſimul filius, Cæſar mox, imperator & conſors tribuniciæ poteſtatis, & omnia pariter, & ſtatim factus es. *Solicitior*) Intẽtior, inquietior. *Ille*) Nerua. *Securior*) Te adoptato tanquã propugnatore aſſumpto. *O nouum*) Præter ſpem & opinionem. *Propria*) Tua. *Aliena*) Neruæ. *Quod eſt amp. imp.*) Circuitio colos. cùm rem ſimplicem elocutione circumſcribimus. *Quod r.*) Vitam priuatam, quę quidem modò ſit honeſta, melior eſt conditione principum. *Bono*) Nerua. *Priuatus eſſe deſ.*) Factus es princeps. priuatum dixit reſpectu principis, etſi cum imperio erat. in eundem ſenſum Tacitus xvii. de Galba loquens: maior, inquit, priuato viſus, dum priuatus fuit, cùm & ſæpe proconſul & cum imperio extitiſſet, antequám Cæſar fieret. aliàs priuatus dicitur ſine magiſtratu quaſi ſolus, quòd in nullum imperium habeat. priuum enim dicebat antiquitas ſolum & ſingulum. *Stationis iſtius*) Status & conditionis imperij. *Alium*) Neruam. *Cognatio*) Autore Dione Traianus Cæſar & mox imperator à Nerua creatus, quamuis cognatos is ſuos haberet: ſed vir prudentiſſimus communi omnium ſaluti, cognationem poſtpoſuit: neque Traiani genus Hiſpanum adoptioni obfuit. etſi nullus antea Romanorum imperator extitiſſet alienigena: putauit enim intuendam virtutem in imperatore eligendo, non patriam. *Neceſſitudo*) Vinculum. *Vterque optimus*) Claudianus in laudibus Honorii. Hic illi manſere viri quos mutua virtus Legit, & in nomen Romanis rebus adoptãs Iudicio pulchram ſeriem, nõ ſanguine duxit. Hic proles atauum deducens Aelia Neruam. *Alius atque alius*) Tiberius & Nero, quorum ille inſtante Liuia matre, ab Auguſto adoptatus eſt. ſcribit Tranquillus Tiberium primo vix impetraſſe per Liuiam, vt nomine legati in Rhodo eſſet. vbi cùm ſummo diſcrimine verſaretur impenſiſſimis matris precibus difficulter obtinuiſſe, vt in vrbem rediret. denique ab vxore expugnatum Auguſtum, adoptionem non abnuiſſe. Nero in gratiã Agrippinæ matris adoptatur à Claudio. verùm ſub exitu ſuo ſigna non obſcura pœnitentis de adoptione Neronis dedit. Tacitus tradit. C. Antiſtio. M. Suilio coſſ. adoptionem in Domitium Neronem autoritate Pallantis feſtinatam, qui obſtrictus Agrippinæ vt conciliator nuptiarũ, & mox ſtupri eius illigatus, ſtimulabat Claudiũ, cõſuleret reipublicæ, Britannici pueritiã robore circumdaret. *Vitricus*) Qualis Auguſtus Tiberio, Claudius Neroni.

erat omnium. Nec decet aliter filium adſumi, ſi adſumatur à principe. An ſenatus populique Romani exercitus, prouincias, ſocios, transmiſſurus vni, ſucceſſorem è ſinu uxoris accipias? ſummaque poteſtatis hæredem, tantùm intra domum tuam quæras? non per totam ciuitatem circunferas oculos? & hunc tibi proximum, hunc coniunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem dijs ſimillimum inueneris? imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. non enim ſeruulis tuis dominũ, vt poſſis eſſe contentus quaſi neceſſario hærede, ſed principẽ ciuibus daturus imperator. Superbum iſtud, & regium, niſi adoptes eum, quem conſtet imperaturum fuiſſe etiamſi non adoptaſſes. Fecit hoc Nerua, nihil intereſſe arbitratus, genueris, an elegeris, ſi perinde ſine iudicio adoptentur liberi, ac naſcantur. niſi tamen quòd æquiore animo ferunt homines, quem princeps

Erat) Pater omnium *Aliter*) Quàm eligendo eum ab omnibus. Auſonius de Nerua. Nulla viro ſoboles, imitatur adoptio prolem. Quam legiſſe iuuat, quam genuiſſe velit. *Tranſmiſſurus*) Traditurus, relicturus. *E ſinu*) Ex filiis vxoris, ex priuato, non publico, non ex iudicio. nam cùm Tiberius Nero ſolus è priuignis eſſet, illuc cuncta vergere. filius collega imperij conſors tribunitiæ poteſtatis adſumitur, omnéſque per exercitus oſtentatur, non obſcuris, vt antea, matris artibus: ſed palàm hortatu. nam Liuia ſenem Auguſtum adeo deuinxerat, vti nepotem vnicum Agrippam Poſthumum in inſulam Planaſiam proiiceret. nec ſatis fuit Tacito hæc ſcripſiſſe, niſi etiam libro quarto memoraret Tiberium dominationem ipſam donum matris accepiſſe. neque Auguſtum dubitaſſe Germanicum ſororis nepotem & cunctis laudatum rei Romanæ imponere. ſed precibus vxoris euictum Tiberio Germanicum ſibi Tiberium adſciuiſſe. *Hæredem*) Tacitus decimoſeptimo, Auguſtus ſororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes ſuos, poſtremò Tiberium Neronem priuignum in proximo ſibi faſtigio collocauit. ſed is in domo ſucceſſorem quæſiuit. *Summæ poteſtatis*) Imperii. *Dijs ſimillimum*) Diuinum. Onexander libro de imperatore eligendo. deligere oportet imperatorem non generis & maiorum, nec fortunarum & opum habita ratione, ſed qui temperans ſit, continens, ſobrius, frugi, ac tenuis victus, laborum patiens, acer ingenio, non auarus, non iuuenis, non ſenex, temperatus, ne voluptate abductus curam maximarum rerum abiiciat, quæ ſingula quodam prouidentiæ dono Traiano fuiſſe legimus. *Elegi*) Tacitus: Finita Iuliorum Claudiorúmque domo optimum quenque adoptio inueniet. nam generari & naſci à principibus fortuitũ, adoptandi iudiciũ integrũ. *Dominum non es daturus*) Dominũ tuis ſeruis, quando ſucceſſorem imperii adoptas. *Quaſi neceſſario hærede*) Perinde ac ſi neceſſe ſit relinquere proximiores hæredes. *Illud*) Eſt *Regium*) Tumidũ, imperioſum, contumax. *Imperaturum*) Tanquam ſi diceret, niſi adoptatus fuiſſet à Nerua, omnino Traianus imperaſſet. *Hoc*) Adoptauit quem ſciebat futurum principem. *Genueris*) Dion in Adriano. genuerim an elegerim multum intereſt: qui genitus filius, is erit quem fata voluerint. adoptatum autem vnuſquiſque ſibi pro voluntate aſſumit. quare plerunque per naturam ſtulti atque mutilati filij dantur: qui verò leguntur, integro corpore, & ſana mente. *Elegeris*) Adoptaueris. Papinius in ſyluis natos genuiſſe neceſſe eſt: At legiſſe iuuat. *Ac naſcuntur*) Nam ſæpe naſcuntur fi-

lij perditiſſimi à parentibus optimis. eſt enim hoc in manu fortunæ, ſiue bonos, ſiue malos ſuſcipias. *Ferunt*) Patiuntur dominum.

parum feliciter genuit, quàm quem malè elegit. Sedulò ergo vitauit hunc caſum, nec iudicium hominum, ſed deorum etiam in conſilium aſſumpſit. Itaque non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante puluinar Iouis optimi, maximi, adoptio peracta eſt: qua tandem non ſeruitus noſtra, ſed libertas, & ſalus, & ſecuritas fundabatur. Sibi enim dij gloriam illam vendicauerunt, horum opus, horum illud imperium. Nerua tamen miniſter fuit. Vterque, qui adoptaret tam paruit, quàm tu qui adoptabaris. allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus dijs, vt inuicti imperatoris exortum victoriæ inſigne decoraret. hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, cùm repentè ſolito maior & auguſtior aduocata hominum concione deorúmque te filium ſibi, hoc eſt, vnicum auxilium feſſis rebus aſſumpſit. Inde quaſi depoſito imperio, qua ſecuritate, qua gloria lætus, nam quantulum refert, deponas an partiaris imperium: niſi quod difficilius hoc eſt: non ſecus ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe patriámque ſuſtentans. tua iuuenta, tuo robore inualuit.

Parum feliciter) Malum. *Caſum*) Conditionem. *Iudicio*) Vera lectio iudicium, vt ſit ſenſus, non ſolũ credidit iudicio hominum, qui optimè de Traiano ſentiebant, ſed etiam deorum iudicium in conſilium habuit. eſt autem in cõſilium habere aliquem, ipſum conſulere. *In templo Iouis Capitolini*) Antitheta manifeſta. *Genialem*) Connubialem, voluptuarium. *Puluinar*) Lectum, qui ſterni diis ſolebat in templis. *Tandem*) Poſt longum Domitiani ſeruitium. *Fundabatur*) Inchoabatur, firmabatur. *Gloriam illam*) Quòd fuerint autores noſtræ libertatis. *Horum*) Deorum. *Opus*) Adoptio fuit. *Illud imperium*) Quod imperarunt Neruæ Traianum arrogari. *Vterque paruit*) Diis *Vterq*.) Nerua & tu *Tam qui adoptaret*) Sic ordinanda verba. *Ablata*) Traianus deuicit Pannonios de quibus lauream meruit, quam Ioui Capitolino Nerua obtulit adoptionis tempore. *Laurea*) Lauri corona quæ propriè triumphis dicatur: ea enim triumphantes coronabantur. ipſa quidem pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium: Romanis præcipuè lætitiæ, victoriarúmque nuncia. faſces imperatorum decorat, ex iis in gremio Iouis optimi, maximi deponitur, quoties lætitiam victoria nouam attulit. hæc ſcribit Plinius libro decimoquinto. Pacatus in Panegyrico Theodoſij. depoſitis in gremio Capitolini Iouis laureis triumphales viri ruſticabantur. *Inuicti*) Traiani. *Exortum*) Initium. *Victoriæ inſigne*) Laurea. *Auguſtior*) Venerabilior, ſanctior. *Deorúmque*) Quia præſentibus diis & popul. Roman. magna voce Traianum in Capitolio arrogauit. *Hoc eſt*) Interpretatio color.

Feſſis rebus) Ruenti imperio. *Quaſi depoſito*) Aſſumpto in ſocium Traiano totam curam reipublicæ adminiſtrandæ ei reliquit. *Quantulum*) Minimum. *Refert*) Diſtat. *Difficilius hoc*) Partiri: cùm regnum non capiat duos. *Præſenti*) In vrbe, & opem ferenti. nam tunc aberat Traianus ſecundum Euſebium & Eutropium, imperator apud Agrippinam in Gallus factus. *Tua iuuenta*) Tua ætate robuſta. Martialis in commendationem eius, inquit, & fortem iuuenémque martiúmque in tanto duce militem videret. *Iuuenta*] Secutus eſt opi-

nionem illorum qui ætatem hominis in tria tantùm diſtinguunt, in pueritiam, iuuentam, ſenectam, & primam ac vltimam inutilem, mediam robuſtam, niſi interueniant fortuita corporis vitia. mediam ætatem Columella circumſcribit à trigeſimo vſque ad quinquageſimum annum.

ſtatim conſedit omnis tumultus. non adoptionis opus iſtud fuit, ſed adoptati. atque adeo temerè fecerat Nerua ſi adoptaſſet alium. obliti ne ſumus, vt nuper poſt adoptionem non deſierit ſeditio, ſed cœperit? irritamentum iſtud irarum, & fax tumultus fuiſſet, niſi incidiſſet in te. An dubium eſt, vt dare non poſſet imperium imperator, qui reuerentiam amiſerat? Autoritate eius effectum eſt cui dabatur. Simul filius, ſimul Cæſar, mox imperator & conſors tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter & ſtatim factus es, quæ proximè parens verus tantum in alterũ filium contulit. Magnum hoc tuæ moderationis indicium. quod non ſolũ ſucceſſor imperij, ſed particeps etiam ſociúſq; placuiſti. nã ſucceſſor etiã ſi nolis habendus es, non es habendus ſocius, niſi velis. Credéntne poſte-

Tumultus) Militaris. *Iſtud*) Hæc quies. *Adoptati*) Non deſtitit militaris turba, quòd filium adoptaſſet Nerua, ſed quia ſciebant qualem virum adoptaſſet. *Temerè*) Imprudẽter, fruſtrà. *Alium*) Quàm Traianum. *Obliti*) Correctio. cùm milites audiſſent Neruam velle ſibi filium adoptare, magis exarſere in ipſum, ſed cùm cognouiſſent eſſe Traianum, tunc omnes quieuere. *Per adoptionem*) Non intellecto nomine adoptati. ſunt tamen qui referant ad Piſonem, quem Galba adoptauit. & ideo multos læſit, crebræque defectiones fieri cœptæ. ſed dum inquit nuper: fecit vt libentius accedam ſuperiori ſententiæ. iampridem ènim Piſo interierat. *An dubium*) Manifeſtum. hoc agit interrogatio vt neges. *Dare*) Alteri. *Reuerentiam*) Obedientiam, autoritatem. erat enim deſpectui propter ſenium. *Simul filius, ſimul Cæſar*) Artificioſè dici putat Hermogenes cùm prima primo loco ac deinceps locantur: quod videtur obſeruaſſe Secundus. ſed hæc norma non ſemper ſeruanda, præſertim in iudiciali genere. nam interdum oratio perderet vim & acrimoniam ſuam. vnde laude dignus eſt noſter orator, qui pro commodo ſuo, modò ordinem rei ſequitur, interdum præterit & commutat. *Simul Cæſar*) Diximus ex autoritate Dionis, ſtatim poſt adoptionem pronunciatum in ſenatu Cæſarem. *Mox*) Cùm ab exercitu rediſſet. *Imperator*) Memorat Dion Auguſto Cæſari decretum nomen imperatoris, non tanquã maximæ alicuius pugnæ victori, neque ſumma dignitate prædito, ſed veluti omnium rerum domino. à quo cæteri imperatores nomen traxere, & ab illo imperatores Romanos connumerandos. aliud enim eſſe imperatoris nomen olim victoribus conceſſum, aliud per quod omnium rerum arbitriũ ſignificaretur. namque poſſe nouos milites recenſere & conſcribere, pecunias contrahere, bellum indicere, pacem conficere, ſenatores morte punire: ex cenſura verò vitas & mores omnium introſpicere, ac malè meritos notare, ſenatum legere, & quos voluerit reiicere: ex pontificatu omnium ſacrorum facultatem habere, ex tribunatu pleb. inter alia eſſe ſacroſanctum, neque verbis, neque rebus, ab aliquo poſſe lædi, eúmq; qui id feciſſet ſceleſtum fore, indictáq; cauſa damnatum. demum is imperator nullis legibus ſubiacet, quod nemini antea vnquam fuerat conceſſum. Cæſaris & Auguſti appellatio diuerſum à rege ſignificat: nam illius generis ſucceſſionem, huius verò dignitatis ſplendorem monſtrat. *Conſors*) Collega, particeps. ſic prius fuerant Veſpaſianus &

Titus

Titus, ſic poſtea nonnulli. *Tribunitia poteſtatis*) Conſueuerant imperatores vindicare ſibi tribunitiam poteſtatem, quòd eſſet ſacroſancta & inuiolabilis, ac maxima pars imperij regalis. primus Auguſtus perpetuam recepit, mox cæteri exemplum eius ſecuti. *Omnia*) Solebant his titulis imperatores inſigniri, Cæſaris & Auguſti nomine, pontificatu maximo, tribunitia poteſtate, proconſulari imperio. *Proximè*) Non multo antè. *Parens verus*) Veſpaſianus, quem verum appellat, tanquam naturalem Titi parentem, non per adoptionem. *In alterum filium*) In Titum, duos enim filios habebat, Titum & Domitianum. Titus cum patre triumphauit, cenſurámque geſſit, eidem collega in tribunitia poteſtate, & vij. conſulatibus, receptáq; ad ſe prope omnium officiorum cura, patris nomine & epiſtolas ipſe dictitauit, & edicta conſcripſit. hinc in procemio naturalis hiſtoriæ Plinius: ſciáuique omnes quàm ex æquo tecum viuat triumphale & cenſorium ius, exeáſque conſul ac tribunitiæ poteſtatis particeps. libro ſeptimo, capite de varietate naſcendi, Veſpaſianum & Titum ſimul Cæſares vocat. & libro ſecundo, capite xiij. eclipſim narrat accidiſſe Imp. Veſpaſiano patre iij. filio iterum Coſſ.

ri patricio, & conſulari, & triumphali patre genitum, cùm fortiſſimum, ampliſſimum, amantiſſimum ſui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum? eidem cùm Germaniæ præſideret, Germanici nomen hinc miſſum? nihil ipſum, vt imperator fieret, agitaſſe:

Patricio & conſulari) Laudat à genere: narrans traxiſſe originem à patre honeſtiſſimo, ſed ipſum magis parentem condecoraſſe. Onerat inde maiorum, inquit, & progenitorum ſplendor ſi adſit imperatori, amplectendus eſt: ſin abſit, haud magnopere deſiderandus: at, ſi verum illud Euripidis in Helena, [illegible], id eſt, filio enim gloria hæc pulcherrima, quicunque ex patre bono natus in ſimiles venit parentibus mores: quanto magis laudandus Traianus, qui ſupergreſſus ſit paternas virtutes. traxit autem originem, vt omnes conſentiunt, ab Hiſpania. quidam etiam illic natum prodidere in vrbe Italica, ſi Euſebio & Eutropio credimus, ex familia antiqua magis quàm clara. nam pater in ea primùm conſul fuit, & decimæ legionis tribunus in bello Iudaico, cum duobus millibus peditum & equitibus mille mittitur à Veſpaſiano aduerſus Aphacam, ciuitatem noua molientem. ille oppidum captu difficile cognoſcens, nam natura munitum, inſuper duplici muro cingebatur: & oppidanos cernens paratos eruptione facta ad reſiſtendū, prælium cū his tamen conſeruit, eóſque pauliſper reluctantes, in fugam vertit. quos ſubſequuti Romani exterioris muri ambitum, quò confugerāt, cum ipſis irrumpunt. ſecundum autem murum petentes excluſere ſui, metu ne ſimul hoſtes irruerent. quare ad vnum omnes, vel per ſe, vel à Romanis interire num. hominū xij. millia. Traianus pater oppidum pugnatoribus vacuum exiſtimans, vel ſi qui adhuc eſſent, non auſuros repugnare: excidium imperatori reſeruauit. Titus cum paucis militibus miſſus, ſic ordinata acie vt in læuo cornu Traianus, ipſe in dextro ſtaret, oppidum cepit cum magna Galilæorum ſtrage. pro quibus Traianus pater triumphalibus ornamentis poſtea donatus eſt. *Non ab exerc.*) Qui ſolebat ſuos duces imperatores conſalutare, & Cæſares facere. *Germanici no.*) Nomen pro cognomine. extant adhuc multæ in marmoribus memoriæ, quibus indicatur Traianum cognomento Germanici honeſtatum, quòd vrbes trans Rhenum in Germania reparaſſet, & feram gentem repreſſiſſet. quare in laudibus Stiliconis apertè teſtatur Claudianus illum viciſſe Germanos, ſed ſummo diſcrimine, multis annis, & per colloquia. quod Iuuen. Sat. vi reſpiciens inquit, Dacicus & ſcripto radiat

Germanicus auro. nam etiam Dacici cognomen meruit, quod lib. viij. epiſtolarum ex autoritate Dionis (vt veterum memorias omittam) probauimus. at qui ſatyrographum ſunt interpretati hacte nus, malè Domitianum intelligunt, quem vbique lacerat & inſectatur. Traianum verò vt bonum, & ſui temporis imperatorem, commendat. cuius reditum ex Germania Sat. x. voto proſequitur. *Hinc*) Ab vrbe. *Agitaſſe*) Tractaſſe, procuraſſe.

nihil feciſſe niſi quod meruit, & paruit? paruiſti enim Cæſar, & ad principatum obſequio perueniſti. nihilq́ magis à te ſubiecti animi factum eſt, quàm quod imperare cœpiſti. Iã Cæſar, iam imperator, iam Germanicus abſens, & ignarus: & poſt tanta nomina, quantum ad te pertinet, priuatus. Magnum videretur, ſi dicerem: neſciſti te imperatorem futurum. eras imperator, & eſſe te neſciebas. Vt verò ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc eſſe, quod fueras, ſed non erat liberum. An non obſequereris principi ciuis? legatus imperatori? filius patri? Vbi deinde diſciplina? vbi mos à maioribus traditus, quodcunque imperator munus iniungeret, æquo animo paratóque ſubeundi? Quid enim ſi prouincias ex prouincijs, ex bellis bella mandaret? eodem illo vti iure poſſe putes, cùm ad imperium reuocet, quo ſit vſus, cùm ad exercitum miſerit? nihilque intereſſe ire legatum, an redire principem iubeat? niſi quòd maior ſit obſequij gloria in eo, quod quis minus velit. Augebat autoritatem iubentis, in ſummum diſcrimen autoritas eius adducta: vtque magis parendum imperanti putares, efficiebatur, eo quod ab alijs minus parebatur.

Meruit & paruit) Magna Traiani laus, qui ſuis virtutibus meruerit imperium, & imperijs paruerit. *Obſequio*) Obedientia. *Subiecti*) Humilis, humani. *Imperare*) Dum pares iuſſis Neruæ. eſt autem admirabile. *Iam Cæſar*) Creatus eras. frequentatio color. *Quantum ad te pertinet*) Quantum in te erat. *Priuatus*) Non aſſumptus ad imperium. *Imperatorem n.*) Frequenter vtitur traductione, quæ fit cùm verbum crebrò ponitur. ita vt non modò non offendat animum auditoris, ſed etiam orationem commodiorem reddat. *Fortunæ*) Adoptionis. *Hoc*) Priuatus. *Liberum*) In tua facultate. *An non*) Frequentatio eùm res diſperſæ in vnum coguntur, vt grauior, aut acrior ſit oratio. maximè ſi ſit cum interrogatione. *Legatus*) Neruæ qui ius proconſulare haberet. proconſulis enim legatus propriè dicitur. Varro ſentit legatum dictum, quòd publicè lectus eſſet, & huius opera conſilióq; imperator vteretur. *Vbi*) Fuiſſet militaris diſciplina, niſi paruiſſes imperatori tuo. *Mos à maioribus*) Vt legatus proconſuli ſuo pareret. quod ius Caius Caligula imminuit. *Prouincias*) Subiugandas, an per tranſlitionem prouincias accipis, pro quouis magno munere. *Ex bellis*) Statim finito bello, alterum iniungeret. nolo dicere hanc eſſe traductionem, nolo interrogationem, ne nimia repetitione exornationum in vitium decidam, & legentibus ſtomachum moueam. *Eodem iure*) Imperandi ſcilicet, par habere ius in te ad principatum reuocandi, quod habuit dum te iuberet ire ad exercitum. *In eo*) In ea re quam aliquis minus amat. vt ſit ſenſus, maiorem obſequij gloriam reportaſti, dum

accipis imperium, quod minus volebas, quàm dum legatus mitteris ad exercitum. *Autoritatem*) Imperantis exiſtimationem. *Iubentis*) Neruæ, vt ſuſciperes imperium, cùm videres prætorianos rebellaſſe, & in illum inſurrexiſſe. boni enim cùm vident alios à principe ſuo deficere, ipſi tantò magis ſunt in officio. *Alÿs*) Militibus ſeditionem mouentibus.

Ad hoc audiebas ſenatus, populiq́ conſenſum. Non vnius Neruæ iudicium illud, illa electio fuit. nam qui vbique ſunt homines, hoc idē votis expetebant. ille tantùm iure principis occupauit, primúſque fecit, quod omnes facturi erant: nec hercule tantopere cūctis factum placeret, niſi placuiſſet antequam fieret. At quo tēperamento dÿ boni poteſtatem tuam, fortunámque moderatus es? imperator titulis, & imaginibus, & ſignis: cæterùm modeſtia, labore, vigilantia, dux, & legatus, & miles, cùm iam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires. neque aliud tibi ex illa adoptione, quàm filÿ pietatem, filÿ obſequium adſereres, longámque huic nomini ætatem, longam gloriam precarere. te prouidentia deorum primū in locum prouexerat, tu adhuc in ſecūdo reſiſtere, atque etiam ſeneſcere optabas. Priuatus tibi videbaris, quamdiu imperator & alius eſſet. Audita ſunt vota tua, ſed in quantum optimo illi & ſanctiſſimo ſeni vtile fuit: quem dÿ cœlo vendicauerunt, ne quid poſt illud diuinum & immortale factum, mortale faceret. deberi quippe maximo operi hanc veneratione͂, vt nouiſſimum eſſet, autorémque eius ſtatim

Ad hoc) Inſuper. *Conſenſum*) Qui te vnicum adoptari volebant. *Vbique*) In toto orbe, ſub imperio Romano. *Hoc i.*) Vt fieres imperator. *Ille*) Nerua. *Iure pri.*) In cuius manu erat te Cæſarem facere. *Occupauit*) Præuenit, quod alij facturi erant. *Nec hercule*) Ratio cur omnes cuperent Traianum imperatorem. *Temperamento*) Modeſtia, à qua pluribus eū laudat. *Titulis*) Inſcriptionibus cum laude. *Imaginibus*) Picturis. ſolebant enim imperatorum imagines in vexillis locare. *Signis*) Statuis marmoreis & æreis. *Modeſtia*) Articulus grauis. *Miles*) Vlp. ff. XXIX. miles inquit appellatur, vel à militia, id eſt, duritia, quam pro nobis ſuſtinet, vel à multitudine, aut à malo, quod arcere milites ſolent, aut à numero mille hominum, aut à verbo Græco tractum ἀπὸ τῶν χιλίων: nam Græci mille hominum multitudinem τὰ χίλια vocant, & ducem χιλίαρχον. *Tuas aquilas*) Quibus vt prædiximus in ſignis bellicis Romani vtebantur. *Magno gradu*) Longa diſtantia, forti paſſu, ſumma celeritate. nam paulò pòſt teſtatur, pedibus duxiſſe, ſeu potius rapuiſſe legiones. *Aſſereres*) Aſſumeres. *Huic nomini*) Filij, vt Nerua pater longo tempore viueret, ſicque tibi nomen filij diu reſtaret, vel. Huic nomini. id eſt, paterno: quod ſequentia indicant. *In primum l.*) Dum Nerua adhuc viuens tibi reliquit habenas imperij. *In ſec.*) Contentus vt Nerua rempub. adminiſtraret. *Seneſceres*) Diu viueret filius. *Priuatus*) Sine imperio. *Alius*) Nerua. nota Traiani modeſtiam, qui nollet imperare, niſi neceſſario. *Audita*) Exaudita à diis. *Sed in quantum*) Temporis. Dion ſcribit, cùm Traianum imperatorem creaſſet Nerua, migraſſe breui ab humanis. *Optimo*) Nihil enim fecit ſine patrum ſententia. *Cœlo vendicauerunt*) Relatus eſt in numerum deorum

decreto ſenatorum, autore Euſebio in Chronicis. *Illud*) Tuam adoptionem. *Mortale*) Minus dignum inter homines. *Debere*) Aut pro deberi ſcribendum eſt decuit, aut ſubaudiendum. *Venerationem*) Dignitatem.

conſecrandum, vt quandoque inter poſteros quæreretur, an illud iam Deus feciſſet. Ita ille nullo magis nomine publicus parens, quã quia tuus, ingens gloria, ingénſq; fama, cùm abundè expertus eſſet, quàm bene humeris tuis ſederet imperium, tibi terras, te terris reliquit, eo ipſo charus omnibus ac deſiderandus quòd proſpexerat ne deſideraretur. Quem tu lacrymis primùm, ita vt filium decuit, mox templis honeſtaſti: non imitatus illos, qui hoc idem, ſed alia mente fecerunt. Dicauit cœlo Tiberius Auguſtum, ſed vt maieſtatis numen induceret, Claudium Nero, ſed vt irrideret: Veſpaſianũ

Conſecrandum) Sanctificandum, referendum inter deos. *Quandoque*) A quibuſdam poſteris. *Illud*) Adoptionem Traiani. *Iam deus*) Quia viuus: tamen ob excellentiam facti videri poterat deus. *Publicus*) Omnium. *Tuus*) Qui te optimum ſciuit aſſumere, & nobis principem relinquere. *Ingens gloria*) Glorioſiſſimus. *Abunde*) Multis experimentis. *Tuis humeris*) Tua cura, tuo regimini. *Sederet*) Conueniret, requieſceret. *Reliquit*) Regendas dum cœlum petit. *Proſpexerat*) Cauerat. *Deſideraretur*) Optaretur viuere relicto deteriore ſucceſſore. *Lacrymis*) Dum funeratur. *Templis*) Diuinis honoribus. nam qui in deos referebantur, iis templum & ſacerdotum collegium dicabant. Blondus libro ij. Romæ triumphantis pluribus enarrat, quomodo imperatores conſecrarentur. Tertullianus in apologetico: Vetus, inquit, erat decretum ne quis deus conſecraretur ab imperatore, niſi à ſenatu probaretur. *Honeſtaſti*) Honoraſti, condecoraſti. *Illos*) Principes. *Hoc idem*) Sublimando ſuos in cœlum. *Alia*) Diuerſa à te. ſecundum artem diſcutit, quo conſilio, qua mente, quid fecerit. *Dicauit*) Conſecrauit. dicamus propriè diis. vt ſacerdos deo dicatus, id eſt, obſequio numini datus, & dicamus perpetuò, damus ad tempus. autores habeo Donatum & Seruium. nam quæ Nonius inſuper refert, ſuper verbo dicare, conſultò omittimus. *Tiberius Auguſtum*) Quinimmo viuenti Auguſto diuinos honores habitos lego, & poſt obitum non defuiſſe prætorium virum, qui ſe effigiem cremati, euntis in cœlum, vidiſſe, iuraret. quod à Tranquillo breui comprehenſum, apertius à Dione tractatur. Romani, inquit, Auguſtum conſecrantes, ſacerdotem Liuiam Auguſtam renunciauerunt, quæ datis dono cc. ſeſtertiis cuidam Numeriæ Attico ſenatori, iurare eum impulit ſe vidiſſe Auguſtum, in cœlum euntem, quemadmodum olim Proculus Romulum. inde ſenatus illi ſimulacra, veluti Deo decreuit. Seneca tamen de clementia ſcribit: Deum eſſe non tanquam iuſſi credimus bonum principem Auguſtum. *Vt maieſtatis numen induceret*) Vt venerationem imperatoribus introduceret, tanquam ij forent dij. *Claudium Nero*) Dicauit cœlo. Claudius poſt mortem conſecratus eſt, Eutropio ſcribente, diuúſque appellatus. Tranquillus: funeratus eſt ſolenni principum pompa, & in numerum deorum relatus. quem honorem à Nerone deſtitutum abolitúmq; mox per Veſpaſianum recepit. Tacitus. cœleſtes honores Claudio decernuntur, & funeris ſolenne, perinde ac diuo Auguſto, æmulante Agrippina proauiæ Liuiæ munificentiam & aſibi: decretum à ſenatu cenſorium funus, & mox conſecratio. *Vt irrid*)Tanquam ſtultum: nam conſueuerat mortuum contumeliis inſectari, modò ſtultitiæ arguens, & morari eum inter homines deſiiſſe producta prima ſyllaba iocabatur. *Veſpaſianus Titum*) Dicauit

cœlo, meminit Eutropius Veſpaſianum poſt obitum inter deos relatum. Dion tradit cùm ſe moriturum vidiſſet, dixiſſe, iam deus fio.

Titus, Domitianus Titum, ſed ille, vt dei filius, hic vt frater videretur. Tu ſideribus patrem intuliſti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, ſed quia deum credis. Minus eſt hoc cùm fit ab his qui & ſeſe deos putant. Sed licèt illum aris puluinaribus, flamine colas, non alio magis tamen Deum, & facis, & probas, quàm quòd ipſe talis eſt. in principe enim, qui electo ſucceſſore fato conceſſit, vna, itémque certiſſima diuinitatis fides eſt, bonus ſucceſſor. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiæ acceſſit? num hos proximos diuinitate parentum deſides, ac ſuperbos, potiuſquam illos veteres & antiquos æmularis? qui hoc ipſum imperium peperere, quod modò hoſtes inuaſerant contempſerántque. cuius pulſi fugatíque, non aliud maius habebatur indicium, quàm quòd triumpharetur. Ergo ſuſtulerant animos, & iugum excuſſerant, nec iam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabant. ac ne inducias quidem, niſi æquis conditionibus inibant: legéſque, vt acciperent,

Domitianus Titum) Quem defunctum conſecrationis honore dignatum Domitianum reſtatur Suetonius, quanquam Euſebius decreto ſenatus inter deos relatum referat, ſed intelligendum autore Domitiano. *Ille*) Titus. *Ad metum c.*) Opponuntur iſta prædictis, non vt maieſtatem numinis induceres. *In contum.*) Sicut Nero. *Tuum*) Quod pater tuus eſſet deus, tu dei filius. *Hoc*) Refert in deos. *Seſe deos putant*) Vt non ſint qualis Domitianus, qui ſe Deum dici lætabatur. *Aris*) Templis, puluinaribus, lectiſterniis. *Flamine*) Sacerdote. nam conſecratis flamines eiuſdem cognomenti aſſignabant: ſic Quirino Quirinales, & Auguſto Auguſtales. *Talis*) Deo ſimilis. *Fato conceſſit*) Obijt. *Diuinitatis fides*) Qui bene ſciuit eligere, quod niſi à diuino fieri nõ poteſt. *Num ergo*) Interrogatio grauis. *Proximos*) Vt Domitianum. *Superbos*) Vana tumidos gloria, nam is principatum adeptus in ſenatu iactare non dubitauit, & patri ſe & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe. *Veteres*) Bonos. facit hoc interrogatio vt neges *Qui*) Imperatores antiqui, & optimi qui ſua virtute imperium Romanum compararunt. *Quàm quòd triumpharetur*) Subiugaretur à Dacis: an quia Domitianus ſecundum Oroſium prauiſſimè iactantia elatus, ſub nomine ſuperatorum hoſtium, de extinctis legionibus triumphauit: ſic Diòn mémorat pro defunctis in Dácia triumphum duxiſſe. ſuper quo mox plura commodius. *Suſtulerant animos*) Hoſtes Daci ignauia Domitiani digreſſio per vituperationem Domitiani, ex qua conficitur reprehenſionis aliquid non argumentando, ſed augendo. *De ſua libertate*) Vt ſuis legibus viuerent, neque Romanis parerent. *Noſtra ſeruitute*) Vt Romanos ſubiugarent. *Inducias*) Sequeſtrem pacem. nam induciæ ſunt pax intra breue tempus: dictæ, vel quòd in diem dentur, vel quòd in dies ocium præbeant. Paulus de captiuis, Induciæ, inquit, ſunt cùm in breui & in præſenti tempore conuenit, ne inuicem ſe laceſſerent. Varro, ſi Gellio credimus, diffinit inducias eſſe pacem caſtrenſem, paucorum dierum, & belli ferias. ſed hoc reprehendit Gellius, cùm induciæ neque pax ſint, & interdum paucarum

horarum. quare Græcos,ait,conſignatius dicere ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam ἐκεχειρίαν, id eſt, à manibus temperationem, & inducias, ſic dictas arbitratur,quaſi tu dicas, inde vti iam. Aurelius autem Opilius,inducias refert dictas quaſi initus, atque introitus, cùm hoſtes ſcilicet inter ſeſe vtrinque vltro citróque alteri ad alteros impunè, & ſine pugna ineunt. licèt Liuius libro primo ab vrbe condita ſcribat datas eſſe inducias Veientibus in centum annos. veteres nonnunquam ſingulari numero protulere.

dabant. At nũc rediũt omnibus terror, & metus,& votum imperata faciendi. vident enim Romanum ducem vnum ex illis veteribus & priſcis quibus imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi,& infecta victoriis maria. accipimus obſides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis,immenſíſque muneribus paciſcimur. vt vicerimus, rogant, ſupplicant. largimur, negamus. vtrunque ex imperij maieſtate. agunt gratias qui impetrauerunt, non audent queri quibus negatum eſt. An audeant? qui ſciant aſſediſſe

Dabant) Nobis imponebant. *Omnibus*) Hoſtibus. *Imperata*) Quæ tu illis imperas. *Nunc*) Traiano principe. incipit laudare à rebus geſtis. *Ex illis*) Ex numero illorum. virtute ſimilis antiquis. *Imperatorium nomen*) Imperatores dicebantur ab exercitibus poſt victoriis. M. Tullius ad Cælium ita victoria iuſta imperator appellatus apud iſtũ,& in Philippicis. At ſi quis, Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille,aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine quæ increbuit imperatorem appellaret Senatus? ter legionibus cæſis tanta multitudine hoſtium interfecta, imperatorium nomen adimemus? Tacitus libro tertio. Tiberius pro confecto bello interpretatus, id quoque Blæſo attribuit vt imperator à legionibus ſalutaretur, priſco ergà duces honore, qui bene geſta republica gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. erántque plures imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem conceſſit,& quibuſdam Auguſtus id vocabulum. autor Appianus in proœmio ſuæ hiſtoriæ. quòd imperator fuit priſcorum ducum nomen, à quo, qui poſtea rempublicam ſuo nutu regebat, tanquam regem, imperatorem dictum. Tacitus duodecimo, commemorat veros triumphos & glorioſos de populis regníſque integris adquiri. *Cædibus*) Non poterant conſequi legitimum triumphum imperatores, niſi certo numero hoſtium interfecto: quod paulo pòſt monſtrabimus. *Infecta*) Tincta ſanguine occiſorum, & per hoc parta victoria. *Maria*) Si fuiſſet bellum nauale.oratio in figura graui. *Obſides*) Fidei ſequeſtres. *Emimus*) Nobis precio comparamus. quod Tacitus in vita Agricolæ feciſſe Domitianum teſtatur. *Immenſíſque muneribus*) Nam motus eſt Traianus ad inferenda arma Decibalo, propter annua tributa,quæ Domitianus illi pendere ſolebat. *Paciſcimur*) Pacem inimus cum hoſte. Claudianus paria de Stilicone. Qui nec principibus donis precibúſque vocati Paruerant, iuſſi properant.& mox.Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper Mos erat,& fœda requiẽ mercede paciſci. Natis obſidibus pacem, tam ſupplice vultu,Captiuóq; rogant. *Vt &c.*) Quòd verum ſit nos viciſſe ſequentia indicant: *Rogant,ſupplicant*] quod ſolent victi. Rogant pacem *Largimur*) Obſides arma. *Negamus*) aliquibus non concedimus rogata. *Ex imperij maieſtate*) Pertinet ad amplitudinem Romani imperij concedere,& negare quodcunque nobis videtur. *Agunt gratias* Tanquam fautori. *Non audent queri*) Cùm ſentiant virtutem tuam. *An audeant*) Queri de te. *Aſſediſſe*)Contrà ſteiſſe. alias aſſidere eſt præſentia opem ferre. vnde aſſeſſores.

adiutores, vicarios dicimus. de quibus in Alexandro Lampridius. aſſeſſoribus ſa-

laria inſtituit, & fœmininum in vſu receptum aſſeſtrix.

ferociſſimis populis eo ipſo tēpore, quod amiciſſimum illis, difficillimū nobis, quū Danubius ripas gelu iūgit, duratúſque glacie ingētia tergo bella trāſportat: quum feræ gentes non telis magis quàm ſuo cælo, ſuo ſidere armantur. Sed

Ferociſſimis populis) Germanis. quos feritate, ferociáque corporum, animorúmque præſtantia in bello præualere teſtātur Strabo, Tacitus, Solinus. Pōponius inſuper tradit Germanos animis, & corporibus immanes, ad inſitam feritatem vaſte vtraque exercere: bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum maximè. & Dionyſius: Germanorum corpora ſunt à natura bellicoſa. gratiſſima illa laus eorum factorum habetur, quæ ſuſcepta videntur à viris fortibus cum labore & periculo ipſorum: nam habent ad laudandum vberrimam copiam, ea enim denique virtus eſſe videtur præſtantis viri, quæ eſt fructuoſa aliis, ipſi autem laborioſa, aut periculoſa. hæc M. Tullius de Oratore, quare meritò laudatur Traianus, qui Germanis fortiſſimis hyeme ſæuiente reſtiterit. huius expeditionis meminit Claudianus in laudibus Stiliconis. *Ipſo tempore*] Glaciali, hyemali. *Amiciſſimum*] maximè commodum & opportunum. *Danubius*] Hic, Iſter alio nomine appellatur: olim Matoas, ſi Stephano credimus, nauigabilis fluuius, qui cùm ad orientem vertitur, multis aliis infuſis fluminibus, conualeſcens ſpumoſus tandem & obtectus caligine prope Peucen per quinque ingentes alueos in Euxinum proripitur: qua ſe ad Boream reflectit. multas ac varias nationes irrigat quouſque ad oſtium peruenerit Mœotidis paludis. nam Germanos primùm perlabens, Sarmatas deinde ſecat. tum verò Getas, ac Baſtarnas inundans, qui ad Oceanum ſunt verſi, Dacis facultatem adauget, neque minus Alanos & Cauros præterfluens omnibus nauigandi facultatem præſtat. ſed de oſtiis aliqua inter autores diſſenſio: nam Tacito referente, Danubius molli ac clementer edito montis Arbonę iugo effuſus plures populos adit, donec in Pōticum mare ſex meatibus erumpit. ſeptimum enim os paludibus hauritur. & Dionyſius cum Strabone conueniens ex autoritate Ephori memorat Iſtrum quinque oſtiis ſe exonerare. at Mela, totidem quot Nilus oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus effluere. Vibius Sequeſter in Pontum decurrere per ſeptem oſtia. Herodotus lib. iiij. Iſter omnium quos nouimus fluuiorum maximus ſemper ſibiipſi par, tam æſtate quàm hyeme: fluit ab heſpero primus omnium qui ſunt in Scythia. Philoſtra. lib. iij. recitat Danubium eſſe maximum fluuiorum Europæ, aquarum regnatorē, & primum poſt Nilum Auſonius decantat Seneca illorum opinionem falſam redarguit: qui Danubium menſibus æſtiuis abundare, & fontes eius ignotos tradiderunt, mediúmque teſtatur inter pacata & hoſtilia fluere: Germanos auidam belli gentem repellentem. de illo Appianus in eo libro, cui titulus Illyrius. *Ripas gelu iungit*] Ita congelatur vt perpetua glacies vtranque ripam nectat. Dion in Antonino philoſopho tradit Iazyges victos à Romanis, dum per Iſtrum congelatum retrofugiunt. Herodianus in Alexandro. maximi fluuij ſub ſeptentrione feruntur Rhenus & Danubius. quorum alter Germanos, alter Pannonios præterfluit, atque æſtate quidem nauigabiles altiſſimo latiſſimóque alueo, per hyemem dein concreti gelu camporum in morem perequitantur: alueique tam ſolida glacies vt non equorum vngulis tantùm pedibúſque virorum ſubſiſtat, ſed inde hauſturi glaciem ſecuribus & dolabris cæſam veluti lapidem aſportent. *Ingentia bella*] Multa Germanorum millia. *Tranſportat*] Tranſmittit, traducit. *Tergo*] Glaciata ſuperficie. *Feræ*] Immanes, truces. *Telis*] Scribit Tacitus penuriam ferri eſſe apud Germanos. *Suo cælo*] Æris rigore. *Suo ſidere*] Nam natos fluminibus durant, quod ad Italos poeta tranſtulit. Durum à ſtir-

erat omnium. Nec decet aliter filium adſumi, ſi adſumatur à principe. An ſenatus populique Romani exercitus, prouincias, ſocios, tranſmiſſurus vni, ſucceſſorem è ſinu vxoris accipias? ſummaque poteſtatis hæredem, tantùm intra domum tuam quæras? non per totam ciuitatem circumferas oculos? & hunc tibi proximum, hunc coniunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem dijs ſimillimum inueneris? imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. non enim ſeruulis tuis dominū, vt poſſis eſſe contentus quaſi neceſſario hærede, ſed principē ciuibus daturus imperator. Superbum iſtud, & regium, niſi adoptes eum, quem conſtet imperaturum fuiſſe etiam ſi non adoptaſſes. Fecit hoc Nerua, nihil intereſſe arbitratus, genueris, an elegeris, ſi perinde ſine iudicio adoptentur liberi, ac naſcantur. niſi tamen quòd æquiore animo ferunt homines, quem princeps

Erat) Pater omnium *Aliter*) Quàm eligendo cum ab omnibus. Auſonius de Nerua. Nulla viro ſoboles, imitatur adoptio prolem. Quam legiſſe iuuat, quam genuiſſe velit. *Tranſmiſſurus*) Traditurus, relicturus. *E ſinu*) Ex filiis vxoris, ex priuato, non publico, non ex iudicio. nam cùm Tiberius Nero ſolus è priuignis eſſet, illuc cuncta vergere. filius collega imperij conſors tribunitiæ poteſtatis adſumitur, omnéſque per exercitus oſtentatur, non obſcuris, vt antea, matris artibus: ſed palàm hortatu. nam Liuia ſenem Auguſtum adeo deuinxerat, vti nepotem vnicum Agrippam Poſthumum in inſulam Planaſiam proiiceret. nec ſatis fuit Tacito hæc ſcripſiſſe, niſi etiam libro quarto memoraret Tiberium dominationem ipſam donum matris accepiſſe. neque Auguſtum dubitaſſe Germanicum ſororis nepotem & cunctis laudatum rei Romanæ imponere. ſed precibus vxoris euictum Tiberio Germanicum ſibi Tiberium adſciuiſſe. *Hæredem*) Tacitus decimoſeptimo, Auguſtus ſororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes ſuos, poſtremò Tiberium Neronem priuignum in proximo ſibi faſtigio collocauit. ſed is in domo ſucceſſorem quæſiuit. *Summæ poteſtatis*) Imperii. *Dijs ſimillimum*) Diuinum. Onexander libro de imperatore eligendo. deligere oportet imperatorem non generis & maiorum, nec fortunatum & opum habita ratione, ſed qui temperans ſit, continens, ſobrius, frugi, ac tenuis victus, laborum patiens, acer ingenio, non auarus, non iuuenis, non ſenex, temperatus, ne voluptate abductus curam maximarum rerum abiiciat, quæ ſingula quodam prouidentiæ dono Traiano fuiſſe legimus. *Elegi*) Tacitus: Finita Iuliorum Claudiorúmque domo optimum quenque adoptio inueniet. nam generari & naſci à principibus fortuitū, adoptandi iudiciū integrū. *Dominum non es daturus*) Dominū tuis ſeruis, quando ſucceſſorem imperii adoptas. *Quaſi neceſſario hærede*) Perinde ac ſi neceſſe ſit relinquere proximiores hæredes. *Illud*) Eſt *Regium* Tumidū, imperioſum, contumax. *Imperaturum*) Tanquam ſi diceret, niſi adoptatus fuiſſet à Nerua, omnino Traianus imperaſſet. *Hoc*) Adoptauit quem ſciebat futurum principem. *Genueris*) Dion in Adriano. genuerim an elegerim multum intereſt: qui genitus filius, is erit quem fata voluerint. adoptatum autem vnuſquiſque ſibi pro voluntate aſſumit. quare plerunque per naturam ſtulti atque mutilati filij dantur: qui verò leguntur, integro corpore, & ſana mente. *Elegeris*) Adoptaueris. Papinius in ſyluis natos genuiſſe neceſſe eſt: At legiſſe iuuat. *Ac naſcuntur*) Nam ſæpe naſcuntur ſi-

lij perditiſſimi à parentibus optimis. eſt enim hoc in manu fortunæ, ſiue bonos, ſiue malos ſuſcipias. *Ferunt*) Patiuntur dominum.

parum feliciter genuit, quàm quem malè elegit. Sedulò ergo vitauit hunc caſum, nec iudicium hominum, ſed deorum etiam in conſilium aſſumpſit. Itaque non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante puluinar Iouis optimi, maximi, adoptio peracta eſt: qua tandem non ſeruitus noſtra, ſed libertas, & ſalus, & ſecuritas fundabatur. Sibi enim dÿ gloriam illam vendicauerunt, horum opus, horum illud imperium. Nerua tamen miniſter fuit. Vterque, qui adoptaret tam paruit, quàm tu qui adoptabaris. allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus dÿs, vt inuicti imperatoris exortum victoriæ inſigne decoraret. hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, cùm repentè ſolito maior & auguſtior aduocata hominum concione deorúmque te filium ſibi, hoc eſt, vnicum auxilium feßis rebus aſſumpſit. Inde quaſi depoſito imperio, qua ſecuritate, qua gloria lætus, nam quantulum refert, deponas an partiaris imperium: niſi quod difficilius hoc eſt. non ſecus ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe patriámque ſuſtentans. tua iuuenta, tuo robore inualuit.

Parum feliciter) Malum. *Caſum*) Conditionem. *Iudicio*) Vera lectio iudicium, vt ſit ſenſus, non ſolũ credidit iudicio hominum, qui optimè de Traiano ſentiebant, ſed etiam deorum iudicium in conſilium habuit. eſt autem in cõſilium habere aliquem, ipſum conſulere. *In templo Iouis Capitolini*) Antitheta manifeſta. *Genialem*) Connubialem, voluptuarium. *Puluinar*) Lectum, qui ſterni diis ſolebat in templis. *Tandem*) Poſt longum Domitiani ſeruitium. *Fundabatur*) Inchoabatur, firmabatur. *Gloriam illam*) Quòd fuerint autores noſtræ libertatis. *Horum*) Deorum. *Opus*) Adoptio fuit. *Illud imperium*) Quod imperarunt Neruæ Traianum arrogari. *Vterque paruit*) Diis *Vterq.*) Nerua & tu *Tam qui adoptaret*) Sic ordinanda verba. *Ablata*) Traianus deuicit Pannonios de quibus lauream meruit, quam Ioui Capitolino Nerua obtulit adoptionis tempore. *Laurea*) Lauri corona quæ propriè triumphis dicatur: ea enim triumphantes coronabantur. ipſa quidem pacifera, vt quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium: Romanis præcipuè lætitiæ, victoriarúmque nuncia. faſces imperatorum decorat, ex iis in gremio Iouis optimi, maximi deponitur, quoties lætitiam victoria nouam attulit. hæc ſcribit Plinius libro decimoquinto. Pacatus in Panegyrico Theodoſij. depoſitis in gremio Capitolini Iouis laureis triumphales viri ruſticabantur. *Inuicti*) Traiani. *Exortum*) Initium. *Victoria inſigne*) Laurea. *Auguſtior*) Venerabilior, ſanctior. *Deorúmque*) Quia præſentibus diis & popul. Roman. magna voce Traianum in Capitolio arrogauit. *Hoc eſt*) Interpretatio color.

Feßis rebus) Ruenti imperio. *Quaſi depoſito*) Aſſumptio in ſocium Traiano totam curam reipublicæ adminiſtrandæ ei reliquit. *Quantulum*) Minimum. *Refert*) Diſtat. *Difficilius hoc*) Partiri: cùm regnum non capiat duos. *Præſenti*) In vrbe, & opem ferenti. nam tunc aberat Traianus ſecundum Euſebium & Eutropium, imperator apud Agrippinam in Gallijs factus. *Tua iuuenta*) Tua ætate robuſta. Martialis in commendationem eius, inquit, & fortem iuuenémque martiúmque in tanto duce militem videret. *Iuuenta*] Secutus eſt opi-

Titus,ſic poſtea nonnulli. *Tribunitiæ poteſtatis*) Conſueuerant imperatores vindicare ſibi tribunitiam poteſtatem, quòd eſſet ſacroſancta & inuiolabilis,,ac maxima pars imperij regalis.primus Auguſtus perpetuam recepit , mox cæteri exemplum eius ſecuti. *Omnia*) Solebant his titulis imperatores inſigniri , Cæſaris & Auguſti nomine , pontificatu maximo, tribunitia poteſtate, proconſulari imperio. *Proximè*) Non multo antè. *Parens Germ*)Veſpaſianus , quem verum appellat,tanquam naturalem Titi parentem, non per adoptionem. *In alterum filium*) In Titum,duos enim filios habebat, Titum & Domitianum. Titus cum patre triumphauit , cenſurámque geſſit,eidem collega in tribunitia poteſtate,& vij.conſulatibus,receptáq; ad ſe prope omnium officiorum cura,patris nomine & epiſtolas ipſe dictitauit , & edicta conſcripſit. hinc in procemio naturalis hiſtoriæ Plinius : ſciántque omnes quàm ex æquo tecum viuat triumphale & cenſorium ius , exeáſque conſul ac tribunitiæ poteſtatis particeps.libro ſeptimo,capite de varietate naſcendi, Veſpaſianum & Titum ſimul Cæſares vocat. & libro ſecundo, capite xiij eclipſim narrat accidiſſe Imp. Veſpaſianis patre iij. filio iterum Coſſ.

ri patricio , & conſulari , & triumphali patre genitum , cùm fortiſsimum , ampliſsimum , amantiſsimum ſui exercitum regeret,imperatorem non ab exercitu factum ? eidem cùm Germaniæ præſideret,Germanici nomen hinc miſſum? nihil ipſum, vt imperator fieret, agitaſſe:

Patricio & conſulari) Laudat à genere narrans traxiſſe originem à patre honeſtiſſimo, ſed ipſum magis parentem condecoraſſe. Onexinder maiorum, inquit, & progenitorum ſplendor ſi adſit imperatori, amplectendus eſt:ſin abſit,haud magnopere deſiderandus:at,ſi verum illud Euripidis in Helena, παιδὶ γὰρ κλέος τόδ᾽ ἐστὶ κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγὼς εἰς ταυτὸν ἦλθε τοῖς τοκεῦσι τοὺς τρόπους, id eſt, filio enim gloria hæc pulcherrima, quicunque ex patre bono natus in ſimiles venit parentibus mores : quanto magis laudandus Traianus , qui ſupergreſſus ſit paternas virtutes. traxit autem originem,vt omnes conſentiunt, ab Hiſpania. quidam etiam illic natum prodidere in vrbe Italica , ſi Euſebio & Eutropio credimus , ex familia antiqua magis quàm clara. nam pater in ea primùm conſul fuit,& decimæ legionis tribunus in bello Iudaico , cum duobus millibus peditum & equitibus mille mittitur à Veſpaſiano aduerſus Aphacam , ciuitatem noua molientem. ille oppidum captu difficile cognoſcens , nam natura munitum, inſuper duplici muro cingebatur : & oppidanos cernens paratos eruptione facta ad reſiſtendũ,prælium cũ his tamen conſeruit,eóſque pauliſper reluctantes,in fugam vertit. quos ſubſequuti Romani exterioris muri ambitum, quò confugerãt, cum ipſis irrumpunt. ſecundum autem murum petentes excluſere ſui, metu ne ſimul hoſtes irruerent. quare ad vnum omnes,vel per ſe, vel à Romanis interire num. hominũ xij.millia. Traianus pater oppidum pugnatoribus vacuum exiſtimans , vel ſi qui adhuc eſſent , non auſuros repugnare : excidium imperatori reſeruauit. Titus cum paucis militibus miſſus, ſic ordinata acie vt in læuo cornu Traianus,ipſe in dextro ſtaret, oppidum cepit cum magna Galilæorum ſtrage. pro quibus Traianus pater triumphalibus ornamentis poſtea donatus eſt. *Non ab exerc.*) Qui ſolebat ſuos duces imperatores conſalutare, & Cæſares facere. *Germanici no.*) Nomen pro cognomine. extant adhuc multæ in marmoribus memoriæ, quibus indicatur Traianum cognomento Germanici honeſtatum , quòd vrbes trans Rhenum in Germania reparaſſet , & feram gentem repreſſiſſet. quare in laudibus Stiliconis apertè teſtatur Claudianus illum viciſſe Germanos, ſed ſummo diſcrimine, multis annis , & per colloquia. quod Iuuen. Sat.vi reſpiciens inquit , Dacicus & ſcripto radiat

Germanicus auro. nam etiam Dacici cognomen meruit, quod lib. viij. epiſtolarum ex autoritate Dionis (vt veterum memorias omittam) probauimus. at qui ſatyrographum ſunt interpretati hacte- nus, malè Domitianum intelligunt, quem vbique lacerat & inſectatur. Traianum verò vt bonum, & ſui temporis imperatorem, commendat. cuius reditum ex Germania Sat. x. voto proſequitur. *Hinc*) Ab vrbe. *Agitaſſe*) Tractaſſe, procuraſſe.

nihil feciſſe niſi quod meruit, & paruit? paruiſti enim Cæſar, & ad principatum obſequio perueniſti. nihilq; magis à te ſubiecti animi factum eſt, quàm quod imperare cœpiſti. Iã Cæſar, iam imperator, iam Germanicus abſens, & ignarus: & poſt tanta nomina, quantum ad te pertinet, priuatus. Magnum videretur, ſi dicerem: neſciſti te imperatorem futurum. eras imperator, & eſſe te neſciebas. Vt verò ad te fortunæ tuæ nuncius venit, malebas quidem hoc eſſe, quod fueras, ſed non erat liberum. An non obſequereris principi ciuis? legatus imperatori? filius patri? Vbi deinde diſciplina? vbi mos à maioribus traditus, quodcunque imperator munus iniungeret, æquo animo paratóque ſubeundi? Quid enim ſi prouincias ex prouinciis, ex bellis bella mandaret? eodem illo vti iure poſſe putes, cùm ad imperium reuocet, quo ſit vſus, cùm ad exercitum miſerit? nihilque intereſſe ire legatum, an redire principem iubeat? niſi quòd maior ſit obſequii gloria in eo, quod quis minus velit. Augebat autoritatem iubentis, in ſummum diſcrimen autoritas eius adducta: vtque magis parendum imperanti putares, efficiebatur, eo quod ab aliis minus parebatur.

Meruit & paruit) Magna Traiani laus, qui ſuis virtutibus meruerit imperium, & imperiis paruerit. *Obſequio*) Obedientia. *Subiecti*) Humilis, humani. *Imperare*) Dum pares iuſſis Neruæ. eſt autem admirabile. *Iam Cæſar*) Creatus eras. frequentatio color. *Quantum ad te pertinet*) Quantum in te erat. *Priuatus*) Non aſſumptus ad imperium. *Imperatorem n.*) Frequenter vtitur traductione, quæ fit cùm verbum crebrò ponitur. ita vt non modò non offendat animum auditoris, ſed etiam orationem commodiorem reddat. *Fortunæ*) Adoptionis. *Hoc*) Priuatus. *Liberum*) In tua facultate. *An non*) Frequentatio cùm res diſperſæ in vnum coguntur, vt grauior, aut acrior ſit oratio. maximè ſi ſit cum interrogatione. *Legatus*) Neruæ qui ius proconſulare haberet. proconſulis enim legatus propriè dicitur. Varro ſentit legatum dictum, quòd publicè lectus eſſet, & huius opera conſilióq; imperator vteretur. *Vbi*) Fuiſſet militaris diſciplina, niſi paruiſſes imperatori tuo. *Mos à maioribus*) Vt legatus proconſuli ſuo pareret. quod ius Caius Caligula imminuit. *Prouincias*) Subiugandas, an per tranſlationem prouincias accipis, pro quouis magno munere. *Ex bellis*) Statim finito bello, alterum iniungeret. nolo dicere hanc eſſe traductionem, nolo interrogationem, ne nimia repetitione exornationum in vitium decidam, & legentibus ſtomachum moueam. *Eodem iure*) Imperandi ſcilicet, par habere ius in te ad principatum reuocandi, quod habuit dum te iuberet ire ad exercitum. *In eo*) In ea re quam aliquis minus amat. vt ſit ſenſus, maiorem obſequii gloriam reportaſti, dum

accipis imperium, quod minus volebas, quàm dum legatus mitteris ad exercitum. *Autoramatem*) Imperantis exiſtimationem. *Iubentis*) Nrr-uæ, vt ſuſciperes imperium, cùm videres prætorianos rebellaſſe, & in illum inſurrexiſſe. boni enim cùm vident alios à principe ſuo deficere, ipſi tantò magis ſunt in officio. *Alys*) Militibus ſedicionem mouentibus.

Ad hoc audiebas ſenatus, populiq; conſenſum. Non vnius Neruæ iudicium illud, illa electio fuit. nam qui vbique ſunt homines, hoc idẽ votis expetebant. ille tantùm iure principis occupauit, primúſque fecit, quod omnes facturi erant: nec hercule tantopere cũctis factum placeret, niſi placuiſſet antequam fieret. At quo tẽperamento dij boni poteſtatem tuam, fortunámque moderatus es? imperator titulis, & imaginibus, & ſignis: cæterùm modeſtia, labore, vigilantia, dux, & legatus, & miles, cùm iam tua vexilla, tuas aquilas magno gradu anteires. neque aliud tibi ex illa adoptione, quàm filij pietatem, filij obſequium adſereres, longámque huic nomini ætatem, longam gloriam precarere. te prouidentia deorum primũ in locum prouexerat, tu adhuc in ſecũdo reſiſtere, atque etiam ſeneſcere optabas. Priuatus tibi videbaris, quamdiu imperator & alius eſſet. Audita ſunt vota tua, ſed in quantum optimo illi & ſanctiſſimo ſeni vtile fuit: quem dij cælo vendicauerunt, ne quid poſt illud diuinum & immortale factum, mortale faceret. deberi quippe maximo operi hanc veneratiõe, vt nouiſſimum eſſet, autorémque eius ſtatim

Ad hoc) Inſuper. *Conſenſum*) Qui te vnicum adoptari volebant. *Vbique*) In toto orbe, ſub imperio Romano. *Hoc i.*) Vt fieres imperator. *Ille*) Nerua. *Iure pri.*) In cuius manu erat te Cæſarem facere. *Occupauit*) Præuenit, quod alij facturi erant. *Nec hercule*) Ratio cur omnes cuperent Traianum imperatorem. *Temperamento*) Modeſtia, à qua pluribus eũ laudat. *Titulis*) Inſcriptionibus cum laude. *Imaginibus*) Picturis. ſolebant enim imperatorum imagines in vexillis locare. *Signis*, Statuis marmoreis & æreis. *Modeſtia*) Articulus grauis. *Miles*) Vlp. ff. XXIX. miles inquit appellatur, vel à militia, id eſt, duritia, quam pro nobis ſuſtinet, vel à multitudine, aut à malo, quod arcere milites ſolent, aut à numero mille hominum, aut à verbo Græco tractum ἀπὸ τῶν χιλίων: nam Græci mille hominum multitudinem τὰ χίλια vocant, & ducem χιλίαρχον. *Tuas aquilas*] Quibus vt prædiximus in ſignis bellicis Romani vtebantur. *Magno gradu*) Longa diſtantia, forti paſſu, ſumma celeritate. nam paulò pòſt teſtatur, pedibus duxiſſe, ſeu potius rapuiſſe legiones. *Aſſereres*] Aſſumeres. *Huic nomini*] Filij, vt Nerua pater longo tempore viueret, ſicque tibi nomen filij diu reſtaret, vel. Huic nomini. id eſt, paterno: quod ſequentia indicant. *In primum l.*) Dum Nerua adhuc viuens tibi reliquit habenas imperij. *In ſec.*) Contentus vt Nerua rempub. adminiſtraret. *Seneſceret*) Diu viueret filius. *Priuatus*) Sine imperio. *Alius*] Nerua. nota Traiani modeſtiam, qui nollet imperare, niſi neceſſario. *Audita*] Exaudita à diis. *Sed in quantum*] Temporis. Dion ſcribit, cùm Traianum imperatorem creaſſet Nerua, migraſſe breui ab humanis. *Optimo*) Nihil enim fecit ſine patrum ſententia. *Cælo vendicauerunt*] Relatus eſt in numerum deorum

decreto ſenatorum, autore Euſebio in Chronicis. *Illud*) Tuam adoptionem. *Mortale*) Minus dignum inter homines. *Deberi*) Aut pro deberi ſcribendum eſt decuit, aut ſubaudiendum. *Venerationem*) Dignitatem.

conſecrandum, vt quandoque inter poſteros quæreretur, an illud iam Deus feciſſet. Ita ille nullo magis nomine publicus parens, quã quia tuus, ingens gloria, ingénſq; fama, cùm abundè expertus eſſet, quàm bene humeris tuis ſederet imperium, tibi terras, te terris reliquit, eo ipſo charus omnibus ac deſiderandus quòd proſpexerat ne deſideraretur. Quem tu lacrymis primùm, ita vt filium decuit, mox templis honeſtaſti: non imitatus illos, qui hoc idem, ſed alia mente fecerunt. Dicauit cælo Tiberius Auguſtum, ſed vt maieſtatis numen induceret, Claudium Nero, ſed vt irrideret: Veſpaſianũ

Conſecrandum) Sanctificandum, referendum inter deos. *Quandoque*) A quibuſdam poſteris. *Illud*) Adoptionem Traiani. *Iam deus*) Quia viuus: tamen ob excellentiam facti videri poterat deus. *Publicus*) Omnium. *Tuus*) Qui te optimum ſciuit aſſumere, & nobis principem relinquere. *Ingens gloria*) Glorioſiſſimus. *Abunde*) Multis experimentis. *Tuis humeris*) Tua cura, tuo regimini. *Sederet*) Conueniret, requieſceret. *Reliquit*) Regendas dum cœlum petit. *Proſpexerat*) Cauerat. *Deſideraretur*) Optaretur viuere relicto deteriore ſucceſſore. *Lacrymis*) Dum funeratur. *Templis*) Diuinis honoribus. nam qui in deos referebantur, iis templum & ſacerdotum collegium dicabant. Blondus libro ij. Romæ triumphantis pluribus enarrat, quomodo imperatores conſecrarentur. Tertullianus in apologetico: Vetus, inquit, erat decretum ne quis deus conſecraretur ab imperatore, niſi à ſenatu probaretur. *Honeſtaſti*) Honoraſti, condecoraſti. *Illos*) Principes. *Hoc idem*) Sublimando ſuos in cœlum. *Alia*) Diuerſa à te. ſecundum artem diſcutit, quo conſilio, qua mente, quid fecerit. *Dicauit*) Conſecrauit. dicamus propriè diis. vt ſacerdos deo dicatus, id eſt, obſequio numini datus, & dicamus perpetuò, damus ad tempus. autores habeo Donatum & Seruium. nam quæ Nonius inſuper refert, ſuper verbo dicare, conſultò omittimus. *Tiberius Auguſtum*) Quinimmo viuenti Auguſto diuinos honores habitos lego, & poſt obitum non defuiſſe prætorium virum, qui ſe effigiem cremati, euntis in cœlum, vidiſſe, iuraret. quod à Tranquillo breui comprehenſum, apertius à Dione tractatur. Romani, inquit, Auguſtum conſecrantes, ſacerdotem Liuiam Auguſtam renunciauerunt, quæ datis dono cc. ſeſtertiis cuidam Numeriæ Attico ſenatori, iurare eum impulit ſe vidiſſe Auguſtum, in cœlum euntem, quemadmodum olim Proculus Romulum. inde ſenatus illi ſimulacra, veluti Deo decreuit. Seneca tamen de clementia ſcribit: Deum eſſe non tanquam iuſſi credimus bonum principem Auguſtum. *Vt maieſtatis numen induceret*) Vt venerationem imperatoribus introduceret, tanquam ij forent dij. *Claudium Nero*) Dicauit cœlo. Claudius poſt mortem conſecratus eſt, Eutropio ſcribente, diuúſque appellatus. Tranquillus: funeratus eſt ſolenni principum pompa, & in numerum deorum relatus. quem honorem à Nerone deſtitutum abolitúmq; mox per Veſpaſianum recepit. Tacitus. cœleſtes honores Claudio decernuntur, & funeris ſolenne, perinde ac diuo Auguſto, æmulante Agrippina proauiæ Liuiæ munificentiam & alibi: decretum à ſenatu cenſorium funus, & mox conſecratio. *Vt irrid.*) Tanquam ſtultum: nam conſueuerat mortuum contumeliis inſectari, modò ſtultitiæ arguens, & morari eum inter homines deſiiſſe producta prima ſyllaba iocabatur. *Veſpaſianum Titus*) Dicauit

cœlo, meminit Eutropius Veſpaſianum poſt obitum inter deos relatum. Dion tradit cùm ſe moriturum vidiſſet, dixiſſe, iam deus fio.

Titus, Domitianus Titum, ſed ille, vt dei filius, hic vt frater videretur. Tu ſideribus patrem intuliſti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, ſed quia deum credis. Minus eſt hoc cùm fit ab his qui & ſeſe deos putant. Sed licèt illum aris puluinaribus, flamine colas, non alio magis tamen Deum, & facis, & probas, quàm quòd ipſe talis eſt. in principe enim, qui electo ſucceſſore fato conceſſit, vna, itémque certiſſima diuinitatis fides eſt, bonus ſucceſſor. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid arrogantiæ acceſſit? num hos proximos diuinitate parentum deſides, ac ſuperbos, potiuſquam illos veteres & antiquos æmularis? qui hoc ipſum imperium peperere, quod modò hoſtes inuaſerant contempſerántque. cuius pulſi fugatique, non aliud maius habebatur indicium, quàm quòd triumpharetur. Ergo ſuſtulerant animos, & iugum excuſſerant, nec iam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabant. ac ne inducias quidem, niſi æquis conditionibus inibant: legéſque, vt acciperent,

Domitianus Titum) Quem defunctum conſecrationis honore dignatum Domitianum teſtatur Suetonius, quanquam Euſebius decreto ſenatus intèr deos relatum referat, ſed intelligendum autore Domitiano. *Ille*) Titus. *Ad metum c.*) Opponuntur iſta prædictis, non vt maieſtatem numinis induceres. *In contum.*) Sicut Nero. *Tuum*) Quod pater tuus eſſet deus, tu dei filius. *Hoc*) Refert in deos. *Seſe deos putant*) Vt non ſine qualis Domitianus, qui ſe Deum dici lætabatur. *Aris*) Templis, puluinaribus, lectiſterniis. *Flamine*) Sacerdote. nam conſecratis flamines eiuſdem cognomenti aſſignabant: ſic Quirino Quirinales, & Auguſto Auguſtales. *Talis*) Deo ſimilis. *Fato conceſſit*) Obiit. *Diuinitatis fides*) Qui bene ſciuit eligere, quod niſi à diuino fieri nô poteſt. *Num ergo*) Interrogatio grauis. *Proximos*) Vt Domitianum. *Superbos*) Vana tumidos gloria, nam is principatum adeptus in ſenatu iactare non dubitauit, & patri ſe & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe. *Veteres*) Bonos. facit hoc interrogatio vt neges. *Qui*) Imperatores antiqui, & optimi qui ſua virtute imperium Romanum compararunt. *Quàm quòd triumpharetur*) Subiugaretur à Dacis: an quia Domitianus ſecundum Oroſium prauiſſimè iactantia elatus, ſub nomine ſuperatorum hoſtium, de extinctis legionibus triumphauit: ſic Dion memorat pro defunctis in Dacia triumphum duxiſſe. ſuper quo mox plura commodius. *Suſtulerant animos*) Hoſtes Daci ignauia Domitiani. digreſſio per vituperationem Domitiani, ex qua conficitur reprehenſionis aliquid non argumentando, ſed augendo. *De ſua libertate*) Vt ſuis legibus viuerent, neque Romanis parerent. *Noſtra ſeruitute*) Vt Romanos ſubiugarent. *Inducias*) Sequeſtrem pacem. nam induciæ ſunt pax intra breue tempus: dictæ, vel quòd in diem dentur, vel quòd in dies ocium præbeant. Paulus de captiuis, Induciæ, inquit, ſunt cùm in breui & in præſenti tempore conuenit, ne inuicem ſe laceſſerent. Varro, ſi Gellio credimus, diffinit inducias eſſe pacem caſtrenſem, paucorum dierum, & belli ferias. ſed hoc reprehendit Gellius, cùm induciæ neque pax ſint, & interdum paucarum

horarum. quare Græcos,ait,conſignatius dicere ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam ἐκεχειρίαν, id eſt, à manibus temperationem, & inducias, ſic dictas arbitratur,quaſi tu dicas, inde vti iam. Aurelius autem Opilius,inducias refert dictas quaſi initus, atque introitus, cùm hoſtes ſcilicet inter ſeſe vtrinque vltro citróque alteri ad alteros impunè, & ſine pugna ineunt. licèt Liuius libro primo ab vrbe condita ſcribat datas eſſe inducias Veientibus in centum annos. veteres nonnunquam ſingulari numero protulere.

dabant. At nūc redÿt omnibus terror, & metus,& votum imperata faciendi.vident enim Romanum ducem vnum ex illis veteribus & priſcis quibus imperatorium nomeh addebant contecti cædibus campi,& infecta victorÿs maria. accipimus obſides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis,immenſíſque muneribus paciſcimur. vt vicerimus,rogant,ſupplicant.largimur, negamus. vtrunque ex imperÿ maieſtate. agunt gratias qui impetrauerunt, non audent queri quibus negatum eſt. An audeant? qui ſciant aſſediße

Dabant) Nobis imponebant. *Omnibus*) Hoſtibus. *Imperata*) Quæ tu illis imperas. *Nunc*) Traiano principe. incipit laudare à rebus geſtis. *Ex illis*) Ex numero illorum. virtute ſimilis antiquis. *Imperatorium nomen*) Imperatores dicebantur ab exercitibus poſt victorias. M. Tullius ad Cælium. ita victoria iuſta imperator appellatus apud iſtũ,& in Philippicis. At ſi quis, Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille,aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine quæ increbuit imperatorem appellaret Senatus? ter legionibus cæſis tanta multitudine hoſtium interfecta, imperatorium nomen adimemus? Tacitus libro tertio. Tiberius pro confecto bello interpretatus, id quoque Blæſo attribuit vt imperator à legionibus ſalutaretur, priſco ergò duces honore, qui bene geſta republica gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. erántque plures imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem conceſſit,& quibuſdam Auguſtus id vocabulum. autor Appianus in procemio ſuæ hiſtoriæ. quòd imperator fuit priſcorum ducum nomen, à quo, qui poſtea rempublicam ſuo nutu regebat, tanquam regem, imperatorem dictum. Tacitus duodecimo, commemorat veros triumphos & glorioſos de populis regníſque integris adquiri. *Cædibus*) Non poterant conſequi legitimum triumphum imperatores, niſi certo numero hoſtium interfecto: quod paulo pòſt monſtrabimus. *Infecta*) Tincta ſanguine occiſorum, & per hoc parta victoria. *Maria*) Si fuiſſet bellum nauale.oratio in figura graui. *Obſides*) Fidei ſequeſtres. *Emimus*) Nobis precio comparamus. quod Tacitus in vita Agricolæ feciſſe Domitianum teſtatur. *Immenſíſque muneribus*) Nam motus eſt Traianus ad inferenda arma Decibalo, propter annua tributa,quæ Domitianus illi pendere ſolebat. *Paciſcimur*) Pacem inimus cum hoſte. Claudianus paria de Stilicone. Qui nec principibus donis precibúſque vocati Paruerant, iuſſi properant.& mox.Illi terribiles, quibus ocia vendere ſemper Mos erat,& fœda requié mercede paciſci. Natis obſidibus pacem, tam ſupplice vultu,Captiuóq; rogant. *Vt vic.*) Quòd verum ſit nos viciſſe ſequentia indicant: *Rogant,ſupplicant*] quod ſolent victi. Rogant pacem. *Largimur*) Obſides arma. *Negamus*) aliquibus non concedimus rogata. *Ex imperÿ maieſtate*) Pertinet ad amplitudinem Romani imperii concedere,& negare quodcunque nobis videtur. *Agunt gratias*) Tanquam fautori. *Non audent queri*) Cùm ſentiant virtutem tuam. *An audeant*) Queri de te. *Aſſediſſe*) Contrà ſtetiſſe. aliàs aſſidere eſt præſentia opem ferre, vnde aſſeſſores.

adiutores, vicarios dicimus. de quibus in Alexandro Lampridius. aſſeſſoribus ſalaria inſtituit, & fœmininum in vſu receptum aſſeſtrix.

ferociſſimis populis eo ipſo tẽpore, quod amiciſſimum illis, difficillimũ nobis, quũ Danubius ripas gelu iũgit, duratúſque glacie ingẽtia tergo bella trãſportat: quum feræ gentes non telis magis quàm ſuo cælo, ſuo ſidere armantur. Sed

Ferociſſimis populis] Germanis. quos feritate, ferociáque corporum, animorúmque præſtantia in bello præualere teſtatur Strabo, Tacitus, Solinus. Pomponius inſuper tradit Germanos animis, & corporibus immanes, ad inſitam feritatem vaſte vtraque exercere: bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum maximè. & Dionyſius: Germanorum corpora ſunt à natura bellicoſa. gratiſſima illa laus eorum factorum habetur, quæ ſuſcepta videntur à viris fortibus cum labore & periculo ipſorum: nam habent ad laudandum vberrimam copiam. ea enim denique virtus eſſe videtur præſtantis viri, quæ eſt fructuoſa aliis, ipſi autem laborioſa, aut periculoſa. hæc M. Tullius de Oratore, quare meritò laudatur Traianus, qui Germanis fortiſſimis hyeme ſæuiente reſtiterit. huius expeditionis meminit Claudianus in laudibus Stiliconis. *Ipſo tempore*] Glaciali, hyemali. *Amiciſſimum*] maximè commodum & opportunum. *Danubius*] Hic, Iſter alio nomine appellatur: olim Matoas, ſi Stephano credimus, nauigabilis fluuius, qui cùm ad orientem vertitur, multis aliis infuſis fluminibus, conualeſcens ſpumoſus tandem & obtectus caligine prope Peucen per quinque ingentes alueos in Euxinum proripitur: qua ſe ad Boream reflectit. multas ac varias nationes irrigat quouſque ad oſtium peruenerit Mæotidis paludis. nam Germanos primùm perlabens, Sarmatas deinde ſecat. tum verò Getas, ac Baſtarnas inundans, qui ad Oceanum ſunt verſi, Dacis facultatem adauget, neque minus Alanos & Cauros præterfluens omnibus nauigandi facultatem præſtat. ſed de oſtiis aliqua inter autores diſſenſio: nam Tacito referente, Danubius molli ac clementer edito montis Arbonæ iugo effuſus plures populos adit, donec in Põticum mare ſex meatibus erumpit. ſeptimum enim os paludibus hauritur. & Dionyſius cum Strabone conueniens ex autoritate Ephori memorat Iſtrum quinque oſtiis ſe exonerare. at Mela, totidem quot Nilus oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus effluere. Vibius Sequeſter in Pontum decurrere per ſeptem oſtia. Herodotus lib. iiij. Iſter omnium quos nouimus fluuiorum maximus ſemper ſibiipſi par, tam æſtate quàm hyeme: fluit ab heſpero primus omnium qui ſunt in Scythia. Philoſtra. lib. iij. recitat Danubium eſſe maximum fluuiorum Europæ, aquarum regnatorẽ, & primum poſt Nilum Auſonius decantat. Seneca illorum opinionem falſam redarguit: qui Danubium menſibus æſtiuis abundare, & fontes eius ignotos tradiderunt, mediúmque teſtatur inter pacata & hoſtilia fluere: Germanos auidam belli gentem repellentem. de illo Appianus in eo libro, cui titulus Illyrius. *Ripas gelu iungit*] Ita congelatur vt perpetua glacies vtranque ripam nectat. Dion in Antonino philoſopho tradit Iazyges victos à Romanis, dum per Iſtrum congelatum retrofugiunt. Herodianus in Alexandro. maximi fluuij ſub ſeptentrione feruntur Rhenus & Danubius. quorum alter Germanos, alter Pannonios præterfluit, atque æſtate quidem nauigabiles altiſſimo latiſſimoque alueo, per hyemem dein concreti gelu camporum in morem perequitantur: alueique tam ſolida glacies vt non equorum vngulis tantùm pedibúſque virorum ſubſiſtat, ſed inde hauſturi glaciem ſecuribus & dolabris cæſam veluti lapidem aſportent. *Ingentia bella*] Multa Germanorum millia. *Tranſportat*] Tranſmittit, traducit. *Tergo*] Glaciata ſuperficie. *Feræ*] Immanes, truces. *Telis*] Scribit Tacitus penuriam ferri eſſe apud Germanos. *Suo cælo*] Æris rigore. *Suo ſidere*] Nam natos fluminibus durant, quod ad Italos poeta tranſtulit. Durum à ſtir-

pe genus,natos ad flumina primum Deferimus ſæuóque gelu duramus, & vndis. geſta Traiani Iuuenalis videtur ibi tetigiſſe. Maturus bello Armeniæ Syriæque tuendis amnibus & Rheno atque Iſtro, quæ loca Traianus domuit. circumfertur etiam, ſuo ſidere, in eundem ſenſum quo, ſuo cælo.

vbi in proximo tu,non ſecus ac ſi mutatæ temporum vices eſſent: illi quidem latibulis ſuis clauſi tenebantur,noſtra agmina percuſare ripas, & aliena occaſione ſi permitteres vti, vltróque hyemem ſuam barbaris inferre gaudebant. Hæc tibi apud hoſtes veneratio. quid apud milites? quam admirationem, quemadmodum comparaſti? cùm tecum inediam, tecum ferrent ſitim. quum in illa meditatione cãpeſtri militaribus turmis imperatoriũ puluerẽ ſudorémque miſceres? nihil à cæteris, niſi robore ac præſtãtia, differens, quũ libero Marte, nũc cõmin⁹ tela librares, nũc vibrata ſuſciperes, alacer virtute militũ, & læt⁹ quoties aut caſſidi tuæ, aut clypeo grauior ictus incideret.

Vbi) Eras. *Temporum*) Ac ſi æſtas adeſſet iam ſoluto gelu Danubio. *Latibulis*) Speluncis, caſulis. *Aliena*) Qua vtebantur prius barbari. *Si permitteres*) Tanquam cohiberet milites ab inuaſione Germanorum, contentus repreſſiſſe. *Inferre hyemem ſuam barbaris*) Inuadere Germanos ex occaſione gelu Danubij, qua prius in noſtros barbari vtebantur. *Veneratio*) Metus, vt non auderent Danubium tranſcurrere. *Inediam*) Famem *Tecum*) Exemplo Catonis Vticenſis oſtenditur quanto ardore milites incendantur ad ſuſtinenda incommoda, cùm videant imperatorem ſuum quæcunque munia fortiter ſubire. ille enim galeam ſitientibus cunctis aqua plenam ſibi porrectam effudit, comes in calamitate, & dux ſuis effectus. *Meditatione*) Præexercitatione, prælusione. ſolebant enim imperatores priuſquam in veram deſcenderent pugnam, milites exercere ad inſtar veræ pugnæ, ne cum hoſtibus congreſſi verum ſolem & puluerem formidarent. nam neque longitudo ætatis, nec annorum numerus, artem bellicam tradit, ſed continua exercitationis meditatio. propterea ſine trepidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo fecerant. quemadmodum enim bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus. poſtremò ſciendum in pugna vſum amplius prodeſſe quàm vires. hinc à Tranquil. Galba laudatur, quòd veteranum ac tyronem militem opere aſſiduo corroboraſſet. *Turmis*) Vegetius in libro ij. cuius ſuperiora recitauimus: quemadmodum, inquit, inter pedites centuria, vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur: vna autem turma equites xxxij. habet: huic qui præeſt, decurio nominatur. Ælianus verò turmam totam conſummari equitibus cxiij. credidit, & turmam ex verſantibus in oui ſpeciem fieri docet, & quæ ſit altera parte longior. Feſto autore, turma equitum dicta, quaſi terma, quòd terdeni equites ex tribus tribubus Tatienſium, Rhamnenſium, Lucerum fiebat. itaque primi ſingularum decuriarum, decuriones dicti. qui ex eo ſingulis turmis præſunt. & nunc trini. omnia hæc mutuatus eſt Feſtus à Varrone, niſi in quantum hic tradit à terina turmam dictam mutatione e in v. *Libero marte*) Libera pugna, quando licet vnicuique aggredi quemlibet. *Nunc co.*) Compar graue, quod conſtat ex pari ferè numero ſyllabarum, quale illud. in prælio mortem pater appetebat, domi filius nuptias comparabat. *Suſciperes*) Scuto exciperes & declinares. *Alacer & lætus*) Pædianus exponens Tullianum illud: alacri atque læto ex ſecundo Verrinarum: alacer, inquit, ſiue alacris dicitur is, qui ingreditur ſenſibus vniuerſis. quod eſt indicium erecti animi, atque ſublimis. nam è contrario lacer dicitur, amputatis à corpore

ſenſuum

ſenſuum membris, hoc eſt auribus oculiſque, quæ ad animum transferuntur, vt plerunque afflicto animo ſenſibus non vtamur erectis: ſic alacer dicitur is, cui omnis ſenſus in loco ſuo quiſque degat, viſu & auditu intentus: vt vultu indicet adeſſe animum non ſyncerum ſenſibus ſuis. qua re cognita illud quoque intelligitur aliud eſſe alacrem, aliud lærum. Sunt qui alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi alis acrem. tanta autem ferebatur exercendi milites cura, vt non ſolùm tribuni, vel præpoſiti, contubernales ſibi creditos ſub oculis ſuis iuberent quotidie meditari, ſed etiam ipſi armorum arte cæteros ad dimicationem proprio cohortarentur exemplo.

Laudabas quippe ipſe ferientes, hortabariſque vt auderent, & audebant iam, quum ſpectator moderatórque ineuntium certamina virorũ, arma componeres, tela tentares, ac ſiquod durius accipienti videretur, ipſe vibrares. Quid cùm ſolatiũ feſſis, ægris opem ferres? Non tibi moris tua inire tentoria, niſi commilitonum antè luſtraſſes: nec requiem corpori, niſi poſt omnes dare. Hac mihi admiratione dignus imperator non videretur, ſi inter Fabricios, & Scipiones & Camillos talis eſſet. tunc enim illum imitationis ardor, ſempérque melior aliquis accenderet: poſtquàm verò ſtudium armorum à manibus ad oculos, ad voluptatem à labore tranſlatum eſt, poſtquam exercitationibus noſtris non veteranorum aliquis, cui decus, muralis aut ciuica, ſed Græculus magiſter aſſiſtit: quàm magnum eſt vnum

Laudabas) Solet enim laus militem generoſum ad virtutem incitare. *Arma compon.*) Armares, docet Vegetius, milites armandos, & tela à præfectis inſpicienda, cùm ſæpe eueniſſet, vt remp. inermes perdidiſſent. *Durius*) Grauius telum. *Accipienti* Militi te præbente. *Quid*) Mirer. *Ægris opem f*) Annotauimus apud Dionem in bellò Dacico, concidiſſe propriam veſtem Traianum ad colligenda militum vulnera. pertinebat ad præfectum caſtrorum medicos ægris adhibere, vt vulnera ac morbos diligenter curarẽt. (quod nouo quodam humanitatis genere, quãuis imperator, in ſe transferebat) ſic arma omnium militum, proprium præfecti legionis officium. *Niſi poſt o.*) De Annibale Liuius, princeps prælium inibat, vltimus confecto prælio excedebat. *Talis*) Tam diligens rei militaris cuſtos. *Ardor*) Amoris impetus. *Accenderet*) Imitatione ſui incitaret. ſed tu, inquit, Martialis ſub principe duro, Temporibúſque malis auſus es eſſe bonus. *A manibus*) Ab vſu, à fortitudine. *Ad o.*] Ad pompam, & ſpectaculum. *Ad v.*] Ad delicias. *A labore*] Ab exercitatione, à rebus gerendis. *Veteranorum*) Centurionum, vel militum. armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio cos. C. Manlij collega militibus tradita fuit is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit: virtutémque arti, & artem rurſus virtuti miſcuit, vt illa impetu huius fortior, hæc illius ſcientia cautior eſſet. *Muralis*] Corona, quæ donabatur ab imperatore ei qui primus murum ſubiiſſet, ſinque hoſtium oppidum per vim aſcendiſſet, iccirco quaſi muri pinnis decorata erat, ciuica verò corona appellatur, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus eſt in prælio, teſtem vitæ, ſalutíſque perceptæ dat. ea fit è fronde querna, quoniam cibus victúſque antiquiſſimus è quercu capi ſolitus ſit. fit etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum. *Græculus mag.*] Armorum inſtructor Græcus. nec aliud quicquam Græcis ſeruitutem ac mollitiem attuliſſe putant Romani, quàm gymnaſia & palaſtram,

quibus relanguefcunt adoleſcentium animi, vt penitus effœminentur. hinc puerorum amores gigni, hinc ſomno & deambulationibus iuuenum corpora corrumpi, hinc ſaltationibus, & motu compoſito, & certo, & delicato cibi genere debilitari, quibus de cauſis ab armis ſe delapſos eſſe non intellexerunt, contentiſque pro ſtrenuis ac fortibus militibus ſe bonos palæſtritas & athletas dici, & haberi ad ſummam molliciem defluxerunt, autore Plutarcho. hæc igitur ſi quis effugere ſtudet, in puluerem prodire, & ſub dio manere oportet. Græci enim, referente Curtio, profeſſionem honeſtarum artium malis moribus corruperunt. in quos Plinius ſenior acerrimè inuehitur, genitores omnium vitiorum, & omnium corruptores appellans. memini legiſſe apud quendam Græcum Latinos appellaſſe Græcos ignominiæ cauſa: quanto magis Græculos, vt apud Iuuenalem, Græculus eſuriens.

ex omnibus patrio more patria virtute lætari, & ſine æmulo, ac ſine exemplo ſecum certare, ſecum contendere: ac ſicut imperat ſolus, ſolum ita eſſe qui debeat imperare? Nónne incunabula hæc tibi Cæſar, & rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augens, noménque Germanici iam tum mererère? quum ferociam ſuperbiámque Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes? Rhenúmque & Euphratem admirationis tuæ famæ coniungeres? quum orbem terrarum non

Ex o.] Ex numero omnium, extra cæterorum aleam. *Patrio m.*] Romana militia. *Sine exem.*] Nouo. ſc. nam veterum plura adhuc extant. *Secum c.*] Se imitari, niti ad virtutem exemplo ſuo, & ſe ſibi æmulandum proponere. *Solum*] Incomparabilem. *Incunabula*] Principia à teneris vnguiculis fuerunt. *Rudimenta*] Tyrocinia. Suidas recitat Traianum tranſegiſſe iuuentutem tanta prudentia, vt neque audacia periclitaretur, & ſenectutem eo animi robore, vt ocio non marceſceret. *Parthica l.*] Laurea pro geſtis cõtra Parthos. neq; intelligenda illa Traiani expeditio, qua Parthos ſuperauit, vt Diõ & alij Græcorũ meminere, vnde illi Parthico cognomen inditum. ſed cũ iuuenis Parthorum incurſiones repreſſit, quod videtur Mart. ibi reſpicere, Parthorum proceres, ducéſq; Serum. dum iſta & quæ ſequuntur in commendationem Traiani ſcribit *Gloriam*] Triumphalem. *Nomen*] Cognomen. *Magno t.*] Illi decernebatur ouatio, qui ſine ſanguine, ſed ſolo terrore, hoſtes domuiſſet, .i. pedibus & equo albo, coronatus myrto, vel olea vel lauro, vrbẽ ingrediebatur. *Rhenum*] Germanos ſuperans. Rhenus Germaniæ fluuius Belgas à Germanis ſegregans, Rheticarũ alpium inacceſſo ac præcipiti vertice ortus, modo flexu in Occidentẽ verſus, ſecundum Tacitum Septentrionali oceano miſcetur: vt inquit Appianus, Rhenus & Iſter potiſſimũ Romanis fines imponũt, quorum quidem Rhenus, borealem Oceanum influit, ex mõnte Adualla. Mela, Rhenus ab Alpibus decidens prope à capite duos lacus efficit, Venetum & Acromum. mox diu ſolidus, & certo alueo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur, ſed ad ſiniſtram amnis etiam tum & donec effluat Rhenus, ad dextram primo anguſtus & ſui ſimilis, pòſt ripis longè ac latè recedentibus, iam non amnis, ſed ingens lacus, vbi campos impleuit Fleuo dicitur, eiuſdémque nominis inſulam amplexus, fit iterum arctior, iterúmque fluuius emittitur. at Plinius, helinus & fleuus appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione in lacum, ab occidente in flumen Moſam ſe ſpargit. *Euphratem*] Parthos. nam is fluuius Babylona mediam ſecat, cui impo rabant Parthi. poſt Gangem flumina totius Aſiæ nobiliora Euphrates & Tigris, ex Armeniæ montibus fontes habent. diſtãt autem inter ſe ſtadiis mille & quingentis, delatáque per Mediam & Paretanos, deſcendunt in Meſopotamiam,

quam vndique circundantes regioni nomen indiderunt. deinde per Babyloniam fluenta in mare Rubrum deferuntur. hæc ſumpſimus ex Diodoro, Herodoto, Strabone: cùm alibi tũ libro xi. Euphrates autem à Boreali Tauri latere exoriẽs, primò per Armeniam fluit occidentẽ verſus, deinde ad auſtrũ flexus, inter Armenios & Cappadoces, & Commagenos Taurum recidit. egreſſus verò cùm prope Syriã peruenerit, ad hyemales ortus reuertitur vſque Babyloniã, & ad Tygrim Meſopotamiam efficit: ambo in Perſicũ ſinũ finiũt: horũ Euphrates maior eſt, & plus regionis flexus alueo percurrit. Plinius. oritur Euphrates in præfectura Armeniæ maioris Cananitide, vt prodidere qui proximè adierunt: Domitius Corbulo in monte Aba. Licinius Mutianus, ſub radicibus montis quem Capotem appellant, ſupra Cymiram xii mil. paſ. initio Pixirates nominatus, & quæ latius ſequuntur lib. v cap xxiiii. Philoſtratus libro primo. Sunt qui dicant, quandam partem maximam Euphratis dilabi ita, vt ad mare non perueniat, ſed in terra curſus ſui finem recipiat. quidam, & audacius de eo loquentes, aſſerunt ipſum cũ diutius ſub terra fluxerit, rurſus in Aegypto apparere, & Nilo compleri. per Rhenum & Euphratẽ voluit ſignificare victorem orientis & occidentis.

pedibus magis quàm laudibus peragrares? apud eos ſemper maior, & clarior, quibus poſtea contigiſſes, & nec dum imperator, nec dum Dei filius eras: Germaniámque cũ plurimæ gentes, ac propè infinita vaſtitas interiacentis ſoli, tũ Pyrenæus, Alpes, immenſique alij montes, niſi his cõpararentur, muniunt, dirimúntque per hoc omne ſpatiũ, cùm

Pedibus) Quibus incedebat. *Quàm laudibus*) Xenophon de laudibus Ageſilai, qui tolerantia antecellit, vbi laborandi ſit tempus: & robore, vbi fortitudinis ſit propoſitum: & mente, vbi conſilii opus adſit, hic profectò videtur mihi iure optimo vir bonus apprimè probandus. *Maior*) In dies creſcente virtute. *Contigiſſes*) Perueniſſes *Nec dum imperator*) Eras. *Dei*) Neruæ. *Germaniam*) Omnis Germania à Gallis Rhetiiſque & Pannoniis, Rheno, & Danubio fluminibus: à Sarmatis Daciſque mutuo metu, aut montibus ſeparatur, cætera Oceanus ambit, latos ſinus & inſularum immenſa ſpacia complectens. Pomponius, Germania, inquit, hinc ripis Rheni vſque ad Alpes, à meridie ipſis Alpibus: ab oriente Sarmaticarum confinio gentium: qua ſeptentrionem ſpectat oceanico litore obducta eſt. omitto quæ à Ptolomæo & Plinio dicuntur. quorum ille in terminatione iunior, hic non totam ſibi cognitam prouinciam fatetur. *Infinita vaſtitas*) Immenſum ſpacium, ſolitudo. eſt enim immenſa Germania, & in multis locis deſerta. quam terram informem, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectúque ſcribit Tacitus. *Pyrenæus*) Mons in Britannicum procurrens Oceanum, tum inter terras fronte conuerſus Hiſpaniam irrumpit, & minore eius parte ad dextram excluſa, trahit perpetua latera, continuus per omnem prouinciam, donec longo limite immiſſus, in ea litora, quæ occidenti ſunt aduerſa, perueniat. Hæc Põponius. at Diodorus: Pyrenæi qui vocantur mõtes, altitudine & magnitudine longè alios excellunt. nam à mari quod ad meridiem iacet, vſque ad Oceanũ, fermè ad arctos ſitum, Galatiam ab Iberia diuidunt. per Celtiberiam quoque protenduntur ſtadiis tribus millibus. ferũt olim igne à paſtoribus iniecto, montanas omnes regiones combuſtas: qua ex re mõtes aiunt cognominatos Pyrenæos. aut Gallias Germanis cõnectit, aut decipitur Secundus in deſcriptione Germaniæ. non enim Pyrenæus Germaniam à Gallis diſterminat, ſed Hiſpaniam à Gallis, ſecundũ omniũ quos legerim deſcriptionem. præter Dionyſium etiam, Baſſum poetam videri Dionyſio aſſentiri, qui in eo epigrammate, quod in laudẽ Germanici edidit, ſcripſit Ὕδρια πυρηναῖα, καὶ αἱ βαθυάγκεες ἄλπεις, αἷ μόνου ἀρχαῖς ἴχνος ὑπόθ' ἔπαν.

Saxa Pyrenæi & depreſſæ vallibus Alpes Quæ Rheni flumen non procul aſpicitis. *Alpes*) A meridie recludunt Germaniam ab Italia, ſicut ab occaſu Gallias. verùm quæ Germaniam diſtingunt, partim Pœnæ, partim Graiæ dictæ à candore niuium. Feſtus appellatas putat mutatione durææ in lenem. nam quod nos album, Græci ἄλφου dicunt, ſiue ſecundum ſcriptores Græcos ab Alpide, ibi interfecto, aut à multitudine albæ niuis, aut ab alto Alpes quia ſunt eminéntes. *Alij montes*) Quales Abnobij & Sarmatici. *Niſi hü compararentur*) Nam comparatione Pyrenæi & Alpium minores ſunt.

legiones duceres, ſeu potius (tanta velocitas erat) raperes: non vehiculum vnquam, non equum reſpexiſti. leuis hic, non ſubſidium itineris, ſed decus, & cum cæteris ſubſequebatur: vt cuius nullus tibi vſus, niſi cum die ſtatiuorum proximum campum alacritate, diſcurſu, puluere attolleres. Initium laboris mirer, an finem? multū eſt quòd perſeueraſti, plus tamen quòd non timuiſti, ne perſeuerare non poſſes. Nec dubito quin ille qui te inter

Legiones) Pedites. quia ferè tota peditibus conſiſtebat legio quod Seruius & Vegetius teſtantur. primò legionem trium millium fuiſſe prodit Varro. vnde milites dictos. Plutarchus tamen in Romulo, ſex millium peditum, & ſexcentorum equitum cōpleuiſſe numerum. Liuius refert legionem plerunque ſcribi ſolitam quinis millibus peditum, equitibus in ſuas legiones trecentis: nono tamen belli punici legionem ſena millia ducenos pedites, & trecenos equites habuiſſe: in bello Macedonico memorat, quina millia ducenos pedites, & trecenos equites: Seruius ſex millia peditum, & trecenos equites. Eutropius verò tantum ſex millia. verùm Pompeius meminit ſex millium & ducentorum hominum primum C. Marium legionem deſcripſiſſe, cùm ante quatuor millium fuiſſet. vnde etiam quadrata appellabatur. ſatis conſtat militum numerum in legione modò auctum, modò imminutum pro imperatorum iudicio. Gellius autor, in vnaquaque legione fuiſſe centurias lx. manipulos xxx. cohortes x. at Modeſtinus centuriones lxvi. erant autem ipſi peditea in duas diuiſi partes. in legiones & auxilia. legiones non niſi de Romanis militibus dicebantur. auxilia propriè ad confœderatos referebantur. Romana autem virtus præcipuè in legionum ordinatione excellebat. dicta legio ab eligendo :- quod vocabulum eorum deſiderat fidem atque diligentiam quibus milites probantur. *Raperes*) Hiſtoricorum verbum, qui cùm celeriter ductum exercitum volunt ſignificare, raptum agmen inquiunt. *Non vehiculum*) Notauit Domitianum, dum Traianum admiratur. illum enim Suetonius Tranquillus commemorat in expeditione & agmine equo rarius, lectica aſſiduè vectum. nec minus notanda Caii inconſtantia, qui iter Britannicum confecit, modò tam feſtinanter & rapidè, vt prætorianæ cohortes contra morem ſigna iumentis imponere, & ita ſubſequi cogerentur. interdum ita ſegniter & delicatè, vt octophoro veheretur, atque à propinquarum vrbium plebe verri ſibi vias & conſpergi propter puluerem exigeret. *Reſpexiſti*) Curaſti, aſcendiſti. Dion: incedebat Traianus ſemper cum toto exercitu pedibus; flumina verò quæcunque milites pedibus pariter ipſe vadabat. *Leuis*) Agilis. *Hic*) Equus non vt te veheret ſed vt honeſtaret ſubſequebatur. *Et cum cæteris*) Si legendum & cùm ſubſequebatur nullum habet ſenſum. *Vſus*) Neceſſitas. *Statiuorum*) Caſtrorum, quando ſcilicet munitis caſtris ſtatiua habebant, & per tempus ibi permanebant. Vegetius libro tertio docet, quomodo ſtatiua caſtra vel hyeme, vel hoſte vicino firmanda ordinandáque ſint. *Campum*) Planiciem. *Artolleres*) Excitares. equites non ſolùm in planis, ſed etiam in abruptis, & foſſarum hiatu difficillimis ſemitis, ſéque & equos

ſuos exerceri voluerunt, rei militaris periti, vt nihil iis in neceſſitate prælii accidere poſſet incognitum: nam & quotidiana armorum exercitia, plus ad ſanitatem militum putauerunt prodeſſe, quàm medicos, & in conflictu poſſe præſtare victoriam. *Initium laboris*) Dubitatio, cùm quærere videtur, vtrum de duobus dicat. *Perſeueraſti*) In laboribus. *Plus ſ.*) Maioris fortitudinis indicium eſt. *Ille*) Domitianus, ordo eſt, ille conceperit. & reliqua.

illa Germaniæ bella ab Hiſpania vſque, vt validiſſimum præſidium exciuerat, iners ipſe alieniſque virtutibus tunc quoque inuidus imperator, cum ope earum indigeret, tantam admirationem tui non ſine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Ioue poſt labores, duráque imperia regi ſuo indomitus ſemper, indefeſſúſque referebat: cùm aliјs ſuper alias expeditionibus munere alio dignus inuenireris. Tribunus verò disiunctiſſimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate luſtraſti: iam tunc præmonente fortuna, vt diu penitus perdiſceres, quæ mox præcipere deberes. neque enim proſpexiſſe caſtra, breuémque militiã quaſi tranſiſſe cõtẽtus, ita egiſti tribunũ, vt eſſe ſtatim dux poſſes, nihílque diſcendum haberes tẽpore docendi. Cognouiſti per ſtipendia decem, mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorũ, & diuerſam

Illa) Immania, admiratiuè dictum. *Ab Hiſpania*) Vbi militabat Traianus. *Vt validiſſimum præſidium*) Tanquam te fortiſſimum defenſorem ſui aduerſus Germanicos tumultus. *Iners*) Deſes, timidus. *Virtutibus*) Viris bonis. *Tunc*) Eo tempore. *Timore*) Ne ſibi imperium auferres. *Ille genitus Ioue*) Hercules ex Alcumena. nota fabula. *Dura*) Ardua, periculoſa. comparat Traiani geſta Herculeis laboribus. *Regi ſuo*) Euryſtheo, ſæuo tyranno, cui in omnibus parebat Iunone cogente. *Indomitus*) Inuictus Hercules. *Referebat*) Occiſis monſtris. *Inuenireris*) Experimentis comprobaſſes. *Alijs ſuper alias*) Pluribus. *Expeditionibus*) Prouinciis, bellis, ab eo quod præcedit, ad id quod ſequitur. nam expeditio eſt militaris apparatus, cùm ſe explicant à cæteris negociis belli adeundi gratia. *Alio munere*) Honeſtiori expeditione. *Tribunus*) Militaris de quo alibi copioſè. *Diſiunctiſſimas*) Remotiſſimas, longè diſtantes. *Terras*) Parthiam & Hiſpaniam ac Germaniam, in diuerſis orbis partibus ſitas. *Firmitate*) Robore. *Fortuna*) Laudat à præcedentibus. *Penitus*) Optimè. *Præcipere*) Imperator creatus. *Contentus*) Fuiſti. *Proſpexiſſe*) Tantum procul vidiſſe, & factum militiæ candidatum. *Egiſti tribunum*) Te in tribunatu geſſiſti, & tanta præſtantia obiſti. *Dux*) Imperator. *Poſſes*) Deberes. *Tempore docendi*) Cùm aliis præpoſitus eſſes. *Stipendia decem*) Decem militias, decem annos: nam ſtipendium non ſolùm ſemeſtre, ſed annuum militum ſalarium dicebatur, autore Varrone dictum à ſtipe, nummo ſignato, quod per ſtipes ſecundum Vlpianum. i. per modica æra colligatur. *Mores gentium*) Vlyſſes habitus prudens cognitione multarum gentium, & diuerſorum morum. infert ergo Traianum ideo prudentiorem factum. *Situs*) Naturas & poſitiones, quæ pertinent ad imperatores. referentibus enim ſcriptoribus rei militaris, itinera omnium regionum, in quibus bellum geritur, pleniſſimè debent habere cognita, & perſcripta. ita vt locorum interualla, non ſolùm paſſuum numero, ſed etiam viarum qualitates perdiſcant: compendia, diuerticula, montes, flumina ad fidem deſcripta conſiderent, vſque eò, vt ſolertiores duces, itinera prouinciarum, in quibus

neceſſitas geritur, non tantùm annotata, ſed etiam picta habuiſſe firmentur. *Opportunitates*) Ad quas ipſe vel hoſtes ſe recipere poſſent, ſi campi patentes, in quibus ſolent equites magis impugnare quàm pedites. at verò in montibus ſylueſtribus, vel montoſis, ſiue paluſtribus, pedeſtres magis formidandæ ſunt copiæ. *Temperiem*) Qualitatem:

aquarum cælique temperiem, vt patrios fontes, patriúmque ſydus ferre conſueſti: quoties equos, quoties emerita arma mutaſti? veniet ergo tempus, quo poſteri viſere, viſendúmque tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa prætexerint. quod denique tectum magnus hoſpes impleueris. vt tunc ipſi tibi ingentium ducum ſacra veſtigia iiſdem in locis monſtrabantur. Verùm hæc olim, in præſentia quidem, quiſquis paulò vetuſtior miles hic te commilitone cenſetur. quotus enim quiſque, cuius tu nõ antè cõmilito quàm Imperator? inde eſt, quòd prope omnes nomine appellas. quòd ſingulorũ fortia facta cõmemoras, nec habet adnumeranda tibi pro repub. vulnera. quibus ſtatim laudator, & teſtis contigiſti. Sed magis prædicanda moderatio tua, quòd innutritus bellicis laudibus, pacem amas. nec quia, vel pater tibi triumphalis, vel adoptionis tuæ die dicata Capitolino Ioui laurus, iccirco ex occaſione omni quæris triumphos. non times bella,

Aquarum) Nam aquarum differentia magna. alibi frigidæ, alibi calidæ, in plurimis terris tepidæ gelidæque. ſtagnantes pigráſque meritò damnant medici, viliores quę profluunt exiſtimantes. has enim tenuiores, illas grauiores & minus defecatas putant. lege de aquis abũdè Senecam, Vitruuium, Plinium, Palladium. *Cœli*) Aëris. eſt enim alibi frigidior, alibi ardentior, alicubi temperatior, interdum denſior, & grauior, interdum purior. *Patrios f.*) Romanam aquam. *Sydus*) Qualitatem cœli. *Equos*) Quos publicè accipiebant, præſertim ſi prioribus defectis in bello, rem optimè nauaſſent. *Emerita*) Victricia, finem bellis imponentia. *Veniet*) Laudat à futuris. *Sudores*) Labores, meditationes. *Refectiones*) Reparationes, prandia. *Quæ ſaxa*) Quæ antra ſaxoſa & ſpecus. *Prætexerint*) Cooperuerint. *Magnus hoſpes*] Magnus vir hoſpitio ſuſceptus. ſic oſtendit Euander apud Virgilium, Hercules vbi Cacum interfeciſſet: & illius exemplo hortatur, vt ingrediatur domum ſuam: hæc, inquit, limina victor Alcides ſubiit. *Impleueris*] Vel alluſit ad magnitudinem: nam fuit Traianus proceræ ſtaturæ: vel ad amplitudinem maieſtatis. *Tunc*) Cum priuatus militares. *Ipſi tibi*) Tibi ipſi. *Ingentium ducum*) Magnorum imperatorum. *Sacra*) Veneranda. *Veſtigia*) Vbi illi conſtitiſſent. *Olim*] In futurum fient. olim tria denotat tempora, præſens, præteritum, futurum. *In præſentia*] Nunc, dicitur in præſentia & in præſentiarum à locupletiſſimis autoribus. *Hic*] Veteranus. *Cenſetur*] numeratur. fuit tibi commilito. *Quotus*] Quis eſt tam infimus & obſcuræ ſortis? *Non ante*] Furtis. *Nomine appellas*) Imprimis debet imperator ſuos milites cognoſcere. legimus enim multas ſæpe clades accidiſſe Romanis, propterea quòd annua, vel ſemeſtria tantum imperia, ducibus committebantur, quo breui temporis ſpacio vix ſuis militibus aſſueſcebant] *Commemoras*) Teſtis ſcilicet virtutis vniuſcuiuſque. *Hæc hæ.*) Tranſitio, adornatio: cùm breuiter oſtenditur quid

dictum ſit, & quid conſequatur: huc vſque enim laudauit à rebus bellicis, nunc ad earum moderationem tranſitum facit. *Habent adnumeranda*) Illi poſſunt milites referre. *Moderatio*) Quæ eſt in animo, continens modeſtiam cupiditatum. ſunt qui inter ſe differre putant, moderationem & modeſtiam: quòd illa ſit morum, hæc vultus probitas, à qua modeſtus, qui vtriſque præditus ſit. laudandi initium à virtutibus animi ſumit, in quibus conſiderandum ſi quid iuſtè, ſi quid fortiter, aliud honeſtè, aliud prudenter fecerit. *Quod innutritus*) Frequentatio, cùm ſcilicet res diſperſæ coguntur in vnum locum, quo grauior ſit oratio. hic enim laudes bellicas, parentes, adoptionem, lauream ex Pannonia ſimul collegit. *Quod innutritum bellicis laudibus*)

Pariter Statius. Mixta notis belli placidámque gerentia pacem. *Pater*) Fuit. *Adoptionis die*) Eo die quo fuiſti adoptatus à Nerua. iam enim dixerat, allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus diis, vt inuicti imperatoris exortum victorix inſigne decoraret. hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, cùm repente ſolito maior & auguſtior aduocata hominum concione Deorúmque, te filium ſibi, hoc eſt, vnicum auxilium feſſis rebus, aſſumpſit *Ex occaſione omni quæris triumphos*) Verumtamen Dion tradit ſumpſiſſe Traianum expeditionem aduerſum Armenios & Parthos, ſub prætextu quidem, quòd Armeniorum rex diadema, nõ à ſe, ſed à rege Parthorũ cepiſſet, re autẽ vera cupidine gloriæ. ſed hæc geſta poſt recitationem huius orationis.

nec prouocas. Magnum eſt imperator Auguſte, magnum eſt ſtare in Danubÿ ripa, ſi tranſeas, certum triumphi, nec decertare cupere cum recuſantibus: quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. nam vt ipſe nolis pugnare, moderatio, fortitudo tua præſtat, vt neq; hoſtes tui velint. Accipiet ergo aliquãdo Capitoliũ nõ inanes currus, nec falſa

Nec prouocas) Nec hoſtem incitas ad bellum. *Magnum*) Magnæ moderationis argumentum. *Stare*) Cum exercitu *Si tranſeas*) Certus eras ſi Danubium tranſiſſes, te ſuperaturum hoſtes & de eis triumphaturum, tu tamen noluiſti conſerere manus cum recuſantibus. *Alterum*) Stare in ripis Danubii contra gentem immanem. *Alterum*). Non auidum triumphi cohibere. ſc. non diſſimile Martialis illud, qui virum putat dum poteſt ſcribere verſus diſertos nec ſcribat. & M. Tullius ſecundo de Oratore: dicere aiunt Ennium, facilius à ſapiente flammam ore in ardenti opprimi, quàm bona dicta tenere. vnde meritò laudandus eſt Traianus, qui rebus bellicis & laudibus innutritus, contentus fuerit hoſtem repreſſiſſe dum poſſet vincere. *Hoſtes tui*) Qui nolunt pugnare, verentes fortitudinem tuam. *Capitolium*) In quod triumphantes curru vehebantur. *Inanes*) Non ſolidam gloriam & verum triumphum reportantes. *Nec falſæ*) Domitiani falſos triumphos monſtrat, è quibus Germanicum notat. Tacitus in vita Agricolæ. inerat Domitiano conſcientia, deriſui fuiſſe nuper falſum è Germania triumphum, emptis per

commercia, quorum habitus & crines in captiuorum ſpeciem formarentur: Quod in libello de moribus Germanorum obſcurius tetigit, quàm vt ſtatim per ſe coniici poſſit: inde, inquit, proximis temporibus Cimbri magis triumphati, quàm victi ſunt. Dioni Domitianus expeditionem ſumens in Germanos, & nuſquam bellum intuitus, rediit. nam expeditiones partim ſponte ſuſcepit, partim neceſſariò: ſponte in Cattos, neceſſariò vnam in Sarmatas, legione cum legato ſimul cæſa: in Dacos duas, primam Oppio Sabino conſulari oppreſſo, ſecundam Cornelio Fuſco præfecto cohortium prætorianarum, cui belli ſummam commiſerat. de Cattis Dacíſque poſt varia prælia duplicem egit triumphum. de Sarmatis lauream modò Capitolino Ioui retulit. eadem ferè ſcribit Eutropius. at Paulus ſub nomine, in-

quit, ſuperatorum hoſtium de extinctis legionibus triumphauit. Diou. bellum aduerſus Dacos ſumpſit, nunquam tamen cum hoſte congreſſus, falſo in vrbem ſcripſit, ſe illos ſuperaſſe. ſenatus tamen tot ei decreuit, vt ferè totus orbis Romanus ſubiectus imaginibus, & ſtatuis Domitiani argenteis aureiſque impleretur. verùm Iulius Frontinus libro primo ſtratagematicon ſuorum, ſiue illud opus ſub Domitiano fuerit editum, & ideo non auſus vltra progredi: Imperator inquit, Cæſar Domitianus Auguſtus Germanicus, cùm Germanos, qui in armis erant, vellet opprimere, nec ignoraret maiore bellum molitione inituros, ſi aduentum tanti ducis præſenſiſſent, profectionem ſuam ſenſu obtexuit Galliarum, ſub quibus inopinato bello affuſus, contuſa immanium ferocia nationum, prouinciis conſuluit. & paulo pòſt. Imperator Cæſar Domitianus Auguſtus, cùm Germani more ſuo è ſaltibus & obſcuris latebris ſubinde impugnarent noſtros, tutúmque regreſſum in profunda ſyluarum haberent, militibus per. c. xx. millia paſſuum actis, nõ mutauit tantum belli ſtatum, ſed & ſubdidit ditioni ſuæ hoſtes, quorum refugia nudauerat. huius expeditionis Martialis & Papinius, ſed cum adulatione meminere, & Germanici triumphi Euſebius. ad hæc Græcorum quidam ſcripſere, quòd in Galliam irruẽs, & ſociorum quædam depopulatus, admodum elatus ſit, tanquam magnum aliquod feciſſet. ideóque militibus duplex ſtipendium dediſſe. Ioſephus lib. vii. Domitianus Cæſar audita Germanorum defectione, quanquam iuuenis, tantam rei magnitudinem ſuſcipere non detrectauit. illi autem expeditionis fama perculſi, ei ſe dediderunt. Sed hæc geſta videntur adhuc Veſpaſiano viuo. *Nec falſa*) Tacitus libro xv. de Nerone vbi narrat Ceſennium Petum cum ſuis victum à Parthis. at Romæ, inquit, trophea de Parthis, arcúſque medio Capitolini mõtis ſiſtebant.

ſimulachra victoriæ, ſed imperatore veram ac ſolidam gloriam reportante, tranquillitatem & tandem confeſſa hoſtium obſequia, vt vincendus nemo fuerit pulchrius hoc omnibus triumphiſ. neque enim vnquam, niſi ex contemptu imperij noſtri factum eſt, vt vinceremus. Quòd ſi quis barbarus rex eò inſolentiæ furoriſque proceſſerit, vt iram tuã, indignationémque mereatur: ne ille, ſiue interfuſo mari, ſeu fluminibus immenſis, ſeu

Simulachra victoriæ) In triumphis producebantur machinæ delatæ per ſeruos in tabulis, in quibus præliorũ ſimulachra reddebãtur. cernere erat vincentes Romanos, cadentes cæſóſque hoſtes in vna: fugientes in alia hoſtes, inſequentéſque quirites: oppugnari vrbes, defendíque alias: alias capi, vtríque excidíque. & ſingulis in machinis & rebus, quæ gererentur. primarii hoſtium duces ſimulati eodem erant veſtium habitu, in quo pòſt veri ante currum victi, ſequebantur. nam & Appianus libro ii. vbi explicat triumphos à Cæſare ductos, ſummorum virorum imagines vel occiſorum, vel fugatorum, ſolias in pompam triumphi deferri monſtrat: quinimò regionum, vrbium, caſtellorum ſimulachra producebantur. *Sed*) Ordo eſt, ſed accipiet tranquillitatem, imperatore Traiano reportante veram & ſolidam gloriam. *Obſequia*) Parent hoſtes imperiis noſtris, & ſponte faciunt imperata, vt non opus fuerit eos vincere. ideo monſtratur ouationem duxiſſe Traianum. Hoc enim eſt ouatio, vincere hoſtes ſine cæde. alibi de Spurinna. oſtentatóque bello ferociſſimam gentem (quod eſt pulcherrimum victoriæ genus) terrore perdomuit. *Niſi ex cont.*) Niſi cùm hoſtes parere imperiis noſtris recuſarent. *Barbarus*) Decibalum deſignabat, Dacorum regem iam tum bellum parantem. *Inſolentiæ*) Superbiæ. *Ne*) Certè, ſi diphthongatur affirmantis aduerbium, quod etiam Diomedes præcipit, næ certè & valdè ſignificare memorans.

rans. hoc deprehendes in prima apud Terentium comœdia. & Secundus non multo pòſt ſcripſit, næ ille in tam breui tempore effecerit. & alibi, næ ſuffragiis conſularium virorum, vrbes, populi, gentes inferuntur. M. T. pro Roſcio. næ tu Eruci accuſator eſſes ridiculus. obſeruatur autem apud Græcos vt τὸ ponatur affirmatiuè: μὴ verò negatiuè, quanquam interdum poetæ hoc confundant, vt Homerus [illegible]. *Immenſis*) Profundis.

præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona, támque cedētia virtutibus tuis ſentiet, vt ſubſediſſe montes, flumina exaruiſſe, interceptum mare, illatáſque ſibi non claſſes noſtras, ſed terras ipſas arbitretur. Videor iam cernere non ſpoliis prouinciarum, & extorto ſociis auro, ſed hoſtilibus armis, captorúmq; regum catenis triumphum grauem. Videor ingentia ducum nomina, nec indecora nominibus corpora vocitare. Videor intueri in manibus ſequentem mox ipſum te ſublimem, inſtantémque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clypeos, quos ipſe perfoderis. Nec tibi opima defuerint, ſiquis regum venire in manus audeat: nec modò telorum tuorum, ſed etiam oculorum, minarúmque

Præcipiti) Arduo, prærupto. *Defenditur*) Dirimitur, munitur. nam multi locorum difficultate confiſi audent rebellare. *Prona*) Peruia. *Subſediſſe*) Complanaſſe, demiſiſſe. Ouidius, flumina ſubſidunt. Iuue. nutare vrbes, ſubſidere terras. *Interceptum*) Sublatum. explanatio, quæ verbis propriis conſiſtit. eſt præterea grandis oratio. *Illatas*) Impulſas. *Terras*) Vel multitudinem nauium notauit, quibus æquor contectum videretur continens, vel facilitatem expugnationis, tanquam ſi à terra aggrederentur. an potius hominum multitudinem reſpexit, quam tantam futuram dicit, vt barbarus ille poſſit arbitrari, nō claſſes, ſed vrbes ipſas in regnum ſuum illatas. *Prouinciarum*) Noſtrarum. nam prouinciæ erant ſub ditione Romanorum. vnde dicebatur aliquod regnum in formā prouinciæ redigi, quando ſublatis regibus, miſſo cum exercitu proconſule Romanis legibus parebat, ac vectigalia pendebat.. *Extorto*) Ablato, direpto. reſpicit Domitianum. *Hoſtilibus*) Si legitur hoſtibus, erit articulus, & diſiunctim proferemus. hoſtibus, armis: ſi verò (quod magis probo) hoſtilibus armis, erit contentio, vt hoſtilia arma opponantur prouinciarum ſpoliis, & captorum regum catenæ, extorto ſociis auro. hoc dicendi modo Naſo dum Liuiam ſolatur eſt vſus. Aſpiciam regum liuentia colla catenis: Duráq; per ſæuas vincula nexa manus. *Regum c.*) Nā captiui reges cùm à portis vſque ad forum, triumphantium currus honeſtaſſent, ſimul atque in Capitolium flectere cœperat imperator, abrepti catenis, quibus ante currū vincti ducebātur, & in carcerē tracti, necabātur. teſtis eſt ille quicunque panegyricū Cōſtantino Conſtantij dixit. Valerius ante triumphales currus ſcribit, Siphacis & Perſæ ceruices catenatas ductans, & Claudianus cecinit lictórque metus cum fratre pauore Barbara ferratis innectunt colla catenis. *Grauem*) Reſpexit ad numerum ingentem captiuorum & ſpoliorum. vates nimirum ſunt plerunque rerū ſcriptores. nam non ſolùm hac oratione ſtimulatus eſt Traianus contra Decibalū, ſed ferè ſingula prædixit, quæ in Dacico triumpho geſta poſtmodum fuère. *Ingentia ducum n.*) An reſpexit ingentia Decibali facta, an ſicut indicant ſequentia, ad ſonum horrendum barbarorum nominum quæ audientibus horrorem incutiunt. *Nec indecora*) Ingentia. paria. *Videor*) Ordo & ſenſus. videor intueri mox ipſum te ſublimem ſequentem in manibus, hoc eſt hoſtes ligatos manus, & curru inſtantem tergo domitarum

gentium. quantum ex Plutarcho in triũ-
pho Aemilii licet cognoſcere, primò
ar ma, & viniuerſa rerum præda proce-
de bat in triumpho, deinde captiui quos
im perator purpura & auro contexta ve-
ſte indutus, & lauri ramum dextera ge-
rens curru ſublimis poſt ſequebatur, cir-
ca quē milites partim iocos, partim Im-
peratoris laudes continebant. *Currum*)
Videor intueri clypeos hoſtiles. *Opima*)
Spolia quæ dux duci detrahit. trunco ſi-
quidē mōtanę quercus abſciſſo, & in tro-
phei modũ fabricato, affixa quaque verſũ
ſpolia impēdebāt ornatè plurimũ ac de-
corè diſpoſita. mox accedente populi fre-
quentia, imperator poſt Romulũ tolleba-
tur in currum, conſequebatur exercitus
deo ac imperatori incondita carmina ca-
nens, inde procedens & ad Feretrii Iouis
templum aſcendens, ea illi ſolemni dedi-
catione ſuſpēdebat. Primus Romulus ab
Acrone Ceninenſium rege detracta ſpo-
lia opima retulit, extructo templo in ver-
tice Capitolini collis. ſecundus A. Corne-
lius Coſſus, Tolumnio Hetruſco. tertius
& poſtremus, M. Claudius Marcellus
Gallorum rege Viridomaro ſiue Brioma-
ro (vt interdum legimus) nec multitudinē
compotum eius doni vulgata laus eſt. Fe-
retrium autem Iouē appellāt, quòd tro-
phæa feretro vecta, id eſt, è feretro tro-
phæa ferantur. alii quòd fulmine feriat.
cæteri quòd in bello feriri ſoleat. ſi quis,
inquit Dionyſius, velit tropeuchon, ſiue,
vt quidam ſentiunt, ſcylophoron, ſiue
quia omnes excellit, omnémque in cir-
cuitu comprehendit naturam, rerum &
motum hyperpheretrem, non aberrabit
à vero. manubias communes ſpolia, pri-
uatas opima vocitāt. Numā tamen Pom-
pililium, in commentariis, prima ſecunda
& tertia memoraſſe opima traditum eſt,
primáque capta Ioui Feretrio, ſecunda
Marti, tertia Quirino, conſecrari iuſſit.
primo aſſes trecentos, ſecundo lxxx, ter-
tio C. præmium eſſe cōſtituit. Feſtus opi-
ma dicta credit magnifica & ampla ſpolia
ab ope, ſicut opimas hoſtias pingues inde
verbum opimare, quod eſt pinguē facere,
deductum. quo Apuleius & Columella
vſi ſunt. verùm Flauius Vopiſcus in Ta-
cito, opimare vſurpauit pro abundè one-
rare, menſam, inquit, ſuam nunquam
niſi agreſtibus opimauit.

*coniectum toto campo, totóque exercitu oppo-
ſitum perhorreſcat. Meruiſti proxima mode-
ratione, vt quandocunque te, vel inferre, vel
propulſare bellum coegerit imperÿ dignitas,
non ideo viciſſe videaris, vt triumphares,
ſed triumphare, quia viceris. Aliud ex a-
lio mihi occurrit. quàm ſpecioſum eſt quòd
diſciplinam caſtrorum lapſam extinctám-
que refouiſti? depulſo prioris ſeculi malo,
inertia & contumacia, & dedignatione pa-
rendi. Tutum eſt reuerentiam, tutum charita-
tem mereri. nec ducũ quiſquam, aut non ama-
ri à militibus, aut amari timet: & inde offenſa
gratiaq́; pariter ſecuri, inſtant operibus, adſunt*

Coniectum) Aſpectum,
repercuſſionem. *Oppoſi-
tum*) Vera lectio vt dicatur
coniectum oppoſitũ. *Pro-
xima*) Cùm contentus fui-
ſti repreſſiſſe Germanos.
Viciſſe) Bellum geſſiſſe, &
per id viciſſe cupidus, ſcili-
cet vincere vt triumpha-
res. *Quia &c.*) Quia conti-
gerat vincere. contrarium
illi ex primo epiſtolarum
lib. non ideo prædicare,
quia fecerint, ſed vt præ-
dicaretur, feciſſe credun-
tur. contentio, color. *Ca-
ſtrorum*) Militarem. nam
Dione ſcribente, Traia-
nus milites ſub diſciplina
continuit, vt neque inſo-
leſcerent, neque contra ſe
auderent inſurgere. ſed quieti imperia
facerent. ipſe etiā Plin. eidē Traiano ſcri-
bit, diſtuliſſe ſuppliciũ ſeruorũ inuento-
rũ inter tyrones, vt illũ cōditorē & for-
matorē militaris diſciplinæ cōſuleret de
modo pœnæ. *Refouiſti*) Reparaſti, reſuſci-
taſti, emendaſti. *Malo.*) Inobedientia, ſu-
perbia. *Inertia*, Imperatorũ. *Contumacia*)
Inſolentia militũ, qui dedignabātur pare-
re ſuis ducibus. hinc ad Ariſtonē ſcribēs

notabiliter Domitiani tēpora taxat. iuuenes, inquit, fuimus in caſtris, ſed eûm ſuſpecta virtus, inertia in precio, eû nulla ducibus autoritas, nulla militibus verecundia, nuſquā imperiū, nuſquam obſequiū, omnia turbata, atque etiā in cōtrariū verſa. *Tutum*) Repetitio. *Reuerentiā*) Honorē cum timore. *Charitatem*) Amorem. *Quiſquā eſt, qui aut n.t.a.*) id eſt quia certus eſt amari à militibus. *Aut tim.a.*) Quòd non ametur. *Offenſa*) Cùm dubitant de amore militum. *Gratia*) Cū certi ſunt amari. *Securi*) Imperatores fidem militum non verentes. *Operibus*) Bellicis.

exercitationibus, arma, mœnia, viros aptant. quippe non is princeps, qui ſibi imminere, ſibi intendi putet, quod in hoſtes paretur. quæ perſuaſio fuit illorum, qui hoſtilia cùm facerent, timebant. Eodem ergo tempore militaria ſtudia, nec animos modò, ſed corpora ipſa langueſcere, gladios etiam incuria hebetari, retundique gaudebant. duces porrò noſtri non tam regum exterorum, quàm ſuorum principum inſidias, nec tam hoſtium, quàm commilitonum manus ferrúmque metuebant Eſt hac natura ſyderibus, vt parua & exilia validorum exortus obſcuret. ſimiliter imperatoris aduentu legatorū dignitas inumbratur. tu tamen maior omnibus quidē eras, ſed ſine vllius diminutione maior. eandem autoritatem præſente te quiſque, quam abſente retinebat. quinetiam pleriſque ex eo reuerentia acceſſerat, quòd tu quoque illos reuerebare. Itaque perinde ſummis atque infimis charus, ſic imperatorē commilitonémque miſcueras, vt ſtudiū omniū laborēq́; & tanquā exactor intēderes, & tāquā particeps, ſociúſq; releuares. Felices illos, quorū fides & induſtria non per internuncios, & interpretes, ſed ab ipſo te, nec auribus tuis, ſed oculis, probantur:

Exercitationibus) Meditationibus interſunt campeſtribus. ſimiliter eadés. *Aptant*) Adiunctio cùm verbū poſtponitur, quod ſuperiores partes orationis comprehendit. *Is*) Eſt verè. *Imminere*) Milites in perniciem ſuam impendere. *Intendi*) Machinari, ſtruere inſidias, vim vel periculū. *Perſuaſio*) Quòd milites ſibi mala ſtructēt. *Illorum*) Imperitorum. *Hoſtilia*) Iniqua, crudelia. *Timebant*) Hoſtilia. *Studia*) Artes. *Corpora*) Quæ non exercentur. *Langueſcere*) Vileſcere, effœminari, inſitum robur perdere. *Incuria*) Situ, negligentia. *Hebetari*) Obſcurari, obtundi. explanatio ex propriis & vſitatis verbis conſiſtens. *Porrò*) Certè. *Exterorum*) Hoſtilium. *Principum*) Optimatum. *Validorum exortus*) Maiorum ſyderum eleuatio ad noſtrum hemiſphærium, vt exoriente ſole, lunæ ſplendor obſcuratur, illa lucente cæterarum fulgor ſtellarum hebetatur. eſt autem ſimilitudo, quæ ſumitur ante oculos negocii ponendi cauſa. *Aduentu*) Adueniente imperatore ad exercitum. *Legatorum*) Qui vicarias vices abſente imperatore gerunt, & illius imperio parent. *Inumbratur*) Obſcuratur, minuitur. *Eras*) In exercitu *Vllius*) Dignitatis alicuius. *Quiſque*) Cum imperio, & magiſtratu. *Ex eo*) Ex præſentia tua. *Reuerentia acceſſerat*) Te præſente magis obſeruabâtur. *Summis*) Militibus in honore conſtitutis. *Infimis*) Priuatis gregariis. laudatur Adrianus Traiani ſucceſſor à Dione quòd milites ad omnem pugnæ ſpeciem exercebat, hos honore afficeret,

illos officii admoneret, vt exemplo ſuo meliores ac fortiores redderet. *Sic imperatorem commilitonémque miſcueras*) Sic imperatoriam grauitatem, & militarem comitatem opportunè retinebas. magna Traiani laus, qui duas res diu diſiunctas ita coniunxerat, vt nullum reprehenſioni locum relinqueret. ſic Tacitus Neruā cōmēdauit, quòd res olim diſſociabiles miſcuiſſet, principatum & libertatē. ſic Marcini vxor à Secūdo celebrata, quòd multas ex diuerſis ætatib. virtutes ſūptas collegiſſet, & cōſociaſſet. nō diſſimiliter Pacatus in panegyrico Theodoſii. duas, inquit, res diuerſiſſimas iúxi, metum & temeritatē. *Exactor*) Cenſor *Intenderes*) Augeres. *Releuares*) Leuiorem faceres cùm te viderint operum participem.

conſecuti ſunt, vt abſens quoque de abſentibus nemini magis quàm tibi crederes. Iam te ciuium deſideria reuocabant, amorémque caſtrorum ſuperabat charitas patriæ. iter inde placidum, ac modeſtum, vt planè à pace redeuntis. Nec verò ego in laudibus tuis ponam quòd aduentum tuum non pater quiſquam, non maritus expauit. affectata aliis caſtitas, tibi ingenita & innata, intérque ea, quæ imputare non poſſis. Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hoſpitia faſtidium, annona quæ cæteris. ad hoc comitatus accinctus & patens, diceres magnum aliquem ducem, ac te potiſſimum ad exercitus ire. adeo nihil, aut certè parum intexerat inter imperatorem factum, & breui futurum. Quàm diſſimilis

Conſecuti ſunt) Hoc etiam amplius à te milites habent. *Quàm tibi*) Qui optimè illos noueras. *Reuocabant*) In vrbem ab exercitu. ordinem rei exequitur. *Caſtrorum*) Militum. *Iter*) Tuum fuit ab exercitu ad vrbem. *Nec verò ego*) Occupatio. cùm dicimus nolle dicere, quod tunc maximè dicimus. *In laudibus tuis*) In numero tuarum laudum. *Aduentum*) Hoſpitium. *Non pater*) Ne liberos ſtuprares. intellectus exornatio, cùm res tota de parte cognoſcitur. quamuis tradat Dion, Traianum puerorum amatorem fuiſſe, citra tamen alicuius iniuriam. *Maritus*] Ne vxorem ſuam vi raperes. memorat Tacitus Vitellium apud ſenatum dixiſſe, ſe à parentibus audiuiſſe, ipſos vidiſſe, arripi coniuges ad libita Cæſarum. vt alios priores omittam, qui alienas vxores ſibi vſurparunt, Domitianus contrectatis multorum vxoribus, Domitiam Longinam Aelio Lamiæ nuptam, in matrimonium abduxit, & Iuliam fratris filiam alii collocatam corrupit. adhæc Paulus Diaconus, refert Conſtantinum imperatorem adeo ſocios afflixiſſe, vt vxores à maritis, filii à parentibus ſepararentur. *Affectata*) Comparata contra ſui naturam, ſimulata. *Caſtitas*) Quæ refertur non ſolùm ad virginitatem, ſed etiam ad omnium turpium obſcœnarúmque rerum abſtinentiam. *Ingenita*) Inſita, naturalis. *Intérque ea.*) Bona caſtitas eſt connumeranda, quæ non poſſis tibiipſi aſcribere, ſed Deo. innata enim fuerat, non comparata abſtinentia. *Imputare*) Adſcribere. *Vehiculis*) Ad vehenda militum impedimenta. *Faſtidium*) Ambiguum eſt an quòd hoſpitia vilia non faſtideret, an quòd non eſſet faſtidio ſuſcipientibus ſe in hoſpitium. *Annona*) Cibus, victus erat tibi par cæteris. Spartianus. libenter Adrianus cibis caſtrenſibus in propatulo vtebatur, hoc eſt larido, caſeo, poſca, exemplo Scipionis Aemiliani, & Metelli, & autoris ſui Traiani. duro enim & aſpero victu contentus, ſic rem militarem conſtituit, vt per multum temporis ab eo facta pro lege & militari inſtituto haberentur. annonam autem pro copia frugum Martianus ad municipales vſurpat, non debere

ſcribens decuriones vilius præſtare frumentum ciuibus ſuis, quàm annona exigit. ſic Valentinus de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium. ſatis conſtat annonam pro commeatu. i. omni poculento, & eſculento vſurpari. nam Varro lib. iii. rei Ruſticæ, & Tranquillus in Tiberio, annonam macelli, Columella vini ac muſti annonam libro quarto, tertio Vegetius pro omni commeatu poſuere, vt pabula, inquit, frumentum cæteræque annonariæ ſpecies, quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur. Iuuen ſatyra ix. veneni annonam etiam dixit. ſed commodius ad frugem refertur. nam Iulius Cæſar libro i. belli ciuilis annonam creuiſſe & militum vires inopia frumenti diminutas aſſerit. & Columella regionis annonam, vbi de paſtinato ſolo agit. Plinius lib. xviii. & Columella viii. poſuerunt annonam pro vilitate frugum & abundantia, apud Vegetium & Lampridium lego duplicem annonam, pro duplo frumenti dari militibus. vbi etiam inuenies annonis & annonas in numero pluriũ. annonariam legẽ tulit P. Clodius. trib. pleb. qua frumentũ populo gratis daretur. *Ad hoc*) Præterea. *Accinctus*) Paratus, expeditus, promptus. *Te p.*) Te principem modeſtiſſimũ. oratio venuſta. *Ire*). Tanto ordine redibat. *Factum*) Inter te iam creatum. *Et breui f.*) Tanta moderatione incedebas. nam poſtquã facti ſunt imperatores, ſolent inſoleſcere propter fortunã: futuri verò modeſtiã prætendere, vt inde fauorẽ hominum aucupẽtur. *Quam diſſ.*) Artificioſè hoc. nã Aphthonius in ſuis præexercitamẽtis iubet cõparatione vti debere in laudationibus. quod nũc Secũdus obſeruat, peſſimi principis iter & optimi inter ſe committens.

nuper alterius principis tranſitus, ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cùm abactus hoſpitum exerceret, omniáque dextra, læuáque peruſta, & attrita, vt ſi vis aliqua, vel ipſi illi barbari, quos fugiebat, inciderent. Perſuadendum prouincijs erat, illud iter Domitiani fuiſſe, non principis: itaque non tam pro tua gloria, quàm pro vtilitate communi edicto ſubieciſti, quid in vtrunque veſtrum eſſet impenſum. Adſueſcat imperator cum imperio calculum ponere. ſic exeat, ſic redeat, tanquam rationem redditurus, edicat quid abſumpſerit. ita fiet, vt non abſumat quod pudeat dicere. Præterea futuri principes velint, nolint, ſciant, tantum conſtat: propoſitiſque duobus exemplis meminerint perinde coniecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc vel illud elegerint.

Nuper) Paucis antè annis. *Principis*) Domitiani. *Tranſitus*) Per Italiam, dum redit ab expeditione. *Si t.*) Dubitatio. *Abactus*) Abſtractiones hoſpitum per vim à ſedibus ſuis. *Peruſta*) Tranſlatio ab igne. *Attrita*) Conculcata. *Dextra l.*) Hinc inde, vndique. *Vt*) Tanquam. *Vis*) Belli furor. *Barbari*) Getæ, Sarmatæ, Germani. faciunt hîc ex oratione Pompeiana M. Tullii verba illa: propter auaritiam imperatorum, quantas calamitates quocunque ventum ſit, veſtri exercitus ferant, quis ignorat? itinera quæ per hoſce annos in Italia per agros, atque oppida ciuium Rom. noſtri Imp fecerunt, recordamini. vtrum plures arbitramini per hoſce annos militum veſtrorum armis hoſtium vrbes, an hybernis ſociorum eſſe deletas. neque enim poteſt exercitum is continere imperator, qui ſeipſum nõ continet. *Quos f.*) Suprà monſtrauimus plures clades perpeſſum Domitianum per barbaros. *Domitiani*) Crudeliſſimi, & auariſſimi tyranni. *Non p.*) Cuius eſt curare ciues tanquam filios. *Pro tua g.*) Reſpectu gloriæ tuæ, ſcilicet quòd hoc pertineret

ad tuam gloriam. *Edicto*] A te facto poſt reditum in vrbem de ratione expenſarum. *Quid in Ger. &.*) Quid expendiſſet in expeditione ſua Domitianus in Germanos, & quid tu. nam longè minora Traianus impenderat ſua modeſtia. *Cum im.*) Cum exercitu. *Calculum p.*) Computare, expenſarum rationem facere. Tranquillus: nam ante occupatam remp. ab imperatoribus ſolebant duces rationem impendij reddere. ſic boni principes deberent expenſi curam tenere, tanquam ſi populo eſſent redditurí rationem. *Edicat*) Edicto oſtendat, & declaret. *Ita*) Si omnibus pronunciabat. *Quod pudeat max. theſ.*) Notat Domitianum, qui militibus ſtipendia duplicauit. *Conſtat*) Refert. *Duobus*) Domitiani & Traiani. *Coniecturam*) Cognitionem per ſigna. nam coniectura eſt directio quædam rationis per ſigna ad veritatem: dicta à coniectu. vnde etiam ſomniorũ, atque omniũ interpretes, coniectores vocantur, autore Fabio lib. iij. *Hoc*) Traiani exemplum. *Vel.*) Domitiani, qui nullam impenſam ſuæ expeditionis edixit.

Nonne his tot tantiſque meritis nouos aliquos honores, nouos titulos merebare? at tu etiam nomen patris patriæ recuſabas. Quàm longa nobis cum modeſtia tua pugna, quàm tardè vicimus, Nomen illud, quod alij primo ſtatim principatus die, vt imperatoris, & Cæſaris, receperunt: tu vſque eò diſtuliſti, donec tu quoque beneficiorum tuorũ parciſſimus æſtimator, iam te mereri fatereris. Itaque ſoli omniũ contigit tibi, vt pater patriæ eſſes, antequam fieres. eras enim in animis, in iudicijs noſtris. nec publicæ pietatis intererat, quid vocarere, niſi quòd ingrata ſibi videbatur, ſi te imperatorem potius vocaret, & Cæſarem, cùm patrem experiretur. Quod quidem nomen, qua benignitate, qua indulgentia exerces, vt cum ciuibus tuis quaſi cum liberis parens viuis? Vt reuerſus imperator, qui priuatus exieras, agnoſcis, agnoſceris. eoſdem nos, eundem te putas. par omnibus, & ob tantum cæteris maior, quo, melior. Ac primum qui dies ille, quo expectatus, deſideratuſque, vrbem tuam ingreſſus es? Iam hoc ipſum, quòd ingreſſus es, quàm mirum, lætúmque? nam priores inuehi, & importari ſolebant, non dico quadriiugo curru, &

Nonne) Multum illa ornant ſecũdũ Cicer. de oratore. habiti honores: decreta virtutis præmia. *Nouos*) Repetitio. *Titulos*) Splendida cognomina. *Patris p.*) Primum Romulum patrem patriæ conditorémque alterum vrbis haud vanis laudibus, milites inter iocos Camillum de Gallis triumphantem appellauere. ſed ex decreto patrum omnium primus Cicero, detecta coniuratione Catilinæ dictus eſt, referente Plutarcho. meminere huius rei, Iuuenalis ſat. viii. Plinius ſenior lib. vii. Appianus lib. ii. poſtea multi hoc cognomentum recepere, ſiue adulatione, ſeu merito. ideo dicti patres patriæ quòd eam, quam patres in filios poteſtatẽ, ipſi in ciues haberent. an potius hoc inſtitutũ honoris quàm imperij cauſa. vt ipſi tãquam patres ſubiectos admonerent, ac amarẽt vt filios. & ciues principes tãquã parentes obſeruarẽt. Seneca li. i. de clementia. Patrem quidẽ patriæ appellamus principẽ, vt ſciat datã ſibi poteſtatẽ patriã, quæ eſt tẽperatiſſima, liberis cõſulẽs, ſuáque poſt illos reponẽs. & Simonides apud Xenophõtẽ præcipit, vt princeps exiſtimet ciuitatẽ ſuã ꝓpriã eſſe domũ: ciues verò, ꝓpinquos, amicos aut fi-

ſios: & filios velut animá propriá. & hos omnes obligare nitatur officio. *Pugna*] Contentio fuit, vt aſſumeres cognomentum patris patriæ. *Vicimus*] Obtinuimus. *Primo ſt.die*] Vt Cæſar dictator. recepit & Auguſtus, ſed vix à patribus expugnatus. *Aeſtimator*] Iudex. *Te mereri*] Beneficiis tuis in patriam collatis. cuius exemplum poſtea ſecutus eſt Antoninus Pius. *Eſſes*] Affectu patrio & amore in ciues, ſicut iubet Xenophon. *Fieres*] Cognomentum à ſenatu acciperes. *Nec publicè p.*) Nihil referebat ad amorem publicum quo nomine vocareris: nam etſi Cæſarem te dicebant, parentem tamen patriæ intelligebant. ſed tua beneficia hoc verbo voluerunt exprimere, ne ingrati viderentur, ſi te non appellaſſent hoc cognomine, cùm verus pater eſſes patriæ. *Ingrata*] Patria. *Quod quidem n.*] ſc. quum agis te parentem benigniſſimum & indulgentiſſimum. *Vt*] Quomodo. *Agnoſcis*] Tuos ciues tanquam vnus ex illis. *Eoſdem*] Tibi pares & conſortes. *Par*] Humanitate. *Maior*] Illa maieſtas imperatoris, & diis proxima, ſibi venerationē comparare virtutibus egregiis. *Ingreſſus*] Pedibus. *Inuehi*] Equo *Importari*] Ceruicibus ſeruorum. *Non d.*) Interpretatio.

albentibus equis, ſed humeris hominum, quod arrogantius erat. tu ſola corporis proceritate elatior aliis, & excelſior, non de patientia noſtra quendam triumphum, ſed de ſuperbia principum egiſti. Ergo non ætas quenquam, non valitudo, non ſexus retardauit, quo minus oculos inſolito ſpectaculo impleret. Te paruuli noſcere, oſtentare iuuenes, mirari ſenes: agri quoque neglecto medentium imperio, ad conſpectum tui, quaſi ad ſalutem, ſanitatémque prorepere. Inde alÿ ſe ſatis vixiſſe te viſo, te recepto, alÿ nunc magis eſſe viuendum prædicabant. Fœminas etiam tunc fœcunditatis ſuæ maxima voluptas ſubÿt, cùm cernerent, cui principi ciues, cui imperatori milites peperiſſet. Videres referta tecta, ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locū, qui non niſi ſuſpenſum, & inſtabile veſtigium caperet. oppletas vndique vias, anguſtúmque tramitem relictum tibi. alacrem hinc atque inde populum, vbique par gaudium, parémque clamorem: tam æqualiter ab omnibus ex aduentu tuo lætitia percepta eſt,

Albentibus] Candidis enim equis trahebatur triumphantium currus. *Arrogantius*] Superbius. *Proceritate*] Altitudine prędiximus Traianū fuiſſe ſtatura procera. *Sed de ſup.*) Contrarium, color, ſc. triumphaſti, quòd tua humanitate viceris priorem imperatorum ſuperbiam. non enim vt illi in vrbem es importatus noſtris humeris, ſed pedibus introiſti. *Aetas*] Senium & pueritia. *Inſolito ſp.*] Quod imperator ab exercitu veniēs in vrbem pedibus iret. *Te paruuli n.*] Diſtributio, cminplu res res, aut perſonas negocia quædā diſpartimur. poſita autē ſunt infinita pro pręteritis imperfectis indicatiui. hîc etiam (non enim verebor ne lectoribus ſim faſtidio, & ſim licèt, modò proſim) comprehenditur diſſolutio, quæ coniunctionibus verborum è medio ſublatis, partibus ſeparatis efſertur. videtur iuuenes & ſenes eſſe ſimiliter cadens. *Sanitatem*] Quod feciſſe Veſpaſianum locupletiſſimi autores prodidere, qui excremento oris reſperſit genas cæci, & oculorum orbes, & ſtatim illi dies illuxit. alium manu ægrum pede ſuo calcatum morbo ſoluit. quin & Spartianus memorat, mulierem oculis captam, recepiſſe lumen, quòd genua Adriani fuiſſet exoſculata.

Prorepere]Quadrupedes de more ſerpẽtum. *Inde a.*]Ethopeia pulchra, de qua Aphthonius. Ethopeia eſt quæ perſonam habet cognitam, morem verò tantum fingit. hic Romani ſunt perſona cognita. fingit autem quæ dicere poſſent.. *Satis n.*] Se mori felicem. ſic Corœlius Rufus optabat ſuperuiuere Domitiano, vt moriturus poſt illius tyranni necem liber, ſi rempubl. vidiſſet ſuccèſſori bene commiſſam. *Magis eſſe n.*] Fruendum diu felicitate temporum ſub optimo principe. *Fœcunditatis ſuæ*] Copiæ filiorum ſuorum. *Videres*) Deſcriptio, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam, & dilucidam cum grauitate expoſitionem. *Referta*) Plena ſpectatoribus. pariter Claudianus de triumpho Honorij. quantum licuit conſurgere tectis Vna replet turbæ facies, vndare videres Ima viris, altas effulgere matribus ædes. *Tecta*)Quà Traiano erat tranſeundum. *Laborantia*) vix ſufficientia oneri. *Suſpenſum*)ambiguum, periculoſum. erant enim occupata loca, vbi nemo poterat firmiter ſtare, nec niſi cum diſcrimine. *Tramitem*) Viam. à tranſuerſo dictum opinatur Varro.

quàm omnibus venisti. quæ tamen ipſa cũ ingreſſu tuo creuit, ac propè in ſingulos gradus adaucta eſt. gratũ erat cunctis, quod ſenatum oſculo exciperes, vt dimiſſus oſculo fueras. gratum quòd equestris ordinis decora honore nõminũ ſine monitore ſignares. gratum quòd tãtum non vltro clientibus ſalutatis quaſdã familiaritatis notas adderes. gratius tamen, quòd ſenſim, & placide, & quãtũ reſpectantiũ turba pateretur, incederes. quòd occurſantium

Quàm om.) Æqualiter veniſti. *In ſingulos g.*) Per ſingulos paſſus. an per ſingulos coniugum liberorúmque cœtus, per ſexum & ætatem diſpoſitos, quod refert Tacitus factum in Neronis ingreſſu. *Oſculo e.*) At Nero, ſi Tranquillo credimus, neque aduenĩẽs, neque proficiſcens, quenquam oſculo impartiuit, ac ne ſalutatione quidem. ipſa certè virtus, M. Tullio de Oratore tradente, in earum rerum vſu ac moderatione maximè cernitur. tractanda laudationibus etiam hæc ſunt naturæ & fortunæ bona, in quibus eſt ſumma laus, non extuliſſe ſe in poteſtate, non fuiſſe inſolentem propter abundantiam fortunæ, & copiæ, non ſuperbiæ ac libidini, ſed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dediſſe. *Vt dim.*) Vt deoſculatus fueras ſenatores ab vrbe proficiſcens. *Equeſtris ordinis de.*). i. equites. circuitio color. decora dicens, reſpexit ad auri fulgorem, quo equites illuſtrabantur. *Gratum*) Repetitio, & diſtributio. *Honore n.*) Nominabas cum honore. *Sine monit.*) Sine nomenclatore, qui ſuggerere ſolet nomina neſcientibus. *Tantum non*) Etiam. ſuper qua dictione in præcedentibus plura. *Clientibus*) Dionyſius tradit & Plutarc. Romulũ patronatũ vocaſſe ſuſceptũ pauperum humiliúmq; patrocinium, & officia inſtituiſſe, vtriſque clientibus & patronis percommoda, beniuolas ciuiléſque actiones eorum feciſſe. enarrare oportebat patronos clientibus ſuis legitima, quorum notitiam non habuiſſent, præſentibúſque ipſis, ſiue abſentibus, pariter omnia perficere quæcunque faciunt pro filiis patres: pecuniarum quoque, & qui circa eas verſantur contractuum rationem explicare. cauſáſque ipſos pro clientibus iniuſtè oppreſſis ſuſcipere, ac ſi quis etiam pactionis alicuius nomine læderetur accuſantibus reſpondere, denique omnem eis quietem priuatorum publicorúmque negociorum, cuius maximè indigent, exhibere. Clientes autem patronis ſuis ad filiarum dotem contribuebant, ſi pecuniis earum patres indigebant, próque redemptione hoſtibus pecunias perſoluere, aut pro filiis eorum captiuis multas publicas proprio ære & gratis diſſoluere. in magiſtratibus etiam & deductionibus, & aliis in republ. ſumptibus, impendiorum participes tanquam genere proximos adeſſe. horum aliqui ſalutatores, cùm domum venirent, alii de-

ctores, cùm ad officium deducerent: tertij aſſectatores, cùm comitarentur, dicebantur. promiſcuum autem vtriuſque, neque pium neque fas erat accuſare ſe inuicem, neque aduerſus teſtimonium dicere, nec ſuffragium aduerſum ferre, nec cum inimicis adnumerari: & ſi quis horum aliqua feciſſe argueretur, lege eum teneri proditionis. nec ſub tutela patriciorum plebs tantùm erat vrbana, ſed & coloniarum & ſociorum. quinimmò Gellius memorat, clientem in fidem acceptum, chariorẽ haberi quàm propinquos, tuendúmque eſſe contra cognatos, & patrem primum, poſtea patronum, proximum nomen habere. quanquam Maſſurius ſcribat in officiis, apud maiores ita obſeruatum eſſe, primum tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini locum fuiſſe. *Reſpectantium*) Remorantium.

populus te quoque, te immo maximè, aſtaret, quòd primo ſtatim die latus tuum crederes omnibus. neque enim ſtipatus ſatellitum manu, ſed circumfuſus vndique, nunc ſenatus, nũc equeſtris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuiſſet, ſilentes quietóſque lictores tuos ſubſequebare. nam milites nihil à plebe habitu, tranquillitate, modeſtia differebant. Vbi verò cœpiſti Capitolium aſcendere, quã læta omnibus adoptionis tuæ recordatio, quàm peculiare gaudiũ eorum qui te primi eodẽ loco ſalutauerunt imperatorem: quinetiam Deum ipſum tuum præcipuam voluptatem operis ſui percepiſſe crediderim. Vt quidem

Populus) Multitudo. *Te quoque te*) Repetitio. *Immo m.*) Correctio. *Aſtaret*) Adhæreret, ſtiparet. *Latus*] Vitam. nam ſolent principes latus ſuum munire ſatellitib⁹, vnde etiam latrones dicti lateris cuſtodes. *Circumfuſus*] Circumdatus. *Flore*] Primoribus. *Inualuiſſet*] Creuiſſet, validior incubuiſſet, vt modò ſenatorum, modò equitum caterua media, prout altera horum maior vnda, circumſtantes ſubmouiſſet. *Lictores*] Suos miniſtros publicos. xij lictores conſulem præcedebant cum ſecuribus, quando erat ſine prouocatione, & virgarum faſces, ſiue lora gerentes autore Plutarcho, qui iuſſu principis continuò comprehenſos vincirent. vnde à ligando lictores dictos multi credidere. quanquam Tyro libertus, referente Gellio, vel à lino, vel à licio, appellatos ſcribat. *Habitu, tranquillitate, modeſtia*] Articulus. cùm ſingula verba interuallis diſtinguuntur cæſa oratione. *Capitolium*) Collem Saturninum. duplex in vrbe fuit Capitolium, vetus & nouum, autore P. Victore. vbi omnium deorum ſimulachra celebrabantur, in octaua regione. at vetus, in ſexta fuit. & alibi vt Capuę. & Pauſanias ſuper theatro Corinthiaco meminit fuiſſe templum Iouis Capitolini. Romanum igitur Capitolium Tarpeium à Tarpeia vocatum, deinde iuſſu Tarquinij Superbi dum Iouis templi fundamenta aperiuntur, inuentum eſt caput nuper occiſi hominis, faciémque habens viuis ſimilem, & à capite manantem ſanguinem calidum adhuc & recentem, quæ viſa ſpecies haud per ambages arcem eam imperij, capútque rerum fore portendebat: ídque ita cecinere vates, quíque in vrbe erant, quóſque ob eam rem conſultandam ex Ethruria acciuerant. Dionyſius, vt eſt Liuio copioſior, Romanos vates non intellexiſſe oſtentum tradit, & miſſos in Ethruriam legatos vatem ſenem conſulturos, quibus prius à Iuuene vatis filio inſtructis, ne deciperentur à patre, reſponſum in hęc verba: Viri Romani, dicite veſtris ciuibus, fato dati, caput totius Italiæ fore hunc locum, in quo caput eſt repertum. ex eo Capitolium ab inuento capite vocatur. *Adoptionis tuæ*) Commoratio. cùm in loco firmiſſimo diutius

manetur, & eôdem ſæpius reditur. *Primi*] Dum magna voce adoptabaris à Nerua. an quod magis placet, dum ad exercitum iturus Capitolium aſcendiſſes, conſalutatus es imperator optimus. iam enim dixit: omnis quæ limen Capitolij inſederat ad ingreſſum tuum foribus recluſis, vt docuit euentus te conſalutauit imperatorem. nec aliter à cunctis omen acceptum eſt. *Deum ipſum t.)* Potius intellige Iouem, quàm Neruam. illum enim aſſerit huius adoptionis autorem, hunc verò miniſtrum. ſunt qui non tuum, ſed tunc legant. *Operis*] Sui, adoptionis. nam prædixerat, deorum hoc opus fuiſſe.

iiſdem veſtigiis inſtitiſti, quibus parens tuus ingens illud deorum prolaturus arcanum, quæ circunſtantium gaudia, quàm recens clamor, quàm ſimilis illi dies, qui hunc genuit diem. vt plena altaribus, auguſta victimis cuncta, vt in vnius ſalute collata omnium vota, cùm ſibi ſe ac liberis ſuis intelligerent precari, quæ pro te precarentur. Inde tu in Palatium quidem, ſed eo vultu, ſed ea moderatione, vt ſi priuatam domum peteres. cæteri ad penates ſuos, quiſque iteraturus gaudij fidem, vbi nulla neceſſitas gaudendi eſt. Onerasſet aliũ eiuſmodi introitus, tu quotidie admirabilior, & melior. Talis denique, quales alij principes futuros tantũ ſe pollicentur. Solũ ergo te cõmendat, augétque temporis ſpacium. iunxiſti n. ac miſcuiſti res olim diuerſiſſimas,

Iiſdem u.] Eôdem loci. *Parens*] Nerua. *Illud a.*] Adoptionem tuam. *Recens)* Magnus. *Dies*) Iſte quàm fuit ſimilis illi diei, quo adoptatus fuiſti, & per quem ad hunc perueniſti. *Altaribus*) Tunc ſtructis & excitatis, an exreſcentibus flammis, quia altaria dicta Feſtus arbitratur, quòd in eis excreſcat ignis. *Auguſta*] Adaucta. hic facit illorum interpretatio, qui Auguſtum ab auctu deducunt. *Vnius*) Traiani. *Se prec.*] Sibi ac liberis ſuis pro ſalute ſua & ſuorum filiorum. nam te ſoſpite ſciebant ſibi & ſuis futurum bene. *Palatium*] Domũ imperatorum. docet Dion triumphantes ſolitos per forum adire Capitolium, inde redire in Palatium. legimus etiam in epiſtolis Curtij Palatium Traiani: ſed priuatam Traiani domum magis crediderim, cuius fit mentio à Victore. ſi tamen vlla fides præſtanda eſt illis epiſtolis, quæ neque Curtij hiſtorici ſunt, neque alicuius ſcriptoris illuſtris. quibus ſi nomina ſpecioſa dempſeris, nihil præter humile quoddam & penè barbarum dicendi genus offendes. immò magis offenderis. *Priuatam*] Quam habuit in Auentino iuxta ædem Bonæ deæ. *Ad penates ſuos*] Domum ſuam diſceſſere *Iteraturus*] Nouaturus. *Vbi nulla neceſſitas gaudendi*] Nam ſecretò & priuatis locis licet affectus liberè detegere. vtpote in tuto. oſtendit igitur veram eſſe ciuium lætitiam, pro Traiano recepto, quam etiam domi retinebant. ac ſecus Recitat Dion, Neronem vrbem ingreſſum publicè veneratum, priuatim verò vbi impunè licebat, quid ſentiret quiſq;, enunciare, acerrimè laceratum. *Onerasſet*] Inflaſſet ſuperbia. *Eiuſmodi*) Tam gratus omnibus. *Pollicentur*) Cùm fiunt imperatores, ſpõdent ſe bonos futuros. & in initio plures fuere, ſed procedente tempore mala reſpexere. *Spatium*) Quo in imperio fuiſti. nam ſemper perſtitiſti in humanitate ingenita. *Miſcuiſti*) Coniunxiſti. *Res diuerſiſſimas o.*] Hæc eſt vera lectio, vt ſit ſenſus, ſecurè imperas & cum pudore. quod nullus diu antè fecerat. *Olim d.*) Quæ in alijs principibus inter ſe nõ cõueniebãt. Dion tamen ſcribit, Veſpaſianum habitaſſe vt plurimùm in hortis Saluſtianis, foréſque domus ſemper patuiſſe ſine cuſtode, vt liceret omnibus ingredi, facilémque fuiſſe acceſſu & colloquio.

ſecuritatem imperantis, & incipientis pudorē. Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis: nec oſculum manu reddis. Manet imperatori quæ prior humanitas. incedebas pedibus, incedis: lætabaris labore, lætaris: eadémque omnia illa circa te. nihil ipſo te fortuna mutauit: liberū eſt ingrediente per publicum principe ſubſiſtere, occurrere, comitari, præterire. ambulas inter nos, non quaſi contingat: & copiam tui non vt imputes facis. hæret lateri tuo quiſquis acceſſit. finémque ſermoni ſuus cuique pudor, non tua ſuperbia facit. regimur quidem à te, & ſubiecti tibi, ſed quemadmodum legibus ſumus. nam & illæ cupiditates noſtras libidinéſque moderantur, nobiſcum tamen, & inter nos verſantur. Emines, excellis, vt honor, vt poteſtas, quæ ſuper homines quidem, hominum ſunt tamen. ante principes faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu vſum pedum amiſerant. illos ergo humeri, ceruicéſque ſeruorum. ſuper ora noſtra, te fama, te gloria, te ciuium pietas ſuper ipſos principes vehunt. te ad ſidera tollit humus. ita communia, & confuſa principis veſtigia.

Securitatem imperantis, & incipientis pudorem) Iam dixerat. ſic imperatorem commilitonémque miſceueras Tacitus in vita Agricolæ, nunc primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu Nerua Cæſar res olim diſſociabiles miſcuit, principatum, libertatem, augétque quotidie felicitatem imperij Nerua Traianus. nec ſpem modò votorum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumpſit Dion autor, Traianum, quòd bonos honoraſſet & extuliſſet, nullum timuiſſe, neque odiſſe. *Securitatem*] Quòd ſecurus eſſes in imperio nullis petitus inſidiis, quamuis legamus Craſſum, & alios quoſdam in Traianum coniuraſſe, & ideo patrum ſententia damnatos *Incipientis*) Imperate. *Pudorem*] Abſtinentiam à malis. *Pedes deoſculandos*) id eſt, non ſinis pedes vel manus tuas ciuibus oſculari: inde poſtea priores damnans. cùm velvt, inquit, affixi curribus ſuis, manum tantùm, & hanc cunctanter, & pigrè imputantibus ſimiles promerent. *Prior*) Ante aſſumpium imperium. *Incedebas*) Hoc verbum vt plurimùm dignioribus perſonis aſcribitur *Circa te*) Imperatorem, quæ erant circa priuatum. *Ipſo te*] A te ipſo talis es princeps, qualis priuatus fueras *Liberum eſt*] Licet ciuibus ſine diſcrimine. *Subſiſtere*) Et quæ ſequuntur, articulus, exornatio. *Contingat tibi ambulare*] id eſt, fortè. *Vt imputes*) Vt iactes te ciuibus nimium familiarem. *Suus pudor*) Si magnus, citò: ſi breuis, tardè. loquitur quiſque tecum pro arbitrio ſuo. *Superbia*) Dedignatio, repulſa. *Facis*] Adiunctio, cùm verbum poſtremò collocamus. *Legibus*] id eſt, ratione à te regimur, non libidine. *Illæ*] Leges. ſic tu. *Nobiſcum*) Inter humanitatem, vtpote ductæ ex bono & æquo, & à nobis conſtitutæ, quibus niſi bonus princeps non ſubeſt. *Vt honor*] Excellit. *Quæ*) Imperatoriæ dignitates. *Aequalitatis metu*] Ne nobis viderentur æquales. *Vſum pedum amiſerant*) Non gradiebantur. circuitio color. *Humeri ceruicéſque*) Nam hexaphoro, vel octophoro vehebantur. *Super ora noſtra*) Eminentiores. Iuuenalis ſatyra tertia, turba cedente vehetur Diues, & ingenti curret ſuper ora liburno Seneca. quos ſupra capiti hominum, ſupráq; turbā delicatos lectica ſuſpendit. *Humus*] Mortales homines. *Communia*]Nobiſcum, quia pedibus incedunt, ſed excellunt gloria.

Nec vereor P.C. ne longior videar, cùm ſit maximè optandum, vt ea pro quibus aguntur principi gratiæ, multa ſint. quæ quidem reuerentius fuerit integra illibatáque cogitationibus veſtris reſeruari, quàm carptim breuitérque perſtringi. quia ferè ſequitur, vt illa quidem, de quibus taceas, tanta quanta ſunt, eſſe videantur. Niſi verò leuiter attingi placet, locupletatás tribus, datúmque congiarium populo, & datum totum, cùm donatiui partem milites accepiſſent. An mediocris animi eſt his potius repræſentare, quibus magis negari poteſt? Quanquam in hac quoque diuerſitate æqualitatis ratio ſeruata eſt. æquati ſunt enim populo milites, eo, quòd partem, ſed priores: populus militibus, quòd poſterior: ſed totum ſtatim accepit. Enimuero qua benignitate diuiſum eſt? quanta cura tibi fuit, ne quis expers liberalitatis tuæ fieret? Datum eſt his, qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant,

Nec vereor) Licet interdum in media oratione vti exordio, & facere attentos auditores, quod hic vſurpat, ab eius perſona de quo loquitur. *Ea beneficia*) Virtutes. *Reuerentius*) Magis admirabile. *Illibata*) A me intacta *Carptim*) Modicè. *Perſtringi*) Colligi, ad compendium redigi. *Sequitur*) Accidit, ſuppreſſit aliam partem ſcilicet, vt quæ dicuntur, tanta quanta dicuntur, duntaxat eſſe videantur. nam non ſemper omnia dicenda, ſed aliqua ſupprimenda, quæ poſſit auditor per ſe intelligere. *Leuiter*) Breuibus. *Locupletatas tribus*) Trigintaquinque tribus in vrbe fuiſſe ſatis conſtat. hunc locum vt alia multa Claudianus in laudibus Honorij ſecutus, inquit, tecum præclara vocauit Dirandas ad dona tribus.

Congiarium) Munus quod populo, ſicut donatiuum, quod militibus dabatur. Tacitus, additum nomine Neronis donatiuum militi, congiarium plebi. congiarium dictum à congio menſuræ genere, cuius meminit Varro libro ſecundo, rei ruſticæ lactis, inquit, duos congios addunt. Fabius ſexto, incuſans anguſtiam congiariorum, quæ amicis dabantur. exiguitatem heminariam dixit Maximus, nam congiario commune liberalitatis atque menſuræ. Paulus ff. xxxiij. pro vaſe vinatio vſurpat. & Nouello Mediolanenſi rticongio à tribus congiis epotis vno imperij ſpectante miraculi gratia, Tiberio principe cognomen fuit. vt ſcribit Plinius libro xiv. pro liberalitate. Tacitus. Plebique congiarium quadrageni nummi viritim dati. Tranquillus in Auguſto. congiaria populo frequenter dedit, ſed diuerſæ ferè ſummæ, modò quadragenos, modò tricenos. nonnunquam ducenos quinquagenóſque nummos, ac ne minores quidem pueros præteriit quamuis non niſi ab xi. ætatis anno accipere conſueſcerent. noſtrorum quidam tradidêre ignorari vnde deduceretur congiarium, ſed verbum ſola conſuetudine ſibi notum, & nullam habens priſcæ Latinitatis originem, cùm multorum teſtimonio probetur congium eſſe vaſis genus, & inde ad varia deductum. *Totum*) Integrum. *Donatiui*) Muneris. *Milites*) Oſtendit Traiani animi magnitudinem, qui militibus partē donatiui ſuppreſſiſſet, cùm totum alij imperatores ſolerent initio principatus ſui illis erogare, tanquam defenſoribus & cuſtodibus. populum verò interdum præterire ſine cōgiario, vt quorum opera minus indigerent. At Traianus ſecus fecit, vt doceret illam eſſe veram liberalitatē, quam donimus iis, quibus nullo beneficio ſumus obnoxij, neque metuimus. *Repræſentare*) Donare, munerare. Tranquillus ſed & Iuliæ Auguſtæ, quod Tiberius ſuppreſſerat,

cum fide ac ſine calumnia repræſentata perſoluit.in Vitellio pro ſubitò inferre. verbera,inquit,& plagas, ſæpe vulnera, nonnunquam necem repræſentantes aduerſantibus. Marcellus iuriſconſultus, pro numeratione pecuniarum ſubita, ff. xxxv.poſuit repræſentationem interdum repræſentare ſignificat oſtendere. idem: ſed hæc verba videntur repræſentare fideicommiſſum. Papinianus. ff. xxxvi. abſolutè pro reddere. *Quibus*) Popularibus. *Diuerſitate*) Quod populus plus, miles acceperit minus. *Aequati*) In hoc quod priores acceperunt,etſi tantùm donatiui partem populus æquatus eſt militibus, quòd etſi poſterior in accipiendo munere fuit, tamen integrum accepit. ita vt quod fuerat in honore miles conſecutus maius, id populus muneris maiore liberalitate adęquauerit. *Statim*) Poſtquam promiſſum fuit, non ſerò datum. *Edictum tuum*) Congiarij pronunciationem. *Eraſorum*) Deletorum, expunctorum è numero eorum qui accipiebant congiarium eradere enim delere. Tranquillus in Domitiano refert equitem Rom.eraſum iudicum albo *Subditi*) Subſtituti, aſcripti. *Illi*) Subditi poſt edictum.

æquatíque ſunt cæteris illi etiam quibus non erat permiſſum. Negocijs aliquis, valitudine alius. hic mari, ille fluminibus diſtinebatur. expectatum eſt prouisúmque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longè fuiſſet. veniret quiſque, cùm vellet, veniret quiſque cùm poſſet. Magnificum Cæſar, & tuum diſiunctiſſimas terras munificētia, ingenio velut admouere, immēsáq; ſpacia liberalitate contrahere, intercedere caſibus, occurſare fortunæ atq; omni ope adniti, ne quis è plebe Romana, dāte congiariū te, hominem magis ſentiret ſe fuiſſe, quàm ciuē. Aduentante congiarij die obſeruare principis ēgreſſum in publicum, inſidere examina infantium, futurúſq; populus ſolebat. labor parentibus erat oſtentare paruulos, impoſitóſque ceruicibus, adulantia verba blandíſq; voces edocere. reddebant illi quæ monebātur, ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant: ignaríque quid rogaſſent, quid non impetraſſent, donec planè ſcirent, differebantur. Tu ne rogari quidem ſuſtinuiſti. Et quanquam lætiſſimum oculis tuis eſſet

Aequati ſunt c.) Par congiarium acceperunt. *Fluminibus*) Auctis ne poſſet venire in vrbem. *Diſtinebatur*) Detinebatur, impediebatur. *Veniret* Ad congiarium. repetitio. *Tuum*) Tibi conueniens. *Munificentia i.*) Subtili inuentione liberalitatis. *Contrahere*) Coniungere. *Intercedere*) Occurrere, impedimento eſſe. oratio cæſa *Hominem*) Humanis caſibus ſubiectum, vtpote abſentem non participare congiarium. *Quàm ciuem*) Quàm participem congiarij *Die*) Præſcripta per edictum. *Egreſſum*) A Palatio. *Examina*) Verbum opportunè tranſlatum, pro multitudine nouæ prolis, inſtar apum. quanquam Columella lib. 1. etiam de aliis animalibus examina dixerit. & infeſtis inquit aculeis armata gignit animalia, quæ in nos denſiſſimis examinibus inuolant, culices præſertim intelligens. *Inſidere*) Occupare ſedendo, expectare. *Futurus populus*) Veri mox futuri homines & populus. *Oſtentare*) Principi. *Paruulos*) Filios ſuos demonſtrare. exornatio. dabatur autem congiarium parentibus ad alendos filios. *Edocere*) Inſtruere verba precantia patres ſuos filios ſolebant. *Illi*) Pueri. *Reddebant*) Dicebant. *Monebantur*) Dictabantur, ſuggerebantur à patribus. *Plerique*) Filij: non enim o-

mnes qui petebant congiarium accipiebant. *Surdas*) Simulantes, tergiuerſantes. *Irritis*) Quibus nihil eſſent acceptu-ri. *Ignari*) Quia pueri & non intelligentes quid peterent. *Planè ſ.*) Iam adulti cognoſcerent ſe præteritos.

conſpectu Romanæ ſobolis impleri, omnes tamen antequam te viderent, adiréntve, recipi, indici iuſſiſti, vt iam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur. creſcerent de tuo, qui creſcerent tibi alimentíſque tuis, ad ſtipendia tua peruenirent. tantúmque omnes vni tibi, quantum parentibus ſuis quiſque deberet. Rectè Cæſar quod ſpem Romani nominis ſumptibus tuis ſuſcipis. nullum eſt enim magno principe immortalitatémq; merituro impendij genus dignius, quàm quod erogatur in poſteros. Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur. pauperibus educandis vna ratio eſt bonus princeps. Hic fiducia ſui procreatos, niſi larga manu fouet, auget, amplectitur, occaſum imperij, occaſum reipublicæ accelerat. fruſtrà princeps plebe neglecta vt defectum corpore caput, nutaturúmque inſtabili pondere tuetur. Facile eſt coniectare, quod perceperis gaudium, cùm te

Conſpectu ſobolis) Intuitu paruulorum. Soboles de vitibus & aliis arboribus dicitur pullulantibus, præſertim ab radice. transfertur etiam ad animata. nam idem de quibus ſobolem pullos filios dixit, & de hominibus frequentius. *Recipi*) Adnumerari. *Incidi*) In æs notari. inferius enim & quanto maiorem infantium turbam iterum atque iterum videbis incidi, dabis congiaria ſi voles. nam non ſcripti pueri ab imperatore publicis ſumptibus non alebantur. *Parentem publicum*) Te patrem patriæ. *Creſcerent*) Traductio. *Tibi*) In vſum tuum, ſiue ad pacem, ſiue ad bellum. *Stipendia*) Militiam. *Omnes*) Paulominus quinque millia ingenuorum deberent. *Spem*] Pueros in quibus ſpes laudari poſſunt. *Nullum eſt enim*] Sententia. *Erogatur*] Diſtribuitur. *In poſteros*] In eos qui poſt te victuri ſunt. *Ingentia præmia*] Tranquillus: cùm Auguſtus legem de maritandis ordinibus, quam Q. Metellus [autore Liuio] induxerat, ſeuerius quàm cæteras emendaſſet, præ tumultu recuſantium perferre non potuit, niſi adempta demum lenitáue parte pœnarum, & vacatione triennij data, auctiſque præmiis. ſic quoque abolitionem eius publico ſpectaculo, pertinaciter poſtulante equite, accitos Germanici liberos, receptóſque, partim ad ſe, partim in patris gremium oſtentauit, manu vultúque ſignificans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplum. inde abbreuiator Liuij, Q. inquit, Metellus cenſor, cenſuit vt ducere vxores omnes cogerentur, omnino liberorũ creandorum cauſa. extat oratio eius, quam Auguſtus Cæſar, cùm de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore ſcriptam in ſenatu recitauit. Tacitus libro decimoquinto, memorat, patres habuiſſe ius petendi magiſtratus, & ſortiendi prouincias, ac hæred.tates vſurpandi, & quæ ibi ſubſequuntur. Vlpianus reſpondet: legibus cautum vt ſinguli anni per ſingulos liberos remittantur ad honores. & in panegyrico Conſtantini & Maximiani ſcribitur, ſi leges hæ, quę mulcta cœlibes notauerunt, parẽtes præmiis honorarunt, verè dicuntur eſſe fundamẽta reipublicę: quia ſeminarium iuuẽtutis, & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt, & reliqua. *Pares*] Ingentes. *Ratio*) Via. *Bonus*) Liberalis. *Occaſum*] Deficientibus ciuibus. eſt autem repetitio. *De-*

fectum corpore] Sine membris & thorace poſitum. eo modo defectum à Secundo, quo à Martiale, Dulcia defecta modulatur carmina lingua, pro eo quod deficit. *Tuetur*) Se & imperium ſuum.

parentum, liberorũ, ſenum, infantium, puerorũ clamor exciperet. Hæc prima paruulorum ciuium vox aures tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum præſtitiſti, ne rogarent. Super omnia eſt tamen, quòd talis es, vt ſub te liberos tollere libeat, expediat. nemo iã parens filio, niſi fragilitatis humanæ vices horret: nec inter inſanabiles morbos principis ira numeratur. Magnum quidem eſt educandi incitamentum, tollere liberos, in ſpem alimentorum, in ſpem congiariorum: maius tamen in ſpem libertatis, in ſpem ſecuritatis. Atque adeò nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat, dum non occîdat. nec deerunt qui filios concupiſcant. Contrà largiatur, & auferat, alat, & occîdat, næ ille tam breui tempore effecerit, vt omnes non poſterorum modò, ſed ſui parentúmque pœniteat. quo circa nihil magis in tua tota liberalitate laudauerim, quàm quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo, neque à te liberi ciuium, vt ferarum catuli, ſanguine & cædibus nutriuntur: quódque gratiſſimum eſt accipientibus, ſciunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum, locupletatíſque tam multis pauperiorem eſſe factum principem tantum. quanquam nec hunc quidem. nam cuius eſt, quicquid eſt omnium, tantùm ipſe, quantum omnes habet.

Parentum) Liberorum. articulus grauis. *Exciperet*) Applauderet tibi ad uenienti. *Ne rogarent*] Nam gratia quæ fit non rogata, gratior eſt. *Tollere*] Habere. *Expediat*) Sit vtile. *Niſi vices humanæ fragilitatis*] Niſi caſus mortalium, præſertim mortem. circuitio. *Inſanabiles*] Incurabiles, deſperatos. *Principis ira*] Qua ſolebant abſumi interdum filij. *In ſpem congiariorum*) Repetitio & ſimilitèr cadens. *Adeò certè*) Expletiua dictio, interdum multum ſignificans: vtraque: ſignificatione apud Terentium & Virgilium inuenies. *Nihil*) Traductio. *Largiatur*] Auferat, alat, occîdat. contrarium exornatio. *Concupiſcant*) Tollere. *Contrà*; Non inuenitur qui filios concupiſcat, ſi imperator largiatur & auferat. videtur notaſſe Domitianum, qui initio liberalitatis experimenta dedit, omnes circa ſe largiſſimè proſecutus, congiarium populo nummorum. ccc. ter diſtribuir, epulum equiti ſenatuique panariis plebeíſque ſportellis cum obſonio diſtributis. omne genus rerum miſſilia ſparſit. ſed conuerſus ad rapinas, nihil penſi habuit, quin prædaretur omnimodo bona viuorum & mortuorum. neque in clementiæ tenore permanſit. fuit enim non ſolùm magnæ, ſed & callidæ, inopinatæque ſæuitiæ. *Næ*) Certè. *Ille*) Domitianus. *Breui*) An quia ſerò diſſimulatam ſæuitiam patefecit. *Effecerit*) Sua ſæuitia. *De tuo*) De rebus imperialibus, non vi & contra fas à ciuibus extorris. *Vt ferarum c.*)Similitudo per breuitatem. *Sanguine*) &c. Bonis occiſorum. *Quod nemini eſt e.* Dion in hanc ſententiam pedibus iuit. Traianus, inquit, à pecuniis alienis & iniuſtis cædibus abſtinuit. *Quanquam*) Correctio. *Hunc*] Traianum factum eſſe pauperem

Aliò me vocat numeroſa gloria tua: aliò autem, quaſi verò iam ſatis veneratus, miratúſque ſim, quòd tantam pecuniam profudiſti, non vt flagitij tibi conſcius ab inſectatione eius auerteres famam: nec vt triſtes hominum, mœſtóſque ſermones lætiore materia detineres. nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemiſti: nec tibi bene faciendi fuit cauſa, vt quæ malè feceras, impunè feciſſes. amor impendio iſto, non venia quæſita eſt: populúſque Rom. obligatus à tribunali tuo, non exoratus receſſit. Obtuliſti enim congiarium gaudentibus gaudens, ſecurúſq; ſecuris. quodque antea principes ad odium ſui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant, id tu tam innocens populo dediſti; quàm populus accepit. Paulò minus P. C. quinque millia ingenuorum fuerunt, quæ liberalitas principis noſtri conquiſiuit, inuenit, adſciuit. hi ſubſidium bellorum, ornamentum pacis publicis ſumptibus aluntur, patriámque non vt patriã tantùm, verùm vt altricem amare condiſcunt. Ex his caſtra, ex his tribus replebuntur. ex his quandoque naſcentur, quibus alimentis opus non ſit. Dent tibi Cæſar ætatem dij, quam mereris, ſeruéntque animum, quem dederunt. & quanto maiorem infantium turbã

Aliò a.) Correctio per interrogationem. *Profudiſti*) Dilargitus es. *Flagitij*) Sceleris. *Inſectatione eius*) Taxatione, infamia. hoc feciſſe Neronem poſt Britannici funus legimus apud Tacitum, largitione potiſſimum quemque amicorum iungentem. nec defuerunt qui arguerent viros grauitatem aſſeuerantes, quòd domos villáſq; id temporis, quaſi prædas diuiſiſſent. alij neceſſitatem adhibitam credebant à principe, ſceleris ſibi conſcio, & veniam ſperante, ſi largitionibus validiſſimum quenque obſtrinxiſſet adhæc tradente Dione, Poſt necem matris Agrippinæ prætorianis Nero argentum diſtribuit, deinde multis editis ſpectaculis, miſſilia ſparſit in populum, edulia, equos, ſeruos, currus, aurum, argentum, veſtem variam, perteſſeras dedit. *Detineres*) Occupares, diuerteres, delectares. *Alimentis*) Nam præter congiarium etiam promiſit deditque alimenta. *Nullam culpam redemiſti*) Adiunctio. color. non abſoluiſti te ab vlla culpa & crudelitate, cùm omni crimine careres. *Impendio*) Liberalitate. *Non venia*) Antitheton. *Tribunali*) Suggeſtu, loco edito, ſede. *Exoratus*) Placatus. *Gaudentibus gaudens*) Traductio. *Principes*) Præterea ſcimus Neronem poſt detectam coniurationem Piſonianam bina nummûm millia viritim manipularibus diuiſiſſe, & ſine precio frumentum addidiſſe. *Tumentibus*) Iratis. *Obiectabant*) Tanquam offam Cerbero. *Populus*) Qui non excandeſcebat, ſed quieſcebat. *Ingenuorum*) Liberorum. *Adſciuit*) Sibi aſſumpſit nutriendos Spartianus, Pueris ac puellis, quibus etiam Traianus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis Hadrianus adiecit. ſolitum dari frumentum liberis, teſtatur Capitolinus. pueros narrat & puellas nouorum hominum frumentariæ perceptioni præceperunt aſcribi. *Subſidium*) Suppetiæ loco militum deficientium. articulus grauis. *Patriam*) Traductio. *Ex his*) Quinque millibus paulo minus. *Tribus*) Vrbanæ. *Ex his*) Repetitio. *Naſcentur*) Diuites. *Quàm*) Longiſſimam. *Quem*) Liberalem.

Incîdi)

iterum atque iterum videbis incîdi, (augetur enim quotidie,& creſcit,nõ quia chariores parentibus liberi, ſed quia principi ciues) dabis congiaria ſi voles. illi tamen propter te naſcuntur. Inſtar ego perpetui congiarij reor affluentiam annonæ. huius aliquando cura Põpeio non minus addidit gloriæ, quàm pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari,

Incîdi] Aſcribi, notari in ære. *Non*) Iccircò augetur. *Ciues chariores ſunt*) Quàm ipſis parentibus. *Propter te*) Propter liberalitatem tuam. *Inſtar*) Similitudinem. *Affluentiam annonæ*) Copiam frugum. laudat ab accidentibus. *Huius cura*) Conſtituti erant præfecti frumento diuidundo in populum, ſiue donaretur, ſiue minimo diſtraheretur, non tam tributim quàm viritim, vt æquam portionem quiſque caperet hoc officij genus excogitauit Auguſtus, qui in difficultatibus annonæ, gratis plerunque vel leuiſſimo precio frumentum dimẽſus eſt, & in magna ſterilitate venalitiis & laniſtarum familias, peregrinóſque omnes, exceptis medicis & præceptoribus & parte ſeruitiorum, vrbe expulit. quo facto annona conualuit. dicere ſolebat Aurelianus nihil populo Rom. ſaturo lætius. at contra, immanis ille Caius, nonnunquam horreis publicis præcluſis, populo famem indixit. *Pompeio*) Appianus libro ſecundo bellorum ciuilium, Romani aſſidua fame diutius vexati, Pompeium annonæ omnis præfectum elegere, eidémque vt in Piratico bello viginti ſenatorij ordinis viros addidêre, quos ille viciſſim per prouincias partitus eſt M. Tullius ad Atticum xv. legatos fuiſſe ſcribit, ipſe nationes vndiq; percurrens, vrbem frumẽto cæteríſq; ad victum neceſſariis, repleuit. qua ex cauſa ad ampliorem adhuc gloriam peruenit, ac poteſtatem. ſummarium Liuij. Cn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata eſt. ſed vberius in vita Pompeij Plutarchus. Cicero, inquit, pro lege orans frumentaria, quodammodo iterum omnis terræ omníſque pelagi populo Romano ſubiecti poteſtatem Pompeio integram dedit, & portus omnes, negociatorum conuentus, frugum diſpenſationes, & vnico nomine omnia nautica atque terreſtria Pompeio ſubdita. Clodius legem hanc à ſenatu prodiſſe, ob annonæ caritatem aiebat, ſed anguſtiam annonæ emanaſſe, vt lex promulgaretur: veluti non ferente Pompeio potentiam ſuam extingui, ſed ex nouo quodam magiſtratu extare eam ſemper quæritante. alij dicunt hoc conſulem Spinterem machinatum eſſe, conantem ad maiorem magiſtratum promouere Pompeium, vt ipſe ad regem Ptolomæum reſtituendum mitteretur. deſignatus itaque Pompeius rei frumentariæ dux, diuerſa in loca legatos amicóſque mittit, in Siciliam ipſe atque Sardiniam, deinde in Africam nauigans, vim permagnam frumẽti comparauit. Repetiturus Romam, cùm mare procellis infeſtaretur, & gubernatores ſe alto committere timerent, primus nauem ingreſſus, ſolui iuſſit anchoram, clamitans: nauigare eſt neceſſe, viuere neceſſe non eſt. hac audacia & animo vſus, læta eum fortuna omne forum frumẽto, & omne mare nauibus impleuit. vnde & cæteris extra vrbem incolis, hic apparatus ſuperabundans fuit, veluti à fonte quodam immenſa frumenti copia manaſſet. *Non m.*) nõ fuit minus glorioſum. *Pulſus ambitus cãpo*) A petentibus magiſtratus, qui dabãtur in campo Martio excluſa ambitio, & corruptela. Liuij abbreuiator. coniuratio eorũ, qui in petitione conſulatus damnati ambitus erant, facta de interficiendis cõſulibus, oppreſſa eſt. Aſconius inſuper Pedianus refert à Cn. Põpeio conſule latam legem ex ſenatuſconſulto, de ambitu, pœnam grauiorẽ & formã iudiciorum breuiorem continentem. prius enim teſtes dare, deinde vno die atq; eodem, ab accuſatore, & ab reo perorari iubebat, ita vt duæ horæ accuſatori, tres reo darentur. cui legi M. Cælius trib. ple. obſiſtere conatus eſt. & cùm pertinacius legem vituperaret, eò proceſſit iræ Pompeius, vt diceret, ſi coactus eſſet, armis ſe R.P. defen;

ſurum. nam ambitioſi nullo robore ad lucra confluebant, populus non niſi mercede accepta, ad ſuffragia prodibat. ferunt octingentorum ſummam talentorū magiſtratus nomine ex ſequeſtro fuiſſe deprehenſam, ita vt neque coſſ. per ſingulos annos exercitum ducere, aut bellum gerere fas eſſet. *Hoſtis*] Pirata Cilix, ſed cum pluribus. hoc bellum Plutarchus in Pompeio, & Dion pariter, nec non Appianus ac M. Tullius pro imperatore eligendo, pluréſque alij tradunt, vt Liuij compendia. rem tamen totam commodius L. Florus videtur expreſſiſſe, cuius hæc peroratio. Quid prius in hac mirer victoria? velocitatem, quòd quadrageſimo die parta eſt? an perpetuitatem, quòd amplius piratæ non fuerunt?

oriens triumphis, occidénſque luſtratus. Nec verò ille ciuilius, quàm parens noſter, autoritate, conſilio, fide recluſit vias, portus patefecit, itinera terris, littoribus mare, littora mari reddidit: diuerſáſque gentes ita commercio miſcuit, vt quod genitum eſſet vſquam, id apud omnes natum eſſe videretur. Nonne cernere datur, vt ſine vllius iniuria, omnis vſibus noſtris annus exuberet? quippe non vt ex hoſtico raptæ, perituræque in horreis meſſes nequicquam queritantibus ſocijs auferuntur. deuehunt ipſi quod terra genuit, quod ſidus aluit, quod annus tulit. nec nouis

Oriens triumphis] Superatis Mithridate, Tigrane, Albanis, Iberis, Arabibus *Occidénſque luſtratus*) Domitium in Africa reliquias exercitus Marij colligentem vicit & occidit, Iarbam cepit. omne verò belli Africani tempus atque victoriæ, ex quo domitis hoſtibus ſubegit regionem, xl. dierum fuit, pro quo Magnus à Sylla cognominatus, ante tempus triumphauit. in Hiſpania Herennium, Perpennam, Sertorium vicit. demum Syriam occupare concupiuit, atque per Arabiam mare Rubrum attingere, vt vndique qui orbem cingit Oceanus, trophæis ſuis impleretur. etenim primus in Libya vſque exterius progreſſus eſt pelagus, in Hiſpania apud Atlanticum mare, fines Rom. imperij protendit. tertiò Albanos proſequens, fermè ad Hircanum pelagus progreſſus eſt. Iudæa ſubacta, regem eius Ariſtobolum cepit. memorantur hæc & plura ab antedictis ſcriptoribus. quare, inquit Cic. pro Corn. Balbo, de Pompeio loquens, cuius plerique æquales minus ſæpe caſtra viderunt, quàm hic triumphauit, qui tot habuit triumphos, quot oræ ſunt partéſque terrarum. tot victorias bellicas, quot ſunt in rerum natura genera bellorum & mox. quæ eſt enim ora, quæ ſedes, qui locus, in quo non extent huius cùm fortitudinis, tum verò humanitatis, tum animi, tum conſilij impreſſa veſtigia? & contra Catilinam: anteponatur omnibus Pompeius. cuius res geſtæ atque virtutes, iiſdem regionibus quibus ſolis curſus ac terminus continentur. *Ille*] Pompeius. *Ciuilius*] Humanius, popularius. *Parens*] Traianus pater patriæ. *Vias*] Annonæ, compar graue. *Patefecit*] Præſtitit, vt tuto adiri poſſent. *Reddidit*] Liberauit ab omni incurſione, totum orbem latronibus purgauit. *Littoribus l.*] Mare mari. traductio. *Commercio*] Facultate commutandarum mercium. qui vſus maximè ex tuta nauigatione comparatur. *Natum*] Quia abundè omnia quocunque terrarum importantur. *Vſibus*) Sociorum, maximè Siculorum decimas pop. Rom. perſoluentium. hoc vberrimè tractat M. Tullius in Verrinis. *Exuberet*] Fertilis ſit, largiter ſatisfaciat. *Vt*] Tanquam. *Hoſtico*] Hoſtili terra. hoſticam gloriam dixit Spartianus in Peſeennio Nigro, & Vegetius hoſticas naues. vnde Hoſtium Hoſtilium à matre vocitatum peritiſſimi vetuſtatis referunt, quòd primus eſſet in hoſtico procreatus. *Perituræque in h.*] Nulli vſui futuræ in horreis publicis. inueniuntur hodie in

priuatis, quas dominorum auaritia corrumpit, longius reconditas, quàm frugum imbecillitas patiatur *Nequicq q.*] Fruſtrà conquerentibus apud magiſtratus pro rapina Annonæ, quam non ſunt

recepturi. *Deuehunt*) Sua ſponte ad nos tranſportant. *Ipſi*) Socij. *Quod ſid. a.*) Poſſũt hîc notari tres exornationes. diſiũctio, repetitio, cõpar. ſidus autẽ pro temperie cœli poſitum eſt. *Noui*) Inſolitis.

indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiũt. Emit fiſcus quicquid videtur emere. inde copiæ, inde annona, de qua inter licẽtẽ vẽdẽtémque conueniat. inde hîc ſatietas, nec fames vſquã. Aegyptus alendis augẽdíſq; ſeminibus ita concordes precij vilitate.

Indictionibus] Tributis, quæ ſingulis tribus luſtris patrimoniis indicebãtur. vnde etiam manſit apud quoſdã conſuetudo numerandorũ annorũ, ab indictionibus. i. à ſpacio. xv. annorũ indicebantur prouinciis primo luſtro auri tributa, argenti ſecundo, æris tertio, vt in authenticis & x. codicis de annonis & tributis. poſt quod ſequitur aliud caput de indictionibus, vbi reſcribit Diocletianus indictiones non perſonis, ſed rebus indici ſolere. & ideo ne vltra modum earundem poſſeſſionum, quas poſſides, conueniaris Præſes prouinciæ proſpiciet. indicere enim iubere ſignificat. & Seruius ſuper illud templis indicit honorem, innuit indictiones fuiſſe extraordinarias. *Ad perſolu.* §. 1. Et iampridem impoſita. *Fiſcus*] Imperatoria pecũnia. *Videtur*] Ad vſum publicum ſatis. *Licentem*) Ementem, precium pollicentem, offerentem in auctione publica facienda Plinius li. xiij. tunc auidè matronam oculi licentur. M. Tullius in officiis non licitatorem venditor, nec qui cõtra ſe liceatur, emptor, opponat Tranquillus: monuit Cæſar publicanos, ne in licitatione nouorum vectigalium immoderatius licitarentur. Apuleius ſecundo: ſiquis mortuum ſeruare vellet, de precio liceretur. dicitur etiam licitari Plinius libro vij. Ariſtidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus eſt. & mox: Gn. Piſauriense vendente, & M. Scauro principe ciuitatis, iij. millia. Dcc. ſeſtertiis licente. & licitatio pollicitatio, oblatio. Paulus de publicanis licitatio vectigalium, quæ calore licitantis vltra modum ſolitæ conductionis inflauit, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos & cautionem is, qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit. licitatores vectigalium ad iterandam conductionem, antequam ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt. *Conueniat*) Facilè ſint

Hîc) In vrbe. *Aegyptus*) Exceſſus pulcherrimus, repetẽs rem altius. Aegyptus terra expers imbrium, mirè tamẽ fertilis, & hominum aliorúmq; animaliũ fœcunda generatrix. difficilis acceſſu maríque importuoſa, & ab occidente quidẽ ſecundũ Ioſephum li. v. aridam Libyam habet obiectam, à meridie verò limitem, qui Syenen ab Aethiopia dirimit, nauibúſq; inuias Nili fluminis cataractas, itémq; ab oriente mare rubrum ad Copton ciuitatem vſq; diffuſũ. ſeptentrionale verò munimentum habet terram vſq; Syriam, & quod dicitur Aegyptium pelagus, totum portubus carẽs. Strabo decimoſeptimo: antiqui id ſolum Aegyptum vocauère, quod habitatur, & à Nilo irrigatur, à locis Syene proximis incipientes, vſque ad mare. poſteriores verò ad hoc vſque tempus, è quibus Herodotus, omnes ferè orientales partes aſſũpſerũt, quæ inter Arabicũ ſinum atq; Nilum. ab occidente verò loca vſque ad Abaſes, in ora maritima ab hoſtio Canopico, vſque ad eum locum, qui Catabathmus dicitur, & ea quæ Cyrenæi tenent. nam Ptolomæi reges, qui Cyrenaícam tenuere, adeò quondam polluerunt, vt eam ab Aegypto Cypróq; ſepararent. Romani, qui poſtea ſucceſſerunt, illorum prouinciam Aegyptum iudicantes, in iiſdem finibus ſeruauere. lege plura apud Diodorum libro primo, & Melam. dicta Aegyptus, ſi Hammonio credimus, ab Aegypto rege Beli filio, aut ab Aegypto Nili. nam prius Nilus dicebatur aut quaſi [illegible] vnde [illegible] iuxta capram, quam Aegyptij colunt. aut quia nutriat pingues capras, aut

ſecundum Orum Thebanum ὡς ἐγγίζοντα τῷ ποτῷ ἢ τῷ ποταμῷ. id eſt, tanquam propinqua potui, aut fluuio, aut παρὰ τὸ αἴθω καὶ καίω, id eſt, ab ardendo & comburendo. nam in Aegypto viri aduſti ſunt ex vehementi ſolis ardore.

gloriata eſt, vt nihil imbribus cælóque deberet. ſiquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere, quàm quas ipſe deuexerat, tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris quaſi nunquam ceſſuro, certaret. Hæc inopina ſiccitate vſque ad iniuriã ſterilitatis exaruit,

Gloriata) Sunt enim Aegyptij ventoſi, diuites, fœcundi: inde noua ſæpe moliebantur. autores habeo Vopiſcum & Tacitum. *Nihil imbribus cælóque deberet*) Hæc Claudianus videtur ad vnguem expreſſiſſe in Nili deſcriptione. Felix qui Pharias proſcindit vomere terras: Nubila non ſperat tenebris condentia cœlum, Nec grauiter flantes pluuiali frigore coros Inuocat, aut arcum variata luce rubentem. Aegyptus ſine nube ferax, imbréſque ſerenos Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti, Gaudet aquis, quas ipſa vehit, Nilóque redundat. Iſocrates in Buſiride. imbris & ſiccitatis quorum aliis gentibus Iuppiter diſpenſator eſt, horum quiſque Aegyptius eſt dominus *Amne*) Nilo, qui amnium in noſtrum mare permeantium maximus, totam Aegyptum irrigat; qui vere, ſecundum Athenæum, dici poteſt trahere arenas aureas. nam cum ſegete vberrima vehit aurum incorruptum, tute exculium, vt cunctis ſatisfaciat hominibus, inſtar Triptolemi miſſus in vniuerſam terram. quare Parmenon Byzantius poëta, Aegyptium Iouem Nilum appellauit cæteræ enim prouinciæ niſi pluuia iuuantur, ſteriléſcunt. Aegyptus verò ſola Nili inundatione contenta, etiam alios alit. is fluuius iuuat agros duabus ex cauſis, quòd inundat & oblimat: cùm turbidus quicquid pingue ſecum tulit ſiccis agris ſuperinducit. ante ortum caniculæ augetur mediis æſtibus vltra æquinoctium ſecundum Diodorum incrementum Nili à ſolſtitio incipiens æſtiuo, vſque ad æquinoctium, ſempérq; nouum limum ſecum quærens, rigat cultas regiones, tum incultas, quanto tempore velint agricolæ. aquam enim leniter fluentem facilè paruis aggeribus arcent, inducúntque pro commodo terræ: tantam verò fertilitatem infert & agri colendi facilitatem, vt cùm ſeuerint, aut oues introducant in campos ad conculcanda iacta ſemina, aut aratro leui terræ ſubducant. neq; niſi quatuor aut quinq; exactis menſibus ad meſſem redeuntes, breui tempore vberrimos fructus abſque vlla impenſa aut damno reportent. vineæ quoq; eôdem rigante modo vino abundant. terra inculta pecori ad paſtum relicta, adeo exuberat herbis, vt oues bis in anno pariant, biſque præbeant lanam. nimirum iſta fertilitas etiam ad homines proceſſit nam gemini partus familiares ac penè ſolennes Aegyptiis ſunt. incrementum Nili aſpicientib. videtur admirabile, incredibile audientibus æſtate in immẽſum exuberat, hyeme minuitur, & quoniã plurima cura moleſtiáq; vrgebat agricolas Nili inundatio, excogitata eſt in Mẽphi quædam incrementi menſurandi à regibus obſeruatio. itaq; quibus id negocii demandatum erat, per epiſtolas vrbibus viciſque ſignificabant, quot cubitis, quótue digitis fluuius auctus eſſet, & ſimul quo tẽpore cœpiſſet decreſcere, quo modo vacuus reddebatur ea ſolicitudine populus, incrementi magnitudine decrementóque notis, vbertatem futuram è veſtigio ab inundationis modo notatis prioribus temporibus, agnoſcebãt. ad hæc lege Strabonem li. vii. Plin. v. cap ix. Diodorum i. Senecam iiii. & vi naturalium: & Melam *Proprio*) Suo, vel etiã ſi Diodoro, Stephano, & Hammonio credimus, quòd Nilus dictus ſit Aegyptus à rege Aegypto. *Induebatur*) Contegebatur, veſtiebatur. *Feraciſſimis*) Sicilia, Africa, Italia. *Ad iniuriam ſterilitatis*) Plinius ſcribit iuſtũ incrementũ eſſe cubitorũ xvj. mi-

nores aquas non omnia rigare, ampliores detinere, tardius recedendo. nã hæ ſerendi tempora abſumunt ſolo madente, illæ non dant ſitiente vtrũq; reputat prouincia. in xij cubitis famem ſentit, in xiij. etiã eſurit, xiiij. cubita hilaritatem afferũt, xv ſecuritatem, xvj. delicias. maximũ incrementum ad hoc æui fuit cubitorum xviij Claudio principe, minimũmque Pharſalico bello. veluti necem Pompeij Magni prodigio quodam flumine auerſãtę. & quondam ſame preſſam Aegyptum tradit Diodorus lib. ij & per nouennium Nili inundationẽ cohibitam teſtatur Ouidius in arte, vbi docet ſolitum irritari ad inremẽta, immolata hoſtia humana. vtitur autem Secundus amplificatione res niloticas imminuens, & Traiani augens. nam, vt inquit Cicero, libro tertio, de Oratore ſumma laus eloquentiæ eſt amplificare rem ornãdo. quod valet non ſolùm ad augendum aliquid, & tollendum altius dicendo, ſed etiam ad extenuandum atq; abiiciendum. id autem deſideratur, tùm explanamus aliquid. nihil enim ad exaggerandam, & amplificandam orationem eſt accommodatius, quàm laudare & vituperare cumulatiſſimè. amplificatio igitur vna laus oratoris eſt & propria.

quia piger Nilus cunctanter alueo ſeſe ac languidè extulerat. ingentibus quoque tunc quidem ille fluminibus conferendus. hinc pars magna terrarum mergi palanti amne conſueta, alto puluere incanduit. fruſtrà tunc Aegyptus nubila optauit, cœlúmque reſpexit, cùm ipſe fœcunditatis parens, contractior & exilior, iiſdem vbertatem eius anni anguſtijs, quibus abundantiam ſuam cohibuiſſet. Neque enim ſolum vagus ille

Quia piger Nilus] Deſcriptio. Nilus ex monte Atlante proculdubio oritur. qui mons in Mauritaniæ iuxta oceanum ad veſperam longè ſuper cæteros erigitur. vnde poëtæ cœli columnam vocant. nemo enim vnquam totum conſcendit, neque verticem vidit, ideo ſemper niuibus tectus, & magna vis aquæ inde defluit in æſtu. inſuper terra radices totus eſt paludibus obſitus. tunc igitur magis repletur. inde Nilum tempore certo auget. fons eius gignit crocodilos & cætera animalia quæ Nilus. neq; miretur aliquis ſi ignota priſcis Græcis, inquit Dion, inuenimus. nam Maeruſiitæ iuxta inferiorem Mauritaniam habitant, & multi illinc milites ad Atlanta perueniunt. quẽ montem aſſiduis nubibus & aqua ſcatentem teſtatur Virgilius in quarto Iámque volans apicem & latera ardua cernit Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit: Atlantis, cinctum aſſiduè cui nubibus atris Piniferum caput, & vento pulſatur & imbri, Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba. Pauſanias tamen libro primo, memorans aquam defluentem ab Atlante, nullum fluuium emittere; quamuis ibi crocodilus naſcatur, ſed arenis abſorberi, & non multò procul ab arena Nili fontem ebullire, at ij. idem refert Euphratem abſorberi, & rurſus apud Aethiopas ſcaturientem oſtendi. Seneca ſexto naturalium vero proximiora. alij alia de ortu Nili vt Mela & Strabo, Diodorus, Ptolomæus, Ioſephus, Solinus, Tibullus, Vitruuius. *Piger*] Minor ſolito. *Cunctanter*] Vix ſegniter. *Extulerat*] Creuerat, exierat. *Tunc*] Quamuis minus excreuiſſet. maximus enim fluuiorum qui in noſtrum mare exonerantur. *Mergi*] Contegi. *Palanti*] Effuſo & vago in quam ſignificationem Liuium vſurpaſſe (cuius Secundus ſtudioſus extitit) inuenies. nam palare ſecundum Feſtũm errare ſignificat, & palos plantare apud Columellam Pliniúmque. *Incanduit*] Aruit. quicquid enim Nilus non adiuuit, ſterile ac ſquallidum iacet. *Fruſtrà*] Quia illic non ſolet pluere. quare dixerat Seneca, in Aegypto nemo aratorum aſpicit cœlum. *Parens*] Nilus. *Contractior & exilior*] Idem Seneca in naturalibus. pro-

inde ſterilis annus aut fertilis eſt, prout Nilus magnus influxit, aut parcior. ordo & ſenſus eſt. cùm ipſe parens fœcunditatis contractior, & exilior cohibuiſſet vbertatem eius anni iiſdem anguſtiis, quibus cohibuiſſet abundantiam ſuam, id eſt, tantùm excreuiſſet in duodecim cubitos. quibus autore Plinio famem ſentit Aegyptus.

expanditur amnis intra vſurpata ſemper collium ſubſtiterat, atque hæſerat, ſed ſupino etiam, ac detinenti ſolo, placido ſe molliqué lapſu refugum abſtulerat. nec dum ſatis humentes terras addiderat arentibus Igitur inundatione, id eſt, vbertate, regio, fraudata: ſic opem Cæſaris inuocauit, vt ſolet amnem ſuũ. nec longius illi aduerſorum fuit ſpacium, quàm dum nunciat. Tam velox Cæſar potentia tua eſt, támq; in omnia pariter intenta bonitas, & accincta, vt triſtius aliquod ſeculo tuo paſſis ad remediũ ſalutémq; ſufficiat, vt ſcias. Omnibus equidem gentibus fertiles annos, gratáſque terras precor. crediderim tamen per hunc Aegypti ſtatum tuas fortunam vires experiri, tuámque vigilantiam ſpectare voluiſſe. nam cùm omnia vbique ſecunda merearis, nonne manifeſtum eſt, ſiquid aduerſi cadat, tuis laudibus, tuiſque virtutibus materiem, campúmque proſterni? cùm ſecunda felices, aduerſa magnos probent. Percrebuerat antiquitus

Expanditur) Expaciatur effuſior. *Intra vſurpata collium*) Ad incrementum conſuetum. quod, vt diximus, dignoſcebatur quadam ratione in Memphi à regibus excogitata. cúmque Aegyptus ſit plana & campeſtris, vrbes, vici, agricolarum mapalia aggeribus munita, aquæ inundationem repellunt, & tanquam Cyclades intuentibus apparent. *Semper*) Vt plurimum, iam enim anno tauimus Agyptum fame preſſam. *Abſtulerat*) Se refugum refugerat. *Supino*) Molli. Iuuenalis. & multum referens de Mæcenate ſupino. Plinius libro nono. In mari autem tam latè ſupino molliqúe ac fertili accremento. Vel ſupino, ſolo eleuato. Apuleius ſecundo Floridorum, alibi camporum ſupinam planiciem coæquauit. aliquando ſupinum ſignificat pigrum. idem in fine ſui Aſini, ſupinam procraſtinationem. Martialis lib. ſexto ſupinam aurem. Venuleius. ff quadrageſimotertio, reſupinam exiſtimationem dixêrunt. interdum ſuperbum ſignificat Martialis quinto. Hæc & alia dum refert ſupinis interdum detectum. vt non multò poſt & ſupinare ac reſupinare, pro erigere vultum ad cœlum frequenter vſurpant eruditi. *Detinenti*) Sicco non ſatis irrigato. *Non placido*) Non ſaltem, placido. vel ſine non, legas placido, id eſt, leni & vadoſo. *Terras humentes addiderat*) Superinduxerat limum. *Id eſt vbertate*) Interpretatio, color. nam ab inundatione ſequitur vbertas. *Regio*) Aegyptus. *Sic*) Precibus. *Tanto*) Deſiderio. *Nec longius*) Non eſt paſſa Aegyptus famem niſi per illud ſpacium, quo Traianum certiorem fecit. *Accincta*) Prompta, parata. *Triſtius aliquod*] Infelicitatem aliquam. *Tuo ſeculo*) Te viuo. *Vt ſcias*) Tantummodo vt cognoſcas mala. nam ſtatim rebus feſſis ſubuenis. *Statum*) Conditionem, famem. ad multa refertur. vt ſtatus rerum, ſtatus temporum. *Fortunam*) Deum. *Vigilantiam* Diligentiam, prouidentiam. *Cadat*) Accidat. *Campum*) Copiam. translatio. *Proſterni*) Præberi. alluſit ad planiciem. eſt autem interrogatio grauis. *Secunda*) Felices. ſi rectè

fortunam ſuam ferre nouerint. nam ſine ratione errant, qui proſperis rebus omnes fortunæ impetus fugiſſe putant. *Percrebuerat*] Inualuerat fama. Tacitus libro duodecimo, vbi famem ſub Claudio narrat. at hercule olim Italiæ è regionibus longinquas in prouincias commeatus portabant. nec nunc in fœcunditate laboratur. ſed Africam potius & Ægyptum exercemus, nauibúſque & caſibus vita populi Romani permiſſa eſt.

vrbem noſtram niſi opibus Aegypti, ali ſuſtentarique non poſſe. ſuperbiebat ventoſa, & inſolens natio, quòd victorem quidem populum paſceret tamen, quódque in ſuo flumine, in ſuis manibus vel abundantia noſtra, vel fames eſſet. Refudimus Nilo ſuas copias. recepit frumenta quæ miſerat, deportatáſque meſſes reuexit. Diſcat igitur AEgyptus, credátque experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare. ſciat ſe non eſſe P. R. neceſſariam, & tamen ſeruiat. Poſt hæc ſi volet Nilus amet alueum ſuum & fluminis modum ſeruet. nihil hoc ad vrbem, ac ne ad Aegyptum quidem, niſi vt inde nauigia inania, & vacua, & ſimilia redeuntibus: hinc plena, & onuſta, & qualia ſolent venire, mittantur: conuerſoque munere maris, hinc potius venti ferentes, & breuis curſus optentur. Mirum Cæſar videretur, ſi deſidem Aegyptum, ceſſantémque Nilum non ſenſiſſet vrbis annona, quæ tuis opibus, tua cura, vſque illuc redundauit, vt ſimul probaretur, & nos Aegypto poſſe, & nobis Aegyptum carere non poſſe.

Vrbem noſtram] Romam. denominatio. *Opibus*] Frugibus. Tranquillus refert Auguſtum Ægyptũ in prouinciæ formam redactam, vt feraciorem habilioremque annonæ vrbicæ redderet, foſſas omnes in quas Nilus æſtuaret, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſiſſe, & Ægyptum inter Romanorum horrea numeratam. inde enim vehi frumentum in vrbem ſolitum, iratúmq; ſub Nerone populum, quòd Alexandrina nauis puluerem palæſtritis, non annonam famelicis importaſſet. *Ventoſa*] Inſolens, vana. nam Vopiſcus & Adriani epiſtola teſtantur, Ægyptios leue & ventoſum genus hominum. Ad hoc furibundum, iniurioſum, ſeditioſum. *Victorem*] Romanum. *Manibus*] Arbitrio. *Eſſet*] Adiunctio. *Refudimus*] Reddidimus κατ' ἀξίαν. *Suas*] Proprias, quas nobis miſerat. *Reuexit*] Ab vrbe in Ægyptum. *Tributa*] Nam Cicero monſtrat Auletæ patri Cleopatræ quotannis duodenûm millium & quingenûm talentorum tributum afferre ſolitum Ægyptium regnum. quare cùm is qui peſſimè, & ſegniſſimè regnum adminiſtrabat, tantos redditus haberet, quanta putanda ſunt quæ Romanis præſtabantur tributa, cùm tanta diligentia exigerentur? *Seruiat*] Subiecta ſit Romano imperio, nulla illius neceſſitate. *Amet alueum ſuum*] Contentus ſit non inundare, & ſe ripis ſuis continere. amare pro contentum eſſe Latini vſurpant ad Græcorum imitationem. apud quos in hoc ſenſu datiuo iungitur, apud nos verò ſemper accuſatiuo. *Fluminis modum*] Menſuram cæterorum fluminum ſe ſuo alueo cohibentium. Hoc pertinet ad Ægyptum, cùm omnino luxuriet fertilitate, ab vrbe miſſa. *Similia redeuntibus*] Exhauſta. qualia prius ſolebant redire à nobis. *Solent*] Prius. *Venire*] Ab Alexandria. *Contrarium*] Exornatio, inania & vacua plena & onuſta. *Conuerſoque munere*] Mutata vice,

contrariis votis. ſicut enim ſolebant Romani optare celerem nauigationem nauium Alexandrinarum ad vrbem. ſic nunc Alexandrini celerem ab vrbe reditum ad ſe voto poſcebant. *Mirum*] Non eſt mirum ſi Ægyptus laborauit penuria: per hoc enim declaratum eſt non poſſe viuere ſine noſtro auxilio. mirum quidem fuiſſet ſi Nilus inundaſſet: non enim cognitum eſſet, non poſſe carere nobis. *Vrbis annona*) Copioſiſſime in horreis publicis recondita, & ad victum noſtrum, & Ægyptiorum. an potior ſenſus erit, mirum ſcilicet videri debuiſſe, ſi penuriam Romana annona non ſentiret Ægypto ſterili propter ſuppreſſas Nili aquas. nunc verò quanto mirabilius eſt, quod Ægypti ſterilitatem vrbis annona non modò non ſenſit, quia propter ea non eſt facta carior, ſed Ægyptiorum etiam neceſſitatibus ſuffecit. tua.n.cura illuc vſque ſe tranſtulit.

Actum erat de fæcundiſſima gente, ſi libera fuiſſet: pudebat ſterilitatis inſolitæ. nec minus erubeſcebat fame, qua torquebatur, cum pariter à te neceſſitatibus eius pudoríque ſubuentum eſt. Stupebant agricolæ plena horrea, quæ non ipſi referſiſſent. quibus de campis illa ſubuecta meſſis, quáue in Aegypti parte alius amnis. Ita beneficio tuo, nec maligna tellus, & obſequens Nilus Aegypto quidem ſæpe, ſed gloriæ noſtræ nunquam largior fluxit. Quàm nunc iurat prouincias omnes in fidem noſtram ditionémque veniſſe: poſtquam contigit princeps terrarum, qui fæcunditatem, nunc huc, nunc illuc, vt tempus & neceſſitas poſceret, transferret, referrétque, qui diremptam mari gentem, vt partem aliquam populi plebíſque Romanæ aleret ac tueretur. Et cælo quidem nunquam benignitas tanta, vt omnes ſimul terras vberet, foueátque hic omnibus pariter, ſi non ſterilitatem, at mala ſterilitatis exturbat. hic ſi non fæcunditatem, at bona fæcunditatis importat. hic æternis commeatibus

Actum erat) Interierat funditus Ægyptus. deſperationis ſummæ verbũ eſt: actum eſt.. nam de iure tráſlatũ dicitur in ea re, de qua iã lata ſit ſentẽtia. qua cauetur ne quis re acta apud iudices ea repetat. *Fæcundiſſima*) Iſocrates meminit plurima, & multiplicia bona Ægyptum producere. *Libera*] Sui iuris, non Romanæ ditionis. *Erubeſcebat*) Exponere famem ſuam ſibi. *Stupebant agricolæ*) Ethopœia, quæ fingit morem perſonæ. *Agricolæ*) Buſutis, ſi fides præſtanda eſt Iſocrati, diuiſit Ægyptios in tres partes, in ſacerdotes, in opifices (in quibus agricolas incluſit) & in milites. at Diodorus inquit, fructus partim ſacerdotibus, partim regibus, partim militibus aſcripſit. eorum rem publicam in tria hominum genera partitus, in paſtores, agricolas, opifices. agricolæ parua quadam mercede à ſacerdotibus regéque, aut militibus agros mercati, per omnem ætatem ab ipſa puericia rei ruſticæ, ſine intermiſſione vacabant. quo factum eſt, vt agricultura exteris, tum ob doctrinam à parentibus perceptam, tũ ob continuum vſum præſtent. *Referſiſſent*] Repleſſent. *Amnis*) Nilus, qui repleſſet horrea. *Maligna*) Sterilis viſa eſt Ægyptus. *Et Nilus ſæpe fluxit obſequens Aegypto*) Sæpe inundauit Ægyptum. *Nunquam fluxit largior*) Nunquam fuit benignior. præbuit enim materiam, vt poſſemus gloriari, aluiſſe noſtris frugibus Ægyptum, vnde ſolebamus petere annonam. *Ditionem*] Imperium. Phocas, in vſu, tantùm in ablatiuo & accuſatiuo ſingulari, ditionem putat. nos tamen plerunque in genitiuo notauimus, præſertim apud iureconſultos. *Diremptam*] Diuiſam Ægyptum ab Italia. *Mari*) Mediterraneo, vt A-

vt Adriatico, Libyco, Ægyptio. *Vt*) Tanquam. *Benignitas*) Frugum largitas fuit. *Simul*) Vno anno. *Vberet*) Fœcundet, actiuum eſt. cuius paſſiuum x j. Palladius protulit. hoc coitu, inquit, ſteriles arbores vberantur. prius etiam participio vbertato fuerat vſus. *Mala ſterilitatis*) Famem. *Hic*) Repetitio. *Bona fœcunditatis*) Copiam annonæ.

orientem occidentémque connectit. vt quæ vbique feruntur, quæq́; expetuntur, omnes gentes inuicem capiant, & diſcant quanto libertate diſcordi ſeruientibus ſit vtilius vnum eſſe cui ſeruiant. quippe diſcretis quidem bonis omnium, ſua cuiuſque ad ſingulos mala: ſociatis autem atque permixtis, ſingulorum mala ad neminem, ad omnes omnia bona pertinent. Sed ſiue terris diuinitas quædam, ſiue aliquis omnibus genius, & ſolum illud, & flumen ipſum precor, vt hac principis benignitate contentum, molli gremio

Orientem Occidentémque] Vel in genere de omnibus dixit, & erit ſuperlatio. vel reſpexit ad Alexandriam magis orientalem & Italiam occidentaliorem. *Feruntur*] Producuntur. *Expetuntur*] Deſiderantur vt bona. *Inuicem capiant*) Pariter per commercia ſuſcipiant. *Et diſcant*] Et cognoſcant, quid quæque ferat regio. *Libertate diſcordi*] Fere cacozelon. melius eſſe vni principi ſeruire, quàm ſine principe ſuam rempublicam diſcordem habere. *Diſcretis*) Quod fit in republica diſcordi. *Sua cuiuſque mala*] Pertinent ad ſingulos. *Sociatis*] Bonis omnium, vt ſub bono principe mala ſingulorum pertinent ad neminem, nam leuantur participatione aliorum, cum ſint omnibus communia. *Sed ſiue terris*] Digreſſio. *Genius*] Deus eſt in tutela cuius vt quiſque natus eſt, viuit: ſiue etiam quod vt generamur curat, ſiue quòd vna gignitur nobiſcum, ſiue etiam quòd nos genitos ſuſcipiat ac tueatur. certe à gignendo genius appellatur. eundem eſſe Genium & Larem multi veteres tradiderunt. inter quos C. Flaccus, hunc in nos maximam, immo omnem habere poteſtatem, creditum eſt. nonnulli binos genios in his duntaxat domibus, quæ eſſent maritæ colendos putauere. alij duplicem omnibus genium dicunt appoſitum. ita nobis genius appoſitus eſt aſſiduus obſeruator, vt ne puncto quidem temporis longius abſcedat, ſed ab vtero matris acceptos, ad extremum vitæ diem comitetur hæc Cenſorinus. Ammianus de genio latius libro viceſimo primo hiſtoriarum. at de deo Socratis Apuleius, Deum bonum ſcribit ſuo periculo poſſe vocari genium, quoniam is Deus qui eſt animus ſui cuiuſque, quanquam ſit immortalis, tamen quodam modo cum homine gignitur: vt ex preces quibus genium precamur, ad coniunctionem noſtram, genios & lares miniſtros Deorum arbitrantur, cuſtodéſque homínum & interpretes, ſi quid à diis velint. Seneca tradit ſingulis genium & Iunonem datam: Plutarchus in Quæſtionibus, genium tantum. Genium vbique ſcribit Seruius eſſe. hinc Virgilium dixiſſe, genium ne loci. notat Dionyſius inter diuinum & humanum genus, tertiam quandam extare naturam, qua geniorum natio continetur, quandoque hominibus, quandoque diis admixta. ex qua fabulare illud heroum genus eſſe ortum aiunt, Feſto tradente, Genium appellabant Deum, qui vim obtineret rerum omnium gerendarum. genius eſt deorum filius & hominum. & propterea genius meus nominatur, quia me genuit. aliter genium eſſe putarunt vniuſcuiuſque loci Deum. geniales deos dixerunt elementa & ſemina rerum, quæ Græci γενθλίους vocant duodecim quoque ſigna, & lunam & ſolem inter hos computabant. *Illud ſolum*] Aegyptiacam terram. *Contentum*] Vt in poſterum redundet.

ſemina recondat, multiplicata reſtituat. non equidem repoſcimus fœnus, putet tamen eſſe ſoluendum, fallacémque vnius anni fidem omnibus annis, omnibúſque poſtea ſeculis tanto magis, quia non exigimus, excuſet. Satisfactũ qua ciuium, qua ſociorum vtilitatibus. Viſum eſt ſpectaculum inde non enerue, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret, & frangeret, ſed quod ad pulchra vulnera, contemptúmque mortis accenderet: cùm in ſeruorum etiam noxiorúmque corporibus amor laudis, & cupido victoriæ cerneretur. Quàm deinde in edendo liberalitatem, quàm iuſtitiam exhibuit omni affectione, aut intactus, aut maior. Impetratum eſt, quod non

Semina recondat] Exuberet. nam dicitur recondere ſemina molli gremio, cum repreſſo diluuio recedit ad tempus, non rapido curſu & præpropero, ſed molliter ac ſenſim ſic enim quod cœnis inuexerat non ſecum refert. *Multiplicata ſemina*] Induplum reddat nobis. *Fœnus*] Hic conuenit illorum ſententia, qui opinantur fœnus propriè dici naturalem terræ fœtum, & quod à ſorte extrinſecus requiritur. *Putet*] Nilus. *Quia non exigimus*]. Quia modeſti ſumus & verecundi, neque repetimus, quæ præſtitimus. tanto magis debet eſſe ſingulis annis fœcundus. *Excuſet*] Expurget per deprecationem. cùm ſcilicet peccaſſe confitetur reus, tamen ſibi pro maioribus beneficiis ignoſci poſtulat. *Satisfactum*] A te eſt. *Qua*] Tum. *Ciuium*] Dum eis alimenta præſtas. *Sociorum*] Dum famelicis ſuccurris. eſt autem tranſitio color. nam parat ad alia tranſitum. *Spectaculum*] Gladiatorum: Dione memorante, Traianus in theatro gladiatores commiſit. namque his oblectabatur. Iulius Capitolinus in Maximo & Balbino ſcribit, proficiſcentibus ad bellum venationes & munera dari ſolita ab imperatoribus, more inde orto. debuiſſe Romanos ad bellum ituros pugnas videre, & vulnera, & ferrum, ac nudas inter ſe cohortes, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent, aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent. ſic Annibal priuſquam cum Scipione apud Ticinum congrederetur, rebus magis quàm verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad ſpectaculum exercitu, captiuos montanos vinctos in medio conſtituit, armiſque Gallicis ante pedes eorum proiectis, interrogare interpretem iuſſit, quis ſi vinculis leuaretur armáque & equum victor acciperet, decertare ferro vellet. cùm ad vnum omnes ferrum pugnámque poſcerent, vt cuiuſque ſors acciderat, alacer inter gratulantes gaudio exultans, raptim arma capiebat, vbi verò dimicarent, is habitus animorum non inter eiuſdem modò conditionis homines erat; ſed etiam inter ſpectantes vulgo, vt non vincentium magis, quàm bene morientium fortuna laudaretur. *Noxiorúmque*] Damnatorum virorum. *Amor laudis*] Cupiditas gloriæ. M. Tullius Tuſculanarum ſecundo. gladiatores quas plagas perferunt? quàm ſæpe apparet nihil eos malle, quàm, vel Domino ſatisfacere, vel populo, quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutauit? quis non modò non ſtetit, verumetiam decubuit turpiter? quis cùm decubuiſſet ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. *Edendo*] Munere gladiatorio. *Liberalitatem*] Multa paria. *Liberalitatem*] Spectacula. c. xxiij. Traianus fecit, in quibus mille feræ, interdum innumeræ confectæ ſunt, ſimiliter infinitus gladiatorum numerus decertauit. hæc traduntur à Dione. M. Tullius libro ſecundo officiorum, non vult iſtam eſſe liberalitatem, ſed prodigalitatem. *Iuſtitiam*] Vt victores meritis præmiis afficeret. *Affectione*] animi motu

vicio. M. T. affectiones ſunt animi motus, qui ſecundum Stoicos non cadunt in ſapientem. Græci τὰ πάθη, id eſt paſſiones, vocant, de quibus diuus Auguſtinus multa libro nono, capitulo quarto. *Incaſtus.* Purus. *Maior*) Superior. Quod par gladiatorum exiſtimauerim Martialis illud tetraſtichon dictum in commendationem Traiani. Cùm peteret pars hæc Myrinum pars illa triumphum Promiſit pariter Cæſar vtraque manu. Non potuit melius litem finire iocoſam: O dulce inuicti principis ingenium.

poſtulabatur, oblatũ quod nõ poſtulabatur, inſtitit vltro, & vt concupiſceremus admonuit. Ac ſic quoque plura inopinata, plura ſubita. Iam quàm libera ſpectantium ſtudia, quàm ſecurus fauor. nemini impietas vt ſolebat, obiecta, quòd odiſſet gladiatorem. nemo ſpectator ſpectaculum factus miſeras voluptates vnco & ignibus expiauit. Demens

Poſtulabatur) A populo. immò etiam oblatũ quod non poſtulabatur. conuerſio color. *Inſtitit*) Traianus, vt ſpectaremus plura quàm rogauiſſemus. ſic Titus qui propoſito gladiatorio munere non ad ſuũ, ſed ad ſpectãtiũ arbitriũ editurum ſe profeſſus eſt, & planè ita fecit. nam neque negauit quicquam petentibus, &, vt quæ vellent peterent, vltro adhortatus eſt. *Vltro*] Non rogatus. Sic vltro monens. *Plura*) Spectacula præſtitit. *Plura*) Repetitio. *Studia*) Fauores. *Libera*) Vt vnuſquiſque faueret illi, qui ſibi non imperatori placuiſſet. *Securus*] Sine diſcrimine. *Vt ſolebat*) Multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla, & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnatos, aut beſtiarum more quadrupedum cauea coercitos, aut medios ſerra diſſectos à Caio ſcribunt Tranquillus & Dion, quòd malè de munere ſuo opinati eſſent. Vitellius etiam quoſdam de plebe ob id ipſum, quòd Venetæ factioni clarè malè dixerant, interemit, contemptu ſui, & noua ſpe id auſos opinatus. *Impietas*] Crudelitas in principem. Nerua à Domitiano impietatis damnatos abſoluit. *Spectaculum*] Vel feris obiectus, vel coactus digladiare. C. Caligulam tradunt iuſſiſſe Proculum patre primipilari, & ob egregiam corporis amplitudinem, & ſpeciem coloſſeron dictum, è ſpectaculis detrahi repentè, & in arenam deductum Thraci, ac mox oplomacho comparaſſe, biſque victorem conſtringi ſine mora iuſſiſſe: & pannis obſitum vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde iugulari. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitauerat, cùm multos è litore inuitaſſet ad ſe, repentè omnes præcipitauit. quoſdam gubernacula apprehendentes, contis remiſque detruſit in mare. ſed & Domitianus, quem puto imprimis reſpexiſſe, patremfamilias: quòd Thracem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculo in arenam canibus obiecit: cum hoc titulo. impiè locutus parmularius. *Vnco & ignibus*] Tractus in arenam vnco, & ignibus per obſcœna immiſſis. quod nouum quæſtionis genus primum adinueniſſe Domitianum autor eſt Tranquillus. nam antea in carcere necatos, vncis quibuſdam magnis trahi ſolitos à carnifice in forum, deinde in fluuium teſtatur Dion: & Tertullianus, ſarmenticios & ſemiſſios appellatos Chriſtianos, quia ad ſtipitem dimidii aſſis reuincti, ſarmentorum ambitu exurerentur. Volcatius Gallicanus, inquit, milites in crucem ſublatos, vt ſtipitem grandem poneret Auidius pedum octoginta & centum & à ſummo vſque ad imum damnatos ligaret, ab imóque focum ſubderet: incenſiſque aliis, alios fumi cruciatu, timore etiam necaret. & Lampridius tradit Voconium Turinum in foco Tranſitorio ad ſtipitem ligari iuſſum, & fumo appoſito, quem ex ſtipula, atque humidis tignis fieri imperatum fuerat, necatum. Seneca, (vt omittam quæ ab eodem libro tertio epiſtolarum re-

ferunctur) tertio de ira. oſtendenda eſt rabies iræ effrenatæ, & attonitæ, apparatúſque illi reddendus eſt ſuus. eculeus & fidiculæ, & ergaſtula, & cruces, & circundati defoſſis corporibus ignes, & cadauera quoque trahens vncus. Iuuenalis ſatyra prima, tæda lucebis in illa Qua ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant: Et latum media ſulcum deducit arena.

ille, veríque honoris ignarus, qui crimina maieſtatis in arena colligebat: ac ſe deſpici, & contemni, niſi etiam gladiatores eius veneraremur, ſibi maledici in illis, ſuam diuinitatem, ſuum numen violari interpretabatur: cùm ſe idem quod Deos, idem gladiatores, quod ſe putabat. At tu Cæſar quàm pulchrum ſpectaculũ pro illo nobis execrabili reddidiſti? vidimus delatorũ iudicium, quaſi graſſatorũ, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant. nulla iã teſtamenta ſecura, nullus ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum principum auaritia. Aduertiſti oculos, atque vt ante caſtris, ita poſtea pacem foro reddidiſti, excidiſti inteſtinum malum: & prouida ſeueritate cauiſti, ne fundata legibus ciuitas, euerſa legibus videretur. licet ergo cùm fortuna, tum liberalitas tua viſenda nobis præbuerit, vt præbuit, nunc ingentia robora virorum, & pares animos,

Ille). Domitianus. *Colligebat.* Captabat. *Crimina maieſtatis*) Diminutionem dignitatis, aut amplitudinis, aut poteſtatis imperii Romani de qua maieſtate non multò pòſt longè plura commodius explicabuntur. *In illis*) Gladiatoribus. *Si improbarentur*) A ſpectatoribus. *Suum numen*) Nam dici Dominus Deúſque voluit. vnde exiit illud à Martiale, Edictum Domini deíque noſtri: tulítque gratanter Alcides appellari & ſub eius imagine coli, quod multis carminibus Martialis confirmatur, vt libro nono. Appia quàm ſimili venerandus in Hercule Cæſar. & ſtatim: Herculis in magni vultus deſcendere Cęſar Dignatus. item Alcide Latio non agnoſcende tonanti, Poſtquam pulchra dei Cęſaris ora vides. quare apud Iuuenalem ſatyra quarta. Itur ad Atridẽ, vbi ſanè Domitianum intelligit, contenderem legendum, Itur ad Alciden, vt ironia ſatyrica eum appellauerit Alciden, qui pro Rhombi coctione tanquam pro Lernea combuſtione, ſenatores in conſilium vocaſſet. nulla ratio, cur Atriden vocauerit non enim fuit Domitianus parenticida. *Se*) Deos. *Illo*) Domitianũ. *Execrabili*) Prophano, impio. *Spectaculum*) Dũ ſenatores pelluntur ab vrbe. *Iudicium*) Te pronunciaſſe in exilium delatores. *Graſſatorum*) Latronum ex improuiſo viatores adorientium, & necantium. *Latronum*) Qui à lateribus viarum graſſantur. in alia ſignificatione pro cuſtodibus laterum. *Solitudinem*) Loca deſerta ſub Domitiano, Iuuenalis meminit litora etiam à delatoribus obſeſſa. *Forum*) Romanum intelligit, in quo erant roſtra & templum Iulii Cæſaris. quamuis P. Victor, ſi tamen illi fides in ipſis libellis præſtanda eſt, nec ipſius potius autor fuerit Pomponius Lætus, ædem Victoriæ, & eius ſtatuam in templo Iouis Opt. Max. locet, fora autem in vrbe xvii. Romanum quod dicitur magnum: Cæſaris Auguſti, Boarium, tranſitorium, olitorium, piſtorium, Traiani, Aenorbarbi, Suarium, Archemorium, Diocletiani, Gallorum, Ruſticorum, Cupidinis, Piſcarium, Saluſti. *Inſederant*) Tanquam hoſtes in inſidiis locati. *Teſtamenta*) Hoc Tranquillus Secundi contubernalis declarauit. nihil, inquit penſi Domitianus habuit quin prædaretur omni modo bo-

na viuorum ac mortuorum vſquequaq;, quolibet & accuſatore & crimine corripiebantur. ſatis erat obiici qualecunque factum dictúmque aduerſus maieſtatem principis. confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates, vel exiſtente vno, qui diceret audiſſe ſe ex defuncto, cùm viueret, hæredem ſibi Cæſarē eſſe. *Nullus ſtatus*) Quorumcunque hominum conditio. *Non*) Repetitio. *Hoc malum*) Delatores quos qui non caſtigat irritat. vt ipſe Domitianus dicere ſolebat, ſed ſimulatè. & Tacitus in Tiberio memorat, delatores genus hominum publico exitio repertum, & quidem nunquam ſatis correctum, per præmia elicitos fuiſſe. *Aduertiſti oculos*) Vidiſti hoc malum. *Caſtris*) Prætorianis, ſeditioſis contra Neruam. *Foro*) Ciuibus vrbanis. *Inteſtinum malum*) Delatores. *Legibus*) Traductio. *Euerſa legibus*) Priuata legibus euerteretur, vel potius legibus nimium ſeueris exciſa. *Licèt*) Quamuis. *Fortuna*) Felicitas. *Nunc*) Paulo antè. *Ingentia robora virorum*) Fortiſſimos gladiatores. circuitio. *Pares*) Conſtantes.

nunc immanitatem ferarum, nunc manſuetudinem incognitam, nunc ſecretas illas & arcanas, ac ſub te primum communes opes: nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quòd cōtigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortáſque ceruices. agnoſcebamus, & fruebamur, cū velut piaculares publicæ ſolicitudinis victimæ ſupra ſanguinē noxiorū ad lēta ſupplicia grauioréſque pœnas ducerētur. Cōgeſti sūt in nauigia raptim cōquiſita, ac tēpeſtatib. dediti, abirēt, fugerētq́, vaſtatas delationibus terras. ac ſi quē fluctus, ac procellæ ſcopulis reſeruaſſet, hic nuda ſaxa, & inhoſpitale litus incoleret, ageret duram & anxiam vitam, relictáque poſt tergum totius generis humani ſecuritate mæreret. Memoranda facies, delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, coactáque vela tēpeſtatibus pandere, iratóſque fluctus ſequi quoſcunque in ſcopulos detuliſſent. Iuuabat proſpectare ſtatim

Nunc immanitatem ferarum, nunc manſuetudinem incognitam) Hæc puto ad verbum à Dione in ſuā hiſtoriam tranſlata. vbi enim de ſpectaculis Traiani mētionem facit: in quibus, inquit, immanes feræ, & manſuetæ mille interdum, quandoque innumeræ confectæ ſunt. *Illas opes*) Domitiani, quas ille tyrānus ſibi ſoli reſeruabat, eas Traianus publicauit, partim ciuibus, partim diis diſtributas. vnde duodecimo Martialis, Quicquid parrhaſia nitebat aula Donatum eſt oculis, deiſque noſtris: Omnes cum Ioue nūc ſumus beati. At nuper pudet, ah pudet fateri, Omnes cum Ioue pauperes eramus. *Seculo*) Tuo. *Supina*) Detecta. *Retortas*) Reflexas, quod fit in reſupinatione. Tranquillus Vitellii ſupplicia narrans, tractum ſcribit, religatis poſt tergū manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudum per totum viæ Sacræ ſpacium reducta coma à capite ceu noxii ſolent atque etiam mento mucroni gladii ſubiecto, vt viſendam præberet faciem, néve ſubmitteret. ſic legimus apud eundem, C. Caligulam præter pedes ſuos tranſeuntium matronarum faciem, manu alleuaſſe, ſi quæ pudore ſubmitterent, vt eas diligenter intueretur. *Fruebamur*) Tali ſpectaculo. *Piaculares victimæ*) Datæ ad purgationem aliorum hominum. libro tertio dixerat, viliſſimo quoque quaſi piaculari dato. *Publicæ ſolicitudinis*) Quæ ſolebant omnibus terrori eſſe. *Noxiorum*) Reorum, aut lege innoxiorum. *Lenta*) Grauiora. nam mori quidam leue ſupplicium putabant. vnde Carmilium cū audiuiſſet Tiberius mortem anticipaſſe, exclamauit, Carmilius

me euaſit. nec temere Caius in quenquã niſi erebris & minutis ictibus, paſſus eſt ſæuire, vt ſe mori ſẽtiret. *Supplicia*) Exilia. *Raptim conquiſita*) Ideo mala, quia ſine delectu. *Dediti*] Expoſiti. *Vaſtatas delatoribus terras*) Romanum imperium cæde delatorum exhauſtum, quibus Tiberius, Caius, Nero, Domitianus ſtatim credebant. *Quem*] Aliquem delatorum. *Scopulis*] E ſcopulis, vel quibus ſcopulis exularent. *Hic*] Qui reſeruatus eſſet, vel in ſcopulis, vt in Cycladibus. *Nuda ſaxa*] Sporades: quæ ſanè Cycladibus obſcuriores, ſi Straboni credimus. *Inhoſpitale*] Deſertum, incultum, aſpeeum, ferum. *Duram*] Laborioſam, egenam. *Securitate*] Ipſis extorribus *Memoranda facies*] Demonſtratio, coloe *Facies*] Aſpectus. *Coacta*] Claſſis eſt. *Iratos*] Tumidos, vndoſos.

à portu ſparſa nauigia, & apud illum ipſum mare agere principi gratias, qui clementia ſua ſalua vltionem hominum terrarúmque dÿs maris commendaſſet. Quantum diuerſitas temporum poſſet, tum maximè cognitum eſt, cùm ÿſdem, quibus antea cautibus, innocentiſſimus quiſque, tunc nocentiſſimus adfigeretur, cùm inſulas omnes, quas modo ſenatorum, iam delatorum turba compleret. quos quidem non in præſens tantùm, ſed in æternum repreſſiſti mille pœnarum indagine incluſos. ereptum alienas pecunias eunt? perdant, quas habent. expellere penatibus geſtiunt? ſuis exturbentur. neque (vt antea) exanguem illam & ferream frontem

A portu) Hoſtienſi. *Et apud*] Et iuuabat aſpicere multos. *Clementia ſua ſalua*) Quia noluit eos interficere. *Cautibus*) Scopulis, inſulari pœnæ. *Innocentiſſimus, nocentiſſimus*] Annominatio & contrarium. cùm meriti deportarentur quo prius immeriti. dixit Apollonius philoſophus Domitiano, per delatores viros ſceleſtiſſimos vrbes funditus interire, inſulas exulib. repleri, continentem doloribus abũdare, & exercitus formidine, ſenatum ſuſpicionibus nunquam carere. *Delatorum turba compleret*] Facit hoc, vt credam Martialem ſcripſiſſe illud in Traiani laudem, Turba grauis paci, placidæque inimica quieti, Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes. Tradita Getulis nec cepit arena nocentes: Et delator habet quod dabat exilium. plurima enim ex ſpectaculis Martialis epigrammata in commendationem Traiani ſunt edita. Nerua prius quoſdam delatorum morte puniuerat, reliquos Traianus exilio. Dionis abbreuiator vt tantum rerum capita tangens, tradit ſolum non adhibuiſſe Traianum aures delatoribus. *In præſens*) Tacitus ad præſens dixit *Indagine*) Inquiſitione, inueſtigatione legum nouarum, quibus à delationibus abſterreantur, quaſi illarum pœnarum formidine circumcludantur. eſt enim indagare ſcienter feras inquirere & venari. indago pro venatione Apuleius, & indaganter Columella pro diligenter vſi ſunt. eſt autẽ grauis nominatio. *Incluſos*) Detritos, iuxta formam iuris antiqui: ei qui cœperat arguere, aut vindicta propoſita erat, ſi vera detuliſſet, aut ſupplicium ſi fefelliſſet. Imperatores Valens & Valentinianus in hunc modum reſcripſerunt. noſtris & parentum noſtrorum cõſtitutionibus comprehenſum eſt, eos qui accuſationẽ alienis nominibus præſumpſiſſent, delatorum numero eſſe adiiciẽdos, atque ideo calumnioſiſſimum caput, & perſonam iudicio irritæ delationis infamiæ ſupplicium ſequatur. quo poſthac ſinguli vniuerſique cognoſcant, non licere in eo, quod non poſſit oſtendi, iudicũ animos commoueri. deinde fallaciter incuſantibus maximè poſt exhibitionem accuſati, nullius iuris color velut deriuata excuſatione proficiat nõ publica abolitio, non priuata talibus ſubueniat perſonis, non ſpecialis indulgentia, ne benefi-

cium quidem eos generale ſubducat. ad hæc Honorius & Theodoſius. Quiſquis crimen intendit, non impunitã fore nouerit licentiã mentiendi. cùm calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii. quæ verba conueniunt cum Secundo dicente. *Ereptum pec. e.*) i. ſi quærent aliena delationibus rapere, ſua amittent ſimilitudine ſupplicii. ſimiliter ſi alicui exilium intenderint, illi deportabũtur. quare dixerat iure poeta epigrammatarius, Et delator habet quod dabat exiliũ. Sunt autem hic exornationes duæ, diſſolutio, & contrariũ. *Ferream*) Duram, feram. *Conuulnerandam p.*] Punctis cauteriando notandam, ſtigmate inſcribendam, quod ſupplicii genus vulgo bullare dicitur. alluſit ad Domitiani geſta, quem lego fiſcales calumnias primò magna calumniantium pœna repreſſiſſe.

nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant: ſed ſpectent paria præmio damna. nec maiores ſpes quàm metus habeant, timeántque quantum timebantur. Ingenti quidem animo diuus Titus ſecuritati noſtræ vltionique proſpexerat, ideóque numinibus æquatus eſt. ſed quanto tu quandóque dignior cœlo, qui tot res illi adiecisti, propter quam illum deum fecimus. Id hoc magis arduum fuit, quòd imperator Nerua te filio, te ſucceſſore digniſſimus, poſtquam magna quædam edicto Titi aſtruxerat, nihil reliquiſſe tibi videbatur. qui tam multa excogitaſti, vt ſi ante te nihil eſſet inuentum. Quæ ſingula quantum tibi gratiæ diſpenſata adieciſſent? at tu

Nequicquam) Nam mox ad rapinas conuerſus vel vni quæcunque crimina deferenti credidit. *Paria præmio d.*) Quadruplatores enim quartã delati partem ſolebant accipere. *Metus*) Niſi quod intenderint, probauerint, par adituri ſupplicium. omnes autem iudices inuigilare præcepit Conſtãtinus imperator, delatores ſine fiſci aduocato denunciantes pœnis afficere. apertiſſimi enim iuris eſt, vt quod ex cuiuſque patrimonio ceciderit in caſũ, & legibus & certo ordine iuris fiſci aduocatis agentibus vẽdicetur. ſed quia nonnulli præcipites ſecundum ius poſſeſſa patrimonia deferre nõ ceſſant, omnibus damus licentiã, qui ſe læſos exiſtimãt, cõtra delatores ſeueritatem iudicum implorãre ferro diſtrictam. ſeruum verò domini iubent leges in exemplũ omniũ proditorũ ſæuiſſimæ ſentẽtiæ ſubiugari, etiãſi obiecta probaueris, excepto crimine maieſtatis. *Titus*) Quẽ Diõ teſtatur expuliſſe ab vrbe delatores, & Trãquillus inquit, inter aduerſa temporũ & delatores mandatoréſque erãt, ex licentia veteri. hos aſſiduè in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, & nouiſſimè traductos per amphitheatri arenã, partim ſubiici in ſeruos ac venire imperauit, partim in aſperrima inſularum auehi. vtque etiam ſimilia quandoque auſuros perpetuò coerceret, vetuit inter cætera de eadem re pluribus agi. itaque illud frontẽ punctis notarã referri poteſt ad Titum, quod magis probo. *Proſpexerat*) Cauerat meritis pœnis. *Ideóque numinibus æquatus*) Et propterea inter deos relatus. hic quò me vertam neſcio. dicam ne pro commodo ſuo alia alibi Secundũ interpretatione vſum, fatebor neceſſe nõ conſtare ſibi, præſertim cùm hanc orationem non auditoribus, ſed lectoribus publicauerit? accuſem tanti viri indiligentiam, qui in emendatione tanta vtebatur diligentia? dixerat enim in præcedentibus à Domitiano Titum cœlo dicatum, vt ille dei frater videretur: hic verò quia delatores punierat: niſi quis intelligat ſub hoc prætextu impetratam à ſenatu Titi conſecrationem, cùm tantùm Domitianus intenderet illam ſibi decori futuram. *Quandoque*) Poſt mortem. nam inter deos relatum memorat Eutropius. & Spartianus

inquit, Traiano diuinos honores datis ad ſenatum literis & quidem accuratiſſimis Adrianus poſtulauit, & cunctis volentibus meruit, ita vt ſenatus multa, quæ is non poſtulauerat, in honorem Traiani ſponte decerneret. adhæc libro decimo Gellius meminit templi Traiani, & in eo bibliothecæ. ſecundum artem tractans oſtendit ex comparatione plura Traianum præſtitiſſe. *Res*) Rectè facta. *Illi*) Quam Titus fecit, id eſt, qui longè plura geſſiſti laudanda quàm Titus. *Fecimus*) Hinc apparet Titum à ſenatu inter deos relatum. *Arduum*) Mirandum, difficile. tranſit ad modeſtiam Traiani, circa res fiſcales. *Edicto Titi*) Non tam intelligendum puto edictum, quo omnia priorum Cæſarum priuilegia confirmauit, quàm quo delatores puniuit & repreſſit. nam ſequentia huic ſententiæ magis conueniunt, vt ſcilicet, plura Nerua cauerit, quem pariter legimus pœnis delatores cohibuiſſe, ad imitationem Titi, quędam ſuo edicto aſtruentem. ſed tot & tanta Traianus ingeſſerat ad illorum caſtigationem, vt ipſe repertor & primus videretur. *Adſtruxerat*) Addiderat. *Nihil*) Quod faceret ad comprimendam delatorum calumniam. *Excogitaſti*) Noua addidiſti. *Vt*] Tanquam. *Inuentum*) A Tito & Nerua. *Diſpenſata*) Diuerſis elargita. vt ſi aliquis accuſatus fuiſſet iniquè, & abſolutus à Traiano, condemnato calumniatore, quantum gratiæ ſibi per ſingulos comparaſſet. ſic Nerua vno edicto priorum liberalitates confirmauit, ne ſinguli à ſe haberent impetrare. ſic paulò poſt, dum tradit vigeſimas remiſſas, poſtremò dixit ſibi eripere tot beneficiorum occaſiones, tam numeroſam obligandi imputandíque materiam.

ſimul omnia profudiſti, vt ſol & dies non parte aliqua, ſed ſtatim totus, nec vni aut alteri, ſed omnibus in commune profertur. Quàm iuuat cernere ærarium ſilens, & quietum, & quale ante delatores erat. nunc templum illud, nunc verè deus, non ſpoliarium ciuium, cruentarúmque prædarum ſæuum receptaculum, ac toto in orbe terrarum adhuc locus vnus, in quo optimo principe boni malis impares eſſent. Manet tamen honor legum, nihílque ex publica vtilitate conuulſum. nec pœna cuiquam remiſſa, ſed addita eſt vltio: ſolúmque mutatum, quòd iam non delatores, ſed leges timentur. At fortaſſe non eadem ſeueritate

Simul) Vno edicto. extat Traiani reſcriptum apud Aufidium Secundũ in hũc modum. Scio relegatorũ bona auaritia ſuperiorum temporum fiſco vendicata, ſed aliud clemẽtiæ meæ conuenit, qui inter cætera quidem innocentia ac ratione meorum temporum, hoc quoque remiſi exemplum. hæc Pomponius de interdictis. Paulus de iure fiſci: edicto, inquit, diui Traiani, quod propoſuit ſignificatur: vt ſi quis tanquam cauſa eius ad ærarium deferatur, profeſſus eſſet eam rem, quam poſſideret, capere ſibi non licere, ex ea partem fiſco inferat, partem ſibi retineat. idem poſtea edicto ſignificauit, vt quicũque profeſſus eſſet, vel palàm, vel tacitè relictum ſibi, quod capere non poſſet, & probaſſet iam id ad fiſcum pertinere, etiamſi id fiſcus non poſſideret, ex eo quod redictum eſſet, præfectus ærario partem dimidiam ferat. *Vt ſol*) Comparatio. *Profertur*] Elucet. *Aerarium*) Saturni ædem, in quam publicam pecuniam ſeruandam reponebant. alibi copioſius. *Silens*) Inquietatum reis. nam damnatorum pecuniæ, partim ad ærarium, partim ad fiſcum referebantur. *Templum illud*] Saturni. *Deus*) Facit hic illorum ſententia, qui ſcripſere Saturni ædem, ideo conſtitutam pecuniarum publicarum receptaculum, quòd nullum in eius finibus furtum fuerit cõmiſſum. *Spoliarium*] Locus vbi reſeruantur ſpolia

tur ſpolia. eadem forma, qua dicimus armarium. lego inſuper in vita Commodi apud Lampridium, ſpoliarium eſſe locum vbi noxii necarentur. & Seneca epiſtolarum decimoquarto, nunquid aliquem eſſe tam cupidum vitæ putes? vt iugulari in ſpoliario, quàm in arena malit? ſiue ſpoliarium appellatum, quòd vita priuarentur, ſiue quòd ibi ſpoliati laniarentur. *Cruentarum*) Occiſorum virorum, quorum bona publicarentur. *Locus*) Extat. *Optimo principe*) Sub Traiano. *Honor legum*) Seueritas legum fiſcalium. *Ex publica vtilitate*] Ex pecuniis publicis ærario inferendis. *Conuulſum*) Ereptum. *Vltio*) Calumniatoribus, qui prius impune debacchabantur.

fiſcum, qua ærarium cohibes: immò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo: in ius veni, ſequere ad tribunal. nam tribunal quoque excogitatum cruciatu eſt par cæteris, niſi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors & vrna fiſco iudicem aſſignat, licet reÿcere, licet exclamare, hunc nolo, timidus eſt, & bona ſeculi parum intelligit. illum nolo, quia Cæſarem fortiter amat. Eodem foro vtuntur principatus & libertas. Quæ præcipua tua gloria eſt. ſæpius vincitur fiſcus, cuius mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono principe. Ingens hoc meritum, maius illud, quòd eos procuratores habes, vt plerunque ciues tui non alios iudices malint. liberum eſt autem diſceptanti dicere, nolo eum eligere. neque enim vllam neceſſitatem muneribus tuis addis: vt qui ſcias hanc eſſe beneficiorum principalium ſummam gratiam, ſi illis & nõ vti licet:

Fiſcum] Vbi principales pecuniæ reconduntur fiſcus eſt, ſicut ærarium vbi publicæ. viderint ii qui crediderunt ærarium & fiſcum idem eſſe. non negauerim tamen interdum confundi, ſicut apud Claudianum: Non tua priuatis creſcunt ærario damnis: quanquam & ibi pro publicis liceat accipere. vt exponas tua pro tui imperii *De tuo*) De rebus fiſcalibus, de publico, quę referuntur in ærarium. *Actori*] Aduocato fiſcali. ipſe libro ſecundo, fama non vnius actoris, id eſt aduocati. Vlpianus de iure fiſci actores vocat procuratores Cæſaris bonorum. ſic Tacitus libro tertio, ſeruos quoque Syllani, vt tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat. caput eſt libro ſecũdo codicis de aduocato fiſci. quem primus Adrianus inſtituit, autore Spartiano. *Procuratori*) Hodie quoque fiſcus habet aduocatum & procuratorem, cuius officium etiam eſt aliena negocia mandato domini adminiſtrare. poteſt autem eſſe vnius rei, vel omnium. quod teſtatur Vlpianus. ff iii. & ii. Codicis titulus eſt de procuratoribus. *In ius veni*) Non tantum ſi fiſcalia commoda occultauerat, quantum ſi nullo negocio exiſtente fiſci nomine priuatis audeat calumnias commouere. hoc imperator Conſtantinus cauit & lib xl. ff. de admini. rerum ad ciuitatem pertinentium. magiſtratus reip. non dolum ſolũmodo, ſed latam negligentiam, hoc amplius etiam diligentiam debent. *Tribunal*) Iudicem. nam magiſtratus erat conſtitus à Traiano, per quem cogebantur aduocatus & fiſci procurator, ſi iniuriam alicui inferrent, ſtare legibus. *Cruciatu*) Vexatione, moleſtia, ſeueritate. *Par cæteris*) Ius æquè vt in aliis ibi ſeruatur. *Litigatoris*) Aduocati & procuratoris Cæſaris. ſenſus eſt. ibi omnibus par iuſticia redditur, ſicut in cęteris tribunalibus. niſi quis hoc diceret maius, quia litigant, qui Cæſaris perſonam repræſentant. *Sors &*

I. j.

Vrna) Hæc omnia Pedianus diligenter proſequitur. cùm multi inquit, iudices in vrnam mitterentur ſortito, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet, permittebatur accuſatori ac reo ex illo numero reiicere, quos putabant ſibi, aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. & Marcellus Eprius apud Tacitum, memorat morem fuiſſe per ſortem & vrnam in quam iaciebant ſortes, iudicandi, vnde in vi. Virgilius dixit. Quæſitor Minos vrnam mouet. *Reÿcere*] Iudices ſuſpectos remouere à iudicando. vnde reiectio appellata, qua celebrata, moris erat & haberi in officio prætoris, & in arca reponi nomina iudicum delectorum ſecundum Aſconium. *Hunc*] Iudicem. *Bona ſeculi*) Libertatem iudicibus liberam iudicandi quicquid velint ſub principe Traiano. *Fortiter*] Vehementer, alibi conſtanter. *Eodē foro*) Iiſdem legibus. *Principatus & libertas*] Princeps & liberi homines. denominatio. quæ à finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata. *Vincitur*) Cauſa cadit. *Cuius cauſa mala*) Nunquā iudicatur aduerſus fiſcū. *Meritum*] Beneficiū tuū eſt *Eos*] Tam bonos. *Summam*] Sunt qui legant ſine additione verbi, gratiam, & interpretentur ſummam beneficiorum, id eſt maximum beneficium principis.

Onera imperÿ, pleráque vectigalia inſtitui, vt pro vtilitate communi, ita ſingulorū iniuriis coegerunt. His vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile, & facile hæredibus duntaxat

Onera imperÿ] Ordo. onera imperii coegerunt inſtitui pleráque vectigalia, vt pro vtilitate cōmuni, ita pro ſingulorum iniuriis, id eſt, tam ad ſtipendia militum & annonam claſſémque tuēdam, quæ pertinent ad publicam vtilitatem, quàm ad ſalarium magiſtratuum, qui ad arcendas priuatorum iniurias conſtituūtur. nā Cæſar dictator, ſcribente Dione, dicere ſolebat, duo maximè neceſſitatia affectantibus imperium, milites & pecunias, & inuicem conſiſtere. nam ſtipendiis exercitus contrahi. illa ex armis cōparari. ſunt enim pecuniæ principatus nerui, ſicut dicebat Murianus apud eundem autorem. νεῦρα γὰρ τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεὶ ἔλεγεν id eſt, neruos enim principatus pecunias ſemper eſſe dicebat. & Demoſthenes in orationibus dixit δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων, id eſt, opus eſt opus eſt pecuniarum, & ſine his nihil eſt fieri neceſſariorum. ſolutiones autem ſtipendiorum fiebant aliquando à ſtipendiariis ciuitatibus, aliquando ex ærario, quandoque ex tributo Romæ impoſito militib. pecuniæ dabātur. vnde cū agitaret Nero an cūcta vectigalia omitteret, ſenatores impetum eius continuiſſe, meminit Tacitus: diſſolutionem imperii docēdo, ſi fructus quibus reſpublica ſuſtineretur, diminuerentur. & Appianus in præfatione totius hiſtoriæ ſcribit, ex nonnullis imperio parentibus, atque ſuppoſitis, plus detrimenti capere Romanos, quàm vtilitatis, quos licèt inutiles deſerere tamē pudeat. principatum omnē magnis copiis, magníſque præſidiis circumquaque vallantes, tantū terræ tantúmque maris quaſi fundū quēdam ſeruaſſe, atque cōtinuiſſe, ſuíſque tēporibus & quidē ſolis Romanis adfuiſſe ingentes copias, peditū ducenta, equitum xl. millia, elephantorū trecentorum bellicoſorum numerū ad prælia inſtructorū duo millia, armorū in ſupplemētū ccc. millia. & hæc quidē terreſtribus copiis: maritimi verò minorū nauiū duo millia, triremium à ſexcuplis in quinqueremes mille quingentarum claſſem, inſtrumentorum quoque naualium numerum bis totidem. ad hoc naues partim auro proras, partim puppes exornatas, quas thalamegis appellant, ad belli pompam. Dion in Auguſto refert aluiſſe Romanos viginti tres exercitus, ſuis verò temporibus xix. *Vigeſima*) Vigeſimam dicimus ſicut quadrageſimam, decimam quintam, cùm ſcilicet de vigeſimo quadrageſimo, decimo quinto quoque numero vnum aufertur, ſiue tributi ſiue pœnæ nomine. Tacitus de Nerone. Vectigal quoque quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum, ſpecie magis

quàm vi. Tranquillus. Caius inquit, pro litibus vbicunque conceptis exegit quadrageſimam ſummæ de qua litigaretur & in Veſpaſiano meminit Sabinum publicanum quadrageſimæ in Aſia egiſſe. M. Tullius ad Atticum. portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum? præter viceſimum, quæ videtur vna conciuncula pedis equorum noſtrorum eſſe peritura. hinc Liuius vii. ſecundi belli Punici ſcribit, aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad vltimos vſus reſeruabatur, promi placuiſſe. vbi viceſimarium aurum ſanè intelligimus collectum ex viceſimis. quamuis ſciam quoſdam legere cenſimarium, quod non procedit. Aulus Offilius equeſtris ordinis & Cæſaris familiariſſimus, libros de iure ciuili plurimos, omnẽ partem operis fundantes qui reliquit, de legibus viceſimæ primus conſcripſit autore Pomponio de origine iuris. de viceſima quæ ex re frumentaria colligebatur non loquitur Secundus, ſed quæ pro hæreditatibus conſtituta fuerat. nam peregrini & externi etiam, ſi iure Latii, vel principum liberalitate, in ciuitatem Romanam veniſſent, nõ poterant adire ſuorum hæreditatem, niſi prius viceſimam hæreditatis perſoluiſſent. quam legem primus inſtituit Auguſtus. hanc Dion, inquit, poſtquam multitudinem Romanorum exercituum enumerauit, proptee copiam legionum & equitum Auguſtus multis indigens pecuniis, viceſimam hæreditatem & legatorum quæ teſtamento aliquibus præter maxima cognatione aſtrictos & pauperes relinquuntur, conſtituit tanquam hoc vectigal in Cæſaris cõmentariis ſcriptum inueniſſet. hanc legis iniuriam, Nerua primus emendauerat, ſed parce, Traianus multum liberalitati patriæ addidit, Gratianus in totum ſuſtulit. Auſonius enim meminit Traianum tributa condonaſſe, ſed partibus retentis, quas poſtea in totum Gratianus remiſit, vbi de viceſimis intelligendum annotamus: Iulius etiam Capitolinus recitat Antoninum philoſophum leges addidiſſe de vigeſimâ hæreditatum.

extraneis, domeſticis graue. Itaque illis irrogatũ eſt, his remiſſũ. videlicet quod manifeſtũ erat, quanto cum dolore laturi, ſeu potius non laturi homines eſſent, deſtringi aliquid & abradi bonis qua ſanguine, gentilitate ſacrorum, deniq; ſocietate meruiſſent. quaq; nunquam vt aliena & ſperanda, ſed vt ſua ſempérque poſſeſſa, ac deinceps proximo cuique tranſmittenda cepiſſent. Hæc manſuetudo legis, veteribus ciuibus ſeruabatur. noui ſeu

Extranei) Nulla cognatione coniunctis, vel peregrinis, qui lege Papia prohibebantur vti ciuitate Romana. *Domeſticis*) Cõſanguineis, gentilibus, qui ex eadẽ domo i. familia ſunt. *Illis*) Extraneis. *Irrogatum*) Impoſitum. *His*) Domeſticis. *Remiſſum*) Ablatum, condonatũ. *Seu potius non laturi.* Impatiẽter paſſuri. correctio. *Deſtringi*) Tolli, decurtari. *Abradi & deſtringi*) Trãſlata verba. *Bonis*) A bonis. *Sanguine*) Cognatione, cuius gradus lege apud Iuſtinianum in inſtitutionibus & ff. trigeſimooctauo. *Gentilitate*) Gentilis eſt, qui ex eadem familia eſt, vel eiuſdem nominis, quaſi nomen familiæ habeat. ab hoc gentilitas dicta, quæ propriè eſt multitudo ipſa vel familiæ, vel nationis alicuius, autore Feſto. vnde Varro libro tertio rei ruſticæ, cùm Axium liberè de Pauone dicere cohortatur, quòd Fircellius cognomento Pauo iam diſceſſerat, ſi quid inquit diceres de hoc gentilitatis cauſa, fortaſſis ante eum duceret ſerram. ſic habet codex vetuſtus. videlicet rem hanc tractaret, cùm ſit ex familia Pauonum. nam eodem libro Fircellium Pauonem Reatinum dixerat. ſerram autem ante eum duceret, id eſt, ſe ſtrenuè opponeret, vt de Pauone diceret. nam ſerra Vegetio præceptore, ducitur ex abundantibus, quæ à ſtrenuiſſimis directa ante frontem opponitur hoſtibus, vt turbata acies reparetur. Gellius pariter tradit ſerram eſſe nomen ordi-

pis in militia. inſuper Surcula apud eundem Varronem, inſtrumentum eſt ad metendum in extremo linei baculi incurui. *Societate ſacrorum*) An quia aliquibus familiis ius faciendorum ſacrorum peculiare fuit, vt Potitiis & Pinariis. an magis ad iura cognationum referendum putamus? ſacrum enim matrimonium, per quod multiplices fiunt cognationes. quare apud iuriſconſultos cùm filius de patria poteſtate mitteretur, amplius non eſſe in ſacris patris dicebatur, quoniam per emancipationem ius agnationis extinguebatur. exiſtimo id emanaſſe ex lege xii. tabularum. cuius verba ſunt hæc. ſacra priuata perpetuò manento. ea Cicero de legibus ſecundo lib. interpretatur, ad quod alluſit Plautinus paraſitus in captiuis: ſine ſacris hæreditatē ſum adeptus offertiſſimā. ſolēt enim gratiores eſſe quæ ab extraneis inſperato hæreditates deferuntur. *Speranda*) Tanquam nō ſua, ſed extranea. *Sua*) Gentilitia patrimonia. *Deinceps*) Per gradus proximiores. *Trāſmittenda*) Vt ſub fideicommiſſo. *Manſuetudo*) Vt gentiles ſuccederent abſque honore vigeſimæ. *Veteribus*) Iam pridem in vrbem receptis. *Noui*) Ciues.

per Latium in ciuitatem, ſeu beneficio principis veniſſent, niſi ſimul cognationis iura impetraſſent, alieniſſimi habebantur, quibus cōiunctiſſimi fuerant. Ita maximum beneficium vertebatur in grauiſſimam iniuriam: ciuitáſque Romana inſtar erat odij & diſcordiæ, & orbitatis. cùm cariſſima pignora ſalua ipſorū pietate diſtraheret. Inueniebantur tamen quibus tantus amor nominis noſtri ineſſet, vt Romanam ciuitatem non vigeſimæ modò, verùm etiam affinitatum damno bene cōpenſari putarent. ſed his maximè debebat gratuita contingere, à quibus tam magno æſtimabatur. Igitur pater tuus ſanxit vt quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis perueniſſet ad matrem, etiam ſi cognationum iura non recepiſſent, cùm ciuitatem adipiſcerentur, eius vigeſimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, ſi modò reductus eſſet in patris poteſtatem, ratus improbè &

Per Latium) Iure Latii, quod qui fuerat adeptus ſine tributo viuebat. ſolū immune habebat autore Paulo de cenſibus. ff. l. ad hoc ius petendi magiſtratus. *In Vrbe*] Nā Pedianus ſcribit, veteribus colonis Pōpei' ius Latii dedit i. vt petendi magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adipiſcerentur. Strabo hoc amplius addit, vt quibus ius Latii foret conceſſum, nullum cum prætoribus venientibus Roma negocium eſſet. *Beneficio*) Munere, liberalitate, priuilegio. *Simul*) Niſi cùm à principe donarentur ciuitate Rom. ſimul etiā impetraſſent iura cognationis. i. poſſe ſuccedere in hæreditatibus ſuorū per ius cognationis. *Alieniſſimi*) Extranei, tanquam illos ſanguine non contingentes. nam ab his vigeſima exigebatur. *Maximum beneficium*) Donatio ciuitatis Romanæ. *In grauiſſimam iniuriam*) Cùm vigeſima auferretur bonorum relictorum tanquam non eſſent ciues. *Inſtar odij*) Tanquam odium dicimus. inſtar Latinè ſine ad, & minus vſitatè cū ad, quod ſubinde reperies apud Apuleium *Orbitatis*) Quæ priuaret ciues debita hæreditate. *Pignora*) Cognationes, quæ ſunt hypothecæ amoris. *Salua ipſorum pietate*] Etiam ſi inter ſe mutuò dilexiſſent. *Diſtraheret*) Separaret. *Noſtri*) Romani. *Compenſare Romanam ciuitatem*) Contentos eſſe vigeſimam ſoluere, & cognationum iure priuari, modò ciues Romani eſſent. *Gratuita*) Romana ciuitas gratis dari ſine onere vigeſimæ. *Tam magno precio*) ſcilicet tributo vigeſimæ, & affinitatum priuatione. *Pater tuus*) Nerua. *Per-*

uenißet] Siue condito teſtamento, ſiue ab inteſtato. *Cognationum iura*) Vt proximior adiret hæreditatem. *Non recepiſſent*) Non impetraſſent. *Eius*) Peculii. *Ne darent*) Ne publicano ſoluerent. *Immunitatem*) Ab onere vigeſimæ. *Reductus eſſet in patris poteſtatem*) Dupliciter poſſunt filii reduci in patriam poteſtatē. ſi emancipati iterum reuertantur ad patrem, aut ab hoſtibus capti iure poſtliminii, ſicut ſequentia indicant. nam niſi reducti eſſent in patriam poteſtatem, bona eorum pertinent ad quos pertinerent. eſt autem poſtliminium ius amiſſæ rei recuperandæ, ab extraneo in ſtatum priſtinū reſtituendæ moribus legibúſque conſtitum. quod adeptus quis eſſe dicitur, cùm extra limina, hoc eſt, terminos prouinciæ in captiuitate detentus, rurſus ad propria limina reuertitur. hinc Iuſtinianus titulo quibus modis ius patriæ poteſtatis diſſoluitur: dictum aſſerit, poſtliminium à limine & poſt. vnde cum qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum eſſe dicimus. nam limina ſicut in domibus finē quēdā faciunt, ſic & imperii finem limen eſſe veteres voluerunt. hinc & limes dictus eſt, quaſi finis quidam & terminus. ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ab eodem limine reuertebatur, quo amiſſus erat. plura iuriſconſulti, præſertim. ff. xlix de captiuis & poſtliminio reuerſia, & ab hoſtibus captis. pariter viii. codicis.

inſolenter, ac penè impiè his nominibus inſeri publicanum. nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines, velut intercedente vigeſima ſcindi. nullum eſſe tanti vectigal, quod liberos, ac parentes faceret extraneos. Hactenus ille, parcius fortaſſe quàm decuit optimum principem, ſed non parcius quàm optimum patrem. qui optimum adoptaturus, hoc quoque parentis indulgentiſſimi fecit, quòd delibaſſe quædam, ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam ac propè intactā benefaciendi materiā filio reſeruauit. Statim ergo muneri eius liberalitas tua aſtruxit, vt quēadmodū in patris filius, ſic in hæreditate filij pater eſſet immunis. nec eodē momento quo pater eſſe deſiiſſet, hoc quoque amitteret quod fuiſſet. egregiè Cæſar quòd lacrymas, parentum vectigales eſſe non pateris. Bona filÿ pater ſine diminutione poſſideat, nec ſocium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus. nemo recentem & attonitam orbitatem

Inſolenter) Superbè. *His*) Nominibus. parentum & liberorum. *Publicanum*) Publicum exactorem vigeſimæ. de publicanis alibi multa. *Piaculo*) Scelere, monſtro. *Extraneos*) Tanquam inter ſe alienos. *Ille*] Nerua *Hactenus*) Hoc tantùm de vigeſimis ſanxit. *Quàm optimum patrem*) Decuit. *Adoptaturus*) Te filium optimum. *Hoc*) Officium. *Delibaſſe*) Tetegiſſe, pauca remiſiſſe, tranſlatio à guſtatoribus. *Quædam*] De vigeſimis. *Seu p.*] Correctio. *Demonſtraſſe*] Traiano. *Propè*) Intactam, delibatam *Muneri*) Legi vigeſimæ. *Aſtruxit*) Addidit. tranſlatio à ſtrue lignorum. *Filius eſſet i*] In hæreditate patris. *Immunis*) Liber ab onere vigeſimæ. *Quod fu.*) Bona filij quibus videbatur fuiſſe pater. *Egregiè*) Feciſti. *Lacrymas*) Orbitatem. *Vectigales*) Obnoxiaa vigeſimæ. *Bona filÿ*] Vt militis & emancipati, quæ etiam ab inteſtato ad proximiores deuoluuntur. *Diminutione*) Viceſimæ. *Socium*] Aliquem participem. *Habet*] Socium. *Nemo*) publicanus, *Attonitam*) ſtupidam, mentis inopem. *Orbitatem*] Orbos parentes. denominatio.

ad computationem vocet, cogátque patrem, quid reliquerit filius ſcire. Augeo P. C. principis munus, cùm oſtendo liberalitati eius ineſſe rationem. ambitio enim, & iactantia & effuſio, & quiduis potius quàm liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat. Dignum ergo imperator manſuetudine tua minuere orbitatis iniurias, nec pati quenquam filio amiſſo inſuper affici alio dolore. ſic quoque abunde miſera res eſt pater filio ſolus hæres: quid ſi cohæredem non à filio accipiat? Adde quòd cùm diuus Nerua ſanxiſſet, vt in paternis bonis liberi neceſſitate vigeſimæ ſoluerentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim poſteris amplior honor quàm maioribus haberetur? cúrue non retro quoque recurreret æquitas eadem? Tu quidem Cæſar illam exceptionem remouiſti. ſi modò filius in poteſtate patris fuiſſet, intuitus opinor vim, legémque naturæ, quæ ſemper in ditione parentum eſſe liberos iuſſit. nec vti inter pecudes, ſic inter homines poteſtatẽ & imperium valentioribus dedit. Nec verò contentus primum cognationis gradum abſtuliſſe vigeſimæ, ſecundum quoque exemit, cauitque vt in ſororis bonis frater, & contrà

Ad computationem] Ad calculum hæreditatis. vt inde demetur vicesima. *Ineſſe rationem*] Ratione vigeſimam remiſiſſe. *Effuſio*) Prodigalitas. qua poſſumus incuſare Neronem, qui bis, & vicies mille ſeſtertiûm donationibus effudit. *Ratio non c.*] Nulla honeſta ratio appareat. *Dignum*) Eſt res digna. *Iniurias*) Calamitates. *Inſuper Vltra d.*) Quem patitur in obitu filii. *Sic* Per ſe. *Solus*) Orbus. *Quid*] Perinde ac ſi diceret, nonne miſerrimum? *Non à filio*] Sed à fiſco, vt prius accidebat. *Neceſſitate*] Onere. *Congruens*] Conueniens, æquum. *Poſteris*) Minoribus, id eſt filiis. *Amplior*] Vt ſoluti eſſent à neceſſitate vigeſimæ, patres verò non. *Maioribus*] Patribus. *Retro recurreret*] Reſpiceret, reuerteretur, ad maiores retro graderetur. *Aequitas*] Inter ius & æquitatem hoc intereſt. ius eſt quod omnia recta & inflexibilia exigit: æquitas, quæ de iure multum remittit, referente Donato. Apuleius. ix. tradit ſiniſtram æquitati ſacratam, quòd nulla calliditate, nulla ſolertia ſit prædita. Sed Plautus & Catullus eam furtiuam appellant. *Si modò filius in poteſtate patris*] Verba iſta fuerant in edicto Neruæ. *Intuitus*] Reſpexiſti. *Vti inter pecudes*) Comparatio. *Valentioribus*) Per hoc apertè oſtenditur capros ab hoſtibus intelligere. *Abſtuliſſe Vigeſimæ*] Liberaſſe ab onere vigeſimæ. *Primum*] Parentis & filii. Caius iſta de gradibus affinitatum ſcripſit: gradus cognationis, alii ſuperioris ordinis ſunt, alii inferioris, alii ex trãſuerſo, ſiue à latere. ſuperioris ſũt ordinis parẽtes, inferioris liberi, ex trãſuerſo ſiue à latere, fratres & ſorores, liberiq; eorũ. ſed ſuperior quidẽ & inferior cognatio à primo gradu incipit. ex trãſuerſo ſiue à latere nullus eſt prim⁹ grad⁹. & ideo incipit à ſecundo. itaq; primo gradu cognationis, ſuperioris quidẽ & inferioris ordinis cognati, poſſũt cõcurrere. ex trãſuerſo verò nunquã eodẽ gradu quiſquã concurrere poteſt: at in ſecundo, ac tertio, & deinceps in cæteris poſſunt etiam ex tranſuerſo quidem concurrere, & cum ſuperioris ordinis cognatis. primo igitur gradu ſunt ſuprà, pater & mater: infrà filius filia. ſecundo ſunt gradu ſuprà, auus auia: in-

frà nepos neptis: ex tranſuerſo, frater ſoror, & quæ illic tractantur latius. *Secundum*] Fratris & ſororis ex tranſuerſo.

In fratris] Bonis, traductio color: nam eadem verba ſine vitio frequenter repetuntur. *Illi*] Neptis & nepos. *Immunes*] Liberæ à vectigali vigeſimæ. *Per Latium*] Iure Latij. *Patuiſſet*] Data eſſet. *Idem*] immunitatem Vigeſimæ. *Commiſit*] Coniunxit, nã intercedente 20. videbatur diſiuncta. *More naturæ*] Quæ omnia pariter omnibus diſpenſat. *A ſingulis*] Per priuilegia. *Geſtiebant*] Volebant, appetebant. *Spiritus*] Magnanimitatis. *Gentilitates*] Familias, domos. *Deferre*] Dare ſponte non petentibus. *Eripere ſibi*] Priuare ſe. nam per has conceſſiones multos obligaſſet, ſingulis ſingulas concedendo. *Imputandi*] Ingratis videlicet. *Sorores eſtis*] Fingit hæc dici potuiſſe à Traiano. *Vt ſitis*] Vt ſiatis immunes ſcilicet à vigeſima *Vobis eſtis*] Per vos & ſine priuilegio. *Qui*] Traianus *Dare*] Concedere vigeſimam per priuilegium. *Auferre*] Iniuſtè, & vi, vt Domitianus conſueuerat *Adire honores*] Municipali iure magiſtratus petere poterant, perinde ac ſi ciues Romani eſſent. *Hoc edictum*] Tuum. *Deſtituet neceſſitud.*] Separabit à neceſſitudine. *Velut truncum abruptum & amputatum*] Tanquã à familia ſua excluſum: eſt autẽ tranſlatio. ſic Iuuenalis ſatyra tertia tanquã Mancus, & extincta corpus non vtile dextra. *Pignoribus*] Cognationib⁹, lata ſignificatione, more ſuo. *Honeſtiores*] Facti vigeſimæ immunitate. *Ac ne remotus quidẽ*] Longè ſcil. à cognatione vt in v. & vi. gradu. in illo cẽtũ octoginta quatuor cõtineri perſonas. in hoc verò quadraginta octo teſtis eſt Paul⁹. ſeptimũ autem gradũ quis excedit? quatenus vltra eũ ferè rerũ natura cognatorũ vitã conſiſtere nõ patitur, ibidẽ referẽte Modeſtino. *Qualibet*] Minima cauerat præterea Traianus, vt vſque ad ſeptimũ affinitatis gradum modò eſſet parua hæreditas, omnes ſoluerentur onere vigeſimæ.

in fratris ſoror, vtque auus auia in neptis nepotiſque, & inuicem illi ſeruarentur immunes. His quoque quibus per Latium ciuitas Romana patuiſſet, idem indulſit, omnibúſque inter ſe cognationum iura commiſit ſimul & pariter, & more naturæ: quæ priores principes à ſingulis rogari geſtiebant, non tam præſtandi animo quàm negandi. Ex quo intelligi poteſt quantæ benignitatis, quanti ſpiritus fuerit, ſparſas atque vt ita dicam, laceras gentilitates colligere, atque connectere, & quaſi renaſci iubere, deferre quod negabatur: atque id præſtare cunctis, quod ſæpe ſinguli non impetraſſent. Poſtremo ipſum eripere tot beneficiorum occaſiones, tam numeroſam obligandi imputandique materiam. indignum credo ei viſum ab homine peti, quod dij dediſſent. Sorores eſtis, & frater, auus, & nepotes: quid eſt ergo cur egetis: vt ſitis, vobis eſtis. Qui pro cætera ſua moderatione non minus inuidioſum putat dare hæred tatem, quàm auferre. Læti ergo adite honores, capeſſite ciuitatẽ, neminem hoc neceſſitudinis abruptũ velut truncum amputatúmque deſtituet iiſdem omnes quibus antè pignoribus, ſed honeſtiores perfruentur. ac ne remotus quidem, iámque deficientis affinitatis gradus à qualibet quantitate vigeſimam inferre cogetur. ſtatuit enim.

communis omnium parens ſummam quæ publicanum pati poſſit. Carebit onere vigeſimæ parua & exilis hæreditas: etſi ita gratus hæres volet, tota ſepulchro, tota funeri ſeruetur: nemo obſeruator, nemo caſtigator aſſiſtet. Cuiuſcunque modi ea pecunia ex hæreditate alicuius obuenerit, ſecurus habeat quietúſque poſſideat. Ea lex vigeſimæ dicta eſt, vt ad periculum eius perueniri, niſi opibus, non poſſit. Conuerſa eſt iniquitas in gratulationem, iniuria in votum: optat hæres vt vigeſimam debeat. additum eſt vt qui eiuſmodi ex cauſis in idem edicti vigeſimam deberent, nondum tamen intuliſſent, non inferrent. At in præteritum ſubuenire ne dij quidem poſſunt: tu tamen ſubueniſti, cauiſtique vt deſineret quiſque debere quod non eſſet poſtea debiturus. Idem feciſti, ne malos principes habuiſſemus, quo ingenioſi natura pateretur, quàm libenter tot ſpoliatis, tot trucidatis ſanguinem & bona refudiſſes? Vetuiſti exigi quod deberi non tuo ſeculo cœperat. Alius vt contumacibus iraſceretur, tarditatémque ſoluendi dupli, vel & quadrupli irrogatione mulctaret: tu nihil referre iniquitatis exiſtimas, exigas quod deberi non oportuerit, an conſtituas vt debeatur.

Communis omnium parens] Traianus pater patriæ. circuitio. *Summam*] Magnam hæreditatem, obnoxiam vigeſimæ. *Tota ſepulchro*] Caput etiam in ea ſanctione fuit: at ſi quis quantumuis magnam hæreditatem funeri & ſepulchro faciundo totam impenderet, onere vigeſimæ careret. *Obſeruator*] Cuſtos publicanus. *Cuiuſcunque modi*] Siue iure affinitatis, ſiue alio. *Ea pecunia*] Funeri impendenda. *Dicta eſt*] Edicto ſancita. *Periculum*] Onus. *Opibus*] Magna hæreditate. *Iniquitas in gratulationem*] Contrarium. *Vt vigeſimam debeat*] Vt ſit tam ampla hæreditas, per quam debeat vigeſimam. *Additum*] Ordo: additum eſt in idem edicti, id eſt, aliud caput continetur in eodem tuo edicto, vt omnes qui fiſco aliquid in præterito vigeſimæ cauſa debuiſſent, ſoluerentur. eſt autem tranſgreſſio, perturbans ordinem verborum traiectione, quæ ſi rem nō reddit obſcuram, multum proderit ad continuationes. ſed maius remiſit debitum Adrianus, per edictum condonando omnia, ſiue ea ad ſe pertinerent, ſiue ad ærarium. decennium præſcribens à quo tempore debere quiſquam deſineret, nec poſtea debiturus eſſet. *Eiuſmodi*] Per hæreditates. *Intuliſſent*] In fiſcum. *Non inferrent*] Non tenerentur. *Subuenire*] Emendare præterita. Annibal enim apud Liuium præterita dixit magis reprehendi, quàm corrigi poſſunt. *Nec dij quidem poſſunt*] In eandem ſententiam iam ſcripſerat Plinius ſenior libro ſecūdo, vbi de deo agit nec inquit, potes facere, vt qui vixit non vixerit, qui honores geſſit non geſſerit, nullum habere in præterita ius præterquam obliuionis. *Debere*] Ærario vigeſimam præteriti. *Quod*] Vectigal. *Poſtea*] In futurum in caſibus prædictis. *Feciſti*] Dum abſoluis à præteritis. *Ne malos pri.*) Remittendo quæ ſub malis principibus fiſco debebantur. *Quo ingenio*] Quanta diligentia. an potius, quo relatiuè accipiatur. *Si natura p.*] Si fieri poſſet. *Refudiſſes*] Reddidiſſes, reſtituiſſes. *Sanguinem*) Vitam trucidatis. *Et bona*) Spoliatis à Domitiano. Dionis abbreuiator memorat Neruam reſtituiſſe omnes facultates quaſcunque in fiſco comperit, iniuſtè ſpoliatis à Domitiano. *Non tuo ſeculo*) Cùm nondum imperares. *Alius*) Princeps. *Vt contumacibus*) Tanquam

quam iis qui in tempore non ſatisfeciſſent. *Irrogatione*] Collatione, pœna. *Mulctaret*) Puniret. mulcta propriè pecuniaria, quamuis interdum ad alia trahatur. *Referre nihil iniquitatis*) Eandem eſſe iniquitatem. *Exigas*) Si redimus. *Non oportuerit*] In præteritum. *An conſtituas*) In futurum.

Feres Cæſar curam & ſolicitudinem conſularem. nam mihi cogitanti, eundem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, delatores abegiſſe, vectigalia temperaſſe: interrogandus videris, ſatiſne computaueris imperij reditus, an tantas vires habeat frugalitas principis, vt tot impendijs, tot erogationibus ſola ſufficiat. Nam quid eſt cauſa cur alijs quidem, quum omnia raperent, & rapta retinerent, vt ſi nihil rapuiſſent, defuerint omnia: tibi, quum tam multa largiaris & nihil auferas, omnia ſuperſint? Nunquam principibus defuerunt qui fronte graui, & triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci contumaciter adeſſent, & erant principes ipſi ſua ſponte auidi & rapaces, & qui magiſtris non egerent: plura tamen ſemper à nobis contra nos didicerunt, ſed ad tuas aures cùm cæteris omnibus, tum vel maximè auaris adulationibus obſtructus eſt aditus. Silent ergo & quieſcunt, & poſtquam non eſt cui ſuadeatur, & qui ſuadeant non ſunt. Quo euenit vt tibi cùm plurimum pro tuis, tum

Feres) Patienter ſuſtinebis. eſt autem licentia aſtutior, qua aliquem obiurgamus quomodo ſe cupit obiurgari. præterea color, frequentatio, cùm res in tota cauſa diſperſæ coguntur in vnum locum, quo grauior, aut acrior oratio ſit. *Solicitudinem conſular.*) Curam mei cõſulis: cuius proprium curare publica. *Collationes*) Extraordinaria vel ſuperindicta tributa. duodecimus Codicis titulus eſt de collatione fundorum, vel rei priuatæ, vel dominicæ, vel ciuitatum, vel templorum. & decimus eiuſdem de collatione donatorum, vel releuatorum, aut translatorum, ſeu adæratorum. poſt quē ſequitur titulus de collatione æris. *Congiarium obtuliſſe*) Compar, graue & ſimiliter deſinens. *Imperij reditus*) Nam cùm vectigalia ſecundum Ciceronem, pro Cornelio Pompeio, ſint nerui reipublicæ, debet princeps impenſas, & reditus diligenter computare, vt ſi ingruerit neceſſitas, eas tanquam ſubſidia opportuna paratas habeat. alij enim principes cum largitionibus ordinarios reditus exhauſerant, conuertebantur ad rapinas. pecuniarum autem in theſauris Romanorum ſcribit Appianus Ægyptiorum talentorum quatuor & ſeptuaginta millia ſuis temporibus fuiſſe. *Frugalitas*] Temperentia ab impenſis ſuperfluis. *Sufficiat*] Satisfaciat. quod .ſ. donat, remittit, id frugalitate ſuppleat. *Alijs*] Principibus. Domitianum imprimis notat. *Omnia*) Hyperbole. *Fronte graui*] Cum ſeueritate. ſic Martialis: Triſte ſupercilium, duríque ſeuera Catonis Frons. *Contumaciter*) Superbè. *Adeſſent*] Fauerent. *Sua ſponte*] A natura. *Magiſtris*] Inſtructoribus, monitoribus. *Plura*] Plures rapiendi vias. *A nobis*) A malis ſubornatoribus. *Contra nos*) In ciuium perniciem & detrimentum. *Obſtructus*] Clauſus. *Silent*] Auari adulatores. Philoſtratus libro ſeptimo, recitat ſub Domitiano comparatas accuſationes aduerſus ditiſſimos, quòd immenſæ diuitiæ contumeliam parerent, & ceruicem ſupra multos extollerent, & animos erigerent, nec obtemperare legibus ſinerent. alius item accuſatus eſt, quòd Tarenti ſacrificans

publicis precibus non addiderat Domitianum eſſe Palladis filium. alius quòd in inſulam receſſiſſet tanquam interfecto parente.

pro noſtris moribus debeamus. Locupletabant, & fiſcum, & ærarium, non tam Voconiæ, & Iuliæ leges, quàm maieſtatis ſingulare, & vnicum crimen eorum, qui crimine vacarent. huius tu metum penitus ſuſtuliſti, contentus magnitudine, qua nulli magis caruerunt, quàm qui ſibi maieſtatem vindicabant. Reddita eſt amicis fides, liberis pietas, obſequium ſeruis. verētur & parent, & dominos habent:

Pro noſtris moribus] Facis enim vt vel inuiti careamus adulandi morbo. *Voconiæ*] Voconius legem tulit autore Pediano, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus, hęredem relinqueret filiam. Gellius tamen decimonono, Quid inquit vtilius plebiſcito Voconij de coercendis mulierum hæreditatibus? nã Marcus Tullius pro Cornelio Balbo dixerat. apud maiores noſtros legem tulit Quintus Voconius, de mulierum hæreditatibus. idem in Verrem, C. Voconius ſanxit nequis hæredem virginem néve mulierem faceret. & diuus Auguſtinus tertio de ciuitate Dei. lata eſt lex Voconia, ne quis hæredem fœminam faceret, nec vnicam filiam. *Iuliæ leges*] Apud Iuriſconſultos legimus multas leges appellatas Iulias. nam Digeſtis & in Codice titulus eſt ad legem Iuliam maieſtatis. ad legem Iuliam de vi publica. item repetundarum. ad legem Iuliam de vi priuata. ad legem Iuliam de annona. ad legem Iuliam peculatus. ad legem Iuliam ambitus. Iuliæ legis de maritandis ordinibus, meminerunt Apuleius & Tranquillus. ſed imprimis monſtraſſe autumo legem Iuliam in adulteros & ſtupratores, ab Auguſto latam, autore Vlpiano, quam Domitianus deſuetam reuocauerat Martialis teſtimonio. Iulia lex populis ex quo Fauſtine renata eſt, Atque intrare domos iuſſa pudicitia. *Maieſtatis*] Quamuis ſuprà quid ſit maieſtas enarrauimus, addam tamen non importunè, maieſtatem minuere eſſe de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate imperij Romani aliquid derogare. crimen ſecundum Vlpianum ad legem Iuliam maieſtatis ſacrilegio proximum. quod Tiberius atrociter puniuit. nam cùm Tacitus libro tertio ſcribat, Ancharium poſtulaſſe Caſium Cordum de repetundis addito, inquit, maieſtatis crimine, quod tum omnium accuſationum complementum erat. & non multò poſt maieſtatis crimina ſubdebantur vinculum & neceſſitas ſilendi. Nero autem inſtituit, vt lege maieſtatis dicta factáque omnia, quibus modò delator non deeſſet, tenetentur. & Domitianus quoſdam maieſtatis reos in curiam induxerat, quibus more maiorum condemnatis liberum mortis arbitrium permiſit ſcribenre Tranquillo. lege .ff. quadrageſimoctauo, ad legem Iuliam maieſtatis. quot criminum ſpecies complectatur crimen læſæ maieſtatis. *Locupletabant*] Paulus & Martianus Iuriſconſulti teſtantur bona reorum maieſtatis læſæ, etiam poſt mortem fiſco applicari, filios autem eorum Honorius & Arcadius conſtituerunt ab omnibus bonis paternis & maternis repelli, & ab omni alia quauis hæreditate & ſucceſſione; Falcidiam tantùm filiabus ex bonis matris relinquunt: maieſtatis damnati capite plectuntur. *Eorum*] Ciuium. *Qui crimine vacarent*] Innocentium. *Magnitudine*] Maieſtatis amplitudine. *Vindicabant*] Sibi vſurpabant. malè enim terrore veneratio acquiritur. at Traianus ſi Dioni credimus magis amari à Romanis quàm timeri gaudebat. *Amicis fides*] Non amplius ſe inuicem reos agunt, neque liberi parentes, neque ſerui dominos. *Verentur & parent*] Lego apud Dionē Neruam ſeruos atque libertorum plurimos

dominis & patronis inſidiatores, ad vnum occidi imperaſſe, & ne ſerui in poſterum dominos criminarentur, edicto vetuiſſe. quod etiam feciſſe Traianum Martialis in laudem eius refert libro decimo, Qui ſua reſtituis ſpoliato iura patrono: Libertis exul non erit ille ſuis.

non enim iam ſerui principis noſtri amici, ſed nos ſumus. nec pater patriæ alienis ſe mancipijs chariorē, quàm ciuibus ſuis credit. omnes accuſatore domeſtico liberaſti, vnóque ſalutis publicæ ſigno illud (vt ſic dixerim) ſeruile bellum ſuſtuliſti. in quo non minus ſeruis quàm dominis præſtitiſti. hos enim ſecuros, illos bonos feciſti. non vis interea laudari? nec fortaſſe laudanda ſint: grata ſunt tamen recordantibus principem illum in capita dominorum ſeruos ſubornantem, monſtrantémque crimina, quæ tanquam delata puniret. magnum & ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum, quoties quiſque ſimiles principi ſeruos haberet. In eodem genere ponendū eſt, quòd teſtamenta noſtra ſecura ſunt,

Non enim) Ordo eſt, non enim iam ſerui noſtri ſunt amici principis, ſed nos ſumus. nam Claudius libertis ſuis omnia credidit & indulſit. ſic Galba: & Suidas memorat Caium ſanxiſſe vt ſerui dominos de quocunque crimine poſſent accuſare Hermogenianus. ff. v. reſpondet, lege permiſſum ſeruis incertis caſibus contra dominos conſiſtere. *Mancipijs*) Seruis. *Omnes*) Dominos *Seruile bellum*) Permutatio. nam ſeruorum in dominos coniurationem, ſeruile bellum vocauit, reſpiciens ad illud: quod in Sicilia ortum, cùm à prætoribus opprimi minimè valuiſſet, Cn. Fuluio conſuli mandatum eſt. cuius belli initium fuit Eunus ſeruus, natione Syrus, qui contracta agreſtium ſeruorum manu, & ſolutis ergaſtulis, iuſti exercitus numerum impleuit. Cleon quoque alter ſeruus ad ſeptuaginta millia ſeruorum contraxit, & copiis iunctis contra populum Romanum exercitúmque eius, bellum ſæpenumero geſſerunt. hæc Liuius & Marcellinus. *Non minus præſtitiſti*) Non minorem opem tuliſti. *Hos*) Dominos. *Securos*) A delatione ſeruorum. *Nec fortaſſe*) Diminutio, id eſt, ponamus quòd non ſint laudanda. *Illum*) Potius intelligo Domitianum quàm alium, in quem recenti ſcelerum memoria gladium oratorium diſtringit, cùm is cuilibet accuſatori crediderit. *In capita*) In perniciem. *Subornantem*) Clanculum inſtruentem; quid obiecturi eſſent, eſt enim ſubornare, falſum inſtruere aliquem, ſemotis arbitris. & ſemper in malum vſurpatur: Liuius quarto belli punici. militem ſubornauit, vt Syracuſas perferret nuncium conuenientem eis quæ ad Mylam falſò nunciata erant. Tranquillus: Iulius Cæſar ſubornauit, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret. *Delata*) Ab alio explicata, detecta. *Similes principi*) Malos. *In eodem genere*) Similiter laudandum. *Secura*) Rata, libera. Claudium ferunt renuiſſe ab vllo qui cognatos haberet ſe relinqui hæredem, & publicatas ab aliis imperatoribus hæreditates ſuis reſtituiſſe. Pertinacem verò tradit Capitolinus legem tuliſſe, vt teſtamēta priora nō prius eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent, néve ob hoc fiſcus aliquādo ſuccederet: ipſéq; profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hæreditatē, quæ aut adulatione alicuius eſſet delata, aut lite, aut perplexa, vt legitimi hæredes & neceſſarij priuareotur. idē Iuſtinianus in Inſtitutionib⁹: diu⁹, inquit, Pertinax expreſſit nō admiſſurum ſe hæreditatem eius qui litis cauſa principē reliquerit hæredē, neq; tabulas, non legitimè factas, in quibus ipſe ob eā cauſam hæres inſtitutus erat, probaturū.

rientia oſtendis principem, qui ametur à ſuis, non ſolùm maiorem laudem, ſed etiam pecuniam ſibi comparare ab amicis, illum vltrò hæredem relinquentibus, quàm illos qui cogebant ciues ſe nuncupare hæredes. *Sit ne.*) An ſit. cùm verè ſit. *Pater tuus*) Nerua.

Donauit pater tuus multa, & ipſe donaſti: ceſſerit parum gratus, manent tamen ij, qui bonis eius fruantur, nihilque ex illis ad te niſi gloria redit. nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus, facit. Sed quis ante te laudem iſtam pecuniæ prætulit? quotusquiſque principum ne id quidem in patrimonijs noſtris ſuum duxit, quod eſſet de ſuo? nõne vt regum, ita Cæſarum munera illitos cibis hamos, opertos, præda laqueos, æmulabantur, cùm priuatis facultatibus velut hauſta & multiplicata, retro ſecum quicquid attigerant referrent? Quàm vtile eſt ad vſum ſecundorum per aduerſa veniſſe. Vixiſti nobiſcum, periclitatus es, timuiſti, quæ tunc erat innocentium vita: ſcis & expertus es, quantopere deteſtentur malos principes, etiam

Donauit multa) Nam quaſcunque pecunias in regiis theſauris comperit reliquas, iniuſtè ſpoliatis à Domitiano reſtituit pauperibus Rom. decies quinquagies centena millia erogauit, agróſque ſua pecunia coemptos præpoſitis ſenatorij ordinis viris, qui illos egenis diuiderent. nihilo ſegnior in amicos extitit, compluribus ingentia beneficia conferens. nam Philoſtratus in vitis Sophiſtarum, tradit Atticum declamatoris Herodis patrem domi ſuæ theſaurum ingentem effodiſſe, ac Neruæ imperatori ſcripſiſſe, quid placeret fieri de illo, cui Cæſarem reſcripſiſſe inuento vti debere. verùm Atticus ſibi metuens, iterum ſcripſit. ſed inuentum excedit priuatam conditionem. ad quæ imperator reſcripſit: etiam pro arbitrio tuo abutere. *Ceſſerit parum gratus*] Etſi aliquis horum inuentus eſt parum gratus erga illum. vel deceſſerit parum gratus, ſi aliquis horum donatus à patre tuo deceſſit, prætérito te in teſtamento. *Manent*] Viuunt ſine diſcrimine hæredes ingrati defuncti. *Eius*] Neruæ. *Illis*) Bonis, quæ pater tuus elargitus eſt. *Clariorem*) Illuſtriorem, notabiliorem. ſententia duplex. *Sed quis?*) Interrogatio, quæ hoc agit vt neges. *Prætulit laudem iſtam pecuniæ*) Potius voluit laudari quàm habere pecuniam. *Quotus quiſque*) Nullus eſt qui. *In patrimonijs noſtris*) Quod à maioribus & parentibus tranſmiſſum fuerat ad nos. *Duxit*) Putauit. *Quod eſſet de ſuo*) Quod ipſe & ſuperiores principes donaſſent. *Illitos cibis hamos*) Contectos eſca vncos, quibus piſces capiuntur. ſic & munerib. homines illaqueantur. Martialis captatores notans. Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus: Callida ſic ſtultas decipit eſca feras. *Illitos cibis hamos, opertos præda laqueos*) Tres exornationes notari poſſunt compar, ſimiliter cadens, permutatio *Multiplicata*) Longè maiora munera. *Referrent*) Hæredes inſtituti Cæſares. *Priuatis*) A priuatis. *Quicquid attigerant*) Cuicunque aliquid donaſſent. *Ad vſum ſecundorum*) Ad felicitatem. *Per aduerſa*) Quæ faciunt vt bona melius intelligamus. nam idem dixit: habet has vices conditio mortalium, vt aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda noſcantur. *Periclitatus es*] Nobiſcum ſub Domitiano, quoniam malis principibus virtus formidoloſa eſt. nam omnium primatum dies & horas, quibus nati erant inquirens, nõ paucos etiam eorum, qui deſperabant aliquam potentiam conſequi, interfecit. M. Tullius de Oratore, Magna laus illa & admirabilis videri ſolet, tuliſſe caſus ſapienter aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.

qui malos faciunt. meminiſti quæ optares nobiſcum, quæ ſis queri ſolitus. nàm priuato iudicio principem geris. meliorem immò te præſtas, quàm tibi alium precabare. Itaque ſic imbuti ſumus, vt quibus erat ſumma votorum, melior peſſimo princeps, iam non poſſimus niſi optimum ferre. Nemo eſt ergo, tam tui, tam ignarus ſui, vt locum ipſum poſt te concupiſcat. facilius eſt, vt eſſe aliquis ſucceſſor tuus poſſit, quàm vt velit. quis enim curæ tuæ molem ſponte ſubeat? quis comparari tibi nō reformidet? Expertus & ipſe es, quàm ſit oneroſum ſuccedere bono principi. & afferebas excuſationem adoptari. an prona paruáque ſunt ad æmulandum, quòd nemo incolumitatē turpitudine rependit? Salua eſt omnibus vita, & dignitas vitæ: nec iā conſideratus, ac ſapiens, qui ætatē in tenebris agit. Eadem quippe ſub principe virtutibus præmia, quæ in libertate: nec benefactis tantùm ex conſcientia, ſed etiā præmia ſunt merces. Amas conſtantiam ciuiū, rectóſq; ac viuidos animos, nō vt alij contundis ac deprimis, ſed foues & attollis. Prodeſt bonos eſſe,

Qui malos faciunt] Adulatores. circuitio. *Quæ*] Qualem principem. *Quæ*] Domitiani ſcelera. *Principem geris*) Es princeps. *Priuato iudicio*] Cùm rectè ſcias priuatorum iudicia de principe. vel te talem geris in principatu, qualem priuatus tibi principem optabas. *Alium*) Principem eſſe. *Imbuti*] Aſſueti. *Quibus*] Nobis. *Summa votorum*] Summum votum, vt nobis daretur. *Melior*] Minus malus. *Peſſimo*] Domitiano. *Niſi optimum*] Tibi ſimilem. *Ignarus tui*] Alienus à cognitione tui. *Tam ignarus ſui*] Tam ſtultus. *Locum ipſum*] Imperij habenas. *Poſt te*] Poſt obitum tuum. Affectauit tamen imperium Adrianus poſt mortem Traiani: quamuis non deſtinatus, neque ab eo adoptatus, ſed potiſſimum fauente Plotina Cæſar creatus, multum Traiano diſſimilis, ſed non contemnendus imperator. *Poſſit*] Eſſe neceſſario. *Quàm vt velit*] Quàm voluntate cùm videat non poſſe tua veſtigia ſubſequi. *Molem*] Pondus. *Comparari tibi*] Quis non diffidat tuas virtutes æquare? *Bono principi*] Neruæ. *Adoptari*] Cur non debes adoptari à bono, cùm difficile eſſet illum imitari? *Prona*] In promptu. *Nemo rependit incolumitatem turpitudine*] Nullus imperator incolumes facit, & abſoluit viros, quòd ſint turpes, & probroſi, vt olim fiebat. & vt apertius dicam, nemo cogitur eſſe turpis, vt incolumis fiat. nam ſcimus Neronem profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoque conceſſiſſe delicta. *Dignitas vitæ*] Quia dignitates aſſequitur non flagitiis, ſed virtutibus. perpulchrè Cicero dixit ſcripſiſſe Platonem, quales in republica principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe ciues & Theopompus, referente Athenæo, recitauit, Philippum Alexandri patrem, extitiſſe prodigum & lurconem, vnde amicos eius talibus vitiis laboraſſe nam multos illi ſimiles: alios breui regio luxu corruptos ad eam vitam defluxiſſe. *Conſideratus*] Habetur. *In tenebris*] Sine honore, in ocio, in ſeceſſu, vt faciebant ſub Domitiano. *Præmia*] Sunt conſtituta. *Virtutibus*] Viris bonis. *Quæ*] Erant ordinata. Nec tantùm ex conſcientia merces benefactis. nam ſæpius factorum ſuorum conſcientiam præmium facit. in primo enim epiſtolarum: meminimus, inquit, quanto maiore animo fructus honeſtatis in conſcientia quàm in fama reponatur. ſub Traiano verò non ſolùm hoc, ſed

etiam honorum & diuitiarum pro virtutibus præmium reportabant boni. ſapiens enim etſi nulla re indigeat, tamen autore Seneca, multis illi rebus opus eſt. merces nominatiui caſus eſt, dicta, à merendo, quanquam apud iuriſconſultos merx pro mercimonio legatur, cuius accuſatiuum pluralem merces Ouidius in Heroidibus protulit. Nec me crede fretum, merces portante carina Findere. apud Nonium ſic ſcriptum inurnies. merx & mercatura hoc diſtant, quod merx eſt ſpecies ipſa, mercatura eſt actus ipſe. mercatus autem locus in quo agitur mercatura. *Rectos*] Iuſtos. *Vt alij*] Principes ſolebant. Tacitus memorat Corbulonem iam bellum Caucis Germanis parantem, literis Claudij repreſſum. quoſdam enim dicere ſolitos apud principem: Quicquid proſperè feciſſet Corbulo, id caſurum in reip. damnum, formidoloſum paci virum inſignem & ignaro principi pergrauem.

cùm ſit ſatis, abundéque ſi non nocet. his honores, his ſacerdotia, his prouincias offers. hi amicitia tua, hi iudicio florent. acuuntur iſti integritatis & induſtriæ precio, ſimiles diſsimiles alliciuntur. nam præmia bonorum, malorúmque, bonos ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio valent, vt non turpe honeſtúmque, prout bene ac ſecus ceſsit, expetant, fugiántve. cæteri, vbi laboris, inertiæ, vigilantiæ ſomno, frugalitatis luxuriæ, merces datur: eadem iſta quibus alios artibus aſſecutos vident, conſectantur: quáléſque ſunt illi, tales eſſe, & videri volunt. & dum volunt, fiunt. & priores quidem principes excepto patre tuo, præterea

Cùm ſatis ſit] Bonis viris. *Si non nocet*] Vt fieri ſolebat ſub malis principibus, quibus virtus erat ſuſpecta. *His*] Bonis. *Honores*] Magiſtratus *Sacerdotia*] Pontificatus, auguratus, & his ſimilia. *Prouincias*] Imperia. diſſolutio.color. *Hi*] Boni. *Florent*] Illuſtrantur. *Iſti*] Alij. ſic Antoninus philoſophus ex malis bonos fecit, ex bonis optimos: fuitque per omnia moderatiſſimus in hominibus deterrendis à malo, inuitandis ad bonum, renumerandis copia & indulgẽtia liberalis. *Acuuntur*] Ad imitationem bonorũ. *Precio*] Integritatis. cùm vident integros viros & induſtrios remunerari. *Similes*] Boni. *Diſsimiles*] Mali. *Præmia bonorum*] Quæ dantur bonis à principe faciunt alios bonos, cùm vident bonos eſſe in precio, ſicut malorum præmia faciunt malos. *Pauci adeo ingenio valent*] Pauci admodum reperiuntur ea natura præditi, vt vicia, aut virtutes pro rationibus temporum non expetant, aut fugiant. *Turpe*] Vicium. *Honeſtum*] Virtutem. *Pro vt bene c.*] Si bene euenit pro vitio aut virtute expetunt, vel vnum vel alterum: ſi malè, fugiunt. *Ac ſecus*] Malè ceſſit, id eſt, præponunt vtile honeſto, neque ſequuntur honeſtum virtutis cauſa, ſed ſpe præmij. *Cæteri*] Plurimi. *Vbi merces laboris datur, Inertiæ præmium*] quod debebatur laborioſis viris erogatur inertibus, & quod vigilantibus, datur ſomniculoſis, & quod frugalibus, transfertur ad prodigos. *Eadem iſta*) Præmia. *Conſectantur*) Conquirunt. Tacitus libro xvj. de Nerone agens. Caio, inquit, Petronio dies per ſomnum, nox officiis & oblectamentis vitæ tranſigebatur. vtque alios induſtria, ita hunc ignauia ad famam protulerat. reuolutus ad vicia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt. *Quibus artibus*) Malis. *Illi*) Improbi, qui munera comparant per ſcelera. Nam ſecundum Martialem: Nemo ſuos, hæc eſt aulæ natura potentis, Sed domini mores Cæſarianus habet. *Tales*] Cæteri. *Dum volunt*) Eſſe & videri mali. *Fiunt*) Tales re vera euadunt. traductio.

vno, aut altero, & nimis dixi, vitiis potius ciuium, quàm virtutibus lætabantur: primùm quòd in alio ſua quęque natura delectat: deinde quos patientiores ſeruitutis arbitrabantur, quos non deceret eſſe niſi ſeruos, horum in ſinum omnia congerebant: bonos autem ocio, aut ſitu abſtruſos, & quaſi ſepultos, non niſi delationibus, & periculis in lucem ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis: & hercule æquũ eſt eſſe eos chariſſimos bono principi, qui inuiſi malo fuerint. Scis vt ſicut diuerſa natura dominatio, & principatus, ita non aliȷs eſſe principem gratiorem, quàm qui maximè dominum grauentur. Hos ergo prouehis, & oſtentas quaſi ſpecimen & exemplar, quæ tibi ſecta vita, quod hominum genus placeat. ideo non cenſuram adhuc,

Vno aut altero] Auguſtó, & Tito: quos conſtat fuiſſe bonos, vnde Dion in Tito memorat, Titum Auguſto comparandum in diuerſa ætate, húncque ſi minus vixiſſet, nunquam à Romanis dilectum fuiſſe: neque illum ſi plus. nam Auguſtus crudelior in principio, propter hoſtes & ſeditiones. poſtea longo tempore multis in populum Romanum beneficiis claruit. at Titus humanè imperans, periit in robore gloriæ. fortaſſis non vacaturus culpa, ſi diutius vixiſſet. quia fortuna maiori quàm virtute vtebatur. *Nimis dixi*) Quia duos ante Traianum principes bonos fuiſſe retuli Auguſtus enim inter initia crudelis fuit, autoribus Dione, Appiano, Tranquillo: & Titus cum patre principatum adminiſtrans, ſe inciuilius & violentius egit. ſiquidem ſuſpectiſſimum quenque ſibi, ſubmiſſis, qui per theatra & caſtra quaſi conſenſu ad pœnam depoſcerent, haud cunctanter oppreſſit, in his Aulum Cecinnam conſularem virum vocatum ad cœnam, ac vix dum triclinio egreſſum, confodi iuſſit. *Vitiis*) Tranquillus in Domitiano. ſatis conſtat duos ſolos è notioribus venia donatos tribunum laticlauium, & centurionem, qui ſe, quò faciliùs expertes culpæ oſtenderent, impudicos probauerunt, & ob id neque apud ducem, neque apud milites vllius momenti eſſe potuiſſe. tribunum Dion nominat. Iulius ait Caluester tribunus militum accuſatus quòd ſæpius cum Antonio Saturnino ſecretò congrederetur, neque hoc diluere poſſet, reſpondit ſe conuenire ſolitum ob amorem. erat enim eius ætatis & formæ, qui poſſet amari. inde abſolutus hoc ſolùm dixit, ceſſabo ab iis quæ conſueram. remiſit igitur Domitianus crimen maieſtatis læſæ Caluestro, quia impudicus erat: nam & ipſe in mares pronior fuit. *Sua natura delectat quenque in alio*] Sententia, id eſt, vnuſquiſque delectatur cùm videt ſui ſimilem. *Niſi ſeruos*] Vitiorum: qualem Criſpinum Iuuenalis pulſat, & ideo Domitiano gratum. vel, *Niſi ſeruos*) Vilis animi, non affectantes principatum. *Horum*) Malorum. in quos ſatyricus gladium diſtrinxit. Criminibus debent hortos, prætoria, mẽſas. *Omnia*] Dona, vt Claudius Narciſſo & Pallanti, Nero Polycleto, Galba Icelo libertis. *Situ*) Deſuetudine, priuatione munerum ciuilium. *Lucem*] Notitiam & famam. *Legis*) Secernis. *Eos*) Viros optimos. *Malo princips*) Domitiano. *Diuerſa*] Sunt à natura, nam dominatio, quæ tyrannis dicitur, tanquam dominus ſeruis imperat. principatus, quem regnum appellamus, tanquam pater filiis. ita principem non eſſe gratiorem aliis ciuibus, quàm qui maximè grauentur, id eſt, ægrè patiuntur dominum tyrannum. *Hos*) Bonos. *Prouehis*) Ad honores promoues. *Exemplar*) Indicium. *Secta*] Ordo, via, modus. *Non recepiſti cenſuram*) Noluiſti fieri cenſor.

Non

non præfecturam morum recepiſti, quia tibi beneficiis potius quàm remediis ingenia noſtra experiri placet. & alioqui neſcio an plus moribus conferat princeps, qui bonos eſſe patitur, quàm qui cogit. Flexibiles, quamcunque in partē ducimur à principe, atque, vt ita dicam, ſequaces ſumus. huic enim chari, huic probati eſſe cupimus, quod fruſtrà ſperauerunt diſſimiles. eóque obſequij continuatione peruenimus, vt propè omnes homines vnius moribus viuamus. porrò non tam ſiniſtrè conſtitutum eſt, vt qui malum principem poſſumus, bonum non poſſimus imitari. Perge modò Cæſar, & vim effectúmque cenſuræ tuum propoſitum, tui actus obtinebunt. nam vita principis cenſura eſt, eáque perpetua. ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo: quippe infidelis recti magiſter eſt metus. melius homines exemplis docentur, quæ imprimis hoc in ſe boni habent, quòd approbant, quæ præcipiunt fieri poſſe. Et quis terror valuiſſet efficere, quod reuerentia tui effecit?

Non præfecturam morum) Interpretatio cenſuræ, quæ nihil aliud eſt quàm morum præfectura. Auguſtus rem ipſam ſine nomine recepit. autor enim Tranquillus, recepiſſe morum & legum regimen perpetuum, ſine honore cenſuræ. *Remedijs*) Notis cenſoriis. *Experiri*] An potius beneficiis ad beneuiuendum excitemur, quàm ignominia. *Alioquin*) Inſuper. *Neſcio*] Dubitatio: qua tamen oſtenditur magis probari principem qui ſuos ciues patitur eſſe bonos, id eſt, qui vtitur clementia, quàm qui cogit vitia. ſcilicet ſeuerè reprimit admiſſa, latenter Domitianum monſtrans, qui ſuſcepta morum correctione, multa ſeuerè exercuit. *Sequaces*] Fautores, imitatores, conſecutores. vnde ſequaces hederas appellamus à natura ſequentes, quibus adhæſerint. nam ſubditi ſtudia principum imitamur. quare Cicero voluit talem fuiſſe ciuitatem Romanam, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuiſſent. & quamcunq; imitationem in principibus, eandem in populo. *Huic*) Traiano. *Diſſimiles*) Peſſimi. *Vnius*) Traiani. *Conſtitutum*) Comparatum à natura. *Vim*) Rem, quamuis non receperis nomen cenſoris. *Tuum propoſitum*) Tuum inſtitutum beneuiuendi & faciendi optima. *Obtinebunt vim*) Perinde erit in effectu ac ſi cenſor eſſes. *Vita*) Bona. *Cenſura*) Regimen morum. nam Traianus cum populo humaniter verſabatur. & cum ſenatoribus grauiter. cunctis quidem amabilis, metuendus verò nulli, niſi hoſtibus. hæc Dion. quare non immeritò Xenophon tradit Ageſilaum priuatorum hominum errata modeſtè tuliſſe, principum verò maxima exiſtimaſſe. iudicabat enim ab illis pauca, ſed ab his mala multa conſtitui. *Nec tam imperio*) Sic eſt enim ſic eſt, exaſperat homines imperata correctio, blandiſſimè iubetur exemplo, autore Pacato in panegyrico Theodoſij. *Metus eſt infidelis mag. recti*) Iam dixerat libro nono, timor abit, ſi recedas. M. Tullius afferit metum malum cuſtodem diuturnitatis, nam longè valentior amor ad obtinendum quicquid volueris. vnde non iniuria dixit metum infidelem magiſtrum recti. Exemplis docetur melius, quàm præceptis. ſcribit enim Fabius, quantum Græci præceptis valent, tantum Romani (quod eſt maius) exemplis, & quidem longè probabilius eſt ſe virum bonum rebus, quàm verbis oſtendere, nihilque rectè ſine exemplo docetur, aut diſcitur. *Boni*) Vſus. *Approbant*) Re. hoc infert vt ad alia tranſeat.

obtinuit aliquis, vt ſpectaculum pantomimorum populus Rom. tolli pateretur. ſed non obtinuit, vt vellet. rogatus es tu quod cogebat alius. cæpitque eſſe beneficium, quod neceſſitas fuerat. neque enim à te minore concentu, vt tolleres pantomimos, quàm à patre tuo, vt reſtitueret, exactum eſt. Vtrunque rectè. nam, & reſtitui oportebat, quos ſuſtulerat malus princeps: & tolli reſtitutos. In his enim, quæ à malis bene fiunt, hic tenendus eſt modus, vt appareat autorem diſplicuiſſe, non factum. Idem ergo populus ille aliquando ſcenici imperatoris ſpectator, & applauſor, nunc in pantomimis quoque aduerſatur, & damnat effæminatas artes, & indecora ſeculo ſtudia Ex quo manifeſtum eſt, principum diſciplinam capere etiam vulgus, cùm rem, ſi ab vno fiat ſeueriſſimam fecerint omnes.

Obtinuit aliquis) Qualis Tiberius, qurm narrat Dion excegiſſe pantomimos ab vrbe, & ne ea arte quis vteretur, iuſſiſſe, quia mulirres corrumpebant, & tumultus excitabant. Nero pariter factiones pantomimorum cum ipſis ſimul relrgauit. ſed magis hoc ad Domitianum referendum crediderim, qui ſcenam hiſtrionibus interdixit, tantùm intra domum exercendi artem iure conceſſo. ſeruat præceptum rhetorum, ex comparatione peſſimi laudãdo optimum. repete quæ dr pantomimis alibi annotauimus. *Vt vellet*] Vt eſſet contentus populus Romanus. *Rogatus es*) Petiuit precibus à te populus, vt pantomimos tolleres *Alius*]Domitianus. *Beneficium*] Id Romani pro beoeficio reputarunt. *Neceſſitas*] Parere imperio Domitiani. *Concentu*) Conclamatione, concordia, conſenſu. *A patre tuo*] A Nerua ſublata ſunt pantomimorum ſpręctacula, quæ poſtea Traianus in theatrum reduxit, ſi Dioni credimus. refert enim hunc imperatorem hiſtrione Pylade non mediocriter oblectatum. in cuius laudem Boetus Græcus epigramma cecinit. quo ſignificatur illum recitaſſe Bacchi tragœdiam: oon omittam, Dionem, quantum ex eius compendio licet intueri, tradere Neruam impendia contraxiſſe, ſuſtuliſſe multa ſacrificia, equorum curſus, atque certamina. nec minus ſpectacula quædam. nulla tamen de pantomimis particulariter habita mentione. *Exactum eſt*] Poſtularunt cuncti. Vtrunque rectè factum eſt. *Malus*] Domitianus. *Tolli*] Remoueri. nam ſpectantium mores ſolent inficere pantomimi. vnde meritò diuus Auguſtinus libro, cui titulus de ciuitate Dei, plerunque ingenij acumen inteodit, in deperditos pantomimorum motus, & iohoneſtas ſaltationes. *Malis*]Hominibus. *Bene*) Honeſtè. *Autorem diſplicuiſſe non factum*] Quia bonum. *Scenici imperatoris*] Neronem reſpicit, qui ſcenicis artibus imbutus, primum Neapoli prodiit in ſcenam, deinde etiam magni æſtimauit cantare Romæ: inſuper non dubitauit priuatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dare, quodam prætorum ſeſtertium deeies offerente. tragœdias quoque cantauit perſonatus heroum deorúmque. Tranquillus autor. legimus etiam Caium fuiſſe cantatorem & ſaltatorem, eóq; die quo periit peruigilium indixiſſe, vt initium in ſcenam prodeundi licentia temporum auſpicaretur. *Applauſor*) Nam captus Nero modulatis Alexandrinorum laudationibus, plures Alexandria euocauit. nec eo ſegnius adoleſcentes equeſtris ordinis, & quinque amplius millia è plebe robuſtiſſimæ iuuentutis vndiq; elegit, qui diuiſi in factiones plauſuum genera condiſcerent. *Effæminatas*) Molles, corruptrices. *Seculo*] Temporibus tuis. *Vulgus capere etiam diſciplinam principum*] Sequi mores ſuorum principũ. *Rem ſeueriſſimam*] Exterminationem pantomimorũ à theatro. *Fecerint*] Secuti ſint libenter. *Ab vno*) Principe Traiano.

Macte hac grauitatis gloria Cæſar, qua conſecutus es, vt quod antea vis, & imperium, nunc mores vocarentur. Caſtigauerunt vitia ſua ipſi, qui caſtigari merebantur, iidémque emendatores, qui emendandi fuerunt. Itaque nemo de ſeueritate tua queritur, & liberum eſt queri. Sed cùm ita comparatum ſit, vt de nullo minus principe querantur homines, quàm de quo maximè licet: tamen in ſeculo nihil eſt, quo nō omne hominum genus lætetur, & gaudeat. boni prouehuntur, mali (qui eſt tranquilliſſimus ſtatus ciuitatis) nec timent, nec timētur. mederis erroribus, ſed implorantibus omnibus: quos bonos facis, hanc aſtruis laudē, ne coēgiſſe videaris. Quid vitam? quid mores iuuentutis, quam principaliter formas? quem honorem

Macte Cæſar] Cumulate & magis aucte hac grauitatis gloria. à ſacris ſermo tractus, referente Seruio. quoties enim aut thus, aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant, mactus eſt taurus vino vel thure, hoc eſt, cumulata eſt hoſtia, & magis aucta, inde ad eos qui virtute vel honoribus aucti ſunt, transfertur. Marcus Tullius de rep. ferunt laudibus, mactant honoribus, id eſt, magis augent. Seneca ix. epiſtolarum, macte virtutis eſto, ſanguinolentis & ex acie redeuntibus hoc dicitur. Cato tamen in re ruſtica, macte, inquit, vino inferiori eſto, & macte hac illace dape pollucenda eſto. ac interdum aliter coniungi ſeptimo caſu, autores ſunt Donatus & Diomedes. Martialis etiam genitiuum aſcripſit. Macte animi dicens, variari per caſus, multorum teſtimonio confirmatur. nam Pompeius nominatiuum ſingularam, ſicut Cato protulit, mactus hoc fercto ſcribens. Curtius libro iiij. pluralem, vos quidem macti virtute eſtote. ſic Plinius ſenior lib ij. macti ingenio. & cœli interpretes. veruntamen apud Liuium lib. ij. ab vrbe condita indeclinabile poſitum eſſe videtur. iuberem, inquit, macte virtute eſſe. ſic non multo poſt Secundus, macte vterque in remp. meritò, qua dictione videtur vſus Actius, Nonio docente, qui multorum teſtimonia ſuper hoc verbo citat *Mores*) Honeſtum propoſitum tollendorum pantomimorum. *Vitia*) Aliorum. *Ipſi*) Vt Caius, vt Claudius, vt Nero, vt Domitianus, qui merebantur caſtigari. tranſgreſſio. quæ perturbat ordinem verborum. *Liberum eſt*) Licet. nec igitur mirum ſi ea dicendi libertate Iuuenalis ſub Traiano ſit vſus, quamuis conqueratur non eſſe priorum libertatem, & tamen liberrimè loquatur. quod indicium fuit maximæ libertatis. *Comparatum*) Conſuetum, conſtitutum. *Licet*) Libertas conceſſa eſt. *In ſeculo*) Temporibus noſtris, tuo principatu. *Nihil eſt*] Nulla res ſit. *Omne genus*] Cuiuſcunque conditionis boni prouehuntur, virtute præditi dignitatibus honeſtantur. Suidas inquit. Traianus nemini inuidit, neque aliquem dignitate priuauit, ſed mirum in modum omnes bonos fouit. idcirco neminem verebatur, neque oderat. Claudianus de Stilicone hunc locum æmulatus eſt, ſicut alibi in aliis plerunque. Hinc priſcæ redeunt artes, felicibus inde Ingeniis aperitur iter deſpectáque muſæ Colla leuant, opibúſque fluens, & pauper eodem Nititur ad fructum ſtudio, cùm cernat vterque. Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia ſurgat Diuitiis. *Nec timent*) Accuſatores, cùm reliqui ſint boni. *Nec timentur*) A bonis, quia nullam lædendi facultatem habent. *Erroribus*) Punis malos viros. *Implorantibus*) Cum ploratu opem petentibus, vt medearis. *Aſtruis*) Addis, applicas. *Ne coegiſſe vid.*] Vt ſua ſponte boni videantur effecti. *Iuuentutis Romanæ*) Conductis ſtipendio tuo rhetoribus, qui iuuenes eloquentia ſua excolant. inter cæteros monſtrat Fabium Quintilianum, qui ad imperium Traiani peruenit, & ſub eo profeſſus eſt.

dicendi magiſtris, quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes? vt ſub te ſpiritum, & ſanguinem, & patriam receperunt ſtudia, quæ priorum temporum immanitas exilijs puniebat, cùm ſibi vitiorum omnium conſcius princeps, inimicas vitijs artes non odio magis quàm reuerentia relegaret. At tu eaſdem artes in complexu, oculis, auribus habes. Præſtas enim quæcunque præcipiunt: tantùmque eas diligis, quantum ab illis probaris. An quiſquam ſtudia humanitatis profeſſus, non cùm omnia tua, tũ vel imprimis laudibus fe-

Dicendi magiſtris) Rhetoribus, circuitio. nam Celſo ſtatuam publicè poni iuſſit, autore Dione, & muneribus poëtas affecit, dicente de eo Iuuenale. Nemo tamen ſtudiis indignum ferre laborem Cogetur poſthac, nec ſcit quicunque canoris Eloquium vocale modis, laurúmque momordit. & Lucianus eum ſapientem imperatorem, & ſtudia coluiſſe commemorat. *Sapientiæ doctorib.*) Iam prædiximus quendam philoſophum in curru triumphali à Traiano honoris cauſa poſitum. addam etiam vſum fuiſſe præceptore Plutarcho philoſopho & hiſtorico grauiſſimo. extat adhuc eius epiſtola, qua Traianum liberè monet, vt ſe in principatu optimè gerat. *Spiritum & ſan.*] Vitam nam ſub Domitiano multi ſecundum Dionem interfecti, quòd philoſophiæ operam darent, reliqui vrbe pulſi hunc locum Tacitus in præfatione vitæ Agricolæ apertius exequitur. legimus, inquit, cùm Aruleno Ruſtico Petus Thraſea, Herennio Senecioni Priſcus Heluidius laudati eſſent, capitale fuiſſe, neque in ipſos modò autores, ſed in libros quoque eorum ſæuitum eſſe: delegato triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. ſcilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem ſenatus, & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur. expulſis inſuper ſapientiæ profeſſoribus, atq; omni bona arte in exilium acta, ne quid vnquam honeſtum occurreret, nunc demum redit animus Nerua Cæſare beatiſſimi ſeculi ortu, res olim diſſociabiles, miſcente principatum & libertatem augentéq; quotidie felicitatem imperij. Nerua Traianus nec ſpem modò ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumpſerit. *Patriam*] Romam vnde fuerunt expulſa. *Studia*] Literarum. & erunt adhuc qui diſſimulabunt Iuuenalem non ſcripſiſſe hæc de Traiano ſatyra ſeptima. Et ſpes & ratio ſtudiorum in Cæſare tantùm. Solus enim triſtes hac tempeſtate camœnas Reſpexit. ego vt ſuprà multis argumentis comprobaui, ſub Traiano ſcriptam Iuuenalis ſatyram, ita de eo illic locutum facilè contenderim: nam quamuis Dionis autoritate non fuerit Traianus exactæ doctrinæ, tamen doctos & fouit & extulit: & ne longius recedamus, nonne Secundum oratorem excuſſum multis prouectum dignitatibus imprimis carum habuit? *Priorum temporum*] Athenæus ait, quidam Sophocles decreto eiecit omnes ab Attica philoſophos, & Romani in omnibus optimi eoſdem ab vrbe expulere, tanquam iuuentutis corruptores. nam Lucio Poſthumio conſule, Alcium & Phileſium Epicureos, ſic Meſſenenſes Epicureos omnes abegerunt. pariter Antiochus rex, cuiuſcunque ſectæ regno ſuo interdixit, neque fatetur ſcire quomodo poſtea à Romanis recepti fuerint. ad hæc in Tiberio Tranquillus. obiectum eſt poëtæ, quòd in tragœdia Agamemnonem probris laceſſiſſet, obiectum & hiſtorico quòd Brutum & Caſſium Romanorum vltimos dixiſſet, animaduerſum ſtatim in autores, ſcriptáque abolita, quamuis probarent vt etiam aliquot ante annos Auguſto audiente recitata. quibuſdam cuſtodiæ traditis non modò ſtudendi ſolatium ademptum, ſed etiam ſermonis & colloquij vſum. *Princeps*) Domitianus. *Artes*] Philoſophiam: nam vera philoſophia eſt vitiis carere, & virtutibus abundare.

Reuerentia) Timore. *In complexu*] In ſinu. *Præſtas*] Re facis quod philoſophi præcipiunt. munera enim ſapientis, & non indocti hominis obibat, nihilque omnino erat, quod optimè nō exerceret. *Quantum ab illis probaris*) Vnde iuuenalis hortatur iuuenes doctos ad laudes Traiani. Hoc agite ô Iuuenes, circumſpicit & ſtimulat vos Materiámque ſibi ducis indulgentia quærit. *Studia humanitatis*] Quibus edocemur vt humanis moribus vtamur.

rat admiſsionum tuarum facilitatem? Magno quidē animo parens tuus hanc ante hos principes arcem publicarum ædium nomine inſcripſerat, fruſtrà tamen, niſi adoptaſſet, qui habitare vt in publicis poſſet. Quàm bene cum titulo iſto moribus tuis conuenit, quanquā omnia ſic facis, tanquam non alius inſcripſerit. Quod enim forum, quæ templa tam reſerata? nō Capitoliū, ipſáq; illa adoptionis tuæ ſedes magis publica, magis omniū. Nullæ obices, nulli cōtumeliarum gradus: ſuperatiſque iā mille liminibus vltra ſemper aliqua dura, & obſtantia. Magna ante te, magna poſt te, iuxta tamen maxima quies. tantū vbique ſilentiū, tā altus pudor, vt ad paruos penates, & larem anguſtū ex domo principis modeſtiæ, & tranquillitatis

Admiſsionum tuarum facilitatem] Tranſit bono ordine ad facilem aditum colloquendi cum Traiano, vnicuique permiſſum. ſic laudatur Veſpaſianus apud Tranquillum, ſic Ageſilaus apud Xenophontem, quòd lætaretur aditum ad ſe omnibus patere. contrà notat Perſarum regem gloriantem difficilem ad ſe præbere acceſſum. cùm ergo Traianus ſtudiis humanitatis auſcultaret, ſequebatur eum eſſe facilem admittere quoſcunque ad congreſſum ſui. *Hos*) Flauios. antequam Domitianus proueheretur cum ſuis, ciuilibus bellis concuſſa republica. *Arcem*) Domum palatinam. *Nomine*) Titulo, inſcriptione. *Publicarum ædium*) Quòd vellet imperatoris palatium ciuibus omnibus patēre, & publicum eſſe. non autem intelligendum de priuata Traiani domo, quam P. Victor in duodecima vrbis regione locat. *Fruſtrà tamen*) Inſcripſerat arcem palatinam titulo publicarum ædium. *Adoptaſſet*) Te principem bonum. *Vt in publicis*] Sine cuſtodia, quò omnes conuenire poſſunt nullo repellente. *Moribus tuis*] Qui finis fores palatij omnibus patere. *Non alius*) Sed tu fueris autor, & inſtitutor huius moris. quod ſanè maius eſt, quàm ſubſequi alium. *Reſerata*) Cunctis aperta ſunt, quàm tuum palatium. *Sedes*) Templum Iouis Capitolini. *Magis*) Omnium eſt. *Obices*) Repagula, ſeræ, peſſuli. dicimus hic obex, & hæc obex apud antiquos, quos Virgilius ſecutus in decimo: Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Sulpicium Apollinarem tradit Gellius obices cum o littera correpta ſolitum dicere. Onexander de imperatore eligendo. Delectus, inquit, imperator facilis eſto, comis, & ſe volentibus adire pateat: non tamen ea ſit facilitate, atque comitate, vt contemptui fiat, nec acerbus & durus, vt odium in ſe conciteт. *Gradus*) Conditiones, differentiæ: quia ſub aliis principibus inferiores & viliores homines per cuſtodes contumelioſè repellebantur ab aditu palatij. *Mille liminibus*] Innumeris oſtiis quibus ad Domitianum tranſcendebatur. *Aliqua*) Limina ſupererant. *Dura*) Surda, clauſa, difficilia aperiri. *Pudor*) Modeſtia. *Paruos*) Priuatos, virorum tenuium. *Anguſtum larem*) Pauperem domum. larem pro domo vſurpari ſatis obuium eſt, à laribus diis tracta denominatione, quos Corybantas & Idæos dactylos tréſque fuiſſe tradit Diomedes. nam autore Seruio, maiores omnes in ſuis domibus ſepeliebantur, vnde ortum, vt Lares

colerentur in domibus, quos Tertullianus ſic irridet. domeſticos deos quos Lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignerando, venditando, demutando. Cēſorinos autor eſt eundem eſſe genium & larem. Apuleius de deo Socratis. ex lemuribus, qui poſterorum ſuorum curā ſortitus, pacato & quieto numine domum poſſidet, lar dicitur familiaris. neque iniuria Plutarchus in quæſtionibus præſides, & domus cuſtodes Lares dixit, alienis formidoloſos, domeſticis mites. vnde canis eis aſſiſtit, ipſi autem canum pellibus veſtiuntur. an quod Chryſippus opinatur, dæmonia quædam mala circumire, quibus dij quaſi carnificibus, & ſcelerum vltoribus aduerſus iniuſtos, & impios vtuntur. ſic Lares furiales quidam ſunt pœnarum exactores, vitæ & operationum ſpeculatores. iccirco fit vt caninis pellibus induantur: quibus & canis ideo aſſiſtit, quòd ad inueſtiganda ſcelera, & vlciſcendos improbos ſagaces ſint. Pompeius deos inferos putat, quibus tot pilæ, id eſt, effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, vt viuis parcerent, & eſſent his pilis & ſimulacris contenti, de quibus plura Macrobius Saturnalium primo. Larariū Lāpridius appellat locū in domo, in quo colebat antiqtas ſāctiores animas, quarū ſtatuas ibidē locabant. à laribus vmbras laruas dicim⁹, nā dij Penates alij ſūt. Plut. in Numa mediā ignis ſedē larē vocari refert. Lar etiā viri ꝓpriū cui⁹ genius lartis.

exempla referantur. ipſe autem, vt excipis omnes, vt expectas, vt magnam partem dierū inter tot imperij curas quaſi per ocium tranſigis. Itaque non vt alias attoniti, nec vt periculum capitis adituri tarditate, ſed ſecuri & hilares cùm commodum eſt conuenimus: & admittente principe interdum eſt aliquid, quod nos domi quaſi magis neceſſarium teneat. excuſati ſemper tibi, nec vnquam excuſandi ſumus. Scis enim ſibi quenque preſtare, quòd te videat, quòd te frequentet, ac tanto liberalius, ac diutius voluptatis huius copiam prębes. Nec ſalutationes tuas fuga & vaſtitas ſequitur: remoramur, reſiſtimus vt in communi domo: quam nuper immaniſſima bellua plurimo terrore munierat, cùm velut quodam ſpecu incluſa, nunc

Exempla referantur] Magna Traiani laus, vnde priuati modeſtiæ & quietis exemplum ſumerent. Dion monumentis reliquit, non ſolùm domi Traianum, verumetiam in bello facilem & ſine periculi metu adeuntibus ſe præſtitiſſe. quare parum abfuit ne à quibuſdam Decibali transfugis dolo trucidaretur. manſuetudinem Traiani Claudianus in panegyrico Honorij commendat, victura ſeretur Gloria Traiani, non tam quòd Tigride victo Noſtra triumphati fuerit ꝓuincia Parthi, Alta quod inuectus fractis Capitolia Dacis, Quam patrię quòd mitis erat. *Vt*) Quàm humanè. *Excipis*) Suſcipis ad te venientes. *Vt*) Quanta patientia. *Quaſi per ocium*] locis, iucundiſſimis ſermonibus, & remiſſionibus honeſtiſſimis, tanquam ſi noc eſſes occupatus circa imperialia negocia. *Vt alias*) Sub malis imperatoribus. *Attoniti*] Stupidi. Domitiani tempora notauit, ſicut Iuuenalis ſatyra quarta, de ſenatoribus ab eo conuocatis mentionem faciens. quos Albanam dux magnus in arcem Traxerat attonitos, & feſtinare coactos.

Tarditate] Si ſerò aduenifſent. vnde exiit illud ſatyricum, rapta properabat ab olla. *Securi*) Contrarium exornatio. *Admittente*] Libenter excipiente. *Interdum eſt aliquid*] Senſus eſt: quamuis humanè nos Traianus intromittat ad ſe, aliquando tamen domi nos continemus tanquam aliquod officium magis neceſſarium facturi, quàm ad principem ire. laudat principis & humanitatem, & libertatem. *Excuſati ſumus*] Semper cre-

dis nos domi fuiſſe honeſta ratione. *Excuſandi*] Per alium. *Præſtare ſibi*] Pro ſe niti. *Ac*] Quia ſcis ſingulos contendere vt te videant. *Voluptatis h.*] Conſpiciendi. *Fuga*] Secretum. quod Domitianus ſolebat maximè in Albana villa, vbi multum temporis conterebat,' autores ſunt Tranquillus & Dion. *Vaſtitas*] Solitudo, vt Tiberius capreis. *Remoramur*] Te detinemus. *Immaniſsima b.*] Crudeliſſimus Domitianus. imago cum vituperatione.

propinquorum ſanguinem lamberet, nunc ſe ad clariſsimorũ ciuium ſtrages cædéſq; proferret. Obuerſabantur foribus horror & minæ: & par metus admiſsis, & excluſis. Ad hæc ipſe occurſu quoq; viſúq; terribilis, ſuperbia in frõte,

Propinquorũ ſanguinem] Eutropius. conſobrinos ſuos Domitianus interfecit. nam Flauium Sabinum alterum ex patruelibus occidit, quòd eum comitiorum conſularium die deſtinatum, perperam præco non conſulem ad populum, ſed imperatorem pronunciaſſet. Denique Flauium Clementem alterum ex patruelibus contemptiſſimę inertię, repentè ex tenuiſſima ſuſpicione, quo maximè facto maturauit ſibi exitium. alij etiam ſcriptorum prodiderunt conualuiſſe famam, Titum fratrem à Domitiano dolo necatum. vt Philoſtratus lib. vi. memorans lepore marino, qui piſcis quoſdam humores occultos atque mortiferos habet, de medio ſublatum, quod graue moleſtúmque videretur ſimul cum fratre imperare. quare dixerat Tito Apollonius, vt caueret à propinquiſſimis. Tranquillus refert correptum graui valitudine, priuſquam planè animam efflaret, pro mortuo deferi iuſſiſſe. alij ægrotum, ſed iam conualeſcentem, abiici mandaſſe in arcã niue plenã, tanquam ad valitudinis remediũ opus eſſet celeri refrigeratione: ſicq; interiiſſe. *Lamberet*] Tanquã fera tigris. *Clariſsimorum ciuium*] Iuuenal. ſat. 4. Atq; vtinam his potius nugis tota illa dediſſet Tempora ſæuitiæ, claras quibus abſtulit vrbi Illuſtréſque animas impune, & vindice nullo. Sed periit poſtquam cerdonibus eſſe timendus Cœperat, hoc nocuit Lamiarum cæde madenti. Tacitus in vita Agricolæ. non vidit armis Domitiani clauſum ſenatum, & eadem ſtrage tot conſularium cædes, tot nobiliſſimarum fœminarum exilia & fugas. complures enim ſenatores, in his aliquot conſulares interemit, ex quibus Ciuicum Cerealem in ipſo Aſiæ proconſulatu, Saluidienum Orfitum, & Acilium Glabrionem, exilio puniuit. occidit Ælium Lamiam, Saluium Cocceianum, Metium Pompoſianum, Saluſtium Lucullum Britanniæ legatum, Iunium Ruſticum, Heluidium filium, Maternum declamatorem, poſt ciuilis belli victoriam ſæuior. Xenophon de tyrannide memorat ſummos viros, & virtute præditos, interfici à tyrannis quia illos timeant, quam ſententiam tranſtulit ex Iceiidibus Euripidis. *Proferret*] Extenderet. *Horror & minæ*] Denominatio, qualis Virgilij in ſexto, Veſtibulum ante ipſum primiſque in faucibus orci, Luctus & vltrices poſuere cubilia curæ, Pallentéſque habitant morbi, triſtíſque ſenectus, Et metus. eſt autem oratio in graui figura. *Par metus*] Pariter timebant, quos hilari vultu ſuſcipiebat, ſicut quos truci. nam fuit non ſolùm magnæ, ſed & callidæ inopinatæque ſæuitiæ. autorem ſummarum pridie quàm cruciſigeret in cubiculum vocauit, aſſidere in toro iuxta coegit, hilarémque dimiſit, partibus etiam de cœna dignatus eſt. & Aretinum Clementem capitis condemnaturus, in eadẽ vel etiam maiore gratia habuit, quoad nouiſſime ſimul geſtienti conſpecto delatore eius: Vis, inquit, hunc nequiſſimum cras audiamus? vnde Iuuenalis ſatyra quarta, pallorem dixit magnæ, & miſeræ amicitiæ. amicos Domitiani deſignans, qui non bene crederent blandiciis illius pernicioſis. *Ad hæc*] Præterea. *Ipſe*] Domitianus. *Viſu terribilis*] Conuenit Tacitus in vita Agricolæ cum Secundo, vbi de Domitiano ſcribẽs. cùm, inquit, denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille vultus & rubor, quo ſe contra pudorem muniebat.

ira in oculis, fœmineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore ſuffuſa. non adire quiſquam, non alloqui audebat, tenebras ſemper, ſecretúmque captantem, nec vnquam ex ſolitudine ſua prodeuntem, niſi vt ſolitudinem faceret. ille tamen quibus ſibi parietibus, & muris ſalutem ſuam tueri videbatur, dolum ſecum & inſidias,

Ira in oculis) Quod etiam in eius numiſmate monſtratur. quare Philoſtratus libro ſeptimo, loquitur Domitianus ſuperbè, etiam ſi placidè manſuetéque loqui voluerit: ſupercilia verò oculis ſuperiacent, genæ autem bile refertæ ſunt, ídque conſpicuum maximè eſt. ſunt enim naturæ vitia, ſempérque eôdem modo ſeſe habentia. nam ſi Dioni credimús, erat audax, iracundus, inſidiator, diſſimulator. memorant Tacitus & Tranquillus fuiſſe ira præcipitem, & quò obſcuriore, eò irreuocabiliore. per oculos autem maximè animus emanat, vt citra motum quoque, & hilaritate eniteſcant, & triſtitiæ quoddam nubilum ducant. quinetiam lacrymas his natura mentis indices dedit, quæ aut erumpũt dolore, aut lætitia manant. motu verò intenti, remiſſi, ſuperbi, torui, mites, aſperi fiunt. fuit enim grandibus oculis, ſed acie hebetiore. *Fœmineus*) Mollis, impudicus. *Multo rubore*) Vultu ruboris pleno, quod refert Tranquillus libro xij. Tacitus, Ignotis, inquit, adhuc moribus, erebra oris confuſio pro modeſtia accipiebatur. *Secretum captantem*] Inter initia principatus ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquam amplius quàm muſcas captare, ac ſtylo præacuto configere: vt cuidam interroganti, eſſet ne quis intus, non abſurdè reſponſum ſit à Vibio Criſpo, Ne muſca quidem. & nec niſi ſecretò, atque ſolus pleraſque cuſtodias receptis quidem in manu eatenis audiebat: autores ſunt Tranquillus, Dion, Euſebius in chronicis. Xenophon mala tyrannorum commemorans, ait, timeo celebritatem hominum, timeo ſolitudinem, incuſtoditos aditus, timeo ipſos cuſtodes, neque inermes illos habere vellem circa latus, neque armatis multum confido. *Solitudine*) Secreto. *Solitudinem*) Cædem, vaſtationem. traductio, color. *Parietibus*] Tempore ſuſpectæ ſibi cædis appropinquante, ſolicitior in dies, porticuum, in quibus ſpatiari conſueuerat, parietes phengite lapide diſtinxit, è cuius ſplendore per imagines quicquid à tergo fieret, prouideret. *Dolum & i.*] Interfecerat Domitianus Clementem virum conſularem, cui propriam ſororem matrimonio deſponderat. palam etiam dixerat poſt tertiam quartámve diem ipſam quoque ad virum eſſe profecturam. Stephanus igitur Domicillæ libertus, cuius nomen coronam quandam iridi ſimilem circa ſolem & radios eius ac lumen obſcurantem ſignificabat, ſiue pro interfecto Clemente cogitans, ſiue omnium Romanorum conditionem miſeratus, ſiue ſibi metuens, quòd erat intereeptarum pecuniarum reus, tyrannum interficere aggreſſus eſt, adiuuantibus amicis & libertis intimis, conſpiratione etiam Parthenij cubicularis, & Saturij decurionis cubiculariorum, necnon Entelli à libellis: Clodij cornicularij, & Maximi Parthenij liberti. neque coniurationis expers vxor eius Domitia fuit, neque prætorij præfectus Norbanus, neque collega eius Petronius. nam Domitia illi inuiſa mortem ſibi verebatur, & alij non vlterius Domitiani ſcelera ferre poterant: quos omnes dicitur ſuſpectos habuiſſe, & perdere deſtinaſſe, & eorum nomina delata in ſcriptis habuiſſe, iuxta ceruical, quæ puerulum imprudenter ſublata Domitiæ legenda porrexiſſe. ea reis expoſita, necem maturare fecerunt. Stephanus igitur conſilium operámque obtulit, ac ſiniſtro brachio, velut ægro lanis faſciíſque per aliquot dies ad auertendam ſuſpicionem obuoluto, ibique breuem cultrum tegens, ad ipſam horam dolum interiecit. profeſſúſque conſpirationis indicium, & ob hoc à Parthenio tanquam cæteris roboſtior admiſſus, legenti traditum à ſe libellum & attonito ſuffodit inguina, non tamen

tamen lætaliter. ſaucium ac repugnantem adorti Clodius, & Maximus, & Satucius, & quidam é gladiatorio ludo vulneribus ſeptem conteucidarunt. Philoſtratus lib. viij teſtatur, Stephanú Domitiano redeúti à foro, obuiam proceſſiſſe, & rogaſſe ſecretum, tanquam magna & admirabilia detecturum: qúare in porticum, quę regiæ adiacebat, deductum. dixiſseque, non eſt mortuus, vt arbitraris, inimiciſſimus tibi Clemens, ſed viuit adhuc, egóque id optimè ſcio: & ipſe eſt qui nunc aduerſus te irruit. clamantis auté imperatoris, & ob ea quæ audierat perturbati, Stephanú ab alligato brachio cultrum educentem fœmur perfodiſſe, vulnere quidem ad ſubitã mortem inferendam non ſufficienti, ſed quod diutius cruciatum, extinguere tandem poſſet, cùm nullis medicamentis eſſet curabile. at Domitianum ætate adhuc integra, & coepore robuſto minimè concidiſſe, ſed arrepto Stephano ſuperincumbentem eruere oculos enixum, & faciem aureo calice, qui ſacrorum cauſa aſtabat, pertudiſſe, Palladem vt ſibi fereet auxiliũ inuocantẽ. non omittam quod à Græcis teaditur: Apollonium Tyaneũ pythagoricum philoſophum magicæ peritiſſimũ, tunc Ephesi multis differentem auditoribus, cùm Domitianus confoſſus fuit, per aliquod temporis ſpacium ſteiſſe attonitum. deinde exclamaſſe. Euge Stephane. pulchre Sthephane. percute ſceleſtum, percuſſiſti, vulneraſti, interfeciſti.

& vltorem ſcelerũ deum incluſit: dimouit, perfregitque custodias pœna, anguſtóſque per aditus & obſtructos non ſecus ac per apertas fores, & inuitantia limina irrupit: longéque tunc illi diuinitas ſua, longè arcana illa cubilia ſæuique ſeceſſus, in quos timore & ſuperbia & odio hominum agebatur. Quanto nunc tutior, quanto ſecurior eadem domus, poſtquam non crudelitatis, ſed amoris

Vltorem ſcelerum deum] Iouem. nam Mineruam, quam ſuperſtitioſè colebat, ſomniauit excedere ſacrario, negantem ſe vltra tueri eum poſſe, quòd ex armata eſſet à Ioue. nam præter Tranquillum Diõ inquit, Domitian' in inſomniis vidit Palladem, cuius effigiem in cubiculo habebat, aema exuentem, & in curru equorum atratorũ decidentem in baratrum. vidit etiam per quietem ruſticum accedentem ad ſe cũ enſe. poſſumus vltorem ſcelerum deum inteepretari Nemeſim, quæ diuina iuſtitia dicitur. ea namque petulantes & ſuperbos vlciſcitur. *Cuſtodias*) id eſt carceré, anguſtos aditus, ipſos cuſtodes, & miniſtros. Virgilius: cernis cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat. ſic cuſtodelam dicebãt antiqui Feſto tradente, cuſtodiam, quæ ſcilicet cuſtodit: in quem ſenſum plerunque annotauimus Apuleium poſuiſſe. interdum pro ipſo carcere & ergaſtulo. Columella xij. itaque mancipia vincta quæ ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit, atque exploraee, vt ſint compedibus diligenter innexa tum etiam cuſtodię ſedes an tuta & rectè munita ſit: Celſus de accuſationibus. homo qui ex cuſtodia producitur. plerunque pro carcerariis & incluſis. Modeſtinus de publicis iudiciis, cuſtodias auditurus tam clariſſimos viros quàm patronos cauſarum adhibere debet. & feriatis diebus cuſtodias audiri poſſe reſcriptum eſt étiam in numeeo vnius dicitur, vt ne quis eeceptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat. in numero tamen plurium frequentius, vt: plerũque cuſtodias recepiis quidem in manu catenis audiebat: item Caius cuſtodiarum ſeriem recognoſcens. cuſtoditio verò eſt opera ad cuſtodiendum aliquid ſumpta. *Anguſtos*) Difficiles à cuſtodibus obſeſſos. *Obſtructos*] Munitos, ſeptos. *Inuitantia*] Incuſtodita. *Tunc*) Cum obtruncatus eſt. *Diuinitas ſua*) Sume extrinſecus erat nã ſe deum & dici & credi voluit, quinetiam filius Palladis autore Philoſtrato vocabatur. meritò Tertullianus in apologetico taxat eos, qui imperatorem viuum deum appellaeent, cui deo opus erar. *Longè*) Quia non fuerunt arcana in quæ multi infeſtis mucronibus irrupere. *Sæui ſeceſſus*) Nam ibi ſtruebat necem innocen-

tibus, vnde non mulro poſt Secundus: alij intra cubicula ſua illis ipſis conſulibus, quos conſules renunciabant, exilia & eædem machinabantur. ſolebat autem Domitianus ad horam ſomni nihil aliud quã ſecretò ſolus ambulare. *Timore*) Res vera eſt, autore Seneca, vt qui à multis timetur mulros timeat. *Superbia*) Caput eſt apud Tranquillum de elatione & eius vana gloria, & Eutropius memorat in eo ſuperbiam execrabilem extitiſſe. *Eadem domus*) Palatium.

excubijs, non ſolitudine & clauſtris defenditur. quid ergo non diſcimus experimento fidiſſimam eſſe cuſtodiam principis ipſius innocentiam? hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate non fuerit. armis enim arma irritantur. Num autem ſerias tantum partes dierum in oculis noſtris cœtúque conſumis? num remiſſionibus tuis eadem frequentia, eadémque illa ſocialitas intereſt? num tibi ſemper in medio cibus? ſempérque menſa communis? num ex conuictu noſtro mutua voluptas? num prouocas, reddíſque ſermones? num ipſum tempus epularum tuarum, cùm

Excubiis) Vigiliis tam nocturnis quàm diurnis, ſicut vigiliæ tantum nocturnæ ſunt. Vegetius lib. iij. quaterni pedites qui noctibus excubitum faciũt eliguntur, quem locum ad verbum Modeſtus tranſſcripſit, & iam ij. lib. Vegetius dixerat quotidianas etiam vigilias in pace, item excubitum viriſſim milites faciunt. vbi excubitum vtrobique excubias ſignificat. *Solitudine*) Loco ſecreto. contentio color. *Cuſtodiam*) Quæ cuſtodit. Calliſtratus quoties quis cuſtodiam militum euaſerit. *Arx*) Munimentum, tutela, propugnaculum, ſententia. *Munimento*) Traductio. *Terrore*) Cuſtodibus armatis. hunc locum optimè tractat M. Tullius de officiis, aſſerens nihil eſſe aptius ad opes tuendas ac tenendas quàm diligi, nec alienius quàm timeri. præclarè dixerat Ennius, quem metuunt oderunt, quem quiſque odit periiſſe expetit. *Num*) Interrogatio grauis. *Serias partes dierum*) Horas diei circa res ſerias & graues. ſerium enim triſte & ſine riſu dixit antiquitas. *In oculis noſtris*) In conſpectu ciuium, ſed maximè ſenatorum. contrà damnatur Caius, quòd in conſpectu eius prandentis, vel commeſſantis, ſæpe ſeriæ quæſtiones per tormenta haberentur. cùm miles decolandi artifex quibuſcunque è cuſtodia capita amputabat. *Remiſſionibus*) Iocis opponuntur ſeriis remiſſiones. faciunt hic quæ libro ſexto de eodem ſcribuntur. vbi ſeueros, inquit, dies iucundiſſimæ remiſſiones ſequebantur. adhibebamur quotidie cœnæ, erat modica, ſi principem cogitares, interdum acromata audiebamus, interdum iucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur. *Eadem frequentia*] Par multitudo conuiuarum. Dion in Traiano: venationes, conuiuia, ſeria, iocos frequenter eum amicis & familiaribus exercebat. *In medio*] In communi, in aperto. Eutropij verba: conuiuia cum amicis & indiſcretè viciſſim habens. ſic Tranquillus tradit, Auguſtum conuiuatum aſſidue, nec vnquam niſi recta, non ſine magno ordinum hominúmque delectu. ad aliquam Lycurgi imitationem, qui autore Xenophonte, ſympoſia in publicum edixit, exiſtimans Lacedæmonios minimè hoc pacto tranſgredi imperata poſſe. ac cibum ſtatuit, vt neque is nimius, neque multus foret. *Conuictu*) Conuiuio, quod nos melius quàm Græci ſympoſium appellamus. *Mutua*) Et tibi & nobis exiſtit, cùm malorum principum conuiuia conuiuis grauia ſint. *Prouocas*) Inuitas nos ad colloquia. paria ſolitum ſcriptis reliquit Tranquillus Auguſtum. conuiuia enim nonnunquam & ſerius inibat, & maturius relinquebat: cum conuiuæ & cœnare inciperent, priuſquam ille diſcumberet, & permanerent digreſſo eo. cœnam ternis epulis, aut

cùm abundantiſſimè, ſenis præbebat, vt non nimio ſumptu, ita ſūma comitate. nā & ad communem ſermonem tacentes, etiam ſubmiſſim fabulantes prouocabat.

frugalitas contrahat, extendit humanitas. Non enim ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna ſpectator, adnotatórque conuiuis tuis immines. nec ieiunis & inanibus plenus ipſe & ructans non tam apponis, quàm obÿcis cibos, quos dedigneris attingere: agréque perpeſſus ſuperbam illam conuictus ſimulationem, rurſus te ad clandeſtinam ganeam, occultúmque luxum refers. Ergo non aurum, nec argentum, nec exquiſita ingenia cœnarum, ſed ſuauitatem tuam iucunditatémque miramur, quibus nulla ſacietas adeſt,

Frugalitas] Ciborū modeſtia. nam alibi dixerat cœna erat modica, ſi principem cogitares. dānatur Caius, qui nepotinis ſumptibus omniū prodigorū ingenia ſuperans dictitabat: aut frugi hominē eſſe oportere, aut Cæſarē. autor Athenæus maiorē ex cibo voluptatem ſentire temperatos, quàm edaces. & apud eundem tradit Ariſto philoſophus, Polemonem academicum ſolitum admonere cōuiuas, curarēt vt ſuauem potum biberent, non ſolùm ad præſens, ſed & in craſtinum. *Contrahat*) Compendioſum & breue faciat. *Humanitas*] Comitas. *Ante medium diem*) Ante nonam diei horam, quę cœnæ conſtituta fuerat. Martialis Imperat extructos frangere nona toros. & culpatur ideo à Iuuenale Marius. Priſcus, qui ab octaua cœnaret. *Diſtentus*) Plenus. refert Tranquillus Domitianum prandere ſolitum ad ſatietatem, vt non temerè ſuper cœnam pręter Martianum malum & modicā in ampulla potiunculam, & penè raptim ſumeret. Claudium nunquam triclinio egreſſum, niſi diſtentum ac madentem. Neronem è medio die epulas ad mediam noctem protraxiſſe. Vitellium trifariam, interdum quadrifariam, epulas partitum, in ientacula, & prādia, & cœnas comeſſationéſque, facilè omnibus ſufficientem, vomitandi conſuetudine. *Solitaria*) Secreta, per ſe, ſine conuiuis. notauit Domitianum Iuuenalis ſat. iiii. illo carmine tanquam voracem. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem? nam ſi Tranquillo credimus, prādebat ad ſatietatem, vt non ferè ſuper cœnam, præter Martianum malum & modicam in ampulla potiunculam ſumeret. *Spectator* Deinde *Adnotator*] Si quis amplius comeſſet. Papinius tamen mirandū in modum extollit adulando, quòd interfuiſſet publico epulo: quo, tradente Tranquillo, initium veſcendi primus fecit. Et tu quinetiam (quis hoc votare? Quis promittere poſſit hoc deorum) Nobiſcum ſocias dapes iniſti. Iam ſe, quiſquis is eſt, inops beatus, Conuiuam ducis eſſe gloriatur. *Immines*] Aſtas in perniciem illorum. *Eructans*] Hinc illa in Criſpinum ſatyrica indignatio, magni ructaret ſcurra palati. & ructum Vitellium feciſſe legimus, ex nimia ientaculi repletione. *Obÿcis*] Exprobras notando. *Aegréque perpeſſus*] Vix contegens. nam raptim ſe à conuiuio ſubtrahebat. *Superbam ſimulationem*] Contemptum ſcilicet cùm tamen ſimularet ſodalitatem. *Clandeſtinam ganeam*] Per interpretationem declarat occultum luxum. nam ganea pro gula, & re lauta vſurpatur: Plinius ix. vbi de ſuibus agit, nec alio animali numeroſior materia ganeæ. Sidonius. diſſumptum ganea ſtomachum nulla res ſarcire melius, quàm parſimonia poteſt. Tranquillus in Nerone: parabantur inſignes ganeę. & in Tiberio: dato ædilibus negocio popinas ganeáſque vſque eò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerēt. Columella li. i. mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianā cruditatem laconicis excoquim'. vbi pro loco accipitur. ſic Cicero in Piſonē. pauliſper ſtetimus illo ganearum ſuarum nidore atque fumo. etiam pro loco in neutro vſurpant. Plautus

in Aulularia. Cenſen, inquit, tu illum hodie primum ire adſuetum in ganeum. & in Menæchmis: immerſit aliquo ſeſe credo in ganeum. Terentius, vbi illum quæram? credo abductum in ganeum aliquo. Apuleius in ii. apologia à magiſtris nunc in ganeum profugit. ganeum antiquitas dixit ſecundum Feſtum locum abditum, velut ſub terra. cui aſtipulatur Donatus, veteres dicens ganeum meretricum tabernam dixiſſe ὑπὸ τῆς γαίας, quòd ipſa ſit in terra. & Ganeones appellamus guloſos Catillones. Tacitus, non ganeo & profligator, vt plerique ſua haurientium. *Exquiſita ingenia c.*) Cœnas lautas ingenioſè ſtructas. Pacatus Theodoſium pariter laudat à frugalitate. *Iucunditatem*) Fuit enim vini amator Traianus, citra tamen vicium. nã triſtes mero ſolicitudines expulit. vnde Martialis xii. in commendationem eius ſcribens, Catonianæ hilaritati comparat. quòd & Cato mero incaluerit. & Adrianum recitat Spartianus vino indulſiſſe, Traiani moribus obſequentem. atque ob hæc à Traiano locupletiſſimè muneratum. ad hæc Lampridius in Alexandro teſtatur, Traianum poſt ſecundam menſam vſum potandi, vſque ad quinque pocula inſtituiſſe.

quando ſincera omnia, & vera, & ornata grauitate. neque enim aut peregrinæ ſuperſtitionis myſteria, aut obſcœna petulantia menſis principis oberrat: ſed benigna inuitatio, & liberales ioci, & ſtudiorum honor. Inde tibi parcus & breuis ſomnus, nullúmque amore noſtri anguſtius tempus, quàm quod ſine nobis agis. Sed cùm tuis, vt participes perfruamur, quæ habemus ipſi, quàm propria, quàm noſtra ſunt? non enim exturbatis prioribus dominis

Quando) Quandoquidem. *Omnia*) Dicta Traiani ſunt. *Sincera*) Candida, aperta, non ſimulata, neque conficta. vt abſit cauillum, & mordacitas à conuiuio præcipit Athenæus multorum veterum autoritate. *Ornata g.*) Mixta ſeriis, non laſciua, & petulantia. Huc faciunt Ennii verba, quæ à Gellio lib. xi. recitantur. Hocce locutus vocat, qui cùm bene ſæpe libenter Menſam ſermonéſque ſuos rerúmque ſuarum Comiter impartit. magna cùm lapſa diei Pars foret. è ſummis rebus paruiſque regendis Parte fuiſſet de paruis ſummiſque gerendis Conſilio induforo, lato, ſanctóq; ſenatu, Cui res audacter magnas paruáſque, iocúmque Eloqueret, ſi quid vellet tutóque locaret. Quo cum multa volup. ac gaudia, & quæ ſequuntur. *Myſteria*) Sacra. *Peregrina ſuperſtit.*) Enixè conati ſunt Romani ſemper externas religiones ab vrbe exterminare, autore Liuio, eo negocio triumuiris à ſenatu demandato, vt omittam Valerium Max: nam legibus cautum erat ſecundum Ciceronem, ne aliquis ſeparatim deos haberet, néve nouos, ſed nec aduenas niſi publicè aduectos priuatim coleret. quare Tranquillus aſſeruit peregrinas Auguſtum cærimonias ſicut veteres ac præceptas reuerentiſſimè coluiſſe, ita cæteras habuiſſe contemptui. & Tiberius laudatur, quòd externas cæremonias, Aegyptios, Iudaicóſque ritus compeſcuerit, coactis qui ſuperſtitione ea tenebantur religioſas veſtes cum inſtrumento omni comburere. *Superſtitionis*) Superuacuæ religionis. *Obſcœna p.*) Turpis laſciuia morionum, cinædorum, meretricum. *Oberrat*) Circuit menſas. idem libro viii. ad genitorem, quereris tædio tibi fuiſſe, quamuis lautiſſimam cœnam, quia ſcurræ, cinædi, moriones menſæ inerrabant. *Liberales ioci*) Libero homine digni, quos cum amicis & familiaribus exercuiſſe Dion recitat: nam ſi iocos exigis, hos cum dignitate ſapientiæ gere, vt te nec grauent tanquam aſperum, nec contemnant tanquam vilem, non erit tibi ſcurrilitas, ſed grata vrbanitas. ſales tui ſint ſine dente, ioci ſine ſcurrilitate. contrà notatur Veſpaſianus, quòd ſuper cœnam, & ſemper aliàs cum amicis fuerit dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne turpibus quidem ver-

bis abſtineret. *Studiorum honor*) Si aliquis ſtudioſus eloquebatur, illi plurimũ reuerentiæ adhibebat. *Inde*) Quia nos amas & ſemper cupis nobiſcum verſari. an. magis, quia frugalis & parcus breui ſomno detineris. nam crapula diſtenti profundiori ſomno premuntur. *Anguſtius*)Breuius. *Vt participes*)Tanquam aliqua pars illarum ſit noſtra. *Prioribus*) Veris.

omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum, immenſa poſſeſsione circumuenis. nec vnius oculis flumina, fontes, maria deſeruiunt. Et quid Cæſar non ſuum videt: tandémque imperium principis quàm patrimonium maius eſt. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores principes occupabant, non vt ipſi fruerentur, ſed ne quis alius. Ergo in veſtigia ſedéſque nobilium immigrant pares domini, nec iam clariſsimorum virorum receptacula habitatore ſeruo teruntur, aut fœda vaſtitate procumbunt. Datur intueri pulcherrimas ædes deterſo ſitu auctas, ac vigentes. Magnum hoc tuum non erga homines modò, ſed erga tecta ipſa meritum, ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingentia opera eodem quo extructa ſunt animo, ab interitu vendicare. muta quidem illa, & anima carentia, ſentire tamen & lætari videntur: quòd niteant, quòd frequententur, quòd aliquando cœperint eſſe domini, non ſeruientis. Circumfertur ſub nomine Cæſaris

Omne ſtagnum) Quamuis legatur Domitianum nihil penſi habuiſſe, quin prædaretur omni modo bona viuorum, ac mortuorum. hæc tamen magis Neronis geſta reſpicere videntur, qui piſcinam inchoauerat à Miſeno ad Auernum lacum coniectam, porticibúſque concluſam, quò quicquid totis Baiis calidarum aquarum eſſet, committeretur. item ſtagnum maris inſtar circumſeptum ædificiis ad vrbium ſpeciem, rura inſuper aruis atque vinetis & paſcuis ſyluiſque varia cum multitudine omnis generis pecudum, ac ferarum. *Circumuenis*) Muro circumcludis. *Deſeruiunt*) Subiecta ſunt. ſanè monſtrauit auream Neronis domum, in quam vulgatum illud apud Tranquillum extat. Roma domus fiet, Veios migrate quirites, Si non & Veios occupat vna domus. & Martialis eam in ſpectaculis mordet. nam poſt incendio abſumptam priorem domum, qua palatium & Mecœnatis hortos continuauerat, alteram extruxit, in qua haud perinde gemmæ & aurum miraculo eſſent, quàm arua & ſtagna, & in modum ſolitudinum, hinc ſyluæ, inde aperta ſpacia, & proſpectus, autore Tacito. *Imperium*) Quia ciues dicto Traiani ſunt audientes: ſiue quòd aliorum principum tam latum erat patrimonium, quàm imperium, nunc verò ſecus quando non omnes imperii agros ſolus princeps poſſideret. *Patrimonio*) Ex rebus ſuis. *In imperium*) Ad vtilitatem publicam. *Occupabant*) Iniuſtè rapiebant. *Ne quis alius fruerentur*) Vt inculta & inutilia relinquerentur. *Pares*) Nobiles. *Immigrant*) Redeunt. migrare eſt diſcedere à ſolita habitatione, in alium locum. Liuius primo ab vrbe condita: conſilium migrandi à Tarquiniis cœpit. & dixerat iam continens agmen migrantium impleuerat vias. *Receptacula*) Aedes. *Habitatore ſeruo*) Malos notat principes, qui ad delatores ſeruos dominorum enectorum domos transferebant. *Vaſtitate*) Spacioſa ſolitudine. *Procumbunt*) Ruunt, cadunt. *Datur*) Licet. *Deterſo ſitu*) Sublata vetuſtatis putredine. *Reparatas*) Refectas. libro enim ſexto, hortatur Fabatum vt velit reficere vil-

lam Camillianam, vetuſtate vexatam. *Siſtere ruinas*] Reparare ruentes domos. *Solitudinem pellere*) Immittere qui deſertas incolant. rem ipſam propoſitam tractat. *Eodem*] Ingenti. *Anima carentia*) Sine ſenſu, & ratione vocéque. nam ſecundum Diogenem libro ſeptimo, partes animæ octo ſunt. quinque ſenſus, & quæ nobis ſunt ſeminales rationes, vocaliſque & rationalis pars. *Niteant*) Splendeant, reparata, & ſuperinducta noua ſuperficie. *Domini*] Poſſeſſoris, patriſfamiliæ.

tabula ingens rerum venalium, quòd ſit deteſtanda auaritia illius, qui tam multa concupiſcebat, cùm haberet ſuperuacua tam multa. tunc exitialis erat apud principem huic laxior domus, illi amœnior villa. nunc princeps in hac eadem dominos quærit, ipſe inducit. ipſos illos magni aliquando imperatoris hortos, illud nunquam niſi Cæſaris ſuburbanum licemur, emimus, implemus. Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, vt ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos: nos non timeamus, quòd digni eſſe videmur. nec verò emendi tantùm ciuibus tuis copiam præbes, ſed amœniſſima quæque largiris & donas, iſta inquam donas in quæ electus, in quæ adoptatus es. transfers quod iudicio accepiſti. ac nihil magis tuum credis, quàm quod per amicos habes. Idem tã parcus in ædificando, quàm diligens in tuẽdo. Itaque non vt ante immanium tranſuectione ſaxorum vrbis tecta quatiuntur, ſtant ſecura domus, nec iam templa nutantia. Satis eſt tibi nimiúmque cùm ſucceſſeris frugaliſſimo principi, magis reÿcere aliquid &

Tabula ingens] Nomina multarũm rerum notata in tabula, quas Traianus venales propoſuerat. ſic Nerua liberalitatibus pecuniæ inops, veſtes primùm, & vaſa aurea atque argentea, precioſam præterea ſuppellectilem ſiue ſuá etiam, ſiue imperialia auctioni ſubiecit, autore Dione. & Capitolinus refert Antoninum philoſophum, ne in bello Marcomanico, iam exhauſto ærario, extra ordinem prouincialibus aliquid imperaret, in foro diui Traiani auctionem ornamentorum imperialium feciſſe, vendidiſſéque aurea pocula, & criſtallina, & myrrhina, vaſa etiam regia, & veſtem vxoriam ſericam, & auratam, gemmáſque etiam quas multas in repoſtorio ſanctiore Adriani repererat. & per duos quidem menſes hanc venditionem celebratam. tantúmque auri redactum, vt reliquias belli Marcomanici ex ſententia proſecutus, poſtea dederit poteſtatem emptoribus, vt ſiquis vellet empta reddere, atque aurum ſuum recipere liceret. nec moleſtus vlli fuit, qui vel non reddidit empta, vel reddidit. *Quod ſit*) Qua re deteſtari poteſt. *Illius*) Domitiani *Tam multa*] Traductio, color. *Superuacua*) Non neceſſaria. ille enim auarus eſt, qui ſuperuacua quærit & comparat. *Exitialis*) Exitii cauſa. *Laxior*) Pulchrior, latior. *Amœnior Villa*) ædificium in prædiis lautius extructum, quod eruditi prætorium vocant. *In hac eadem*) Aedificia ſplendida. nam poſt Titum & prius Veſpaſianum, Traianus domum Neronianam publicis commodis accommodauit. *Inducit*) Contrà malus princeps expellebat *Hortos*) Neronianos. *Magni*) Ironia. *Niſi Cæſaris*, Imperatoris tantùm, nulli commune. *Licemur, emimus*) Inde licitatio Oblatio precij in venditione. *Implemus*) Noſtris re-

bus, & habitatione. *Suburbanum*]Poſſumus intelligere Albanam villam. in quam plurimum Domitianus ſecedebat neque aliquem moueat, quòd Alba diſtaret ab vrbe, clx. ſtadiis.nam & libro ix. ſuburbana de remotioribus dixerat. *Principalibus*) Cæſarianis. vtitur hoc verbo etiam alibi, neque ſolus Secundus, ſed & Tranquillus Caligula, dicens, pœnitentiam ſimulans, quòd principalium rerum priuatis copiam faceret. identidem offendes apud iuriſconſultos. Apuleius viii. virum principalem pro optimate & ampliſſimo in ciuitate dixit: & principalis porta nominatur, quòd in eo loco eſt.in quo principes ordinis tendunt. *Largiri*)Fuit enim amicis liberalis. *Inqua*) Imitatus patris ſui Neruæ exemplum,quẽ ſcimus omnia vẽdidiſſe præter admodum neceſſaria,nihilo tamen ſegniorem adiuuandis & extollendis amicis,quibus complura contulit beneficia. *Iudicio*) Eſtimatus bonus à Nerua vt eras *Per amicos*) Quòd donaſti amicis,& apud eos tanquam tuum repoſuiſti. an magis iudicio amicorum. *Parcus*) Modeſtus circa res proprias. *In ædificando*)In excitandis nouis ædificiis.quare non immeritò notatur Nero qui in nulla alia re damnoſior fuerit, quàm in ædificando,& Claudius, quòd magna opera potius quàm neceſſaria perfecerit.excitauit & multa Domitianus, in quibus illa ſuperflua videri poſſunt, ſtadium,odeum, naumachia. *Tuendo*] Reparando, quæ iam ſtructa neceſſariò fuerant. *Vt antè*) Sub aliis principibus. *Tecta quatiuntur*] parietes domorum ex tranſuectione columnarum concutiuntur; quod incommodum Iuuenalis ſatyra iii. non prætèriit. lõga coruſcat Sarraco veniente abies atque altera pinum Plauſtra vehunt.nutant alte populóque minantur. Nam ſi procubuit qui ſaxa Liguſtica portat Axis, & euerſum fudit ſuper agmina montem, Quid ſupereſt de corporibus? magis tamen hic conueniunt Senecæ verba ex epiſtolis, in hunc inquit vſum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine, vicis intrementibus. *Nutantia*)Se mouentia, ruinam minitantia *Nimiúmque*)Supérque *Frugaliſſimo principi*)Neruæ, qui niſi neceſſaria retinuit. *Reijcere*) Quamuis enim multa vendidiſſet Nerua, tamen ex illis quæ videbantur neceſſariò relicta, quædam Traianus diſtraxit.

amputare ex his, quæ princeps tãq̃ neceſſaria reliquit. Præterea pater tuus vſibus ſuis detrahebat, q̃ fortuna imperij dederat. tutius quod pater. At quàm magnificus in publicũ es? hinc

Amputare)Circumcidere, abradere,tanquam ſuperuacua, quod eſt cõtinẽtis, autore Seneca. *Detrahebat*) Amputabat omnia præter vſui ſuo opportuna. *Tutius quod p.*) Securius hoc faciebat, quia pater erat, vt qui liberũ in bonis imperium haberet. *Magnificus*)Ille magnificus dicitur,autore Ariſtotele, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit,vt in rẽp.vel qui res præclaras gerit.vnde nec iniuria Theſeus apud Ouidium magnificus appellatur. Tullius & Opimius apud Valerium editis operibus magnifici dicuntur. & Liuius Romulum factis virum magnificum ſcribit. & Valerius, magnificum Camilli Veientanum triumphum. interdum tamen magnificus pro glorioſo & iactabundo ponitur. *In publicum*) Circa publica ædificia. Eutropius autor, orbem terrarum ab eo extructum. multa enim & valdè neceſſaria conſtruxit. vt vias, in quibus ſternendis nullius ſanguinem vitámque abſumpſit, pariter in porticibus, & publicis ædibus, nam fuit natura magnificus & gloriæ non iniurioſus. hæc traduximus ex Dione: ad hæc, & gymnaſium, item Theatrum in campo Martio poſuit, deduxit & aquam in vrbem, quæ ab eo Traiana eſt appellata. columnam cochlidem,quæ adhuc extat in foro erexit, ibi geſta ſua incidens. quare à Plutarcho in Publicola iure Domitianus reprehenditur. ſi quis, inquit, Capitolii luxuriam miratur, is ſi vnam in Domitiani domo porticum aut baſilicam, vel balneum, aut concubinarum diætam vidiſſet: profectò, quale eſt illud Epicarmi contra prodigum dictum. Non beneficus tu quidem morbo afficeris,

ædificare gaudes, tale quid in Domitianum vſurparet. non religioſus tu quidem, aut honoris cupidus, morbo afficeris, ædificare gaudes.

porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, vt non conſummata, ſed tantùm commutata videantur: hinc immenſum latus circi templorum pulchritudinem prouocat. digna populo victore gentium ſedes, nec minus ipſa viſenda, quàm quæ ex illa ſpectabuntur. viſenda autem, cùm cætera ſpecie, tum quod æquatus plebis ac principis locus. Siquidem per omne ſpacium vna facies, omnia continua & paria, nec magis proprius ſpectandi Cæſaris ſuggeſtus, quàm propria quæ ſpectet. Licebit ergo ciuibus tuis

Porticus. Nunquam memini legiſſe Traianum porticus extruxiſſe, ſed portus, teſtimonio Dionis & ipſius Secundi. niſi volumus intelligere porticus extructas circa forũ Traiani: de quo Caſſiodorus: verùm cùm ad forũ Traiani veniſſet, ſingularem ſub omni cœlo ſtructuram, vt opinantur æternam, mœnium aſcenſione admirabilem, hærebat attonitus per Giganteos contextus circumferens mentem, nec relatu effabiles, nec rurſus mortalibus appetendos. omniſtaque ſpe homini quicquam conandi depoſita, Traiani equum ſolum in medio atrii locatum, qui ipſum principem vehit, ſe imitari velle & poſſe dicebat. *Delubra*) Templa. nam Iani templum in melius & maius erexit, de quo Martialis x. Annorum nitidíque ſator pulcherrime mundi. Publica quem primum vota precéſque canunt. Peruius exiguos habitabas ante penates, Plurima qua medium Roma terebat iter. Nunc tua Cæſareis cinguntur limina donis: Et fora tot numeras Iane quot ora geris. At tu ſancte pater tanto pro munere gratus, Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera. *Occulta celeritate.* Derepente, ex improuiſo. *Conſummata*) Perfecta ab ipſis fundamentis. *Commutata*) Reparata, refecta: quod celerius fit *Immenſum latus Circi*) Ex lapide Naumachiæ, quam Domitianus fabricauerat, per Traianum maximus circus adauctis vtrinque lateribus extructus eſt. Dion inquit, Circum collapſum ampliorem, atque etiam elegantiorem Traianus reſtituit. quod ideo ſe feciſſe inſcripſit, vt populum Romanum capere poſſet. quod teſtatur vetus elogium in lapide, quo & liberalitas ipſius principis, & locorum adiectio & amplitudo celebratur. tres in vrbe Circi fuere, vnus ad templum Floræ ſexta vrbis regione: alius nona qui dictus eſt Flaminius: tertius vndecima cognomento Maximus, qui capiebat loca cccLXXXV. millia, xii. portas. nam & Auſonius monſtrat à ſingulis lateribus ſex portas habuiſſe, præter oſtium, quod patebat ad medium ſtadium. Oſtia quot pro parte aperit ſtridentia Circus, Excepto medium quod patet ad ſtadium. Circum ergo Maximum nunc Secundus intelligit. *Latus*) Protenditur enim in longitudinem, & hinc inde parietibus munitur. in quibus extructa ad ſpectandum loca. *Prouocat*) Imitatur. *Populo*) Romano. *Victore gentium*) Et hercle ſi omnes hiſtorias diſcurramus, nullam gentem inueniemus, quæ tot victoriis claruerit, ac fines imperii tam latè protulerit, iámque diu tenuerit. *Viſenda*) Admiranda, contemplanda. *Quæ*] Spectacula, ludi præſertim Circenſes. neque tamen me fugit alia ludorum genera teſtimonio Tranquilli exhiberi ſolita in Circo. *Ex illa*) Sede & loco. *Viſenda*) Epanalepſis. *Specie*] Facie, forma. *Aequatus*) Par eſt. *Omne ſpacium*) Cuneorum longitudinem. *Vna facies*) Eadem apparentia, cùm antequam extrueretur diſtincta eſſent loca. nam per quingentos & quinquaginta octo annos ſenatus populo mixtus ſpectaculo ludorum interfuit. ſed hunc morem Attilius Seranus & Lucius Scribonius ædiles, ludos matri deûm facientes, poſterioris Africani ſententiam ſecuti, diſcretis ſenatus

natus populſque locis ſoluerunt. eáque res auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis msgnoperè quaſſauit. *Continua*) Coniuncta & ſimilia. *Magis proprius*] Decentior, auguſtior. *Suggeſtus*) Pulpitum,. ſedes excelſior. *Propria*) Sui & non alterius. nam ſpectacula erant communia.

inuicem contueri. dabitur non cubiculum principis, ſed ipſum principem cernere in publico, in populo ſedentem: populo, cui locorum quinque millia adiecisti. auxeras enim numerum eius congiarij facilitate, maiorémque in poſterum ſuſcipi liberalitatis tuæ fide iuſſeras. horum vnum ſi praſtitiſſet alius, illi iamdudum radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret aut ebore, auguſtioribúſque aris, & grandioribus victimis

Inuicem] Mutua vice te inſpicere, ſicut tu illos. contrà Nero primùm accubans paruis foraminibus, deinde toto podio adsperto, ſpectauit. Auguſtum recitat Tranquillus Circenſes ex amicorum ferè libertorúmque cœnaculis ſpectaſſe, interdum è puluinari. vnde ſequitur cubiculum, quod imprimis referri poteſt ad Neronem, quem accubantem, id eſt, in lecto iacentem, ſpectaſſe diximus. *In populo*) Inter populum Romanum pari ſede. *Populo*) Repetitio. *Locorum*) Sedilium. *Adiecisti*) Addidiſti ad veterem circi numerum. *Eius populi*) Paulo enim minus, ſuprà teſtatus eſt, quinque millia ingenuorum de publico alendos ſuſcepiſſe. *Congiarij facilitate*) Liberalitate in præbendis alimentis. *Maiorem*) Numerum filiorum. *Iuſſeras*) Incitaueras, hortatus fueras. *Suſcipi*) Tolli, generari à parentibus. *Fide*) Sub ſpe, quibus ſcilicet daturus eſſes alimenta. *Vnum*) Munus. *Horum tot*) Quæ tu præſtitiſti. *Alius*) Imperator. Auguſtum videtur intelligere, qui caput radiata corona vt oculis inſtar ſolis etiam venerationem ſibi adſciſceret, illuſtrauit, ſed, ne inuidiam faceret, non nominauit. *Radiatum*) Radiis diſtinctum. argentea enim imperatorum numiſmata radiis diſtincta vidimus. quomodo nunc beatos, nondum tamen conſecratos pingunt. nouimus Caium diuinam maieſtatem ſibi aſſeruiſſe, dato negocio, vt ſimulachra numinum religione & arte præclara, inter quæ Olympiaci Iouis apportarentur egregia, quibus capite dempto, ſuum imponeretur: & conſiſtentem ſæpius inter fratres deos medium. adorandum ſe adeuntibus exhibuiſſe. & quendam eum Latialem Iouem conſalutauiſſe. templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes, & excogitatiſſimas hoſtias inſtituiſſe. in templo ſimulachrum aureum iconicum ſtetiſſe. iſta tamen potius ad Domitianum referenda, ſicut indicant conſequentia. nam ei ſacrificatum largo cruore Martialis meminit, & quidam ſcripſere ſe deum ſcripto & ſermone appellari voluiſſe, poſt trucidatos duce Flacco Naſamones: pro quibus adeo elatum, vt in ſenatu iactauerit, quod illos ab humanis ſuſtuliſſet, itaque dignum ſe deum dici. *Media inter deos ſ.*] In medio deorum: Domitianus enim, autore Tranquillo, ſtatuas ſibi in Capitolio, non niſi aureas & argenteas poni permiſit, ac pōderis certi. *Auguſtioribus*] Nobilioribus, & cum maiori maieſtate. *Grandioribus*] Bobus albis, cum auratis cornibus. nam hæ dicebantur maiores hoſtię & deorum honori immolabantur: de quibus Athenæus libro nono, niſi menda eſt in ordine librorum, ibi inquam, vbi deorum pompas enarrat. ibant tauri duo millia eiuſdem coloris, auratis cornibus & frontibus coronati. præter enim aurata cornua maiores etiam hoſtiæ videntur appellaræ, quoniam ex tauris fiebant, & præſertim apud Clitumnum nutritis, quos eximios quidam vocatos putant. alii vt Plinius, opimas victimas, & lautiſſimam deorum placationem, de quibus plura lib. viii. ca. xlv. id quod etiam Tertullianus confirmat, ante fores collocari.

nam priorum imagines & ſtatuæ intra templa & deos ipſos collocabantur: Traiani verò pro templorum foribus, aut domorum. Plinius lib xxxv. aliæ in foribus & circa limina animorum ingentiũ imagines erant, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refigere licebat. Plin. li. xxxiii deorum honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quàm vt auratis cornibus hoſtiæ maiores duntaxat immolarentur: eas Liuius ab vrbe condita, opimas appellat. P. inquit, Decium conſul centum bobus, eximióque vno albo opimo auratis cornibus donauit, quem P. Marti immolauit. M. Tullius pro lege agraria. erant inquit hoſtiæ maiores in foro Conſtantiæ, quæ ab his prætoribus ad prætorem & tibicinem immolabantur. hoſtiarũ duo genera prodidit Macrobius lib. iii. Sat. vbi plura quàm huc transferre deceat, explicãtur. inter hoſtiam & victimam hoc differre Seruius exiſtimat, quòd hoſtiæ fiant ab iis, qui in hoſtẽ pergunt: victimæ, quæ poſt victoriã fiũt. ſed hæc licenter cõfundi, idẽ eſt autor. ferunt Caiũ inſtituiſſe, vt ſibi immolarent phœnicopteros, pauones, tetraones, numidicas, meleagrides, phaſianos.

innocaretur. Tu delubra non niſi adoraturus intras, tibi maximus honor excubare pro tẽplis, poſtibúſque prætexi. Sic ſit, vt dei ſummũ inter homines faſtigium ſeruent, cum deorum ipſe non adeptus. itaque tuã ſtatuã in veſtibulo Iouis optimi maximi vnam alterámve & hãc æream cernimus. at paulo ante aditus omnes, omnes gradus, totáque area, hinc auro, hinc argento relucebat. ſeu potius polluebatur, cùm inceſti principis ſtatuis permixta deorum ſimulachra ſorderent. Ergo iſta quidem ærea, & pauca manent, manebúntque quandiu templum ipſum. illa autem aurea & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio

Innocaretur] Propiciaretur. *Excubare pro t.*] Statuas tuas poni ante fores templorum. *Prætexi*] Præponi, præſtrui. *Sic ſit*] Tu cauſa es, vt dii verè pro numinibus colãtur ab hominibus. *Non ad*) Videlicet ſis ſummum deorum faſtigium, id eſt, cùm vnus non coleris pro deo. nam cùm imperatores volebant in vita coli pro diis, faciebant vt ſe nõ ſolum, verùm & deos homines negligerent. *In veſtibulo a. ſ.*] Si quis quærit quid ſit veſtibulum, requirat li. ii. quæ à nobis recitantur. *Iouis*] Capitolini. *Vnam alt.*] Duas. *Hãc v.*] Secundam ſcilicet ſtatuã.

nam fuit Traianus eiuſmodi honorum parciſſimus, quod ipſe teſtatur in reſcriptis ad Secundũ. *Paulo antè*) Viuo Domitiano. *Aditus*] Fores. *Gradus*] Scalarum. nam Capitolium centum gradibus aſcendebatur, referente Tacito lib. xix. quod Domitianus refecerat Vitelliano bello incenſum ſub titulo ſuo tantum, ac ſine vlla priſtini autoris memoria, nouam inſuper ædem excitauit in Capitolio Cuſtodi Ioui. *Area*] Templi Iouis Capitolini. Plutarchus in Publicola Domitianum notans, vt nuda, inquit, Syllæ in Capitolio extruẽdo, ita aurea tibi omnia eſſe cupis. *Seu potius*] Correctio. *Polluebatur*) Prophanabatur, deturpabatur. *Inceſti p.*] Domitiani, qui fratris Titi filiam Iuliam alii collocatam, corrupit. mox patre ac viro orbatam, ardentiſſimè palámque dilexit, vt etiam cauſa mortis extiterit coactæ conceptum à ſe abigere. vnde exiit illa indignatio ſatyrica, Cum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas. *Simulachra*] Deorum effigies. in quem ſenſum ſæpe offendes apud Tranquillum. *Sorderent*) Inquinarentur. *Iſta ærea*] Tuæ ex ære. *Templum i.*] Capitolini Iouis manebit. ſic Horatius auguratur ſua carmina victura, quamdiu imperium Romanum. ſed hic vt minora ſuis ſcriptis tempora attribuit, ſic Martialis æterna templo Flauiæ gentis, ſed diuerſa ratione. *Illa autem a.*] Euſebius in Chronicis. Domitia-

mus nullam ſibi niſi auream & argenteam ſtatuam poni in Capitolio paſſus eſt. & Dion. cùm agmen, inquit, in Dacos duxiſſet, nihil tamen memorabile gerens, in vrbem ſcripſit, tanquam viciſſet. quare tot honores illi decreti, vt vniuerſus orbis Romanæ ditionis ſtatuis illius repleretur. inde Secundus iure innumerabiles appellauit. quas poſt necem odio in eum ciues, omnes conflarunt, vnde Euſebius ait: clypei & imagines Domitiani vbique per vrbem in terram ſunt deiectæ, & à populo per ignominiam publicè ſunt cõculcatæ. ex quibus, ſecundum Dionem in Nerua, vis ingens pecuniæ comparata fuit. Tranquillus præterea, ſenatus morte eius adeo lætatus eſt, vt repleta certatim curia non temperarit, quin mortuum cõtumelioſiſſimo, atque acerbiſſimo acclamationum genere laceraret: ſcalas inferri, clypeóſque & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo affligi iuberet: nouiſſimè eradẽdos vbique titulos, abolendámque omnem memoriam decerneret.

litauerunt. Iuuabat illidere ſolo ſuperbiſſimos vultus, inſtare ferro, ſæuire ſecuribus, vt ſi ſingulos ictus ſanguis dolórque ſequeretur. Nemo tam temperans gaudij ſeraque lætitiæ, quin inſtar vltionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, poſtremo truces horrendáſque imagines abiectas excoctáſque flammis: vt ex illo terrore, & minis in vſum hominum ac voluptates ignibus mutarentur. Simili reuerentia Cæſar, non apud genium tuum bonitati tuæ gratias agi, ſed apud numen Iouis optimi maximi patris. Illi debere nos quicquid debemus, illius quod bene facias muneris eſſe, qui te dedit. Ante quidem ingentes hoſtiarum greges per Capitolinum iter magna ſui parte, velut intercepti diuertere via cogebantur, cum ſæuiſſimi domini atrociſſima effigies, tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipſe humani ſanguinis profundebat. Omnia P.C. quæ de aliis principibus à me, aut dicuntur, aut dicta ſunt,

Litauerunt) Satisfecerunt. nam non omnis qui ſacrificat, litat. cùm ſacrificare ſit veniam petere. litare verò propiciare, & votum impetrare. Plautus in Pœnulo, ſi herclè iſtud vnquam factum eſt, tum me Iupiter faciat, vt ſemper ſacrificem, neque vnquam litem. & Macrobius ſuper illud Virgilii, animáque litandum Argolica: litare dicit, eſt ſacrificio facto placare numen: legimúſque quod litare ſola non poteſt oratio, niſi is, qui deos precatur, etiam aras manibus apprehendat. deductum litare à precibus, quas Græci λιτὰς vocant. conuenienter igitur dictum ſtrage & internecione ſtatuarum peſſimi principis litatum gaudio publico. quòd ſcilicet illarum ſacrificio ſit impetratum à diis publicum gaudium. *Illidere*) Concutere. *Inſtare ferro*) Ferire. rem ipſam tractat per amplificationem, & per deſcriptionẽ ante oculos ponit. *Viſi*] Tanquam ſi ex ſingulis ictibus dolorem ſentirent ſtatuæ & ſãguis manaret. *Inſtar*) Loco. *Artus*] Statuarum. ſunt autẽ artus corporis partes inter iuncturas conuexæ. dicti artus, quòd inter ſe arctentur, ſiue ἀπὸ τῶ ἄρθρων autore Feſto. *Membra*] Septem illa præſertim, quæ in aperto ſunt, intelligit, caput, pectus, brachia, tibias, & pudendum. nam quæ Macrobius libro i. de ſomnio Scipionis numerat, intra hominẽ ſui tiſ ſuperioribus adiũgi poſſunt aures, manus pedes. *Truces*] Reſpexit Domitiani vultum, de quo iã dixerat. ſuperbia in frõte, ira in oculis. *Excoctáſque flammis*] Liquefactas igni, & transformatas in aliũ vſum. cui rei videtur Iuuenalis ſimile illud Sat. x. deſcendũt ſtatuæ, reſtémque ſequũtur. Ipſas deinde rotas bigarum impacta ſecu-

ris Cædit, & immeritis franguntur crura caballis. Iam ſtridunt ignes, iam follibus atque caminis Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens Seianus. deinde ex facie toto orbe ſecunda Fiunt vrceoli, pelues, ſartago, patellæ. *Ex illo t.*) E metuendo & ſæuo tyranno. *Mutarentur*] Imagines. *In vſum h.*] In vaſa & inſtrumenta ad vſum & voluptatem humanam. *Genium*] Statuam, deum, in cuius tutela viuis poſtquam genitus es. *Bonitati tua*) Pro virtutibus tuis. *Illi*] Ioui pateris nos debere, quicquid tibi debemus. & ſanè omne bonũ per quæcũq; noſtrũ fit ad deũ referendũ eſt. *Qui te d.*) Nobis imperatorẽ. nã in ſinu Iouis præfatus eſt Traianum factũ principẽ. *Per capitol. s.*] Per viam quæ ducit ad Capitoliũ. *Interceptis*] Ablati. per diuerticula enim ducebãtur ad collem Tarpeiũ, cũ recta via nõ poſſet ſimul omnes capere. *Domus*] Domitiani. *Tanto c.*) Quod etiã teſtatur Mart. Antè colebatis votis & ſanguine largo Maiorẽ Alcidem. nunc minor iſte colit: Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores: Illi ſecurus vota minora facit.

eò pertinent, vt oſtendam quàm longa conſuetudine corruptos, deprauatóſque mores principatus parens noſter reformet, & corrigat. alioqui nihil non parum gratè ſine comparatione laudatur. Præterea hoc primum erga optimum imperatorem piorum ciuium officium eſt, inſequi diſſimiles. neque enim ſatis amarint bonos principes, qui malos ſatis non oderint. Adÿce quod imperatoris noſtri non aliud amplius, ac diffuſius meritum eſt, quàm quòd inſectari malos principes tutum eſt. An excidit dolori noſtro modo vindicatus Nero? permitteret credo famam, vitámque eius carpi, qui mortem vlciſcebatur? nec vt in ſe dicta interpretaretur, quæ de ſimillimo dicerentur? Quare ego te Cæſar muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono: quod licet nobis, & in præteritũ de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros ſub exẽplo præmonere. nullũ locum, nullũ eſſe tẽpus, quo funeſtorum principum manes, à poſterorũ execrationibus conquieſcant. Quo conſtantius, P.C. & dolores noſtros, & gaudia proferamus, ingemiſcamus illis, quæ patiebamur. Simul vtrunque faciendum eſt ſub bono principe.

Eò pertinent] Ad id tendunt, & ſpectãt. *Parẽs n.*] Traianus. *Alioquin*] Inſuper. *Nihil non*] Etiam. *Parum g.*] Ineleganter, incultè, cùm paruo decore, præter artẽ, cùm Aphthonius præcipiat ex comparatione laudandum, colligendo maius eſſe quod laudatur, quàm quod trahitur in comparationem. *Laudatur*) Traianus. *Piorum*] Bonorum. *Diſsimiles*) Malos *Neque e.*] Contentio. *Satis*] Traductio. *Tutum eſt*] Hinc trahitur & coniectura Iuuenalem ſatyram ſuam, & ſcribere & publicare auſum ſub Traiano, libertate ſeculi permittente. *Nero*) Domitianus ſanguinarius qualis Nero. vnde caluum Neronem Iuuenalis appellauit. Cùm iam ſemianimem lacceraret Flauius orbem Vltimus, & caluo ſeruiret Roma Neroni. placet tamen magis vt ſimpliciter intelligatur. *Modò vindicatus Nero*] Quia paulo antè quàm moreretur Domitianus, ſupplicium ſumpſit de Epaphrodito, in vindictam Neronis, tradente Dione, Domitianum Neronis Epaphroditum prius expuliſſe, deinde iugulaſſe, quòd Neronem in nece iuuiſſet, vt ex huius ſupplicio ſuos libertos deterreret, ne quid tale vnquam in ſe auderent. *Permitteret*) Libertatem dares Domitianus.

perinde ac ſi diceret minimè. nam hoc agit interrogatio. *Eius*] Neronis. quantò diligentius intueor, eò illorum indulgentiam admiror, qui aſſeruerunt Iuuenalem auſum ſcribere ſatyram viuo Domitiano, cùm hic locus Secundi apertè repugnet. *Mortem*) Neronis. argumentum à minori ad maius. *Vt in ſe dicta*] Tanquam quæ de Nerone dicerentur, de Domitiano intelligerẽtur. nam ſi Heluidium filium occidit, quod quaſi ſcenico exodio ſub perſona Paridis & Oenones diuortium ſuum cum vxore Domitia tractaſſet, quantò magis vlciſceretur, qui ſæuitiam Neronis, & imperatoris, & ſibi ſimillimi damnaret. *Muneribus t.o.*) Cõparo te omnibus, id eſt tu ſolus æquaſti, ſi tua omnia beneficia computantur, omnium imperatorum munera, multorũ verò ſuperaſti. *Muneribus*] Munus tripliciter ſumitur ſecundũ iuriſconſultos aut pro dono, aut pro onere, à quo immunitas, vocatio ab oneribus, tertio pro officio. vnde municipes deducti ab officiis capiendis cum pop. Rom. *Omnibus*) Imperatoribus. *In præteritum*) Quia iam fuerunt. *Manes*) Animæ. *Execrationibus*) Imprecationibus. omnis enim execratio triſtis autore Plutarcho eſt, & maximam vim habet. ſcriptum eſt apud Appianum, Anteium tribunum cùm non poſſet obſiſtere Craſſo, profecturo ad bellum Parthicum, ſudem igne torrentem antepoſuiſſe ianuæ obuio Craſſo, & delibatis auidè ſacris, execrationes diras & horrendas extuliſſe, ſæua quædam numina & immania inuocaſſe, atque in eum imprecatum. has quidem execrationes Romani condi ſolitas, & antiquas profitentur: talem quoque habere poteſtatem, vt nemini fas ſit, qui in eas inciderit, effugere. peſſimè tamen operati his vtentem, ſi non à conuenientibus & à multis excitentur. meminit Plutarchus in Ariſtide alterius generis execrationis, quæ ſolet fieri in perfidos. *Illis*]. Malis. *Patiebamur*] Sub Domitiano. *Simul*] Et dolorẽs & gaudia perferre.

Hoc ſecreta noſtra, hoc ſermones, hoc ipſæ gratiarum actiones agãt: memineríntque ſic maximè laudari incolumem imperatorẽ, ſi priores ſecus meriti reprehendantur. Nam cùm de malo principe poſteri tacent, manifeſtum eſt eadem facere præſentem. Et quis iã locus miſeræ adulationis manebat? cùm laudes imperatorum ludis etiam, & commeſſationibus celebrarentur, ſaltarentúrque, atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, geſtibus frangerentur? ſed illud indignum, quòd eodem tempore in ſenatu, & in ſcena ab hiſtrione, & à conſule laudabantur. Tu procul à tui cultu

Hoc] Repetitio] *Incolumem*] Viuum, ſuperſtitẽ. *Secus m.*] Mali. *Eadem*] Reprehendenda. *Præſentem*] Viuum principem. *Et quis iam locus*] In ſummum locum proceſſerat adulatio temporibus Domitiani, quod apertè oſtẽdit Iuuenalis ſatyra quarta, vbi introducit piſcatorem imperatori blandientem. Et tua ſeruatum cõſume in ſecula Rhombũ. Ipſe capi voluit. quid apertius. & tamen illi Surgebant criſtæ, nihil eſt, quod credere de ſe Non poſſit, cùm laudatur diis æqua poteſtas. *Ludis*] Multa apud Martialem epigrãmata ſunt, quib' applaudit ludis & muneribus Domitiani, & Statius epulũ publicũ verſiculis celebrat. *Cõmeſſationibus*] Caput extat apud Tranquillum de potu, & commeſſationibus Tiberii, vbi notatur is princeps, quòd admodum bibaculus noctem continuúmque biduum epulando potádoque conſumpſerit. vnũ de multis epigramma Martialis recitabo, in quo more ſuo adulando cœnam Domitiani imprimis commendat. Ad cœnam ſi me diuerſa vocaret in aſtra, Hinc inuitator Cęſaris inde Iouis, Aſtra licet propius, palatia lõgius eſſent, Reſpõſa ad ſuperos hæc referenda darem: Quęrite qui malit fieri conuiua tonantis, Me meus in terris Iuppiter ecce tenet. cõmeſſatio autem cibus diei-

tur quacunque hora extra ordinem ſumptus, propriè tamen qui poſt cœnam capitur. dicta commeſſatio κατὰ τὰς κώμας à vico. prius enim in vicis habitabant, quibus in locis alii alios inuitabant. non negauerim tamen deduci poſſe κατὰ τὸ κῶμον, à laſciuia & feſto ebrietatis, ac intemperantiæ. nonnulli etiam à comeſſe, vel à comitate deductum putant. *Saltarentúrque*) Per Pantomimos quos ſuprà memorauimus in theatro curſitaſſe, exultaſſe, obſtupuiſſe, ac deinde ſingulos dominorū geſtus cum canticis reddidiſſe. *In omne ludibriū*] In omne genus ludi. pariter Auguſtinus, pantomimorum ludos ludibria appellat. *Effeminatâ*] Mollibus, laſciuis, libidinoſis. *Modo*] Geſtibus, diſſoluto color. *Frangerentur*] Fracta voce pronunciarentur, emollirentur, eneruarentur. *Scena*] Vbi hiſtriones ſaltabant. *In ſenatu*] A conſule laudabatur princeps. *Culiu*] Laude.

ludicras artes remouiſti. Seria ergo te carmina, honórque æternus annalium, non hæc breuis & pudenda prædicatio colit. quinetiam tanto maiore conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgent, quanto magis de te ſcenæ ſilebunt. Sed quid ego iſtud admiror? cùm eos quoque honores, qui tibi à nobis offeruntur, aut delibare parciſſimè, aut omnino ſoleas recuſare? Nihil antè tam vulgare, tam paruum in ſenatu agebatur, vt non laudibus principum immorarentur, quibuſcunque cenſendi neceſſitas accidiſſet. De ampliando numero gladiatorum, aut de inſtituendo collegio fabrorum conſulebamur, &

Ludicras artes] Hiſtrionicas, ludi cauſa repertas, viles, infames. Iulianus & Vlpianus ff. tertio: qui artis ludicræ pronunciandiue cauſa in ſcenam prodierit, infamis eſto. vbi iuriſconſulti athletas, xyſticos, & multos alios ſecernunt ab arte ludicra. Pegaſus autem eos qui quæſtus cauſa in certamina deſcendūt, & omnes propter præmium in ſcenam prodeuntes famoſos eſſe, & Vlpius Nerua reſponderunt. *Seria carmina*] Continentia res graues, & geſta Traiani admiranda. hæc tamen cum exteris intercidere. *Annalium*] Hiſtoriarum. annales ſunt veluti hiſtoriarum argumenta, & res geſtæ plurium annorum, quæ obſeruato cuiuſque anni ordine deinceps conſcribuntur. vnde Liuius, qui Romanorum geſta xviij. libris complexus eſt, annales inſcripſit: quod ferè ſingulorum annorum actus continerent. at ἐφημερὶς ſingulorum dierum acta declarat: qualia ſunt Taciti, & à nobis diurnales actus vocati. nec me præterit Macrobium dicere, pontificibus permiſſam poteſtatem conferendi memoriam rerum geſtarum in tabulas, & hos annales maximos, quòd à pontificibus maximis conferrentur, appellatos. & Seruium ſcripſiſſe annales eſſe annorum & temporum quæ ætas noſtra non vidit. quam opinionem tanquā falſam Verrius Flaccus reprehendit, autore Gellio. apud quem libro v. multa ſuper hoc diligentius diſputata inuenies: monumentis verò literarum vitam Traiani apud nos mandauere Marius Maximus, Fabius Marcellinus, Aurelius Verus, Statius, Valens, Dion apud Græcos, ſed proh dolor niſi compendia admodum breuiſſima ad manus noſtras peruenêre. *Hæc*] Per hiſtriones *Prædicatio*] Laudatio ſcenica *Breuis*) Momentanea, cito interitura. *Pudenda*] Laſciua *Ipſa th*] Ipſi ſpectatores. *Scenæ*] Hiſtriones. *Iſtud*] Quod ſpernas per hiſtriones probari. occupatio. *Nobis*, Senatoribus *Delibare*] Decerpere partem eorum, & leuiter deguſtare. præſtruit quæ dicturus ſit. *Recuſare*] Quod ſcilicet conſulatum & cenſurā recuſaueris *Quibuſcunque*] Senatoribus. *Cenſendi*] Sententiā dicendi. *De ampliādo gladiatorū n.*] Tranquillus in Iulio Cæſare, cautum, inquit, à ſenatoribus de numero gladiatorū,

quo ne maiorem cuiquam habere Romę liceret, cùm multiplici vndique familia comparata Cęſar inimicos exterruiſſet. & Tacitus meminit ſenatuſconſulto permiſſum ciuitati Syracuſanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum. & Petum Thraſeam contradixiſſe, materiámque præbuiſſe obtrectatoribus arguendæ ſententiæ. ſed hîc apertè de Domitiano loquitur. *Collegio f.*) Mamurius faber cùm alij in vrbe ceſſaſſent artifices effingere ancile, diffiderêntque ac deſperarent, vſque adeo eius ſimilitudinem deſcripſit, vt ne ipſe quidem Numa verum dignoſceret. inde collegia fabrorum inſtituta, quorum frequenter mentio fit apud Victorem, eorúmque magiſtratus apud antiquos in precio fuit, ita vt quidam ſolo honore contenti fuerint. & in multis vetuſtis monumentis pręfectos fabrûm vel etiam fabrorum reperies, in quibuſdam etiam quatuor præfectos ſabr. fuiſſe cognoſces. collegia fabrorum in vrbe teſtatur Aſconius. vbi refert collegia S. C. & pluribus legibus ſublata, præter pauca atque certa, quæ vtilitas ciuitatis deſideraſſet, vt Fabrorum lictorúmque. Inſuper Liuius meminit à Seruio rege duas centurias primæ claſſi additas eſſe fabrorum, quæ ſine armis ſtipendia facerent, datum munus vt machinas in bello ferrent. & caput eſt apud Vegetium de officio præfecti ſabrorum. nam legio habebat fabros lignarios, ſtructores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquoſque artifices ad hybernorũ ædificia fabricanda, ad machinas turréſque ligneas, cæteráque quibus vel oppugnantur aduerſariorum ciuitates, vel defenduntur propriæ, præparatos, etiam qui arma, vehicula, cęteráque tormentorum genera formabãt. horũ omnium iudex proprius erat præfectus ſabrorum. an potius intelligendum de collegiis fabrorum, quę in vrbibus inſtituebantur ad arcenda ædificiorum incendia.

quaſi prolatis imperij finibus, nunc ingentes arcus, exceſſuróſque templorum faſtigium titulos, nunc menſes etiam, nec hos ſingulos nomini Cæſarum dicabamus. patiebantur illi, & quaſi meruiſſent, lætabantur. At nunc quis noſtrum tanquam oblitus eius, de quo refertur,

Quaſi p.) Tanquam ſubactæ imperio Romano Germania & Dacia, cùm turpiter ceſſiſſet. *Ingentes a.*) Triumphales. recitauimus Domitianum innumeros Ianos arcúſque cum quadrigis & inſignibus triumphorum, per regiones vrbis ſtruxiſſe. Maximum omnium Martialis carmine celebrat iuxta templum Fortunæ reducis: Grande loci meritum teſtantur & altera dona. Stat ſacer edomitis gentibus arcus ouans. Hic gemini currus numerant elephanta frequentem. Sufficit immenſis aureus ipſe iugis. Hæc eſt digna tuis Germanice porta triumphis. Hos aditus vrbem Martis habere decet. *Exceſſuros tit.*) Arcus cum inſcriptionibus honorum, tantæ altitudinis vt templorum verticem tranſcenderent. Vel titulos immenſos & ſupra veritatem, ne ſcilicet ſecundum Dionem, ſi modica decreuiſſent ſenatores, exiſtimaſſet Domitianus ſua facta notari. *Menſes*) Septembrem & Octobrem Domitianus enim Germanici cognomine aſſumpto, Septembrem menſem & Octobrem ex appellationibus ſuis Germanicum Domitianúmque tranſnominauit: quòd altero natus eſſet. hinc lib. ix. Martial aſſeruit, dum rautũ templum gentis Flauiæ dũ Ianus hyemes: Domitianus autumnos: Auguſtus annis cõmodabit ęſtates: Dũ grãde famuli nomen aſſeret Rheni Germanicarũ magna lux calendarum. *Patiebãtur i.*) Virtute ipſa non tam multi præditi eſſe quã videri volunt. hos delectat ambitio, his fictus ad eorũ voluptatẽ ſermo cũ adhibetur, orationem illam vanã teſtimoniũ eſſe laudũ ſuarum putant. nemo tamen ſecundũ Ciceronem apertè adulantem non videt, niſi qui admodũ eſt excors *Illi*) Nam præter Domitianũ, Nero Aprilem in Neroneum cõmutauit, & poſtea Commodus Auguſtũ in Cõmodũ, Septembrẽ in Herculem, Octobrẽ in Inuictum, Nouẽbrem in Exuperatoriũ, Decẽbrẽ in Amazoniũ.

Qui noſtram con.] Vetus dicendi modus, pro qui ſenatores conterunt. proprie namque veteres quis & aliquis, & quiſquam & quiſquis non obſeruabant, quo genere, aut quo numero declinarent. quare Plautus in Ciſtellaria mulier, inquit, quiſquis es medioxima. & Terentius in Adelphis dixit, aperite aliquis actutum oſtium. & Paulus de verborum ſignificatione, verbum hoc ſiquis tam maſculos quàm fœminas complectitur. Tacitus xix. eo ſuffragio turbidiſſimus quiſque delecti. & ſtatim. optimus quiſque adſciti. cuius obſeruationis quidam rudes, lectionem peruertunt ſcribendo apud Secundum conſumit.

cenſendi officium principis honore conſumũt? Tuæ moderationis hæc laus, cõſtantiæ noſtræ: tibi obſequimur quòd in curiam, non ad certamen adulationum, ſed ad vſum munúſq; iuſtitiæ conuenimus: hanc ſimplicitati tuæ veritatíque gratiam relaturi, vt te quæ vis, velle, quæ non vis, nolle credamus. Incipimus inde, deſinimus ibi à quo incipi in quo deſini ſub alio principe non poſſet. Nam pleroſque ex decretis honoribus, & alij non receperunt: nemo antè tantus fuit vt crederetur noluiſſe decerni. Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando non trabibus, aut ſaxis nomen tuum, ſed monumentis æternæ laudis inciditur. Ibit in ſecula, fuiſſe principem, cui florenti & incolumi, nunquam niſi modici honores, ſæpius nulli decernerentur. Et ſanè ſi vellemus cum priorum temporum neceſſitate certare, vinceremur. Ingenioſior eſt enim ad excogitandum

Officium cenſendi] Dicendi ſententiam, de eo quod relatum fuerat. *Principis honore*] In laudibus principis. Pacatus in Panegyrico Theodoſij. non enim iam coacta laudatio, & expreſſæ metu voces periculum ſilentij redimunt, fugerit abfueritque triſtis illa facundiæ ancillantis neceſſitas cum trucem dominum auras omnes plauſuum publicorum ventoſa popularitate captantem, mendax aſſentatio titillabat. iam gratias agebant dolentes, & tyrannum non prædicaſſe, tyrannidis accuſatio vocabatur. *Hæc laus*] Eſt. *Tuæ moderationis*] Quòd non vis extra ordinem laudari. *Noſtra cõſtantia*] Laus eſt, qui libertate cenſendi aperte vtimur. *Tibi obſequimur*] Facimus imperium tuum. *In curiam*] In ſenatum. *Ad certamen adulationum*] Vt inuicem contendamus quis melius laudet imperatorem. *Simplicitati*] Sinceritati, bonitati, quam exponit dum ſubiungit. vt credamus te velle, quæ oſtendis velle. & nolle, quæ dicis nolle. Domitianum notabiliter taxat, quem memorant hiſtorici fuiſſe ſummum ſimulatorem & diſſimulatorem: cùm poteſtatem regiam ſecundum Ageſilaum apud Xenophontem, oporteat non verſutia inſignem eſſe, ſed probitate. *Inde*] à re quæ proponitur in conſultationem. *Alio*] Malo. ſub quo opus erat perorare in laudibus eius. *Alij*] Principes. vt Tiberius, qui ex plurimis maximiſque honoribus præter paucos & modicos non recepit. & Claudius nimios honores recuſauit. Veſpaſianus tribunitiam poteſtatem & patris patriæ appellationem niſi ſero recepit. hæc ſumpta ex Tranquillo. *Nemo*] Imperator. *Ante*] Te præceſſit. *Tantus*] Tanti animi & virtutis. *Noluiſſe d.*] Sed per hunc contemptum ſibi famam quæſiſſe. *Quod*] Simpliciter recipere honores. *Titulis*] Laudibus. *Non trabibus a. ſ.*] Ædificiis quæ conſtant lapidum congerie, & lignorum contignatione, circuitio color. *Monumentis æ. l.*) Hiſtoriis & carminibus. *Ibit in ſ.*) Durabit in perpetuum. *Florenti*) Grato victori. *Incolumi*) Viuenti. *Nulli h.*) Quamuis merito. *Certare*) Contendere enixius laudare Traianum quàm Domitianum feceramus.

mus. *Ingenioſior*) Subtilior, acutior, diligentior. *Ad exceg.*) Ad inueniendum noua. Seneca: adulatio non tantùm imitatur amicitiam, ſed vincit & præterit.

ſimulatio veritate, ſeruitus libertate, metus amore. Simul cum iam pridem nouitas omnis adulatione conſumpta ſit, non alius erga te nouus honor ſupereſt, quàm ſi aliquando de te tacere audeamus. Age, ſiquando pietas noſtra ſilentium rupit, & verecundiam tuam vicit, quæ qualiáque decernimus nos, tu non recuſas, vt appareat, non ſuperbia & faſtidio te ampliſſimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Pulchrius hoc, Cæſar, quàm ſi recuſares omnes: nam recuſare omnes, ambitionis: moderationis eſt eligere parciſſimos. Quo temperamento & nobis & ærario prodes, quo ſumptibus eius adhibes modum, qui exhauſtum non ſis innocentium bonis repleturus. Stant igitur effigies tuæ, quales olim ob egregia in rempublicã merita priuatis dicabantur. Viſuntur eadem è materia Cæſaris ſtatuæ qua Brutorum, qua Camillorum. nec diſcrepat cauſa. Illi enim reges

Simulatio veritate) Contentio. *Simul.*] Etiam Liuius. 1. belli Punici ſimul conquiſitoribus in ciuitates miſſis iiij. millia deſcripta iuuentutis. Cæſar iij. Gallici. ſimul quod quantum in ſe facinus admiſiſſent, intelligebant. non improbo tamen ſi legatur, ſed, mihi ſcriptura melius procedit. *Nouitas o.*] Omnis honorum inuentio inuſitata. *Conſumpta*] Ab aliis præoccupata, & prærepta. *Detet.*) Deſiſtere à laudibus tuis. at tyrannus ſecundum Xenophontem, omnes qui tacent de ſe male ſentire putat. *Silentium r.*) Incipit fari de te. *Qualiáque*] Quamuis minimos honores *Ampliſſimos*] Quale patris patriæ cognomen & conſulatus. *Hoc*] Recipere minores. *Ambitionis e.*] Eſt officium ambitioſi, & hoc exegit ãbitio. *Quo temp.*] Quia temperatus es, neque ſinis ingentes arcus, templa, ſtatuas aureas tibi extrui. hæc enim de publica pecunia fiebant. *Nobis*] Dum non reples ærarium ex bonis innocentium. *Aerario*] Dum ſumptibus eius modum adhibes. *Effigies*) Statuæ. te effigiantes, & reddentes. *Priuatis*] Poſt exactos reges ſine imperio, cum reſp. vigeret. non enim omnino intelligit illos non habuiſſe imperium, ſed ſubiectos legibus & reip. hic ergo priuatum opponit principi, qui nullis legibus ſubiacet. *Eadem è materia*] Ænea. *Brutorum*] Duorum: præſertim L. Bruti qui Tarquinios expulit, et M. Bruti Cæſaris interfectoris. L. Bruti ſtatuę meminit Plinius libro xxiij. & Plutarchus in Vita M. Bruti, Illum, inquit, priſci Romanorum in Capitolio ex ære finxerunt medium inter reges enſem ſtrictum exerentem. quòd is conſtantiſſimè Tarquinios euertiſſet. ille veluti quondam fulminei enſis acies durum & inexorabile ingenium nactus, adeo animi intemperantis aduerſus tyrannos fuit, vt tamquam inſano impetu vectus, vſque in liberorum ſuorum cædem ſęuierit. ibi etiam leges ſubſcriptum fuiſſe illius ſtatuę, paulo antequàm Cæſar interficeretur, vtinam Brute nunc viueres, & nunc Brutus eſſes. M. verò Bruti ſtatuam extitiſſe Mediolani, ibidem Plutarchus, & Tranquillus de claris oratoribus, teſtantur. *Camillorum*] M. Furium Camillum imprimis reſpexit, qui vrbem captam à Gallis ſeruauit, & ſeruatam in bello patriam, iterum in pace haud dubiè protexit, prohibens migrare Veios. notior hiſtoria, quàm vt à nobis latius dicatur. recitat Plinius lib. vigeſimoquarto. Camilli ſtatuam in Roſtris ſine tunica. *Nec diſcrepat cauſa*] Eadem cauſa poſitæ ſunt tibi ſtatuæ, qua Brutis & Camillis. *Illi*] Bruti & Camilli. *Reges*] Nam L. Brutus Tarquinios

eiecit. D. Brutus Cæſarem, qui regnum affectabat, occidit.

hoſtémque victorem mœnibus depulerunt: hic regnum ipſum, quæq; alia captiuitas gignit, arcet ac ſubmouet: ſedémque obtinet principis, ne ſit domino locus. ac mihi intuenti in ſapientiam tuam, minus mirum videtur, quòd mortales iſtos, caducóſque titulos, aut depreceris, aut temperes. Scis enim vbi vera principis, vbi ſempiterna ſit gloria, vbi ſint honores, in quos nihil flammis, nihil ſenectuti, nihil ſucceſſoribus liceat. Arcus enim & ſtatuas, aras etiam, templáque demolitur, & obſcurat obliuio: negligit, carpítque poſteritas. cōtrà contēptor ambitionis & infinitæ poteſtatis domitor, ac frenator animus, ipſa vetuſtate floreſcit, nec ab vllis magis laudatur quàm quibus minimè neceſſe eſt. Non ergo perpetua principi fama: quæ

Hoſtémque victorem) Gallum. nam Camillum deſignat. *Hic*) Traianus. *Regnum*) Impropriè pro tyrannide. nam regnum propriè eſt quando optimus regnat æquo iure. & arcet ac ſubmouet alia mala, quæ captiuitas gignit. regnum igitur Tarquinios reſpicit, & captiuitas Gallos. vt illud Domitianum, hoc milites in Neruam inſurgentes. *Sedem*) Vicem. *Domine*) Tyranno. contraria ſunt princeps & dominus. *Iſtos*] Scenicos, & marmoreos. *Depreceris*) Refutes, amoliaris, auertas prece adhibita, vel quo alio modo. Ouidius. Sæpe precor mortē, mortem quoque deprecor idem. Virgilius, merui nec deprecor. M. Tullius de republica, non modo in inuidia pari non erant, ſed etiam Clodij inuidiam, Gracchi charitas deprecabatur. Idem pro Aulo Licinio. non ne concedas interdum, vt excuſatione ſummæ ſtultitiæ, ſummæ probitatis odium deprecetur. item ad populum pro reditu ſuo. me nudum Cn. Piſonis virtus, & fratris mei lachrymæ ſordéſque lugubres à vobis deprecatæ ſunt. Iuſtinus. contrà Phocenſium legati adhibitis Lacedæmoniis & Athenienſibus bellum deprecabantur. aliquando purgare & excuſare, ſicut apud Græcos παραιτεῖσθαι ſignificat, vt Marcus Tullius in Verrem. quid faciet Hortenſius? auaritiæ ne crimina frugalitatis laude deprecabitur? interdum imprecari. Catullus: Lesbia mî dicit ſemper male, nec tacet vnquam De me. diſpeream me niſi Lesbia amat. Cui ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi Aſſidue. verùm diſpeream niſi amo. nonnumquam valde precor. tunc enim (de) præpoſitio ad augendum & cumulandum valet. Cicero pro Sylla. quàm multorum hic vitam à Sylla deprecatus eſt. Cæſar ſecundo belli Gallici. dixerunt vnum petere, & deprecari. lege quædam ſuper hoc verbo apud Gellium libro ſexto. *Temperes*] Modicos recipias. *Honores*] virtutis dignitates. *Nihil flammis*] Sic credidit Ouidius futurum operi ſuo ingenioſiſſimo, in fine Metamorphoſis. Iámque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas. *Succeſſoribus*] Maiorum enim virtutes non traduntur per ſucceſſionem, vt extera, ſed eius manent, cuius ſunt. effinge ergo, Caninio ſcripſit, aliquid, & excude quod ſit perpetuò tuum. nam reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium dominum ſortientur, hoc nunquam tuum deſinet eſſe ſi ſemel cœperit. quare non immeritò Iuuenalis gladium diſtrinxit in eos, qui tantùm maiorum imaginibus nituntur. *Statuas*] Xenophon autor, Ageſilaum vetuiſſe ſtatuas ſibi poni, cùm hoc quidem honoris cauſa facerent. ſed animi dotes nunquam elaborare deſtitiſſe. putabat enim ſtatuariorum illud, hoc ſuum eſſe opus. *Demolitur*) Diruit. nam mors etiam ſaxis nominibúſque venit. *Obſcurat*) Abra-

dit,ſitu obducit, titulis priuat. *Carpit*) Taxat tanquam ſuperba. *Contra c.*] Sententia color. ſed tamen illa habetur oratio vitioſa cuius dictiones ab eadem ſyllaba incipiunt. vt hic contra contemptor. *Floreſcit*) Magis illuſtratur. *Quibus min.n.eſt*) A poſteris, qui nullo beneficio erunt affecti. Pacatus in panegyrico Theodoſij.neminem magis laudare imperatorem decet,quàm quem minus neceſſe eſt. *Perpetua fama*] Mala. ſ. nam & peſſimorum fama interdum durat, ſed in eorum contemptum & ludibrium. Neroni fuit æternitatis cupido, ſed inconſulta, ſi Tranquillo credimus.

inuitum manet:ſed bona concupiſcenda eſt. ea porrò non imaginibus,& ſtatuis,ſed virtute ac meritis prorogatur. Quinetiam leuiora hæc, formā principis figurámq; non aurum melius, vel argentum,quàm fauor hominū exprimat, teneátque:quod quidem prolixè tibi cumulatéque contingit,cuius lætiſſima facies,& amabilis vultus in omniū ciuium ore,oculis,animo ſedet. Adnotaſſe vos credo patres conſcripti, iā dudū me non eligere quæ referam. propoſitum eſt enim mihi principē laudare, non principis facta. nam laudabilia multa etiā mali faciunt, ipſe laudari niſi optimus non poteſt. Quare nō alia maior imperator Auguſte gloria tua, quā quòd agentibus tibi gratias nihil velandum eſt,nihil omittendum eſt. Quid eſt enim in principatu tuo, quod cuiuſque prædicatio vel tranſilire,vel præteruehi debeat? quod momentum, quod immò temporis punctum

Inuitum manet) Velit nolit, duratura eſt. peſſimi enim æquè vt optimi nominantur hi vt nobis rectè viuendi ſint exemplo, at illi vt per illos quæ fugienda ſunt, diſcamus. *Ea*] Bona. *Prorogatur*] Diffunditur ad poſteros *Leuiora hæc*) Minoris facienda, quia ſunt fortunæ bona. *Figuram*) Similitudinem, imaginem, oris lineamenta. *Aurum*) Aureæ ſtatuæ. *Fauor*] Amor. *Exprimat*] Effingat. Nazarius : hic vultus vniuerſorum pectoribus infixus eſt, nec commendatione ceræ aut pigmentorum ſuccis renitet, ſed deſiderio efflorescit animorum. *Cumulate*) Largè & abundè. *Lætiſſima facies*) Decorem vultus cum grauitate in Traiano commendat Dion. *Amabilis*] Idem autor amabilem cunctis fuiſſe. *Iamdudum*] A principio orationis. dicitur etiam iamdudum de multis diebus contra opinionem Laurentij Vallenſis. Apuleius libro quinto ſui aſini: iamdudum, quòd ſciam, fidei atque parciloquio meo perpendiſti documenta. ſed apertius xi. nec fuit nox vna, vel quies aliqua viſu deæ monitúque ieiuna, ſed crebris imperiis ſacris ſuis me iamdudum deſtinatum, nunc ſaltem cenſebat initiari. Terentius in Eunucho. Iamdudum te amat, iamdudum illi facile fit quod doleat. Virgilius in Georgicis: & iamdudum incumbere aratris *Eligere*] Electa geſtorum dicere. *Principem*] Qualia debeat facere princeps, quæ ſi fecerit aliquis, meritò laudandus erit. nam Traiani geſta principem ſuperant. *Principis*] Traiani, qui ſupra principem eſt. *Mali*) Vnus nobis Tranquillus hic ſatisfaciet, qui duodecim Cæſarum vitas complexus, nullum deſcribit ſine aliquo laudabili facto præfuiſſe rebus. *Ipſe*] Princeps quiſquis fuerit. *Laudari*] Vera affici laude. *Optimus*] Omnibus virtutibus præditus. cognomento enim optimi plurimum Traianus lætatus *Nihil velandum*] Nullum tuum factum diſſimulandum, ſed omnia tua dicenda, cùm omnia ſint admiranda. *Prædicatio*] Laus. *Tranſilire*] Omittere, diſſimulare. *Momentum*] Breue ſpacium. Valerius Max. eo ipſo quo vita & mors diſtinguitur momento. Plinius

ſenior libro ij. Mercuri ſtationes breuiori momento, quàm vt deprehendi poſſit. Tranquillus in Veſpaſiano, ea momenta domeſtici ad aliquid petendum magnopere captabant. & momentariam vitã.i.breuiſſimam, pariter momentariũ maritum, momentariam ſalutem, momẽtarium venenum. i. ſubitum & præſentaneum dixit. Apu!eius. ſic Papinianus de alimentis momentariam curam, pro breui & præſenti.

aut beneficio ſterile. aut vacuum laude? num omnia eiuſmodi, vt is optimè te laudaſſe videatur, qui narrauerit fideliſſimè? Quò fit, vt propè in immenſũ diffundatur oratio mea, & nec dũ de biennio loquor Quàm multa dixi de moderatione, & quanto plura adhuc reſtãt: vt illud quòd ſecundũ conſulatum recepiſti, quia princeps, & pater deferebat. At poſtquã ad te imperij ſummã, & cùm omniũ rerũ, tũ etiã tui poteſtatem dij tranſtulerint, tertium conſulatũ recuſaſti, cùm agere tã bonum conſulem poſſes. Magnum eſt differre honorem, gloriam maius. Geſtum conſulatum mirer, an non receptum? geſtus nõ in hoc vrbis ocio, & intimo ſinu pacis, ſed iuxta barbaras gẽtes, vt illi ſolebãt, quibus erat moris paludamento mutare prætextam,

Aut beneficio ſterile) Ad imitationem Titi, qui quondam recordatus ſuper cœnam, quod nihil cuiquam toto die præſtitiſſet, memorabilem illam, meritóq; laudandam vocẽ edidit, Amici hodie diẽ perdidi. *Eiuſmodi*) Beneficio, vel laude plena. *Narrauerit*) Res tuas geſtas ſine artificio dixerit. *Fideliſſimè*) Sincerè, ſine adulatione & amplificatione. *Quò*) Cùm res tuæ ſint ampliſſimæ. *De biennio*] De geſtis à Traiano per biennium. *Reſtant*] Dicẽda. Princeps & pater Nerua obtulit ſecundum conſulatum Traiano, dum eſſet cum imperio aduerſus Germanos. nam priorem receperat ſub Domitiano. huius ſecundi conſulatus Traiani meminit Tacitus in libello de moribus Germanorum, & quidã Græcorum, illi in priore collegã Acilium Glabrionem aſſignantes. *At poſtquam dij tranſtulerunt ſummam imperij ad te, & poteſtatem omnium rerũ, tum etiam tui*) vt de te liberè poſſes cõſtituere quicquid velles. nõ enim ſubiacet legib' princeps *Agere tam bonum conſulẽ*] Tam benè exercere conſulatũ. *Gloriam*) Veram famam gloria ſecundũ Senecam vmbra virtutis eſt. & quẽadmodũ vmbra aliquãdo antecedit, aliquãdo ſequitur vel à tergo eſt, ita gloria aliquando ante nos eſt, viſendámq; ſe præbet, aliquãdo in aduerſo eſt. maiórq; quo ſerior, vbi inuidia ſeceſſerit. quãdiu Catonem Roma ignorauit, reſpuit, nec intellexit, niſi cùm perdidit dicam quid interſit inter claritatem & gloriam. gloria multorum iudiciis cõſtat, claritas bonorum at Cicero ſic illam deſcribit. gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. *Mirer*) Dubitatio vtrum de duobus eligat. *Geſtus*] Eſt à te ſecundus conſulatus. *Non in hoc ocio vrbis*) Non in vrbe Roma vbi quies à bello, quæ tunc erat tanquam ſinus & portus quietis. *Barbaras*) Germanas. *Illi*] Veteres conſules. *Mutare prætextam paludamento*] Pro prętexta veſte conſulari induere paludamentum, veſtem imperatorum euntium in expeditionem. Liuius libro primo belli Punici refert Flaminium conſulẽ ad prouinciam iuiſſe paludatum antequam cõſulatum iniret ſumptorum prætextam in diuerſorio hoſpitali, quàm apud penates ſuos. inuenies apud Tranquillum Cæſarem in oppugnatione pontis Alexandrini natando paludamentum mordicus traxiſſe, ne ſpolio potiretur hoſtis. & M. Antonius, eodem ſcribente, recitat Auguſtũ proprætorem in primo bello Mutinenſi fugiſſe, ac ſine paludamento, equóque, poſt biduum demum apparuiſſe. & Vitellius paludatus, ferróque ſuccinctus ad claſſicum quoque vrbem introiit.

vnde Iuuenalis duces paludatos appellauit. Plinius lib. xxij. etiam colorem indicauit, referens coccum imperatoris dicatum fuiſſe paludamentis. Inſuper Maximus refert imperatottibus in prælium exeuntibus, dari ſolere album aut purpureum paludamentum. & Claudianus togæ paludamentum oppoſuit, alterum pro pace, alterum pro bello vſurpans, in laudibus Honorij: ducibus circumſtipata togatis Iura paludatæ iam curia militat aulæ & alius hiſtoricus paludamentum Curiatij dixit. cùm tantùm miles, non autem imperator is foret quia ſecundum Feſtum omnia militaria ornamenta paludamenta vocarunt antiqui, & paludatos armatos.

ignotáſque terras victoria ſequi. Pulchrũ imperio, glorioſum tibi, cùm te ſocij, atque amici ſua in patria, ſuis in ſedibus, adierunt. Decora facies conſulis, multa poſt ſecula tribunal viridi ceſpite extructum, nec faſcium tantùm, ſed pilorũ ſignorúmque honore circundatum. augebant maieſtatem præſidentis diuerſi poſtulantiũ habitus, ac diſſonæ voces, raráque ſine interprete oratio. Magnificũ eſt, ciuibus iura: quid hoſtibus reddere? ſpecioſum certam fori pacẽ: quid immanes campos ſella curruli, victoriſque veſtigio premere? imminere minacibus ripis tutũ quietúmque. quid ſpernere barbaros fremitus? hoſtilémque terrorem non armorum magis quàm togarũ oſtentatione cõpeſcere? Itaque non te apud imagines, ſed ipſum præſentẽ, audientẽque conſalutabant imperatorẽ: noménque quod alij domitis hoſtibus, tu

Ignotaſque terras) Quamuis enim Italiæ contigua ſit Germania, tamen diu incognita fuit, neque ad id temporis ab vllo Romanorum deuicta: nuper, autore Tacito, cognitis quibuſdam gẽtibus, quos bellum aperuerat. nam feritas animorum, & cœli aſperitas non facilè quem quam ad ſe admittit. *Sua in patria*) Vbi conſul exercitui præeras. *Adierunt*) Vt ius redderes. *Secula*) Tempora. *Tribunal*) Sedes conſulis ius dicentis. *Ceſpite*) Herbida terra. eſt autem ceſpes terra in modum lateris cæſa cum herba, ſiue frutex reciſus, vel truncatus, autore Feſto. *Faſcium*) Lictorum. *Pilorum*) Miſſilia quibus vtebatur pedeſtris exercitus pila vocabantur, ferro ſubtili trigono præfixa, nouem vnciarum ſiue pedali, quæ in ſcuto fixa non poſſint abſcindi, & loricam ſcienter ac fortiter directa facilè perrumpunt hoc lib. j. Vegetius. at ſecundo, inquit, miſſile maius ferro triangulo vnciarum nouem haſtilepedum quinque & ſemis, quod pilum vocabant, nunc ſpiculum dicitur: ad cuius ictum exercebantur præcipuè milites, quod arte & virtute directum & ſcutatos pedites & loricatos equites ſæpe tranſuerberat. Mendam addubito eſſe in ſuperioribus, ſi vtráq; ſcripturam penſitaueris: nam & Modeſtus dicit miſſile maius ferro triangulo vnciarum nouem haſtili, pedum quinque ſemis, quod pilum vocabant, & cætera pariter. Liuius ix. ab vrbe pilum memorat: haud paulo quàm haſti vehementius ictu erat & pila muralia tormentis excuſſa, quod docet Curtius vij. *Diuerſi habitus*) Diuerſæ gentes habitu diſtinctæ. cùm ſit habitus corporis qualitas non natura ſed induſtria comparáta, maximè pertinens ad geſtum ſiue triſtem, ſiue hilarem. *Diſſonæ*) Varietate linguarum. *Poſtulantium*) Iur. *Sine interp.*) Per ſe clara & intellecta. *Quid hoſ.*) Perinde ac ſi diceret, magnificentius eſt. *Certam fori pacem*) Reddere ius in foro vbi eſt certa pax *Immanes*) Infeſſos à feris & barbaris nationibus. contrarium exornatio. *Sella curruli*) In curruli ſella maiores magiſtratus ius dicturi ſedebant, vt conſul, vt prætor. *Victoris*) Vbi tu viceras hoſtes. *Ripis*) Danubij. *Minacibus*) Infeſtis vltro

& Germanis atrocibus. *Spernere*] Paruipendere. *Togatum oſtentatione*) Pacis forma, dum ius in conſpectu hoſtium ſociis reddis. *Imagines*] Conſulis, cuius effigiem geſtabant milites in vexillis, etiam ſi non adeſſet, modò legiones dicto illius parerent. prima cohors in legione imagines imperatorum ſuſcipit has enim tanquam diuina & præſentia ſigna ſinguli venerantur. qui illas ferunt imaginarij, vel imaginiferi dicuntur, ſicut qui aquilam aquiliferi. autores habeo Vegetium & Modeſtum. *Nomen*] Triumphatoris.

contemptus merebare. hæc laus acti conſulatus, illa dilati, quòd adhuc initio principatus, vt iam excuſatus honoribus, & expletus, conſulatum recuſaſti, quem noui imperatores deſtinatum alijs in ſe transferebant. fuit etiam qui in principatus ſui fine conſulatum, quem dederat, ipſe magna ex parte iam geſtum extorqueret & raperet. hoc ergo honore, quem & incipientes principes, & deſinentes, adeò concupiſcunt, vt auferant, tu otioſo ac vacante priuatis ceſſiſti. Inuidioſus ne erat aut tibi tertius conſulatus? aut principi primus? nam ſecundum Imperator quidem ſub Imperatore tamen iniſti, nihilque imputari in eo vel honori poteſt, vel exemplo, niſi obſequium. Ita verò quæ ciuitas quinquies, atque etiam ſexies conſules vidit, non illos qui expirante iam libertate per vim ac tumultum creabãtur, ſed quibus ſepoſitis, & abſentibus,

Contemptus] Cùm aduentu ſuo in latibula repuliſſet. pulchrius enim hoc omnibus triumphis. nunquam factum eſt vt Romani vincerent, niſi ex contemptu imperij. *Illa*] Laus eſt. *Dilati c.*] Reſeruati in aliud tempus. *Initio prin.*] Inter initia tui imperij. *Excuſatus honor.*] Qui in cauſam excuſationem tuam, quod non receperis tertium conſulatum adducebas, repentinos alios honores in vnũ tibi collatos: nam ſimul factus imperatoris filius, ſimul Cæſar, mox imperator, & conſors tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter & ſtatim. *Noui*) Statim in principio ſui imperij. *Deſtinatum*) Deſignatum. inde deſignati coſſ. in ſequentes annos deſtinati & ordinati. *Fuit etiam*) Aliquis imperator. Domitianũ notat qui Acilium Glabrionem Traiano in conſulatu collegam interfecit, quòd cum feris pugnaret) reuera propter inuictum robur, cui ſe conſulem ſuffecit. multa autem in conſulatu Traiani & Acilij ſigna apparuerunt, quibus Traiano imperium, mors Acilio portendebatur, autore Dione. *In fine ſui principatus*) Nam paulo pòſt occiſus eſt. *Extorqueret*] Iniuſtè & per vim in ſe transferret. *Incipientes*) Dum ineunt conſulatum. *Priuatis*] Hominibus non imperantibus. *Otioſo*) Conſulatu nemini deſtinato. *Tertium*) Si reſpicimus ad duos conſulatus quos iam priuatus geſſerat, hic tertius primus erat poſtquã princeps creatus fuerat. *Secundum*] Conſulatum. *Imperator quidem*) Non imperij Romani princeps, ſed exercitus Germanici dux. *Sub imperatore*) Nerua. *Imputari*) Reprehendi, obijci. *Vel honori*) Quòd non fuerit honeſtiſſimus, vtpote cum imperio. *Vel exemplo*) Quod non ita te geſſeris in eo, vt non poſſis eſſe poſteris exemplo. *Niſi obſequium*) Niſi quòd eras ſub alieno imperio, & tuo imperatori paruiſti, ſi tamen hoc imputandum eſt & non potius laudandum. *Ita verò*) An ne. *Quinquies*) Liuius Fabium Maximum tradit quintum conſulatum geſſiſſe cum Qu. Flacco Fuluio, & pariter M. Marcellum cum Qu. Criſpio, vt numeretur conſulatus, quem vicio creatus non geſſit. cui aſtipulatur Valerius Max. Aretij quoque in tabula repertum eſt, Q. F. Maximum dictatorẽ bis. coſ. v. quinquies etiã

M Furius dictator conſul fuit, ſi Liuio & Plutarcho eredimus, ſexies. M. Valerius Coruinus, centum annos impleuit, cuius inter primum & ſextum conſulatum xl. & ſex anni fuere. Idem ſella curruli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius. autores habeo Plinium lib. vij. cap. xlviij. M. Tullium in Catone, Valerium Max. lib. viij. Auſonium ad Gratianum, eum magis demonſtraſſe quàm Marium crediderim, quia ſequitur non illos qui expirante iam libertate per vim ac tumultum creabantur. vbi ſanè C. Marium poſſumus intelligere, quem memorant hiſtorici ſeptimum conſulatum ſibi arripuiſſe cum Cinna. hoc ſcribunt Auſonius, Plinius, Plutarchus, Iuſtinus, M. Tullius. & Aretij in tabula repertum ſuit. C. Marium. C. F. Cos. vij. menda apud Appianum in primo bellorum ciuilium, vbi legitur Marium octies functum conſulatu, pro ſepties, præter ſuperiorum teſtimonium, vel ex augurio ſeptem pullorum aquilarum, ſatis obuia, quòd ab eodem ſicut à Plutarcho ſtatim ſubiicitur. *Per vim*) Abbreuiator Liuij etiam refert Marium ſextum conſulatum per tribus ſparſa pecunia emiſſe, virum quidem, ſi examinarentur cum virtutibus vitia, haud facile dictu vtrum bello meliorem, an pace pernicioſiorem, adeò quã remp. armatus ſeruauit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis euertit. *Expirante*) Moriente.

in rura ſua conſulatus ferebantur : in hac ciuitate tertium conſulatum princeps generis humani vt pergrauem recuſaſti ? Tanto ne Papyrius etiam, & Quintius moderatior? Auguſtus & Cæſar, & pater patriæ ? At illos reſp. ciebat. quid te, non eadem reſpublica, non ſenatus, non conſulatus ipſe ? qui ſibi

In rura ſua) Apertè deſignat L. Quintium Cincinatum, quem trans Tyberim quatuor iugerum colentem agrum, ſeu foſſam fodientem, palo innixum, ſeu aratiem, operi certè, id quod conſtat, intentum legati à populo Rom. miſſi dictatorem ſalutauerunt, qui inſignibus ſumptis, Q. Minutium conſulem obſidione liberauit, & Volſcorum ac Sabinorum ducem in deditionem accepit. ſextodecimo die dictaturam depoſuit, & ad agriculturam reuerſus, iterum poſt xx. annos dictator dictus eſt. vide inſuper quæ de eo traduntur à Valerio Max. lib. iiij. cap. de paupertate. Paeatus rem ſine nomine tetigit. agreſtes Curij veteres, Coruncani, nomina reuerenda Fabricij, cùm induciæ bella ſuſpendebant, inter aratra viuebant. accepimus datos ſecuribus faſces, & miſſas in currulibus ſuis per rura palmatas, agricolas cõſulares, paſtores trabeatos, dictatores inter armenta veſtitos. & Claudianus in conſulatu Manlij Theodori. Attamen inuitam blandè veſtigat, & vltro Ambit honor, docuit toties à rure profectus Lictor, & in mediis conſul quæſitus aratris. Quintium Seranum nominat idem in Rufinum. Sudabátque graui conſul Seranus aratro. quia Plinius ſcripſerat, Serentem inuenere dati honores Seranum. vnde cognomen aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur: Cincinato viator attulit dictaturam, & quidem (vt tradit Norbanus) nudo plenóq; puluere tum etiam ore. *Tanto ne Papyrius*) Senſus eſt, fuiſſent ne Papyrius & Quintius ita moderati, vt non recepiſſent tertium conſulatum, ſi vterq; extitiſſet Auguſtus, & Cæſar & pater patriæ. qualis Traianus. vel dicatur: tanto ne Papyriis, & Quintiis moderatior Auguſtus, & Cæſar & pater patriæ. ſ. potuit ne fieri vt Traianus rerũ dominus extiterit modeſtior in recipiendis honoribus priſcis illis admirandis? plurimos lego Papyrios illuſtres, ſed præſertim L. Papyrium Curſorem patrem, virum haud dubiè dignum omni bellica laude, non animi ſolùm vigore, ſed etiam corporis viribus excellentem. præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit: victorémq; curſu omnium ætatis fuiſſe ferunt, & ſeu virium vi, ſeu exercitatione multa, cibi viníque eundem capaciſſimum nec cum vllo aſperiorem, quia ipſe inuicti

ad laborem corporis eſſet, fuiſſe militiam pediti pariter equitique. *Quintius*) Cincinatus. *Reſp.*) Perinde ac ſi diceret, verùm Papyrius & Quintius per Romanos liberos creabantur conſules.

Eadem reſp.) Vocat. libera enim reſpublica & ſenatus ſicut ante Cæſares, tuo auxilio indiget, non minus quàm olim Papyrij & Cincinati.

tuis humeris attolli, & augeſcere videtur. Non te ad exemplar eius voco, qui continuis conſulatibus fecerat lõgum quendam, & ſine diſcrimine annum. his te confero, quos certum eſt, quoties conſules fuerunt, non ſibi præſtitiſſe. Erat in ſenatu ter conſul, cùm tu tertium conſulatum recuſabas. Oneroſum neſcio quid verecundiæ tuæ conſenſus noſter indixerat, vt princeps toties conſul eſſes, quoties ſenator tuus: nimia modeſtia iſtud etiam priuatus recuſaſſes. An cõſularis viri triumphaliſque filius, cùm tertiò conſul creatur, aſcendit? non debitum hoc illi, non vel ſola generis claritate promeritum? Contigit ergo priuatis aperire annũ, faſtóſque reſerare, & hoc quoq; reddita libertatis indiciũ fuit, quòd conſul alius quã Cæſar eſſet. Sic exactis regibus cœpit liber annus. Sic olim ſeruitus pulſa, priuata faſtis nomina in-

Tuis humeris attolli) Dignior effici te gerente. *Eius*) Domitiani. apud Tacitum etiam vidimus poſt deleta per Corbulonem Artaxata, Neroni ſupplicationes decretas, ſtatuáſque & arcus, & continuos conſulatus. *Voco*) Ad conſulatum ſuſcipiendum. *Continuis conſulatibus*) Decem & ſeptem, ſed ex his quoſdam ante principatum Domitianus ſuſceperat. *Annum long.*) Quindecim annorum. videbatur is vnum annum feciſſe, cùm ferè toto illo ſpacio quo regnauit, conſul fuiſſet. alluſit autem ad conſuetudinem conſulatus, qui annuus magiſtratus erat. *His*) Antiquis. *Non ſibi*) Non ſua cauſa, ſed ad vtilitatem publicam. *Tertiò conſul*) Virginium Rufum poſſumus intelligere, quem alibi notauimus geſſiſſe tertium conſulatum cum Nerua imperatore, & deſtinatum à Traiano quarto interiiſſe. *Conſenſus n.*] Concordia ſenatorum. *Indixerat*) Denunciauerat, impoſuerat. *Neſcio quid o.*] Non facile excuſandum, graue tuæ modeſtiæ. *Toties*) Tertiò. *Senator*] Virginius. *Iſtud*] Recipere tertium conſulatum. *Priuatus*] Nondum prouectus ad principatum. *Filius conſularis & t. &.*) Monſtrauerat iam Traiani patrem extitiſſe patricium conſularem triumphalem. *Non hoc d. i*] Excedit conditionem ſuam. reſpexit Virginium tantùm ex familia equeſtri patre ignoto. *Generis c.*) Eutropius meminit Traianum antiqua familia natum, magis quàm clara, vtpote in qua pater eius primùm conſul fuit *Promeritum*) Honorem debitum. *Aperire annum*) Inire conſulatum in principio anni. annos enim à conſulibus numerabant Romani. Pacatus: conſul creatur, habitus eſt nomen annus. Ianuario enim mẽſe conſulatum inibant, qui anno principium dat, & tunc annus aperiri dicebatur. Ouidius: Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum, Pulſus & à ſacro menſe December erit. *Reſerare f.*) Dare principium anno. faſti enim libri, quibus & nomina conſulum, & dies feſtos ſcribebant per ordinẽ mẽſium à Ianuario procedẽtes. vnde Naſo ſuos libros Faſtos appellauit, quibus.ſ. feſtos dies totius anni complexus fuerat. ſunt autem dies faſti, teſte Macrobio, quibus licet fari prætori tria verba ſolennia: do, dico, addico. his contrarij ſunt nefaſti, quod Ouidius duobus carminibus cõplexus eſt & Cæſarem tradunt adiectos omnes à ſe dies faſtos notaſſe, vt maiorem daret actionibus libertatem. Cn. Fuluius, autoribus Liuio & Plinio, faſtos circa forum in albo propo-

propoſuit, vt quando lege agi poſſet ſciretur. Numa faſtos infaſtóſque, quos aliqui profeſtos. i. à feſtiuitate vacuos dicunt, fecit. Pompeius inquit, faſtorum libri appellantur, quibus totius anni fit deſcriptio. faſti enim dies feſti ſunt. feſtis diebus iucunda fari licebat, nefaſtis quædam non fari licebat. faſti ergo pro annis ponuntur. Auſonius: Ignota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ, Regibus & patrum ducta ſub imperiis, Digeſſi faſtos. *Indicium*] Fuit. *Liber annus*] Liberè creati ſunt conſules, expulſis ab vrbe Tarquiniis. *Olim*] Idem per diuerſa, an olim, id eſt, paulo antè Domitiano confoſſo, & libertate reſtituta per Neruam & Traianum. *Induxit*) Aſcripſit.

duxit. Miſeros ambitionis, qui ita conſules ſemper, vt ſemper principes erãt. quanquam non ambitio magis, quàm liuor & malignitas videri poteſt, omnes annos poſſidere, ſummúmque illud purpuræ decus, non niſi præcerptum præfloratúmque tranſmittere. tuam verò magnanimitatem, an modeſtiam, an benignitatem priùs mirer? Magnanimitas fuit expetito ſemper honore abſtinere, modeſtia cedere, benignitas per alios frui. Sed iam tempus eſt te ipſi conſulatui præſtare, vt maiorem eum ſuſcipiendo gerendóque facias. nam ſæpius recuſare, ambiguam, ac potius illam interpretationem habet, tanquã minorem putes. Tu quidem vt maximum recuſaſti, ſed hoc perſuadere nemini poteris, niſi aliquando, & non recuſaueris. Cùm arcus, cùm trophæa, cùm ſtatuas

Miſeros ambitionis) Sume extrinſecus, dicam eos. *Conſules ſemper*) Erant. Vitellius comitia in decẽ annos ordinauit, ſéq; perpetuum conſulem fecit autore Tranquillo. & Dion refert Domitianum conſulatus decem continuos geſſiſſe. *Omnes annos poſſidere*) Sibi vendicare conſulatũ omni anno. *Summúmque illud purpuræ decus*) Conſulatum. nam per prætextam purpuream, qua induebãtur conſules, ipſam dignitatem circumſcribit. *Præcerptum*) Prælibatum. *Præfloratum*) Prætractatum. *Tranſmittere*) In aliũ trãſferre. Domitianus ex xvij. conſulatibus, quos cœperat, ſeptem medios continuauit, ſi Tranquillo credimus. omnes verò pene titulo tenus geſſit, nec quemquam vltra Cal. Maij, plures ad idus vſque Ianuarias. Cæſar dictator tertium & quartum conſulatum titulo tenus. binos enim conſules ſubſtituit ſibi in ternos nouiſſimos menſes. Auguſtus verò quinque medios conſulatus à ſexto ad xj. annuos geſſit. cæteros autem, aut ſex, aut quatuor, aut tribus exercuit menſibus, ſecundum pauciſſimis horis. nam die Cal. Ianuarij cùm mane pro æde Iouis Capitolini paululum curuli ſella præſediſſet, honore abiit, ſuffecto alio in locum ſuum. & Claudius ex quatuor conſulatibus ſemeſtrem nouiſſimũ, bimeſtres cæteros geſſit. Nero pariter quatuor, primum bimeſtrem, ſecundum ac nouiſſimum ſemeſtres, tertium quadrimeſtrem. *Expetito*] Exoptato ab aliis imperatoribus. *Tuámne*) Dubitatio. Quærit enim quid potiſſimum de multis dicat. *Modeſtia*) Continentia cupiditatis. nam qui continens eſt circumcidit ſuperflua. *Benignitas*] Liberalitas. *Frui*] Conſulatu. *Per alios*) Gerentibus aliis. *Te præſtare ipſi conſulatui*) Te accommodare ad gerendum conſulatum. *Maiorem*] Digniorem. maioris amplitudinis. ſæpe enim pro gerentium maieſtate illuſtriores fiũt magiſtratus. *Ambiguam*) Suſpectam. *Minorem*) Indigniorem quàm te deceat. recitat Appianus, Syllam dictatorem ſub diſſimulatione ſpecimen quoddam reipublicæ tenuiſſe, ac denuò cum Metello Pio conſulatum iniſſe. hoc igitur fortaſſe exemplo, qui nunc Romanorum imperio præſident conſules, declarantes, nonnunquam conſulatum & ipſi aſſumpſere, non indecorum exiſtimantes, cum maiore

dignitate conſulatum gerere. *Et non recuſaueris*] Recipias.ſ. *Trophæa*] Columnas tuarum victoriarum indices. ſpolia tamen hoſtium affixa ſtipitibus propriè trophæa dicuntur. dicta trophea ἀπὸ τῆς τροπῆς. id eſt, à fuga. quòd vbi hoſtes conuerſi fuerant in fugam, ſolerent trophæa ſtatui ea autem modò per columnas, modò per ſtatuas deſignabant. interdum etiã erectis turribus, & armis hoſtilibus ſuper impoſitis. Græcis hic mos frequens extitit, inde tractum eſt, vt trophæa quoque in vrbibus figerentur, arcubus ad hoc extructis. Virgilius trophæum Æneæ de Mezentio mirè expreſſit.

deprecaris, tribuẽda eſt verecũdia tua venia, illa enim ſanè tibi dicantur cùm verò poſtulamus, vt futuros principes doceas inertia renũciare, pauliſper delitias differre, pauliſper, & ſaltem ad breuiſſimum tempus, ex illo felicitatis ſomno velut excitatos induere prætextã, quam cũ dare poſſent, occuparint, aſcẽdere curulẽ, quam detineant, eſſe deniq; quod concupierũt. nec ideò tantùm velle conſules fieri, vt fuerint. Geſſiſti alterum conſulatum ſcio, illum exercitibus, illum prouincijs, illum etiam cæteris gentibus poteris imputare, non potes nobis. Audiuimus quidem te omne munus conſulis obiiſſe, ſed audiuimus. diceris iuſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus fuiſſe, ſed diceris. æquum eſt aliquando nos iudicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper, & rumoribus credere Quouſque abſentes de abſente gaudebimus? liceat experiri, an aliquid ſuperbiæ tibi ille ipſe ſecũdus conſulatus attulerit. multũ in commutandis moribus hominũ

Deprecaris] Abnuis. *Tibi*] In honorem tuum, & tantùm tua cauſa. ea tamen ex Parthica victoria, tradente Dione, poſtmodum recepit. *Doceas*] Exemplo ſis. *Inertia renunciare*] Rempublicam adminiſtrare in conſulatu. *Delitias*) Regias, principales *Somno*) Ocio. *Excitatos*] Deſopitos. perſtat in metaphora. *Induere p.*] Recipere conſulatum, quia toga prætexta erat conſulis indumentum. *Quam*) Prætextam. *Occuparint*) Sibi continuò vſurparint. *Dare poſſ*] Priuato. nam imperatores ſuffragia conſularia, quæ olim in manu populi fuerant, ad ſe transtulerant. quod Iuuenalis vellicat. *Currulem*) Sellam in qua conſules, & reliqui maiores magiſtratus ſedebant. C. enim Baſſus, Gellio referente, ſenatores vocat, qui currulem magiſtratum geſſiſſent, & curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi, in quo ſella eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam currulis appellaretur. cui ſententiæ aſtipulatur Pompeius. aſcendere igitur currulem ſellam quam detineant. id eſt, gerere conſulis officium, quod proprium erat in currulí ſella pro tribunali poſtulantibus ius dicere. nec tantùm titulo tenus conſulem agere. *Eſſe*) Re vera conſulatum gerere, perficiendo omnia conſulis munia. *Quod concupierunt*) Quandoquidem affectarunt eſſe conſules. *Vt f.*) Modo titulo tenus fuerint. id eſt, vt tantùm, modò dicantur fuiſſe conſules, & tamen munia conſulum non ſint executi. *Alterum*) Secundum. *Cæteris*] Barbaris, externis. *Imputare*) Aſcribere, opponere, in excuſationem tuam. *Nobis*] Romanis. nam procul à nobis illum geſſiſti. *Munus*] Officium. *Sed aud.*] Sed tantùm auditu, non viſu quod maius eſt percipimus. *Fuiſſe*] In tuo ſecundo conſulatu. *Sed di.*] Sed hoc tantùm ab aliis aſſeritur. *Nos*) Romanos. *Rumoribus*] Famis ſine certo autore. nam fama certum habet autorem. *Quouſque*] Perinde ac ſi dice-

ret ſempérne? *Abſentes*] Per auditum, nec intuendo te conſulem. *De abſente*] De te gerente conſulatum procul à nobis.

medius annus valet, in principum plus. Dicimus quidem, cui virtus aliqua contingat, omnes ineſſe: cupimus tamen experiri, an nunc quoq; vna eadémq; res ſit bonus conſul, & bonus princeps. nam præter id, quòd eſt arduum, duas eáſq; ſimul capere poteſtates ſummas, tũ ineſt vtrique nonnulla diuerſitas, cùm principem quàm diſſimilimum conſuli deceat. Atque ego video proximo anno conſulatus recuſandi hanc præcipuam fuiſſe rationem, quòd eum abſens gerere non poteras. ſed iam vrbi, votíſque publicis redditus, quid eſt in quo magis ſis approbaturus, quæ, quantáque fuerint, quæ deſiderabamus? Parum eſt vt in curiam venias, niſi & conuocas. vt interſis ſenatui, niſi & præſides. vt cenſentes audias, niſi & perrogas. Vis illud auguſtiſſimũ cõſul aliquãdo tribunal maieſtati ſuæ reddere? aſcende. vis conſtare reuerentiam magiſtratibus, legibus autoritatem, modeſtiam petulantibus? adi. Quod enim intereſſet reip. ſi priuatus eſſes, conſulem te haberet tantùm, an & ſenatorem: hoc nunc ſcito intereſſe principem te habeat tantũ an & conſulẽ. His tot tantiſque rationibus, quanquam multum reluctata verecundia principis noſtri, tandem tamen ceſſit. At quemadmodũ

Medius annus) Annus vnus, qui fluxit poſt actum à te ſecundum conſulatum. *In principum plus*) Plus valet annus in commutandis moribus principum. nam in prouerbiis receptum eſt, honores mutare mores. quod apparuit in Caio, qui initio principatus bonus, mox ad vicia deflexit. *Dicimus*] Ex philoſophorum ſententia, qui putant omnes virtutes ineſſe, cui vna virtus perfectè ſit. *Experiri*] Re ipſa cognoſcere. quod plus eſt quàm præceptis inſtrui. *Duas p.*] Conſulatum & principatum. *Cùm principem deceat quã diſſimillimum conſuli*) Cùm conueniat principi, facere diuerſa à conſule. non enim idem principatus & conſulatus, hic legibus ſubiacet, ille nequaquam: hic reipublicæ cauſa conſtitutus, vt iuridicundo præſit, ille vt omnibus. conſulem decet pro tribunali petentibus ius reddere. & totum diem litigantes audire principem verò non pati diſceptantium obliquas orationes, non palàm reprehendi. *Proximo*] Præterito. *Abſens*) Procul ab vrbe. *Gerere*) Ius dicere. *Votis publicis*] Memorat libro decimo Martialis, quanto deſiderio Traianus expectaretur à Romanis. *Quid eſt*] Nihil optatius quàm conſulatus. *Quæ*] Qualitatem rerum notat. *Conuocas*] Conſul poterat conuocare ſenatum. quod monſtrauimus ex teſtimonio Ouidii, Gellii, Tranquilli. *Præſides*] Nam ſine præſidentia conſulis aliqua res in ſenatu agi non poterat. vnde vbi Marij Priſci accuſationem retulit, princeps, inquit, præſidebat, erat enim conſul. *Cenſentes*] Senatores ſententiam dicentes. *Perrogas*] Differs in alium diem rem de qua agitur: hoc enim in conſulis poteſtate. vel magis perrogas, ſcilicet ſententiam, quod erat officium conſulis. *Reddere maieſtati ſuæ*] Reſtituere condignam & veterem autoritatem præſidendo. *Auguſtiſſimum*] Nobiliſſimum, maieſtatis plenum. *Aſcende*] Illud tribunal, id eſt, conſul fias. *Conſtare reuerentiam*] Ineſſe reſpectum & timorem. *Magiſtratibus*] Conſulatui præſertim. *Legibus*] Quia conſul ius reddebat. *Adi*] Aſcende tribunal

conſulis. *Quod enim*] Senſus eſt, tantum differt te eſſe principem, & non conſulem, quantum ſi abſque imperio eſſes ſolùm conſul, & non ſenator: quod quidem dedeceret, & præter conſuetudinem fieret. *Noſtri*) Traiani.

ceſſit, non ſe vt priuatis, ſed vt priuatos pares ſibi faceret. Recepit enim tertiũ conſulatum vt daret. nouerat moderationem hominum, nouerat pudorem, qui non ſuſtinerent tertiò conſules eſſe, niſi cum ter conſule. Bellorũ iſtud ſocijs olim, periculorum conſortibus, parcè tamẽ tribuebatur. quod tu ſingularibus viris ac de te quidẽ bene ac fortiter praſtitiſti, ſed in toga meritis. vtriuſq; cura, vtriuſque vigilãtia, obſtrictus es Caſar. Sed in principe rarũ ac prope inſolitum eſt: vt ſe putet obligatum, aut ſi putet, amet. Debes ergo Caſar, & ſoluis: ſed cùm ter conſules facis, non tibi magnus princeps, ſed non ingratus amicus videris. quin etiam per quàm modica quadam ciuiũ merita fortuna tua viribus in maius extollis. efficis enim vt tantum tibi quiſque praſtitiſſe videatur, quantũ à te recepit. Quid iſti benignitati precer, niſi vt ſemper obliges, obligeris, incertúmque facias, vtrum magis expediat ciuibus tuis

Ceſſit) Tertium conſulatum recepit, cuius lib. xj. mentio fit à Mart. Et qui purpureis iam tertia nomina faſtis Iane refers, Neruę vos precor ore pio. Hũc oẽs ſeruate ducẽ, ſeruate ſenatũ. Moribus hic viuat principis, ille ſuis. *Non vt faceret ſe p. p.*] Non vt dimitteret aliquid de maieſtate imperatoria, & æquaretur priuatis in numero conſulatus. *Pares*] Tertium conſules quemadmodum ſe. *Vt daret*] Vt alios faceret pariter tertium conſules. *Pudorem*] Senatorum, qui iam fuerant ſecũdũ cõſules. *Tertiò*) Tertiò conſul eſt tertio loco creatus, & duos ante factos ſignificat. tertiũ verò conſul tempus ad ſignificat & ter antè factum conſulem fuiſſe. verbi cauſa, P. Valerium Publicolam dicemus tertiò conſulem fuiſſe, cùm primò fuerit L. Brutus, ſecundò, L. Tarquinius, tertiò, Publicola. ſed tertium conſulem dicemus Fabium, vt qui tres conſulatus geſſerit. huius rei longa diſputatio apud Gellium lib. ix. ex autoritate Varronis. ſed tertium pro tertio & econtra, vt hîc indifferenter accipitur. *Cùm ter c.*) Cum Traiano ter conſule. cæteri vt Liuius, cùm tertium conſule dixiſſent. ſed & hoc Plinianum non abſurdum, nam ſicut idem dixit iterum conſulem, & alij bis conſulem, pro ſecundum conſulem, quid prohibet ter conſulem dicere pro tertio conſule? *Iſtud*) Tertius conſulatus. olim vigente republica. *Socijs bellorum*] Vt magiſtris equitum. *Parcè*] Raro. non enim inuenies paſſim tertium conſulatum adeptos apud veteres, ſed rarenter. nam niſi ſoluerentur legibus, non poterant alterum conſulatum petere, niſi interpoſito decennio.

Singularibus viris) Frontonem poſſumus intelligere propter ſequentia. nam mox dicet, vterque nuper conſulatum geſſerat à patre tuo. & Dion Frontonem vnum ex his recitat. alterum adhuc quærimus, niſi volumus intelligere Virginium Rufum, qui etiam à Traiano fuit deſignatus quartum conſul. nam Arrium Antoninum virum ſimilem antiquis ſanctitate, verecundia, ætate, ſcimus tantùm bis conſulem fuiſſe. Quòd tertium conſulatum tu præſtitiſti ſingularibus viris, ac de te quidem benè & fortiter meritis. *Sed in toga*] Id eſt, tibi beneficiis circa res ciuiles. perturbauit ordinem verborum. quod ſi prudenter fiat, multum ornatus affert orationi. *Vtriuſque.* Viri, ſcilicet debes his duobus, quos elegiſti conſules propter curam, & diligentiam qua vſi ſunt in rebus tuis.

Vt ſe putet obligatum?] Vt credat debere ciuibus à quibus beneficium acceperit. nam alij principes quantumuis obligati, tamen ſe nihil ſuis debere credunt. *Amet*) Contentus ſit, amplectatur, gratiam referat, non oderit. *Ter conſules*] Tertium conſules illos ſingulares viros *Non ideo*] Non ingratus vt qui debitum beneficium perſonis *Fortuna tua*] Viribus. quia magna retribuis, nam potes cùm ſis imperator: & ſic quæ ciues tibi præſtitere, quamuis parua, reſpectu tamen tuæ remunerationis magna videntur. *Nihil obligeris*] Vt alij in te beneficia conferant, vt tu illis maïora retribuas, quibus tibi deuincias. *Expediat*] Illis vtile ſit. *Tibi debere beneficium*] A te ſumere.

debere tibi, an præſtitiſſe. Equidem illum antiquũ ſenatum contueri videbar, cùm ter conſule aſſidente tertiò conſulem deſignatum rogari ſententiam cernerem. Quanti tunc illi, quantúſque tu. Accidit quidem vt corpora quamlibet ardua, & excelſa procerioribus admota decreſcant, item vt altiſſimæ ciuiũ dignitates collatione faſtigij tui quaſi deprimantur, quantóque propius ad magnitudinem tuam aſcenderint, tantò etiã à ſua deſcendiſſe videantur. Illos tamen tu, quanquã non potuiſti tibi æquare cùm velles, adeò in edito collocaſti, vt tantũ ſuper cæteros, quantum infra te cernerentur. Si vnius tertium conſulatum in eundem annum in quem tuũ contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur. vt enim fœlicitatis eſt quantũ velis poſſe, ſic magnitudinis, velle quantũ poſſis. Laudandus quidem & ille qui tertium cõſulatũ meruit, ſed magis ſub quo meruit. magnus memorandúſq; qui tantum præmium cepit, ſed maior qui capienti dedit. Quid? quòd duos pariter tertio conſulatu collegas tui ſanctitate decoraſti? vt ſit nemini dubiũ hanc tibi præcipuam cauſam fuiſſe extendendi conſulatus tui, vt duorũ conſulatus amplecteretur, &

An præſtitiſſe] An in te contuliſſe: nam longè maiora recipiunt. *Antiquum*] Ante imperatores cùm reſpublica ſtaret. *Aſſidente*] Iuxta te in pari ſella curruli. præſidebat enim Traianus, aſſidebat eius collega. *Tertiò conſulem*] Secundus eſt ſecutus Cælium, qui in principio libri idem dixit, & Qu. Claudium libro decimonono, dicentem. C. Marium creatum ſeptimò conſulem, & Gellius ad hæc ait, Romæ doctum virum dicere ſolitum, tertiò & quartò conſulem non tertium quartúmque. *Rogari ſententiam*] Conſules, niſi eſſet princeps ſenatus, rogabant primùm deſignatos conſules, ac deinceps alios ſenatores. *Illi*] Ter conſules. *Quantus*] Quàm magnus & conſpicuus. præſidebat enim. *Admota*] Comparata. *Decreſcant*] Minora videantur. *Faſtigij tui.*) Imperatoriæ maieſtatis. *Quantóque pr.*) Et quo fuerint maiores. *A ſua*) Inſita magnitudine. *Illos*] Ter conſules. *Aequare*) Parem dignitatem tribuere: nam regnum non capit duos. *Cùm velles*] Cùm optares tibi æquare *In edito*) In altiſſima dignitate *Cæteros*) Senatores, tãto enim interuallo ſuperabant reliquos dignitate præditos, quanto ipſi ſuperabãtur ab imperatoria maieſtate. *Si minus*) Argumentum à minori ad maius. i. ſi tertium conſulatum cõtuliſſes eo anno, quo tu eundem accepiſti, magnanimi fuiſſet argumentum, ſed tertium conſulatũ duobus eodem anno conferre hoc maius. *Velle quantum poſſis*) Extendere magnanimitatem ſuam quantum liceat. *Sed m.*] Laudandus eſt Traianus. *Maior*] Imperator.

Quid] Dicam. *Duos*) Collegas. creauerat Traianus ſe & alterum cõllegam tertium conſules in ſex menſes. alium verò tertium deſignauerat conſulem in poſteriores ſex menſes, vt ſuo conſulatu duos tertium conſules faceret, vni verò ſemper collega extitit. nam per totum annum duos collegas habuit. inde vt vtroſque complecteretur, protulit ſuum conſulatum vſque in finem anni, quem tantùm ſemeſtrem geſſiſſet. alij opinantur mortuo Nerua horum alterum fuiſſe conſulem, ſed cùm aliquot menſes reſtarent, ad finem conſulatus ſui Traianum cum eo iniſſe conſulatum. quo tempore ſemeſtri expleto alium conſulem ſibi aſciſſe, & vt cum eo integrum conſulatum gereret, ſibi ſemeſtre tempus in hoc magiſtratu prorogaſſe.

collegam te vni daret. Vterque nuper conſulatum alterum geſſerat à patre tuo, id eſt, quanto minus, quàm à te datum. vtriuſq; adhuc oculis paulo antè dimiſſi faſces oberrabant, vtriuſque ſolennis ille lictorum, & prænuncius clamor auribus inſederat, cũ rurſus currulis, rurſúſq; purpura: vt olim cùm hoſtis in proximo, & in ſummũ diſcrimen adducta reſp. expertũ honoribus virũ poſceret, non conſulatus hominibus iiſdem, ſed iidem homines conſulatibus reddebantur. Tanta tibi benefaciendi vis, vt indulgentiã tuam neceſſitas æmuletur. modò prætextas exuerãt, reſumũt. modò lictores abire iuſſerant, reuocent. modò gratulantes amici receſſerant, reuertantur. hominis ne iſtud ingeniũ eſt? hominis poteſtas? renouare gaudia, redintegrare lætitiã, nullámque requiẽ gratulationis dare, neq; alia repetendis conſulatibus internalla permittere niſi dũ finiuntur? Facias iſta ſemper, nec vnquam in hoc opere aut animus tuus, aut fortuna laſſetur. des quàm plurimis tertios conſulatus, & cùm plurimis tertios conſulatus dederis, ſemper tamen plures,

Collegam perpetuum] Per totum annum. *Vni*] Priori. *Vterque*] Quos tertiũ conſules feciſti. *Alterum*] Secundũ. *A patre tuo*) Nerua. à quo Frontonem factum conſulẽ legimus apud Dionem. nam Virginium alterum intelligere non licet, quamuis à Nerua creatũ. quia iam geſſerat tertium conſulatum, ante imperiũ Traiani *Id eſt*, Interpretatio. *Quanto minus*] Dicit Secundus horum conſulatum fuiſſe minoris dignitatis quem accepiſſent à Nerua, quàm tertium, quẽ accepiſſent à Traiano, qui maior erat patre Nerua. *Dimiſſi faſces*] Depoſitus conſulatus, quem deſignat per faſces, quos lictores Coſs præferebãt. *Prænuncius*) Nuncians adeſſe cõſules, vt populus via diſcederet. præcedebant enim lictores, ad quod reſpiciẽs Ouidius dixit. Iámq; noui præeunt faſces *Currulis*] Sella. *Solennis*] Annuus, celeberrimus. *Purpura*] Toga prætexta oblata eſt. *In proximo*] Eſſet iuxta vrbem, vt Annibal. *Poſceret*] Exigeret ad tutelam ſui. *Virum expertum honoribus*] Iam multoties factum conſulem, vt Fabium Maximum. *Sed iidem homines conſulatibus reddebantur*) Sed conſulatus indigebat talibus hominibus, non autem ipſi conſulatu. quare conſulatui reſtituebantur tanquam ipſum defenſuri. *Neceſſitas*) Vt olim neceſſariò creabantur etiam præter leges, quibus intra decennium nemo poterat iterum creari conſul. *Gratulantes*) Ob ſuſceptum conſulatum. *Reuertantur*] Gratulatum. *Hominis ne iſtud ingenium eſt*) Agit hoc interrogatio, vt confiteamur non eſſe iſtud humanum, ſed diuinum. *Nullam requiem*) Nullam intermiſſionem, ſed continuare conſulatum. vtitur amplificatione.

Niſi dum finiuntur] Niſi finitis tertiis conſulatibus. *Iſta*] Continuare conſulatus. *Aut animus tuus*] Sis ſemper eodem animo. *Aut fortuna*) Viuas ſemper in imperio.

quibus debeas dare ſuperſint. Omnium quidem beneficiorum quæ merentibus tribuuntur, non ad ipſos gaudium magis quàm ad ſimiles redundat. præcipuè tamen ex horũ conſulatu non ad partem aliquam ſenatus, ſed ad totum ſenatum tanta lætitia peruenit: vt eundem honorem omnes ſibi, & dediſſe, & accepiſſe videantur. Nempe enim hi ſunt, quos ſenatus cum publicis ſumptibus minuendis optimum quemque præficeret, elegit quidem primos. hoc eſt igitur, hoc eſt quod penitus illos animo Cæſaris inſinuauit. An parum ſæpe experti ſumus, hanc eſſe rerum conditionem, vt ſenatus fauor apud principem, aut proſit, aut noceat? Nonne paulo ante nihil magis exitiale erat, quàm illa principis cogitatio? hunc ſenatus probat, hic ſenatui carus eſt, oderat quos nos amaremus, ſed & nos quos ille. Nunc inter principem ſenatúmque digniſſimi cuiuſque charitate certatur. demonſtramus inuicem, credimus inuicem, quódque maximum amoris mutui ſignum eſt, eoſdem amamus. proinde Patres C. fauete apertè, diligite conſtanter. Non iam diſſimulandus eſt amor, ne noceat, non premendũ odium, ne proſit. eadem Cæſar, quæ ſenatus, probat improbátque. vos ille præſentes, vos etiam abſentes in conſilio habet. tertiò cõſules fecit, quos vos elegeratis, & fecit hoc ordine, quo electi à vobis erãt.

Quibus debeas dare) Qui digni ſint tertio conſulatu. *Similes*] Bonos, benemerentes. *Horum*) Duorũ. *Publicis ſumptibus minuendis*] Temporibus Neruæ hoc ſcias factum qui Dione ſcribente, vt impendia publica contraheret, ſacrificia non pauca, equorum curſus atque certamina, nec minus ſpectacula quædam ſuſtulit. *Primos*) Præcipuos imprimis. nec mirum ſi dixit ſenatus. nihil enim vnquã fecit Nerua ſine conſilio ſenatus. *Hoc eſt*] Repetitio, id eſt, quia iudicio ſenatus tanquam optimi electi fuerant. *Inſinuauit*) Latenter conciliauit. *Proſit*] Si bonus eſt princeps. *Noceat*] Si malus. *Paulo antè*] Sub Domitiano. *Nos ſenatores*) Oderamus. *Quos ille*] Malos quos Domitianus amabat. *Nunc inter*] Senſus eſt: & princeps & ſenatus amant effuſiſſimè viros optimos, ac in amore contendunt, quis eorum magis diligat. *Demonſtramus*] Digniſſimos. *Inuicem*) Et ſenatus & princeps. Dion. Traianus bonos & ſtudioſos honoribus & dignitate auxit. *Fauete*] Bonis. *Apertè*] Liberè, ſine periculo. *Non iam amor eſt & c.*] Non opus eſt fingere illos odiſſe quos amamus, ne id nobis nocumento ſit. quod ſolebat euenire ſub Domitiano, vt qui bonos amarent & laudarent, pariter periclitarentur. *Premendum*] Tacendum, celandũ. *Odium*] Aduerſus malos. *Vt*] Hoc premere odium nobis vtilitati cedat. *Probat*) Bona. *Improbat*) Mala. *Vos*) Senatores. *Abſentes*) Nam conſulebat ſenatores per literas ſi abſens erat, de eo quod facturus erat. fuit enim ſenatui dilectus & carus, quem iucundè & honorificè appellabat. *Vos elegeratis*] Cornelius Tacitus libro primo ſuarum hiſtoriarum, ſi tamen Taciti ſunt, inquit: tum primùm ſub Tiberio ad patres è campo translata fuiſſe. nam ad eam diem etſi potiſſima arbitrio principis, quædam tamẽ ſtudiis tribuũ fiebãt.

In conſilio hab.) Conſulit. *Hoc ordine*] Vt quem priorem in ſumptibus minuendis vos elegeraris, eundem priorem & ipſe tertium conſulem renunciauerit. *Vterque videtur*) Conuertit orationem ad illos tertium conſules. magis tamen placet vt legatur, Magnum vtrumque videtur, vt referatur ad illa duo quæ ſtatim ſequuntur, & ſit ſenſus, ſiue Traianus eos re vera maximè amet, quos à ſenatu amari intelligit, ſiue illis quos ſenatus amat, neminem ſenatus reuerẽtia præfert, quamuis alios habeat ſibi chariores.

Magnum vtrunque videtur, ſiue eoſdem maximè diligit, quos ſcit nobis eſſe chariſſimos, ſiue illis neminẽ præfert, quãuis aliquem magis amet. Propoſita ſunt ſenioribus præmia, iuuenibus exempla, adeant, frequentent ſecuras tandem ac patentes domos. quiſquis probatos ſenatui viros ſuſcipit, hic maximè principem promeretur. ſibi enim accreſcere putat, quod cuique adſtruatur: nullámque in eo gloriam ponit, quòd ſit omnibus maior, niſi maximi fuerint, quibus maior eſt. Perſta Cæſar in iſta ratione propoſiti, taléſque nos crede, qualis fama cuiuſque eſt. huic aures, huic oculos intende. ne reſpexeris clandeſtinas exiſtimationes, nulliſque magis quàm audientibus inſidiantes ſuſurros. Melius omnibus quàm ſingulis creditur. Singuli enim decipere & decipi poſſunt: nemo omnes, neminem omnes, fefellerunt. Reuertor iam ad conſulatum tuum, etſi ſunt quædam ad conſulatum quidem pertinentia, ante conſulatum tamen, imprimis quòd comitiis tuis interfuiſti candidatus, non conſulatus tantùm, ſed immortalitatis & gloriæ, & exempli quod ſequerentur boni principes, mali mirarentur. Vidit te P. R. in illa vetere poteſtatis ſuæ ſede. perpeſſus es

Magnum vtrunque videtur) Illis neminem præfert viris quos à ſenatu diligi non ignorat. *Siue*) Rationes cur magni ſint. *Nobis*] Senatoribus. *Præfert*] Dignitate, magiſtratu. *Senioribus*) Hinc colligitur fuiſſe grandæuos. *Domos*] Optimorũ virorum. *Adeant*) Frequentent, reſpiciunt illa ſuperiora: non iam diſſimulandus eſt amor. *Suſcipit*] Tuendos an magis, Suſpicit, id eſt, admiratur & colit. *Promeretur*] Obligat. *Accreſcere*] Addi *Quod*] Honoris. *Cuique*) Bono. *Ponit*) Putat eſſe. *Maximi*) Maxima conſequantur ſenatores. *Maior*) Vide comparatiuum quandoque habere maiorem vim ſuperlatiuo, ſicut alibi notauimus. *Fama*] Certa gloria *Clandeſtinas*) Paucorum. *Exiſtimationes*) Opiniones, famam. *Suſurros*) Delatores tacitè ob murmurantes Iuuenalis, ſæuior illo Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro. ſed delatoribus aures clauſit Traianus. *Nemo omnes fefellit*) Sententia Ariſtotelis qui tertio politicorum inquit, in multitudine difficile eſt omnes ſibi & errare. *Omnes*) Quia impoſſibile eſt non eſſe aliquos bonos, qui non ſolent fallere. *Ante conſulatum*) Ordine procedit, & ſecundum artem, vt antequam rem attingamus de qua dicturi ſumus, exponamus quæ præceſſerint. *Ante conſulatum tamen*) Iſta tamen præceſſerunt tuum conſulatum. *Imprimis*) Laudauerim. *Comitiis t.*) Quibus tu fuiſti renunciatus tertium conſul. *Non tantùm candidatus*) Conſulatus. non tantùm veſte candida indutus conſulatum petiſti. *Mirarentur*) Quòd princeps generis humani dignatus eſſet prodire in comitiũ cãdidatus conſulatus more priuatorum. *In illa vetere ſede*) In comitio. *Poteſtatis ſuæ*) Cùm haberet in manu ſua te conſulem declarare.

Longum

longum illud carmen comitiorum, nec iam irridendam moram: conſúlque ſic factus es vt vnus ex nobis quos facis conſules. Quotuſquiſque principum antecedentium honorem iſtum aut conſulatui habuit, aut populo? non alij marcidi ſomno, heſternáque cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios operiebantur? Alij ſanè peruigiles & inſomnes, ſed intra cubilia ſua illis ipſis conſulibus, quibus conſules renuntiabantur, exilia & cædem machinabantur. O praua & inſcia veræ maieſtatis ambitio, concupiſcere honorem quem dedigneris: dedignari quem concupiſcas: quúmque ex proximis hortis campum & comitia proſpectes, ſic illis

Longum illud carmen] Longum verborum ordinem, & ſolennem in comitiis precationem. nam more inſtitutóque maiorum, quo die conſul renunciabatur, qui comitia habebat, à diis immortalibus, vt ea res ſibi magiſtratuíque & populo plebíque Romanæ bene & feliciter eueniret, precabatur. ſicut innuit Cicero pro Murena: id autem fiebat pluribus verbis & certis ac immutabilibus, ita ab antiquo inſtitutis. An forſan carmen hexametrũ intelligit, quod à Marco Tullio longum appellatur. an vſurpauit carmen præter aliorum conſuetudinem, qui voluere quicquid pedibus conſtaret carmẽ eſſe, ſicuti dicimus Sibyllinum carmen. nam idem Tullius libro quinto de finibus, carmen accepit, pro perfectione aliqua, cùm inquit, ſunt enim prima elemẽta naturæ, quibus auctis virtutis quaſi carmen efficitur. Martialis in diſtichis pro libro poſuit carmen, Carmina Naſonis quinque decémque gerit. Interdum tamen pro ſoluta oratione, vt hic Secundus. item in fine huius orationis: tu noſtris comitiis præſidere, tu nobis ſanctiſſimum illud carmen præire dignatus es. & Liuius quinto belli Punici ex huius Martij duobus carminibus & reliqua. Cenſorinus inquit, carmen eſt modus vocibus iunctus, cuius diſcrimina cantus, modus, motus. *Irridendam moram*) Simulatam. nam antequam haberentur comitia, ſciebant imperatorem conſulem renunciandum, quare illa comitiorum mora meritò ab omnibus irridebatur. *Nobis*) Senatoribus priuatis. *Sic*) Eo modo. *Honorem iſtum*) Petendi conſulatum vt prodiret in comitium. *Populo*) Vt ab illo ſuffragia peteret. *Alij*) Imperatores. *Heſternáque cœna redundantes*) Neronem poſſumus accipere, cuius crapulam Iuuenalis pulſat noctéſque Neronis iam medias altámque famem ſcribens. & Tranquillus ait epulas è medio die ad mediam noctem protrahebat. *Redundantes*) Nimium repleti crapula, diſtenti. *Peruigiles & inſomnes*) Caius Caligula non pluſquam tribus nocturnis horis quieſcebat, ac ne his quidem placida quiete, ſed pauida miris rerum imaginibus. ideóque magna parte noctis vigiliæ, cubandíque tædio nunc toro reſidens, nunc per longiſſimas porticus vagus inuocare frequenter atque expectare lucem conſueuerat. ſed imprimis Domitianum reſpicit, qui multum de nocte ſolus ambulabat, ſæuóſque ſeceſſus incolebat, ibi clariſſimis viris necem ſtruens. *Quibus conſules renunciabant.*) Per quos ipſi declarabantur conſules. Tiberium recitat Dion omnes ſuos in cõſulatibus collegas violenter interfeciſſe. vnde cùm Druſus ſimul hunc iniſſet honorem, ſtatim cunctos necem illi iudicaſſe. Tranquillus autor Domitianum aliquot conſulares intereniſſe. *O praua*) Exclamatio opportuna, à Græcis epiphonema dicitur ſecundum Hermogenem, non rem geſtam narrans ſed acclamans. *Honorem*) Conſulatum. *Proximis o.*) E collibus ortulanis vel ab ortis imperatoris vicinis campo Marcio, vbi comitia habebantur. campum Martis P. Victor in nona regione locat, inter vrbem & Tiberim: in eo fuit villa publica, vbi primum populi cenſus eſt actus. olim fuit Tarquiniorum, mox adepta libertate

ſacrum Marti fecere, equis pratum, iuuenibus ſe ad bellicas meditationes exercentibus ludum opportuniſſimum. autores habeo Liuium & Dionyſium. Gellius tamen lib. vi. tradit in xij. tabulis ſcriptum fuiſſe Caiam Tarratiam campum Tyberinum ſiue Martium populo Rom. condonaſſe. plura de Campo Martio Strabo lib. v. per campum igitur & comitia interpretamur campum Martium, vbi declarabantur conſules comitiis centuriatis. nam & paulo pòſt dicet ſacratum campum fuiſſe comitiorum locum & M. Tullius pro domo ſua. conſtat enim nullis vnquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruiſſe. in Piſonem, ſic inquit, ſanè ſors domina cāpi, & Liuius. conſul in campo Martio comitiis priuſquam centurias in ſuffragium mitteret. Tranquillus in Cæſare dictatore illum in campo per comitia tribus ad ſuffragia vocantem partibus diuerſis ex ponte vt deiicerent, atque exceptum trucidarent cōgitaſſe. Mamertinus. illis priſcis temporibus multorum ambitu fuit campus infamis. Valerius: inimicitias inquit, vt ſimul cenſores renunciati ſunt, in campo depoſuit. nam de comitio, quod in foro fuit, iam prædiximus.

abeſſe tanquam Danubio Rhenóque dirimare. auerſeris tu honori tuo ſperata ſuffragia? renunciaríque te conſulem iuſſiſſe contentus, liberæ ciuitati ne ſimulationem quidem ſerues? abſtineas denique comitiis abſtruſus, atque abditus, quaſi illic tibi non conſulatus detur, ſed abrogaretur imperium. Hæc perſuaſio ſuperbiſſimis dominis erat, vt ſibi viderentur principes eſſe deſinere, ſi quid facerent tanquā ſenatores. plerique tamen non tam ſuperbia, quàm metu quodam ſubmouebantur. an ſtuprorum ſibi, inceſtarúmque noctium conſcij

Abeſſe] Animo & cogitatione. *Auerſeris*) Oderis. maximā vim obtinet hæc interrogatio. *Iuſſiſſe*) Imperij verbum. tanto magis reprehendendum, quòd conſules ob libertatē creati fuerint, ipſe liberæ ciuitati iubeat, id per quod libera videtur. *Ne ſimulationem q. ſ.*) Apertè oſtendas fuit enim Domitianus maximus ſimulator, & diſſimulator. *Liberæ c.*) Quæ ſuis legibus viuit, quæ cæteris imperat. *Abſtineas c.*) Ne ex hortis ea deſpicias. *Abſtruſus*) Remotus, ſecluſus in cubiculo. *Illic*) In comitiis. *Abrogetur*] Tollatur ſi interſis comitiis. nam abrogare eſt tollere. Liuius lib. iiij belli Punici. M. Fundanius & L. Valerius tribuni pl. ad plebem tulerāt de Oppia lege abroganda. M. & T. Iunius tribuni pl. eam legem tuebantur, neque ſe abrogari paſſuros aiebant Valerius: M. Antoninus & L. Flaccus cenſores Duronium ſenatu mouēre, quòd legem de coercendis conuiuiorum ſumptibus latam, tribunus plebis abrogauerat. idem libro ſeptimo, prętoriam iuriſdictionem abrogauit. Trāquillus: capiti legis Papiæ à Tiberio Cæſare quaſi ſexagenarij generare non poſſent, edicto abrogauit. & in Caio. Conſulibus oblitis de natali ſuo edicere abrogauit magiſtratum, fuitque per triduum ſine ſumma poteſtate reſpublica. Modeſtinus de verb. ſignificat. derogatur legi, cùm pars detrahitur abrogatur lex, cùm prorſus tollitur. Feſtus tamen ait abrogare eſſe infirmare. *Quid*) Ciuile. *Tanquam ſenatores*) Perinde ac ſi ipſi fuiſſent ſenatores, ſi deſcēdiſſēt in cāpum cādidati cōſulatus. *Plerique*) Principū. *Quàm m.*) Duos præſertim monſtrat Caium & Domitianum, quorum ille libidinoſiſſimus tres imprimis ſorores inceſtauit, hic Iuliam fratris filiam, vltrò corrupit. fuit .n. nimiæ libidinis in mulieres & pueros, ſi Dioni credimus. *Stuprorū*] Pro adulterio & vicio ſtuprum promiſcuè ponunt. Plautus in Amphitryone, ſtupro dedecoris à viro arguta meo. & Saluſtius. ac ſtatim fugitiui contra præceptum ducis rapere ad ſtuprū potuerūt virgines matronáſq; &

pro turpitudine antiqui dixerunt, autore Feſto, vt fœdè ſtupréque caſtigatur quotidie. inter ſtuprum & adulterium ſecundum Iuriſconſultos hoc intereſſe quidam putant, quòd adulterium in nuptam, ſtuprum in virginem & viduam committitur. ſed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur.

auſpicia polluere, ſacratúmque campum nefario auderent contaminare veſtigio? non adeo deos hominéſque contempſerant, vt in illa ſpacioſiſſima ſede hominum deorúmque coniectos in ſe oculos ferre ac perpeti poſſent. Tibi contrà & moderatio tua ſuaſit & ſanctitas, vt te & religioni deorum, & iudicijs hominum exhiberes. Alij conſulatum antequam acciperent, tu & dum accipis, meruiſti. peracta erant ſolennia comitiorum ſi principem cogitares, iámque ſe omnis turba commouerat, cùm tu mirantibus cunctis accedis ad conſulis ſellam, adigendum te præbes in verba principibus ignota, niſi cùm iurare cogerent alios. vides quàm neceſſarium fuit conſulatum non recuſare? non putaſſemus iſtud facturum te fuiſſe, ſi recuſaſſes. Stupeo. P.C. nec dũ ſatis aut oculis meis, aut auribus credo, atque idemtidem me an audierim an viderim interrogo. Imperator ergo & Cæſar & Auguſtus, pontifex maximus ſtetit ante gremium conſulis? ſedítque conſul principe ante ſe ſtante? & ſedit inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri ſoleret? quinetiam ſedens præbuit iuſiurandum? & ille iurauit? expreſſit, explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret. Ingens Cæſar, & par gloria tua, ſiue fecerint iſtud poſtea principes, ſiue non fecerint. Vlla ne ſatis prædicatio digna eſt? idem

Auſpicia] Anguria proſpera, quæ captabat antiquitas, cùm comitia eſſet habitura. *Sacratúmque camp.*] Marti conſecratũ. *Spacioſiſſima ſede*] In ſpacio campi Martii diffuſo. nam ampliſſimum fuiſſe memorat Strabo lib. v. *Deorũ*] In eo námq; multa diis conſtructa delubra, & ſtatuę viris illuſtribus erectæ. *Alij*] Principum vel priuatorum meruerunt. *Dum accip.*] Propter humanitatem tuam, qui dignatus eſſes cãdidati munia ſuſtinere. *Solennia*] Ordo conſuetus. *Si principem cogitares*] Si reſpiceres conditionem principis, qui non cogebatur iurare in verba: ſi verò priuatum, nondum erant expleta. *Cõmoueat*) A ſuo loco ſubſecutura principẽ. *Conſulis*] Secundum Appianum lib. 1. bellorum ciuilium, Comitia conſulum, qui magiſtratum finiſſet, proponere ſolebat: quòd ſi fortè creatio conſulis non ſucceſſiſſet, interrex aliquis, cõſulari tamen electione, creabatur, qui comitia proponebat. *In verba*] Quod legib' ſtaret, & pareret. nã ſedẽs cõſul ſtãti Traiano iuſiurãdum præbuit, ille iurauit, expreſſit, explanauitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuã, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecrabat *Principibus ignota*] Non conſueta iurari à principibus. *Alios*] Conſules deſignatos. *Illud*] Iuraſſe in verba. Necdũ ſatis certus adhuc ambigo an Traianus iurauerit, nam hoc videtur excedere bonitatem omnium principum. *Identidem*] Frequenter. *Pont. m.*] In epiſtolis ad Traianum apertè monſtratur, fuiſſe pont. max. *Inturbatus*] Hoc non tam ad laudem conſulis, quàm principis pertinet,

cuius fiducia conſul audenter iuſiurandum obtulit: *Domum ſuam*] Suos domeſticos, & cognatos. *Conſecrares*] Deuoueret, obnoxia faceret.

tertiò conſulẽ feciſſe, quod primò, idem principem, quod priuatum. idem imperatorem, quod ſub imperatore. neſcio iam, neſcio pulchrius ne ſit iſtud, quod praeunte nullo, an hoc quod alio praeunte iuraſti. in roſtris quoque ſimili regione ipſe te legibus ſubieciſti, legibus Cæſar, quas nemo principi ſcripſit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere, quàm nobis. Sic fit vt nos tibi plus velimus. Quod lego, nunc primùm audio, nunc primùm diſco. Non eſt princeps, ſunt leges, ſed leges ſupra principem: idem Cæſari conſuli, quod cæteris non licet, iurat in legem attendentibus dijs. nam cui magis quàm Cæſari attendant? iurat obſeruantibus his, quibus idem iurandum eſt, non ignarus alioqui nemini religioſius quod iurauerit cuſtodiendum, quàm cuius maxima intereſt non peierare. itaque & abiturus conſulatu iuraſti te nihil contra leges feciſſe. Magnum hoc erat cùm promitteres, maius poſtquam praeſtitiſti. iam

Tertiò] Tertiò conſul, dum imperator eras, primò autem dum priuatus. *Idem*] Iuraſſe in verba. *Sub imper.*] Domitiano, & Nerua. *Pulchrius*] Laudabilius. *Iſtud*] Pro illud poſuit, quòd princeps legibus te aſtrinxiſti in comitiis. *Praeunte nullo*] Nullo præmonſtrante verba quę dicturus eras. nam in ſacris & rebus ſolennibus ſolebat aliquis pontifici Maximo ſubmiſſa voce prædicere verba, quæ ille dicturus erat voce clara, ne erraret, tantam ſacrorum curam habuit antiquitas. quam conſuetudinem Plautus tetigit, & Tacitus libro xx. vbi de templo Capitolini mentionẽ facit. tum inquit Heluidius Priſcus prætor præeunte Plauto Heliatio pontifice, Iouem, Iunonẽ, Mineruam, præſidéſque imperii deos precatus & reliqua. Valerius autẽ inquit. Africanus poſterior cenſor, cùm luſtrum conderet, inque ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenni eius precationis carmine præiret, quo dii immortales, vt pop. Rom. res meliores, ampliorésque facerent, rogabantur, ſatis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt. Plinius lib. xxviii. vidimúſque certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem, rurſúſque alium cuſtodem dari, qui attendat, alium verò præponi, qui faueri iubeat. *Alio praeunte*] Alio prædicente quæ dixiſti. Quod eſt indicium humanitatis & religionis. ſicut illud, cùm firmitudinis, firmiſſimæque memoriæ, ac fiduciæ ſui. *Religione*] Sacramento. *In roſtrū*] In foro vbi ius erat dicturus. *Te legibus ſubieciſti*] Pacatus pro Theodoſio; tantum tibi per te licet, quantum per leges licebat ius ſummum facultate & copia commodandi, nõ ſecuritate peccandi experiris. *Legibus Cæſar*] Te ſubieciſti. cum admiratione repetitio interrogatiua. *Nemo legiſlator*] Iuriſcõſultus. *Scripſit*] Condidit. Dion in Auguſto. Imperatores adepti ſunt quod nulli Romanorum olim vnquam conceſſum fuerat. ſoluti enim ſunt omnibus legibus, nulliſque ſcriptis tenentur. hinc ff. l. Vlpianus, princeps legibus ſolutus eſt, voluntate tamen ſua ſeipſum ſubiicit. eadem Paulus ff. xxxii. & imperator Alexander libro vi. codicis, ac Iuſtinianus in Inſtitutionibus, ſed apertius in codice. digna, inquit, vox eſt maieſtate regnantis legibus alligatum ſe principem profiteri; adeo de autoritate iuris noſtra pendet autoritas. & re vera maius imperio eſt ſubmittere legibus principatum, & ora-

culo præſentis edicti, quod nobis licere non patimur, indicamus. quare Apollonius Veſpaſiano præcepit, legem imperatori dominari debere, quia in illis ferendis rrit modeſtior, ſi eas non contempſerit. *Nobis*) Priuatis licet. *Velimus*] Licere pluſquã licet. *Non eſt princeps*) Quia ipſe pariter nobiſcum legibus paret. *Sunt leges*) Omnes rrguntur legibus. *Attendẽtibus*] Audientibus. *Obſeruantibus*] Videntibus ſenatoribus. *Alioqnin*] Inſuper. *Quàm*] Sibi principi. *Abituru*] Drpoſiturus. *Præſtitiſti*] Longè enim maius obſeruare promiſſa, quàm tantùm polliceri.

toties procedere in roſtra, inaſcenſúmque illum ſuperbia principũ locũ terere, hîc ſuſcipere, hîc ponere magiſtratus, quàm dignum te, quámque diuerſum conſuetudine illorum, qui pauculis diebus geſtum conſulatũ, imò non geſtum abÿciebant per edictum. hoc pro concione, pro roſtris, pro iureiurando, ſcilicet vt primis extrema congruerent, vtque boc ſolo intelligerentur ipſi conſules fuiſſe, quòd alÿ non fuiſſent. non tranſiliui Patres conſcripti principis noſtri conſulatum, ſed eundem in locum contuli, quicquid de iureiurando dicendum erat. neque enim vt in ſterili ieiunáque materia eandem ſpeciem laudis diducere ac ſpargere, atque idemtidem tractare debemus. Illuxerat primus conſulatus tui dies, quo tu curiam ingreſſus, nunc ſingulos, nunc vniuerſos adhortatus es reſumere libertatem, capeſſere quaſi communis imperÿ curas, inuigilare publicis vtilitatibus, & inſurgere. Omnes ante te eadem iſta dixerunt, nemini tamen ante te creditum eſt. Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inuidioſa tranquillitate prouectos improuiſus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare, quàm blandicia principum illorum, quibus tanta lenitas, tanta fraus, vt facilius eſſet iratos, quàm propitios habere? te verò ſecuri, & alacres quò vocas ſequimur. iubes eſſe liberos? erimus. Iubes quæ ſentimus

Toties) Claudium Trãquillus meminit conſulẽ, & extra hunc honorrm ius laborioſiſſimè dixiſſe, etiam ſuis ſuorúmq; diebus ſolennibus. nonnunquam feſtis quoque antiquitus & religioſis. *Inaſc.*] Nunquam ab aliis ſuperbis principibus aſcenſum, vt ius publicè dicerent. Domitianum tamen ſcribit Tranquillus ius diligenter & induſtriè dixiſſe, plerunque & in foro pro tribunali, & extra ordinẽ. *Hic*] In roſtris. *Immò non g.*] Sed tantùm titulo tenus, & non reipſa. correctio color. *Hoc*] Significaſti. *Ipſi*] Traianus & collega. *Alÿ p.*) Qui morem conſulum non fuerant executi. *Nõ trãſiliui* Quia iam de conſulatus depoſitione locutus fuerat, dicit non ideo ſe rranſmiſiſſe, quæ in eo grſta fuerint. hoc dicendi genus reficit auditorem, & magis attẽtum facit. *Eundem in locũ*] In vnum, vt per ſpecies rerum procederet. *Speciem laudis*] Iuriſiurandi cęteris inſuetam. *Deducere*] Protrahere. eſt enim oratoris res amplificare, vel minuere pro cõmodo ſuo. quod quamuis Secundus fecit, tamen artem diſſimular, cùm præcipua ars ſit diſſimulare artem, præſertim in iudiciali & drliberatiuo genere, in demonſtratiuo interdum. *Spargere*] Diuerſis locis tractare. *Idemtidem*] Frequẽter, quod ſolet fieri, vbi materia exilis eſt, & per amplificationẽ eandem tractando variè, &

diuerſimodè eam augere conamur. ſed hic vbi inquit; materia ſupercurrit, non opus eſt eloqui ratione. *Primus dies*) Cal. Ianuarii. *Conſulatus t.*) Tertii. *Curiam*) Senatum. *Singulos*) Senatores. *Reſumere*) Quia diu per tyrannos depreſſa fuerat. *Quaſi r.*) Perinde ac ſi ipſi participes forent imperii. *Inſurgere*) Intendere diligentiam. *Omnes*) Principes. *Creditum eſt*) Quia credebant ſimulata dici. *Erat ſub o.*) Animaduertebant, conſiderabant. *Naufragia*) Pericula. *Cædes*) Tranſlatio. *Turbo*) Tempeſtas. perſtat in metaph. *Inuidioſa t.*) Ex ſeceſſu, quòd principes inuiderent illorum quieti. an melior erit lectio, inſidioſa quàm inuidioſa, quia blandè prouecti repentè conciderunt. *Prouectos*) Honoribus auctos. *Inſidum*) Cui non ſit credendum. comparatio. *Quàm blanditia principum*) Imprimis reſpexit Tiberium & Domitianum, qui à ſe interficiendis maximè blandiebantur. autoribus Tranquillo & Dione. *Lenitas*) Clementiæ ſimulatio. *Fatilius*) Melius. *Sequimur quò vocas*) Facimus quod iubes. *Liberos*) Liberè loqui, & libertatem defendere.

promere in medium? proferemus. Neque enim adhuc ignauia quadam, & inſito torpore ceſſauimus. Terror & metus, & miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, vt à re: publica (erat autem omnino nulla reſp.) oculos, aures, animos auerteremus. At nunc tua dextera, tuiſque promiſſis freti, & innixi obſepta diutina ſeruitute ora reſeramus, frenatámque tot malis linguã reſoluimus. Vis enim tales eſſe nos, quales iubes, nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil ſubdolum, denique quod credentem fallere paret non ſine periculo fallentis. neque enim vnquam deceptus eſt princeps, niſi qui prius ipſe decepit. Equidem hunc parentis publici ſenſum cũ exhortatione eius, tũ pronũciatione reſpexiſſe videor. Quæ enim illa grauitas ſententiarum? quàm inaffectata veritas verborũ? quæ adſeueratio in voce? quæ affirmatio in vultu? quãta in oculis, habitu, geſtu, toto denique corpore fides?

Promere in m.) Dicere palàm. *Adhuc*) In præteritum. *Inſito torp.*) Natiua pigritia. ſed eorum ingenia erant hebetata, fracta, cõtuſa, propter mala quæ iam per multos annos viderant & tulerant, vt idem ad Ariſtonem teſtatur. *Miſera prudentia*) Per miſerias comparata. *Ex periculis*) Noſtrorum & aliorum. *Monebat*) Nos, ne libera animi, vt inquit ſatyricus, verba proferremus, & vitam pro vero impenderemus. *Erat autem*) Correctio. vbi tyrãni dominantur nulla reſpublica eſt. *Dextera*) Auxilio. *Diutina ſeruitute*) Domitiani quindecim annos imperantis. *Frenatam*) Cohibitam, retentam. *Tales*] Liberos in dicenda ſententia. *Fucatum*) Falſum, diſſimulatum, tectũ. fucus enim, autore Seruio, genus eſt herbæ, qua veſtes tinguntur. & fucum poſuit Terentius in Eunucho pro inſidiis & fraude. fucum, inquit, factum mulieri. ſic ad Quintum fratrem Cicero. Iam illud teneto diligenter, ſi eum qui tibi promiſerit fucum (vt dicitur) facere velle ſenſeris, vt te id audiſſe, aut ſciſſe diſſimules. nam fucus beſtiola ex equis naſcens ſine aculeo tanquam apis imperfecta, mel ſurripit apibus. vnde à Varrone dicitur fucus fur: & fucilis, falſa dicitur quaſi fucata, autore Pompeio. *Denique*) Nihil eſt. *Non ſine periculo fallentis*) Nam qui fallit, plerunque fallitur. *Neque enim*] Sententia. *Ipſe*) Qualis Domitianus. *Hunc ſenſum*) Talem & veram ſententiam. *Parentis*) Publiei. *Tranuis*) Patris patriæ. *Exhortatione*) Cùm nos ad bonum

publicum prouocaret. *Sententiarum*] Quas ſpargebat per orationem ſuam, an magis in ſententiis dicendis. *Inaffectata*] Facilis, naturalis, aperta. veritas enim caret fuco & prætextu verborum.

tenebit ergo ſemper quod ſuaſerit, ſciétque nos quoties libertatem, quam dedit, experiemur, ſibi parere: nec verendum eſt ne incautos putet, ſi fidelitate temporum conſtanter vtamur, quos meminit ſub malo principe aliter vixiſſe. Nuncupare vota pro æternitate imperij, & pro ſalute ciuium, imò pro ſalute principum, ac propter illos pro æternitate imperij ſolebamus. Hæc pro imperio noſtro in quæ ſint verba ſuſcepta operæprecium eſt adnotare: ſi bene rempublicam, & ex vtilitate omnium rexeris. Digna vota, quæ ſemper ſuſcipiantur, ſempérque ſoluantur. Egit cum dijs ipſo te autore Cæſar reſp. vt te ſoſpitem, incolumémque præſtarent, ſi tu cæteros præſtitiſſes: ſi contrà, illi quoque à cuſtodia tui corporis oculos dimouerent, téque relinquerent votis, quæ non palàm ſuſciperentur. Alij ſe ſuperſtites reipublicæ optabant faciebántque. Tibi ſalus tua inuiſa eſt, ſi non ſit cum reipublicæ ſalute coniecta, nihil pro te pateris optari, niſi expediat optantibus, omnibúſq; annis in conſilium de te deos mittis, exigiſq; vt ſententiam ſuã mutent, ſi talis eſſe deſieris. qualis electus es. Sed ingenti conſcientia Cæſar paciſceris cum dijs, vt te ſi mereberis ſeruent, cùm ſcias an merearis neminem magis quàm deos ſcire. Nonne vobis P. C. hæc diebus ac noctibus agitare ſecum videtur? ego quidem in me, ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam

Tenebit) Erit ſemper in hac ſententia, vt pro vtilitate reipublicæ liberè loquamur. *Sibi parere* Facere quod iuſſerit. *Si fidelitate temporum*) Si confidimus ſuis temporibus. *Quos*) Senatores. *Aliter*] Tacitos, obſequentes voluntati Domitiani etſi diuerſa ſenſiſſent. *Nuncupare Vota*) Perſeuerat exemplo docens poſſe omnes liberè loqui. *Propter illos*) Non propter nos. *Pro æternitate imperij*) Vt Romanum imperium ſemper floreret. in epiſtolis ad Traianum, Noua inquit, vota ſuſcepimus, precati deos, vt te rempublicámque, florentem & incolumem ea benignitate ſeruarent, quam ſuper magnas plurimáſque virtutes præcipua ſanctitate conſequi deorum honore meruiſti. *Hæc*] Vota. *Suſcepta*) Sunt. *Pro imperio n.*] Vt dii Romanum imperium tueantur. *Si bene*] Cùm hac conditione nuncupauimus. *Egit*) Pacta eſt, conuenit. *Si tu cæteros p.*] Si tuos incolumes ſeruaſſes. *Si c.*] Si feciſſes,, id eſt malè tractaſſes. *Illi*] Dii. *Votis*] Imprecationibus, execrationibus. *Non p.*] Secretò, propter metum. *Superſtites r.*] Oppreſſa rep. Neronem notat, qui cùm in ſermone quodam diceretur, ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. id eſt me mortuo terra miſceatur igni, immò inquit, ἐμοῦ ζῶντος, id eſt, me viuente, quod planè feciſſe recitat Suetonius. *Optantibus*] Ciuibus. *Omnibúſque annis*] Nam ſingulis annis vota ſuſcipiebant pro ſalute imperatoris, non ſolùm conſules, ſed & prouinciarum præſides, cum militibus & prouincialibus. *In conſilium*] Faelt vt dii de te conſulant, an dignus ſis eſſe ſoſpes. neſcio qui ſemibarbarus hunc

noſtrum ſenſum corruptè legit, & tamen tanquam ipſe primus fuerit interpretatus me calumniando, vel inuitus laudat, ita fœdè lapſus, vt perdito pudore audeat meam ſententiã tanquam ſuam ſibi vẽdicare, cùm ſcriptũ fuerit in prima editione, facis vt de te dii conſulãt. non autem vt te dii conſulant. quæ nam iſta ſcriptoris tam manifeſta impudentia vel ſecordia? addo quod ne præpoſterè legi notat, cùm eius loco an ſcribendum ſit. & profectò niſi ita frontem perfricuiſſet, nunquam modeſtiam meam, quam vbique præſtitimus, expugnaſſet. *Mutent*] Te perdant. *Qualis*] Optimus. *Ingenti*] Rectiſſima & ſanctiſſima fretus.

præfecti manum armaui, ſed ne deorum quidem, aut iram, aut negligentiã deprecor. quæſo immò, & obteſtor, ne vnquam pro me vota reſpublica inuita ſuſcipiat, aut ſi ſuſceperit inuita, ne debeat. Capis ergo Cæſar ſalutis tuæ glorioſiſſimum fructum ex conſenſu deorum, nam cùm excipias, vt ita demum te dei ſeruent, ſi bene remp. & ex vtilitate omnium rexeris, certus es te bene remp. gerere cùm ſeruent. Itaque ſecurus tibi & lætus dies erit, qui principes alios, cura & metu diſtinebat, cùm ſuſpenſi & attoniti, parúmque confiſi patientia noſtra hinc atq; inde publicæ ſeruitutis nũcios expectarẽt. ac ſi fortè aliquos flumina, niues, vẽti præpediſſẽt, ſtatim hoc illud eſſe credebãt, quòd merebãtur. nec erat diſcrimen

Præfecti manum a] Rem tangit nunquam ſatis laudatam, cuius Dion & alii Græcorum meminere. nã cùm præfectum prætorio, quem creauerat, circumdaturus eſſet enſe, quem nudum illi porrexit, cape hunc dixit. ſi quidem bene imperauero, pro me hoc vtere: ſi malè, aduerſus me: quamuis qui Traiani vitam ex Dione tranſtulit, aliter Latinitate hũc locũ donauerit quin etiã ſcribens, cùm tribunatum militum ei traderet, parazonium, quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit. at talis, inquit, enſem accipe, quẽ pro me ita demum ſtrinxeris, ſi iuſtè imperauero. quod ſi perperam quicquam pro me fieri cognoueris, eo in perniciem mei vtaris velim. at Græcè ſic ſcriptum. ἀλλὰ καὶ ὅτι πρῶτον τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν τὸ ξίφος ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν, ὤρεξεν, ἐγύμνωσέ τε αὐτὸ, καὶ ἀνατείνας ἔφη, λάβε τοῦτο τὸ ξίφος, ἵνα αὐτῷ, ἂν μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ· ἂν δὲ κακῶς, κατ' ἐμοῦ χρήσῃ. quæ ſic transferri poſſe videntur. quin etiã quando primũ futuro haſtatis præfſ.:, enſem, quo cingi ipſum opus erat, porrexit, nudauitque eum, & extendens dixit, cape hunc enſem, vt ſi quidem bene imperauero, pro me, ſin autem malè, cõtra me vtaris. ille igitur tribunum, nos præfectum prætorii intelligimus, qui haſtatis præerat. nam Suidas δορυφόρους cuſtodes regum armatos interpretatur, quibus præfectus vocabatur prætorio Præfectus, pro magiſtro equitum ab imperatoribus conſtitutus. & Dion ab Auguſto memorat primum creatos δύο ἐπάρχους τῶν δορυφόρων, id eſt, duos præfectos prætorianorum. & Suidas quẽ ἔπαρχον τῶν δορυφόρων vocat, ſcilicet præfectum haſtatorum alibi ἔπαρχον τῶν στρατηγίων, id eſt, præfectum prætorianorum, appellat. *Præfecti*] Prætorii nomine Suræ. *Ne de precor*] Nullis precibus auerto *Inuita*] Me malè imperante *Ne debeat*] Ne teneatur perſoluere. *Glorioſiſſimum fructum ſalutis tuæ*] Quod ſaluus es, quia optimè rempublicam regis. eſt enim cum gloria fructus. *Seruent*] Te incolumẽ præſtent. *Dies*] Primus, & interdum ſequẽtes dies Ianuarii, quibus vbique prouinciarum vota pro ſalute imperatoris ſuſcipiebant, & milites ſolenni iureiurando ſe in fidem eius aſtringebant. mali igitur imperatores anxii expectabant nũcium talium rerum. verentes ne aliqui exercitus & prouinciæ defeciſſent à ſe, & in alterius verba iuraſſent. *Patientia noſtra*] Noſtrûm ſenatorum, qui in vrbe eramus,

eramus, & iugum patiebamur, præſtantes iuſiurandum principi, & vota ſuſcipientes, ac fidem noſtram obligantes. *Hinc atque inde*) Ex diuerſis prouinciis imperio Romano ſubiectis. *Publica ſeruitutis*) Dum vniuerſi ſe tyranno aſtringerent ſacramento. *Aliquos*] Nuncios horum votorum & fidei. *Flumina*] Excreſcentia ſupra modum. *Niues*] Ingentes, quod aſſolet in locis frigidioribus. *Venti* Aduerſi nauigantibus. *Illud*) Defectionem prouinciarum & exercituum. *Merebantur*] Suis ſceleribus.

vllum pauoris. propterea quod cùm à malo principe tanquam ſucceſſor timeatur, quiſquis eſt dignior, cùm ſit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam ſecuritatem non mora nunciorum, non literarum tarditas differt: ſcis tibi vbique iurari, cùm ipſe iuraueris omnibus. Nemo hoc ſibi non præſtat: amamus quidem te in quantum mereris, iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri. nec vnquam illuceſcat dies, quo pro te nuncupet vota, non vtilitas noſtra, ſed fides Cæſar. Turpis tutela principis, cui poteſt imputari. Querilibet quòd in ſecreta noſtra non inquirant principes, niſi quos odimus. nam ſi eadem cura bonis quæ malis eſſet, quam vbique admirationem tui, quod gaudium, exultationémque deprehenderes, quos omnium cum coniugibus, ac liberis, quos etiam cum domeſticis aris focíſque ſermones? ſcires molliſſimus iſtis auribus parci, & alioqui cùm ſint odium amórque contraria, hoc perquàm ſimile habent, quòd ibi intemperantius amamus bonos principes, vbi liberius malos odimus. Cepiſti tamen, & affectus noſtri, & iudicij experimentum quàm tum maximũ præſens capere potuiſti illo die, quo ſolicitudini, pudoriq́ candidatorum ita conſuluiſti, ne vllius gaudiũ alterius triſtitia turbaret. alij cum lætitia,

Vllũ diſcrimẽ pauoris] Quia omnes præfectos ſuos pariter metuebãt. *Propterea*] Cùm quiſquis eſt dignior, timeatur à malo principe, tanquam futurus ei ſucceſſor in imperio. *Cùm nemo non dignior*] Omnes illo digniores cùm ſint, meritò ab illo omnes timentur. *Non differt tuam ſecuritatem*) Quia ſemper es ſecurus. *Iurari tibi*) In tuam fidem & ſalutem. *Vbique*) Per omnes prouincias. *Iuraueris omnibus*) Quòd dii non aliter te ſeruent, niſi pro commodo omnium remp. rexeris. *Nemo hoc non præſtat ſibi*) Id eſt, omnis iurat pro ſalute tua, quia videt hoc ſibi vtile eſſe. *Tamen facimus iſtud non amore tui, ſed noſtri*] Sed vtilitate noſtra, nam amamus te quòd videmus expedire nobis vt viuas. *Fides*] Qua ſimus obſtricti ſic facere. ſenſus eſt nunquam fiat vt pro te vota nuncupemus fide iureiurãdi aſtricti, & non vtilitate noſtra: perinde ac ſi diceret, ſemper bene regas, & ideo pro communi omnium vtilitate vota faciamus: neque vnquam eueniat, vt malè regas, & perſoluamus vota pro fide ſacramenti, quo fuerimus deuincti. eſt autem fides ſecundum Senecam ſanctiſſimum humani pectoris bonum, ea nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. *Turpis*] Eſt. *Imputari*] Aſcribi vt aliquid tutelæ faciat tantùm reſpectu ſui, ſcilicet ſe tueatur vtilitate propria & non omnium. *Querilibet*] Iuuat conqueri. *Non inquirant in ſecreta noſtra*] Non perſcrutentur & extorqueant quid de

illis ſecretò, id eſt, verè ſentiamus. *Niſi mali & crudeles*] Nam boni ſua conſciẽtia contenti ſunt. *Eadem cura*) Perquirendi noſtra ſecreta. *Vbique*] Apud omne hominum genus. *Quos*] Admirabiles. *Domeſticis artis*] Priuatim in laribus. *Parce*] Abſtineri à maledicentia tui. *Molliſſimis.* Iſtis tuis mitiſſimis. *Alioquin*) Inſuper. *Perquàm ſim.*) In libertate, non re ipſa, nam ſunt diſſimilia. *Ibi* Secretò & priuatim. *Affectus*] Amoris. *Alij*] Candidati. *Cum lætitia*] Quia fuerant deſignati conſules.

alij cum ſpe receſſerunt. multis gratulandum, nemo conſolandus fuit. Nec ideo ſegnius iuuenes noſtros exhortatus es conſulatum circumirent, ſenatui ſupplicarent, atque ita à principe ſperarent honores, ſi à ſenatu petiſſent. Quo quidem in loco, ſi quibus opus exemplo, adiecisti vt te imitarentur. Arduum Cæſar exemplum, & quod imitari non magis quiſque candidatorum, quàm principum poſſit. Quis enim vel vno die reuerentior ſenatus candidatus, quàm tu, cùm omni vita, tum illo ipſo tempore, quo iudicas de candidatis? An aliud à te quàm ſenatus reuerentia obtinuit, vt iuuenibus clariſſimæ gentis debitum generi honorem, ſed antequam deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur à principe, tandem illos ingentium virorum nepotes, illos poſteros libertatis, nec terret Cæſar, nec pauet, quinimmò feſtinatis honoribus amplificat, atque auget, & maioribus ſuis reddit. ſiquid vſquã ſtirpis antiquæ, ſiquid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in vſum reipublicæ promit. ſunt in honore hominũ, & in honore famæ magna nomina, ex tenebris obliuionis indulgentia Cæſaris, cuius eſt vt nobiles, & conſeruet, & efficiat. præfuerat prouinciæ quæſtor vnus ex candidatis, in quem

Alij cum ſpe] Quòd promiſſis honoraueris. *Multis*] Adeptis conſulatum. *Conſolãdus*] Quod præteritus eſſet. *Circumirent conſulatum*] M. Tullius ad Quintum fratrem de petitione conſulatus ſcribens, hunc locum declarat. monet enim neceſſe eſſe omnem rationem & curam, laborem, diligentiam in petitione magiſtratuum eſſe adhibendã, inibique hæc res diffuſe tractatur. *Opus*) Erat. *Imitarentur*] Qui ſenatui ſupplicaueras, & propter virtutes charus eras *Reuerẽtior ſenatus*] Qui maiorem ſenatui reuerentiam præſtiterit. *Quo iudicas*] Quo cenſes quis candidatorum dignior eſſet conſulatum conſequi. *Senatus reuerentia*) An quam Traianus ſenatui habebat, an quam candidati iuuenes. *Iuuenibus*] Candidum & Quadratum poſſumus intelligere, qui iterum conſules à Traiano creati fuerunt, autore Spartiano. *Generi*] Familiæ, maioribus. *Antequam deberetur*] Ante tẽpus legibus præfinitũ. lege enim dabatur conſulatus viris qui trigeſimum annum expleſſent. *Obſcuratur*] Deprimitur. Dion. omnibus apud Neronem publicum crimen erat virtus, genus, diuitiæ, quibus præditi aut ſe ipſos interfecerunt, aut ab aliis trucidati ſunt. imprimis tamen notat Domitianum, ſub quo nobiles deprimebantur, & monſtrum erat in nobilitate ſenectus. nam principum multi verentur aliquem ſuorum fieri præſtantiorem ſe *Poſteros libertatis*] Reſeruatos ad hoc liberum ſeculum: an magis reſpicit, quòd Qua-

dratus fuit ex gente Caſſia, ex qua Caſſius libertatis cauſa in Iulium Cæſarem coniurauit, & Nero Caſſium Longinum Iuriſconſultum interfecit, quòd in veteri gentili ſtemmate C. Caſſij percuſſoris Cæſaris imaginem retinuiſſet. & Tranquillus autor, quendam hiſtoricum interfectum, quòd Caſſium & Brutum vltimos Romanorum dixiſſet. *Feſtinatis*] Nondum ætate legitima. *Reddit*] Aequat, data pari dignitate, qua maiores fuerant illuſtrati. *Stirpis*) Domus. nam multæ familiæ olim clariſſimæ penitus interierant. *In vſum reipublicæ*) Ad magiſtratus, libro ſecundo & tertio, vaticinatur conſules à Traiano declaratos futuros quales maximè oporteret. *Magna nomina*) Magnorum virorum nepotes. *Ex tenebris obliuionis*) Qui penitus erant ab adminiſtratione reipublicæ ſecluſi, & in obſcuro iacebant ſub Domitiano enim conſideratus & ſapiens habebatur, qui ætatem in tenebris agebat. *Cuius*] Officium & proprium. *Efficeat*) Vel iure annulorum, vel alia ratione, cùm in manu principis ſit ex obſcuris parentibus nobilem facere, & libertinum natalibus reſtituere. *Præfuerat quæſtor*] Quæſturam geſſerat ſumma cum induſtria Candidus.

ea ciuitas ampliſſima redditus egregia conſtitutione fundauerat, hoc ſenatui allegandum putaſti. Cur enim te principe, qui generis tui claritatem virtute ſuperaſti, deterior eſſet conditio eorum, qui poſteros habere nobiles mererentur, quàm eorum qui parentes habuiſſent? O te dignum, qui de magiſtratibus noſtris ſemper hæc nuncies, nec pœnis malorum, ſed bonorum præmijs bonos facias. accenſa eſt iuuentus, erexitque animos ad æmulandum, quod laudari videbat. nec fuit quiſquam quem non hæc cogitatio ſubiret, cùm ſciret quicquid à quoque in prouincijs beneficeret, omnia te ſcire. Vtile eſt Cæſar, & ſalutare præſidibus prouinciarum, hanc habere fiduciam, paratum eſſe ſanctitati, induſtriæ ſuæ maximum præmium, iudicium principis, ſuffragium principis. adhuc autem quamlibet ſincera rectáque ingenia, etſi non detorquebat, hebetabat tamen miſera ſed vera reputatio. Quid enim, ſiquid

Ea ciuitas ampliſſima] Eius prouinciæ maxima ciuitas, in qua fuerat quæſtor. *In quem fundauerat redditus*] Per quem firmos certóſque colligebat prouentus publicos. *Egregia conſtitutione*] Ob ſingularem ordinationem ab eo factam. *Hoc*] Hanc conſtitutionem. *Allegandum*) Connumerandum. nam candidatorum rectè facta numerabant in comitiis laudatores, & teſtes eorum producebant. *Generis claritatem*) Diximus Traianum fuiſſe ex familia magis antiqua quàm clara, in qua pater eius primùm conſul extitit: eam Traianus clariſſimá magnitudine fortunæ, & rerum geſtarum præſtitit. *Qui virtute ſua*] Colligimus autem hunc de quo agit, fuiſſe rebus geſtis ſuperiorem patre ſuo, vt ſit propoſitio ad confirmandum quod Traianus nobiles efficiat. *Habere poſteros nobiles*] Illuſtrare ſuam familiam. *Qui parentes habuiſſent*) Qui non virtute propria, ſed maiorum fulgerent, ita vt duo genera promoueret ad dignitates, & genus clariſſimæ & virtutis exactiſſimæ. *O te dignum*) Dicam, ſicut paulo pòſt, ô nos felices. M. Tullius: ô te miſerum, ô te infelicem, quæ exclamatio ad omnem affectum conuenit, vel miſerationis, vel indignationis, vel exultationis. Nazarius. O tuam imperator non victoriam magis quàm clementiam prædicandam. *Hæc*] Talia. *Facias bonos*) Incites cæteros ad bonum

Bonorum præmijs) Dum bonos præmiis proſequeris. ſuprà latius hanc rem tractauit : bonis honores, ſacerdotia, prouincias offers. hi amicitia tua, hi iudicio florent, acuuntur iſti integritatis, & induſtriæ precio. ſimiles, diſſimiles alliciuntur. nam præmia bonorum, malorúmque, bonos ac malos faciunt. *Laudari*] Induſtriam. *A quoque*] Magiſtratu. videtur eſſe ſolœciſſimus. cùm pluralem omnia, quicquid ſingularis reſpiciat. quod tamen apud veteres pluralis numeri vim obtinebat. *Sanctitati*] Integritati. *Quamlibet*] Validiſſimè, maximè. *Detorquebat*] Deuiabat ab itinere virtutis. *Hebetabat*] Retundebat, obſcurabat. *Reputatio*] Illa conſideratio maloeum principum, qui indignis præmia cōferebant. *Quid e.*] Ethopœia, quæ morem effingit dicentis, & ſecundum Aphthonium notam habet perſonam, verba autem ficta, ſed quæ veriſimiliter dici poterant.

benefecero, neſciet Cæſar, aut ſi ſcierit, teſtimonium non reddet. Ita eadem illa ſeu negligentia, ſeu malignitas principum cùm male conſultis impunitatem, rectè factis nullum præmium polliceretur, nec illos à crimine, & hos deterrebat à laude. at nunc ſi bene aliquis prouinciam rexerit, huic quæſita virtute dignitas offertur. patet enim omnibus honoris & gloriæ campus. ex hoc quiſque quod cupit petat, & aſſecutus ſibi debeat. Prouincijs quoque in poſterum, & iniuriarum metum, & accuſandi neceſſitatem remiſiſti. nam ſi præfuerint quibus gratias egerint, de nullo queri cogentur, & alioquin nihil magis prodeſt candidato ad ſequentes honores, quàm peractus optimè magiſtratus. magiſtratus magiſtratu, honore honor petitur. Volo ego qui prouinciam rexerit, non tantùm codicillos amicorum, nec vrbana coniuratione eblanditas preces, ſed decreta coloniarum, decreta ciuitatum alleget. Ne ſuffragiis conſularium virorum

Benefecero] Sub malis principibus *Teſtimonium*) Bene geſtorum. *Sen neg.*] Dubitat quo nomine eam appellet. *Male c.*] Malum conſilium præbentibus. *Illos*] Malos *A laude*] A rebus laudandis. *Nunc*] Sub Traiano. *Campus*] Spacium, reſpexit ad campum Martium, vbi magiſtratus creabantur. *Sibi*] Suæ virtuti. *Aſſecutus*] Factus voti compos. *Remiſiſti metum*) Liberaſti à metu. *Iniuriarum*) Quia boni præfuturi ſunt prouinciis. *Accuſandi neceſſitatem r.*] Vnum dependet ab altero. nam ſi boni præerunt, non opus erit eos accuſare repetundarum. in epiſtolis ad Traianum ſic dixerat. remiſit mihi neceſſitatem *Quibus gratias egerint*] Boni, quib' ſolet prouincia gratias agere pro bene adminiſtrata republica. quem morem tetigit M. Tullius ad Appium, vbi oſtendit à prouinciis ſolitas mitti legationes Romam, ſumptibus publicis, ad laudandum proconſulem poſt adminiſtrationem ſuam. *Alioquin*) Ad hoc. *Prodeſſe*] Nouimus. *Quàm peractos optimè*] Quàm quos prius bene geſſerit. hos enim in petitione cæterorum exponebant. *Magiſtratus magiſtratu*] Per gradus à minoribus ad maiores perueniťur. præſertim ſi conſtat in anteactis integritas. *Codicillos*) Epiſtolas. *Vrbana coniuratione*] Conſpiratione quorundam ciuium. *Eblanditas preces*] Blandis precibus impetrata teſtimonia, quòd ſcilicet aliqui fautores & ſtudioſi illius præſidis impetrauerint à quibuſdā ſuis precibus literas, quibus teſtentur illum præfuiſſe prouinciæ integerrimè M. Tullius pro Planco in eundem ſenſum dixit, eblandita ſuffragia. Tacitus lib. xv. laus falſa, & precibus expreſſa perinde cohibeatur, quàm malitia, quàm crudelitas. &

autore principe Nerone, ſanxerunt ſenatores ne quis ad concilium ſociorum referret, agendas apud ſenatum pro prætoribus próve conſulibus grates, neu quis ea legatione fungeretur. *Decreta c.*) Publicum teſtimonium factum per decuriones, qui tanquam ſenatores in vrbe præerant coloniis & municipiis. nam decretum eſt quod princeps vel ſenatus pro omnibus cōſtituūt, ſiue ciuitates pro ſingulis. M. Tullius pro P. Sextio, hunc morē expreſſit. non recito decretum officio aliquo expreſsū vicinitatis, aut clientelę, aut hoſpitii publici, aut ambitionis, aut commoditatis gratia, ſed recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem ampliſſimi beneficii, vicem officii præſentis, teſtimonium præteriti temporis. *Conſularium ſuffragijs*] Quæ pro conſulatu fiunt.

vrbes, populi, gentes, inſerantur: efficaciſſimum pro candidato genus eſt rogandi, gratias agere. iam quo aſſenſu ſenatus, quo gaudio exceptum eſt? cùm candidatis, vt quemque nominaueras, oſculo occurreres, deuexus quidem in planum, & quaſi vnus ex gratulantibus. te mirer magis? an improbem illos, qui effecerunt, vt iſtud magnum videretur, cùm velut affixi currulibus ſuis manum tantùm & hanc cunctanter, & pigrè, & imputantibus ſimiles promerent? Contigit ergo oculis noſtris inſolita facies, princeps & candidatus æquales & ſimul ſtantes · intuerique parem accipientibus honore, qui dabat. Quod factum tuum à cuncto ſenatu quàm vera acclamatione celebratum eſt: tanto maior, tanto auguſtior. nam cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic vno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittat: ſecurus magnitudinis ſuæ. Neque enim ab vllo periculo fortuna principum longius abeſt, quàm ab humilitate. Mihi quidem non tam humanitas tua, quàm intentio eius admirabilis videbatur. Quippe cùm orationi oculos, vocem, manum, commodares, vt ſi alij eadem iſta mandaſſes, omnes comitatus numeros obibas: atque etiam cùm ſuffragatorum nomina honore, quo ſolent, exciperentur, tu quoque inter excipientes eras, & ex ore principis, ille ſenatorius aſſenſus audiebatur: quódque apud principem perhiberi teſtimoniū merētibus gaudebamus,

Vrbes] Iudicia vrbium. *Gentes*] Nationes, prouinciæ. *Inferuntur* [Miſcentur. *Gratias a.*] Populos quos bene rexerit, cādidatis publicè gratias agere. *Aſſenſu*] Concordia. *Deuexus*] Pronus deſcendens è tribunali. *Vnus*] Par humilis. *Te*] Humanitatē tuā. *Illos*] Superbos principes. *Illud*] Tuum factū. *Affixi*] Vnde declinare nō poſſent. *Currulibus*] Sedibus. *Cūctāter*) Superbè cū deſpectu oſculantium. *Promerent*) Extenderent, porrigerent. *Manum*] Deoſculandam. iam de Traiano dixerat, non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec oſculum manu reddis. notatur Domitianus quod Cænidi patris Veſpaſiani concubinę ex Iſtria reuerſæ, oſculúmque vt aſſueuerat, offerēti, manū præbuerit. *Inſolita f.*) Inſueta res viſu. *Candidatus c.*] Petēs equeſtrem dignitatē. *Simul*] Aequo loco cū imperatore ſtās. *Intueri*) Repete cōtigit. *Qui dabat*) Traianū, qui dignitatem equeſtrē dabat. Sed melior ſcriptura, æquales & ſimul ſtantes, vt intelligas illum qui Traiano æquatus loco fuit, cādidatū conſulatus, non equeſtris dignitatis extitiſſe. *Parē*) Stantem pedibus pariter illis, qui dignitates ab eo accipiebant. *Acclamatione*) Laude cum clamore & alta

voce prolata, quæ ſtatim ſequitur: tanto maior, tanto auguſtior es ſcilicet cùm te deprimis. *Cui*) Vt Traiano, qui maximus omnium erat. *Submittat*) Humiliauerit. humanè ſe geſſerit. *Securus magnitudinis ſuæ*) Satis ſciens ſe eſſe magnum. *Quam ab h.*) Non eſt timendum vt principes incidant in humilitatem, cùm ſit eorum conditio altiſſima. *Intentio*) Perfectio, diligens cura. *Orationi*) Tuæ. *Commodares*) Applicares, concordares ſecundum oratorum præcepta. *Oculos, vocem, m.*] De quibus abundè prænotatum ex ſententia Fabii. *Vt*] Tanquam. *Alij*] Priuato, qui obſequeretur tibi. *Numeros*) Gradus, ſpecies. Eutropius, Honoribus auxit Traianus quos mediocri familiaritate cognouiſſet. *Comitatū*] Humanitatis, facilitatis. *Suffragatorum*] Qui dabant ſuum ſuffragium candidatis. *Exciperentur*] Approbarentur à ſenatoribus conſueto honore, & laude. *Inter e.*] In numero laudantium. *Senatorius a.*] Quo viuntur ſenatores in ſuffragiis. *Gaudebamus*] Aliàs. *Merentibus*] Bonis.

perhibebatur à principe. Faciebas ergo cùm diceres optimos, nec ipſorum modò vita à te, ſed iudiciū ſenatus comprobabatur, ornaríque ſe non illos magis, quos laudabas, lætabatur. nam quòd precatus es, vt illa ipſa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, reipub. nonne tibi tale eſt, vt nos hunc ordinem votorum conuertere debeamus? deos denique obſecrare, vt omnia quæ facis, quæque facies proſperè cedant tibi, reip. nobis, vel ſi breuius ſit optandum, vt vni tibi, in quo, & reſp. & nos ſumus. Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia aduerſa, alia ſecunda principi, & nobis: nunc communia tibi nobiſcum tam læta, quàm triſtia: nec magis ſine te nos eſſe felices, quàm tu ſine nobis potes. An ſi poſſes, in fine votorum adieciſſes, vt ita precibus tuis dij annuerent, ſi iudicium noſtrum mereri perſeueraſſes? Adeo nihil tibi amore ciuium antiquius, vt antè à nobis, deinde à dijs, atque ita ab illis amari velis, ſi à nobis ameris. Et ſanè priorum principum exitus docuit, ne à Dijs quidem amari, niſi quos homines ament. Arduum erat has precationes tuas laudibus adæquare. adæquauimus tamen. qui amoris

Perhibebatur à p.) Ipſe Traianus erat teſtis integritatis vniuſcuiuſq;. *Faciebas*] Illos optimos. tanti putat iudicium Traiani, vt dum dicit eos optimos, faciat optimos. *Iudicium ſ.*] A quo iam fuerant probati. *Lætabatur*] Senatus. *Se ornari*) Iudicium ſuum comprobari. *Illos*] Candidatos. *Nam quod p. es*] M. Tullius pro Murena: quæ deprecatus inquit à diis immortalibus ſum conſul more inſtitutóque maiorum illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam conſulem renunciaui, vt ea res mihi magiſtratuíque meo populo plebíque Romanæ bene atque feliciter eueniret. & mox. Quod ſi illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata tantam habet in ſe vim, & religionem, quantam reip. dignitas expoſtulat. *Illa ipſa ordinatio comitiorum*] Aut generaliter accipiendū eſt pro creatione magiſtratuū per comitia, aut quod magis probo, tangit ordinē comitiorū à Traiano immutatum reuocata lege tabellaria, cui᷒ rei meminit lib. iii. epiſtola ad Meſſiū Maximū. *Bene ac f.*) In primis comitiis bene ceſſit, ſed in ſequētib. multa iocularia ac fœda ſūt facta. quod etiā l. iiii. refert. *Tale*] Eius generis. *Vni t.*) Omnia proſperè cedant. *In quo*] A quo

depēdet reip.ſalus & noſtra. *Nimiū diu.*] Quia Domitianus ſęuus nimiū diu fuit in imperio. *Quo*]Precabamur. *Alia aduerſa, alia ſ.*]Nā ſi bona malo principi precabamur,nobis mala imprecabamur. quæ .n. proſpera tyrāno ſunt, ea ciuibus aduerſa. *Nunc e.*)Nūc verò & ſecūda,& aduerſa etiā nobis cōmunia ſunt,quia bonus es, & tanquā noſtrū vnus, bonūmq; publicū amas. *Nos poſ*]Eſſe felices. *Potes*]Eſſe felix,quia doles cōmuni omniūc alamitate. *Se p.*] Eſſe felix ſine nobis. *Ita*]Hac cōditione. *Mereri*] Iudicium noſtrum comprobari ab vniuerſo ſenatu. *Antiquius*] Carius,acceptius,potius. *Exitus*] Mors violēta,qualis Caij,Claudij,Neronis,Galbę,Othonis,Vitellij,Domitiani. *Adæquanimus*]Noſtris acclamationibus.

ardor? qui ſtimuli? quæ faces illas nobis acclamationes ſubiecerūt? non noſtri Cæſar ingenij, ſed tuæ virtutis tuorúmq; meritorū voces fuerūt, quas nulla vnquā adulatio inuenit, nullus cuiuſquā terror expreſſit. Quē ſic timuimus vt hæc fingeremus? quē ſic amauimus vt hæc fateremur? Noſti neceſſitatē ſeruitutis quādo ſimile aliquid audiſti, & quando dixiſti. Multa quidē excogitat metus: ſed quæ appareāt quæſita ab inuitis: aliud ſolicitudinis, aliud ſecuritatis ingeniū eſt: alia triſtiū inuētio, alia gaudētiū. Neutrū ſimulationes expreſſerint. habēt ſua verba miſeri, ſua verba felices, vt quæ iam maximè ab vtriſq; dicantur. Teſtis ipſe es quæ in omniū ore lætitia: nō amictus cuiquā, nō habitus quē modò extulerat: inde reſultantia vocibus tecta, nihilq; tātis clamoribus ſatis clauſum. Quis tūc non è veſtigio ſuo exiluit? quis exiluiſſe ſenſit? multa fecim⁹ ſpōte, plura inſtīctu quodā & imperio. nā gaudio quoq; cogendi vis ineſt. nū ergo modū ei tua ſaltē modeſtia impoſuit? nā quāto magis à te reprimebatur, exarſimus, nō cōtumacia Cæſar, ſed vt in tua poteſtate eſt an gaudeamus, ita in quātū nec in noſtra. Cōprobaſti & ipſe acclamationū noſtrarū

Ardor]Stimuli,faces,trāſlata verba ꝑ incitamētis. *Voces*] Acclamationes,laudes. *Nullus terror ex.*]Nulli vnquā ꝓtincipum dictæ fuerūt ob metū. *Hæc*]Qualia tibi acclamauim⁹. *Seruitutis*] Sub Domitiano, cui oēs adulari cogebātur. *Dixiſti*] Nā & Traianus erat ex ſenatoribus,immò cōſularis. *Excogitat*] Noua fingit: idē alibi, Nā ingenioſior eſt ad excogitandū ſimulatio veritate,ſeruitus libertate,met⁹ amore. *Quæſita*] Inuenta ab eo quod præceſſit. *Aliud*] Diuerſū. *Neutrum ſimulationes expreſſerint*] Poſſunt ſimulationes triſtitiā & gaudium fingere, ſed nequaquā exprimere. *Sua*]Propria,cōuenietia miſeris.id eſt triſtia. nā cūm ſit oratio maxima cordis prænuncia, difficile eſt quoquomodo non oſtendere verbis affectus animi. Pacatus. fingit quidē timor gaudium, ſed ita intimos mentis affectus proditor vultus enūciat,vt in ſpeculo frōtiū imago extat animorū. *Sua felices*) Læta,exultantia. *Iā maxime*]Quā plurimū. *Ab vtriſque*]Miſeris & felicibus. *Dicātur*]Cōſueta ſint dici. *Habitus*) Remāſit. eſt aūt habit⁹ corporis qualitas,nō natura, ſed induſtria cōparata,maximè pertinēs ad geſtū,ſiue triſtē,ſiue hilarē.habitudo verò bona mēbrorum cōpactio. Apuleius:cōtinuatio litterati laboris habitudinē tenuat.& ſecundo aſini. omnē Fotidis habitudinē ſcribit diligēter exploraſſe.nono vtrūq; cōplexus eſt.quidā,inquir,procerus,& vt indicabat habitus atq; habitudo,miles. Terēt in Eunuc. quæ habitudo corporis.at Macrob.ſed tota Daretis fatigatio habitu depingitur. aſt illum fidi ęquales,& rel qua *Extulerat*] A domo ſua in curiā. *Veſtigio*) Loco. *Ineſt gaudio*]Gaudiū cogit homines facere quę nō intēdūt eſt.n.animi paſſio. vnde Gell lib. 3.cap.15.tradit, multos inſperato gaudio expiraſſe. *Ei*]Noſtro gaudio. *Tua mode-*

ſtia]Quę nos iubebat imponere finē accla mationibus. *Exarſimus*] Tanto magis ſume extrinſecus. *An gaudeamus*]Bene regendo. *In quantum*) Ad quantam menſuram gaudeamus. *Nec in noſtra*)Eſt,cùm in gaudio ſit vis imperij.

fidem, lacrymarum tuarum veritate. vidimus humeſcentes oculos tuos, demiſſúmque gaudio vultum, tantúmque ſanguinis in ore, quantum in animo pudoris. Atque hoc magis incenſi ſumus, vt precaremur, ne quando tibi non eadem cauſa lacrymarum, vtq; nunquam frontem tuam abſtergeres. hoc ipſum, has ſedes nobis quaſi reſponſuras interrogemus, viderint ne vnquam principis lacrymas? at ſenatus ſæpe viderunt. Onerasti futuros principes, ſed & poſteros noſtros. nam & hi à principibus ſuis exigent, vt eadem audire mereantur, & illi quod non audiant indignabuntur. Nihil magis poſſũ propriè dicere, quàm quod dictum eſt à cuncto ſenatu: ô te fælicē! quod cũ diceremus, non opes tuas, ſed animũ mirabamur. eſt enim demum vera felicitas, felicitate dignum videri. Sed cũ multa in illo die dicta ſunt ſapiēter & grauiter, tũ vel imprimis hoc:

Fidem] Quòd eſſent veræ. *Lacrymarum tuarum veritate*] Quia tuis lacrymis quæ gaudio erumpebant, credidiſti noſtras acclamationes eſſe veras. *Sãguinis in ore*] Ruboris in facie. nihil aliud eſt rubor, quàm color ſanguinis. qui gaudent ideo rubeſcunt, quia gaudium extrinſecus contingit. ad hoc animoſo curſu natura feſtinat, quã ſanguis comitando quaſi alacritate integritatis ſuæ compotem tingit cutem, & inde ſimilis color naſcitur. hæc Macrobius in Saturnalibus. ſequẽtia tamen indicant, rubuiſſe Traianum pudore, nam rubor ex animi pudore naſcitur, cuius hæc cauſa. natura cùm quid ei occurrit honeſto pudore dignũ, imũ petendo penetrat ſanguinē, quo cõmoto atq; diffuſo, cutis tingitur, & inde naſcitur rubor. dicũt & phyſici, quòd natura pudore tacta ita ſãguinē ante pro velamento tendat, vt videmus quemque erubeſcentem manum ſibi ante faciem frequenter opponere. *Ne quando non*] Vt ſæpe daretur. *Hoc ipſum*) Ordo eſt. vt interrogaremus has ſedes, quaſi nobis reſponſuras hoc ipſum, id eſt, totidem voces per echo ſaltem reddituras, viderint ne vnquam principis lacrymas: perinde ac ſi diceret, nemo imperatorum vnquam tam tenerè & præ pudore in ſenatu lacrymas effudit, quamuis ſcribat Tranquillus Tiberium in ſenatu fleuiſſe, ſed alia de cauſa. eſt autem ſpecies idolopœiæ cùm ſenſum mutæ perſonæ dare conetur. *At ſenatus*) Lacrymas. *Poſteros*) Senatores. *Eadem*] Qua tu precatus es pro ſalute omnium. *Quod non audiant*] Eaſdem acclamationes, quas intelligent Traiano dictas. *Animum*] Dotes animi. *Vera*) Felicitas Plato felicitatem quinque partitam diffinit primam eius partem bene conſulere, ſecundam ſenſibus & bona valetudine corporis vigere, tertiam in rebus gerendis fortunatum eſſe, quartam gloria & claritudine apud homines excellere, quintam pecuniis rebúſque cæteris ad omnes vſus humanitatis affluere. primum illud ex eruditione, multarúmque rerum peritia, & experimento contingere. ſequens ex corporis membris accidere, vt ſi quis videt oculis, audit auribus, narium præterea & oris ſenſu viget, & integritate membrorum, quæ ſenſuum inſtrumenta ſunt. tertium inde prouenire, ſi quis quod agere intendit, ita egerit vt decet ſapientem & ſtrenuum virum. quartum illud ſcilicet gloriæ celebritatem ex opinione bonitatis manare. poſtremum rerum affluentia eſt, cùm cui ad vitæ vſum ita ſuppeditat pecuniarum copia, vt & amicos fouere beneficio, & largè ac liberaliter cuncta neceſſaria ſubminiſtrare valeat. hæc cui ſuppetant omnia eum perfectè felicem ac beatum eſſe. *Videri dignum felicitate*) Exiſtimari bonum, ita vt merearis eſſe felix. *Illo die*) Quo tibi acclamauimus.

Cre-

crede nobis,crede tibi. Magna hoc fiducia noſtri,maiore tamen tui diximus. Alius enim fortaſſe alium,ipſum ſe nemo deceperit, introſpiciat modò vitam, ſeque quid mereatur interroget. Proinde dabat vocibus noſtris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. quanuis enim faceremus quæ amantes ſolent,illi tamen non amari ſe credebant ſibi. Super hæc precati ſumus,vt ſic te amarent dÿ, quemadmodum tu nos. Quis hæc aut de ſe, aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipſis quidem hæc fuit ſumma votorum,vt nos ſic amarent dÿ, quomodo tu. Eſtne verum quod inter iſta clamauimus, O nos felices? Quid enim felicius nobis,quibus non iam illud optandũ eſt vt nos diligat princeps,ſed dÿ quemadmodum princeps? Ciuitas religionibus dedita,ſempérque deorum indulgentiam piè merita, nihil felicitati ſuæ putat aſtrui poſſe niſi vt dÿ Cæſarem imitentur.Sed quid ſingula conſector & colligo, quaſi verò aut oratione complecti,aut memoria conſequi poſſim quæ vos P. C. ne qua interciperet obliuio, & in publica acta mittenda,& incidenda in ære cenſuiſtis? Ante orationes principum tantùm eiuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant: acclamationes quidem noſtræ parietibus curiæ claudebantur. erant enim quibus nec ſenatus gloriari,nec princeps poſſent. has verò & in ſingulis exire, & poſteris prodi, cùm ex vtilitate, tum ex dignitate publica fuit. Primùm vt orbis terrarum pietatis noſtræ adhiberetur teſtis & conſcius, deinde vt manifeſtum eſſet audere nos de bonis maliſq; principibus,

Crede nobis) Crede noſtro teſtimonio, te fœlicem eſſe, crede etiam tuo qui non crederes te felicem, niſi eſſes. *Hæc*) Te felicem eſſe,crede nobis & tibi. *Alium*] Deceperit dum virtutem ſimulat malus. *Nemo ſeipſum*] Vt qui ſe intus & in cote nouerit. *Modò*] Dummodo. *Introſpiciat*] Rectè examinet & diſcutiat. *Vitam*]Suam. *Quid*] Conſcientia principis de ſe, boni bona, mali mala. *Illi*] Mali. *Sibi*] Intra ſe. *De ſe*] Vt dij ſic ſe amarent ſicut ille deos. *Mediocriter amanti*] Precati ſumus hoc, quia certò ſcimus, te nos amare plurimum. *Tu*] Amares nos. *Inter iſta*] Inter precandum ſuperiora. nam quædam conſueuerant peculiaria verba precibus interponere dum acclamarent imperatoribus, qualia ſunt apud Lampridium in acclamationibus Alexandri, dij te ſeruent. pariter apud Volcatium in Auidio, & Lampridium in Commodo, exaudi Cæſar. *Ciuitas religionibus dedita*] M. Tullius de reſponſis aruſpicum: deorum numine hoc tantum imperiũ natum eſt & auctum, & retentum. nec enim numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec caliditate Pœnos, nec artibus Græcos, ſed pietate & religione, atque hac vna ſapientia, quòd deorum immortalium numine omnia regi gubernaríque proſpeximus, omnes gentes nationéſque ſuperauimus. lege plura de religionibus Romanorum, libro primo apud Maximum. *Piè merita*) Quia in deos extitiſſet pia & religioſa. *Aſtrui*) Addi. *Imitentur*) Ita nos ament, ſicut Traianus. *Singula*] Tua dicta. *Quæ*]Quas acclamationes. *Ne qua interciderent*) Ne forte deperirent & interciderent. *In publica acta*) In tabulis, in quibus publica

acta incidebantur. relege prænotata. *Orationes principum*) A principibus habitas an principibus dictas, quod magis placet. *Eiuſmodi genere monumentorum*) In acta publica *Parietibus incisa*) Tantùm in ſenatu dicebantur. *Erant eiuſmodi*) Id, eſt, falſæ, adulatoriæ. *In ſingulis*) Tradere vnicuique vnde multi poſt modum hoc ſecuti ſunt.

non tantùm poſt ipſos iudicare: poſtremò, vt experimento cognoſceretur, & ante nos gratos, ſed miſeros fuiſſe, quibus eſſe nos gratos, probare antea non licuit. At qua contentione, quo niſu, quibus clamoribus expoſtulatum eſt ne affectus noſtros, ne tua merita ſupprimeres? denique vt in poſterum exemplo prouideres? Diſcant & principes acclamationes veras falſáſque diſcernere, habeántque muneris tui quòd iam decipi non poterunt. Non inſtruendum illis iter ad bonam famam, ſed non deſerendum: non ſubmouenda adulatio, ſed non reducenda eſt. Certum eſt & quæ facere, & quæ debeant audire, ſi faciant. Quid nunc ego ſuper ea quæ ſum cum toto ſenatu precatus, pro ſenatu precer, niſi vt hæreat animo tuo gaudium, quod tunc oculis protuliſti? Ames illum diem, & tamen vincas, noua merearis, noua audias: eadem enim dici niſi ob eadē facta non poſſūt. Iam quā antiquū, quàm conſulare, quòd triduum totum ſenatus

Non tantùm poſt ipſos) Sed etiam dum viuunt. *Gratos fuiſſe*] Modò principes bonos habuiſſemus, quibus deberemus tales dicere acclamationes. *Antea*] Ex directo tempora Domitiani notat, nam ſatis conſtat Tito viuenti, multas acclamationes dictas, & mortuo tantas ſenatum gratias laudéſque egiſſe, quantas congeſſit, nec viuo vnquā nec præſēti. *Non licuit*) Qui principes erant peſſimi. *Gratos*) Triductio, color *Expoſtulatum*) A te expetitum cùm velles imponi modum, aliàs conqueſtum. *Affectus*] Alacritatem, gaudium *Tua merita*] Laudes ob merita, quæ in nos contuliſti. *Exemplo*) Vt hoc noſtrum factum poſteri imitarentur, tanquam formulam & iudicem *Habeántque muneris tui*) Hoc acceptum tibi referant *Inſtruendum*) Eſt parandum, inſtituendum *Non deſe.*) A te iam inceptum. *Non ſubmouenda*) Adulatio cui Traianus aures obſtruxerat. inde Martialis in commendationem illius Fruſtrà blanditiæ venitis ad me Attritis miſerabiles labellis. *Quæ*] Bona. *Si faciant*) Modò illa faciant. *Oculis*) Cùm præ nimio gaudio fleſti *Ames illum diem*] Libéter recorderis illius diei. *Vincas*) Maiora facias. *Noua*) Inuſitatos honores. quare ad Seuerum ſe conſulentem, quid conſul deſignatus in honorem principis cenſeret, dixerat, recentia opera maximi principis præbent facultatem noua, magna, vera, cenſendi. *Niſi ob eadem facta*] Niſi ſimilia feceris. *Iam quàm antiquum*] Laudabile, antiquis ſimile. tranſit ad iudicium Marij Priſci, qui repetundarum reus damnatus eſt, interdicta ei Italia, quod latius epiſtola ex libro ſecūdo narrauit. vbi fermè eadem, quæ hic dicuntur, ſcripta offendes. iā ſcilicet hoc ipſum pulchrum & antiquum ſenatū nocte dimitti, triduo reuocari, triduo contineri confido nūc nō inuēturos qui audeant negare Iuuenalem non ſcripſiſſe ſatyram ſuam ſub Traiano, cùm expreſſè per Secundum colligatur iudicium illud Marij, cuius in prima ſatyra fit mentio, factum ſub Traiano & præſente eo. *Conſulare*) Conſulis proprium. & ad officium conſulis pertinens. erat enim conſul tunc Traianus & præſidebat. *Triduum totū* Suprà recitauerat occupatū triduū in hac tantū Marij & ſociorū eius accuſatione & cōdēnatione.

ſub exemplo tui ſedit. cùm interea nihil præter conſulem ageres. Interrogauit quiſq; quod placuit, diſſentire, diſcedere, & copiam iudicij ſui reipublicæ facere, tutum fuit. conſulti omnes atq; etiam dinumerati ſumus: vicitque ſententia, non prima, ſed melior. At quis antea loqui, quis hiſcere audebat, præter miſeros illos, qui primi interrogabantur? cæteri quidẽ defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Vnus, ſolúſque cenſebat, quod ſequerentur omnes, & omnes improbarent, imprimis ipſe qui cenſuerat. adeo nulla magis omnibus diſplicent, quàm quæ ſic fiunt, tanquã omnibus placeant. Fortaſſe imperator in ſenatu ad reuerentiam eius componebatur, cæterũ egreſſus ſtatim ſe recipiebat in principem, omniáque conſularia officia abigere, negligere,

Sub exemplo tui) Ad imitationem tui te præſidente. *Seait*] Fuit in conſilio *Præter conſulem*] Præter officium conſulis & non principis. *Quiſque*] Senator. *Diſſentire*) Diſcedere licuit. nam cùm Tertullus cenſuiſſet ſeptingenta millia quę Afris Marius extorſerat, ærario inferenda, Mario vrbe Itáliáque interdicendum. Martiano hoc amplius, Africa: omnes aſſenſere vſque ad Pompeium collegam, qui & ſeptingenta millia ærario inferenda & Martianum in quinquennium relegandam, Mariũ repetundarum pœnæ, quam iam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum erant in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore, vel molliore nam quidã ex illis quoque qui Cornuto videbãtur aſſenſi, hunc qui poſt illos cenſuerat ſequebantur ſed cùm fieret diſceſſio, qui ſellis conſulum aſtiterant in Cornuti ſententiam ire cœperunt. tũ illi, qui ſe Collegæ annumerari patiebãtur in diuerſũ tranſierunt, Collega cũ paucis relictus eſt. & libro ſexto Traianũ laudãs. Malis, inquit, hic optimus ſeparari non alio magis poterat, quàm diuerſitate cẽſendi. Tacitus etiam memorat, ſub imperatore Traiano licuiſſe ſentire quę velles, & quæ ſentires dicere. *Et copiam iudicij ſui reipublicæ facere*] Dicere ſententiã ſuam pro bono reipublicæ. *Dinumerati*] Quia non poterat fieri vllum ſenatuſconſulrum, niſi maior pars ſenatorum interfuiſſet. an cùm diſſentirẽt, numerati ſunt vtra in parte plures eſſent. Vt alludat ad illud, numera ſenatum. *Non p.*] Non quia prima, fuit enim primò, ſed quia melior, ideo Cornuti ſentẽtia obtinuit. *Quis*) Senator. *Antea*] Sub Domitiano, cũ nemo poterat liberè loqui quare ad Ariſtonem, Proſpeximus, inquit, curiam, ſed trepidam & elinguem, cùm dicere quod velles, periculoſum, quod nolles, miſerum.

Miſeros) Quia metu mortis cogebantur ſentire quæ imperator volebat. *Cæteri*] Senatores. *Sedentariam n.*] Aſſenſum neceſſarium ſedendo. non enim audebant contradicere. ſolùm igitur tanquam ad ſedendum conuocati aſſentiebant primæ ſententiæ, veluti ex ore imperatoris prolatæ. ſedentaria igitur à ſedendo dicta. Apuleius in primo limine ſui aſini. vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem. Columella libro decimotertio. neque enim ſedentaria eius opera eſt. *Vnus conſul*] Deſignatus, qui id decernebat quod ſentiebat imperatorem velle. an imperator qui præſidebat. *Omnes improbarent*] Quia iniuſtum erat. *Ipſe*] Conſul deſignatus. *Sic fiunt*] Sine vlla controuerſia, & nemine diſſentiente. nam illa inuitò decernuntur, id autem fit ſub tyranno. *Fortaſſe*] Aliquando. *Imperator*] Domitianus, ſiue alius. *Eius*] Senatus. *Componebatur*] Lectica deferebatur, præſidebat *Egreſſus*] E curia. *In pri.*] In qualitatem & perſonam principis. *Conſularia o*] Reddendi ius, locandi publicos redditus, ſumptus temperandi,

de rebus dubiis conſultandi. hinc Ouidius ad Sex. Pompeium ſcripſit. Aut reget ille ſuos dicẽdo iura Quirites Conſpicuũ ſignis cùm premet altus ebur. Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam, Et minui magnæ non ſinet vrbis opes, Aut vt erunt patres in Itala templa vocati. De tanto dignis conſule rebus aget, Aut feret Auguſto ſolitam natóq; ſalutem, Déque parum noto conſulet officio.

contemnere ſolebat. Ille verò ita conſul vt ſi tantùm conſul foret, nihil infra ſe putabat, niſi quod infra conſulem eſſet. ac primùm ita domo progrediebatur, vt illum nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcurſorum tumultus detineret. vna erat in limine mora conſultare aues, revererique numinum monitus. nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur, tanta viatoribus quies, tantus pudor faſcibus, vt plerunque aliena turba ſubſiſtere, & conſulem, & principem cogeret. Ipſius quidem officium tam modicum, tam temperatum, vt antiquus, aliquiſque magnus conſul ſub bono principe incedere videretur. Iter illi ſæpius in forum, frequenter tamen & in campum. nã comitia conſulum obibat ipſe. tantùm ex renũciatione eorũ voluptatis, quantũ prius ex deſtinatione capiebat. Stabãt candidati ante curulem principis, vt ipſe ante conſules ſteterat,

Contemnere] Quod validiſſimum fuit in fine locauit: maius enim eſt contemnere, quàm abigere, quia multos, vt diximus, conſulatus titulo tenus geſſit Domitianus. *Ille*] Traianus, tanquam de abſente loquitur. an magis reſpexit ad tertium conſulatum, quo iam functus erat, cùm hæc ſcriberet. *Ita conſul*] Ita conſulatum geſſit. *Tantùm conſul*] Et non princeps, tantùm conſulatum gerens, & non ſimul principatum. *Nihil putabat*] Senſus eſt, ſolùm ſe conſulibus parem exiſtimabat, & nihilò ſupra. ſed hoc per contrarium dixit. *Arrogantia principalis*) Pompa qua ſolent vti principes. *Præcurſorum*) Anteambulonum. *Detineret*] Moraretur *Nullus*] Repetitio Secundo familiaris, cum ab eodem verbo in rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur. *In limine*) In ingreſſu palatij. *Conſultare aues*] Captare auguria. *Numinum monitus*] Idem per diuerſa. nam auguriis credidit antiquitas, quæ facienda vitandáue hominibus deos indicaſſe. monita autem deorum & in numero multitudinis neutri ac maſculini generis. Virgilius, Ille Iouis monitis immota tenebat Lumina. Perſius Hos pueris monitus patres infundere lippos. monemus conſilio, & ante rem. *Perturbabatur*) A via. *Viatoribus*] Miniſtris à via dictis. erant enim viatores magiſtratibus parentes, & ſenatores ducéſque ex agris ad officia vocantes. vnde M. Tullius ſcripſit, à via in ſenatũ accerſebantur & Curius & cæteri ſenes, ex quo qui eos accerſebant viatores nominati ſunt. & Plinius lib. xviij. Cincinato, inquit, viator attulit dictaturam, dicens vela corpus, vt perferam ſenatus populiq; Rom mandata. ex quo apparet fuiſſe miniſtros publicos. Sed autore Valerio, officium erat intra ſeruilem habitum. *Pudor*] Modeſtia. *Faſcibus*] Lictoribus. *Aliena t.*] Non principalis, ſed popularium. *Et conſulem. & p.*) Traianum vadentem pedibus. *Tam modicum*) Tanta modeſtia. *Antiquus*] Optimus, ſimilis antiquis *Sub bono p.*] Sub imperio boni principis alicuius. *Ille*] Traiano erat. *In forum*] Ad ius dicendum populo. *In campum Martium*] Vbi renunciabãtur cõſules. *Comitia conſulum*] Quæ cẽturiata dicebãtur. *Renũciatione*] Declaratione. in fine eadẽ ferè tractat. tuo inquit, iudicio conſules facti, tua voce renunciati ſumus, vt idẽ honoribus noſtris ſuffragator in curia, in campo declarator exiſteres. renunciare alioquin dicimus eam rẽ

quæ in placito & promiſſione venit, autore Pediano. Agreſtius autem ſic diſtinxit: nunciatur de longinquo, denunciatur de præſenti, annunciatur de futuro, renunciatur de excuſando & repudiando: vel renunciare eſt quaſi ſecretum narrare. nam illud re ſuperuacuum eſt. Cicero, renunciatur mihi. Secundus, poſtquam renunciatum fuit. Terentius in Andria, id here tibi renuncio futurum. *Ipſe*) Traianus candidatus. *Ante curulem*) Sellam, quod iam latiùs tractauit. Imperator ergo & Cæſar & Auguſtus Pontifex Maximus, ſtetit ante gremium conſulis, ſedítque conſul principe ante ſe ſtante, & ſedit inturbatus, interritus & tanquam fieri ſoleret. quinetiam ſedens præbuit iuſiurandum, & ille iurauit, expreſſit explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret.

adigebantúrque in verba, in quæ paulo antè ipſe iurauerat princeps: qui tantū putat eſſe in iureiurando, vt illud & ab alijs exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi verò quāta religio æquitatis, quanta legum reuerentia. Adibat aliquis vt principē, reſpondebat ſe conſulē eſſe Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius autoritas imminuta eſt, aucta etiā. ſiquidē pleraque ad prætores remittebat, atque ita vt collegas vocaret, non quia populare gratúmq; audientibus, ſed quia ita ſentiebat. Tantum

Adigebantur] A conſule cogebantur iurare. *Tantum putat*] Tantum fidei & religioni tribuit. *Tribunali*) Iuri dicendo. Auguſtum pariter Tranquillus laudat, quòd ius dixerit aſſiduè, & in nocte nonnunquam, ſi parum valeret corpore, lectica pro tribunali poſita, vel etiam domi cubans. *Aequitatis*) Clementia, iuſtitia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, iucunda eſt auditu, in laudationibus. & quoniam ſingularum virtutū ſunt certa quædam officia ac munera, & ſua cuiq; virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude iuſtitiæ. quod nunc obſeruat Secundus ex præcepto Ciceronis. quid cum fide, quid cum æquitate, quid cum eiuſmodi aliquo officio is qui laudabitur fecerit. *Legum*) Fuit enim iuſtiſſimus Traianus, quod Martialis teſtatur hendecaſyllabo, ſenatorem omnium iuſtiſſimum appellando: nam ſecundū Eutropium militarem gloriam ciuilitate & moderatione ſuperauit. *Vt principem*) Qui maius imperiū habet omnibus magiſtratibus, quique mitigare & intendere leges poteſt. *Se conſulē*) Se legibus ſtare, quod eſt cōſulis ius, arbitrium, poteſtas. nam omnia ſuis magiſtratibus cognoſcenda remittebat. at Claudius, autore Tacito, cuncta legum ac magiſtratuū munia in ſe trahebat. *Pleraque ad conſulem p.*) Conſules enim & prætores inter cæteros magiſtratus habebāt facultatem in vrbe dicendi ius. *Collegas*] Prætores apparatu penè pares conſulibus erant, nam virgas ſecuribus alligatas more conſulum per ſex lictores tantùm præferebant. nec mirum. quippe conſulibus collegæ dati iiſdem auſpiciis, quamuis imperio minores creabantur. vnde ſiquis minor prætorem vidiſſet, equo deſiliebat honoris cauſa, caput adaperiebat, ſemita cedebat. creatus autem prætor, primùm cùm conſules auocarentur à bellis finitimis, neque eſſet qui in vrbe ius reddere poſſet. *Populare*] Id ſit populo gratum. *Sentiebat*] Verè credebat ſibi collegas. *Dignationis*] Honoris, dignitatis, autoritatis. Tacitus lib. xiij. ſed ope Senecæ dignationem Burro retentā. & lib. xvij. illi autoritatem ſenatus, hic dignationem Cæſaris laturus erat. Tranquillus in Caio. reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Apuleius. nam maiorem domum dignationē tui feceris. Pliniùs lib. xxxv. dignatio autem præcipua Romæ increuit picturæ à M Valerio Max. conſule. nam dignari eſt dignum exiſtimare honore aliquo. Apuleius xj. ſuo ille venerando me dignatus affamine. Columella lib. xij. velis

aliis quoq; honoribus dignari. Virgilius: Haud equidem tali me dignor honore.

dignationis in ipſo honore ponebat, vt non amplius eſſe cẽſeret, ꝙ aliquis collega appellaretur à principe, quàm ꝙ prætor eſſet. Ad hæc tã aſſiduus in tribunali, vt labore refici, ac reparari videretur. Quis noſtrum idem curæ, idẽ ſudoris ſumit? quis adeo expetitis honoribus aut deſeruit, aut ſufficit? Et ſanè æquum eſt tantum cæteris præſtare conſulibus ipſum qui conſules facit. quippe etiam fortunæ videbatur indignum, ſi poſſet honores dare, qui gerere non poſſet. facturus conſules doceat, accepturiſque ampliſſimum honorem perſuadeat ſcire ſe, quid ſit quod daturus ſit. ſic fit vt illi quoque ſciant, quid acceperint. Quo iuſtius ſenatus, vt ſuſciperes quartum conſulatũ, & rogauit, & iuſſit. Imperij hoc verbũ, non adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod non alia in re magis, aut ſenatus exigere à te, aut tu præſtare ſenatui debes. Vt enim cæterorũ hominũ, ita principũ illorũ omniũ, qui dij ſibi videntur, æuũ omne, & breue, & fragile eſt. Itaq; optimũ quenq; niti & contendere decet, vt poſt ſe quoque reip. proſit, moderationis ſcilicet iuſtitiæque monumẽtis, quæ prima ſtatuere Cos. poteſt. Hæc nempe intentio tua vt libertatẽ reuoces, ac reducas. Quem ergo honorẽ magis amare, quod nomen vſurpare ſæpius debes? quàm quod primùm inuenit recuperata libertas? Non eſt minus ciuile, & principem eſſe pariter, & conſulem, quàm tantùm conſulem. Habes etiã rationem

In ipſo honore] Præturæ ſ. *Amplius*] Supra maius *Quod*) Cur. *Aſſiduus*) Diutius ſedebas. *Sud.*] Laboris ab eo quod ſequitur *Deſeruit*] Vacat. *Cæteris*] Sine imperio. *Fortunæ indignum*] Fortunam rem indignam feciſſe. *Doceat*] Exemplo ſui conſules inſtituat, qui conſules facturus ſit, iterum enim repete conſules, ſic facturus cõſules doceat cõſules *Ampl.*] Cõſulatũ *Quid ſit*] Vi ci°. *Illi*] Conſules, declarati à bono principe. *Quo*] Ie circo. quia iam fuerant experti quanto vſui omnibus fuiſſet tertius conſulatus. *Quartum conſulatum*] Spartianus in Adriano refert Traianum geſſiſſe quartum conſulatum cum Articuleio, quibus coſſ. Adrianus quæſtor fuit. *Imperij hoc verbum*) Fuit, ſcilicet iubere, quod pertinet ad maiores. *Non adulationis*) Nõ ideo iuſſit ſenatus vt quartum conſulatum ſuſciperes, quia hoc blandum fore tibi exiſtimaret, quòd ſcilicet imperatori iubere poſſet ſenatus, ſed reuera quòd tu illi parere ſoles. *Quod*) Obſequium. *Alia in re*] Quàm accipiendis conſulatibus. *Cæterorum*] Priuatorum. ſententia prius ab Horatio vſurpata, mortem omnibus communem. *Optimum*) Principem. *Poſt ſe*] Exemplo ſuo. multi enim poſt Traianum ſecuti ſunt laudabiles principes. *Monumentis*) Memoriis. *Quæ prima*] Imprimis moderationem & iuſtitiam. *Statuere*] Erigere, extruere. *Libertatem*] Significat habuiſſe in animo Traianum reſtituere Romanos in priſtinam libertatem depoſito imperio, id quod agitaſſe prius Auguſtum Tranquillus meminit. *Quem ergo honorem*] Illa inquit Cicero concinna eſt interrogatio, quæ cùm enumerata ſunt neceſſaria, confirmat orationem ſuperiorem, vt hoc loco *Quod primùm inuenit r. l.* Satis conſtat poſt exactos reges, & remp. in libertatem vindicatam, creatos conſules, annuum magiſtratum, & duorum tantùm. *Ciuile*] Humanum, gratum. *Et con. quàm tantùm conſulem*] traductio, color.

verecundiæ collegarum tuorũ. Collegarum inquam.ita enim & ipſe loqueris, & nos loqui vis.oneroſa erit modeſtiæ illorum tertij conſulatus ſui recordatio, donec te conſulem videant.neque enim poteſt non nimiũ eſſe priuatis, quod principi ſatis eſt. Annuas Cæſar optantibus, quibúſque apud deos eſſe conſueſti, quorum potens es ipſe votorum compotes facias. fortaſſe ſufficiat tibi tertius conſulatus, ſed nobis tanto minus ſufficit. Ille nos inſtituit, & induxit, vt te iterum iterúmque Cos. habere cupiamus. Remiſſius iſtud contenderemus, ſi adhuc non ſciremus qualis eſſes futurus. Tolerabilius fuit experimentum tui nobis, quàm vſum negari. Dabitur ne rurſus videre conſulẽ illum, audiet, & reddet quas proximè voces, præſtabítque gaudiũ quantũ ipſe percipiet? præſidebit lætitiæ publicæ autor eius & cauſa, tentabitque affectus noſtros, vt ſolet, cohibere, nec poterit? pietati ſenatus cum modeſtia principis felix, ſpecioſúmque certamen, ſeu fuerit victa, ſeu vicerit. Equidẽ incognitã quandã, proximáque maiorẽ præſumo lætitiã. quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem conſulem ſperet, quanto

Verecundiæ collegarum tuorum] Vt qui tertium conſulatum pariter ac tu geſſerunt, abſoluas à verecundia, quod tibi pares in conſulatu fuerint. redimes autem ſi quartum conſulatum receperis. *Collegarum*] Repetitio. *Conſulem*) Quarto. *Priuatis*) Sine imperio. *Quod tertius*] Conſulatus *Annuas*) Recipias quartum conſulatum. *Quibuſque*) Ordo & ſenſus, & ipſe facias nos compotes votorum, quorum potens es, id eſt, accipias quartum conſulatum, pro quibus nobis conſueuiſti eſſe compos. *Apud deos*] Videlicet conſecutus es à diis quæcunque optabamus, an magis quibus votis tu conſueuiſti eſſe compos apud deos. nam quæcunque à diis exigis, conſequeris *Tanto min.*] Ob modeſtiam tuam, qua incitamur vt ſæpius conſul fias *Ille*) Tertius conſulatus tuus. *Remiſſius*] Lenius, frigidius. *Sciremus*] Experti eſſemus. *Experimentum t.*] Quo ſumus experti quantum eo honore præſtares. *Vſum*] Vtilitatem iam cognitam. *Quæ proximè ced.*) Ambiguum, an de votorum nuncupatione, an de acclamationibus intelligat. non multò enim antè dixerat, vota pro Traiano ſuſcepta, ſi bene remp. & ex vtilitate omnium rexiſſet, & ipſum obteſtatum, ne vnquam pro ſe reſp. vota ſuſciperet inuita, aut ſi inuita ſuſcepiſſet, non teneretur. & acclamatum illi ab omni ſenatu, Traianúmque ſenatorum ardorem conatum reprimere. an per hæc mõſtrauit iuſiurandum à conſule datum, & à Traiano ſuſceptum, ſe ſuáque deorum iræ deuouente ſi ſcienter fefelliſſet. *Gaudium*] Tantum nobis ex hoc. *Præſidebit*] Princeps erit ſenatus, vt in epiſtolis dixerat. *Lætitiæ publicæ*] Omnibus ſenatoribus lætis illius conſulatu. *Affectum*] Acclamationes, ob immenſum gaudium. *Nec poterit*] Nam dixerat, quantò magis à te reprimebamur, eò plus exarſimus, non contumacia, Cæſar: ſed vt in tua poteſtate eſt, an gaudeamus, ita nec in noſtra, in quantum gaudeamus *Pietatis*) Ordo eſt. felix ſpecioſúmque certamen fuit pietati ſenatus, cum modeſtia principis: ſeu illa pietas fuerit victa, id eſt, exceſſerit impetium principis: ſeu vicerit, id eſt, non potuerit cohiberi à laudibus Traiani. *Præſumo*] Præuideo. nam & à futuris laudare licet ab antè actis argumentando. *Incognitam*] Admirandam, inauditam. *Proxima*] Quam ex tertio tuo conſulatu cepimus.

voce prolata, quæ ſtatim ſequitur: tanto maior, tanto auguſtior es ſcilicet cùm te deprimis. *Cui*) Vt Traiano, qui maximus omnium erat. *Submittat*) Humiliauerit. humanè ſe geſſerit. *Securus magnitudinis ſuæ*) Satis ſciens ſe eſſe magnum. *Quam ab h.*) Non eſt timendum vt principes incidant in humilitatem, cùm ſit eorum conditio altiſſima. *Intentio*) Perfectio, diligens cura. *Orationi*) Tuæ. *Commodares*) Applicares, concordares ſecundum oratorum præcepta. *Oculos, Vocem, m.*] De quibus abundè prænotatum ex ſententia Fabii. *Vt*] Tanquam. *Alij*] Priuaro, qui obſequeretur tibi. *Numeros*) Gradus, ſpecies. Eutropius, Honoribus auxit Traianus quos mediocri familiaritate cognouiſſet. *Comitatis*] Humanitatis, facilitatis. *Suffragatorum*] Qui dabant ſuum ſuffragium candidatis. *Exciperentur*] Approbarentur à ſenatoribus conſueto honore, & laude. *Inter e.*] In numero laudantium. *Senatorius a.*] Quo vtuntur ſenatores in ſuffragiis. *Gaudebamus*] Aliàs. *Merentibus*] Bonis.

perhibebatur à principe. Faciebas ergo cùm diceres optimos, nec ipſorum modo vita à te, ſed iudiciũ ſenatus comprobabatur, ornarique ſe non illos magis, quos laudabas, lætabatur. nam quòd precatus es, vt illa ipſa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, reipub. nonne tibi tale eſt, vt nos hunc ordinem votorum conuertere debeamus? deos denique obſecrare, vt omnia quæ facis, quæque facies proſperè cedant tibi, reip. nobis, vel ſi breuius ſit optandum, vt vni tibi, in quo, & reſp. & nos ſumus. Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia aduerſa, alia ſecunda principi, & nobis: nunc communia tibi nobiſcum tam læta, quàm triſtia: nec magis ſine te nos eſſe felices, quàm tu ſine nobis potes. An ſi poſſes, in fine votorum adieciſſes, vt ita precibus tuis dij annuerent, ſi iudicium noſtrum mereri perſeueraſſes? Adeo nihil tibi amore ciuium antiquius, vt antè à nobis, deinde à dijs, atque ita ab illis amari velis, ſi à nobis ameris. Et ſanè priorum principum exitus docuit, ne à Dijs quidem amari, niſi quos homines ament. Arduum erat has precationes tuas laudibus adæquare. adæquauimus tamen. qui amoris

Perhibebatur à p.) Ipſe Traianus erat teſtis integritatis vniuſcuiuſq;. *Faciebas*] Illos optimos. tanti putat iudicium Traiani, vt dum dicit eos optimos, faciat optimos. *Iudicium ſ.*] A quo iam fuerant probati. *Lætabatur*] Senatus. *Se ornari*] Iudicium ſuum comprobari. *Illos*] Candidatos. *Nam quod p es*] M. Tullius pro Murena: quæ deprecatus inquit à diis immortalibus ſum conſul more inſtitutóque maiorum illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam conſulem renunciaui, vt ea res mihi magiſtratuíque meo populo plebíque Romanæ bene atque feliciter eueniret. & mox. Quod ſi illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata tantam habet in ſe vim, & religionem, quantam reip. dignitas expoſtulat. *Illa ipſa ordinatio comitiorum*] Aut generaliter accipiendũ eſt pro creatione magiſtratuũ per comitia, aut quod magis probo, tangit ordinẽ comitiorũ à Traiano immutatum reuocata lege tabellaria, cui rei meminit lib. iii. epiſtola ad Meſſiũ Maximũ. *Bene ac f.*] In primis comitiis bene ceſſit, ſed in ſequẽtib. multa iocularia ac fœda ſũt facta. quod etiã l. iiii. refert. *Tale*] Eius generis. *Vni t.*] Omnia proſperè cedant. *In quo*] A quo

depēdet reip. ſalus & noſtra. *Nimiū diu.*] Quia Domitianus ſęuus nimiū diu fuit in imperio. *Quo*] Precabamur. *Alia aduerſa, alia ſ.*] Nā ſi bona malo principi precabamur, nobis mala imprecabamur. quæ .n. proſpera tyrāno ſunt, ea ciuibus aduerſa. *Nunc e.*) Nūc verò & ſecūda, & aduerſa etiā nobis cōmunia ſunt, quia bonus es, & tanquā noſtrū vnus, bonūmq; publicū amas. *Nos poſ.*] Eſſe felices. *Potes*] Eſſe felix, quia doles cōmuni omniūc alamitate. *Si p.*] Eſſe felix ſine nobis. *Ita*] Hac cōditione. *Mereri*] Iudicium noſtrum comprobari ab vniuerſo ſenatu. *Antiquius*] Carius, acceptius, potius. *Exitus*] Mors violēta, qualis Caij, Claudij, Neronis, Galbę, Othonis, Vitellij, Domitiani. *Adæquamimus*] Noſtris acclamationibus.

ardor? qui ſtimuli? quæ faces illas nobis acclamationes ſubiecerūt? non noſtri Cæſar ingenij, ſed tuæ virtutis tuorūmq; meritorū voces fuerūt, quas nulla vnquā adulatio inuenit, nullus cuiuſquā terror expreſſit. Quē ſic timuimus vt hæc fingeremus? quē ſic amauimus vt hæc fateremur? Noſti neceſſitatē ſeruitutis quādo ſimile aliquid audiſti, & quando dixiſti. Multa quidē excogitat metus: ſed quæ appareāt quæſita ab inuitis: aliud ſolicitudinis, aliud ſecuritatis ingeniū eſt: alia triſtiū inuētio, alia gaudētiū. Neutrū ſimulationes expreſſerint. habēt ſua verba miſeri, ſua verba felices, vt quæ iam maximè ab vtriſq; dicantur. Teſtis ipſe es quæ in omniū ore lætitia: nō amictus cuiquā, nō habitus quē modò extulerat: inde reſultantia vocibus tecta, nihilq; tātis clamoribus ſatis clauſum. Quis tūc non è veſtigio ſuo exiluit? quis exiluiſſe ſenſit? multa fecim⁹ ſpōte, plura inſtinctu quodā & imperio. nā gaudio quoq; cogendi vis ineſt. nū ergo modū ei tua ſaltē modeſtia impoſuit? nā quāto magis à te reprimebatur, exarſimus, nō cōtumacia Cæſar, ſed vt in tua poteſtate eſt an gaudeamus. ita in quātū nec in noſtra. Cōprobaſti & ipſe acclamationū noſtrarū

Ardor] Stimuli, facēs, trāſlata verba p incitamētis. *Voces*] Acclamationes, laudes. *Nullus terror eu.*] Nulli vnquā principum dictæ fuerūt ob metū. *Hæ*] Qualia tibi acclamauim⁹. *Seruitutis*] Sub Domitiano, cui oēs adulari cogebātur. *Dixiſti*] Nā & Traianus erat ex ſenatoribus, immò cōſularis. *Excogitat*] Noua fingit: idē alibi, Nā ingenioſior eſt ad excogitandū ſimulatio veritate, ſeruitus libertate, met⁹ amore. *Quæſita*] Inuenta ab eo quod præceſſit. *Aliud*] Diuerſū. *Neutrum ſimulationes expreſſerint*] Poſſunt ſimulationes triſtitiā & gaudium fingere, ſed nequaquā exprimere. *Sua*] Propria, cōueniētia miſeris. id eſt triſtia. nā cùm ſit oratio maxima cordis prænuncia, difficile eſt quoquomodo non oſtendere verbis affectus animi. Pacatus. fingit quidē timor gaudium, ſed ita intimos mentis affectus proditor vultus enūciat, vt in ſpeculo frōtiū imago extat animorū. *Sua felices*) Læta, exultantia. *Iā maxime*] Quā plurimū. *Ab vtriſque*] Miſeris & felicibus. *Dicātur*] Cōſueta ſint dici. *Habitus*) Remāſit. eſt aūt habit⁹ corporis qualitas, nō natura, ſed induſtria cōparata, maximè pertinēs ad geſtū, ſiue triſtē, ſiue hilarē. habitudo verò bona mēbrorum cōpactio. Apuleius: cōtinuatio litterati laboris habitudinē tenuat. & ſecundo aſini. omnē Fotidis habitudinē ſcribit diligēter exploraſſe. nono vtrūq; cōplexus eſt. quidā, inquit, procerus, & vt indicabat habitus atq; habitudo, miles. Terēt in Eunuc. quæ habitudo corporis. at Macrob. ſed tota Daretis fatigatio habitu depingitur. aſt illum fidi æquales, & rel qua. *Extulerat*] A domo ſua in curiā. *Veſtigio*] Loco. *Ineſt gaudio*] Gaudiū cogit homines facere quę nō intēdūt eſt. n. animi paſſio. vnde Gell lib. 3. cap. 15. tradit, multos inſperato gaudio expiraſſe. *Ei*] Noſtro gaudio. *Tua mode-*

crede nobis, crede tibi. Magna hoc fiducia noſtri, maiore tamen tui diximus. Alius enim fortaſſe alium, ipſum ſe nemo deceperit, introſpiciat modò vitam, ſeque quid mereatur interroget. Proinde dabat vocibus noſtris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. quanuis enim faceremus quæ amantes ſolent, illi tamen non amari ſe credebant ſibi. Super hæc precati ſumus, vt ſic te amarent dÿ, quemadmodum tu nos. Quis hoc aut de ſe, aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipſis quidem hæc fuit ſumma votorum, vt nos ſic amarent dÿ, quomodo tu. Eſtne verum quod inter iſta clamauimus, O nos felices? Quid enim felicius nobis, quibus non iam illud optandũ eſt vt nos diligat princeps, ſed dÿ quemadmodum princeps? Ciuitas religionibus dedita, ſempérque deorum indulgentiam piè merita, nihil felicitati ſuæ putat aſtrui poſſe niſi vt dÿ Cæſarem imitentur. Sed quid ſingula conſector & colligo, quaſi verò aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim quæ vos P. C. ne qua interciperet obliuio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære cenſuiſtis? Ante orationes principum tantùm eiuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant: acclamationes quidem noſtræ parietibus curiæ claudebantur. erant enim quibus nec ſenatus gloriari, nec princeps poſſent. has verò & in ſingulis exire, & poſteris prodi, cùm ex vtilitate, tum ex dignitate publica fuit. Primùm vt orbis terrarum pietatis noſtræ adhiberetur teſtis & conſcius, deinde vt manifeſtum eſſet audere nos de bonis maliſq; principibus,

Crede nobis) Crede noſtro teſtimonio, te felicem eſſe, crede etiam tuo qui non crederes te felicem, niſi eſſes. *Hoc*) Te felicem eſſe, crede nobis & tibi. *Alium*] Deceperit dum virtutem ſimulat malus. *Nemo ſe ipſum*] Vt qui ſe intus & in cote nouerit. *Modo*] Dummodo. *Introſpiciat*] Rectè examinet & diſcutiat. *Vitam*] Suam. *Quid*] Conſcientia principis de ſe, boni bona, mali mala. *Illi*] Mali. *Sibi*] Intra ſe. *De ſe*] Vt dij ſic ſe amarent ſicut ille deos. *Mediocriter amanti*] Precati ſumus hoc, quia certò ſcimus, te nos amare plurimum. *Tu*] Amares nos. *Inter iſta*] Inter precandum ſuperiora. nam quædam conſueuerant peculiaria verba precibus interponere dum acclamarent imperatoribus, qualia ſunt apud Lampridium in acclamationibus Alexandri, dij te ſeruent. pariter apud Volcatium in Auidio, & Lampridium in Commodo, exaudi Cæſar. *Ciuitas religionibus dedita*] M. Tullius de reſponſis aruſpicum: deorum numine hoc tantum imperiũ natum eſt & auctum, & retentum. nec enim numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec caliditate Pœnos, nec artibus Græcos, ſed pietate & religione, atque hac vna ſapientia, quòd deorum immortalium numine omnia regi gubernaríque proſpeximus, omnes gentes natiónéſque ſuperauimus. lege plura de religionibus Romanorum, libro primo apud Maximum. *Piè merita*) Quia in deos extitiſſet pia & religioſa. *Aſtrui*) Addi. *Imitentur*) Ita nos ament, ſicut Traianus. *Singula*] Tua dicta. *Quæ*) Quas acclamationes. *Ne qua intercideret*) Ne forte deperirent & interciderent. *In publica acta*) In tabulis, in quibus publica

acta incidebantur. relege prænotata. *Orationes principum*) A principibus habitas: an principibus dictas, quod magis placet. *Eiuſmodi genere monumentorum*) In acta publica *Parietibus curia*) Tantùm in ſenatu dicebantur. *Erant eiuſmodi*) Id, eſt, falſæ, adulatoriæ. *In ſingulis*) Tradere vnicuique vnde multi poſt modum hoc ſecuti ſunt.

non tantùm poſt ipſos iudicare: poſtremò, vt experimento cognoſceretur, & ante nos gratos, ſed miſeros fuiſſe, quibus eſſe nos gratos, probare antea non licuit. At qua contentione, quo niſu, quibus clamoribus expoſtulatum eſt ne affectus noſtros, ne tua merita ſupprimeres? denique vt in poſterum exemplo prouideres? Diſcant & principes acclamationes veras falſáſque diſcernere, habeántque muneris tui quòd iam decipi non poterunt. Non inſtruendum illis iter ad bonam famam, ſed non deſerendum: non ſubmouenda adulatio, ſed non reducenda eſt. Certum eſt & quæ facere, & quæ debeant audire, ſi faciant. Quid nunc ego ſuper ea quæ ſum cum toto ſenatu precatus, pro ſenatu precer, niſi vt hæreat animo tuo gaudium, quod tunc oculis protuliſti? Ames illum diem, & tamen vincas, noua merearis, noua audias: eadem enim dici niſi ob eadē facta non poſsūt. Iam quā antiquū, quàm conſulare, quòd triduum totum ſenatus

Non tantùm poſt ipſos) Sed etiam dum viuunt. *Gratos fuiſſe*] Modò principes bonos habuiſſemus, quibus deberemus tales dicere acclamationes. *Antea*] Ex directo tempora Domitiani notat, nam ſatis conſtat Tito viuenti, multas acclamationes dictas, & mortuo tantas ſenatum gratias laudéſque egiſſe, quantas congeſſit, nec viuo vnquā nec præſēti. *Non licuit*) Quia principes erant peſſimi. *Gratos*) Traductio, color *Expoſtulatum*) A te expetitum cùm velles imponi modum, aliàs conqueſtum. *Affectus*] Alacritatem, gaudium *Tua merita*] Laudes ob merita, quæ in nos contuliſti. *Exemplo*) Vt hoc noſtrum factum poſteri imitarentur, tanquam formulam & iudicem. *Habeántque muneris tui*) Hoc acceptum tibi referant. *Inſtruendum*) Eſt parandum, inſtituendum. *Non deſe.*) A te iam inceptum. *Non ſubmouenda*) Adulatio cui Traianus aures obſtruxerat. inde Martialis in commendationem illius Fruſtrà blanditiæ venitis ad me Attritis miſerabiles labellis. *Quæ*] Bona. *Si faciant*) Modò illa faciant. *Oculis*) Cùm præ nimio gaudio fleſti *Ames illum diem*] Libēter recorderis illius diei. *Vincas*) Maiura facias. *Noua*) Inuſitatos honores. quare ad Seuerum ſe conſulentem, quid conſul deſignatus in honorem principis cenſeret, dixerat, recentia opera maximi principis præbent facultatem noua, magna, vera, cenſendi. *Niſi ob eadem facta*] Niſi ſimilia feceris. *Iam quàm antiquum*] Laudabile, antiquis ſimile. tranſit ad iudicium Marij Priſci, qui repetundarum reus damnatus eſt, interdicta ei Italia, quod latius epiſtola ex libro ſecūdo narrauit. vbi fermè eadem, quæ hic dicuntur, ſcripta offendes. iā ſcilicet hoc ipſum pulchrum & antiquum ſenatū nocte dimitti, triduo reuocari, triduo contineri confido nūc nō inuēturos qui audeant negare Iuuenalem non ſcripſiſſe ſatyram ſuam ſub Traiano, cùm expreſſè per Secundum colligatur iudicium illud Marij, cuius in prima ſatyra fit mentio, factum ſub Traiano & præſente eo. *Conſulare*) Conſulis proprium. & ad officium conſulis pertinens. erat enim conſul tunc Traianus & præſidebat. *Triduum totū*) Suprà recitauerat occupatū triduū in hac tantū Marij & ſociorū eius accuſatione & cōdēnatione.

ſub exemplo tui ſedit cùm interea nihil præter conſulem ageres. Interrogauit quiſq; quod placuit, diſſentire, diſcedere, & copiam iudicij ſui reipublicæ facere, tutum fuit. conſulti omnes atq; etiam dinumerati ſumus: vicitque ſentẽtia, non prima, ſed melior. At quis antea loqui, quis hiſcere audebat, præter miſeros illos, qui primi interrogabantur? cæteri quidẽ defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Vnus, ſolúſque cenſebat, quod ſequerentur omnes, & omnes improbarent, imprimis ipſe qui cenſuerat. adeo nulla magis omnibus diſplicent, quàm quæ ſic fiunt, tanquã omnibus placeant. Fortaſſe imperator in ſenatu ad reuerentiam eius componebatur, cæterũ egreſſus ſtatim ſe recipiebat in principem, omniáque conſularia officia abigere, negligere,

Sub exemplo tui) Ad imitationem tui te præſidente *Sedit*] Fuit in conſilio *Præter conſulem*] Præter officium conſulis & non principis. *Quiſque*] Senator. *Diſſentire*) Diſcedere licuit. nam cùm Tertullus cenſuiſſet ſeptingenta millia quę Afris Marius extorſerat, ærario inferenda, Mario vrbe Italiáque interdicendum. Martiano hoc amplius, Africa: omnes aſſenſere vſque ad Pompeium collegam, qui & ſeptingenta millia ærario inferenda & Martianum in quinquennium relegandum, Mariũ repetundarum pœnæ, quam iam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum erant in vtraque ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac vel ſolutiore, vel molliore nam quidã ex illis quoque qui Cornuto videbãtur aſſenſi, hunc qui poſt illos cenſuerat ſequebantur ſed cùm fieret diſceſſio, qui ſellis conſulum aſtiterant in Cornuti ſententiam ire cœperunt. tũ illi, qui ſe Collegæ annumerari patiebãtur in diuerſũ tranſierunt, Collega cũ paucis relictus eſt. & libro ſexto Traianũ laudãs. Malis, inquit, hic optimus ſeparari non alio magis poterat, quàm diuerſitate cẽſendi. Tacitus etiam memorat, ſub imperatore Traiano licuiſſe ſentire quę velles, & quæ ſentires dicere. *Et copiam iudicij ſui reipublicæ facere*] Dicere ſententiã ſuam pro bono reipublicæ. *Dinumerari*] Quia non poterat fieri vllum ſenatuſconſultum, niſi maior pars ſenatorum interfuiſſet. an cùm diſſentirẽt, numerati ſunt vtra in parte plures eſſent. Vt alludat ad illud, numera ſenatum. *Non p.*] Non quia prima, fuit enim primò, ſed quia melior, ideo Cornuti ſentẽtia obtinuit. *Quis*) Senator. *Antea*] Sub Domitiano, cũ nemo poterat liberè loqui quare ad Ariſtonem, Proſpeximus, inquit, curiam, ſed trepidam & elinguem, cùm dicere quod velles, periculoſum, quod nolles, miſerum.

Miſeros) Quia metu mortis cogebantur ſentire quæ imperator volebat. *Cæteri*] Senatores. *Sedentariam n.*] Aſſenſum neceſſarium ſedendo. non enim audebant contradicere. ſolùm igitur tanquam ad ſedendum conuocati aſſentiebant primæ ſententiæ, veluti ex ore imperatoris prolatæ. ſedentaria igitur à ſedendo dicta. Apuleius in primo limine ſui aſini. vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem. Columella libro decimotertio. neque enim ſedentaria eius opera eſt. *Vnus conſul* Deſignatus, qui id decernebat quod ſentiebat imperatorem velle. an imperator qui præſidebat. *Omnes improbarent*] Quia iniuſtum erat. *Ipſe*] Conſul deſignatus. *Sic fiunt*] Sine vlla controuerſia, & nemine diſſentiente. nam illa inuitò decernuntur, id autem fit ſub tyranno. *Fortaſſe*] Aliquando. *Imperator*] Domitianus, ſiue alius. *Eius*] Senatus. *Componebatur*] Lectica deferebatur, præſidebat *Egreſſus*] E curia. *In prin.*] In qualitatem & perſonam principis. *Conſularia o.*] Reddendi ius, locandi publicos redditus, ſumptus temperandi,

de rebus dubiis conſulkandi. hinc Ouidius ad Sex. Pompeium ſcripſit. Aut reget ille ſuos dicēdo iura Quirites Conſpicuū ſignis cùm premet altus ebur. Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam, Et minui magnæ non ſinet vrbis opes, Aut vt erunt patres in Itala templa vocati. De tanto dignis conſule rebus aget, Aut feret Auguſto ſolitam natóq; ſalutem, Déque parum noto conſulet officio.

contemnere ſolebat. Ille verò ita conſul vt ſi tantùm conſul foret, nihil infra ſe putabat, niſi quod infra conſulem eſſet. ac primùm ita domo progrediebatur, vt illum nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcurſorum tumultus detineret. vna erat in limine mora conſultare aues, reuererique numinum monitus. nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur, tanta viatoribus quies, tantus pudor faſcibus, vt plerunque aliena turba ſubſiſtere, & conſulem, & principem cogeret. Ipſius quidem officium tam modicum, tam temperatum, vt antiquus, aliquiſque magnus conſul ſub bono principe incedere videretur. Iter illi ſæpius in forum, frequenter tamen & in campum. nā comitia conſulum obibat ipſe. tantùm ex renūciatione eorū voluptatis, quantū prius ex deſtinatione capiebat. Stabāt candidati ante curulem principis, vt ipſe ante conſules ſteterat,

Contemnere] Quod validiſſimum fuit in fine locauit: maius enim eſt contemnere, quàm abigere, quia multos, vt diximus, conſulatus titulo tenus geſſit Domitianus. *Ille*] Traianus, tanquam de abſente loquitur. an magis reſpexit ad tertium conſulatum, quo iam functus erat, cùm hæc ſcriberet. *Ita conſul*] Ita conſulatum geſſit. *Tantùm conſul*] Et non princeps, tantùm conſulatum gerens, & non ſimul principatum. *Nihil putabat*] Senſus eſt, ſolùm ſe conſulibus parem exiſtimabat, & nihilò ſupra ſed hoc per contrarium dixit. *Arrogantia principalis*) Pompa qua ſolent vti principes. *Præcurſorum*) Anteambulonum. *Detineret*] Moraretur *Nullus*] Repetitio Secundo familiaris, cum ab eodem verbo in rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur. *In limine*) In ingreſſu palatij. *Conſultare aues*] Captare auguria. *Numinum monitus*] Idem per diuerſa. nam auguriis credidit antiquitas, quæ facienda vitandáue hominibus deos indicaſſe. monita autem deorum & in numero multitudinis neutri ac maſculini generis. Virgilius, Ille Iouis monitis immota tenebat Lumina. Perſius Hos pueris monitus patres iofundere lippos. monemus conſilio, & ante rem. *Perturbabatur*) A via. *Viatoribus*] Miniſtris à via dictis. erant enim viatores magiſtratibus parentes, & ſenatores ducéſque ex agris ad officia vocantes. vnde M. Tullius ſcripſit, à via in ſenatū accerſebantur & Curius & cæteri ſenes, ex quo qui cos accerſebant viatores nominati ſunt. & Plinius lib. xviij. Cincinato, inquit, viator attulit dictaturam, dicens vela corpus, vt perferam ſenatus populiq; Rom mandata. ex quo apparet fuiſſe miniſtros publicos. Sed autore Valerio, officium erat intra ſeruilem habitum. *Pudor*] Modeſtia. *Faſcibus*] Lictoribus. *Aliena t.*] Non principalis, ſed popularium. *Et conſulem & p*) Traiaoum vadentem pedibus. *Tam modicum*) Tanta modeſtia. *Antiquus*] Optimus, ſimilis antiquis *Sub bono p.*] Sub imperio boni principis alicuius. *Ille*] Traiano erat. *In forum*] Ad ius dicendum populo. *In campum Martium*] Vbi renuntiabātur cōſules. *Comitia conſulum*] Quæ cēturiata dicebātur. *Renūciatione*, Declaratione. in fine eadē ferè tractat. tuo inquit, iudicio conſules facti, tua voce renunciati ſumus, vt idē honoribus noſtris ſuffragator in curia, in campo declarator exiſteres. renunciare alioquin dicimus eam rē

quæ in placito & promiſſione venit, auctore Pediano. Agreſtius autem ſic diſtinxit: nunciatur de longinquo, denunciatur de præſenti, annunciatur de futuro, renunciatur de excuſando & repudiando: vel renunciare eſt quaſi ſecretum narrare. nam illud re ſuperuacuum eſt. Cicero, renunciatur mihi. Secundus, poſtquam renunciatum fuit. Terentius in Andria, id here tibi renuncio futurum. *Ipſe*) Traianus candidatus. *Ante curulem*) Sellam, quod iam latiùs tractauit. Imperator ergo & Cæſar & Auguſtus Pontifex Maximus, ſtetit ante gremium conſulis, ſedítque conſul principe ante ſe ſtante, & ſedit inturbatus, interritus & tanquam fieri ſoleret. quinetiam ſedens præbuit iuſiurandum, & ille iurauit, expreſſit explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecraret.

adigebantúrque in verba, in quæ paulo antè ipſe iurauerat princeps: qui tantũ putat eſſe in iureiurando, vt illud & ab alÿs exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi verò quãta religio æquitatis, quanta legum reuerentia. Adibat aliquis vt principẽ, reſpondebat ſe conſulẽ eſſe Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius autoritas imminuta eſt, aucta etiã. ſiquidẽ pleraque ad prætores remittebat, atque ita vt collegas vocaret, non quia populare gratúmq; audientibus, ſed quia ita ſentiebat. Tantum

Adigebantur] A conſule cogebantur iurare. *Tantum putat*] Tantum ſi dei & religioni tribuit. *Tribunali*) Iuri dicendo. Auguſtum pariter Tranquillus laudat, quòd ius dixerit aſſiduè, & in nocte nonnunquam, ſi parum valeret corpore, lectica pro tribunali poſita, vel etiam domi cubans. *Aequitatis*) Clementia, iuſtitia, benignitas, fides, fortudo in periculis communibus, iucunda eſt auditu, in laudationibus. & quoniam ſingularum virtutũ ſunt certa quædam officia ac munera, & ſua cuiq; virtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude iuſtitiæ. quod nunc obſeruat Secundus ex præcepto Ciceronis. quid cum fide, quid cum æquitate, quid cum eiuſmodi aliquo officio is qui laudabitur fecerit. *Legum*) Fuit enim iuſtiſſimus Traianus, quod Martialis teſtatur hendecaſyllabo, ſenatorem omnium iuſtiſſimum appellando: nam ſecundũ Eutropium militarem gloriam ciuilitate & moderatione ſuperauit. *Vt principem*) Qui maius imperiũ habet omnibus magiſtratibus, quíque mitigare & intendere leges poteſt. *Se conſulẽ*) Se legibus ſtare, quod eſt cõſulis ius, arbitrium, poteſtas. nam omnia ſuis magiſtratibus cognoſcenda remittebat. at Claudius, autore Tacito, cuncta legum ac magiſtratuũ munia in ſe trahebat. *Pleraque ad conſulem p.*) Conſules enim & prætores inter cæteros magiſtratus habebãt facultatem in vrbe dicendi ius. *Collegas*] Prætores apparatu penè pares conſulibus erant, nam virgas ſecuribus alligatas more conſulum per ſex lictores tantùm præferebant. nec mirum. quippe conſulibus collegæ dati iiſdem auſpiciis, quamuis imperio minores creabantur. vnde ſiquis minor prætorem vidiſſet, equo deſiliebat honoris cauſa, caput adaperiebat, ſemita cedebat. creatus autem prætor, primùm cùm conſules auocarentur à bellis finitimis, neque eſſet qui in vrbe ius reddere poſſet. *Populare*] Id ſit populo gratum. *Sentiebat*] Verè credebat ſibi collegas. *Dignationis*] Honoris, dignitatis, autoritatis. Tacitus lib. xiij. ſed ope Senecæ dignationem Burro retentã. & lib. xvij. illi autoritatem ſenatus, hic dignationem Cæſaris laturus erat. Tranquillus in Caio. reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Apuleius. nam maiorem domum dignationẽ tui feceris. Plinius lib. xxxv. dignatio autem præcipua Romæ increuit picturæ à M Valerio Max. conſule. nam dignari eſt dignum exiſtimare honore aliquo. Apuleius xj. ſuo ille venerando me dignatus affamine. Columella lib. xij. velut

aliis quoq; honoribus dignari. Virgilius: Haud equidem tali me dignor honore.

dignationis in ipſo honore ponebat, vt non amplius eſſe cẽſeret, ꝙ aliquis collega appellaretur à principe, quàm ꝙ prætor eſſet. Ad hæc tã aſſiduus in tribunali, vt labore refici, ac reparari videretur. Quis noſtrum idem curæ, idẽ ſudoris ſumit? quis adeo expetitis honoribus aut deſeruit, aut ſufficit? Et ſanè æquum eſt tantum cæteris præſtare conſulibus ipſum qui conſules facit. quippe etiam fortunæ videbatur indignum, ſi poſſet honores dare, qui gerere non poſſet. facturus conſules doceat, accepturiſque ampliſſimum honorem perſuadeat ſcire ſe, quid ſit quod daturus ſit. ſic fit vt illi quoque ſciant, quid acceperint. Quo iuſtius ſenatus, vt ſuſciperes quartum conſulatũ, & rogauit, & iuſſit. Imperij hoc verbũ, non adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod non alia in re magis, aut ſenatus exigere à te, aut tu præſtare ſenatui debes. Vt enim cæterorũ hominũ, ita principũ illorũ omniũ, qui dij ſibi videntur, æuũ omne, & breue, & fragile eſt. Itaq; optimũ quenq; niti & contendere decet, vt poſt ſe quoque reip. proſit, moderationis ſcilicet iuſtitiæque monumẽtis, quæ prima ſtatuere Cos. poteſt. Hæc nempe intentio tua vt libertatẽ reuoces, ac reducas. Quem ergo honorẽ magis amare, quod nomen vſurpare ſæpius debes? quàm quod primùm inuenit recuperata libertas? Non eſt minus ciuile, & principem eſſe pariter, & conſulem, quàm tantùm conſulem. Habes etiã rationem

In ipſo honore] Præturæ ſ. *Amplius*] Supra maius *Quod*) Cur. *Aſſiduus*] Diutius ſedebas. *Sud.*] Laboris ab eo quod ſequitur *Deſeruit*] Vacat. *Cæteris*] Sine imperio. *Fortunæ indignum*] Fortunam rem indignam feciſſe. *Doceat*] Exemplo ſui conſules inſtituat, qui conſules facturus ſit, iterum enim repete conſules, ſic facturus cõſules doceat cõſules *Ampl.*] Cõſulatũ *Quid ſit*] Vi ei⁹. *Illi*] Conſules, declarati à bono principe. *Quo*] Idcirco. quia iam fuerant experti quanto vſui omnibus fuiſſet tertius conſulatus. *Quartum conſulatum*] Spartianus in Adriano refert Traianum geſſiſſe quartum conſulatum cum Articuleio, quibus coſſ. Adrianus quæſtor fuit. *Imperij hoc verbum*) Fuit, ſcilicet iubere, quod pertinet ad maiores. *Non adulationis*) Nõ ideo iuſſit ſenatus vt quartum conſulatum ſuſciperes, quia hoc blandum fore tibi exiſtimaret, quòd ſcilicet imperatori iubere poſſet ſenatus, ſed reuera quòd tu illi parere ſoles. *Quod*) Obſequium. *Alia in re*] Quàm accipiendis conſulatibus. *Cæterorum*] Priuatorum. ſententia prius ab Horatio vſurpata, mortem omnibus communem. *Optimum*) Principem. *Poſt ſe*] Exemplo ſuo. multi enim poſt Traianum ſecuti ſunt laudabiles principes. *Monumentis*) Memoriis. *Quæ prima*] Imprimis moderationem & iuſtitiam. *Statuere*] Erigere, extruere. *Libertatem*] Significat habuiſſe in animo Traianum reſtituere Romanos in priſtinam libertatem depoſito imperio, id quod agitaſſe prius Auguſtum Tranquillus meminit. *Quem ergo honorem*] Illa inquit Cicero concinna eſt interrogatio, quæ cùm enumerata ſunt neceſſaria, confirmat orationem ſuperiorem, vt hoc loco *Quod primùm inuenit r. l.* Satis conſtat poſt exactos reges, & remp. in libertatem vindicatam creatos conſules, annuum magiſtratum, & duorum tantùm. *Ciuile*] Humanum, gratum. *Et conquàm tantùm conſulem*] traductio, color.

verecundia collegarum tuorũ. Collegarum inquam.ita enim & ipſe loqueris, & nos loqui vis. oneroſa erit modeſtiæ illorum tertij conſulatus ſui recordatio, donec te conſulem videant. neque enim poteſt non nimiũ eſſe priuatis, quod principi ſatis eſt. Annuas Cæſar optantibus, quibúſque apud deos eſſe conſueſti, quorum potens es ipſe votorum compotes facias, fortaſſe ſufficiat tibi tertius conſulatus, ſed nobis tanto minus ſufficit. Ille nos inſtituit, & induxit, vt te iterum iterúmque Cos. habere cupiamus. Remiſſius iſtud contenderemus, ſi adhuc non ſciremus qualis eſſes futurus. Tolerabilius fuit experimentum tui nobis, quàm vſum negari. Dabitur ne rurſus videre conſulẽ illum, audiet, & reddet quas proximè voces, præſtabítque gaudiũ quantũ ipſe percipiet? præſidebit lætitiæ publicæ autor eius & cauſa, tentabitque affectus noſtros, vt ſolet, cohibere, nec poterit? pietati ſenatus cum modeſtia principis felix, ſpecioſúmque certamen, ſeu fuerit victa, ſeu vicerit. Equidẽ incognitã quandã, proximáque maiorẽ præſumo lætitiã. quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui non tanto meliorem conſulem ſperet, quanto

Verecundia collegarum tuorum] Vt qui tertium conſulatum pariter ac tu geſſerunt, abſoluas à verecundia, quod tibi pares in conſulatu fuerint. redimes autem ſi quartum conſulatum receperis. *Collegarum*] Repetitio. *Conſulem*) Quarto. *Priuatis*) Sine imperio. *Quod tertium*] Conſulatus *Annuas*) Recipias quartum conſulatum. *Quibúſque*) Ordo & ſenſus, & ipſe facias nos compotes votorum, quorum potens es, id eſt, accipias quartum conſulatum, pro quibus nobis conſueuiſti eſſe compos. *Apud deos*] Videlicet conſecutus es à dijs quæcunque optabamus, an magis quibus votis tu conſueuiſti eſſe compos apud deos. nam quæcunque à dijs exigis, conſequeris *Tanto minus.*] Ob modeſtiam tuam, qua incitamur vt ſæpius conſul fias. *Ille*) Tertius conſulatus tuus. *Remiſſius*] Lenius, frigidius. *Sciremus*] Experti eſſemus. *Experimentum t.*] Quo ſumus experti quantum eo honore præſtares. *Vſum*] Vtilitatem iam cognitam. *Quas proximè ced.*) Ambiguum, an de votorum nuncupatione, an de acclamationibus intelligat. non multò enim antè dixerat, vota pro Traiano ſuſcepta, ſi bene remp. & ex vtilitate omnium rexiſſet, & ipſum obteſtatum, ne vnquam pro ſe reſp. vota ſuſciperet inuita, aut ſi inuita ſuſcepiſſet, non teneretur. & acclamatum illi ab omni ſenatu, Traianúmque ſenatorum ardorem conatum reprimere. an per hæc mõſtrauit iuſiurandum à conſule datum, & à Traiano ſuſceptum, ſe ſuáque deorum iræ deuouente ſi ſcienter fefelliſſet. *Gaudium*] Tantum nobis ex hoc. *Præſidebit*] Princeps erit ſenatus, vt in epiſtolis dixerat. *Lætitiæ publicæ*] Omnibus ſenatoribus lætis illius conſulatu. *Affectus*] Acclamationes, ob immenſum gaudium. *Nec poterit*] Nam dixerat, quantò magis à te reprimebamur, eò plus exarſimus, non contumacia, Cæſar: ſed vt in tua poteſtate eſt, an gaudeamus, ita nec in noſtra, in quantum gaudeamus *Pietati*) Ordo eſt. felix ſpecioſúmque certamen fuit pietati ſenatus, cum modeſtia principis: ſeu illa pietas fuerit victa, id eſt, exceſſerit imperium principis: ſeu vicerit, id eſt, non potuerit cohiberi à laudibus Traiani. *Præſumo*] Præuideo. nam & à futuris laudare licet ab antè actis argumentando. *Incognitam*] Admirandam, inauditam. *Proximam*] Quam ex tertio tuo conſulatu cepimus.

ſæpius fuerit? Alius labores,ſi non continuò deſidiæ, ac voluptati dediſſet, ocio tamen & quiete recreaſſet.hic conſularibus curis exolutus,principales reſumpſit,tam diligens temperamenti vt nec conſulis officium princeps, nec principis conſul appeteret.Videmus vt prouinciarum deſiderijs,vt ſingularum etiam ciuitatum præſidijs occurrat. nulla in audiendo difficultas,nulla in reſpondendo mora. adeunt ſtatim,dimittuntur ſtatim,tandémque principis fores excluſa legationũ turba non obſidet. Quid in omnibus excogitationibus,quàm mitis ſeueritas, quàm non diſſoluta clementia? non locupletando fiſco ſedes,nec aliud tibi ſententiæ tuæ præcipuum, quàm bene iudicaſſe. Stant ante te litigatores non de fortunis ſuis, ſed de tua exiſtimatione ſoliciti, nec tam verentur quid de cauſa ſua quàm quid de moribus ſentias.O verè principis,atque etiam conſulis,reconciliare æmulas ciuitates, tumentéſque populos nõ imperio magis,quã ratione cõpeſcere, intercedere iniquitatibus magiſtratuũ infectũq; reddere quicquid fieri non oportuerit.poſtremò velociſſimi ſideris more omnia inuiſere,omnia audire, & vndecunque inuocatum ſtatim velut numen adeſſe & aſſiſtere.

Sæpius] Experientia enim & vſus excolit hominum mores. *Alius*) Imperator. *Si non d.*) Si non omne tempus ſui conſulatus,quod laboribus occupare debuiſſet, voluptatibus conſumpſiſſet. *Ocio*) Interpoſito,quo vires animi & corporis reficiuntur. *Hic*) Traianus. *Conſularibus curis exolu.*) Depoſito conſulatu. *Principales*) Ad principem pertinentes. *Tam diligens temperamenti*) Tanta vſus temperantia. *Princeps dum tantum g.*) Perſonam principis. *Prouinciarum d.*) Libellis prouincialium, & legationibus audiendis *Occurrat*) Satisfaciat. *Ciuitatum præſid.*) Quod præſidio eſſet ciuitatibus miſſis in eas militibus,ne ab hoſtibus infeſtarentur, & quod prouidebat,ne ciuitates afficerentur iniuria à præſidiis Romanorum. *In audiendo*)In adeundo Traianum, vt quæ poſtularent audiret. *Statim*) Conuerſio, color per quem ad poſtremum verbum continenter reuertimur. exornatio ſanè repetitioni contraria. *Tandémque*)Poſtquam hoc diuerſum diu ſub Domitiano vidimus *Obſidet*]Ambit, occupat. *Mitis ſeueritas*)Hæc eſt præcipua laus diuerſas virtutes in vnum miſcere, neque ad ſummum alicuius procedere, ſed alterius aſperitatem cum manſuetudine alterius condire. *Non diſſoluta*) Non remiſſa,non indulgens. *Clementia*) Neq; enim quicquam eſt quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quàm clementia, hæc Cæſarem deum fecit, hæc Auguſtum conſecrauit, hæc Antonium Pij cognomine ornauit. Eſt autem temperantia animi in poteſtate vleiſcendi, vel lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in pœnis conſtituendis, & quæ ſequuntur, apud Senecam libro ſecundo,de clementia. at Cicero in rhetoricis. Clementia eſt per quam animi temerè in odium alicuius concitati,comitate retinentur nam clemẽs eſt qui de iuſto multum remittit,dictus quòd colat mentem ſuam,nec eam vexat iraſcendo. *Sedes*)Occupatus es,intentus iudicas cũ ſedere ſit iudicis *Fiſco*) Imperialibus redditibus *Sententiæ tuæ*) Quam pronuncias in rebus ambiguis,nullum tibi emolumentum quàm iuſtitiæ laudis. *Fortunis*] Rebus de quibus contendunt. *Exiſtimatione*] Opinione, qualem de eis habeas. *Cauſa*) Lite. *O verè principis*) Officiũ. *Aemulas ciuitates*)Contendentes inter

inter ſe de finibus vel dignitate. *Tumentes*] Iratos, diſcordes. *Imperio principali*) Poteſtate. *Intercedere*) Occurrere prouidere. Hinc Silius in fine libri xiiij. Traianum deſignans, inquit, At ni cura viri, qui nunc dedit ocia mundo, Effrenum arceret populandi corde furorem, Nudaſſent auidæ terráſque fretúmq; rapinæ. *Iniquitatibus magiſtratuum*] Marium enim Priſcum proconſulem Africæ, & Cæcilium Claſſicum Bethicæ, quamuis defunctum, paſſus eſt repetundarum damnari. & Iulij Baſſi Bithyniæ proconſulis acta reſcindi, daríque à ſenatu ius omnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro agendi duntaxat per biennium vnde ſtatim ſubiunxit, infectúmque reddere, quicquid fieri non oportuerit. infectum igitur pro non facto. *Velociſſimi ſyderis*] Solis, diebus ſingulis orbem percurrentis. *Velut*] Non enim præſentia, ſed potentia poterat ſuis opem ferre ſubitò. *Aſsiſtere*] Patrocinari.

Talia eſſe crediderim, qua ipſe mundi parens temperat nutu, ſiquando oculos demiſit in terras, & facta mortalium inter diuina opera numerare dignatus eſt, quibus nunc per te liber, ſolutúſque cœlo tantùm vacat, poſtquã te dedit, qui erga omne hominũ genus vice ſua fungereris. fungeris enim, ſufficiſque mandanti, cùm tibi dies omnis ſumma cum vtilitate noſtra, cum tua laude condatur. Quod ſi quando cũ influentibus negocijs paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Qua enim remiſſio tibi niſi luſtrare ſaltus? excutere cubilibus feras? ſuperare immenſa montium iuga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre?

Talia) Talis prouidentiæ. *Temperat*) Regit. *Nutu*) Ioui in conſenſu nutum præcipui poëtarum Homerus & Virgilius aſſignant. M. item Tullius Iouis nutu omnia regi prodidit. & Mamertinus pro conſulatu. Poëtæ, inquit, ferunt altiſſimum illum & cuncta poteſtate cohibentem deum, qui ditione perpetua, diuina atque humana moderatur, cùm deſpiciat in terras habitu oris, tempeſtatum incerta mutare: eius nutu mundum tremiſcere, illius hilaritate turbines abigi, nubes fugari, nitentia per orbem ſerena refundi. *Si quando oculos demiſit in terras*) Si aliquando diuertit curam ſuam à cœleſtibus ad humana. falſò tamen finxit antiquitas per interualla deum mortalia curare, vt Virgilius poſt Aeneæ naufragium, cùm Iuppiter æthere ſummo Deſpiciens mare veliuolum, terráſq; iacentes hic locus non caret adulatione. *Inter diuina*) Ad ſuam curam pertinentia. *Per te*) Te idem curante. *Liber*) Ab adminiſtratione rerum humanarum. *Cœlo tantùm &c.*) Solum occupatur circa regimen cœleſtium. *Sufficis mandanti*] Satisfacis imperio Iouis *Condatur*) Finiatur. *Feciſti paria*] Satisfeciſti, officium tuum executus es, & par ei fuiſti. ſic alibi dixerat. *Influentibus*) Occurrentibus. *Qua enim remiſſio*) Tranſit ad bona corporis, & laudat à venatione, cuius ſtudio Adrianus eius ſucceſſor in imperio vſque ad inſaniam & periculum detentus eſt. & Claudianus Stiliconem à venatione commendans, cecinit, Quis Stilicone prior ferro penetrare leones Comminus? aut longè virga transfigere ceruos? *Saltus*) Quos agros non colebant propter ſyluas, aut id genus vbi poſſit paſci, & poſſidebant ab vſu ſuo, ſaltus, autore Varrone, nominarunt, vnde Virgilius Saltibus in vacuis paſcunt. *Excutere*) Excitare canibus odoris. *Superare immenſa*) Ac deinceps verba grauitatem orationis monſtrant, quæ conſtat ix. verborum grauium magna & ornata conſtructione. *Gradum inferre*) Ingredi. Xenophon in libello de venatione. oportet venatoriæ rei ſtudioſum ſtatura eſſe agilem, & validum, animo verò patientem, vt laboris victor te ipſa lætetur.

T. j.

nullius manu, nullius veſtigio adiutum? atque inter hæc pia mente adire lucos? & occurſare numinibus? Olim hæc experientia iuuentutis, hæc voluptas erat, his artibus futuri duces imbuebantur, certare cũ fugacibus feris curſu, cũ audacibus robore, cum callidis aſtu. nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota cãpis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtiũ labor. Vſurpabant gloriã iſtã illi quoq; principes, qui obire non poterant: vſurpabant autem, vt domitas fractáſq; clauſtris feras, ac deinde in ipſorum quidem ludibrium emiſſas, mentita ſagacitate colligerent. huic par capiẽdi, quærendiq; ſudor, ſummúſque, & idẽ gratiſſimus labor inuenire. Enimuero ſi quando placuit idem corporis robur in maria proferre, nõ ille fluitantia vela, aut oculis ſequitur, aut manibus, ſed nũc gubernaculis aſſidet, nunc cũ valentiſſimo quoq; ſodaliũ certat frangere fluctus, domitare vẽtos reluctantes, remiſq; trãſfretare obſtãtia freta. Quantũ diſſimilis illi qui

Nullius] Prædueis miniſtri. *Inter h.*] Interuenandum *Lucos*) Religioni conſeruatos quos cædere nefas erat. *Numinibus*] Diis præſertim ſylueſtribus, vt Faunis, Satyris, Dianæ. nam Xenophon in libello præmemorato, refert venationis præceptorum ſuorum memores dei cultores fieri, & pios, bonos in parentes, in patriã, in amicos, in omnes ciues. *Hæc experientia iuuentutis*] In venatione iuuentus experiebatur ſuam virtutem. venationis enim ſtudioſi feruntur, Cephalus, Aeſculapius, Melanion, Neſtor, Theſeus, Hippolytus, Palamedes, Vlyſſes, Mneſtheus, Diomedes, Caſtor, Pollux, Maebaon, Podalirius, Antilochus, Aeneas, Achilles. *Futuri duces*] Recitat Xenophon ex venatione bonam valetudinem comparari, ad bellum optimè inſtitutos, hinc bonos milites & pares imperatores euadere. *Fugacibus*] Ceruis, damis, leporibus. *Audacibus*) Vrſis, leonibus. *Callidis*] Vulpibus. *Campis*] Frugibus. nam ciuibus venatores vtiles, idem eſt autor, ferarum internicione, exemplo Calydonij apri, qui ſcribente Ouidio in metamorph. ſata vaſtabat & agros. *Labor ag.*) Fruges, ſata. *Gloriam*] Venandi. *Illi*) Conueniunt Tranquilli verba. laboris, inquit, Domitianus impatiens per vrbem pedibus non temerè ambulauit, in expeditione & agmine equo rarius, lectica aſſiduè vectus eſt, armorum nullo, ſagittarum vel præcipuo ſtudio tenebatur. centenas varij generis feras ſæpe in Albano ſeceſſu conficientem ſpectauere plerique, atque etiam ex induſtria, ita quarundam capita figentem, vt duobus ictibus quaſi cornua efficeret. nonnunquam in pueri procul ſtantis præbentiſq; pro ſcopo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent. Lampridius & Herodianus pariter Commodi ſummam in ſagittando peritiam tradidere. *Obire*] Eam aſſequi. *Fractas clauſtris*) Aſſuetas cauea, & ideò depoſita feritate. *Ipſorum*) Imperatorum. *Ludibrium*] Deriſionem. *Mentita ſagacitate*] Falſa induſtria, qua vtebantur ſcopo in ſagittando. *Colligerent*] Præuenirent, conficerent. *Huic*) Traiano. *Sudor*] Labor. exercitationis plerunque finis eſſe debet ſudor, aut certè laſſitudo, quæ citra fatigationem ſit. *In maria p.*] Experiri nauigationem. geſtationum læuiſſima eſt naui, vel in portu, vel in flumine, vehementior in alto, atq; hæc ipſa intendi vel leniri poſſunt. Traianus intẽdebat, Domitianus lenibat. *Sequitur vela*] Nauigat ſecundo vento. *Manibus*] Contrahendo tanquam nimium tumida. nulla autem res æquè adiuuat curſum nauis, quàm ſumma pars veli. illinc maximè

nauis vrgetur. Itaq; quoties ventus increuit, maiórque eſt quàm expedit, antenna ſubmittitur, minúſq; habet viriū flatus. *Aſsidet*) Regit nauem. *Valentiſsimo*) Robuſtiſſimo. *Frangere fluctus*] Niti contra ventos. *Transfretare*] Tranſire. *Illi*) Domitiano, qui laboris impatiens autore Tranquillo, per vrbem pedibus non temerè ambulauit.

nō Albani lacus ociū, Baianique torporem & ſilentium ferre, non pulſum ſaltem fragorémq; remorum perpeti poterat, qui ad ſingulos ictus turpi formidine horreſceret. itaque procul ab omni ſono inconcuſſus ipſe, & immotus religato reuinctóq; nauigio non ſecus ac piaculū aliquod trahebatur. fœda facies, cùm P. R. Imperator alienum curſum, alienúmq; rectorē velut capta naue ſequeretur. Nec deformitate iſta ſaltem flumina carebant, atque amnes. Danubius ac Rhenus tantū illud noſtri dedecoris vehere gaudebant, non minore cū pudore imperij, quòd hæc Romana aquila, Romana ſigna, Romana denique ripa, quàm quod hoſtiū proſpectarent, hoſtium quibus moris eſt eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut cāpis ſuperflua, nūc liquida ac deſerētia luſtrare nauigijs,

Albani lacus] Lacus Albanus in nemore Albano à tumulis circumiacentibus incluſus. bello tamen aduerſus Veios auctus, per foſſas emiſſus ſatisfecit & vati Veienti, & Delphico oraculo. quæ res latius libro v. ab vrbe cōdita narratur à Liuio. delectatum ſeceſſu Albano Domitianū, Iuuenalis ſaty. iiij & Martialis lib. xj. ac Tranquillus cum Dione meminere in vita eiuſdem. erat autem Albanum ſub mōte Albano: vnde etiā appellationem accepit veluti arx quædam *Ocium*] Seceſſū. *Baiani*] Baiarum portū in Campania poſt Miſenum locat Plinius. & Strabo lib. j. poſt Miſenū, nec minus lib. v. deinde dicens profundum litus reductum in ſinū Baias aperit, aquáſque calidas & ad voluptatem & ad ſanādos morbos habet accommodiſſimas. ob hoc deuitandus ille locus ſecūdum Senecā, quod habet quaſdam naturales dotes, quibus illum ſibi celebrandum luxuria ſumpſit. quare Horatius illarum luxuriam libro I. Epiſtolarū pariter notat. Martialis xI. multis laudat ibi, Litus beatæ Veneris aureum Baias. Baias ſuperbæ blanda dona Mineruæ. denominationem traxiſſe à Baio Vlyſſis ſocio, teſtantur Strabo, & Seruius *Torporē*] Tranquillitatē. *Inconcuſſus*) Stabilis, quietus, quod fieri non potuiſſet, ſi huc & illuc fluctibus agitaretur *Religato*] Ad maius nauigiū, vt & præcedēs fluctus, ſi qui fortè fierent, frangeret, & ſubſequens nullo remorum pulſu concuteretur. *Piaculum*] Peſtis, contaminatio *Fœda f*) Turpe ſpectaculum. *Alienum r.*] Præcedentis nauis gubernatorem *Velut capta n.*] Tanquam nauis qua Domitianus trahebatur, ab hoſtibus capta foret. *Defor. iſta*] Turpi aſpectu, ac indecoro *Fl atq; am.*) Flumē dictū quòd fluat, à quo ſtillicidia fluuia, quę ita fluant, cadántq; amnis, id eſt, flumē quod circuit aliquid. nam ab ambitu amnis, autore Varrone deducitur, cui aſtipulatur Pompeius. amnis, inquit, propriè dicitur à circunnando, ex Græca præpoſitione ἀμφὶ, quod eſt circum, tractū, & nare fluere. Seneca iij. naturalium quæſtionū, flumen eſt fluens aqua, & profluxu Virgilius vſus eſt. aut rapidus montano flumine torrens. Plinius libro trigeſimoſecūdo, reciproci æſtus inenarrabilem vim, mare in flumen verſum dixit. amnis autem incerto genere fuit apud antiquos, autoribus Feſto & Seruio. *Tantum illud noſtri dedecoris*] Domitianum Romanis ingens opprobrium, qui Dacis annua tributa pendebat. *Danubius & Rhenus*] Sumptis expeditionibus in Sarmatas & Getas, de quibus Martialis libro nono. Cornua Sarmatici ter perfida contudit Iſtri. Sudantem Getica ter niue lauit equum.

Hæc) Talia viſu deformia. Domitianum trahi nauigio religato. *Romana aquila*) Exercitus Romanus. repetitio & compar. *Romana ripa*] Inſeſſa à Romanis & ditioni noſtræ ſubiecta. *Quàm quod hoſtium*) Quàm quod ſigna & hoſtium ripa hæc proſpectarent. *Hoſtium)* Germanorum alterius ripę dominorum. reſumitur idem verbum per repetitionem. *Illa*) Danubium & Rhenum. *Nunc*] Interdum. *Campis ſuperfluæ*] Excreſcentia, inundantia. *Limpida*] Defecata, quod ſolet euenire decreſcentibus fluminibus. magis placet liquida, vt rigenti opponatur *Deſerentia*] Campos, & in ſuum alueum redeuntia.

nandóque ſuperare. Nec verò laudauerim per ſe magnopere duriciem corporis ac lacertorum, ſed ſi his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad ſegnitiem luxúmque detorqueant. tunc ego ſeu montibus, ſeu mari exerceatur, & lætum opere corpus, & creſcentia laboribus membra mirabor. Video enim iã inde antiquitus maritos dearum, ac deorũ liberos, nec dignitate nuptiarũ magis quàm his artibus inclaruiſſe. Simul cogito, cùm ſint iſta ludus, & auocamentum huius, illæ ſeria & intenta, & à quibus ſe in tale ociũ recipit, voluptates. Sunt enim voluptates, quibus optime de cuiuſq; grauitate, ſãctitate, tẽperãtia creditur.

Nandóque ſuperare] Immò concreta pedibus tranſire. *Per ſe*] Solam, ſine prudentia. fortuna, inquit Xenophon de venatione, corporis & animi fortitudinem comitatur. tangit autem Domitianum. qui ſecundum Dionem, fuit corpore robuſto & audaci animo, ſed has dotes nimio luxu debilitauerat. *Duritiem*] Robur. *Validior*] Fortior. fortitudo enim animi eſt. nam nec omnibus qui fuerunt viri manu prompti, fortis nomen conceſſerim, quia ſine virtute intelligi non poteſt fortitudo, cuius contrarium ignauiã profert Gellius. illa, autore Seneca de beneficiis, eſt pericula iuxta contemnens: aut ſcientia repellendorum, excipiendorum, prouocandorum, ac timendorum contemptrix, terribilia, & ſub iugum libertatem noſtrã mittentia, deſpicit, prouocat, frãgit. cuius perpeſſio patientia, & tolerantia rami ſunt. illic eſt prudentia, ſine qua nullum inuenitur conſilium, quæ ſuadet, quod effugere non poſſis, conſtantiſſimè ferre: illic eſt conſtantia quæ deiici loco non poteſt, & propoſitum nulla vi extorquere, dimittit. fortitudo quidem circumſiſtitur hinc audacia, inde timiditate. audacia confidentiæ, fit abundantia: metus vicium deficientis audaciæ. hæc ſumpta ex Apuleio. *Indulgentia fortunæ*] Rerum copiæ, imperiales luxus, bona fortunæ, quæ maximè ſunt in principibus. *Molliant*) Eneruent, debilitent deliciis enim plerunque corporis & animi robur frangitur. quare in præfatione totius operis Liuius, nuper, inquit, diuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates, deſiderium per luxum atque libidinẽ pereundi perdendíque omnia inuexêre. diuitiæ ſecundum Senecam inflant animos, ſuperbiam & arrogantiam pariunt, inuidiam trahunt, corpus emolliunt. *Lætum*] Bonæ habitudinis. *Maritos dearum*) Qualis fuit Peleus, qui ob fortitudinem Thetidis nuptias meruit. Cephalus à dea raptus, & Hippolytus ob venationem Dianæ charus. *Deorum l*) Quales nouimus Theſeum, Caſtorem, Pollucem, & alios plures. *Dignitatem*] Claritate parentum & natalium. *His art.* Venatione. *Simul*] Etiam. *Iſta*] Venatio, geſtatio, exercitatio. *Auocamentum* Solatium, delinimentum. propriè tamen cùm vocibus attrahimur. Apuleius in Apologia. reputo enim animum humanum & puerilem præſertim ſimplicémq;, ſeu carminum auocamento, ſeu odorum delinimento ſoporari. lib. tamen ix. Secundus aduoca-

mentum dixit, vbi plura inuenies. *Huius*] Traiani. *Illa*) Adminiſtrationes publicæ repetendæ ſint. *Voluptates*) Seriæ & intentæ. hyperbaton. nam mutauit ordinem verborum. ſenſus eſt, ex rebus grauibus voluptates quidem ſenſit Traianus, ſed ſerias & ſummas at eſt aliud voluptatis genus, cùm animus remittitur, & oblectatur luſibus, & honeſtis corporis exercitationibus. voluptatem enim ponere ſolemus ad demonſtrandam animi hilarem affectionem. eſt autem ſecundum Senecam, non illa leuis & fugax, & ſubinde reficienda, ſed ſtabilis & certa, ſumma voluptas poſſe ſcilicet capere ex horridis voluptatem. & ad id ſe reduxiſſe quod eripere nulla fortunę iniquitas poſſit. Apuleius libro de philoſophia, duplicem voluptatem dicebat, eam imprimis laudans, quæ glorioſis actibus veniat, quæ ſit honeſta, vt pro aliqua præclara adminiſtratione ſuſcepta. lege plura apud Gellium, cùm alibi, tum libro octauo, vbi de voluptate diuerſæ philoſophorum ſententiæ recitantur. item Laertium, & Athenæum libro vndecimo. *Recipit*] Reſoluet, remittet ſe Traianus. *In tale ocium*] In venationem & geſtationem res laudabiles pulcherrimum enim & humaniſſimum in vita, ſeueritatem comitatémque miſcere, ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam excidat. nam autore Seneca in declamationibus, omnibus quidem prodeſt animum relaxare, excitatur enim quiete vigor. Sunt enim voluptates, ſecundum Apuleii ſententiam, qui eas exiſtimat voluptates, & appetibiles, quæ verſantur circa honeſtos actus. *Creditur*) Credit, cognoſcit Traianus *Cuiuſque*] Candidati, ſenatoris, litigantis.

Iam quis adeò diſſolutus, cuius non occupationibus aliqua ſpecies ſeueritatis inſidat? Ocio prodimur. An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant? cùm ſeriarum laxamenta curarum vitiorum contentione ſupplerent. Habet hoc primum magna fortuna, quòd nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur: principum verò non modò domos, ſed cubicula ipſa, intimóſque ſeceſſus recludit, omniáque arcana noſcenda famæ proponit, atque explicat. Sed tibi Cæſar nihil

Iam] Præterea. *Quis*] Principum fuit. *Occupationibus*] Adminiſtrationibus *Species*] Forma. nam Domitianus, quem præcipuum reſpicit, plura ſeuerè fecit, ſcenam hiſtrionibus interdixit, caſtrari mares vetuit, ius diligenter & induſtriè dixit, nummarios iudices cum ſuo quenque conſilio notauit, magiſtratibus quoque vrbicis prouinciarúmq; præſidibus coercendis tantum curæ adhibuit, vt neque modeſtiores vnquam, neque iuſtiores extiterint. *Ocio*] Deſidia paulatim effœminatur animus, atque in ſimilitudinem otij ſui & pigritiæ, in qua iacet, ſoluitur. neque immeritò ſecundum Columellam, maiores noſtri cēſuerunt tam ocij quàm negocij reddendam rationem. *Plerique*] Multi. vt alios omittam, Auguſtum in plurimis laudatum principem accepimus alea, ſtupris, & luxu oblectatum, quanquam ſcio imprimis Domitianum monſtrari, quem recitat Tranquillus quoties ocium eſſet, alea ſolitum auocari etiam profeſtis diebus matutiniſq; horis. libidinis autem nimiæ aſſiduitatem concubitus, velut exercitationis genus clinopalen vocaſſe, famámque fuiſſe quaſi concubinas ipſe diuelleret, natarétque inter vulgatiſſimas meretrices. *Aleam*] Genus ludi, cuius ſpecies vetitas & conceſſas iuriſcōſultus enumerat. alea ſtudioſiſſimè luſit Claudius, de cuius arte librum quoque emiſit. tranſlatiuè ad alia transfertur: Martialis in diſtichis, Alea parua nuces & nō damnoſa videtur, Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates. Liuius primo ab vrbe condita, in dubiam imperij ſeruitijq; aleam imus. *Cùm ſ.*] Senſus eſt, cùm ſi quando à rebus ſeriis animum relaxarent, luxuriæ & ignauiæ idem temporis abſumerent. *Contentione*] Oppoſitione, opponuntur enim vitia ſeriis. *Habet hoc primū*] Sententia, color.

Magna fortuna] Magiſtratus, optimates, principes. *Quod nihil t.*] Non vſq; quaq; diſſimile Iuuenalis illud, Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimē habet, quanto maior qui peccat habetur. *Principum verò dom.*) Claudianus in Panegyrico Honorij. Hic te præterea crebro ſermone monebo Vt te totius medio telluris in orbe Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe Facta palam, nec poſſe dari regalibus vſquam Secretum vitiis. nā lux altiſſima fati Occultum nihil eſſe ſinit, latebráſque per omnes Intrat, & obſtruſos explorat fama receſſus.

accommodatius fuerit ad gloriam, quàm penitus inſpici. ſunt quidē præclara, quæ in publicū profers, ſed non minora ea, quæ limine tenes. Eſt magnificum quòd te ab omni cognatione vitiorum reprimis ac reuocas: ſed magnificentius, quòd tuos. Quanto enim magis arduum eſt alios præſtare quàm ſe, tanto laudabilius, quòd cùm ipſe ſis optimus, omnes circa te ſimiles tui effeciſti. Multis illuſtribus dedecori fuit, aut inconſultius vxor aſſumpta, aut retenta patientius, ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia, & ne maximi ciues haberentur hoc efficiebat, quòd mariti minores erant. tibi vxor in decus, & gloriam cedit. quid enim illa ſanctius? quid antiquius? Nonne ſi

Accommodatius) Proprius, conuenientius. *Gloriam*] Tuam. *Penitus*] Intimè, introrſus. *Limine*] Domi, ſecretò. *Tuos*] Domeſticos more boni patrisfamiliæ. laudat à bonis externis, ſecundum præcepta, vt eorum cauſam extitiſſe Traianum argumentetur. *Alios præſtare*] Bonos facere. *Circa te*] Familiares, aulicos. ſic Tranquillus de Domitiano. omnes circa ſe largiſſimè proſecutus. *Similes tui*] Optimos. *Multis dedecori f.*] Qualis Pompeia tertia Cæſari dictatori vxor, quam nō inuitam Clodius amauit, Iulia Tiberio adulteriis flagrans. inſimulata etiam fuit Sempronia tanquam marito P. Scipioni Africano venenum porrexiſſet. quare Euripides in Iphigenia mandat domi ſapienti mulierem probam & bonam habendam, aut non habendam χρὴ δ' ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν, τρέφειν γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθὴν, ἢ μὴ τρέφειν. *Inconſultius* Non examinata prius eius pudicitia. quod imprimis fecit M. Antonius ſuperinducta Cleopatra, & Caius, quem non facile eſt diſcernere an matrimonia turpius contraxerit, an dimiſerit, an tenuerit. & Claudius recepta in matrimonium Agrippina Germanici fratris ſui filia. pellectus in amorem per ius oſculi & blandiciarum occaſiones. M. Cato Cenſorinus habuit vxorem Actoriā Paulam, humili loco natam, vinolentam, mentis impotem, & quod nemo poſſet credere Catoni ſuperbam. meminit diuus Hieronymus. *Retenta patientius*) Sicut idem Claudius, primum retenta impudica Meſſalina, deinde Agrippina fera & venefica, per quam demum interiit. & Ciceronis Terentiam malè de pudicitia audiuiſſe accepimus. Socratem à ſuis vxoribus malè affectum ſatis conſtat, autore diuo Hieronymo. Syllam vel ob hoc verè felicem non fuiſſe, quod Metellam vxorem palam impudicam habuerit. addunt etiam Pompeio Muciam vxorem adulteram. Philippum Macedonum regē ex more cubiculum introeuntem vxor excluſit irata, excluſus tacuit, & ſuam iniuriam verſu tragico ſolatus eſt. Domitianus demum, quem ex profeſſo flagellat, Domitiam Longinam Aelio Lamiæ nuptam in matrimonium abduxit: eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit, intráque breue tempus impatiens diſſidii, quaſi efflagitante populo reduxit. *Foris*] Circa publica. *Claros*] Illuſtres propter res geſtas. *Domeſtica infamia*] Vxoris libidines. *Deſtruebat*) Denigrabat, premebat. *Mariti minores*] Infelices matrimoniis & ideò felicioribus minores. *Vxor*] Plotina,

quàm Secundus in epiſtolis ſanctiſſimam vocat. hæc autore Dione primum palatium ingreſſa, in gradibus ad populum conuerſa, talis inquit, huc ingredior, qualis egredi volo. itaque per omnem principatum ſe geſſit vt nullam meruerit reprehenſionem. Traianum autem ſuperuixit authoribus Spartiano, Iunio iuriſconſulto, Dione Græco. *Antiquius*] Grauius, modeſtius, antiquas illas ſanctitate referens. laudat à propinquis, quos Marcus Tullius inter bona fortunæ numerat. ſed nititur Secundus probare Traianum ſuos feciſſe imitatione ſui bonos, quod ſanè laudabilius, cùm animi bona longè præcedant fortunæ munera.

pontifici maximo deligenda ſit coniunx, aut hanc, aut ſimilem (vbi eſt autem ſimilis) elegerit? quàm illa nihil ſibi ex fortuna tua niſi gaudium vendicat? quàm conſtanter non potentiam tuam, ſed ipſum te reueretur? Idem eſtis inuicem, quod fuiſtis, probatis ex æquo, nihílque vobis fælicitas addidit, niſi quod ſcire cœpiſtis quàm bene vterque veſtrum felicitatem ferat. Eadem quàm modica cultu? quàm parca comitatu? quàm ciuilis inceſſu? mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita inſtituit. nam vxori ſufficit obſequij gloria. An cùm videat quàm te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non & ipſa cum ſilentio incedat? ingredientémque pedibus maritum in quantum patitur ſexus imitetur? Decuerit hoc illam, etiam ſi diuerſa tu faceres. Sub hac verò modeſtia viri quantam debet verecundiam vxor marito? fæmina ſibi? Soror autem tua, vt ſe ſororem eſſe meminit? vt in illa tua ſimplicitas, tua veritas, tuus candor agnoſcitur? vt ſi quis eam vxori tuæ conferat dubitare cogatur, vtrum ſit efficacius ad rectè viuendū bene inſtitui, aut feliciter naſci. Nihil eſt tā pronum ad

Pontifici maximo] Traiano, quem alibi ſignificauimus fuiſſe pontificem maximum. *Hanc*] Plotinam. *Vbi eſt autem ſimilis*) Perinde ac ſi cunctas virtutibus excelleret. *Quam*) Certè, quod *ώς* interdum Græcè dicitur. *Fortuna tua*] Imperio. *Niſi gaudium*] Niſi quod lætior eſt gaudet enim tuis bonis. *Teipſum*] Tua animi bona, & quia maritus es. *Idem eſtis inuicem*] Pariter vos mutuo amatis in magna fortuna ac faciebatis in priuata. *Probatis ex æquo*] Mutuò laudatis vos. *Felicitas*] Imperatoria dignitas. *Quàm bene*] Quàm modeſtè & temperatè. *Eadem*] Plotina. *Cultu*] Veſtitu, mundo muliebri. *Ciuilis inceſſu*] Demiſſo vultu. contra taxatur Iole apud Ouidium quòd elata facie prodiret. Dat vultum populo ſublime ſub Hercule victo. Grammatici obſeruāt inceſſum pertinere ad nobiliores *Hoc opus*] Horū cauſa Traianus eſt. *Obſequij gloria*] Satis eſt gloriæ Plotinæ ſi obſequitur mariti monitis. *Nullus terror*] Nulli ſatellites terrorē intuētibus faciētes. hoc refertur ad comitatū, ambitio ad cultum & inceſſum. *In quantum patitur ſ.*] Quantum licet mulieri quæ naturæ debilioris eſt, id eſt, ſaltem per vrbem. *Decuerit hoc i.*] Incedere pedibus Plotinæ decorum eſſet etiam ſi tu geſtareris. *Sub hac modeſtia viri*] Sub exemplo tuæ modeſtiæ. *Dens verecundiā*] Quāto pudore vti debet vxor reſpectu mariti & ſui. honeſtat enim plurimū mulieres pudor. *Soror autem tua*] Martiana, cui poſtea Auguſtæ cognomētū fuit, & à ſenatu inter deas cōſecrata. *Sororē*] Modeſtā exemplo fratris. *In illa*] illius moribus. *Tuus candor*] Tua bonitas. candori opponitur vicium, ſicut candido nigrum. *Sic effi.*] Maiorem vim teneat. *Bene in*] Hoc ad vxorē Plotinā refert, quę à Traiano bonis moribus imbuta fuerat. adoleſcentem enim

admodum duxerat illam. *Feliciter n.*] Ad iſtud ſororem Martianam reſpicit, quę fratrem ſortita fuerat imperatorē. ſenſus eſt, vtranque eſſe optimis moribus.

ſimultates quàm æmulatio, in fœminis præſertim. ea porrò maximè naſcitur ex coniunctione, alitur æqualitate, exardeſcit inuidia, cuius finis eſt odiū. Quo quidem admirabilius exiſtimandum eſt, quod mulieribus duabus in vna domo, parique fortuna nullum certamen, nulla contentio eſt: ſuſpiciunt inuicem, inuicem cedunt: cúmque te vtraque effuſiſſimè diligat, nihil ſua putant intereſſe, vtram tu magis ames, idémque vtrique propoſitum, idem tenor vitæ, nihilque ex quo ſentias duas eſſe. te enim imitari, te ſubſequi ſtudent: ideo vtraque mores eoſdem, quia vtraque tuos habet. Inde moderatio, inde etiam perpetua ſecuritas. neque enim vnquam periclitabuntur eſſe priuatæ, quæ non deſierunt. Obtulerat illis ſenatus cognomen Auguſtarum, quod certatim deprecatæ ſunt quamdiu appellationem patris patriæ tu recuſaſſes, ſeu quod plus eſſe in eo indicabant, ſi vxor, & ſoror tua, quàm ſi Auguſtæ dicerentur. Sed quæcunque illis ratio tantam modeſtiam ſuaſit, hoc magis dignæ ſunt quæ in animis noſtris, & ſint, & habeantur Auguſtæ, quia non vocantur. Quid enim laudabilius fœminis, quàm ſi verum honorē non in ſplendore titulorū, ſed in iudicijs hominū reponant? magníſque nominibus pares ſe faciant, etiam dum recuſant? Iam etiam, & in priuatorum animis exoleuerat priſcum mortalium bonum amicitia, cuius in locum

Simultates) Inimicitias. *Aemulatio*] Contentio de pari conditione. *Ea porrò naſcitur*] Gradatio *Ex coniunctione*) Inter affinitate coniunctos. *Alitur æqualitate*] Creſcit inter pares. *Mulieribus duabus*] Plotinæ & Martianæ. *Suſpiciunt*] Venerantur ſe. *Sua inte.*] Ad ſe pertinere. *Nihil*] Fit ab illis. *Duas*] Diſcordes. *Eoſdem*] Optimos habet. *Inde*] Ex tuis moribus. *Moderatio*] Vtraque modeſta eſt. *Non periclitabuntur eſſe priuatæ*] Non periculum erit vt dignitatem perdant. *Quæ non deſierunt*) Quæ vixerunt etiam in principatu tanquā eſſent priuatorum, & vxor & ſoror. nam modeſtè & ſanctè in ſumma poteſtate vitam duxerūt, vt iure nemo de illis conqueri potuerit. *Cognomen Auguſtarum*] Id quod etiam nunc durat in marmoribus Plotinam & Martianam appellatas Auguſtas. nam vxores & ſorores imperatorum cognomine Auguſtarum inſignire conſueuerant Romani. *Deprecatæ*) Abnuerant precibus. *Appellationem patris patriæ*) Suprà memorauit ſenatum diu contendiſſe, vt cognomen patris patrię reciperet Traianus, & tandem obtinuiſſe quod intenderat. *Seu*) Recuſabant. *Plus*) Dignitatis *In eo*) In hac appellatione. *Hoc*] Tanto laudat vtraſque à modeſtia. *In ſplendore titulorum*) In nominibus honorificis. *In iudicijs hominum*) In veritate. *Magnis nominibus*) Auguſtis *Pares ſe faciant*) Verè dignæ ſint. *Etiam dum recuſant*) Sua modeſtia. *Exoleuerat*] Deſueuerat. *Amicitia*) Quæ eſt omnium diuinarum humanarúmq; verū cū beneuolentia & charitate ſumma conſenſio. & nihil aliud quàm diligere ipſum, quem ames, nulla indulgentia, nulla vtilitate requiſita. Seneca, amare inquit, & amicum eſſe inter ſe differunt, immò diſſimilia ſunt. qui amicus eſt, amat, qui amat, non vtique amicus eſt. itaque amicitia ſemper prodeſt, amor aliquando etiam nocet. quare Donatus dixit, a-

xit, amicus animi eſt, amator verò corporis. at alibi, amator ad tempus, amicus in perpetuum. Paulus de verb. ſig. amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum primis honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. lege alia amicitiarum genera apud Apuleium lib. de philoſophia. *Priſcum m. b.*) Frequens apud priſcos cùm veri reperti ſunt amici, de quibus Valerius Max. lib. iiij. bonum autem nullũ eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel ſecundas, vel aduerſas. & ſolem è mundo tollere videntur, Ciceronis teſtimonio, qui amicitiam tollunt, qua à diis immortalibus nihil melius, nihil iucundius habemus. nec ſine virtute amicitia eſſe vllo pacto poteſt, quoquo verteris præſto eſt, nullo loco excluditur, nunquã intẽpeſtiua, nunquã moleſta eſt. nã & ſecundas res ſplendidiores facit, & aduerſas partiens communicánſque leuiores.

migrauerant aſſentationes, blanditiæ, & peior odio amoris ſimulatio: etenim in principum domo nomen tantum amicitiæ, inane ſcilicet, irriſúmque manebat. nam quæ poterat eſſe inter eos amicitia, quorum ſibi alij domini, alij ſerui videbantur? Tu hanc pulſam, & errantem reduxiſti. habes amicos quia amicus ipſe es, neque enim vt alia ſubiectis, ita amor imperatur: neque eſt vllus affectus tam erectus, & liber & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat. Poteſt fortaſſe princeps, iniquè, poteſt tamen odio eſſe nõnullis etiã ſi ipſe non oderit: amari, niſi ipſe amet, nõ poteſt. Diligis ergo cũ diligaris, & in eo quod vtrinque honeſtiſsimũ eſt, tota gloria tua eſt, quòd ſuperior factus,

Migrauerant) Inuaſerãt. *Aſſentationes*) Adulationes. aſſentatio enim vitiorum adiutrix procul ab amicitia amoueatur, quæ non modò amico, ſed ne libero quidem digna. nulla in amicitiis peſtis maior. *Simulatio*] Omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa, tollit enim iudicium veri, idque adulterat, ſine quo nomen amicitiæ valere non poteſt. *Peior od.*] Pernicioſior ſpecies amicitiæ ſimulatio quàm aſſentatio. *Inane*) Simulatum *Principum*) Malorum. nam Auguſtus coluit amicitias, & mutuas requiſiuit, pariter & Titus. *Alij domini, a. ſ.*) In tyrannorum vita nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia. omnia ſemper ſuſpecta, atque ſolicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ. quis enim aut eum diligat, quem metuit? aut eum à quo ſe metui putet? hunc locum videtur ſubſecutus in Panegyrico Honorij Pacatus. ecquis, inquit, imperatorum vnquam putauit amicitiæ cultum in regia laude ponendum? humilis hęc virtus, dubiúmque an virtus iudicabatur, nec palatiis digna, ſed periculis habebatur. optimus ille ditabat, non etiam diligebat, prodeſſe nouerat, amare neſciebat. tu amicitiam nomen ante priuatum non ſolum intra aulam vocaſti, ſed inductam purpura, auro, gemmíſque redimitam, ſolio recepiſti, réque non verbis aſſeruiſti. *Pulſam*) Præſertim à Domitiano. quare meritò Iuuenalis illius amicitiam vocat miſeram *Vt a.*) Vt aliæ res imperantur. *Amor imperatur*) Amamus vi. hinc Claudianus dixit non extorquebis amari. *Affectus*) animi paſſio, quæ dupliciter ſumitur, aut corruptionis cauſa, aut perfectionis. animi paſſionũ quatuor genera ſunt, triſtitia, metus, deſiderium, voluptas. *Erectus*) Magnanimus, nobilis. *Dominationis*) Inæqualitatis. *Vices exigat*) Redamari quærat, quàm amor. *Inique*] Iniuſtè odio eſſe aliquibus. *Niſi ipſe non a.*] Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis ſuis obſeſſus, autore Seneca, quàm quod amicos ſibi putat, quibus non eſt. quare M. Tullius, Sed plerique, inquit, peruerſè, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt, quęque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab his deſiderant. *Vtrique*] Tibi &

amicis tuis. nam vera amicitia in omnibus laudanda. Pacatus tamen Traianum recitauit ſuos ditaſſe, non amaſſe. fortaſſe more oratorum hoc in rem ſuam trahens, cùm hiſtorici ſecus ſcribant. *Superior*] Dignitate & fortuna.

deſcendis in omnia familiaritatis officia & in amicum ex imperatore ſubmitteris, immò tūc maximè Imperator cùm amicum ex imperatore agis. Etenim cùm plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, præcipuum eſt principis opus amicos parare. Placeat tibi ſemper hæc ſecta, & cùm alias virtutes tuas, tum hanc conſtantiſſimè teneas, nec vnquam perſuadeatur humile eſſe principi, niſi odiſſe. Iucundiſſimum eſt in rebus humanis amari, ſed non minus amare: quorum vtroque ita frueris, vt cùm ipſe ardētiſſimè diligas, adhuc tamen ardentius diligaris. primùm, quia facilius eſt vnum amare quàm multos, deinde quia tibi amicos tuos obligandi adeſt facultas tanta, vt nemo poſſit te niſi ingratus, non magis amare. Operæprecium eſt referre quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares: dimiſiſti

Deſcendis in omnia f. ef.] Demittis te àd munia veræ amicitiæ maximum enim in amicitia, ſuperiorem parem eſſe inferiori: imitandúſque Scipio, vt ſi quam præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ conſecuti ſumus, eam noſtris impertiamur, communicemúſque cum proximis. Auſonius autor, Traianum ægrotantes amicos viſere ſolitum. Eutropius verò, Romæ & per prouincias æqualē ſe omnibus exhibuiſſe, amicos ſalutandi cauſa frequentaſſe, vel ægrotantes, vel cùm feſtos dies ageret, ſæpe in vehiculis eorum ſediſſe. & Dion, ſæpenumero cum tribus curru vectum, ſine ſatellite, & familiarius apud amicos diuertiſſe. non autem quatuor comitantibus, vt malè trāſtulit qui Traiani vitam ex Dione Latinitate donauit, apud quem legitur πολλάκις καὶ τέταρτος ὀχεῖτο. ſæpius etiam quartus curru vehebatur. neque enim illi comites quatuor eſſe poterant, ſi quartus vectabatur, ſed tres tantùm. *Tua gloria eſt*] Simonides apud Xenophontem, ſi priuatus, inquit, & princeps pariter ægrotantem viſant, nemini dubium, qui in hac quoque re potentiſſimorū hominum magis ſit grata humanitas. vt enim quiſq; maximè virtute & ſapientia, ſic munitus etiā, vt nullo egeat, ſuaque omnia in ſeipſo poſita iudicet: ita in amicitiis expetendis colēdiſq; maximè excellit. *In amicum*] In perſonā & ſtudium amici. *Imperator es*] id eſt, facis imperatoris officiū. amicis culpantibus Traianum quòd nimium cum omnibus communis eſſet, reſpondit, talē ſe imperatorē eſſe priuatis oportere, quales eſſe ſibi imperatores priuatus optaſſet. *Præcipuum principis*] M. Tullius, quid autē ſtultius quàm vt plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſint cætera parare, quę parātur, pecuniam, equos, famulos, veſtes, gloriam, vaſa precioſa: amicos non parare optimā & pulcherrimā vitæ ſuppellectilē. *Secta*) Opinio parādi amicos. *Humile eſſe*) Deſcendere in omnia familiaritatis officia, & amare omnes. *Non minus*) Iucundū eſt. *Amare*) Plato tres amores connumerat, vnum diuinum, cum incorrupta mente & virtutis ratione conuenientem, non pœnitendum, alterum degeneris animi & corruptiſſimæ voluptatis, tertium ex vtroque permixtum, mediocris ingenij & cupidinis modicæ. *Vnū*) Te. *Multos*] Tuos amicos. *Tanta facultas obligandi*] Propter imperij fortunam, benefaciendi copiam largè præſtans. Lęlius tamen apud Cicer. à Secundo diſcrepare videtur, qui aſſerit contrahi amicitiam verā, non beneficiorū cauſa: verumtamen idem autor amorem confirmari beneficio accepto & ſtudio perfecto conſuetudine adiuncta. *Tormentum*) Paſſionem, triſtitiam. *Amico*] Licinio Suræ. *Dimiſiſti*) A præfectura prætorij.

optimum virum tibíque chariſſimum inuitus, & triſtis, & quaſi retinere non poſſes quantum amares eum deſiderio expertus es, diſtractus ſeparatúſque dum cedis, & vinceris. Ita quod fando in auditum, cùm princeps, & principis amicus diuerſa velletis, id potius factum eſt, quod amicus volebat. O rem memoria literiſque mandandam, præfectum pratorij non ex ingerentibus ſe, ſed ex ſubtrahentibus legere: eundémque ocio, quem pertinaciter amet, reddere: cúmque ſis ipſe diſtentus imperij curis, non quietis gloriam cuiquam inuidere. Intelligimus Cæſar quantum tibi pro laborioſa iſta ſtatione, & exercita debeamus, cùm ocium à te tanquam res optima, & petatur, & detur. Quam ego audio confuſionem tuam fuiſſe, cùm digredientem proſequeris. proſecutus enim, nec temperaſti tibi, quominus exeunti in litore amplexus oſculum ferres. Stetit Cæſar in illa amicitiæ ſpecula, precatúſque maria, celerémque, ſi tamen ipſe voluiſſet, recurſum: nec ſuſtinuit recedentem, non etiam atque etiam votis lacrymiſque ſequi. Nam de liberalitate taceo. quibus enim muneribus æquari hæc cura principis, hæc patientia poteſt? qua meruiſti, vt ille ſibi nimium fortis, ac propè durus videretur. Nec dubito quin agitauerit ſecum an

Optimum virum tibíque amiciſſimum) De quo vide in præcedentibus. addam tamen Adrianum, ſuffragante Sura, ad pleniorem Traiani amicitiam peruenisſe, à quo etiam ſe adoptandum côperiſſe, mortuo, ſepulchrum fieri & ſtatuam de publico Traianus mandauit. quem viuum cùm multi inſimularent, nunquâ tamen is imperator adduci potuit, vt quicquam mali ab eo timeret. *Deſiderio*) Abſentia *Vinceris*) Illi morem inuitus geris. *Diuerſa*) Tu volebas vt præfecturam prætorii ſuſceptam gereret, ille ſeceſſum optabat. *O rem*) Exclamatio opportuna, poſt rem explicatam. malè quidam hanc exornationem vſurpant, antequam vſi ſint amplificatione, in principio ſtatim locantes, cuius ipſa pars eſt, & non ſolùm ponitur in re lugubri, ſed etiam læta ac admiranda. *Literis*) Hiſtoriæ. *Præfectum prætorij*) Alibi oſtendimus Licinium Suram à Traiano declaratum præfectum prætorio, cui cùm enſem nudum, quo erat accingendus traderet, ſume, dixit, hunc, etſi iuſtè imperauero, pro me vtere, ſin minus, contra me. *Ex ingerentibus*) Ex numero quærentium, & ambientium honores. *Ex ſubtrahentibus*] Ex iis, qui ocium amant, & dignitates refugiunt. *Reddere ocio*) Exauthorare, dimittere à præfectura. Similem pariter nulli præfectorum ſecundum, inuitum ex centutione ab Adriano Dion recitat accepiſſe præfecturam, quam deinde depoſuit. vix tamen impetrata vacatione, in agro ſeptem annos, quod vitæ eius reliquum fuit, ocio & quieti dedit, atque moriens ſepulchro hæc inſcribi iuſſit. Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, ſeptem tamen duntaxat annos vixit. *Diſtentus*] Occupatus. *Laborioſa iſta ſtatione*) Perſeuerantia adminiſtrandi imperii. *Exercita*] Inquieta, & ſanè multum debemus principi, cuius opera bellum remouetur, & imperium felicitatur. *Ocium*) Vacatio ab adminiſtratione rerum publicarum, quæ cùm aliis concedatur, vt res optima, tibi tamen nihil indulges, nec abſtines

à publica cura. *Confuſionem*] Dolorem, animi perturbationem. *Digredientem*) Secedenté Surá. *Proſequereris*] Comitareris, honoris & officii gratia. *In illa amicitiæ ſpecula*] In propatulo & cunctis intuétibus Cæſar maximum amicitiæ ſignum oſtendit. *Maria*] Per quæ nauigaturus erat Sura *Recurſum*) Reditum in vrbem. *Si tamen ipſe Voluiſſet*] Si aliquando pœnituiſſet ocii. *Nec non ſuſtinuit etiam atque etiam proſequi recedentem Votis & lacrymis*) id eſt, in receſſu pro ſalute illius multum vouit, multum fleuit. *De liberalitate taceo*) Occupatio. docet enim Traianum proſecutum Suram abeuntem multis muneribus. *Cura*) Qua vſus es in amicum. *Nimiumfortis*) Obſtinatus, dum ſententiæ tuæ repugnat. *Durus*) Ruſticus, vitio datur. *Agitauerit*) Tractauerit poſtquam iam ſoluerat.

gubernacula retorqueret : & feciſſet, niſi quòd pene ipſo contubernio principis felicius iucundiúſque eſt, deſiderare principem. Et ille quidem vt maxima fructus ſuſcepti, ita maiore depoſiti officÿ gloria fruitur. tu autem facilitate iſta conſecutus es, ne quem retinere videaris inuitum. Ciuile hoc erat, & parenti publico conuenientiſſimum, nihil cogere, ſempérque meminiſſe, Nullam tantam poteſtatẽ cuiquam dari poſſe, vt non ſit gratior poteſtate libertas. Dignus es Cæſar qui officia mandes deponere optantibus, qui petentibus vacationem inuitus quidem, ſed tamen tribuas : qui ab amicis orantibus requiem, non te relinqui putes : qui ſemper inuenias, & quos ex ocio reuoces, & quos ocio reddas. Vos quoque quos parens noſter familiariter inſpicere dignatur, fouete iudicium eius , quod de vobis habet : hic veſter labor eſt. Princeps enim cùm in vno probauit amare ſe ſcire, vacat culpa, ſi alios minus amat. ipſum quidẽ quis mediocriter diligat ? cũ leges amandi nõ det ſed accipiat? hic præſens, ille mauult abſens amari, vterque ametur, vt mauult. nemo in tædiũ præſentia , nemo in obliuionẽ abſentia veniat, tenet quiſque locum, quem ſemper meruit, faciliúſque eſt vt oculis eius vultus abſentis , quàm vt animo charitas excidat.

Gubernacula r.) Rediret ad te victus tot officiis. *Et feciſ.* Et renauigaſſet. *Deſiderare*) Deſiderium eſt rerum abſentium. ſenſus ergo, iucundius ferè eſt amicum principem deſiderio quærere, quàm præſente frui. *Ille*) Sura. *Fructus ſ.*) An præfecturæ, an magis ocii quo tunc fruebatur. *Depoſiti off.*) Præfecturæ prætorii. non enim minus glorioſũ aſſequi meritos honores, quàm conſecutos honeſtè deponere. *Felicitate i.*] Indulgentia qua permiſiſti Suram abire à magiſtratu. *Retinere*) In officio eſſe. *Ciuile*) Humanum. *Parentis p.*] Tibi cui appellationem patris patriæ indidimus. *Poteſtatem*] Dignitatem. *Deponere o.*] Bonis viris. *Requiẽ*] Succeſſum à publicis officiis, quem ſexagenarii iure impetrabant. *Relinqui*] Deſeri, ſperni. *Qui ſ.*] Repete dignus es. *Ex ocio r.*[Ex ſeceſſu ad dignitates promoueas. *Ocio r.*] Ex magiſtratibus. *Vos*] Conuertit orationem ad ſenatores præſentes. *Fouet*] Amplectitur *Iudicium eius*) Quod habet de vobis, quod bene ſentiat de vobis , vt ſitis boni eſt labor in manu veſtra. nam quanto magis eritis boni, tanto etiam chariores illi eritis. laborate, igitur vt optimi ac per hoc chariſſimi principi ſitis. vel potius legatur, fouete iudicium eius , quod de vobis habet, id

eſt, perſeuerate in amicitia, quam credit eſſe mutuam. hic veſter labor eſt, vt eum ametis, ſi enim ſecus feceritis, id non cederet vobis honori. *Probauit*] Experimentum dedit. *In vno*] In aliquo vt in Sura. *Se ſcire amare*] Quòd amat bene de ſe meritos. *Vacat culpa*) Non eſt culpandus. *Si minus alios amat*] Vtpote minus bonos, nam qui vnum rectè amauerit, indicat & alios ſe poſſe amare, modò bene meriti ſint. *Sed accipiat*) Sed cedat amico. *Hic aliquis*) Amicus Traiani. *Præſens*) In contubernio ipſius, in vrbe, in magiſtratu. *Abſens*) In ocio & ſeceſſu. *Vterque ametur vt m.*] Vide libertatem conceſſam amicis à Traiano, vt & præſentes & abſentes amicitiam principis ſemper retinerent. *Vterque*) Vtriuſque generis, & abſentiam, & qui præſentiam malit. *In tædium*] Nimia interdum familiaritas ſatietatem & tædium parit, ſicut abſentia obliuionem, ſecus tamen in Traiano eueniebat. *Locum*] Gradum & conditionem amoris. *Vt vultus abſentis excidat oculis eius*] Vt elongetur amicus è conſpectu Traiani. *Abſentis*] Amici. *Eius*) Traiani. *Charitas*) Amor.

Plerique principes cùm eſſent ciuium domini, libertorum erant ſerui, horum conſiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos præturæ etiam, & ſacerdotia, & conſulatus, immò & ab his petebantur. Tu libertis tuis ſummum quidem honorem, ſed tanquam libertis habes, abundéque ſufficere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Scis enim præcipuum eſſe indicium non magni principis, magnos libertos. Ac primùm neminem in vſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuiquam principum dilectum: ſtatímque hos ipſos quotidie, deinde ita formas, vt ſe non tua fortuna, ſed ſua metiantur, tanto magis digni, quibus honor omnis præſtetur à nobis, quia non eſt neceſſe. Iuſtíſne de cauſis S. P. Q. R. optimi tibi cognomen adiecit?

Plerique principes) Vt Claudius & Galba. quare Apollonius Veſpaſiano præcepit vt libertis & ſeruis, quibus imperium cõceſſerat, delicias auferret, eo humilius ipſos ſeruire aſſuefaciens, quo maiori domino ſubditi eſſent. *Horum conſiliis*] Horum nutu regebantur compendio libertinorum, vel etiam ſtudio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, ſupplicia largit⁹ eſt Claudius, & quidem inſciens plerunque ac ignarus. Galba duorum arbitrio rapere omnia permiſit. Pompeius Demetrius Põpeii Magni libertus pecuniis ſuis extruxit in vrbe theatrum, poſtea ſub nomine Pompeii Magni dicatum, ne videretur libertus eius tantum pecuniarum cumulaſſe, vt ſufficeret ad impenſam tanti operis: autor Dion. *Per hos præ*) Huc facit Iuuenalis illud ex ſatyra ſeptima, de Paride hiſtrione. Ille & militiæ multis largitur honorem, Semeſtri vatum digitos circumligat auro. Quod non dant proceres, dabit hiſtrio, & quæ ſequuntur. non abſonum hoc loco quod Tranquillus in Domitiano refert. per omne gladiatorum ſpectaculum ante pedes eius ſtabat puerulus coccinatus, portentoſo paruóque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnunquam ſeriò. auditus eſt certè dum ex eo quærit, & quid ſciret, & quid ſibi viſum eſſet, ordinatione proxima præficeret Aegypto Metium Rufum. *Præturæ*] Aut in vrbe, aut extra vrbem in prouinciis, Sicilia atq; Hiſpania. quare non diſplicet ſi legatur præfecturæ. *Sacerdotia*) Pontificatus, auguratus, flaminiúmque. *Ab his*) Tanquam ipſi liberti forent domini rerum. *Tanquam libertis*) Pro conditione libertorũ. vnde cùm Eurythmus Traiani libertus & procurator, crimi-

ne falſi teſtamenti ſubſtitueretur, & hæredes quaſi reuerentia Eurythmo remitterent accuſationem, pulcherrimè dixerat Traianus, nec ille Polycletus eſt, nec ego Nero. *Frugi*) Epitheton bonorum ſeruorum, & libertorum. *Magnos libertos*) Eſſe præcipuum indicium non magni principis. non enim fieri poteſt, vt qui princeps obſcuris hominibus omnia tribuat, ſit magnanimus & generoſus. nam qui viles extollunt, oſtendunt ſordidis delectari, & illuſtres vereri. *In G ſubabes*) Veteris in tuis reb⁹, charus & acceptus eſt libertorum aliquis. *Patri tuo*] Neruæ. *Optimo cuique*) Vt Veſpaſiano & Tito. *Tua fortuna*) Quòd ſint imperatoris liberti. *Sua*) Quòd ſint libertinæ conditionis. *Nobis*) Senatoribus. *Quia non eſt neceſſe*) Quia non cogimur. *Iuſtis*) Tot, & tantis. *Optimi cognomen*) Dion refert poſt deuictos Armenios in honorem Traiani multa ſenatum decreuiſſe, atque illud imprimis, vt optimus appellaretur. vnde mox Niſibi & Ecbatanis potitus, Parthicus etiam appellatus eſt. nihil tamen eum magis quàm cognomen optimi oblectauit: huius tantum memoriæ delatum eſt, vt per multa ſæcula poſt, non aliter in ſenatu principibus acclamaretur, quàm, ſis felicior Auguſto, melior Traiano. adeo in eo gloria bonitatis obtinuit, vt vel aſſentatoribus, vel verè laudantibus occaſionem magnificentiſſimi præſtiterit exempli. inde ad optimi cognomentum in honorem Traiani Silius libro decimoſeptimo, videtur addidiſſe per exclamationem, cùm præmiſiſſet iudicio ſenatus Naſicam indicatum fuiſſe optimum, heu nomen melius maiúſque triumphis. Pomponius tamen de origine iuris optimi cognomentum à ſenatu Cn. Scipionem meruiſſe teſtatur, & Tranquillus Caium appellationem optimi & maximi ſumpſiſſe. Sed dicemus illum iudicatum meritò, non appellatum: hunc verò immeritò cognominatum.

Paratum id quidem & in medio poſitũ, nouum tamẽ, ſcias neminẽ ante meruiſſe, quod nõ erat excogitandũ, ſi quis meruiſſet. An ſatius fuit felicem vocare? quod non moribus, ſed fortunæ datum eſt. Satius magnum? cui plus inuidiæ quàm pulchritudinis ineſt. Adoptauit te

Paratum) Facile. *In m.*) In propatulo, omnibus notum. *Nouum t.*) Nondum alicui principum à ſenatu inditũ. Scipio enim nõ habuit principatus habenas. & Caius id ſibi vſurpauit. *Neminem*) Imperatorum nullum dignum fuiſſe cognomento optimi. *Excogitandum*) Cum difficultate requirendum. *An ſatius fuit felicem*] Rem tractat per amplificationem. oportet enim ex præcepto M. Tullii in Demonſtratiuis orationibus, crebras & breues amplificationes interponere. *Felicem*) Reſpicit Syllam, cognomento felicem, nam cùm paruulus à nutrice ferretur, mulier obuia, ſalue, inquit, puer tibi & reip. tuæ felix. Mario filio Præneſte interfecto felicem ſe edicto appellauit. Plutarchus tradit cùm rerum geſtarum rationem redderet, dictaturam depoſiturus, in peroratione felicem annum appellari iuſſiſſe. Appianus in bellis ciuilibus meminit imagini Syllæ aureæ inſcriptum fuiſſe. Cor. Syllæ imperatori fortunato. ſic enim illum adulatores in hoſtes feliciter pugnantem, vocare conſueuerant, quæ adulatio ſtabile tandem nomen obtinuit. quare Plinius ſenior libro ſeptimo, vnus, inquit, hominum ad hoc æui felicis ſibi cognomen aſſeruit L. Sylla, ciuili nempe ſanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus, & quibuſdam inductus felicitatis argumentis, quòd proſcribere tot millia hominum, ac trucidare potuiſſet. ô praua interpretatio & futuro tempore infelix. fuit autem, ſi Appiano credimus, ad omnia feliciſſimus vſque ad finem, & quemadmodum cognominatus eſt, ſic felix habitus, tantum proſperitatis, quantum concupierat, aſſecutus: quáuis diuus Hieronymus eum in matrimonio infelicem recitet dictus præterea Sylla autoribus Plutarcho & Appiano, niſi tamen falluntur, Venuſtus, quod nomen non inconueniens videtur, ex quo

Fauſtut cognominatus non enim longè à Felici & Fauſto, Venuſti nomen diſtat. at Plutarchus filium Fauſtum, & filiam Fauſtam appellaſſe ſcribit. *Fortunæ datum eſt*] Inditum eſt Syllæ felicis cognomen, quia fuerit fortunatus, non autem bonis moribus præditus. nam felicitatem ac fortunæ fauorem libenter admiſit, & in maius extulit, ſiue iactantia quadam, ſiue ita de diis ſentiret. Etenim in ſuis commentariis ſcriptum reliquit, cùm conſultaſſet quæ contra animi ſui ſententiam pro tempore audacius aggredienda eſſent, ſecundiora ſibi eueniſſe, rurſus cùm ſeſe ad fortunam, quàm ad bellum melius à natura inſtitutum eſſe dicit, plus fortunæ videtur quàm virtuti tribuiſſe, & omnino ſeipſum in fortunæ poteſtate feciſſe. felix ergo fortunæ eſt, vt alibi monſtrauimus. *Satius Magnum*) Melius ne fuit te magnum appellare ad imitationem Pompeii. nam & Felicis & Magni appellationes in medio ſunt. Magni cognomen Pompeio inditum, alii ab aliis ſcripſere. nam Appianus, & Plutarchus in vita illius, redacta tota in ditionem Africa traduot in vrbem reuerſum ingenti voce Magnum à Sylla conſalutatum, quamuis idem in Craſſo recitet Magni cognomen vltrò à ciuibus delatum: alii dicunt hoc primò inditum in Africa, ab vniuerſo exercitu, deinde vim atque conſuetudinem ex Syllæ affirmatione habuiſſe. Pompeius ſanè multò pòſt procul in Iberiam aduerſus Sertorium miſſus, ſe in epiſtolis ſuis actiſque Magnum Pompeium inſcripſit, cùm iam ex conſuetudine id cognomen inuidia careret. *Pulchritudinis*) Honoris laudis.

optimus princeps in ſuum, ſenatus in optimi nomen. hoc tibi tam proprium quàm paternum: nec magis diffinitè diſtinctéque deſignat qui Traianum, quàm qui optimũ appellat, vt olim frugalitate Piſones, ſapiẽtia Lælij, pietate Metelli mõſtrabãtur, quæ ſimul omnia

Optimus princeps) Nerua moribus optimis. *In ſuũ*) In ſuam appellationem optimi, vt pariter eſſes cognomento optimi: an in ſuum, id eſt, Neruæ, dictus enim Traianus eſt Nerua ab adoptante. placet poſterior ſententia, quia ſequitur hoc cognomen optimi, tam eſt tibi proprium propter optimas virtutes, quàm paternum, quod relictum tibi eſt à patre Traiano. *Diſtincté*) Appoſitè, ad vnguem. *Deſignat*) Definit, deſcribit. *Optimum*) Quæ appellatio apud multos & nunc durat. optimum enim imperatorem cùm dicimus, Traianum intelligimus. *Frugalitate Piſones*) Autore Plinio libro decimooctauo, frugi ideo cognominati ſunt, non quia abſtinentes eſſent, ſed quia vtiles multis, id eſt, fructuoſi. vnde frugalitas dicta, Fabio referente, quanquam idem autor vtatur pro abſtinentia cibi ſuperuacui. ſecundum Philoſtratum frugalitas ſapientiæ & veritatis magiſtra eſt, & frugi hominem dici multum habet laudis. recitat M. Tullius quod frugi non ſolùm vtilis ſit, ſed moderatus & temperatus, & parcus dicatur, quod cognomen in L. Piſone maximè laudatum eſt. lege præterea, quæ de Calphurnio Piſone recitantur à Valerio Maximo, libro quarto, capite de abſtinentia. *Sapientia Lælij*) C. Lælium Scipionis amicum in primis deſignat, qui legi Agrariæ ſuccurrere inſtituit, ſed aduerſante locupletum factione, veritus perturbationem, atque ciuitatis diſcordiam, ab incepto deſtitit, ob eámque rem, autore Plutarcho, ſapiens poſtea vocitatus. quare M. Tullius pro Murena, quis verò, inquit, eſt Lælio comior? quis iucundior? quis illo grauior? quis ſapientior? fuit enim in dicendo illuſtris, in agendo ſapiens, eundem de claris oratoribus etiam laudando. *Pietate Metelli*) Duos præſertim monſtrat. L. Cæcilium Metellum, qui pius in deos extitit, ſeruato ab incendio Palladio, de quo Plinius ſenior libro ſeptimo diffusè, pariter Dionyſius libro ſecundo ſuarum Antiquitatum: & Qu. Metellũ pium Numidici filium, pium inquã, quia patrẽ lacrymis & precibus aſſiduis ab exilio reuocauit. nam ſecundum Appianum libro primo

bellorum ciuilium, interfecto à tribunis Apuleio, Senatus populúſque Romanus vna voce clamare occipiunt, Metellum eſſe reuocandum. cæterùm P. Furius tri. pl. libertino patre genitus, audacter admodum ac conſtanter illis reſiſtebat, vt neque Metelli filii precibus in conſpectu populi ſuppliciter eum deprecantis, & ad pedes eius prouoluti lachrymantíſque flecti potuerit, qua ex cauſa pueridem ab huiuſmodi proſpectu, pius ſubinde cognominatus eſt: in ſequenti anno Metello tandem reditu conceſſo. at Valerius libro quinto, Metellus verò Pius pertinaci erga patrem exulem amore, tam clarum quàm alii clariſſimis victoriis cognomen aſſecutus, non dubitauit conſul pro Qu. Claudio prætore candidato ſupplicare populo, quòd tribunus plebis, legem qua pater in ciuitatem reſtitueretur, tulerat: quinetiam patronũ eum domus & familię ſuæ ſemper dictauit. quare vbi interpretes Appiani puerum vocat, reponẽdũ cẽſemus filiũ: nã παῖς apud Græcos vtrunque ſignificat, vt cõueniat cum Valerio. *Quæ*) Frug alitas, ſapientia, pietas.

vno iſto nomine continentur. nec videri poteſt optimus, niſi qui eſt omnibus optimis in ſua cuiuſque laude præſtantior. Meritò tibi ergo poſt cæteras appellationes, hæc eſt addita, vt maior. Minus eſt enim Imperatorem & Cæſarem, & Auguſtum, quàm omnibus imperatoribus, & Cæſaribus, & Auguſtis eſſe meliorem. Ideóque ille parens hominum deorúmque, optimi prius, deinde maximi nomine colitur: quo præclarior laus tua, quem non minus conſtat optimum eſſe quàm maximum. Aſſecutus es nomen quod ad alium tranſire non poſſit, niſi vt appareat in bono principe alienum, in malo falſum, quod licèt omnes poſtea vſurpent, ſemper tamen agnoſcetur vt tuum. Etenim vt nomine Auguſti admonemur eius, cui primùm dicatum eſt, ita hæc optimi appellatio nunquam memoriæ hominum ſine te recurret: quotiéſque poſteri noſtri optimum aliquem vocare cogentur, toties recordabuntur, quis meruerit vocari. Quanto nunc diue

Vno iſto nomine) Optimi. *Niſi qui eſt*] Niſi ille qui ſuperat omnes optimos in omni virtutis genere, id eſt, qui omnes virtutes ſit conſecutus, ſupra omnes alios. *In ſua cuiuſque laude*) Vt Piſones in frugalitate, Lælios in ſapientia, in pietate Metellos. *Cæteras appellationes*) Imperatoris, Cæſaris, Auguſti, poſſumus addere Germanici, patris patriæ, quæ cognomina recepit ante optimi appellationem. *Hæc*) Optimi appellatio. *Minus eſt*) Maius eſt virtutibus excellere omnes imperatores & Cæſares, & Auguſtos, quàm eſſe Imperator & Cęſar & Auguſtus. *Ille*) Iupiter. *Optimi prius*) Dictus eſt antè Iupiter optimus quàm maximus: nam M. Tullio referente, maius & gratius eſt prodeſſe omnibus, quã magnas opes habere. pro domo enim ſua Iouem dicit propter beneficia in pop. Romanum optimũ, propter vim maximũ nominari. quanquã idem de finibus dicat, cùm Iouẽ optimũ atq; maximũ dicimus, cúmque eundem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem, hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in eius eſſe tutela. Laertius libro ſeptimo de mundo, & magnus etymologicus plura nomina & poteſtates Ioui aſcribũt. *Maximum*) Imperatorem multarum gentium. *Nomen*) Appellationem maximi. *Alienum*) Prius à te ſumptum. *In malo falſum*) In malo principe cognomen optimi falſum eſt. *Vt tuum*) Cui tu originem dederis. obſeruatum poſtmodum fuit in acclamationibus cæte-

bus cæterorum imperatorum, vt illis acclamarent ſenatores, ne ſis felicior Auguſto, aut melior Traiano. *Eius*) Octauii. *Dicatum*) Decretum tanquam rem ſacram. Auguſtum enim idem quod augurio conſecratum, quod cognomen prius Octauio inditum, deinceps imperatores ſibi aſſumpſere. *Cogentur*] Vel iure, vel iniuria.

Nerua gaudio frueris, cùm vides, & eſſe optimum, & dici, quem tanquam optimum elegiſti? Quàm lætum tibi, quòd comparatus filio tuo, vinceris. Neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quàm quòd optimus ipſe non timuiſti eligere meliorem. Sed & tu pater Traiane, nam tu quoque ſi non ſydera, proximam tamen ſyderibus obtines ſedem, quantam percipis voluptatem, cùm illum tribunum, illum militem tuũ, tantum imperatorem, tantum principem cernis? cúmque eo qui adoptauit amiciſſimè contendis, pulchrius fuiſſe genuiſſe talem, an elegiſſe. Macte vterque ingenti in rempublicam merito, cui hoc tantum boni contuliſtis, licèt alteri veſtrum filij virtus triumphalia, cœlum alteri dederit. Non minor tamen veſtra laus, quòd iſta per filium, quàm ſi ipſi meruiſſetis. Scio P.C. cùm cæteros ciues, tum præcipuè conſules oportere ſic affici, vt ſe publicè magis quàm priuatim obligatos putent. Vt enim malos principes rectius, pulchriúſque eſt ex communibus iniurijs odiſſe quàm proprijs: ita boni ſpecioſius amantur, ob ea quæ generi humano, quàm quæ hominibus præſtant. Quia tamen in conſuetudinem venit, vt conſules publica gratiarum actione perlata, ſuo quoque nomine quãtum debeant principi, profiteantur, concedite me non pro me magis munere iſto, quàm

Nerua] Iam fato functum Neruam alloquitur. eſt autem ethopœiæ ſpecies. *Et eſſe optimum*) Traianum. *Vinceris*) Inferior illi es & rebus geſtis, & moribus. *Meliorem*] Traianum. aduerte comparatiuum maius ſignificare, quàm ſuperlatiuum. *Pater Traiane*] Pater ſecundum naturam Nerua enim per adoptionem pater fuit, quæ imitatur naturam. *Sydera*) Conſecrationem, refert in numerum deorum. *Proximam*) Inter heroas. triumphalia enim ornamenta propter res præclarè in bello Iudaico geſtas, meruit. *Tribunum militum*) Tendit ad epilogum: colligit enim quæ ſparſerat per vniuerſam orationem. *Militem tuum*) Gerentem militiam auſpiciis tuis & diſciplina. *Eo*) Nerua. *Amiciſſimè*] Placido certamine, quietis ſtudiis. *Genuiſſe*) Refer ad Traianum patrem naturalem. *Elegiſſe*] Ad Neruam adoptiuum, cui ſcilicet maiori laudi filius ſit. *Macte*) Laudabiliter. *Hoc tantum boni*) Traianum optimum vnus generando, alius adoptando. *Alteri veſtrum*] Patri Traiano. *Filij virtus*) Traiani bonitas. *Triumphalia*] Ornamenta quibus vtebantur qui iuſtum triumphum meruiſſent, ſed plerunque imperatorum facilitas ſine triumpho indignis contulit. *Alteri*) Neruæ, qui ex ſenatuſconſulto inter diuos relatus eſt, procurante Traiano. *Iſta*) Iſtos honores. *Per filium*] Per Traianum optimum. *Ipſi*) Viui. *Præcipuè conſules*) Qui reip. gra-

tia conſtituuntur. *Aſſici*) Diſponi. *Publicè*) Vtilitatis publicæ cauſa. *Priuatum ſua*) Propria. *Boni*] Principes. *Specio-ſius*) Honeſtius. *Generibus*) Ad omnium rerum conſeruationem. *Hominibus*) Singulis particulatim.

pro collega meo Cornuto Tertullo. C.V. fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias agam? pro quo non minus debeo? præſertim cùm indulgentiſſimus Imperator in concordia noſtra ea præſtiterit ambobus, quæ ſi tantùm in alterum contuliſſes, ambos tamen æqualiter obligaſſet. Vtrunque noſtrum ille optimi cuiuſque ſpoliator, & carnifex ſtragibus amicorum, & in proximum iacto fulmine afflauerat: ijſdem enim amicis gloriabamur, eoſdem amiſſos lugebamus: ac ſicut nunc ſpes, gaudiúmque, ita tunc communis nobis dolor, & metus erat. Habuerat hunc honorem periculis noſtris diuus Nerua, vt nos, etſi minus, vt bonos, tamen promouere vellet, quia mutati ſæculi ſignum & hoc eſſet, quòd florerent, quorum præcipuum votum antè fuerat, vt memoriæ principis elaberentur. Nondum biennium compleramus in officio laborioſiſſimo, & maximo, cùm tu nobis optime principum, fortiſſime imperatorũ conſulatum obtuliſti, vt ad ſummũ honorẽ gloria celeritatis accederet. tantum inter te, & illos principes intereſt, qui beneficijs ſuis commendationem ex difficultate,

Pro collega meo Cornuto] Viro egregio, & pro veritate firmiſſimo. quid enim illo melius? quid ſanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expreſſius? libro quinto, meminit ſibi Cornutum fuiſſe collegam in præfectura ærarii & conſulatu. *Conſulari viro*) Qui iam alterum conſulatum geſſerat. *In concor.*) In amicitia ſuſpexit enim Cornutum & dilexit mirum in modum. *Ea*) Præfecturam ærarii, & conſulatum. *Ille ſpoliator & carnifex.*) Domitianus rapax & crudelis. *Optimi c.*) Nam ſublatis tot illuſtribus viris, prodigio par erat in nobilitate ſenectus. *Stragibus amicorum*) Occiſis Senecione, Ruſtico, Heluidio, relegatis Maurico, Artemidoro, Gratilla, Arria, Fannia. *In proximum iacto fulmine*) Periclitatus eſt Secundus ſub illo non mediocriter, quod in epiſtolis memorat ferè iiſdem verbis, pòſt connumerans amicorum ſuorum calamitates. tot, inquit, circa me iactis fulminibus quaſi ambuſtus mihi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer. *Afflauerat*) Flamma ſtrinxerat. nam qui fulmine ſtringuntur, afflati propriè dicuntur. *Iiſdem enim amicis gloriabamur*) Sic alibi. vnà diliximus ferè omnes, quos ætas noſtra æmulandos in vtroque ſexu tulit, quæ ſocietas amicitiarum arctiſſima nos familiaritate coniunxit. *Nunc.*) Sub Traiano, tandem enim ſub eo non ad pericula vt prius, ſed ad honores virtute homines perueniebãt. *Tunc*) Sub Domitiano. *Habuerat*) Retulerat. *Periculis n.*) Quæ paſſi fueramus ſub Domitiano. *Etſi m.*] Etſi non bonos modeſtè de Tertullo, quia vnà de ſe loquitur. ſubtractum eſt tamen. nam ſequebatur, vt cùm dixiſſet, etſi minus, ſubiungeret tamen vt bonos. id quod etiam fecit Tacitus libro vndecimo, vbi inquit nam Parthi quanquam victores longinquam militiam aſpernabantur. *Promouere*) Extollere ad maiores magiſtratus. *Mutati ſ.*) Tranſlati imperii à malo principe ad bonum.

Et) Etiam, inter cætera. *Florerent*) Boni honeſtarentur. *Ante*) Imperante Domitiano. *Vt memoria principis elaberentur*) Vt ſui Domitianus obliuiſceretur. nam ſi recordatus bonos fuiſſet, illis vitæ periculum imminebat. *In officio laborioſiſſimo*) In præfectura ærarii, quam libro primo per hæc deſignat. diſtingor officio vt maximo, ſic moleſtiſſimo, ſedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas, ſcribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas. de præfectura ærarii alibi plura diſſeruimus. *Summum honorem*) Conſulatum, qui ferè in omnibus par regiæ dignitati, & poteſtati erat, niſi quòd duo, & annui magiſtratus conſtituti, rationémque rerum à ſe geſtarum reddere cogebantur ſic ergo Iuuenalis ſummum honorem prima ſatyra dixit. *Gloria celeritatis*) Vt ſtatim præfectura ærarii conſulatus ſine intermiſſione exciperet. *Ex difficultate*) Dum reddebant ſe difficiles ad præſtandum quod rogabantur.

captabant, gratioréſque accipientibus honores arbitrabantur, ſi prius illos deſperatio, & tædium, & ſimilis repulſæ mora in notam quandam, pudorémque vertiſſent. Obſtat verecundia, quominus percenſeamus, quo vtrunque noſtrum teſtimonio ornaris, vt amore recti, amore reip. priſcis illis conſulibus æquaueris, meritò nec ne, neutram in partem decernere audeamus. quia nec fas eſt affirmationi tuæ derogare, & oneroſum confiteri vera eſſe, quæ de nobis præſertim, tam magnifica dixiſti. Tu tamē dignus es, qui eos conſules facias, de quibus poſſis iſta prædicare. Tribuas veniam, quod inter hæc beneficia tua gratiſſimum eſt nobis, quòd nos rurſus collegas eſſe voluiſti, ita charitas mutua, ita congruens tenor vitæ, ita vna eadémque ratio propoſiti poſtulabat: cuius ea vis, vt morum ſimilitudo concordiæ noſtræ gloriam minuat, ac perinde ſit mirum, ſi alter noſtrûm à collega ac ſi à ſeipſo diſſentiat. Non ergo temporarium & ſubitum eſt, quòd vterque collegæ conſulatu, tanquam iterum ſuo gaudet, niſi quòd tamen, qui rurſus conſules fiunt, bis quidē, ſed tēporibus diuerſis obligantur, nos duos conſulatus accipimus ſimul, ſimul gerimus,

Captabant) Quærebant, aucupabantur. *Tædium rogandi*) Solicitandi. *Similis repulſæ*) Ignominioſa. *Notam*) Opprobrium, ignominiam, infamiam, dedecus. *Verecundia*) Pudor noſter. dedecet enim apud notos ſe laudare. *Teſtimonio*) Elogio, laude. *Recti*) Iuſtitiæ *Priſcis*) optimis. Quales fuerunt antiqui conſules. *Nec ne.*) An immeritò nos laudaueris. *Derogare*) Contradicere, detrahere. *Oneroſum*) Improbum, inſolens. *Magnifica*) Honorifica. *Poſſis*) Vere. *Iſta*) Talia, tam magnifica. *Tribuas veniam*] Concede hoc amicitiæ noſtræ. *Rurſus*) In conſulatu, cùm prius fuiſſemus in præfectura ærarii. *Tenor vitæ*) Propoſitum & inſtitutum viuendi, cùm vterque eoſdem amaret, & per eadem ſtudia procederet, ſtudia (inquam) iuſtitiæ, vtilitatis publicæ. *Vt morum ſimilitudo*) Cùm, inquit, viuamus iiſdem moribus, quod ſolet conciliare amicitiam, non videtur multum glorioſum, ſi tam bene conuenimus: quia id non vſque adeo refert ad virtutem noſtram, quàm quod in prouerbio ſit morum ſimilitudinem parare concordiam. *A collega*) Ab altero. *Ac ſi à ſeipſo diſſentiat*) Videtur ferè impoſſibile, vt aliquis à ſeipſo diſcordet. per hæc igitur mōſtrat ve-

ram amicitiam, cuius propriũ eſt, idem velle, & idem nolle, tanquam vna anima in duobus corporibus vt eſt in prouerbio apud Græcos [illegible]. *Temporarium*) Recens, momentaneum, breue. *Tanquam iterum ſuo*) Id eſt duplex vterque noſtrum pro conſulatu gaudium accepimus, & reſpectu ſui, & collegæ. neque enim alter minus lætatus eſt conſulatu collegæ, quàm ſuo proprio. *Rurſus*) Secũdò. *Sed diuerſis tẽporibus* Nõ enim fieri poterat, vt vnus pariter & ſimul duos conſulatus gereret, ſed diuerſis annis. *Simul*) Eodem tempore.

altérque in altero conſul, ſed iterum & pariter ſumus. Illud verò quàm inſigne quòd nobis præfectis ærario conſulatum antequàm ſucceſſorem dediſti. Aucta eſt dignitas dignitate, neque continuatus tantùm, ſed geminatus eſt honor, finémque poteſtatis alterius, tanquã parũ eſſet excipere, præuenit. Tãta tibi integritatis noſtræ fiducia fuit, vt nõ dubitares te ſalua diligentia tua ratione eſſe facturum, ſi nos poſt maximũ officium priuatos eſſe non ſineres. Quid quod eundem in annum conſulatum noſtrum contuliſti? Ergo non alia nos pagina, quàm te conſulem accipiet, & noſtra quoque nomina addentur faſtis, quibus ipſe præſcriberis. Tu comitiis noſtris præſidere, tu nobis ſanctiſſimũ illud carmen præire dignatus es: tuo iudicio conſules facti, tua voce renunciati ſumus: vt idẽ honoribus noſtris ſuffragator in curia, in cãpo declarator exiſteres. Nã quod eũ potiſſimũ menſem attribuiſti, quẽ tuus natalis exornat, quàm pulchrum nobis? quibus edicto, quibus ſpectaculo, celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum? qui principem abſtulit peſſimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit? Nos ſub oculis tuis auguſtior ſolito currus accipiet, nos inter ſecunda omina, & vota certantia, quæ præſenti tibi conferentur, vehemur alacres, &

Altérque in altero conſul) Vterque habet duos conſulatus, cùm vterque ſentiat in ſe eſſe conſulatum, qui in altero eſt. *Iterum*) Bis conſules. *Pariter*) Collegæ. *Antequam ſucceſ*) Priuſquam ſubſtitueres nobis alios in præfectura. *Dignitate*] Conſulatu. *Geminatus*) Vt ſimul eſſemus, & præfecti ærario & conſules. *Poteſtatis alterius*) Præfecturæ. *Præuenit honor*) Conſulatus præoccupauit. *Excipere*) Finitam dignitatem dignitate fulcire. nam excipiuntur cadentia. *Non dubitares*) Pro certo habetes. *Maximum officium*) Præfecturam ærarii. *Priuatos*) Sine magiſtratu. *Quid*) Dicam. *Eundem in annum conſulatum tuũ ac noſtrum contuliſti*) Tu geſſiſti conſulatum per quoſdam menſes, & reliquam anni partem noſtro conſulatui reliquiſti. *Non alia*) Eadem. *Nos accipient*) Noſtra nomina ſcribentur. *Faſtis*) In libris quibus conſulum nomina notabantur. *Præſcriberis*) Præponeris, quia priorem anni partem tuo conſulatui præſcripſeras. *Comitiis noſtris*) Centuriatis, quibus conſules declarati ſumus. *Præſidere*) Præeſſe. erat enim Traianus tunc conſul. *Sanctiſſimum illud carmen*) Ordinem illorum comitiorum venerandum. alibi dixerat: perpeſſus es longum illud carmen comitiorum. *Tua voce*) Qui præſidebat comitiis conſularibus conſul declaratos conſules populo renunciabat. *In curia*) In ſenatu, vbi ſenatores primùm conſules deſtinabant. idem ſupra. tantum ex renun-

ciatione conſulum voluptatis, quantum prius ex deſtinatione capiebat. reſpicit autem illud, tuo iudicio conſules facti. *Renunciatis*] M. Tullius pro Planco breuiter ordinem ſuffragiorum tangit, vocatæ tribus, latum ſuffragium, deſcriptæ, renunciatæ. *In campo*] Martio, vbi poſtea declarabantur. *Declarator exſtiteris*] Quod dixerat tua voce renunciati ſumus. *Quē tuus natalis exornat*] Quo tu natus es, ex ſequentibus colligitur fuiſſe quartum decimum Kalendas Octobris. ſi idem quo Domitianus occiſus fuit. nam Tranquillus monumentis reliquit obtruncatum ad decimumquartum Kal. Octo. C. Valente, C. Antiſtio cos. referente Dione. *Edicto*] Quo populo indicemus iuſtitiū & ſpectaculū in honore natalis tui, & recuperatæ libertatis. *Peſſimum*] Domitianum. *Optimum*] Neruam. *Meliorem*] Traianum. *Sub oculis tuis*] Te aſtante. *Auguſtior*] Maior, venerabilior. *Currus*] Currulis ſella, qua vehemur in Capitolium publicè vota nuncupaturi. *Secunda omina*] Quia nihil publicè magiſtratus aggrediebantur, niſi aues addixiſſent. *Vota certantia*) Certatim à cunctis ſuſcepta.

incerti ex vtra parte maior auribus noſtris accidat clamor. Super omnia tamen prædicandum videtur, quòd pateris conſules eſſe, quos feciſti. quippe nullum periculum, nullus ex principe metus, conſulares animos debilitat & frangit. nihil inuitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet, manebitque honori veneratio ſua, nec ſecuritatem autoritate perdemus. Ac ſiquid forte ex conſulatus faſtigio fuerit diminutum, noſtra hæc erit culpa, non ſeculi. licet enim quantum ad principem, licet tales conſules agere, quales antè principes erant. Vllamne tibi pro beneficijs referre gratiam parem poſſumus, niſi tantum illam, vt ſemper nos meminerimus conſules fuiſſe, & conſules tuos. Ea ſentiamus, ea cenſeamus, quæ conſularibus digna ſunt. Ita verſemur in republica, vt credamus eſſe rempublicam: non conſilium noſtrum, non operam ſubtrahamus, nec disiunctos nos, & quaſi dimiſſos conſulatu, ſed quaſi aſtrictos, & deuinctos putemus: eundémque locum laboris, & curæ, quem reuerentiæ dignitatiſque teneamus.

Incerti] Erimus. *Ex vtra parte*] A dextra, an ſiniſtra. excitabitur enim par clamor vtrinque. *Conſules eſſe*] Liberè officium conſulum exercere. *Inuitis*] Contra ſententiam ſuam. nam ſub malis principib' vnus decernebat quod alii ſequerentur. inde Domitianum notans dixerat in præcedentibus. at quis antè loqui, quis hiſcere audebat? præter miſeros illos, qui primi interrogabantur: cæteri quidem defixi & attoniti ipſam illam mutam, ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore patiebamur: vnus ſolúſque cenſebat, quod ſequerentur omnes, & omnes improbarent, imprimis ipſe qui cenſuerat. *Honori*) Conſulatui. *Sua*) Debita, id eſt, maxima. *Nec perdemus ſecuritatem autoritate*] Nec periclitabimur, quia ſimus magna autoritate apud ſenatum, & populum ſecus ſub Domitiano factum legimus, ſub quo vix priuati & obſcuri ſecurè viuebant. *Faſtigio*] Summa dignitate, & poteſtate. *Seculi*) Imperatoris Traiani, quantum permittitur à principe. *Tales*) Liberos, ſummos. *Agere*] Suſtinere, eſſe. *Ante principes*) Ante remp. oppreſſam, priuſquam vnius imperio omnia ſubiicerentur.

tur. *Pro beneficijs.*] In vtrunque noſtrum collatis. *Tuos per te*) Tuo beneficio, liberæ poteſtatis. *Conſularibus digna*) Quæ conueniunt bonis conſulibus. *Eſſe remp.*) Eſſe libertatem, & bonum publicum curari à principe. *Subtrahamus*] Ab vtilitate publica. *Diſiunctos*] Conſulatu, vmbram tantùm conſulum præ ſe ferentes, & non verè conſules. *Dimiſſos*) Solutos. *Teneamus*) Eundem locum laboris & curæ, ſuſtineamus labores & cõſulares curas, quandoquidem vt conſules veneramur.

In fine orationis præſides, cuſtodéſque imperij deos, ego conſul pro rebus humanis, ac te præcipuè Capitoline Iupiter precor, vt beneficijs tuis faueas, tantiſque muneribus addas perpetuitatem. Audiſti quæ malo principi precabamur, exaudi quæ pro diſſimillimo optamus. Non te diſtringimus votis: non enim pacem, non concordiam, non ſecuritatem, non opes oramus, non honores: ſimplex cunctáque iſta complexum vnum omnium votum eſt, ſalus principis. Nec verò noua tibi iniungimus. tu enim iam tuncillum in tutelam recepiſti, cùm prædonis auidiſſimi faucibus eripuiſti, neque enim ſine auxilio tuo cùm altiſſima quæque quaterẽtur, hic qui omnibus excelſior, inconcuſſus ſtetit. præteritus eſt à peſſimo principe, qui præteriri ab optimo nõ potuit. Tu clara iudicij tui ſigna miſiſti, cũ proficiſcẽti ad exercitum tuo nomine, tuo honore ceſſiſti: tu voce imperatoris quid ſentires locutus, filium illi, nobis parentem,

In fine orationis) Demonſtratiuæ, quæ ſecundum rhetorum præcepta, voto ac precibus terminari debet, & felicitatem ipſam, ſi M. Tullio credimus, deorum immortalium iudicio tribui laudationis eſt. in peroratione autem idem monet conclusionibus breuibus vtendum: quam rationem apprimè Secundus obſeruat. *Præſides & cuſtodes imperij deos*) Præſertim xii. illos à Tranquillo deſignatos. Séxque deos vidit Manlia ſéxque deas. & ab Ouidio libro ſexto, bis ſex cœleſtes medio Ioue ſedibus altis Auguſta grauitate ſedent. quorum nomina libro ii. belli Punici à Liuio referuntur. hi autem ſunt Iuppiter, Iuno, Neptunus, Minerua, Mars, Venus, Apollo, Diana, Vulcanus, Veſta, Mercurius, Ceres. Apuleius eoſdem, tantùm mutato ordine, libro de deo Socratis, ex autoritate Ennij recenſet: quos pariter Græcos coluiſſe interpres Apollonii connumerat δὶς ἓξ θεοὺς ποσειδῶνα. δημήτηρ. ἑρμῆς. ἥφαιστος. ἀπόλλωνα. ἀρτέμιδα. ἑστίας ἄρης. ἀφροδίτην καὶ ἀθήνην. *Præſides*) Tutores, fautores. *Capitoline Iup.*) Qui coleris in Capitolio: nam aliis etiam appellationibus in vrbe colebatur. *Beneficijs tuis*) Traiano imperatori in tuo gremio adoptato. *Perpetuitatem*) Aeternitatem. *Audiſti*] Exaudiſti, dum illum facis à ſuis confodi. *Malo principi*) Domitiano. *Diſſimillimo*) Traiano optimo. *Diſtringimus votis*) Multitudine votorum fatigamus. *Salus principis*) Eſt ſimplex votum omniũ votum & complexũ cũcta iſta, quo incolumi pacẽ, concordiã, ſecuritatẽ, opes, honores abundè conſequemur. *Tu*] Iupiter. *Illum*) Traianum. *Prædonis a.*) Domitiani tyranni crudeliſſimi. *Altiſſima q.*) Omnes viri clariſſimi. *Quaterentur*) Afficerẽtur morte vel exilio. *Excelſior*) Illuſtrior, dignior. *Inconcuſſus*] Tutus, illæſus. *Præteritus*) Non perturbatus. *Peſſimo*] Domitiano. *Optimo*] Nerua, à quo eſt adoptatus. *Tu clara iudicij tui*) Cùm iturus ad exercitum Traianus Capitolini Iouis templum ingrederetur, cũ populus Rom. imperatorem conſalutauit. res iſta latius tractata in principio orationis. *Tuo*

nomine] Imperatoris, nam Iupiter cognomento regis & imperatoris ornatur ab Orpheo. *Voce imperatoris*] Neruæ. nam quæ de Traiano cùm eum adoptaret præfatus eſt, te autore locutus eſt. *Illi*) Neruę. ſuprà dixerat ſibi dij gloriam illam adoptandi vendicarunt, horum opus, horum iſtud imperiũ, Nerua tamẽ miniſter fuit. *Parente*) Vero affectu patrio, non tantùm patris patriæ appellatione.

tibi pontificem maximũ elegiſti. Quo maiore fiducia, iiſdem illis votis, quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro & obteſtor, ſi bene remp. ſi ex vtilitate omnium regit, primùm, vt illum nepotibus noſtris, ac pronepotibus ſerues, deinde vt quandoque ſucceſſorem ei tribuas, quem genuerit, quem formauerit, ſimilémque fecerit adoptato, aut ſi hòc fato negatur, in conſilio ſis eligenti, monſtréſque aliquem, quem adoptari in Capitolio deceat. Vobis P. C. quantum debeam, publicis etiam monumentis continetur. Vos mihi in tribunatu quietis, in prætura modeſtiæ: vos in iſtis officiis etiã, quæ è ſtudiis noſtris circa tuẽdos ſocios iniũxeratis, cũcti conſtantiæ antiquiſſimũ teſtimoniũ perhibuiſtis. Vos proximè deſtinationẽ conſulatus mei his

Tibi pont. max) Feciſti Traianum põtificem maximum, vt religionem cu raret, & res diuinas tractaret. erant enim omnia ſacra in manu põtificis max. *Tibi*) Tua cauſa, tuo nomine. *Nuncupari*) Nominari, ſuſcipi publicè. *Si bene remp.*] Dictum eſt nuncupata publica vota pro ſalute Traiani modò bene remp. & ex vtilitate omniũ rexiſſet, ſi ſecus feciſſet, illũ ne dij ſeruarent. *Nepotibus n.*] Filiis noſtrorum liberorum. eos iuriſconſultus iñ ſecũdo loco ponit *Pronepotibus*] Nepotum filiis, in tertio cognationis gradu exiſtentibus ſecundum Caium. *Quem g.*] Deceſſit tamen Traianus ſine liberis naturalibus. *Formauerit*] Inſtituerit. *Adoptato*] Electo imperaturus omnibus. eligi debet ex omnibus. *Hoc*] Suſcipere filios. *In cõſ. ſis elig.*] Cõſulas, quẽ eligere debeas *In Capitolio*] A diis, & per id optimum qualis eſt Traianus, cuius adoptatio peracta eſt ante puluinar Iouis optimi. Auſonius meminit Traianũ adoptaſſe Adrianum: verùm Spartianus, Eutropius, Dion, & alij Græcorum, recitant Adrianũ creatum principem præter ſententiam & adoptationem Traiani, ſed operam dante Plotina. frequens opinio fuit Traianum in animo habuiſſe, vt Neratium Priſcum ſucceſſorem relinqueret, multis amicis in hoc conſentientibus, vſque eò, vt Priſco aliquando dixerit, commendo tibi prouincias, ſi quid mihi fatale contigerit. alij ſcribunt ſenſiſſe Traianum, vt exemplo Alexandri Macedonis, ſine certo ſucceſſore moreretur: multi ad ſenatum eum orationem voluiſſe mittere, petiturum, vt ſi quid ſibi eueniſſet, principem Romanæ reip. ſenatus daret, additis duntaxat nominibus, ex quibus optimum idem ſenatus eligeret. nec deſunt qui factione Plotinę, mortuo iam Traiano, Adrianum in adoptionem aſcitum eſſe prodiderunt, ſuppoſito qui pro Traiano feſſa voce loqueretur, & mortem Traiani aliquot dies ideo occultam, vt adoptio procederet. quæ res deinde ex literis eius ad ſenatum patuit. nam epiſtolis non ipſe, ſed Plotina ſubſcripſit, id quod in nullo antè alio fecerat *Publicis m.*] Tabulis æreis, ſenatuſconſultis. *In trib.*) Plebis. *Quietis*) Cùm multi in eo excitauerint ſeditiones, & turbulenti fuerint. *In prætura*) Quam geſſit ſub Domitiano. *In iſtis of.*) In aduocatione, in agendis cauſis. *Studiis n.*) Eloquentiæ. *Iniunxeratis*) Dabantur enim ſubinde aduocati à ſenatu. *Socios p.*) Vt Afros & Bethycos, pro quibus, iubente ſenatu, dixit cauſam Secundus. *Antiquiſſimum*] Maximum, nobiliſſimum, antiquis ſimile. *Teſtimonium r.*] Nam contra Marium cùm dixiſſet, meminit Tertullum deſignatum conſulem in fine ſententiæ adieciſſe, Ta-

citum & Secundum aduocatione diligenter fortitérque functos, & ſenatum arbitrari ita illos feciſſe, vt dignum mandatis partibus fuerit. & aduerſus Claſſicum, eodem, inquit, ſenatuſconſulto induſtria, fides, conſtãtia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata fuit.

acclamationibus approbauiſtis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, vt hunc conſenſum veſtrum complectar & teneam, & in dies augeam. Etenim memini, tunc veriſſimè iudicari, meruerit quis honorem, necne, cũ adeptus eſt. Vos modò fauete huic propoſito, & credite, ſi curſu quondam prouectus ab illo inſidioſiſſimo principe antè quàm profiteretur odium bonorum, poſtquam profeſſus eſt, ſubſtiti: cùm viderem, quæ ad honores compendia paterent, longius iter malui: ſi malis temporibus inter mœſtos, & pauentes, bonis interſecuros, gaudentéſque numeror: ſi denique in tantum diligo optimum principem, in quantum inuiſus peſſimo fui. Ego reuerentiæ veſtræ ſic ſemper inſeruiam, non vt me conſulem, & mox conſularem, ſed vt candidatum conſulatus putem. Vale.

Acclamationibus] Approbationibus, laudibus. *Complectar & teneam*] Hoc videor rectè facere ſi conſulatum bene geſſero, & vos reueritus fuero. *Cum adeptus eſt*] Cum experimento probatur. *Quondam prouectus*] Promotus vſque ad præturam. Ordo eſt. ego ſẽper ſic inſeruiam veſtræ reuerentiæ, vt non putem me conſulem, & mox conſularem, ſed vt putem me candidatum conſulatus. ſi &c. an melius, ſi omnia dependeant ab illis verbis, fauete & credite, vt ſit expeditior ſenſus & ordo: fauete & credite, ſi ſubſtiti, ſi malui, ſi numeror, ſi diligo. qui dicendi mos pulcherrimus eſt, cùm ponimus, ſi particulam cum indicatiuo, non tam dubitantes, quàm rem geſtam ſignificantes. vt apud M. Tullium: ſi illuſtrantur, ſi erumpũt omnia. & Ouidium. Hoc duce ſi dixi felicia ſecula pro quo Cæſare thura pia Cæſaribúſque dedi. Si fuit hic animus nobis, ita parcite diui *Inſidioſiſſimo*] Domitiano crudelitatis callidæ. *Profiteretur*] Publice & paſſim oſtenderet. quod præſertim fecit poſt victoriam ciuilis belli. nam inter initia vſque adeo ab omni cæde abhorrebat, vt abſente adhuc patre, recordatus Virgilij verſum, Impia quam cæſis gens eſt epulata iuuencis, edicere deſtinauerit ne boues immolarentur. *Subſtiti*] A curſu receſſi ab illo incepto gerendorum magiſtratuum. *Compendia*] Vias breuiores, per adulationes, & malas artes. *Longius iter malui*] Actitando cauſas, & prꝑſtolando meliora tempora. *Malis temporibus*] Sub Domitiano. ſic Martialis: ſed tu ſub principe duro Temporibúſque malis auſus es eſſe bonus. Domitiani tempora carpens *Mœſtos*] Bonos. *Bonis*] Temporibus Traiani. *Inuiſus peſſimo*] Secundum odio fuiſſe Domitiano, & interdum delatorũ calumniis periclitatum legimus in epiſtolis. *Inſeruiam reuerentiæ veſtræ*] Colam vos ſenatores. *Conſularem*] Iam peracto conſulatu. hi enim conſulares dicebantur, qui conſules fuerant. *Candidatum conſulatus*] Vobis ſupplicem. nam candidati in omne genus ſe ſubmittebant ſuffragatoribus.

PANEGYRICI FINIS.

PANEGYRICVS MAXIMIANO ET CONSTANTINO AVGVSTIS DICTVS.

DIxerint licèt plurimi multique dicturi ſint, ea quibus omnia facta veſtra ſummarũque virtutum merita laudãtur, ſacratiſſimi principes, Maximiane, velis nolis ſemper Auguſte,& Cõſtãtine, oriens imperator: mihi tamen certum eſt, ea præcipuè iſto ſermone complecti, quę ſũt huius propria lætitiæ, qua tibi Cæſari additum nomen imperij,& iſtarum cæleſtiũ nuptiarũ feſta celebrantur. Cætera enim in remp. beneficia veſtra poſſunt multis occaſionibus diuerſorum temporum prædicari, huic voto propria nunc debetur oratio, quod ſemel factum, futurum eſt ſempiternum. Equidem ſcio gaudentium ſtudia nunc ita toto orbe floreſcere, quacunque fama vltra naturam, qua fingitur diſcurſus volucres mutuata, & pluſquã mille vocibus ſonora percrebuit, vt omnium nationum gratulationibus conſecretur. Quid enim rebus humanis cõtingere potuit aut nobilius ad gloriam, aut certius ad ſalutem, quàm quòd priſtinæ veſtræ concordię perpetuæque pietati hoc quoque pignus acceſſit ſummorum nominum arctiſſima coniunctione venerabile, vt imperatori filiam collocauerit imperator? Sed tamen nos oportet, omnes homines exultatione ſuperare, qui hoc tantum reipubl. bonum prę-ſentes intuemur,& ipſa vultuum veſtrorum contemplatione ſentimus ita conueniſſe vos, ita non dexteras tantùm, ſed etiam omnes ſenſus veſtros mentéſque vinxiſſe, vt, ſi fieri poſſit, tranſire inuicem in pectora veſtra cupiatis. Quid enim aut tu charius dare, aut tu charius accipere potuiſti? quum hac affinitate veſtra & tibi Maximiane per generum iuuenta renouata ſit,& tibi Conſtantine per ſocerum nomen imper. accreuerit. Maximas itaque vobis, æterni principes, publico nomine gratias agimus, quòd ſuſcipiendis liberis optandiſ-

que nepotibus ſeriem veſtri generis prorogando, omnibus in futurum ſeculis prouidetis: vt Romana res olim diuerſis regentium moribus fatiſque iactata, tandem perpetuis domus veſtræ radicibus coaleſcat, támque ſit immortale illius imperium quàm ſempiterna ſoboles imperatorum. Hæc eſt vera pietas, hæc voluptas conſeruandi generis humani, exẽplum dare gentibus ad matrimonia ſtudioſius expetenda & liberos educandos, vt ſubſtituendis ſucceſſionibus ſingulorum, nihil obſit omnium poſteritate reſpubl. Quare ſi leges hæ quæ multa cœlibes notauerunt, parentes præmiis honorarunt, verè dicuntur eſſe fundamenta reipubl. quia ſeminarium iuuentutis, & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt, quod huic veſtro in remp. merito poſſumus dignum nomen aſcribere? qui non plebeia germina, ſed imperatoria ſtirpe rempubl. propagatis, vt quod milleſimo anno poſt Vrbem cõditam eueniſſe tandem gratulabamur, ne mutatoria per nouas familias cõmunis ſalutis gubernacula traderentur: id eſt omnibus duret ætatibus imp. ſemper Herculei. Quænam igitur vtriuſque veſtrûm præconij ac venerationis ordinem faciam? adhuc enim de ambobus in hanc neceſſitudinem congruentibus vobis communiter dixi: & te quidem ſentio ſenior Auguſte maieſtati præcedere, te ſequi iunior imp. Sed profectò ſicut tuo Conſtantine ſocero antè eſt conciliata diuinitas, quum ab eo pignus ipſi chariſſimum poſtulares, ſic & nũc quoque in hac gratulatione priùs illa dicenda ſunt, quæ in te conſiderans tantus iſte & paterni & tui autor imperij, lætatus eſt quòd petiſti. O diuinum tuum Maximiane iudicium, qui hunc tibi iure adoptionis nepotem, maieſtatis ordine filium, etiam generum eſſe voluiſti: diui inquam Conſtantij filium, in quem ſe prima illius iuuenta transfudit, in cuius ore cœleſtes illius vultus natura ſignauit: qui aſpectum illius ad deorũ concilia tranſlati adhuc deſiderãtibus, nobis ſufficit pro duobus. Neque enim forma tantùm in te patris Conſtantine, ſed etiam continentia, fortitudo, iuſtitia, prudentia ſeſe votis gentium præſentant. Quo enim magis continentiam patris æquare potuiſti, quàm quòd te ab ipſo fine pueritiæ illico matrimonij legibus tradidiſti, vt primo ingreſſu adoleſcentiæ formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de conceſſis ætati voluptatibus in hoc ſacrũ pectus admitteres? Nouum iam tum miraculum, iuuenis vxorius, ſed, vt res eſt, mente præſaga omnibus te verecundiæ obſeruationibus imbuebas, talem poſtea ducturus

vxorem:fortitudinem autem illius iam tum in principiis conſequutus es.Multa ille Francorum millia,qui Batauiam aliáſque cis Rhenum terras inuaſerant,interfecit,depulit,abduxit:tu iam ab ipſis eorum regibus auſpicatus es:ſimúlque & præterita illorum ſcelera puniſti,& totius gentis lubricam fidem timore iunxiſti. Liberauit ille Britannias ſeruitute:tu etiam nobiles illic oriendo feciſti. Plurimas ille barbaras nationes victoria domuit,venia mitigauit: tibi, cunctis hoſtibus alacritatis tuæ terrore cõpreſſis, interim deeſt materia vincendi.Iuſtitiam verò patris atque pietatem ſic imitaris & ſequeris,vt omnibus ad te confugientibus,diuerſámque opem aut contra aliorum iniurias,aut pro ſuis commodis poſtulantibus,quaſi legata patris videaris exoluere,idq; ipſum coràm gaudeas prędicari. Quicquid tu iuſtè ac liberaliter feceris,filium Conſtantij neceſſariò præſtitiſti. Nam quid ego de prudentia dicam,qua te penè credimus fore ipſo patre potiorem? qui veteres illos Romanæ reipubl.principes, ſuperiorem Africanũ,Põpeiúmq; Magnum, ætatis curſum virtute prouectos,tã maturè ſumpto vincis imperio : tãtarúmq; rerũ ſuſtines molẽ incipiẽte virtute?Geſſeris enim multa fortiter licèt, multa ſapiẽter, quum per maximos tribunatus ſtipendia patria conficeres, ſentias neceſſe eſt tantæ auſpicia fortunæ,imp. adoleſcens. quanquã quid ego in te ætatis tuæ potius quàm grauitatis nomen vſurpo? cuius tanta maturitas eſt,vt quum tibi pater imperium reliquiſſet,Cæſaris tamen appellatione contentus expectare malueris, vt idem te qui illum declaret Auguſtum.Siquidem ipſum imperium hoc fore pulchrius iudicabas,ſi id non hæreditarium ex ſucceſſione cepiſſes, ſed virtutibus tuis debitum à ſummo imperatore meruiſſes. Neque enim dubium quin tibi maturè ſacrum iſtud faſtigium diuinæ poteſtatis aſtrueret,qui te iam olim ſibi generum etiam antequã petere poſſes, ſponte delegerat.Hoc enim,vt audio, imago illa declarat in Aquileienſi palatio ad ipſum conuiuij poſita aſpectum, vbi puella iam diuino decore venerabilis,ſed adhuc impar oneri ſuo ſuſtinet atque offert tibi etiam tum puero galeam auro gemmíſque radiantem,& pennis pulchræ alitis eminẽtem:vt te quod vix vlla poſſunt habitus ornamenta præſtare ſponſale munus faciat pulchriorem. Fortunatus pictor ille,quiſquis fuit : & quamuis Apellem ipſúmque Parrhaſium ſcientia vicerit, materia tamen imaginis quàm arte felicior. Quanquam enim ipſi ferant difficillimam eſſe præcipuè cuiuſque formæ imitationem,quia certis ſui notis citò deformitas ex-

primatur: ſimilitudo tamen pulchritudinis tam ſit ardua quàm rara eſt pulchritudo, non tantum tamen ille cepit laboris ex ore veſtro diuinas ſpecies transferendo, quantum diuinitatis hauſit cominus vos inſpiciendo, intuẽdo ſollicitè, & curioſè ab hilaritate illius ætatis vultus immobiles & ſerios exigendo: promendo denique amoris veſtri tacita præſagia, vt quod inuicem vobis verecundia negabat, liberè vos in imagine cerneretis. Sed profectò hoc iam Maximiane diuina mente præſumpſeras, hæc, quum ferret ætas vt rogareris, optaueras, quum tibi in illa iucundiſſima ſede lætitiæ harum nuptiarum gaudia prædeſtinabas, vt ſimul illam paruulam & hunc intuendo creſcentem, diu fruereris expectatione voti, quod hac cõiunctione. firmaſti enim competentius? quid prouidentia tua dignius facere potuiſti, quàm vt eius filio quem tibi pridem & affinitate adſciueras, & maieſtate ſociaueras, nunc ex intimis affectibus traderes ſummi pignus imperij? Hæc eſt tua Maximiane inter omnes principes propria largitio. Alij diuitias, aut honores, aut ipſa etiam imperia, ſed ſola donarunt: tu, animo maiore quàm cæteri, pariter indulges & quod pietas tua habet chariſſimum, & quod fortuna præcipuum. Nec tamen miranda iſta in te eſt Maximiane animi magnitudo, in quem dij immortales tanta congeſſerunt & naturæ bona, & ornamenta fortunę, vt quanuis maxima largiaris, ita penes te ſint omnia quaſi ea ſolus obtíneas. Vt enim ille qui omnes aquas cœlo & terris præbet Oceanus, ſemper tamen in motibus ſuis totus eſt: ita tu potes imperium Maximiane donare, non potes non habere. De quo ego quum ad id loci venero, ita dicam vt fortaſſe quibuſdam videar audacior, veritas tamen meæ erga te deuotionis appareat. Nunc enim ſequitur vt quoniam virtutes tuas Conſtantine Auguſte ſocero prædicaui, tu quoque licèt optimè ſcias, tamen audias quàm te principis ornet affinitas. Hic eſt qui nomen quod accepit à deo principe generis ſui, dedit vobis: qui ſe progeniem eſſe Herculis non adulationibus fabuloſis, ſed æquatis virtutibus comprobauit. hic eſt qui in ipſo ortu numinis ſui, Gallias priorum temporum iniuriis efferatas, reipublicæ ad obſequium reddidit, ſibi ipſas ad ſalutem. hic, quod iam falsò traditum de antiquis imperatoribus putabatur, Romana trans Rhenum ſigna primus barbaris gentibus intulit. huius quum frater rurſus ac ſæpius expeditionibus domita Germania, aut boni conſulit, aut quieſcit, aut lætatur quaſi amica, ſi pareat: tu ferociſſimos Mauritaniæ populos, inacceſſis montium iugis & naturali mu-

nitione fidentes expugnaſti,recepiſti,tranſtuliſti. Te primo ingreſſu tuo tanta lætitia,tanta frequentia reſpublica excepit, vt quum te ad Capitolini Iouis gremium vel oculis ferre geſtiret,ſtipatione ſui vix ad portas vrbis admitteret. Te rurſus viceſimo anno imperatorem, octauo conſulem,ita ipſa amplexu quodam ſuo Roma voluit detinere,vt videretur augurari iam & timere quod factum eſt.Eſt enim, imperator æterne,in quo vno querelam reipublicè penè meruiſti. Audi doloris noſtri liberam vocem,ſi quidem dij ipſi quòd plerunque humanas res negligant,dum querimur ignoſcũt: quibus aliud fortaſſe curantibus grãdines ruunt,terræ dehiſcunt, vrbes hauriuntur:quæ non illis hauriuntur volentibus,ſed aut aliorſum aſpicientibus,aut fatali rerum curſu vrgente videntur accidere.Tale eſt imperator quod omnibus nobis incluſo gemitu mœrentibus facere voluiſti,non quidem tu reipublicæ negligentia,aut laboris fuga, aut deſidiæ cupiditate ductus,ſed conſilij olim,vt res eſt,inter vos placiti conſtantia & pietate fraterna, ne quem totius vitæ ſummarúmque rerum ſocium ſemper habuiſſes,in alicuius facti communitate deſereres:ne vel illius,viderit quali,certè nouæ laudi cederes. Verùm longè diuerſa in vos erat cauſa declinandi aut ſuſtinendi laboris. Quanquam & ſi totam excuſationem ætatis afferres,ſic quoque tibi reipubl. curis non erat abtuendum. An ſi maximus quiſque natu gubernator eſt certiſſimus ad ſalutem,nõ is eſt optimus qui vſu peritiſſimus imperator? Aut te vnquam Conſtantine liberi noſtri nepotéſque patientur,vel quum ad ſummam perueneris ſenectutem, reipub. vela contrahere,quæ tam fœlicibus ventis etiam iuuenis impleueris?Sed tamen vtcunque fas fuerit, eum principem quem anni cogerent,aut valetudo deficeret,receptui canere:te verò,in quo adhuc iſtæ ſunt integræ ſolidæque vires, hic totius corporis vigor,hic imperatorius ardor oculorum,immaturũ otium ſperaſſe miramur. Quid enim aliud participi maieſtatis tuæ dare potuit venia quietis, quàm vt tu imperio ſuccederes pro duobus?Sed profectò exigit hoc ipſa varietas & natura fortunæ, cui nihil mutare licuerat, dum vos imperium teneretis,vt illa xx annorum continuã felicitas interuallo aliquo diſtingueretur:aut etiam dij immortales probare voluerunt tibi innixam ſtetiſſe rempubl. quum ſine te ſtare non poſſet. Quanquam in iſtis quidem partibus non caruit priſtina firmitate, ibi verò penè funditus corruit,vnde tu Maximiane diſceſſeras: adeo illic plurimum habuerat ſtabilitatis aſſerta,vbi deſerta maximè va-

cillauit. Non aliter enim quàm ſolet terra vẽtis aut aquis ſubter immiſſis interuulſa ſui ſoliditate nutare, ita cunctа Italia, atque ipſa Roma ſubducta repentè qua ſuſtentata fuerat dextera tua, contremuit, ac penè conſedit. Quod ego curſim tranſeo. cur enim vel recordemur aduerſa, quum videamus omnia tuo reditu reſtituta? Fecit enim Roma ipſa pro maieſtate nominis ſui, vt oſtenderet poſſe ſe etiam imperatoribus imperare, abduxit exercitus ſuos, ac tibi reddidit. Et quum ad ſedandos animos autoritatem priuati principis attuliſſes, ſupplices tibi manus tendens, vel potius queribũda clamauit, Quouſque hoc Maximiane patiar me quati, te quieſcere? mihi libertatem adimi, te vſurpare tibi illicitam miſſionem? An quod diuo Auguſto poſt ſeptuaginta ætatis, quinquaginta imperij non licuit annos, tam citò licuit tibi? Idcóne te mihi ille, cuieus tot aras, tot templa, tot nomina colo, Hercules dedit vt tu in ſuburbano otioſus ſedens, vſum dicatæ mihi virtutis amitteres? Redde te gubernaculis meis: & quoniam tranquillo mari portum intrare non properaſti, vade per fluctus, mei quidem amore ſollicitus, ſed tua maieſtate ſecurus: & tamẽ per te tibi ſteterit, iniuriam in mei reſtitutione patieris. Imperaſti pridem rogatus à fratre, rurſus impera iuſſus à matre. O Imperator æterne, pietatem tuam, quæ tuum illum animum ſemper inuictum ſola vicit. Non potuiſti reſiſtere ſanctæ illius parentis imperio, & inuitus licèt paruiſti, & te illis vigiliis illíſque curis, quas viginti annis expertus fueras, reddidiſti. Quibúſnam tu domina gentium potes compenſare beneficiis hoc tui imperatoris obſequium? qui tanto vſu ſciens quantus ſit imperandi labor, propter te non vtitur illa quam deguſtauerat voluptate, tantúmque reipubl. onus ſuſcipit poſt quietem? Facilius fuerat iugiter imperaſſe: quanuis enim magnum laborem conſuetudo non ſentit, intermiſſa deſiderant nouas vires. Quanta opus fuit tibi imperator æterne, prouidentia, quanta autoritate vt ſubſidia reipubl. erigeres, exanimata recreares, dilapſa colligeres? Mirabamur te poſt imperium eſſe priuatum, multo magis mirum eſt, imperium ferre poſt otia. Solus hoc (vt dicitur) potuit deus ille cuius bona ſunt quòd viuimus & videmus, vt habenas malè creditas & curſum deuio vectore turbatum reciperet, rurſúmque dirigeret. Cuius ſimile tu imperator etiam facilè feciſti. neque id mirũ. quum enim à te receſſit imperium, & priuatus licèt dici velles, inhęſit tibi ingenita maieſtas. Omnes exercitus veſtri omnéſque prouinciæ requieſcere te poſt tanta opera vtcunque æquo animo tulerunt,

imperare deſiiſſe nunquam crediderunt. Quid enim putas tibi Maximiane Iouem ipſum reſpondiſſe, quum tu ingenti animo diceres, Recipe Iupiter quod commodaſti: hoc profectò reſpondit, Non mutuum iſtud tibi tradidi, ſed æternum, non ſed ſeruo. Statim igitur vt præcipitantem rempubl. refrȩnaſti, & gubernacula fluitantia recepiſti, omnibus ſpes ſalutis illuxit: poſuère venti, fugêre nubes, fluctus reſederunt: & ſicubi adhuc in longinquioribus terris aliqua obuerſatur obſcuritas, aut reſiduus vndarum pulſus immurmurat, neceſſe eſt tamen ante tuos nutus diluceſcat & ſileat. Dixi pro ratione temporis, ſacratiſſimi principes, ea quæ in vobis inuicẽ, vt facitis, admirari & amare debetis: reſtat vt ipſa illa quæ ſeparatim de virtutibus veſtris locutus ſum, ſicut huic voto congruit, in ſermonis fine coniungam. Dij immortales, quanta Romano imperio renouaſtis, quæ iam vt res eſt ceſſerant vetuſtati? Maximiano imperatori æterno Conſtantinus imperator nouus plus cœpit eſſe quàm filius. Fauor ille creſcentis adeſt, iſte ſenior, perpetuis profectò pietatis affinitas iſta coaleſcat ſtirpibus, quæ ſemper in republica viros ad concordiam copulauit. Etenim ſi quamuis diſſidentes familias Gracchi & Corneliæ matrimonium reduxit in gratiam: ſi pro diuo Auguſto Actiacam victoriam tantummodo gener Agrippa confecit, quid ſperandum eſt quum ſempiternam patris ac filij charitatem etiam nuptiarum fœdus aſtrinxerit? Quòd ſi Publius Scipio bellum Punicum ſuſcepit adoleſcens, ipſum poſtea ſuperaturus Hannibalẽ: ſi Marius à factione Syllana vrbem recepit ſenex, idque magno interuallo temporis eueniſſe memorabile eſt, quàm facilè nunc omnes metus ponet Romana reſpublica, quȩ defenditur cõiũcti imperij duabus ætatibus, pariterque vtitur virtute iuuenis, & maturitate ſenioris? Te pater ex ipſo imperij vertice decet orbem proſpicere commupem, cœleſtique nutu rebus humanis fata decernere, auſpicia bellis gerendis dare, componendis pacibus leges imponere: te iuuenis indefeſſum ire per limites quo Romanum barbaris gentibus inſtat imperium, frequentes ad ſocerum laureas mittere, præcepta petere, effecta reſcribere. Ita eueniet vt & ambo conſilium pectoris vnius habeatis, & vterque vires duorum. O felix in imperio, & poſt imperium felicior. Audis enim profectò hæc & vides diue Conſtãti, quem curru & penè conſpicuo dum vicinos ortus repetit occaſu ſol ipſe inuecturus cœlo excepit: quãto nunc gaudio potiris, quanta voluptate perfrueris, quum talem hunc filium tuum, qui te

primus patrem in imperij tui poſſeſſionem, idem pater, idem ſocer, idem imperator induxerit: Hæc eſt tua præter omnes diuos propria immortalitas quam videmus, filius ſimilis aſpectu, ſimilis animo, par imperij poteſtate. Inuiderint licet nobis, nihil tamen auferre domi tuæ fata potuerunt. Nec Maximiano filius, qualis tu eras, nec Conſtantino pater deeſt. Quinetiam vt omnibus modis tua neceſſitudo renouetur, rurſus hic ſocer, rurſus hic gener eſt, vt beatiſſimus imperator ſemper ex tua ſobole nepotibus augeatur.

* *
*

LATINI PACATI DREPANI PANEGYRICVS ROMAE DICTVS THEODOSIO IMPERATORI AVGVSTO SENIORI.

SI Qvis vnquam fuit, imper. Auguſte, qui te preſente dicturus antè trepidauerit, cum profectò me eſſe & ipſe ſentio,& his qui conſilium tuum participant, videri poſſe video. Nam quum te ſemper vltra omnes retrò principes laudari oportuerit, nũc porrò vltrà quàm aliâs prædicatus es, in ea vrbe conueniat dicendo celebrari, cuius & libertatem armatus aſſeruiſti,& auxiſti dignitatem togatus, quo tandem modo conſequi maieſtatem vtriuſque veſtrûm oratione mea potero? hoc præcipuè in tempore quo ambo ita mutuò creuiſtis, vt nec tu fueris adhuc maior, nec illa felicior. Huc accedit auditor ſenatus, cui quum difficile ſit pro amore quo in te præditus eſt, de te ſatisfieri, tũ difficilius pro ingenita atque hęreditaria orandi facultate, non eſſe faſtidio rudem hunc & incultum Trãſalpini ſermonis horrorem, præſertim quum abſurdæ ſiniſtræque iactantiæ poſſit videri, his oſtentare facundiam, quam de deorum fonte manantem, in noſtros vſque vſus deriuatio ſera traduxit. Quibus equidem cogitatis adeo ſollicitor, vt non eos tantùm hodie arbitrer intereſſe quos cerno, ſed aſſiſtere obſeruaríque dicturo Catones ipſos,& Tullios,& Hortenſios, omnéſque illos oratores putem, qui me in poſteris ſuis audiunt. Ita multiplici circumuentus metu, quaſi parum habeam timere quod video, quod timeam. Quid ergo? nouúſne me pauor & inopina trepidatio in ipſo dicendi tempore deprehendit? mihi verò hi omnes quibus altrinſecus iactor æſtus, diu antè meditati longéque proſpecti ſunt: ſed quum admiratione virtutum tuarum ab vltimo Galliarum receſſu, quà littus Oceani cadentem excipit ſo-

lem, & deficientibus terris ſociale miſcetur elementum, ad contuendum te adorandúmque properaſſem, vt bona quæ auribus ceperam, etiam viſu vſurparem, timui, fateor, pij laboris officium impia taciturnitate corrumpere: ita dum obſequio interpretor impudentiam, dum in eundem hominem non puto conuenire gaudium & ſilentium, duas res diuerſiſsimas iunxi, metum & temeritatem. Quin & illud me impulit ad dicendum, quòd vt dicerem nullus adigebat. non enim iam coacta laudatio & expreſſæ metu voces periculum ſilentij redimunt, fuerit abieritque triſtis illa facundiæ ancillantis neceſſitas, cùm trucem dominum auras omnes plauſuum publicorum ventoſa popularitate captantem mendax aſſentatio titillabat, cùm gratias agebant dolentes, & tyrannum non prædicaſſe, tyrannidis accuſatio vocabatur, nunc par tacendi dicendíque libertas, & quàm promptum laudare principem, tam tutum ſiluiſſe de principe. Libet igitur redditam poſtliminio ſecuritatem loquendo experiri: libet, inquam, quia neminem magis laudari imperatorem decet, quàm quem minus neceſſe eſt. Det igitur mihi ſermonis huius auſpicium ille felicitatis publicæ auſpex dies, qui te primus inaugurauit imperio. Nam vt diuinis rebus operantes, in eam cæli plagam ora conuertimus à qua lucis exordium eſt, ſic ego vota verborum quæ olim nuncupaueram ſoluturus, id oratione tempus arripiam, quo Romana lux cœpit. Iacebat innumerabilibus malis ægra, vel potius dixerim, exanimata reſpublica, Barbaris nationibus Romano nomini, velut quodam diluuio ſuperfuſis. Sed parcam replicare cauſas, & placatum vulgus offendere. Nam cùm per ſe viuax ſit recordatio calamitatum, tum mihi metus hanc gaudiorum præſentium lucem, triſtium commemoratione fuſcare. Faciam ergo quod facere præſtantes ſcientia medicos ſæpe vidi, . altorum vulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt, manu pendente tractabo, præſentiſſe & & ſingulos vniuerſóſque rogitaſſe contentus. An cùm inter omnes liqueret feſſis rebus medendum, tali aliquo viro publicis gubernaculis admouendo, qui imperatoris vnius tueretur ætatem, alterius iuuaret laborem, potuerimus huiuſmodi principē vel optare? in integro itaque rem totam eſſe faciamus, & in quodam orbis terrarum comitio quæri putemus quiſnam ſit ille, qui debeat tantam molem ſubire, & nutantia Romanæ rei fata ſuſcipere.

Nónne is omnium ſuffragiis hominum tributim centuriatímque legeretur, cui felix patria, cui domus clara, cui forma diuina, cui ætas integra, cui militarium ciuiliumque rerum vſus contigiſſet? Cuncta igitur à capite propoſito ordine proſequamur: iam profectò conſtabit eum principem declaratum qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus. Nam primùm tibi mater Hiſpania eſt terris omnibus terra felicior, cui excolendæ atque adeo ditandæ impenſius quàm cæteris gentibus ſupremus ille rerum fabricator indulſit, quæ nec auſtrinis obnoxia æſtibus, nec arctois ſubiecta frigoribus, media fouetur axis vtriuſque temperie, quæ hinc Pyrenæis montibus, illinc Oceani æſtibus, inde Tyrrheni maris littoribus coronata naturæ ſolertis ingenio velut alter orbis includitur. Adde tot egregias ciuitates, adde culta incultáque omnia, vel fructibus plena vel gregibus: adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum: ſcio fabulas Poëtarum auribus mulcendis repertas, aliqua nõnullis gentibus attribuiſſe miracula, quæ dum ſint vera ſint ſingula, nec iam excutio veritatem, ſint vt ſcribitur Gargara prouentu læta triticeo, Meuania memoretur armento, campania cenſeatur monte Gaurano, Lydia prædicetur amne Pactolo, dum Hiſpaniæ vni, quicquid laudatur aſſurgat. Hæc duriſſimos milites, hæc experientiſſimos duces, hæc facundiſſimos oratores, hæc clariſſimos vates parit, hæc iudicum mater, hæc principum eſt, hæc Traianum illum, hæc deinceps Hadrianum miſit imperio. Huic te debet imperium, cedat his terris terra Cretenſis parui Iouis gloriata cunabulis, & geminis Delos reptata numinibus, & alumno Hercule nobiles Thebæ, fidem conſtare neſcimus auditis, deum dedit Hiſpania quem videmus. Erat iuſtę compenſationis occaſio, vt qui de patriæ tuæ laudibus pauca dixiſſem, patris ſaltem virtutibus prædicandis prolixius immorarer. ſed quid faciam? nouam quandam patior ex copia difficultatem, quid, inquam, faciam? quæ Rhenus, aut Vualis vidit, aggrediar? iam ſe mihi Sarmatica cæde ſanguineus Iſter obiiciet. Attritam pedeſtribus præliis Batauiam referam? ſaxo conſumptus bellis naualibus offeretur. Redactum ad paludes ſuas Scotum loquar? compulſus in ſolitudines auias omnis Alamanus, & vterque Maurus occurrent. Cùm igitur impediat turba delectum, ad quid tanti præſtet geſta in ſummum referre,

quáti enumerando tenuari, dixiſſe ſufficiat vnum illum diuinitùs extitiſſe, in quo virtutes ſimul omnes vigerent, quæ ſingulæ in omnibus prædicantur. An ſi eius ſeculo mos ille vixiſſet, quo Romani duces, Macedonici, Cretici, Numantini de vocabulis gentium ſubactarum adoptiuum inſigne ſumebant. Nónne hodie pauciora in Annalium ſcriniis quàm in veſtræ domus titulis cognomenta legerentur? Quum ipſe Saxonicus, ipſe Sarmaticus, ipſe Almanicus diceretur, & quantum tota reſpubl. habet hoſtium, tantum vna familia oſtenderet & triumphorum. Sed quid neceſſe eſt mitti in præteritum diligentiam curioſam? Patrem imp. tuum, de te æſtimé, nec difficilis coniectatio eſt. Nam quum duo ſint quæ claros duces faciant, ſumma virtus, ſummáque felicitas, ſcire obuiũ eſt qua præditus fuerit virtute, qui te docuit, qua fuerit felicitate præditus qui te genuit. O digna imp. nobilitas eius eſſe filium principem qui princeps eſſe debuerit, qui hunc Romani faſtigij apicem nõ ſolùm fortitudine atque ſapientia, ſed decore etiam corporis & dignitate potuerit æquare, velut tua hæc forma venerabilis, quàm fortunæ ſuæ par eſt, quàm longè latéque conſpicua commendat imperium, vt planè in ambiguo ſit vtrum ne te magis noſtris mentibus virtus, an obtutibus vultus inſinuet. Non fruſtrà planè opinione ſapientium, qui naturalium momenta cauſarum ſubtilius ſciſcitati arcanis cœleſtibus nobiles curas intulerunt, auguſtiſſima quæque ſpecies plurimum creditur trahere de cœlo. Siue enim diuinus ille animus venturus in corpus, dignum prius metatur hoſpitium, ſiue quum venerit, fingit habitaculum pro habitu ſuo, ſiue aliud ex altero creſcit: & quum ſe paria iunxerunt, vtraque maiora ſunt, parcam arcanum cœleſte rimari, tibi iſtud ſoli pateat imp. cum deo conſorte ſecretũ: illud dicam, quod intellexiſſe hominem & dixiſſe fas eſt, talem eſſe debere qui à gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum priuata vel publica vota redduntur, à quo petit nauigaturus ſerenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auſpicium. Dudum, vt video, dedignaris hanc gloriam, ſed patere eam in laudum tuarum parte conſtitui, quæ ſolebant in aliis ſola laudari. virtus tua meruit imperium, ſed virtuti addidit forma ſuffragium. Illa præſtitit vt oporteret te principem fieri, hæc vt deceret. An verò quicquam putamus in imperij tui declaratione præteritum, quum ductam eſſe rationem ipſorum etiam videamus annorum? Cuius quidẽ rei tanta fuit cura maioribus, vt non ſolùm in ampliſſimis magiſtratibus adipiſcendis, ſed in præturis quoque, aut ædilitatibus capeſſendis ętas ſpectata ſit petito-

rum, nec quiſquam tantum valuerit nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos comitiali lege præſcriptos feſtinatis honoribus occuparit. Nec iniuria id quidem. nam & qui venturi ſunt in virtutis adoptionem, illo tamen adoleſcentiæ lubrico, vt non cadant, titubant. Annon clariſſimos nominis Romani viros (Sullas, Catulos, Scipiones, loquor,) aliquantiſper ſibi luxuria vēdicauit? quos etſi ad portum mutati in melius reuexerint flatus, diu tamen vitiorum turbo iactauit, & naufragos atque fluctuantes ab illis quibus merſabantur erroribus, ægrè ætas recepit. Bene igitur cuncta quadrarūt, & cæteris quæ innumera congruebant, anni quoque ſuum iunxere ſuffragium, qui ſoli in homine perfecti, bono duarum potiuntur ætatum, virtute iuuenum, & maturitate ſeniorum. Prius fortaſſe imperium inire debueris, vt diutius imperares, ſed ſine exempli periculo prouidebitur ne quid amiſeris vita lõgiore penſandū, quod ex præterito perdidiſti. Parum intereſt quando cœperit, quod terminū nõ habebit. Hactenus in te prædicata ſint imp. dona fatorum, nunc ad ea proferamus gradū, quæ tibi debes. Neque enim tua illa præterita bellicæ rei gloria, quam per tot laborum experimenta quęſiſti, aſcribēda fortunæ eſt, cui hoc nomine etiā ſuccenſeri poteſt, quòd quē ſceptro & ſolio deſtinauerat, nunquam indulgenter habuit. Sed vt ſeueri patres his quos plus diligunt filiis, triſtiores ſunt, ita illa tē plurimis bellis & difficillimis reipubl. temporibus exercuit, dum aptat imperio. Et priùs quidem quàm ad illa veniam quæ æui maturus egiſti, ſummatim tuum illud attingam cum patre diuino caſtrenſe collegium, actas ſub pellibus hyemes, æſtates inter bella ſudatas, dies noctéſque præliando aut vigilando conſumptas, grauiſſimas pugnas terra maríque pugnatas. Non tam patiens Africanus rudimēta militiæ ſub Paulo patre tolerauit, nec pari indole Hannibal puer in tētoria Hiſpana ſucceſſit, nec futurarum ſpe certiore virtutum Philippea caſtra Alexander nondum Magnus impleuit. quos etſi plurima laude dotauerit amplificatrix veri vetuſtas, nihil plus tamen blandita præſtitit quàm vt eos in his annis ſequutos regum aut ducum caſtra vulgaret, in quibus tu ita fortiter multa geſſiſti, vt ea non tātùm Alexander, aut Africanus, aut Hannibal videre dum diſcerent, ſed parentes atque inſtitutores eorum optaſſent facere dum docerent. Quàm tecta ſunt ſemper conſilia fortunæ! quis quæſo tum publicis rebus non putaſſet inimicum tuum illū à ſtatione caſtrenſi ad quietem receptum? Enimuero illa futurum principem cōmens, idcirco

pauliſper voluit eſſe priuatum, vt quia iam ad plenum bellicis artibus abundabas, vſus ciuilis experiens ſub ocij tempore redderêris. Quod ego tuum ocium aliorum negociis anteuerto: non enim te amœna littora, nec diſpoſiti ad temporum vices habuere ſeceſſus, ſed ſiue tu agris ſiue oppidis tempus dabas, rem & famam pariter augebas, & in vrbibus quidem omnium ætatum ordinúmque homines iis aut illis beneficiis apprӕhendebas, amicorum commoda, abſentium negotia, aſſiduitate, conſilio, re iuuabas. Iam ſi placuiſſet oppida rure mutare, vt tu vitæ oblitus vrbanæ exequebaris agricolam? Audio etiam imperat. & credo ſæpe aliqua re laborem tibi iniunxiſſe,& ne contraheres corporis veternum huiuſcemodi ſemper operi inſidiantis ocij terſiſſe rubiginem. Sic agreſtes Curij, ſic veteres Coruncani, ſic nomina reuerenda Fabricij, cùm induciæ bella ſuſpenderant, inter aratra viuebant? & ne virtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio capitolini Iouis laureis triumphales viri ruſticabantur. Inde eſt quòd accepimus datos ſerentibus faſces,& miſſas cum curulibus ſuis per rura palmatas, quòd agricolas conſulares paſtoréſque trabeatos & dictatores inter armenta veſtitos. Sed illos quidem anguſta res familiaris addicebat labori, vt quibus ipſi ſuburbani horti præcé,ſque ianiculum, & iugera arctata pomerio vomere eſſent aut ligone verſanda, nec iniuria opus reuerteretur ad dominos, cùm deerant quibus iuberent. Detrahit laudem patientiæ inopia, maioris exempli eſt labor ſine neceſſitate. Gaudent profectò diuina perpetuo motu: & iugi agitatione ſe vegetat æternitas, & quicquid homines vocamus laborem, veſtra natura eſt. Vt indefeſſa vertigo cœlum rotat, vt maria æſtibus inquieta ſunt, vt ſtare ſol neſcit, ita tu imperat. continuatis negociis & in ſe quodam orbe redeuntibus ſemper exercitus es. Vix tecta Hiſpana ſucceſſeras, iam Sarmaticis tabernaculis tegebaris: vix emerita arma ſuſpenderas, iam hoſti armatus inſtabas: vix Iberûm tuum videras, iam Iſtro prætendebaris. Ne tum quidem cùm in altiorem prouectus gradum, iubere tantum & diuidere cum negociis ocium,& parta gloria velut repoſito frui poſſes honore, operam remiſiſti: quin omnium Caſtrenſium munerum numeros primus aut cum primis obires, ſtare pro ſignis, excubias forte agere, vallum ferre, locum bello antecapere, ſpeculatum egredi, caſtrametari, in prælium primus ire, prælio poſtremus excedere, dux conſilio eſſe, miles exemplo, vt iam tum poſſet intel-

ligi alios Imperatori pugnare, te tibi. Illud tamen præ cæteris mirum, quòd cum omnia faceres, vt imperare deberes, nihil tamen faciebas vt imperares. Argumento eſt dies ille communis boni autor, quo tu cùm ad ſuſcipiendam rempublicam vocabaris, oblatum imperium deprecatus es, ne dediſſe ſpeciem, tantúmque vt cogi videreris, ſed obnixè & diu,& velut impetraturus egiſti. quippe aberat cauſa fingendi, non enim te princeps ſolus & domi, & tanquam tentaret ambibat, ſed publicè, & in comitio, & vt aliud iam facere non poſſet prorſus, vt niſi imperium affectu ſimplici voluiſſes, potueris velle ſecurus. Expoſtulari hoc loco tecum reipublicæ verbis neceſſe eſt, quæ in ſummam tua cunctatione formidinem à media ſpe relapſa,tali aliqua te profectò, ſed quam ſolus audires, voce conuenit. Parum ne me Theodoſi hactenus diſtulere fata, vt tu inſuper tentes moras augere fatorum? An neſcis rem tuam per momenta conſumi? neſcis me tibi tuíſque decreſcere? quicquid atterit Gothus, quicquid rapit Hunnus, quicquid aufert Alanus, id olim deſiderabit Arcadius. Perdidi infortunata Pannonias, lugeo funus Illyrici, ſpecto excidium Galliarum. Principum ſenior in tanta bella non ſufficit, alter & ſi futurus ſit aliquando fortiſſimus, adhuc tamen paruus eſt. Tu dubitas excipere collapſam, & vt nihil differas ſerò reparandam hanc mihi gratiam refers, quòd te etiam fœlix deſideraui? quòd cùm me Nerua tranquillus, amor generis humani Titus, pietate memorabilis Antoninus teneret, cùm mœnibus Auguſtus ornaret, legibus Hadrianus imbueret, finibus Traianus augeret, parum mihi videbar beata, quia non eram tua. Quid tu mihi faceres, ſi iuris tui eſſes? orat ecce te dominus meus,orat ecce te dominus adhuc tuus,& qui poſſet cogere,mauult impetrare.Imperium quod ab imperatore defertur tā tibi nolle iam non licet, quàm velle non licuit. Solus igitur Auguſte,ſolus inquam omnium qui adhuc imperauerunt, vt princeps eſſes,præſtitiſti. Alios empta legionum ſuffragia,alios vocans aula, alios affinitas regia impoſuere reipublicæ, te nec ambitus, nec occaſio,nec propinquitas principem creauerunt. Nam & eras à familia imperatoris alienus, & adſciſcebaris tertius, & cogebaris inuitus, inuitus inquam. Audite hoc publici parricidæ, qui oblita fide dominorum ſceptra cepiſtis, & periculo non minore quàm ſcelere imperium vita paciſcentes, ſanguinis precio regium

nomen emiſtis: repulſam patitur principatus, & vnus eſt ambitus candidati, ne declaretur. Credétne hoc olim ventura poſteritas? & præſtabit nobis tam glorioſam fidem, vt noſtro demum ſeculo annuat factum, quòd tantis infrà ſupráque temporibus nec inuenerit ęmulum, nec habuerit exemplum? Sed qui vitæ tuæ ſectam rationéſque cognouerit, fidei incunctanter accedet, nec abnuiſſe dubitabit imperium ſic imperaturum. Illi enim illi auidè regna deſiderant, quos ſoluta legibus delectat vita, quorum crudelitas indemnatos necandi, cupiditas priuata rapiendi, libido honeſta fœdandi, ius atque impunitatem requirunt. Quid tua intererat te principem fieri, qui futurus eras in imperatore priuatus? niſi fortè in te hodie aut pudicitiæ remiſſior cultus, aut minor ſanguinis humani metus, aut alienæ rei maior eſt appetitus. Idem es qui fuiſti, & tantum tibi per te licet quantum per leges licebat: ius ſummum facultate & copia cõmodandi, non ſecuritate peccandi, experiris. Vnum tibi præſtitit principatus, vt certum haberemus omnes, etiam ſub imperatoribus aliis vixiſſe te legibus tuis. nam qui nihil facit licenter quum poteſt, nunquam voluit. Quin tibi primùm te, imperio deinde præſtitiſti. Non contentus ipſe vltrò vitia reieciſſe, alienis vitiis corrigendis curam adieciſti: ídque moderatè, vt ſuadere potius honeſta quàm cogere videreris. Et quia vel longo orientis vſu, vel multorum retrò principum remiſſione, tantus quoſdam luxus infecerat, vt adulta conſuetudo laſciuiæ haud quaquam facilè videretur obtemperatura medicinæ, ne quis ſe pati iniuriam putaret: à te voluiſti incipere cenſuram: & impendia palatina minuendo, nec ſolùm abundantem reiiciendo ſumptum, ſed vix neceſſarium vſurpando dimenſum, quod natura difficilimum eſt, emendaſti volẽtes. An quis ferret moleſtè ad principis ſemet modum coërceri? aut ſubtractum ſibi doleret ſtipẽdiũ priuatę luxurię, quum videret imperatorẽ rerum potentẽ, terrarum hominúmque dominum, parcè contentéque viuẽtem, modico & caſtrenſi cibo ieiunia longa ſolantem? ad hoc, aulam omnẽ Spartanis gymnaſijs duriorem, laboris, patientiæ, frugalitatis exemplis abundantem? neminem vnum inueniri qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum littorum piſcem, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem? Nã delicati illi ac fluentes, & quales tulit ſæpe reſp. parum ſe lautos putabãt, niſi luxuria vertiſſet annum, niſi hybernæ poculis roſæ innataſſent, niſi æſtiuã in gemmis capacibus glaciem falerna fregiſſent: horum gulæ anguſtus erat noſter orbis.

ſter orbis.námque appoſitas dapes non ſapore,ſed ſumptu æſtimantes,illis demum cibis acquieſcebant,quos extremus oriens,aut poſitus extra Romanum Colchus imperium,aut famoſa naufragiis maria miſiſſent, quos inuitæ quodammodo reluctantíque naturæ hominum pericla rapuiſſent. Vt taceam infami ſæpe delectu ſcriptos in prouinciis aucupes, ductáſque ſub ſignis venatorum cohortes militaſſe conuiuiis, nónne cognouimus cuiuſdam retro principis non prādia ſæpe ſed fercula ſeſtertiûm millies æſtimata patrimoniorum equeſtrium precia traxiſſe? Tuæ Imp. epulæ menſis communibus parciores locorum ac temporum fructibus inſtruuntur. Hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parſimoniæ cultus inoleuit, & quieſcentibus legum minis,ſubiit quemque priuatim ſui pœnitentia. Sic eſt enim,ſic eſt,exaſperat homines imperata correctio, blandiſſimè iubetur exēplo. Sed cùm hæc & ad hunc modum cætera mores hominum & inſtituta formarint, tum nihil abdicandis vitiis adoptādíſque virtutibus impenſius ſentio profuiſſe,quàm quòd his te viris ſemper dediſti,quos affectare publica deberet imitatio,qui quàm faciles tibi fuiſſent ſequacéſque diſcipuli,tam cæteris expetendi eſſent magiſtri. Vt de his ſileam, quos tibi primus ille naſcentis imperij dies obtulit, tantis virtutibus præditos vt non pro copia ſumpti, ſed ex copia viderentur optati, quos tu poſtea qualéſque legiſti? quibus prouinciarum cuſtodiam,quibus militaris rei ſummam, quibus conſiliorum tuorum arcana committeres? Ergo cùm duplex fuerit iſte delectus,vnus ex iudicio,alter ex fato, incertum meliores viros ſapientia tua, an fortuna quæſiuerit, cùm tales vel acceptos habeas vel repertos,vt & illi meruerint teneri, & iſti debuerint cooptari. Ecquis imperatorum vnquam putauit amicitiæ cultum in regia laude ponendum? humilis hæc virtus, dubiúmque an virtus iudicabatur,nec palatiis digna ſed periculis habebatur. Inde facilius inueneris qui pecuniam ex ærario,quàm qui ex animo fidē promſerint. Optimus ille ditabat,non etiam diligebat, prodeſſe nouerat,amare neſciebat. Tu amicitiam,nomen antè priuatum, nō ſolùm intra aulam vocaſti,ſed indutam purpura, auro gemmíſque redimitā ſolio recepiſti,neq; non verbis aſſeruiſti, principis mentē tantò in ſuos benigniorem eſſe debere, quantò ſit fortuna præſtantior,cum fide ac facultate paribus agas,& familiaribus tuis Imp. tribuas quod priuatus optaras. Quanquam quę capere vota potuerunt, quòd plerique te principe conſecuti ſunt? nec nūc de his honoribus

loquor,quos in quemcunque conferre imperatori neceſſe eſt. Dux aliquis euehitur, exegit diſciplina caſtrorum: præfectus attollitur, imponendum eſt prouinciæ caput, conſul creatur, habiturus eſt nomen annus,ita in ſummis illis pulcherrimiſque beneficiis eſt aliqua præſtantis vtilitas. A te noua benignitate is amicis honos habitus eſt,qui totus eſſet illorum quibus deferebatur, nihilque ex eo ad te redundaret,niſi dandi voluptas,cui cùm eſſent domi filij,geminæ illæ ſpes oculique reip. dilatis eorum magiſtratibus amicos conſulatu ornauit. Si me Hercule vir ille diuinus felicitatis publicæ auctor parens tuus viueret, quid aliud expectaſſet à filio quàm vt nepotibus anteferretur? præſtitiſti igitur amicis, quo plus nec patri præſtare potuiſſes. O beneuolentiæ tuæ ſingulare conſilium,auges tempore dignitatem, quæ incrementum ex magnitudine non habebat: renunciantur amici ante filios tuos conſules, quia non poterant plus eſſe quàm conſules. Eat nunc ſui vetuſtas oſtentatrix, & illa innumeris literarum vulgata monumentis iactet exempla, Pirithoi fidem prædicet,& decantatum omnibus ſcenis Phocei iuuenis laudet officium,Pythiam etiam,ſi videtur,dicat & Damona, quorum alter in amici morte ſe vadem obtulit,alter ad diem vadatæ mortis occurrit, vt hæc eſſe vera credamus, quæ mendaciis vatum in plauſus aptata cauearum fidem tempori debent,num præſtare credendũ plus poſſumus,quàm vt iſtos qui amicitiæ laude cenſentur, amicorũ fuiſſe quàm ſui diligentiores putemus? Sed cùm inſtituente natura plus ferè filios quàm noſmetipſos diligamus, omne vicit exemplum,qui amicos his prætulit, quos ſibi præferebat: ſed tu quidem ad exonerandam debentium verecundiam,quę in tuos confers non vis videri præſtare ſed reddere. Geramus tibi morem, & beneficiorum ſummas tuorum pro tua voluntate ducentes, quicquid familiaribus tuis tribuis,non expendi potius ſed rependi putemus. Enimverò cùm leuiter cognitos aut etiam ſemel viſos his honoribus ſimul ditas,quibus & amici poſſent eſſe contenti, nónne omnibus vis probare amicum tibi eſſe qui bonus ſit? cuicunque quid publici mandatum fuerit officij,præmium ſpondetur & redditur. ſibi humilitatem & tenebras ſuas imputet iacens virtus,quæ non obtulit ſe probandam: quod conſcientiæ tuæ ſufficit, honoratus eſt qui probatus. Velim tu dicas vnde cùm tãtis promiſſa perſoluas, quid cui promiſeris ſcias,nec te vel reip. cura vel ipſa illa tuorum beneficiorũ turba cõfundat,vt parcior tardiórve tẽpore quem modóve de-

cipias. Quis debitor verecundus ita mutuum ad diem reddit, vt tu quod promittis appendis? nec imponi negligẽtibus arbitreris, quotidie in beneficia tua quærimus,& memoriã conuenimus,& ne ſingulis inſidietur obliuio,cum altero quiſque conferimus, vnum inuenire non poſſumus cuius ſpem atque expectationem non dicam fefelleris,ſed quæ delicatior eſt querela,diſtuleris. Solam ne me imperator beneuolentiam tuam mirari putas? at ego miror etiam memoriam. nam cui Hortenſio Lucullóve vel Cæſari tam parata vnquam affuit recordatio? quàm tibi ſacra mens tua loco momentóque quo iuſſeris reddit omne depoſitum? Vtrum te tamen ipſe admones? an vt illi maieſtatis tuæ participi deo feruntur aſſiſtere fata cum tabulis, ſic tibi aliqua vis diuina ſubſeruit, quæ quod dixeris ſcribat & ſuggerat? Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promiſſo fidem ſubdas, & verba reſarcias. Nemo iam nemo beneficia quæ dederis, ab eo credit tempore computanda quo dederis, quia tam ſint certa quæ ſpondes, vt tum videantur accepta cùm ſpondes. Iam illud ipſum quod antè promittis nónne de ſummo puriſſimæ mentis candore proficiſcitur? Nam cuius eſt animi, nec vota hominum fatigare, nec adhibere muneribus artem difficultatis, ſed denunciare præſtanda, vt & prolixior ſit ſenſus bonorum, nec repentina felicitas faciat attonitos,& ſimiles reddat ingratis. Animos enim noſtros ſubitis affectibus impares,perinde lætitia ac dolor ſi deprehendat externat. An non illa Romana pietatis notiſſimæ mater nuncio mali Cannenſis exterrita,filio reduce,quæ flebat,diriguit in mortem? nec par eſſe gaudio potuit quæ ſuperfuerat orbitati? Conſcius igitur cæleſtis arcani & naturalium depoſitorum mauis hominibus ſperata procedere,quàm inſperata ſuperuenire beneficia, nec immerito. námque fugitiua ſucceſſuum repentinorum voluptas, vt occupat ſic relinquit: felicitas longior eſt expectare ſecurum. Itaque cùm hactenus natura eſſet ſtatutum, vt bona ſua homines neſcirent, & tum primum inciperent felicitate gaudere, cùm cœpiſſent eſſe felices,tu promittendo præſtanda,inueniſti tempus quod nobis natura ſubtraxerat, vt quos adepta ſolùm iuuabant, etiam adipiſcenda delectent. Pari benignitate cùm plures afficere honoribus velles quàm honorum loca admitterent,& anguſtior eſſet materia voluntate,nec mẽtem tuam quãuis diffuſam caperet imperium, quem nondũ aliquo prouexiſti gradu, tamen dignatione es ſolatus.

Atque haud ſcio an quibuſdam conſolatio iſta ſuffecerit, ille cohoneſtatus affatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt. Ita omnibus qui te principe ſibi iure confiderent, aut proceſſit dignitas, aut ſatisfecit humanitas,humanitas inquam,quę tam clara in imperatore quàm rara eſt. Nam cùm indiſcreta felicium pediſſequa ſit ſuperbia,vix cuiquam cõtigit & abundare fortuna, & indigere arrogantia.Cuius quidẽ ita maiores noſtros ſemper pertæſum eſt,vt grauiorem ſemper putauerint ſeruitute contemptum, eiuſque impatiẽtia ſint coacti poſt bellatores Tullos Numáſque ſacrificos, & Romulos conditores regnum vſque ad nomen odiſſe. Deniq; ipſum Tarquinium execratione poſtrema hoc dãnauerunt maledicto, & hominem libidine pręcipitem,auaricia cæcum,immanem crudelitate, furore vecordẽ,vocauerunt ſuperbum, & putauerunt ſufficere cõuitium. Quòd ſi per rerũ naturã liceret,vt ille Romanę libertatis aſſertor,regij nominis Brutus oſor,precariæ redditus vitæ ſeculum tuum cerneret,ſtudiis virtutis, parſimoniæ, humanitatis imbutũ ac refertum,nullũ toto orbe terrarum ſuperbię, libidinis, crudelitatis extare veſtigiũ,iam te ipſum tam publicè, quã priuatim videret priſcorũ duricia ducũ,caſtitate põtificum,conſulũ moderatione,petitorũ comitate viuentẽ,mutaret profectò ſententiã tanto pòſt ſuam, & cùm Romanam dignitatem ac libertatem probaret,meliore in ſtatu imperatore te eſſe quàm cõſule ſe fuiſſe neceſſariò fateretur,Tarquiniũ ſubmoueri debuiſſe,non regnũ. Sed quod facere magnas vrbes ingreſſi ſolemus, vt primũ ſacras ædes & dicata numini ſummo delubra viſamus,tum fora atq; gymnaſia, & pro ſuis extenta porticibus ambulacra & clauſtra miremur:ita in laudibus tuis sãctos palatij ritus, & priſcis æquanda cerimoniis inſtituta venerati,gradum ad illa proferimus,quæ in medio conſtituta ad publicos vſus valentia, non partim,ſed in cõmune conducunt,nec parietibus,ſed orbe clauduntur,nec tecto, ſed cælo operiuntur. velut primum illud eſt ne ſtatim ſumma captemus,quòd creber egreſſu expectantibus populis te fateris,nec videri modò patiens,ſed facilis adiri, è proximo accipis vota hominum tuorum,vt quiſquis ille conſultor eſt, etiam ſi meruerit, (quod eſt rarum) repulſam,ferat tamen vt ſui numinis conſcientiã. At quanto aliter illorum principum mos fuit(quos loquar notum) qui maieſtatem regiã imminui & vulgari putabãt, niſi eos intra repoſitum palatinæ ædis incluſos,tanquã aliquod veſtale ſecretum veneratio occulta conſuluiſſet:niſi intra domeſticã vmbram iacentes

ſolitudo prouiſa,& ſilentia latè conciliata vallaſſent. Quin ſi quando in lucem venire & diem ferre potuiſſent, lecticis thenſiſq; ſubuecti, & denſiſſima circum ſupráque cooperti virorum armorúmque teſtudine, ſenſim atque ad numerum mouebantur, tum longè populus abigebatur, nec ocioſa viatoris manus plebem verbere ſubmouebat, vt ſecretum eſſet in publico. At noſter hic omnibus ſpectandus affertur, nec magis communem hunc diem atq; ſolem quàm noſtrum imperatorem videri licet. Quin cùm vicinum habeát permiſſa faſtidium, nunquam iſte mirantes explet oculos, magis magíſque viſus expetitur, &, nouū dictu, præſens deſideratur: miremur in vrbibus tuis, & à tuis populis te videri, quem ferè nulla in ſolo ſuo natio externa non vidit, idque ita crebrò, vt pene tam notus ſit Barbaris vultus iſte, quàm nobis, nec fruſtrà, cùm æſtates omnes foris, hyemes domi ducens, ciuibus hoſtibúſque pari ſorte anni ſpacia diuiſeris. Et ſi qui fortè ſunt Barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint nominis terrore perculſi, & velut afflati quieſcāt. Tua enim imperator auſpicia non hæ tantùm gentes tremunt, quas ab ore noſtro ſyluarum interualla, vel flumina montéſve diſtinguūt, ſed quas æternis ardoribus inacceſſas, aut cōtinua hyeme ſeparatas, aut interfuſis æquoribus abiunctas natura diſterminat. Non Oceano Indus, non frigore Boſphoranus, non Arabs medio ſole ſecurus eſt. Et quò vix peruenerat nomen, ante Romanum accedit imperium. Dicam ne ego receptos ad ſeruitium Gothos, caſtris tuis militē, terris ſufficere cultorem? Dicam à rebellibus Sarracenis pœnas polluti fœderis expetitas? dicam interdictum Scythis Tanaim? & imbelles arcus etiam fugientis Albani? quæcūque natio Barbarorum robore, ferocia, numero grauis vnquam nobis fuit, aut boni conſulit vt quieſcat, aut lætatur quaſi amica ſi ſeruiat. Perſis ipſa reip. noſtræ retro æmula, & multis Romanorum ducum famoſa funeribus, quicquid vnquam in principes noſtros inclementius fecit, excuſat obſequio. Denique ipſe ille rex eius dedignatus antea confiteri hominem, iam fatetur timorem, & in his te colit templis, in quibus colitur, tum legatione mittenda, gemmis ſericoque præbendo, ad hoc triumphalibus belluis in tua eſſeda ſuggerendis, & ſi adhuc non eſt fœderatus, iam tamen tuis cultibus tributarius eſt. Ne tamen Imp. exiſtimes cuncta me ad aurium gratiam locuturum, triumphis tuis Gallicis ſtupeas licebit, iraſcimur, dum in remota terrarum vincendo procedis, dum vltra terminos rerum metáſque naturæ re-

gna orientis extendis, dum ad illos primæ lucis indigenas & in ipſum ſi quod ſolis cubile eſt feſtinas, inuenit tyrannus ad ſcelera ſecretum. O quàm paruis veniunt ſumma mala principiis: Sic in vltimum prope Italici generis excidium effracto Cn. Lentuli ludo Mirmillonum agmen emicuit. Sic bella conſulibus ancipiti Marte pugnata cilix pirata conflauit, ſic tenentibus arma fugitiuis Romana diu pila ceſſerunt ferro ergaſtulorum. Quis non ad primum noui ſceleris nuncium hominem riſit? nam res infra dignitatem iracundiæ videbatur, cùm pauci homines & inſulani totius incendium continentis adolerent, & regali habitu exulem ſuum illi exules orbis induerent: at quantos parturiebat fortuna motus? quantum reip. malum peſtis augenda, quantam tibi gloriam reſtinguenda ſeruabat, præcipuè cum perfidia ducum, defectione legionum, contra rempublicam foret verſum quicquid pro rep. fuerat armatum. Nolo tamen vſquequaque miſerorum vel factum onerare, vel fatum, qui dum carnifici purpurato tua ſe & affinitate & fauore iactanti infeliciter credunt, grauiſſimum omnium nefas fecerunt affectu innocentium. Intelligo quàm difficilem in locum ſcopuloſúmque deuenerim: nam cùm reuolui id luſtrale iuſtitium, aures tuæ reſpuant, laudes petant, gloriæque interſit ad præſentium commendationem bonorum mala decurſa reputari, contrà verò clementia ſumma beneficium ſuum malit imminui quàm triſtium enumeratione cumulari, neceſſe erit me vel tacentem publica incommoda, vel loquentem aut ingratum virtuti aut oneroſum eſſe pietati. Sed tamen imperator exiguam ſenſibus tuis iniunge patientiam. Nam ſi dulcis in bonis miſeriarum recordatio eſt, ſi nautas tempeſtatum, ſi medicos iuuat meminiſſe morborum, cur non tu quoque mala noſtra audias, vt tua beneficia recognoſcas? Vnde igitur ordiar niſi à tuis mea Gallia malis? quæ ex omnibus terris quas illa peſtis inſederat, haud iniuria tibi vindicas priuilegium miſeriarum, non auribus modò quarum ſenſus eſt leuior, ſed coram oculis ferre compulſa victoriam Maximi, interitum Gratiani. Alta licet vulnera, quod fatendum eſt, proximus nobis Italus & contiguus oſtendat Hiſpanus, ſed in dolore ſummo habet ſuum vterque ſolatium, tyrannidem ille non vidit, hic tyrannicidium vidit. Nos primi impetum beluæ furentis excepimus, nos ſæuitiam eius innocentium ſanguine, nos cupiditatem publica paupertate ſatiauimus, a-

pud nos ſemet exercuit crudelitas iam ſecura & adhuc inops auaritia, alibi malum publicũ aut cœpit aut deſtitit, in Gallia ſedit. Quis ſe nobis calamitate contulerit? tyrannum & cum aliis tulimus & ſoli. Quid ego referam vacuatas municipibus ſuis ciuitates, impletas fugitiuis nobilibus ſolitudines?. Quid perfunctorum honoribus ſummis virorum bona publicata? capita diminuta? vitam ære taxatam? Vidimus redactas in numerũ dignitates, & exutos trabeis conſulares, & ſenes fortunarum ſuperſtites, & infantium ſub ipſo ſectore ludentium flendam ſecuritatem, cùm interim miſeri vetabamur agere miſeros, immo omnes cogebamur mentiri beatos, & cùm domi atq; ſecretò ſolis coniugibus ac liberis credidiſſemus furtiuum dolorem, procedebamus in publicum non noſtræ fortunæ vultu. Audires enim dicere delatorem, quid ita ille triſtis incedit? an quia pauper ex diuite eſt? non enim ſe viuere gratulatur. quid ita hic publicum atratus inceſtat? luget credo fratrem, ſed habet filium, ita fleri non licebat amiſſa metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, & ad illorum vicem qui deguſtato Sardorum graminum ſucco feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. Eſt aliquod calamitatum delinimentum dediſſe lacrymas malis, & pectus laxaſſe ſuſpiriis, & nulla maior eſt pœna quàm eſſe miſerum, nec videri. Spes inter hæc nulla prædonis explendi, nec enim vt natura fert copiam ſatietas ſequebatur, creſcebat in dies habendi fames, & parandi rabiem parta irritabant. Vt ægrorum ſitim potus accendit, vt ignis arentibus non obruitur ſed augetur, ita coactæ publica egeſtate diuitiæ auiditatem ieiunæ mentis acuebant. Stabat ipſe purpuratus ad lances & momenta ponderum, nutúſque trutinarum pallens atque inhians exigebat. Comportabantur interim ſpolia prouinciarum, exuuiæ exulum, bona peremptorum, hîc aurum matronarum manibus extractum, illic raptæ pupillorum ceruicibus bullæ, iſtic dominorum cruore perfuſum appendebatur argentum. Numerari vbique pecuniæ, fiſci repleri, æra cumulari, vaſa concidi, cuiuis vt intuenti, non illud imperatoris domicilium, ſed latronis receptaculum videretur. Sed tamen latro raptis abutitur, & ablata aliis ſibi reddit, nec ideo vias ſaltúſque obſidet, vt theſaurum ſtruat atque defodiat, & cum ſcelere miſer ſit, ſed vt gulæ ventrique ſuppetat, & nec deſit ſumptus impendiis: nam & effundit & negligit eadem perdendi & quærendi facilitate. Noſter ille

pirata quicquid vndecunque conuenerat,id nobis ſibíque periturũ in illam ſpecus ſui charybdim congerebat. Charybdim loquor,quæ cùm plena nauigia ſorbuerit,dicitur tamen reiectare naufragia, & contortas fundo rates Taurominitanis litteribus exponere: bona noſtra ad ærarium vna & perpetua via ibant,nullas eorum reliquias, nulla fragmenta,vel ſero victa faſtidio,illa communis vorago reuomebat. Eſt improborum principum poſtrema defenſio,auferre donanda,& inuidiam rapinarum magnitudine munerum deprecari. quæ(malum)ratio eſt abſtuliſſe omnibus quod nullus habiturus ſit? Et priuatorum quidem auaritiæ licèt mala,tamẽ aliqua defenſio eſt, timetur inopia,& reponitur ſenectuti,& proſpicitur hæredi. quam affert cauſam concupiſcendi qui quantum vbique eſt habet? Quin ego ſi fas piúmque mortalibus æſtimare cæleſtia, nullam maiorem crediderim eſſe principum felicitatem,quàm feciſſe felicẽ, & interceſſiſſe inopiæ,& fortunã viciſſe, & dediſſe homini nouũ fatum. Itaque Imperatori propriam maieſtatẽ bene æſtimanti,non tam illud ſuum videri debet q̃uod abſtulit, quàm quod dedit. Nam cùm intra ipſum voluantur omnia, & vt ille qui cuncta ambit Oceanus, quas ſuggerit aquas terris,recipit è terris, ita quicquid in ciues manat à principe redundat in principem,& rei & famæ bene conſulit munificus imperator. Lucratur enim gloriam cùm dat pecuniam reuerſuram. Sed illi quidem ſtulta omnis ratio captandæ laudis videbatur, qui præter inſitum peſſimo cuique boni exempli odium ſummam felicitatem habendi ac nocendi fine determinans,non ſolùm vt quàm plurimum quæreret, ſed vt nihil cuiquam reliqui faceret laborabat. Nec enim qui regibus mos eſt, exercẽdis inuigilabat metallis vt latentia naturæ bona in vſum arceſſeret,& pararet innoxias nullo pauperiore diuitias. Parum ille precioſum putabat aurũ,quod de montium venis aut fluminum glareis quæſitor Beſſus, aut ſcrutator Callaicus eruiſſet: illud purius ſplendidiuſque credebat, quod dediſſent dolentes,quod hominum lacrymæ, non amnium aquæ abluiſſent, nec è terrenis ſpecubus egeſtum,ſed è ceruicibus iugulíſq; cæſorum eſſet effoſſum. Sic cùm immitis tyranni,& ſtylus timeretur & gladius, tranſierat in vota paupertas, & vt poſſemus effugere carnificem,optabamus ſubire ſectorem. Quod ſi ille cui pro cæteris ſceleribus ſuis minus crudelis fuiſſe videtur,is veſtrum Vallio triumphalis & trabeati Merobandis recordetur interitum: quorum alter poſt ampliſſimos magiſtratus, & purpuras cõſulares, & contractum

intra

intra vnam domum quendam honorum ſenatum, vita ſeſe abdicare compulſus eſt, alteri manibus ſatellitum Britannorum gula domi fracta, & inuſta fœmineæ mortis infamia: vt .ſ. maluiſſe vir ferri amantiſſimus videretur laqueo perire quàm gladio. Sed in illos fortaſſe ſpeciales putaretur habuiſſe odiorum cauſas tyrannus: ſteterat enim vterque in acie Gratiani, & Gratianus vtrunque dilexerat: quid de his dicimus, qui honorum ac principum neſcij, & tantùm inter ſuos clari nobiles animas ſub carnifice fuderunt? De virorum mortibus loquor, cùm deſcenſum recorder ad ſanguinem fœminarum, & in ſexum, cui bella parcũt, non parcè ſæuitum? Sed nimirum graues ſuberant inuidioſæque cauſæ, vt vnco ad pœnam Clariuatis matrona raperetur. obiiciebatur enim atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio & diligentius culta diuinitas. Quid hoc maius poterat intendere accuſator ſacerdos? fuit enim fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus Antiſtites, re vera autem Satellites, atque adeo carnifices, non contenti miſeros auitis euoluiſſe patrimoniis, calumniabantur in ſanguinem, & vitas premebant reorum iam pauperum. Quinetiam cùm in iudiciis capitalibus aſtitiſſent, cũ gemitus & tormenta miſerorum auribus ac luminibus hauſiſſent, cùm lictorum arma, cùm damnatorum frena tractaſſent, pollutas pœnali manus contactu ad ſacra referebant, & cerimonias, quas inceſtauerãt mentibus, & iam corporibus impiabant. Hos ille Phalaris in amicis habebat, hi oculis eius atque etiam in oſculis erant, nec iniuria à quibus tot ſimul votiua veniebãt, auaro diuitum bona, cruento innocentium pœna, impio religionis iniuria. Tandem in nos oculos deus rettulit, & bonis orientis intentus ad mala noſtra reſpexit, & hunc ſacerrimo capiti obiecit furorem, vt fœdus abrumpere, ius fœciale violare, bellum edicere non timeret. An ego ſine diuino numine factum putem? vt qui ſub nomine pacis ludere & primi ſceleris pœnas lucrari quieſcendo potuiſſet, ſecundum tertiúmq; vexillum latrocinij ciuilis attolleret? & ſuperatis Alpibus Cottiis Iulia quoque clauſtra laxaret, tibiq; Imp. imponeret ſeruatæ adhuc veniæ fidem, vincendi neceſſitatem? Agebat eum credo præcipitem vindicanda iam proximo vltore rep. & extinctus aperto dominus parricidio, pœnas ab eo debitas expetebat. Non illud confidẽtia, ſed amentia, non temeritas, ſed neceſſitas erat, nec vltro laceſſebat ille te bello, ſed vlterius ſe negare ſupplicio nõ poterat. Alioquin quomodo tantam concepiſſet audaciam, vt ruere in ferrum, & obuiam morti

venire tam ignauus & timens mortis auderet? vt qui ſe non potuerit poſtea vel victus occidere? Et te equidē Imperator Auguſte ad aſſerendam rēpublicam vſurpandámq; victoriam ſuffeciſſet in bella vel ſolum venire. Nam ſi olim domini aduerſum rebelles ſeruos dimicaturi, flagra in aciem detulerunt, tantáq; vis conſcientiæ fuit, vt ab inermibus verterentur armati, & qui obtulerunt mortibus pectora, darent terga verberibus, nónne tu quoque legionibus ocioſis rem totam viſus egiſſes? An ſuſtinere te coràm, & ſolum oculorum tuorum ferre coniectum, ille quondam domus tuæ negligentiſſimus vernula menſularumque ſeruilium ſtatarius lixa potuiſſet? non ſtatim totum ſubiiſſet hominem prǽterita ſui tuíque reputatio? non ipſe ſibi obieciſſet te eſſe triumphalis viri filium, ſe patris incertum? te hæredem nobiliſſimæ familiæ, ſe clientem? te retro omni tempore Romani exercitus ducem libertatis patronum, ſe orbis extorrem patriæque fugitiuum? iam verò te principem in medio reipublicæ ſinu omnium ſuffragio militum, conſenſu prouinciarum, ipſius denique ambitu imperatoris optatum, ſe in vltimo terrarum receſſu legionibus neſciis, aduerſis prouinciarum ſtudiis, nullis denique auſpiciis in id tyrannici nominis, aſpiraſſe furtum? Poſtremò tecum fidem, ſecum perfidiam, tecum fas, ſecum nefas, tecum ius, ſecum iniuriam, tecum clementiam, pudicitiam, religionem, ſecum impietatem, libidinem, crudelitatē, & omnium ſcelerum poſtremorúmq; vitiorum ſtare collegium? Res ipſas interrogemus, & quæ certiſſima coniectatio eſt, colligamus gerenda geſtis. Num tandem dubitari poteſt quid fuerit eo præſente facturus, quem non vidit, & fugit? Quamuis igitur Imp. hoſte tali abutereris, nec tam ad prælium conſerendum quàm ad ſupplicium de nefario capite ſumendum venires, conſiliis tamen tantis tantiſque rationibus bellū adminiſtrabas, vt cū Perſe aliquo decertaturus, aut Pyrrho, aut cum illo ipſo Hannibale videreris. Nam primùm fidem regum quibus limes orientis ambitur, data atque accepta dextera ſignas, quò foris ſecurus agitares, ſi nihil ſollicitum & ſuſpectandum domi reliquiſſes: tunc copias tuas trifariam diuidis, vt & hoſtis audaciam multiplicato terrore percelleres, & fugam circunfuſus ambires: poſtremò populis Barbarorum vltroneam tibi operam ferre vouētibus commilitonum munus indulges, vt & limiti manus ſuſpecta decederet, & militi auxiliator accederet, qua tua benignitate pellectæ omnes

Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant,vt quem remiſeras tuis Barbaris videreris imperaſſe delectum. O res digna memoratu! ibat ſub ducibus vexilliſque Romanis hoſtis aliquando Romanus, & ſigna contra quæ ſteterat ſequebatur, vrbéſque Pannoniæ quas inimica dudum populatione vacuauerat, miles impleuerat. Gothus ille & Hunnus & Alanus reſpondebat ad nomen, & alternabat excubias, & notari infrequens verebatur. Nullus tumultus, nulla confuſio, nulla direptio vt à Barbaro erat: quin ſi quando difficilior frumentaria res fuiſſet, inopiam patienter ferebat, & quam numero arctarat annonam, comparcendo laxabat, pro omni præmio omníque mercede id vnum repoſcens, vt tuus diceretur. Quanta eſt virtus ambitio! accipiebas beneficium quod imputares. Memorabile putauit antiquitas,quod Acciaco aliquando bello,ducibus motibúſque Romanis peregrina Aegyptus arma permiſcuit, tantúmque res credita eſt habere nouitatis,vt niſi frequenter iſſet in litteras, apud poſteros videretur facti fides laboratura. Nam quis Annaliũ ſcriptor aut carminum tuas illas Cleopatra claſſes & eborata nauigia, & purpurea cum auratis funibus vela tacuit? quin ita crebrò hiſtoria recantata eſt, magis vt ab iiſdem ſæpe dicta, quàm vt ab aliquo intermiſſa videatur. Non contendam duces. nec enim principem noſtrum non dicam victus Antonius, ſed victor Auguſtus æquauerit. Quid in cæteris ſaltem ſimile depræhendimus? Maximè ſi rerum temporúmque facies altrinſecus conferamus,hos illóſque populos animorum ſubiiciamus oculis, illos vela facientes data ventis claſſis attulerat: hi longum iter ſub armorum faſce carpebant: illos peregrino igne ſuſpirans regina pellexerat, hos amor laudis & participandæ gloriæ cura rapiebat, illos tepens Pharus & mollis Canopus, leuiúmque populorum altor Nilus emiſerat: hos minax Caucaſus, & rigens Taurus, & ingentium corporum durator Iſter effuderat, illos tenero perlucentes amictu, & vix leue Carbaſum vitando ſole tolerantes, alterno concuſſa tinnitu Siſtra ducebant, hos loricis onuſtos incluſóſque ferro, fractæ voces tubarum ingentiúmque lituorum clangor acuebat. Quæ tandem vt collatio poſſet eſſe populorum, etiam ſi tanta non eſſet diſſimilitudo cauſarum, vt ab illis fuerit Romani imperij appetita captiuitas, ab his repetita libertas. quo tibi Imp. indignius videbatur eius piaculi quenquam

inueniri potuiſſe conſortem, cuius ſe Barbarus agebat vltorem. Sed illi quidem nefario ſanguine belli primicias imbuentes par pœnæ culpæque documentum fuerunt. Teſtis eſt Siſcia, teſtis pulcherrimi Sauæ conflictus, ſi conflictus ille dicendus eſt, quo ita in publicos proditores animi plenus miles inuaſit, vt eum nec numerus reſiſtentium, nec maximi fluminis altitudo remorata ſint, quin, vt erat ex longiſſimo itinere anhelus, atque puluereus, equos calcaribus incitaret, amnem nando coniungeret, ripam inſiliret, paratos denique expectantéſque depræhenderet. Sermo iſte prolixior eſt quàm illa res fuerit. Vix fluuium manus inuicta tranſierat, iam locum belli tenebat, vix hoſtem inuenerat, iam vrgebat, vix pectora viderat, iam terga cædebat. Datur debito rebelle agmen exitio, voluuntur impiæ in ſanguine ſuo turbæ, tegit totos ſtrages vna campos, continuíſque funeribus cuncta latè operiuntur. Iam qui ad muros differenda morte properauerant, aut foſſas cadaueribus æquabant, aut obuiis ſudibus induebantur, aut portas quas eruptatione patefecerant, morte claudebant. At quorum ſe fugæ imperuius ripis amnis obiecit, trepidando collecti & alterum quiſque complexi per abrupta glomerantur, ſpumat decolor cruore fluuius, & contantes meatus vix eluctatis cadaueribus euoluit. vtque ſe tibi poſſet ſpeciali imputare militia, ipſum illum vexillarium ſacrilegæ factionis auidis gurgitibus abſorbuit, & ne morti ſepultura contingeret, cadauer abſcondit. Nónne vtroque credendus tuæ ſtuduiſſe vindictæ? & adiuuando victoriam & occupando clementiã? En tibi alteram pugnam alterámque victoriam, delectas in præliũ Marcellinus cohortes, & ipſum factionis nefariꝫ robur, illa belli ciuilis Megera rapiebat, tantò cæteris ſatellitibus audientior, quãtò excellentiorem operam nauabat tyranno frater tyranni. Quo quidem maximè tuus gaudebat exercitus, cùm ſe vltro videret laceſſi, qui nihil magis timuerat quàm timeri, adeo quidem vt caſtris ad caſtra collatis, quòd præcipiti die manum conſerere non poterat, ſpe victoriæ cum luce ventura peruigil ageret, tardum ſolem, deſertorem diem, annuum noctis æſtiuæ tempus criminaretur. Ecce lux tandem, & iam omnis campus horrebat exercitu, diuiſi in cornua equites, leues ante ſigna velites, depoſitæ manipulatim cohortes, & gradu pleno ferentes agmina quadratæ legiones vniuerſa latè quà viſus agi poterat, occuparant. Nondum ſe virtus experiebatur, iam diſciplina vincebat. At poſtquam intra coniectum teli acies vtra-

que promouit,& effuſis hinc inde iaculorum ſagittarúmq; nimbis, res venit ad capulos, milites priſtinæ virtutis,Romani nominis,imperatorum denique memores, cauſam publicam manu agere: hoſtes,venditam operam,laceratam Italiam, ſpem in ferro reliquā cogitantes,gladiatoria deſperatione pugnare,nec gradu cedere, ſed in veſtigio ſtare vel cadere. At vbi impulſa acies fronſque laxata,& fiducia in pedes verſa eſt,ire præcipites, aut globo fugere,& ſe inuicem feſtinando tardare,armati,inermes,integri,ſaucij,primi,poſtremíq; miſceri,miles vrgere eminus, comminus gladiis,haſtis punctim cæſim ferire. Alij poplitibus imminere,alij terga configere, aut quos curſu non poterant continere,iaculis occupare, arma teláque,homines viua,perempta,prona ſupináque corpora, paſſim vel in aceruo iacere. Illi mutilis exciſiſque membris reliqua ſui parte fugiebant, hi dolorem vulnerum ſequebantur,iſti mortes receptas in ſyluas & flumina deferebant, illi poſtremum ſpiritum in admiratione nominis tui & ſui ducis deteſtatione fundebant, nullus finis cædendi inſequendíque niſi ſubtraxiſſet aliquādo victoribus mors hoſtem, & nox diem. At quantò melius manus illa conſuluit,quæ ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis,& terram in oſculis premens calcanda veſtigijs tuis corpora & arma proiecit, quam tu non ſuperbè vt victam,non iratè vt ream, non neglige̅ter vt parum neceſſariam prætexiſti, ſed blandè liberalitérque tractatam iuſſiſti eſſe Romanam. Iunguntur ſocia agmina,& ſub vno capite diuerſa reip. membra coaleſcunt,ambo pari gaudio feruntur exercitus: hic opera ſua gaudet, hic venia,vterque victoria.Nec pia Hæmonia cūctantius vbi te affore nunciatum impulſis effuſa portis obuiam prouolauit,& vt eſt omne deſiderium poſt ſpem impatientius, parum credens patere venienti,feſtinauit occurſura venturo. Fingit quidē, vt ſcimus,& timor gaudium,ſed ita intimos mētis affectus proditor vultus enunciat, vt in ſpeculo frontium imago extat animorum, velut illa ciuitas à lōga obſidione reſpirans,quòd eam tyrannus Alpibus obiacentem tanquam belli limen attriuerat, tanta ſe & tam ſimplici exultatione iactabat,vt ineſſe vera lætitia nimia videretur. Ferebant ſe obuiæ tripudiantium cateruæ, cuncta cantu & crotalis perſonabant. Hic tibi triumphum chorus,ille contrà tyranno funebres nænias,& carmen exequiale dicebat,hic perpetuum victis abitum, ille victoribus crebrum optabat aduentum,iam quocūnque tuliſſes gradum, ſequi, circumcurſare, præcedere, vias denique qui-

busferebaris obſtruere, nullus cuiquam ſui tuíve reſpectus blandam tibi faciebat iniuriam. Quid ego referam pro mœnibus ſuis feſtum liberæ nobilitatis occurſum? conſpicuos veſte niuea ſenatores? reuerendos municipali purpura flamines? inſignes apicibus ſacerdotes? Quid portas virentibus ſertis coronatas? quid Aulæis vndantes plateas, accenſiſque funalibus auctum diem? Quid effuſam in publicum turbam domorum, gratulantes annis ſenes, pueros tibi longam ſeruitutem vouentes, matres lætas, virginéſque ſecuras? nondum omne confeceras bellum, iam agebas triumphum. Ibat interim Maximus, ac te poſt terga reſpectans, in modum amentis attonitus euolabat, nec vllum ille conſilium vllámve rationem, aut denique ſpem, quæ poſtrema homines deſerit, ſequebatur: quin ipſos viæ implicabat errores, & nunc dexter aut læuus, nunc veſtigiis ſuis obuius incertum iter ancipiti ambage texebat. Quotiens ſibi ipſum putamus dixiſſe, Quò fugio? bellum ne tentabo? aut quem viribus totis ferre non potui, parte ſuſtineam? Alpes Cottias obſerabo, quia Iuliæ profuerunt? peto Africam quam exhauſi? repeto Britanniam, quam reliqui? credo me Galliæ? ſed inuiſus ſum. Hiſpaniæ committo? ſed notus ſum. Quid ergo faciam inter arma & odia medius? à tergo premor hoſtibus, à fronte criminibus. Si morerer, euaſeram, ſed ecce nec animum ſequitur manus, nec manum gladius, labitur ferrum, tremit dextera, mens fatiſcit. O quàm difficile eſt miſeris etiam perire? Ergo vt clauſæ caſſibus feræ quęſito diu exitu deſperatóque conſiſtunt, & præ timore non fugiunt, ita ille ipſo quo agitabatur metu alligatus in oppidum ſemet Aquileienſe præcipitat, non vt vitam defenderet reſiſtendo, ſed ne pœnam fruſtrando differret. quanquam quæ poterat vlterior eſſe dilatio? cùm ita veſtigiis eius ac tergo ardens miles inſiſteret, vt pene omnem quæ eſt ſecuta pompam vltio feſtinata percepit. Rectè profectò germana illa pictorum poëtarúmque commenta Victoriam finxere pennatam, quòd hominum cum fortuna euntium non curſus eſt, ſed volatus. Ille ab vltimo orientis ſinu feſtinatis itineribus raptus exercitus, tot nationibus relinquendis, tot fluminibus enatandis, tot ſcandendis mōtibus fatigatus, in alio orbe, & in alio penè dixerim ſole poſitus, ſpacio lucis vnius Illyrico cōtinuauit Aquileiam. Nihil tamen ſibimet hoc nomine vendicāt, & ſi quando mirantium circulos contrahunt, aut conuiuia noſtra ſermone producunt, operam omnem ſuam fine Al-

pium terminantes, deberi ſibi abnuunt illam celeritatem, quòd expertes laborum perueniſſe ſe viderunt quò ire non ſenſerant, negāt immò ſe ſuis vectos eſſe corporibus, ſed tanquam per aliquas imagines ſomniorum ferrentur abſentes præbuiſſe geſtantibus ventis ocioſorum miniſteria membrorum. Nec fides anceps: nam ſi olim ſeueri credidere maiores caſtoras geminos, albentibus equis & ſtellatis apicibus inſignes, puluerem cruorémq; Theſſalicum, aquis Tyberis abluentes, & nunciaſſe victoriam, & imputaſſe militiam, cur non tuæ publicæque vindictæ confeſſam aliquam immortalis dei curam putemus adnixam? niſi fortè maiorem diuini fauoris operam res Romana poſcebat Macedonico augenda regno quàm tyrãnico eximenda ſeruitio: ego verò ſi cæleſte ſtudium pro dignitate cauſarum æſtimandum ſit, iure contenderim equites tuos Pegaſis, talaribus pedites vectos ac ſuſpenſos fuiſſe. Neq; enim quia ſe diuina mortalibus dedignãtur fateri, idcirco quæ viſa non fuerint dubitauimus facta, cùm facta videamus quæ dubitauerimus eſſe facienda. Anguſtè fortunam tuam Imp. expendit, quiſquis id de te tantùm quod fieri poteſt, credit. An ego cùm ab Alpibus Iuliis ocioſo feriatóque ferro, non prælium fuiſſe videam, ſed triumphum, dubitauerim illam ſpecialem quandam felicitatis tuæ dixiſſe militiam? Scimus quidem Imp. ita te cuncta adminiſtraſſe, vt non poſſint ſe tibi imputare ſucceſſus, ſed fatearis neceſſe eſt, quantum te in bello, tantum fortunã tuam egiſſe poſt bellum, cui ſi vocem demus & iudicem, nónne prolixè ſuam enumerabit operam? & vt virtutibus tuis multa concedat, ſibi aliqua vendicabit. Et cur quæſo non demus? vt accipiamus vtriuſque partis aſſertæ, cùm ſit quæ vicerit tua. Audio conſtantiam dicere, bellum atrox periculoſúmque ſuſcepi, memorare patientiam immenſum iter, tempus anni graue, ſemper armata, ſemper ieiuna toleraui, tenère prudentiam, partita ſum militem, & multiplicaui arte terrorem, aſſerere fortitudinem, bis conflixi cum hoſte, bis vici, omnes poſtremo clamare, quid tibi debemus fortuna quam fecimus? Sed ſi illa dicat, ego properationem militum iuui, ego fugam hoſtium præpediui, ego Maximum in muros coegi, & quem vos cogebatis mori viuum domino reſeruaui. Non video quod poſſit eſſe iudicium, quin cùm iſta pars imputet tyranni fugam, illa cuſtodiam reſp. quæ vtrique pariter obnoxia eſt, ita vtramque coniungat vt fateatur vni ſemet victoriã, alteri debere vindictam. Sed nec tu debitam gratiã beneficij inficiator

abiuras, nam & ſi per te confeceris quæ volebas,per fortunam tamē plus adeptus es quàm volebas. Agedum ſi videtur, prӕteritas cogitationes tuas conſule,& vota conueni,num amplius ſperauiſti quā vt Maximus tibi nunciaretur occiſus, quàm vt ſemiuiuum eius caput nondum clauſis tota morte oculis ex acie referretur, quàm ad ſummum vt fugiens reſiſténſve caperetur: cæterum quando quod factum eſt, vel optaſti? vt ſe tibi ipſe ſeruaret, vt conſciſcere ſibimet interitum nollet & poſſet, magno quidem fateor pectoribus humanis, atque adeò maximo lux amori, interitus horrori eſt, ſed quatenus aut iſta optari poteſt, aut illa vitari, at ſi vltima ſupra caput ſteterit hora,& venerit dies nunquam reuerſurus, ac ſe confeſſa mors fuerit, non timentur extrema, cùm certa ſunt. Hinc reorum vſque ad damnationem metus, poſtea attonitus ſtupor,& ex deſperatione ſecuritas,& ad locum ſupplicij voluntaria carnifice non trahente properatio. Vt de his taceam qui cum fatis fortius paciſcentes incertum exitum certò occupauerūt, vt nihil de ſeruis loquar, qui verbera vitauere ſuſpendio,& motus heriles vſque ad præcipitia fugerunt, quis vnquam vltra ſpem timuit? quis idcirco ſemet occidere noluit vt occideretur? niſi verò vel leuior manus aliena quàm propria, vel fœdior mors priuata quàm publica, vel longior pœna ferro incumbere,& corpore vulnus onerare,& recipere interitum ſtatim totum, quàm ſupplicium diuidere, poplitem flectere, ceruicem extendere ad plagam, expectare fortaſſe non vnam. Et tamen quando ſecum ille ferro tranſigendum putabat, non potius ignem, laminas, crucē, culleum,& quicquid merebatur, timebat. Nunquam profectò tam bene de ſceleribus ſuis ſenſit, vt mortem potuerit ſperare qua perijt. Si igitur nec præſumere veniam reus, nec ſperare fugam clauſus, nec mortem potuit timere moriturus, & certo extremorum leuior videri debuit voluntarius quàm coactus, honeſtior priuatus quàm publicus, poſtremò breuior occupatus quàm expectatus interitus, num cui dubium eſt in eo quòd non habuit rationem fuiſſe fortunam? Illa illa tyranni conſilia cæcauit, illa & animum eius obtudit & gladium, illa expeditam in vulnus manum percuſſit & tenuit. Niſi verò tu tuum venerabilis Gratiane carnificem diris comitatus vltricibus obſidebas,& irata minax vmbra ob os eius oculóſque fumantes infernis ignibus tedas & crepitantia torto angue flagra quatiebas, ne morti honeſtæ vacaret, ne regalem illum ſacroſanctúmque veſtitum impio cruore pollueret, ne vultus

olim

olim tuus,ac deinceps fratrum futurus funeſtũ ſanguinem, vel dum vindicatur acciperet,ne poſtremò te manus vlciſceretur tyranni, & deberes Maximò vel ſuam mortem. Et planè ita cuncta ceciderunt, vt non ſeruata modò vltio,ſed ordinata videatur. Nam vnde quæſo tam repentina conuerſio? vt qui oppetere timuerat, interitum non timeret expetere, & quem incluſerat metus, proferret audacia? Hic nulla iam reliqua feſtinandis rebus mora,actutum fortiſſimi duces inſtruendo accinguntur triumpho,capiti diadema decutitur,humeris veſtis aufertur,pedibus ornatus euellitur,totus deniq; homo aptatur ad interitum,publicè publicus ſpoliator exuitur, nectuntur manus rapaces,nudantur crura fugitiuo,talis denique tuis offertur oculis, qualem offerri decebat victori captũ, domino ſeruum, imperatori tyrannum,nec tu illum (qua es clementia) in conſpectum tuũ venire voluiſſes, ne oculos iſtos omnibus ſalutares homo funebris impiaret,niſi famam cõfutare mendacij,téque purgare eodem teſte, quo inſimulatore voluiſſes. Habet vires,habet neſcio quos internos mens ſcelerata carnifices, aut ipſa ſibi carnifex conſcientia eſt, aut, quod magis credo,omni ſeuerius quæſtione eſt, à te interrogari, ad primam tuam vocem nefario pectori excuſſa confeſſio eſt,nec cunctari ſaltem,aut muſſitare potuit,quin cõſilium omne nudaret,ſe videlicet fauoris tui obtendiſſe prętextum,quòd aliter non potuiſſet allicere militum ſocietatem,niſi auctoramenti ſui te finxiſſet autorẽ. Et poſt hanc tu vocem non illum in crucem tolli, non culeo inſui, non diſcerpi in fruſta iuſſiſti,non poſtremò illam tanti ream mẽdacij linguam radicitus erui præcepiſti,cum eorum parte vitaliũ quorum fuerat locuta commentum, quin iam cœperas de eius morte dubitare,& deieceras oculos,& vultum rubore ſuffuderas,& cum miſericordia loquebaris. Sed bene eſt,quòd nõ omnia potes,tui te vindicant & inuitum. Rapitur ergo ex oculis,& ne quid licere poſſet clemẽtiæ inter innumeras manus fertur ad mortem. Ecce iterum Imp. auerteris,& illam tyrãnici exitus relationem grauaris. Iam iam eſto ſecurus, geram clementiæ tuæ morem,quod noluiſti videre non audies. Huc huc totas pij vates doctarum noctium conferte curas,hoc omnibus linguis litteríſq; celebrate,nec ſitis de operum veſtrorum perennitate ſolliciti, illa quã præſtare hiſtoriis ſolebatis, ab hiſtoria veniet æternitas. Vos quoque quibus ſecunda ſors ceſſit dare famam rebus artifices,vulgata illa veterum fabularum argumenta deſpicite, Herculeos labores & Indicos Liberi triumphos,& anguipedum bella

monſtrorum, hæc potius, hæc geſta ſolertes manus ducant, his fora, his templa decorentur, hæc ebore reddantur, hæc in coloribus viuant, hæc in æra moueantur, hæc gemmis augeant precium. Pertinet ad ſecuritatem omnium ſæculorum quod ad factum videri, vt ſi quis vnquam nefaria vota conceperit, monimentis noſtrorum temporum recenſitus per oculos hauriat innocentiam, quiſquis purpura quandoque regali veſtire humeros cogitabit, Maximus ei exutus occurrat. quiſquis aurum gemmáſque priuatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat. quiſquis imponere capiti diadema meditabitur, auulſum humeris Maximi caput & ſine nomine corpus aſpiciat. Scimus quidem nihil vnquam nouandum cùm Romanum ſemper imperium, aut tuum futurum ſit, aut tuorum, pertinet tamen ad geminam reipublicæ ſecuritatem, quod fieri non poteſt, etiam non timeri. Sed vtcunque virtutis tuæ operam curioſæ poſteritatis oculis artificum manus reddet, cùm te vel Alpium dorſa ſuperantem, vel flumina obiecta tranantem, vel agmen hoſtile triumphalibus veſtigiis atterentem pictorum atque fictorum aſſequetur imitatio, clementia Imperator tua, quo cælo, quo pigmento, quo ære aurôve ducetur? qua tu ipſius victoriæ victor ita omnem cum armis iram depoſuiſti, vt ceciderit nemo poſt bellum, certè nemo poſt Maximum, paucis Maurorum hoſtium, quos ſecum velut agmen infernum moriturus incluſerat, & duobus aut tribus furioſi gladiatoris laniſtis in belli piaculum cæſis, reliquos omnis venia complexa velut quodam materno ſinu clauſit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius preterita dignitas imminuta, nemo affectus, nemo nota, nemo conuitio, aut denique caſtigatione perſtrictus, culpam capitis aurium ſaltem moleſtia luit. Cuncti domibus ſuis, cuncti coniugibus ac liberis, cuncti denique innocentiæ, quod eſt dulcius, reſtituti ſunt. Vide Imp. quid hac clementia conſecutus ſis, feciſti vt nemo ſibi victus te victore videatur. Spectabas hæc à tuis collibus Roma, & ſeptena arce ſublimis celſior gaudio ferebaris. tu quæ experta Cinnanos furores, & Marium poſt exilia crudelem, & Syllam tua clade felicem, & Cæſarem in mortuos miſericordem, ad omne ciuilis motus claſſicum tremiſcebas, quæ præter ſtragem militum vtraque tibi parte percuntium extincta domi ſenatus tui lumina, ſuffixa pilo conſulum capita, Catones

in mortem coactos,truncóſque Cicerones,& Pompeios fleueras inſepultos,cui dāna grauiora ſciſſus in partes ciuium furor quàm portis imminēs Pœnus aut receptus muris Gallus intulerat, cui Allienſi die Emathia funeſtior, Cannis Collina feralior,tam altas olim reliquerunt cicatrices,vt grauius ſemper tuam quàm alienam experta virtutem nihil tibi magis quàm te timeres. Vidiſti ciuile bellū hoſtium cæde, militū pace, Italiæ recuperatione, tua libertate finitum, vidiſti inquam finitum ciuile bellum, cui decernere poſſes triumphum. Hactenus memet Imp. Auguſte præteritas res tuas attrectaſſe fuerit,at cùm tempus admoneat meminiſſe præſentium,finem ſermoni facere maluerim,quàm ampliſſimi ordinis munus inuadere. Dabitur vtcunque venia piæ temeritati,ſi vſurpaſſe communia, non occupaſſe videamur aliena. Licuerit mihi quæ in Barbaris gentibus longinquiſque prouinciis pro ſumma re fortiter feliciterque feciſti,annuente numine tuo & ſenatu fauente, dixiſſe, ea verò quæ Romæ geſta ſunt, & geruntur,ingeniis permittenda Romanis ſunt,qualem te vrbi dies primus inuexerit,quis in curia fueris, quis in roſtris, vt pompam præeuntium ferculorum curru modò, modò pedibus ſubſecutus,alterno clarus inceſſu,nunc de bellis,nunc de ſuperbia triumpharis, vt te omnibus principem, ſingulis exhibueris ſenatorem,vt crebro ciuilique progreſſu non publica tantùm opera luſtraueris,ſed priuatas quoque ædes diuinis veſtigiis conſecraris, remota cuſtodia militari tutior publici amoris excubiis, horum hæc linguis, horum inquam voce laudentur, qui de communibus gaudiis & dignius vtique quæ maxima,& iuſtius poterūt prædicare,quæ propria ſunt. O mea felix peregrinatio. O bene ſuſcepti & exhauſti labores. Quibus ego interſum bonis? quibus paror gaudiis? quæ reuerſus vrbibus Galliarum diſpenſabo miracula? quantis ſtupentium populis,quàm multo circundabor auditore, cùm dixero,Romam vidi,Theodoſium vidi,& vtrunque ſimul vidi. Vidi illum principis patrem,vidi illum principis vindicem,vidi illū principis reſtitutorem.Ad me longinquæ conuenient ciuitates.A me geſtarum ordinem rerum ſtilus omnis accipiet.A me argumentū Poetica,à me fidem ſummet hiſtoria.Compenſabo tibi iſtam Imp. iniuriam, ſi cùm de te ipſe nihil dixerim quod legendum ſit,inſtruam quæ legantur.

PANEGYRICVS CONSTANTINO AVGVSTO CONSTANTII FILIO DICTVS.

VNde mihi tantum confidentiæ, ſac. Imp. vt poſt tot diſertiſſimos homines, quos & in vrbe ſacra, & hîc rurſus audiſti, dicere auderem? niſi nefas eſſe ducerem, & commiſſi cuiuſdam ſacrilegij religionem vererer, ſi is, qui ſemper res à numine tuo geſtas prædicare ſolitus eſſem, hæc, tanto maiora priſtinis, ſilentio præterirem, per quæ non pars aliqua ſeruata, ſed vniuerſa ſibi eſt reſp. reſtituta? Neque enim ignoro quanto inferiora ſint ingenia noſtra Romanis, ſiquidem Latinè & diſertè loqui illis ingeneratum eſt, nobis elaboratum, & ſiquid fortè commodè dicimus, ex illo fonte & capite facundiæ imitatio noſtra deriuat. Sed quamuis conſcius mihi infirmitatis ingenitæ, & inchoati potius ſtudij quàm eruditi, cohibere me ſilẽtio nequeo, quo minus de recuperata vrbe imperióque Romano, & tandem ex diuturna cõuulſione ſolidato, & ipſe aliquid coner effari, vt inter tantos ſonitus diſertorum mea quoque vox tenuis exaudita videatur. Etenim ſi in rebus bellicis ipſiſq; prẹliis, non ſolùm tubæ ac litui, ſed etiã ſpartanę tibiæ incentiuum aliquod feruntur habuiſſe, credo quia magnos animos paruo licet modulo ſufficit incitari, cur ego in me de tuo fauore diffidã, vt ſermonẽ meum ſtudio potius tui cultus quàm ſuis viribus metiaris? Experiar igitur vt poſſum, quanquã oppletis auribus tuis, vt ſic dixerim, inſuſurrare ſine æmulãdi fiducia cupidus imitãdi: ac primũ illud arripiam, quod credo neminẽ adhuc auſum fuiſſe, vt antè de conſtãtia expeditionis tuę dicam quã de laude victoriæ. tranſacto enim nutu aduerſi ominis, & offenſo reuocati (vtar libertate erga te noſtri amoris, quem tunc inter metus & reip. vota ſuſpendimus) te ne Imp. tantum animo potuiſſe præſumere, vt

bellum tantis opibus, tanto conſenſu auaritiæ, tanta ſcelerum contagione, tanta veniæ deſperatione conflatum quieſcentibus cunctantibúſque tunc imperij tui ſociis primus inuaderes? Quis nam te deus, quæ tam præſens hortata eſt maieſtas? vt omnibus ferè tuis comitibus & ducibus non ſolùm tacitè muſſantibus, ſed etiam apertè timentibus contra conſilia hominum, contra aruſpicum monita, ipſe per temet liberandæ vrbis tempus veniſſe ſentires. Habes profectò aliquid cum illa mente diuina Conſtantine ſecretum, quæ delegata noſtri diis minoribus cura vni ſe tibi dignatur oſtendere, aliqqui fortiſſime Imperat. ſic quoque cùm viceris redde rationem. Rhenum tu quidem toto limite diſpoſitis exercitibus tuum reliqueras, ſed hoc maiores pro te ſuſcepimus metus, quòd nobis potius quàm tibi conſulebas, noſtrámque pacem magis quàm bellum, quod aggrediebare, firmaueras, næ tu Imp. nimio noſtri amore neſciſti ad ſecuritatem nobis verè prouidere, qui non omnia tecum arma mouiſti, cùm in tua conſeruatione ſalus noſtra ſit. Et quid opus erat ipſi Rheno inſtructis & militibus & claſſibus? quem iampridem Barbaris nationibus virtutis tuæ terror obſtruxerat. An oſtentare voluiſti diligẽtiam tuam diuiſis copiis inter cuſtodiam pacis & belli? aut etiam iactanter & glorioſè probare liberandæ vrbi te ſufficere cum paucis? Vix enim quarta parte exercitus contra centum millia armatorum hoſtium Alpes tranſgreſſus es, vt appareret penitus conſiderantibus id quod nos fugit in amore trepidantes, non dubiam te, ſed promiſſam diuinitus petere victoriam. Duxerat magnum Seuerus exercitum, & hoſtem ſuum perfidia deſertus armauerat: maiores poſtea copias Maximianus admouerat, & ipſe transfugis videbatur proſperè refugiſſe. Ipſe denique qui pater illius credebatur, diſciſſam ab humeris purpuram detrahere conatus ſenſerat in illud dedecus ſua fata tranſiſſe. Mille & ſexaginta annis contractas ex toto orbe diuitias, monſtrum illud redemptis ad ciuile latrocinium manibus ingeſſerat, ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis paſſim donando vſque ad mortem deuotionis obſtrinxerat parricidas omnes antè inſidiatos ſibi aut palam aliquid pro libertate conatos pœnis affecerat, armis oppreſſerat, & inter hæc vtebatur eius vrbis maieſtate quam ceperat, totam Italiam conductis ad omne facinus ſatellitibus oppleuerat. Hæc omnia Imp. cùm cogitares

ſcires,videres,nec te paterna grauitas,nec tua natura temerarium eſſe pateretur,dic quæſo quid in conſilio niſi diuinum numen habuiſti? An illa te ratio ducebat?ſua enim cuique prudētia deus eſt,quòd in tam diſpari contentione non poterat melior cauſa non ſuperare: & innumerabiles licèt ille copias pro ſe obiiceret,pro te tamen iuſtitia pugnaret. Vt enim omittam illa quæ non decet comparari,quòd erat ille Maximiani ſuppoſitus, tu Conſtantij pij filius,ille deſpectiſſimæ prauitatis detortis,ſolutiſq; membris, nomine ipſo abuſiua appellatione mutillato: tu quod ſufficit dicere,tantus ac talis,vt hoc inquam omittam,te Conſtantine paterna pietas ſequebatur , illum, vt falſo generi non inuideamus,impietas,te clemētia,illum crudelitas, te pudicitia ſoli dicata coniugio,illum libido ſtupris omnibus contaminata,te diuina præcepta,illum ſuperſtitioſa maleficia, illum denique ſpoliatorum templorum,trucidati ſenatus,plebis Romanę,fame enectæ,piacula,te abolitarum calumniarum,te probitatum, delationum,te conſeruatio atque homicidarum ſanguinis gratulatio. In tam diuerſa cauſarum ratione diuino conſilio Imp. hoc eſt tuo, non militum multitudinem,ſed partium merita numeraſti. Magnus Alexander cùm præter Macedonas ſuos cunctæ Gręciæ vniuerſo Illyrico innumerabilem delectum poſſet indicere,nunquam tamen maiores quadraginta millium copias duxit, inhabile regenti ratus quicquid excederet & turbam potiuſquam exercitum. Tu verò etiam minoribus copiis bellum multo maius aggreſſus es, tanto ſcilicet tua virtute propria potior,quanto ille numero inſtructior. Et ille quidem contra leues Medos & imbelles Syros & Parthorum arma volatica & Aſiaticos optantes mutare ſeruitium rem geſſit prælij vnius euentu. Tibi vincendi erant milites,proh nefas, paulo antè Romani, armis omnibus more primæ claſſis armati, & pro facinorum conſcientia, nunquam niſi morte ceſſuri. Probauit hoc prima obſtinatio eorum, qui ſub ipſis Alpium iugis munitiſſimo licèt muro ac ſitu tenētes oppidum auſi fuerunt te imminente reſiſtere, ac portas claudere, non credentes illi quidem, vt audio, te ipſum adeſſe. Quis enim crederet tam citò à Rheno ad Alpes imperatorem cum exercitu peruolaſſe? ſed tamen qui non ſolùm præſenti numini tuo,verùm etiā nunciato nomini credere debuiſſent. Luerunt igitur illico dementiæ ſuæ pœnas,cùm oblatam ſibi à clementia tua veniam recuſaſſent. Neque enim vallo foſſáque obſeſſio inchoata eſt, nec cuniculis agendis,

nec machinis admouendis, nec incutiendo ariete tentati quaſſatiq; ſunt muri, ſed ſtatim iniectæ faces portis,ſcalæ propugnaculis, nec ſolùm fundis eminus teliſque miſſilibus, ſed haſtis,gladiis, ita res ſimul cepta & patrata, iunctuſque rebellibus fuit conatus & exitus. Gomphos vrbem Theſſaliæ, quoniam abnueret obſequium, C Cæſar vno die ſuſtulit. Sed ille Græculos homines adortus eſt, tu ſubalpinos, ille ſolos incolas, tu etiam militare præſidium, ille non potuit captos à direptione defendere, tibi licuit clementiam tuis victoribus imperare. Sed illinc quidem Gomphenſiũ clades, documento cæteris fuit, tibi paulo pòſt alia in Taurinatibus campis pugna pugnata eſt, non trepidantibus ex victoria tua rebellibus, ſed iratis incenſiſque ad vlciſcendum animis, quos fortunæ inclinatio reſtinguere debuiſſet, nec verò temerè ac paſſim vagis hoſtibus, vt facilè palantes cæderentur, ſed acie in cunei modum ſtructa deſcendentibus retrò in altitudinem lateribus, quæ ſi cum prima auidè confligeret reflexa impeditos certamine circumiret. Sed tu id prouidens præmiſſis vtrinque qui obuiam irent, & ſimul ſi quid inſidiarum lateret, excuterent: ipſe obfirmato illo capite,deiectáque acie in fugam verſa, tanto maiorem in proceſſu ſtragem edidiſti,quanto amplioribus ſubſidiis inſtructa conſtiterat,ita vſque ad Taurinatium muros fuſi cæſique, obſeratáſque nacti portas ab incolis,etiam corporum ſuorum mole clauſerunt. Quid tibi aliud ſperare potuiſti miles infœlix, turpiſſimo illi tunc deuote prodigio? iam enim non inſulto ſed doleo:Conſtantinum tu tantum ſanguinis fundere coegiſti, cui, quia ſalutem veſtram à vobis impetrare nõn licuit, pene diſplicuit ipſa victoria. at non Taurinatibus, neque cæteris Italię ciuitatibus idem animus fuit,qui te Imperator exultantes gaudio certatim ad ſe vocauerunt, miſſæ ab omnibus legationes, oblati vndique commeatus, & vt appareret quem diu deſideraſſent, cui ſe tam promptè bello adhuc reſtante committerent, qui fuit dies ille quo Mediolanum ingreſſus? quæ gratulatio principum ciuitatis? qui plauſus populi? quæ ſecuritas intuentium? te matrum, te virginum quæque duplici fructu fruebantur, cùm pulcherrimi Imp. formam viderent, & licentiam non timerent. Oſtentare ſe omnes, & tripudiare ſine vllo de reliquis belli metu, auſpiciũ victoriæ tuæ pro conſummatione metiebantur. Non Tranſpadana prouincia videbatur recepta, ſed Roma. quis enim crederet tantis ſucceſſibus tuis

vllum obſtaculum fore? quominus omnes exercitus ſe clementiæ tuæ traderent, cùm virtutis experimentum nouiſſent, muros vi ceperas, acie palàm viceras, quis tam demens videbatur, vt aut obſideri auderet, aut congredi? Præſertim tu cùm dies aliquot Mediolani reſiſtens tempus omnibus ſibi conſulendi dediſſes vt de te ſperare. Sed enim ęrumnoſa illa & iampridem media ætate noſtra ciuili ſanguine maculata Verona maximo hoſtium exercitu tenebatur, acerrimis ducibus pertinaciſſimóque præfecto, ſcilicet vt quam coloniam Gn. Pompeius aliquando deduxerat, Pompeianus euerteret. O miſerabilem Veronenſium calamitatem, quos non tam tua quàm inteſtina ſatellitum preſſit obſidio, quippe Atheſis ille ſaxis aſper, & gurgitibus verticoſus, & impetu ferox, oppugnationem prohibebat, omnémque retro regionem euehendis copiis tutam defenſámque præſtabat. Quod tamen ne diutius hoſtem iuuaret, prouidentia tua factum eſt, cum ſuperioribus in locis qua leuior amnis & ignari hoſtes erant, exercitus parte traiecta, ancipiti periculo clauſos obſeſſóſque, peiora experiri armis coegiſti, adeo qua omnis eruptio tentauerat, cecidiſti, vt ipſe etiam dux cum parte copiarum ad acerſenda auxilia muris exceſſerit, maiorem miſer adducturus exercitum, vt maiore comitatu cladis occideret. Quo quidem tempore pręcipua apparuit tua Impera. cura ſimul & animi magnitudo, qui redeunti illi minore exercitu congredi quàm obſidionem intermittere maluiſti, ne reſpirare clauſis, aut effugere, aut imminere tergo liceret. Et primò quidem (vt audio) aciem inſtruxeras duplicem, mox prouiſo aduerſariorum numero explicari ſtatim in frontem ordines, & extendi latius arma iuſſiſti, ex tuo animo nimirum animos tuorum omnium metiens, quáuis grauius inde pondus, infringi poſſe impetu pauciorum. Laudare me exiſtimas Imp. cuncta quæ in illo prælio feceris? ego verò iterum queror. proſpexeras omnia, diſpoſueras vniuerſa, ſummi imperatoris officia compleueras, cur ipſe pugnaſti? cur te denſiſſimis hoſtium globis miſcuiſti? cur ſalutem reipublicæ in pericula tanta miſiſti? An neſcire nos putas, quòd dum nimio rapereris ardore, in media hoſtium tela deueneris? & niſi viam tibi cædibus aperuiſſes, ſpem tôtius generis humani & vota deceperas? Quid tibi eſt Imperator cum inferiore fortuna? Toto quippe impetu ferebare torrenti ſimilis amni

lis amni, quem abruptæ radicitus ſyluæ, & conuulſa funditus ſaxa ſequerentur. Illos pugnare fas eſt, quibus ſuo cuiuſque fato aut vincendum eſt, aut cadendum, tu cuius ex vita omnium fata pendent, ad vllum diſcrimen accedas? inter tot tela gladioſque verſere? quis hoc à te exigit? aut quis pati poſſit, vt quicquam in te belli caſibus liceat? deceat te Imp. hoſtem ferire? immò non decet laborare. Spectans ex edito monte Xerxes nauale certamen. Auguſtus aliquid agens vicit apud Actium. Fuit etiam qui ſublatus in ſcalas inuicem nexas concurrentes eminus vidit exercitus, vt nec intereſſet periculo, & adeſſet euentui. Ignaua inquies ſunt hæc exempla, ſed tuta, grauiórque metus eſt periculi tui quàm lætitia victoriæ. An non ipſi cæſis fugatíſque hoſtibus interfectóque etiam ipſo eorum duce comites & tribuni corripuere lacrymantes? amplexíque illud tuum anhelum pectus cruentas manus, & quicquid de ſanguine profundæ cædis emerſerat, hinc atq; inde clamarũt. Quid egeras Imperator? in quæ nos fata proieceras, niſi te diuina virtus tua vindicaſſet? quæ hæc eſt impatientia? aut quò tibi manus noſtras, ſi verſa vice pugnas ipſe pro nobis. Hæc ego non dicerem Imp. neque ab aliis dicta memorarẽ, niſi beneficio tuæ lenitatis tutior eſſet noſtra in verbis quã tua in armis audacia. Noua enim quadam varietate naturę confuſóque virtutum temperamento idem es in prœliis ferociſſimus, & parta ſecuritate mitiſsimus. Cùm enim dato obſeſſis tempore pœnitendi, Aquileiam quoque de legatis eorum, ac ſupplicibus recepiſſes, cunctíque ſe tibi dedidiſſent, quos obſidẽdo ſeruaueras, ignouiſti omnibus, & vitam quam deſperauerant reddidiſti, & quidem iuſſiſti arma deponere, vt multò tutius victoris pietate tegerentur. Vt tamen pertinaciæ ſuæ merita ſentirent, corripi eos vinciríque iuſſiſti, non ad ſupplicium, ſed vitã, ne conſcientiæ timore diffugerent grauitérque delinquerent, conſeruaríque iterum non mererentur, ſi ſeruati non fuiſſent. Sed vnde tanto hominum numero, tot vincula quæ continere militares & paulò ante armatas manus poſſent. Stupere milites qui producendos ſuſceperant, & cuſtodiæ curam abnuere, & prorſus neſcire quid facerent. Ipſi etiam qui tibi in conſilio erant, ipſe etiam præfectus hærere, cùm tu diuino monitus inſtinctu de gladiis eorum gemina manibus aptari clauſtra iuſſiſti, vt ſeruarent deditos gladij ſui quos non defenderant repugnantes. O pulcherrimum, & qui omnium oculis ſubiici debuiſſet triumphũ, virtutis & clementiæ tuæ. Cuius enim potentiæ fuit hoſtibus arma di-

ripere, eius humanitatis deditos ad impunitatem ſuis armis alligare, atque ita vincere, vt eos ferri illius quod contra te geſſerant quotidie pœniteret. gladius ille quem in te diſtrinxerat hoſtis infeſtus, ipſe domini ſui manus tenuit,& paratus ad cædem cuſtos factus eſt ad ſalutem. Magnus poeta dum bellorum toto orbe ſurgentium diſcurſum apparatúmque deſcribit. Et curuæ, inquit, rigidum falces conflantur in enſem, triſte nimium tempus id cùm inſtrumenta cultui pecudum præparata in cædem hominum verterentur. At nunc rigidi illi mortiferíque mucrones in ſalutaria vincla curuantur, & exarmatum hominem non interimunt, ſed coercent, dedítóſque hoſtes gladij ſui colliſi obtusíque tutantur, qui nihil illis prodeſſe integri acutíque potuerunt. Omnium ergo armorum miniſteria ad diuerſos effectus arbitrio tuo ſeruiunt Imperator. Tibi vincunt gladij, tibi ſeruant, te pugnante feriunt, te ignoſcente cuſtodiunt. Vt Deus ille mundi creator, & dominus, eodem fulmine ſuo nunc triſtes, nunc lætos nuncios mittit, ita eadem ſub numine tuo tela, inimicos, aut ſupplices tuos pernicie aut conſeruatione diſcernunt. Eripuiſti Imperator aduerſariis tuis gladios, ne quis incumberet dolori. ſuperaſti, & eoſdem manibus ſuis innoxios reddidiſti. Vt clemētiæ & vindictæ tuæ ſatisfaceres, quorū ſanguini peperceras, arma fregiſti. Vita enim hominum diu parta ſemper ſeruanda eſt, ſcilicet ferrum inuentu facile, vſu mutabile. Ideò quæ erant reparabilia conflaſti, quod rediuiuum non erat reſeruaſti. Quid ſimile ad lætitiā fabulæ ferunt cōuerſa eſſe humana corpora in fontes, aut pecudes, aut aues, fœda & degener talis conuerſio, gladius mutatus in manicas, hoc eſt quod ſecuritas poſt timorē, quod vmbraculum poſt calorem, ſplēdorem mutatio perdidit, ſed aciem retudit. Studium & humanitas tua hortata eſt Imperator hucvſque, vt exultatio noſtra verbis eluderet: ſed iā ad potiora redeamus. Recuperata omni cis Padum Italia, ipſa iam ad te ſupplices manus Roma tendebat, cui portentum illud inſederat, nihil conari auſum ad tot nuncios ſuarum cladium, quippe ipſa ſe viliſſimi hominis obſidebat ignauia, & degeneres animos timor arguebat. Stultū & nequā animal nuſquā extra parietes egredi audebat, ita enim aut prodigiis, aut metus ſui præſagiis monebatur. Proh pudor intra parietū cuſtodias Imp. non ille aſpirare in cāpū, non exerceri armis, nō puluerem pati; aſtutus quid ?, ne virorū officia tentantem contemnerēt qui viderent deābulare & tantū in illo palatio marmoratis parietibus in-

cedere:nam in Saluſtianos hortos ire peregrinatio & expeditio putabatur.Et hæ quidem deliciæ toto illo tempore, quo orbē obſederat, ſemet incluſerat,turpiſſimam hanc eius formidinem protegebant. Non enim ſe imbellem,ſed beatū,non inertē ſed ſecurū videri volebat. Quoties milites in concionem vocabat , ſe ſolum cum illis imperatorē,alios per limites pro ſe militare iactabat , fruimini aiebat, diſſipate,prodigite,hæc erat miſerorum breuis & caduca felicitas.Ac ne tum quidem cùm tot aduerſa ſuorū prælia comperiſſet,obuiam ire conatus eſt ad reſiſtendum , cùm Padi limite aut Apennini iugis vteretur.Sed litteras calamitatum ſuarum indices ſupprimebat.. Interdum etiā palàm,vt vſque ad portas veniretur optabat,non intelligens maieſtatē illam vrbis,quæ pridē admotos exercitus ſollicitauerat , iam flagitiis ipſius deformatam & ſedibus ſuis pulſam ad tua auxilia tranſiſſe, nec vllis præmiis poſſe corrumpi, quos tibi præter liberalitatem tuam,& ſacramenti fidem tot victoriarum gloriæ dicauiſſent.Quis enim miles,qui ductu atque auſpiciis tuis toties feliciſſimè dimicaſſet, vulnera illi ſua venderet? belli iam penè confecti ſummam concederet? At enim tu idipſum de ardore totius exercitus ſentiēs,non ſine vlla hæſitandi mora,qua breuiſſimum per eos iter eſt rapto agmine aduolaſti , celeritatem illam in re gerenda Scipionis & Cæſaris tunc maximè cupienti Romæ repræſentans.Hæc eſt fiducia imperatoris inuicti,& ſuorum mentibus freti, non dubitare nec trahere bellum,ſed proximum quodque pugnæ tempus putare victoriam. Non enim res erat tibi vtiq; maximo cū Hannibale victore, vt poſt res aſperas locum tempúſq; captares, ſed vrgere te ſucceſſus tuos & continuare victorias, ſed quam primùm ſubuenire vrbi decebat. Sapientis enim imperatoris eſt fractis rebus cunctando conſulere, ſecundis non deeſſe fortunæ. Itaque vnū iam id timebatur,ne ille cōterritus his rebus,grauiter afflictus,& in arctum redactus,boni conſuleret , & debitas reip. pœnas obſidione differret,quippe omni Africa,quam delere ſtatuerat,exhauſta,omnibus inſulis exinanitis,infiniti tēporis annonā cōgeſſerat.Sed diuina mens,& ipſius vrbis æterna maieſtas nefario homini eripuere conſilium, vt ex inueterato illo torpore , ac fœdiſſimis latebris ſubitò prorumperet , & conſumpto per deſidias ſenio ipſum diem natalis ſui vltima ſua cæde ſignaret,ne ſeptennarium illum numerum ſacrum & religioſum vel inchoando violaret. At quomodo inſtruxit aciem tot annorum vernula purpuratus? ita prorſus ne quis

euadere, ne quis, vt fit, loco motus referre gradum, & inſtaurare prælium poſſit, cùm à fronte, armis à tergo Tyberi flumine premeretur, in quo ille non me hercule cogitauit neceſſitatem reſiſtendi, ſed propinquitatem refugiendi, niſi fortè iam ſentiens diem ſibi veniſſe fatalem, ad ſolatium ſuæ mortis voluit ſecum trahere quàm plurimos, vt omnes eſſent exitus ſui comites, qui ſcelerum participes extitiſſent. Quid enim aliud illum ſperaſſe credendum eſt? Qui iam ante biduum palatio emigrauerat, & cum vxore ac filio in priuatam domũ ſponte conceſſerat (vt res eſt) ominibus terribilibus agitatus, & nocturnis pulſus vltricibus, vt tu iam olim expectatus habitator ſacris illis ædibus diu exhalatis expiatiſque ſuccederes, & adeò ipſe verum ſibi dixerat, & venturo tibi ceſſerat. Quamuis in prælium ingrederetur armatus, cùm excedendo palatio iam ſe abdicaſſet imperio. Ad primum igitur aſpectum maieſtatis tuæ primúmque impetũ totius tui victoris exercitus hoſtes territi fugatique, & anguſtiis Muluij pontis excluſi, exceptis latrocinij illius primis autoribus, qui deſperata venia locum quem pugnæ ſumpſerant, texere corporibus, cæteri omnes in fluuium abiere præcipites, vt tandem aliquod cædis compendium feſſis tuorum dexteris eueniret. Cùm impios Tyberis hauſiſſet, ipſum etiam illum cùm equo & armis inſignibus fruſtra conatum per abrupta ripæ vlterioris euadere, idem Tyberis correptum gurgite deuorauit, ne tam deforme prodigium, vel hanc obitus ſui relinqueret famam, quòd alicuius viri fortis gladio telóve cecidiſſet. Et aliorum quidem hoſtium corpora & arma præceps fluuius voluendo deuexit, illum autem eodem quo extinxerat loco tenuit. Ne diu populus Ro. lætitia dubitaret, ſi putaretur aliquò profugiſſe, cuius mortis probatio quæreretur. Sãcte Tybris quondam hoſpitis monitor Aeneæ, mox Romuli conſeruator expoſiti, tu nec falſum Romulum diu viuere, nec parricidam vrbis paſſus es enatare, tu Romæ tuæ altor copiis ſubuehendis, tu munitor mœnibus ambiendis, meritò Conſtantini victoriæ particeps eſſe voluiſti, vt ille hoſtẽ in te propelleret, tu necares. Neque enim ſemper es rapidus & torrẽs, ſed pro temporum ratione moderatus. Tu quietus armatum Coclitem reuexiſti, tibi ſe placido Cloelia virgo commiſit, ac nunc violẽtus & turbidus hoſtem reipublicæ ſorbuiſti, & ne tuum lateret obſequiũ eructato cadauere prodidiſti. Reperto igitur, & trucidato corpore, vniuerſus in gaudia & vindictã. populus Ro. exarſit, nec de fica tota vrbe, qua ſuffixũ haſta ferebatur, caput id piaculare fœdari, cũ in-

terim (vt ſunt ioci triumphales) rideretur geſtantis iniuria, cùm alieni capitis merita pateretur. Sed quid ego huc vſque iocularia? tecta ipſa, vt audio, commoueri, & altitudo culminum videbatur attolli, quacunque numen tuum tardo molimine currus inueheretur, tanta te populi denſitas, tanta ſenatus ſtipatio prouehebat ſimul & attinebat. Felices qui te propius aſpicerent, longius poſiti nominabant, quos prætererias loci quem occupauerant pœnitebat. Viciſſim omnes inde dicto accedere, inſequi. Certare innumerabilis multitudo, & impulſu vario fluctuare, & tantùm ſibi hominum animi poſt illã ſexennii cladem ſupereſſe memorabant. Auſi etiam quidam vt reſiſteres poſcere, & queri tam citò acceſſiſſe palatium, & cùm ingreſſus eſſes non ſolùm oculis ſequi, ſed pene etiam ſacrum limen irrumpere. Inde omnibus circumfuſis, vt inde exce deres opperiri, proſpicere, optare, ſperare, vt viderentur eum à quo obſidione liberati fuerant, obſidere Gloriatus ſit licèt, & verè ſummus orator, humeris ſe Italię in patriam reportatum, te Cõſtantine. S. P. Q. R. & illo die & aliis quocũque progreſſus es, & oculis ferre geſtiuit, nec quicquam aliud homines diebus munerum ſacrorúmque ludorum quàm te ipſum ſpectare potuerunt, qui tuus eſſet fulgor oculorum, totiúſque corporis circumfuſa maieſtas, quæ oris dignitas. Gaudere cuncti ſpectaculorum mora, & familiaribus ſibi artificibus ob hoc ſolùm fauere, quòd te pręſente certarent. Nam quid ego de tuis in curia ſententiis atque actis loquor? quibus ſenatui autoritatem priſtinam reddidiſti, ſalutem quam per te receperant, nõ imputaſti, memoriam eius in pectore tuo ſempiternam fore ſpopondiſti. Dicerem plura de diuinis orationibus tuis, de oblata potius quàm impetrata benignitate, niſi mallem dicta reticere dum propero facta laudare. Quam libet verba tua in ſenatu habita nobis nota ſint, tamẽ qualia fuerint, clementiæ tuæ gloria nunciauit. O tandem felix ciuili Roma victoria, irrupit olim te Cinna furioſus, & Marius iratus, qui non ſolo ſe Octauij conſulis capite ſatiarunt, ſed luminibus ciuitatis extinctis exempla, quæ nunc toto ſexennio paſſa es, reliquerunt. Vicit tibi iterum ante portã Collinam Sylla felix, ſi ſe parcius vindicaſſet, ſed multis capitibus roſtra compleuit. Conſtantinus victorię licentiam fine prælij terminauit, gladios ne in eorum quidem ſanguinem diſtringi paſſus eſt, quos ad ſupplicia poſcebas. Deditam ſibi idem Sylla exarmatámque legionem in villa publica trucidauit, perculſúmque morientium gemitu ſenatum monuit ne timeret quòd ipſe

iuſſiſſet. At iſte victor non modò hoſtium, ſed etiam victoriæ ſuæ, quicquid militum bello ſuperfuit tibi reſeruauit.tibi enim iam militant quos exutos armis impiis aduerſus hoſtes Barbaros rurſus armauit. Iam obliti delitiarum circi maximi & Pompeiani theatri & nobilium lauacrorum Rheno Danubióque prætenduntur, excubias agunt, latrocinia compeſcunt, certant denique cum victoribus, vt ciuili bello victi hoſtibus comparentur. Nec tamen id mirum videri poteſt, cùm qualemcunque militem fortiſſimum facias tuo Imperator exemplo. Non enim feſſus præliis & expletus victoriis, vt natura fert, ocio te & quieti dediſti, ſed eodem impetu quo redieras in Gallias tuas, perrexiſti ad inferiorem Germaniæ limitem, magna ſcilicet intercapedine temporis, ac breui locorum diſtantia, poſt annuam expeditionem ſtatim bello auſpicatus, à Tiberi ad Rhenum, immò (vt omen & ſimilitudo nominis ſit, & tua Imp. magnitudo animi pollicetur) à Thuſco Albula ad Germanicum Albim prolaturus imperium. Quiſnam iſte eſt tam continuus ardor? quæ diuinitas perpetuo vigens motu? omnium rerũ interualla *ſunt*, ceſſat terra noualibus, dicuntur interdum flumina reſiſtere, *& ſol* ipſe noctibus acquieſcit, tu Conſtantine ſolus infatigabilis bellis bella continuas, victorias victoriis cumulas, quaſi præterita ſint oblite-rata, ſi deſinas, non putas te viciſſe, niſi vincas. Ruperat fidem gens leuis & lubrica Barbarorum, & robore atque audacia lectis eruptionis autoribus inſtitiſſe Rheno nunciabantur, illico obuius affuiſti, & præſentia tua ne auderent tranſitum terruiſti. Etiam videbaris rem votis tuis feciſſe contrariam, quòd inhibita eruptione non foret materia victoriæ, ſed inopinato conſilio vſus, abeundo enim ſimulato nuncio maioris in ſuperiore limite tumultus, occaſionem ſtolidis ac ferinis mentibus obtuliſti, in noſtra veniendi relictis in occulto ducibus qui ſecuros adorirentur. Quò cùm veniſſent, conſilium tuum ſequitur fortuna, toto Rheni alueo oppleto nauibus deuectus terras eorum, ac domos mœſtas lugentéſque populatus es, tantámque cladem vaſtitatémque periuræ gẽti intuliſti, vt vix poſt illud nomẽ habitura ſit. Ite nunc omnes ſi placet Barbaræ nationes, & exitiales vobis mouete conatus exemplũ, quamuis enim Imp. noſter amicorum regum admittat obſequia, idq; ipſum valeat ad laudem victoriæ, quòd à nobiliſſimis regibus timetur & colitur, augeri tamen gloriam virtutis ſuæ gaudet, quoties prouocatur. Nam quid hoc triumpho pulchrius? quòd cædibus hoſtium vtitur etiam ad

noſtrum omnium voluptatem, & pompam munerum de reliquiis Barbaricæ cladis exaggerat. Tantam captiuorum multitudinē beſtiis obiici, & ingrati & perfidi non minùs doloris ex ludibrio ſui quàm ex ipſa morte patiantur. Inde eſt quod cū exitū differre liceat, perire feſtināt, ſeſéque lethalibus vulneribus & mortibus offerūt. Ex quo ipſo apparet quàm magnū ſit viciſſe tam prodigos ſui. Facile eſt vincere timidos & imbelles, quales amœna Græcia & delitiæ orientis educunt, vix leue pallium & ſericos ſinus vitando ſole tole rantes, & ſi quando in periculum venerint, libertatis immemores vt ſeruire liceat orantes, Romanum verò militem, quē qualemque ordinat diſciplina, & ſacramenti religio cōfirmat, aut trucem Frācum ferina ſola carne diſtentū, qui vitam prouectus ſui vtilitate contemnat, quantæ molis ſit ſuperare vel capere? Quod tu Imp. & nuper in Italia, & in ipſo conſpectu Barbariæ paulò antè feciſti, ita ſine vllo diſcrimine omnia genera bellorum, armorum hoſtium vni tibi cedunt. Cedunt ex omni etiā memoria condita litteris monumenta virtutum, nec verò tantummodò vetera illa dictatorū & conſulum, ac deinceps magnorū principum, ſed etiā rectiſſima & pulcherrima diui patris tui facta ſuperaſti: ſordet enim alios ex proximo tempore comparare, ipſum (inquam) diuum Cōſtantiū iam primis imperij tui luſtris rerum geſtarum laude cumulaſti. Inuitus hoc fortè accipis Imper. ſed ille dum dicimus gaudet è cælo, & pridem vocatus ad ſidera, adhuc creſcit in filio, & gloriarum tuarum gradibus aſcendit. Purgauit ille Batauiam aduena hoſte depulſo, tibi ſe ex vltima Barbarie indigenæ populi dedere. ille Oceanum claſſe tranſmiſit, tu & Alpes gradu & claſſibus portus Italicos occupaſti, recuperauit ille Britanniam, tu nobiliſſimas Africi maris inſulas, quæ populi Rom. fuere prouinciæ. Ignoſcat (inquam) diuus ipſe Conſtantius, quid habeo quod comparem Italiæ, Africæ, Romæ? Meritò igitur tibi Conſtantine & nuper ſenatus ſignum dedit, & paulò antè Italia ſcutum & coronam cuncta aurea dedicarunt, vt conſcientiæ debitum aliqua ex parte releuarēt: debetur enim & ſæpe debetur, & diuinitati tuorum ſimulachrum aureum, & virtuti ſcutum & corona pietati, quamobrē te ſumme rerum ſator, cuius tot nomina ſunt, quot gentiū linguas eſſe voluiſti, quē enim te ipſe dici velis ſcire nō poſſumus, ſiue in te quædam vis ménſque diuina eſt, quæ toto infuſa mundo omnibus miſcearis elemētis, & ſine vllo extrinſecus accedēte vigoris impulſu per te ipſe mouearis, ſiue aliqua ſupra omne cę-

lum poteſtas eſt, qua hoc opus tuum ex altiore naturæ arce deſpicias te inquam oramus & quæſumus, vt hunc in omnia ſecula principem ſerues: parum eſt enim optare tantæ virtuti tantæque pietati quem longiſsimum habet vita progreſſum. Eſt certè ſumma in te bonitas,eſt & pietas,& ideò quæ iuſta ſunt velle debes,nec abnuendi eſt cauſa cùm poſſis, nam ſi eſt aliquid quod à te bene meritis denegetur,aut poteſtas ceſſauit,aut bonitas. Fac igitur vt quod optimum humano generi dediſti, permaneat æternum, omnéſque Conſtantinus in terris degat ætates. Quamuis enim Imp. inuicte iam diuina ſoboles tua ad reipublicæ vota ſucceſſerit,& adhuc ſperetur futura numeroſior, illa tamen erit verè beata poſteritas,vt cùm liberos tuos gubernaculis orbis admoueris,tu ſis omnium maximus imperator.

GRATIARVM ACTIO MAMERTINI DE CONSVLATV SVO, IVLIANO IMPERATORI.

ETſi ſcio, te, Imperator, & cunctos qui conſilium tuum participāt, poſſe mirari, quòd nunc demum gratias agere exorſus ſum, quaſi beneficia in me tua cœperint à cōſulatu, fatebor tamen quod ingenij (cuius me pœnitet) conſcius etiam nunc tacere voluiſſem, & prorumpens licet huius muneris gaudium in tam arcanæ lætitiæ conſcientiam coercere. Sed ſiue errorem noſtrum, ſiue conſilium congeſta & coaceruata in vnū beneficia vicerunt, atque in id redegerunt neceſſitatis ambiguum, vt mihi aut indiſerti, aut ingrati eſſet fama ſubeunda, malui eloquētiam potius quàm pietatem erga te officiúmq; meum deſiderari. Et ſanè in his honoribus, quibus me prius honeſtaris, minor eſſe cauſa ad agendas gratias videbatur. Nam tum me ærarium publicum curare voluiſti, cùm quęreres virum animi magni aduerſus pecuniā, liberi aduerſus offenſas, conſtantis aduerſus inuidiam, me (qui tibi viderer eiuſmodi) delegiſti, idque eo tēpore quo exhauſtæ prouinciæ partim prædatione Barbarica, partim non minus exitiabilibus quā pudendis præſidentium rapinis vltrò opem imperatoris expoſcerēt, milites ſæpe anteactis temporibus ludo habiti cùm præſens ſtipendium flagitarent, quoquo modo videbar honorē onere penſare. At cùm me prætoriis pręfeciſti, & prouincias de te egregiè meritas meę fidei tutelæque mandaſti, ingens iudicij tui fuit munus, ſed in eo nō mihi ſolùm, quem tanta poteſtate ſuccinxeras, verùm etiam negociis tuis commendaſſe aliquatenus videbare. Porrò in decernendo conſulatu remotis vtilitatibus tuis rationem meę ſolùm dignitatis habuiſti. Nam in adminiſtrationibus labor honori adiungitur, in conſulatu honos ſine labore ſuſcipitur. In illis ſi læteris cupi-

dæ ambititionis eſſe videaris, in hoc niſi apertè & propalam læteris, ingratus ſis. Huc accedit, quòd ipſa hæc vrbs, atque hoc auguſtiſſimum conſilij publici templum officium huius orationis efflagitāt. Hæc tibi nominis noui, ſed antiquiſſimæ nobilitatis ciuitas eſt patria. Hic primùm editus, hic quaſi quoddam ſalutare humano generi ſidus exortus. hi ciues & populares tui ſilere me non ſinunt, nec patiuntur, vt quiſquam alius auſpicatiſſimo die apud te ac de te loquendi munus vſurpet, quàm is qui ampliſſimo ſit præditus magiſtratu. Putant aliquid adiicere ad ſplendorem laudum tuarum cōſulis nomen, & rectè putant. adiicitur enim laudum dignitati honore laudantis. Ac licèt maxime Imp. publico iudicio & nomine agere tibi gratias debeam, tamen illa quæ pro ſumma re domi foriſque geſſiſti, nunc ex parte maxima prætermittam, vt quamto ocius ad ea quæ propria ſunt perueniat oratio. An ego nunc receptas virtute tua Gallias, Barbariam omnem ſubactam, pergā quaſi noua & inaudita memorare? quæ in hac Ro. imperij parte glorioſiſſima ſint famę laude celebrata, in tantum vt fratris imperatoris mererētur inuidiam? Quid enim à te aliud conſortis imperatoris alienauit animū, niſi gloriæ tuæ ſplēdor? Teſtor immortalem Deum, teſtor ad vicem numinis mihi ſanctam conſcientiam meam, me multa conſtanter in hac vrbe fuiſſe dicturum de his quæ aduerſus optimum imperatorem inclementer & impiè cogitata atque ſuſcepta ſunt. Si etiam nūc hominum cœtus diuus Conſtantius frequentaret, nunquam profectò liberi ciuis & boni ſenatoris officio defuiſſem, quo minus redarguerem & conuincerem eas illi in te odij fuiſſe cauſas, quæ amoris inflammatrices & fidei obſides eſſe debuerunt. Florentiſſimas quondam antiquiſſimáſque vrbes Barbari poſſidebant, Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis ſeruiebat. Porrò aliæ quas à vaſtitate Barbarica terrarum interualla diſtulerant, iudicum nomine à nefariis latronibus obtinebantur. Ingenua indignis cruciatibus corpora. Nemo ab iniuria liber, nemo intactus à contumelia, niſi qui crudelitatem prædonis precio mitigaſſet, vt iam Barbari deſiderarentur, vt præoptaretur à miſeris fortuna captorum. In hoc ſtatu Imperator noſter Gallias nactus nimium habuit aduer- uerſus hoſtem laboris atq; diſcriminis, vna acie Germania vniuerſa deleta eſt, vno prælio debellatum, ſed emendatio morum iudiciorúmque correctio & difficile luctamen, & periculi plenum ne-

gotium fuit. Nam vt quiſque improbiſſimus erat, ita maximè Cæſaris rebus inimicus, vitãdis legum pœnis, de nouo ſcelere remedia quærebat, & quia defendere admiſſa flagitia non poterat, in vltoré iuris inuidiã congerebat. Et cùm ſancti principis merces atq; inſtituta falſarũ opinionũ vituperationũ licẽtiam ſubmouerent, callido nocendi artificio accuſatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conuenticulis quaſi per beneuolentiam illa iactantes, Iulianus Alamaniam domuit, Iulianus vrbes Galliæ ex fauillis & cineribus excitauit. Illæ prouinciæ obſeſſæ, expugnatæ, ferro ignique vaſtatæ, beatiores ſunt his oppidis quæ habet ſine hoſte Conſtantius. Aeſtates omnes in caſtris, hyemes in tribunalibus degit. ita illi anni ſpacia diuiſa ſunt, vt aut Barbaros domitet, aut ciuibus iura reſtituat, perpetuum profeſſus aut contra hoſtem, aut contra vitia certamen. Hæ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. ſi enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facilè ipſo ſplendore laudis & gloriæ refutarentur. Inuenerunt accuſandi genus quod nullus refelleret. Sed quid (oro vos) principem noſtrum facere debuiſſe cenſetis? Romanas vrbes hoſtibus dederet, ne animũ fratris offenderet? prouincias firmiſſimas, vtiliſſimáſque reip. ſub obtutibus ſuis vexari ac diripi ſineret, ne quid Aug. quod nollet audiret? flagitiis adminiſtrantium non modò frena laxaret, ſed etiam ſtimulator accederet, ne inter principes faceret morum diſſimilitudo diſcordiam? Nobilem Etruriæ adoleſcentem ferunt, cùm propter eximiam formæ dignitatem multarum in ſe fœminarum amores excitaret, faciem ſuam ad obliterandam pulchritudinem vulneribus ſauciaſſe. Sed facile fuit iuueni dignitati corporis decorem animi, præponenti & candorem decolorare, & oris nitorem altè impreſſis cicatricibus deuenuſtare. Num aliquid aduerſus huiuſmodi amoré ciuium facere debuit Iulianus? Ac ne potuit quidem niſi fortè exiſtimamus patientes vulnerum formas eſſe virtutum. Scilicet & candorem æquitatis potuit obumbrare, & à tẽperantia, purpuram ſancti ruboris abolere, vicẽ fortitudinis indignis confodere vulneribus, eruere oculos prouidẽtiæ? dein niſi ille adoleſcẽs ſeueram manum propriis vulneribus intuliſſet, dies & mora non longa ętatis acceſſio omnẽ illum florẽ corporis peremiſſet. At in virtutibus principis noſtri quanto ætas prolixior, tãto pulchritudo pręſtantior. Mitto cunctã Barbariã aduerſus vindicem Romanæ libertatis in arma cõmotam, gentéſq; recẽſitas

& aduerſus iugum nuper impoſitum ceruice dubia contumaces in rediuiuum furorem nefandis ſtimulis excitatas. quę omnia obſtinatam & immobilem principis maximi tandem vicere patientiam. Itaque cùm ipſo molimine oppreſſiſſet Alamaniam rebellãtem, qui paulo antè inaudita regionum, fluuiorum, montium nomina exercitu victore peragrauerat, per vltima ferarum gentium regna, calcata regum capita ſuperuolans in medio Illyrici ſinu improuiſus apparuit. Vidimus felices illius comites viæ ſtupentes, vrbium populos dubitaſſe credere quæ videbant. Non aliter conſternatas arbitror gentes, quæ primæ lapſum cælo excepêre Palladium. Virgines, pueri, fœminę, tremulę anus, titubantes ſenes, non ſine magno attoniti horrore cernebãt imperatorem longam viam ſub grauium armorum onere currentem, properantis anhelitum ſine ſenſu laſſitudinis crebriore, ſudorum riuos per fortia colla manantes, & inter illum pulueris qui barbam & capillum onerarat horrorem micantia ſidereis ignibus lumina. Voces gaudentium oppreſſerat miraculi magnitudo. Ceſſabant officia laudandi pluſquã laudanda cernentibus. Sufficere quidem poterat ad expeditionem *præſentium* negotiorum ſola properatio, ſed non ſufficit principi noſtro reip. vna ratione conſulere: multa pariter aggreditur pectus nullis vnquã laboribus fatigatum. Vt vno eodémque tempore & componeret fidiſſimarum prouinciarum ſtatum, & Barbariã omnem admoto propius terrore percelleret, longiſſimo curſu Iſtrum placuit nauigari. proh ſancta diuinitas, quæ nauigationis illius fuit pompa, cùm dexteriorem inclyti fluminis ripam vtriuſque ſexus, omnium ordinũ, armatorum atque inermium perpetuus ordo prætexeret, deſpiceretur ad læuã in miſerabiles preces genu nixa Barbaria? Omnes vrbes quæ Danubium incolunt aditæ, omnium audita decreta, leuati ſtatus, inſtaurataeque fortunæ, innumerabilibus Barbaris data venia, & munus pacis indultum. Qui properationem illam contemplabitur, nihil egiſſe præter viam imperatorem putabit, qui geſtarum rerum multitudinem conſiderabit, properaſſe non credet. O facundia potens Gręcia, omniũ tuorũ principũ geſta in maius extollere ſola potuiſti, ſola factorũ glorias ad verborũ copiam tetẽdiſti. Tu nauem vnam propter aurati velleris furtum, & virginis raptũ, in cælum vſq; ſublatam ſideribus conſecraſti Tu puerum inuentorem ſerẽdi, draconum alitum curru volantẽ ſemina in terras ſparſiſſe iactaſti. Quid tu ſi ad ſcribendas celebrandáſque res principis noſtri animum ad-

iecêris de Iuliani lembis liburníſque factura es? quæ nõ modò nihil cuiquam adimunt,neque vrbes hoſpitas populantur, ſed vltrò omnibus populis im munitates,priuilegia,pecunias largiuntur. Qua dignitate deſcribes claſſem per maximi fluminis tractum remis vẽtiſque volitantem, tum principem noſtrum alta puppe ſublimem non per eiuſmodi agros frumenta ſpargentem, ſed Romanis oppidis bonas ſpes, libertatem,diuitias diuidentem, tum ex parte altera in Barbaricum ſolum terrorẽ bellicum,trepidationes,fugas, formidines obſerentem? Iam quale illud fuit, quòd Iſtrum adhuc nauigans beneficia tua vſque ad Adriam,Tyrrhenum,Marcoticum porrigebas? Ipſo enim tempore leuati equorum preciis enormibus Dalmatæ, Epirotæ intolerandi tributi mole depreſſi prouidẽtia Imper. tua non modò miſerias exuerunt,ſed amplam etiam atque opulentam reuexerunt fortunam. Vrbs Nicopolis,quam diuus Aug. in monumentum Actiacæ victoriæ tropæi inſtar extruxerat, in ruinas lacrymabiles propè tota conciderat, laceræ nobilium domus, ſiue tectis fora, iamdudum aquarum ductibus peſſumdatis plena cuncta ſqualoris & pulueris. certamen ludicrum,luſtris omnibus ſolitum frequentari,intermiſerat temporis mœſti deforme iuſtitiũ. Ipſæ illæ bonarum artium magiſtræ & inuentrices Athenæ omnem cultum publicè priuatímque perdiderant,in miſerandam ruinam conciderat Eleuſina. Sed vniuerſas vrbes ope Imp. refotas enumerare perlongum eſt,ſcire ſatis eſt cunctas Macedoniæ, Illyrici, Peloponneſi ciuitates vnis aut binis epiſtolis maximi Imp. repentinam induiſſe nouatis mœnibus iuuentutem,aquas omnibus locis ſcatere, quæ paulo antè arida & ſiti anhelantia viſebantur,ea nunc perlui, mũdari, madere,fora,deambulacra,Gymnaſia lætis & gaudentibus populis frequentari, dies feſtos & celebrari veteres,& nouos in honorem principis conſecrari.Si quis mortalium in aliquã cæleſtem ſpeculã nube ſublatus paulo antè vidiſſet mœſta omnia,ſemiruta oppida,deſolata mœnia,ab indigenis ſolitudinẽ,exulum turbam, is ſi nunc in illud idem editum reponatur, ac deſpiciat cuncta lætantia, agros conſitos,vrbes frequentes,aquas oppidis influentes,magnifico cultu non priuatas ædes,ſed magnifica tecta ſurgentia, dites pro terrarum ingeniis meſſibus ſegetes,vincentes agricolarũ vota vindemias,arduos colles,profundáſq; valles,& lata cãporum,balatu,hinnitu,mugitibus perſona,profectò mirabitur tam breui cuncta mutata, deſiliet è nubibus,& viciniam cæli cupidè derelinquet,vt tuis Imp terris

fruatur. Illud verò cuius miraculi eſt, neminem vllum in tanto rerum paratu ſenſiſſe diſpendium, in omnia pecuniam ab imperatore depromi, & quoddam verſa vice prouinciis pendi tributum, illinc ad vniuerſos fluere diuitias, quo prius vndique confluebant? vt in maxima quæſtione ſit à quo accipias imperator, qui ſic omnibus largiaris. ſed qui vitæ tuæ inſtituta rationémq; cognouerit, facilè fontem copiæ huius inueniet. Maximum tibi præbet parſimonia tua Aug. vectigal. quicquid enim alij in cupiditates proprias prodigebant, id omne nunc in vſus publicos reſeruatur, huc vſque ſolus hic fructus imperij putabatur, vt Imp. à cæteris ciuibus non fortibus factis, nec ſplendore gloriæ, ſed magnitudine ſumptuum ſepararetur. Inde nihil neceſſariç ſubſtructionũ in ædibus moles, ingẽtes Aulicorum cateruæ legionum ſumptum facilè vincebãt, quinetiam prãdiorum & cœnarum laboratas magnitudines R.P. ſentiebat cum quæſitiſſimæ dapes, nõ guſtu, ſed difficultatibus æſtimarentur, miracula auiũ, longinqui maris piſces, alieni temporis poma, æſtiuæ niues, hybernæ roſæ. Hæc cuncta animus voluptatum omnium victor abiecit. Neque enim comparandæ ſunt picturatæ marmorum cruſtæ, & ſolido auro tecta laquearia, qui maiorem anni partem in nuda humo cubet, & cælo tantùm tegatur, neq; turbæ inſtitutorum ad delitias miniſtrorum, cui tam pauca ſint miniſtranda, neque tempus epularum ei, qui ſępius ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat, gaudens caſtrenſi cibo, miniſtro obuio, & poculo fortuito. Sed inter hæc mirari ſatis nequeo, quòd tam ſeuerè parcus in ſemet, in ciues ſuos tam liberalis eſt ac remiſſus, laborum aſperrima ſibi ſumens, vt nos quietis rebus agitemus, cùm id vſu venire animaduertamus, vt qui remotam à voluptatibus vitam ſequantur, difficiles & moroſi ſint, ſibi parum læti, ſed aliis triſtiores, mœſtas atque ſolicitas & priuatas domos faciant. At ſanctiſſimus Imperator impenſè ſtudet, vt nos pro dignitate habitemus, vt commodis affluamus, vt caſtam quidem, ſed hilarem ducamus ætatem, cùm alios principes labor truces, remiſſos deſidia reddiderit, ſempérque ſeriis imperatoribus gratia, communibus defuerit induſtria, neque quiſquam ſibi moleſtus, ita ſe facilem cæteris præbuit vt non ad ſuum exemplum alios coërceret. Noſter Imperator nihil ſibi veniæ, nihil cæteris moleſtiæ, ac laboris impartiens, ſuo negocio omnibus, ocium præſtat, diuitiarum largitor, curarum auarus, laborioſiſſima

negociorum præoptans ipſe agere quàm alijs imperare. Multi poſt exactos reges imperium vniuerſæ reip. ſolitarium cupierunt, nota ſunt recordantibus nomina eorum videlicet, qui in propria furentes affectati regni ſupplicia pependerunt.mitto veteres, qui ſaxo præcipites dati,quorum bona publicata,domus erutæ, interdicta poſteris nomina, non paucos huiuſmodi furore vecordes,& iã noſtra ætas tulit,qui propter cæcam imperandi cupidinem in ferrum ruerunt. Si hos deus pauliſper vitæ redditos alloquatur,heus(verbi gratia)Nepotiane atque Siluane per infeſtos gladios pręſentéſque mortes imperium petiuiſtis, at nunc vltrò vobis poteſtas regnandi datur,vt ea qua Iulianus conditione regnetis, vt pro omnium ocio die noctúque vigiletis,& cùm domini vocemini, libertati ciuium ſeruiatis, ſæpius prælium quàm prandium capeſſatis,nihil cuiquam auferatis, & vltrò omnibus largiamini, nulli gratificemini, in neminem ſæuiatis,toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur, ſit lectulus etiam ſine inconceſſis. ſed legitimis voluptatibus, Veſtalium thoris purior,æſtate Alamanicum puluerẽ, hyeme pruinã Thraciæ in tectis verticibus perferatis,profectò verborum ipſorum moleſtiã delicatæ aures non poterunt ſuſtinere,tantis negociis territi non modò imperium,ſed etiam vitã peroſi ad inferiores aliquos inferos redire properabunt. Videbunt enim iuſtum principatum, laboribus, curis, vigiliis inquietum,cuius illi faciem amœnam & amabilem contemplantes laborum aſpera nõ videbant. Cùm igitur inter egregia negocia itinere confecto vſq; ad Thracię fines peruentum foret,curſim depoſito exercitus cõmeatu adRomanã vrbem annonæ vacuam mentem reflexit. quemlibet alium à ſubueniendi conatibus grauiſſima fames,& triſtiſſimum reip.periculũ; deterruiſſet. Sed ſtipendiis prouinciarum & patrimonij ſui fructibus,tum vndique frumentis coemptis vſque ad opulentam abundantiam eſurientem iam vrbem referſit.Dicet aliquis quomodo tam multa,tã breui tẽpore?& rectè.ſed Imp.noſter addit ad tempus quod ocio ſuo detrahit. nihil ſomno, nihil epulis, nihil ocio tribuit.Ipſa ſe naturalium neceſſariarúmq; rerum vſurpatione defraudat,totus commodis publicis vacat. Itaque grandæuum iam imperium videbitur his, qui non ratione dierum,aut mẽſium,ſed operum multitudine & effectarum rerum modò Iuliani tempora metientur. Cùm Romani populi victus, & exercitus commeatus eſſet in nauibus, in media expediendæ annonæ trepidatione nuncius venit, plurimas naues

Africano tritico graues litus Achaicum præteruectas Conſtantinopolim peruolaſſe. Permoti omnes, & aduerſus eos qui oram maritimam tuebãtur irati. Venimus ad principem, deſidia iudicum tãtum periſſe frumenti certatim pro ſe quiſque conquerimur. At maximus Imp. ſerenum renidens, nihil eſſe peccatum, non ſibi periſſe quæ ad hanc vrbem frumenta veniſſent. Nos vocem illam noti amoris in patriam putabamus, cùm proditionem futuri verborum ambago celaret. iam tum enim venturæ felicitatis euentum cõſcius diuinus animus præuidebat. Cis pauculos dies in nouum ac florentem ſtatũ Rep. reſtituta, ſacra mens ad honorum & magiſtratuum ornamenta reſpexit. Verſari cœpit in ſacri pectoris comitio conſulatus. Quid ſecutus ſit ipſe ſcit, & quæcunque conſilia eius gaudet formare diuinitas. De omnibus Ro. imperij viris primus electus ſum, cùm honorem meũ adoreis militaribus glorioſus collega cumularet. Gratias tibi gratias Imp. ſi mereri me credidiſti, & plures gratias Imp. ſi tantum amaſti, vt me conſulem faceres, etiam non merentem. Nec ignoro maximos honores ad parum dignos penuria meliorum ſolere deferri, ſed non vereor ne quis maliuolorum in *conſulatu meo* id autumet accidiſſe. Si quis hoc liuidus iactitat, ipſo tempore refutatur, aduerſus quem dixiſſe ſatis eſt, Iam tamen principi noſtro Roma patebat. Quid quòd nihil ſeparatim mihi de honoris augmento (neque enim vltra præfecturam ſe votorum meorum modeſtia porrigebat) perfertur nuncius conſulem me creatum ſine impendio, quod iã diu paucis: ſine labore, quod nunquã: ſine petitione, quod nemini. Quis ignorat tum quoque cùm honores po. Ro. ſuffragiis mandabantur, multos fuiſſe candidatorum labores? Ediſcenda omnium nomina, tributim homines, atque etiam ſinguli ſalutandi, prehenſandæ obuiorum manus, omnibus arridendum, non ſolùm cum infimis, ſed etiam cum ignotis familiaritatis imago ſimulanda, multáque alia propter honorem agenda, quæ aliâs virum honore dignum facere non deceret. Vnde illud Craſſi celebre dictum, cùm peteret conſulatum, & fortè cum Scæuola ſocero per vias vrbis incederet, nec præſente grauiſſimo & ſeueriſſimo viro blandiri populo, palpare obuios, & artes petitorias auderet exercere, Quęſo (inquit) Muci pauliſper abſcedas, nec comitatu tuo honeſtari putes. impedis honorem meum, tę ſpectante ineptus eſſe non poſſum. At verò ego nullius fauorẽ turpi aſſentatione promerui, nihil feci ineptum, nihil egi quod ſpectare Mucium nollem, non modò nullum populariũ deprecatus

ſum,

ſum, ſed ne te quidem ipſum Imp. quem orare præclarū, cui preces adhibere pleniſſimum dignitatis eſt, verbo ſaltem adij. Spōte in familiam diuinum iſtud à te munus infuſum eſt. Fatebor autem tibi maxime Imp. & tutò apud te omnia animi aperta reſerabo, nunquam in capita ciuium poteſtatem, nunquam prouinciam concupiui, ſed quia iuuanda etiam à me videbatur pro virili portione reſp. cùm ad magiſtratum vocarer, propter opinionem deſidiæ non refugi, negocium publicum neque ambitor appetij, neque per timiditatem, aut ignauiam recuſaui, ſed à teneris annis ab ætate puerili ad hanc vſque caniciem cōſulatus amore flagraui. Secundum etiam tibi confeſſionis gradum debeo, cum in aliorum principum eſſet poteſtate reſp. diu inanem cupiditatem ſine ſpei ſolatijs foui. Vnde enim mihi aſpirandi ad hoc nomen eſſet amentia opum vacuo, & ignaro ambiundi? Nam primùm cùm Cæſar eſſes, marcentem iam cupiditatis meæ flammam ſpei bonæ flatibus excitaſti, cùm verò te Aug. mirificum innocentiæ ac virtutum ſpectatorem viderem, tunc mecum dixi, Mamertine hucuſque nōn fruſtrà vixiſti, habes idoneum fidei ac induſtriæ iudicem, memento in magno res tuas eſſe diſcrimine. Scietur non meruiſſe te conſulatum ſi tibi eum non detulerit hic Imp. Habes Aug. prodititionem ſilentij mei, & rem à me non breuis æui taciturnitate cælatam. Nondum tamen cuncta prodidimus, nullum hinc iam mecum volo referre ſecretū, omnia pectoris arcana vacuabo. Suſpendiſſes beniuolentiam tuam, & tuæ iſti in me liberalitati contra mores tuos artificij aliquid addidiſſes, forſitan rogaſſem. Parui autē Imp. putas eſſe beneficij, quòd rogādi mihi periculum remiſiſti, periculum inquā ſanctiſſime Imp. ſi præſtare dubitaſſes, ſi in poſterum diſtuliſſes. Quid inde fieret poſt repulſam? in leuiſſimis quoque beneficiis petitis nec impetratis amicitia diſſoluitur. Namque is quo amicitia continetur, amor apud vtrumque polluitur, alter amari ſe quia non præſtitit non putat, alter odio ſe eſſe quia non obtinuit arbitratur. Nec ſanè mihi conſul gratuitò factus viderer, ſi honorem precibus emiſſem. miſerum enim & laborioſum ſubiiſſem meliore æui parte tranſacta tyrocinium rogandi. Neque enim exiſtimo moleſtius eſſe pecuniam quā preces fundere. Denique omnes in emendo videmus repenſandi fiducia magno & erecto animo aurum argentúmque depromere, eos verò qui preces allegant, humiles atque demiſſos vix cunctabunda atque titubantia verba proferre, neque orationem ſolùm incli-

nare, ſed totis corporibus in genua ſubmitti. Prorſus (vt ex animi ſententia loquar) maximo vendit beneficium qui preces accipit. An verò ſi centuriatis comitiis Cõſul creatus eſſem, glorioſius mihi vniuerſi populi ſuffragiis declaratus viderer? Minimè ſiquidem etiam illis priſcis temporibus multorum ambitu fuit Campus infamis. Nota diuiſorum flagitia, notæ lucellorum præſtigiæ, tum operarum ad vim & ſeditionem manus emptæ. Nec ſanè poteſt in confuſa imperitorum multitudine quidquam eſſe perpenſum. nã cùm boni rari ſint, improborũ vulgus imméſum, in Campo autẽ numerus & turba prępolleat, ſine dubio intelligitur eum ſuffragiis populi magiſtratum capere quem plures, id eſt quem peiores probarunt. Vnde factũ eſt vt maiores noſtri viderent Gabinios deſignatos, & repulſos Catones. Sed hæc vetuſta debent recordari quemadmodũ paulo antè honor petitus ſit. vix pauci extiterunt quorũ virtutibus deferretur, cùm quidem ipſis illis tarda induſtriæ ac probitatis merces veniret. Cęteri verò perditiſſimum quemque ex aulicis frequentabant, vti quiſpiã per artes turpiſſimas Imperatori acceptiſſimus videbatur, eum aſſiduis obſequiis emerebantur, doníſq; captabant. Nec viros quidẽ, ſed mulierculas exambibãt, nec fęminas tantũ, ſed ſpadones quoq;, quos quaſi à conſortio humani generis extorres ab vtroq; ſexu aut naturæ origo, aut clades corporis ſeparauit. Ita præclara illa veterum nomina ſordidiſſimum quemq; ex cohorte Imperatoria & improbiſſimum adulabant. Hi cùm in prouincias immiſſi erant, quà ſacra, quà profana rapiebãt, iter ſibi ad Conſulatũ pecunia muniẽtes. Itaq; nullũ iam erat bonarũ artium ſtudiũ. Militiæ labor à nobiliſſimo quoque pro ſordido & illiberali reiiciebatur. Iuris ciuilis ſcientia, quæ Manlios, Scæuolas, Seruios in ampliſſimum gradum dignitatis euexerit, libertorum artificium dicebatur. Oratoriam dicendi facultatem, multi laboris, & minimi vſus negotium, noſtri proceres reſpuebant, dum homines noluiſſe videri volunt quod aſſequi nequiuerunt. Et verè tantum laboris vigiliarúmque ſuſcipere ad adipiſcẽdũ cuius vſus agendæ vitæ erudimenta non adiuuaret, demẽtia ducebatur. Itaq; omne ſtudium pecuniæ coaceruandæ. tanto enim vir quiſque melior, quanto pecunioſior habebatur. Iam ſeruiendi miſeranda patientia, aſſentandi mira calliditas. Miniſtrorum aulę quotidie limina terebantur. Ad fores eorũ qui regiis cupiditatibus ſeruiebãt, ternos patriciæ gentis viros cerneres ab huiuſmodi dedecore nõ imbri, non gelu, non amaritudine ipſius iniuriæ deterreri. Demiſ-

ſi iacentéſq; vix capita ſupra eorũ quos precabãtur genua tollebãt. Ad poſtremũ honores non iudicio, aut beneuolẽtia ſuperborũ, ſed miſericordia merebãtur. At nunc quiſquis prouincias, Tribunatus, Præfecturas, Conſulatus cupit, nihil neceſſe eſt pecuniã per fas & nefas quærat, ac libertatem ſuam ſalutator vilis imminuat. Quanto fuerit paratior ſeruituti, tanto honore indignior vocabitur. Tum aliud quoddam hominum genus eſt in amicitia Principis noſtri, rude, (vt vrbanis iſtis videtur) cõmune ſubruſticum. Blandimentis adulantium repugnat, pecuniæ verò alienæ tanquã rei noxiæ tactum reformidat, maximas opes in reip. ſalute, & glorioſi Imp. ſui laude conſtituit. Iam ipſe ingenti diuináq; prouidentia aduerſus omnes aſſentatorum illecebras captionéſq; munitus eſt. quippe ei à fucatis adulãtium venenis quod periculum eſt, qui aures etiam veris laudibus grauatus impertiat? Sed multo multóque nunc facilior eſt ratio honorum petendorum. Quiſquis (inquam) capere magiſtratũ voles, auri atq; argenti negligens eſto, nullas oſtiatim potentium ædes obito, nullius pedes, nullius genua complectitor. Adhibeto tantũ tibi gratuitas, & paratu facillimas comites, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, atq; prudentiam, vltrò ad te maximus Imp. accedet, & vt capeſſas remp. flagitabit. Otioſo tibi, atque alia curanti prouinciæ, Præfecturæ, faſces, ſella curulis, atque inſignia omnia magiſtratuum perferentur. quid enim ſibi veræ vir perfectæq; virtutis nõ cõſtanter de honore promittat, cũ me propter tantillũ innocentię meritũ vno in anno ter videat honoratũ? Ecquis Deus vno in anno multiplices fructus agro vni dedit? Nũ quiſquã in eadẽ nouali ęſtate vna amplius quàm ſemel meſſuit? Num cui vno autumno, vnóq; vineto vindemia triplex fluxit? Vna certè vnius eſt hyemis oliuitas. Sed in noſtri Principis beneficijs miraculo caret multiplicata fecunditas. Vt de aliis optimis viris taceam, qui à priore in proximum autumnum fructus annorum multipliciter meſſuerunt, mihi certè tertia vnius anni vbertas eſt Conſulatus. Primum theſaurorum omnium mandata cuſtodia, & diſpenſatio largiendi. Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus Præfectura. Additus his (quo vel ſolo cuiuſlibet auiditas vinceretur) prouentuum tuorum tertius, Conſulatus. Dein cùm ager aſſiduitate fructuum in maciem decoquatur, Imperatoris noſtri poſterior liberalitas vincit priorem, nec fit effeta gignendo, ſed per vices fructuum fecundatur. Noua prorſus fuit honorũ inferendorum & inſperata cõgeſtio.

Nondum ſtatum ſuum ſiderum curricula mutauerant,iam princeps curſum dignitatis alterius commouebat,& iam tum ſol ab eorundē aſtrorum regione radiabat,iam Auguſtus tertia magiſtratus mei ſigna tranſcenderat. Quæſo,non vobis inanis gloriæ cupidiſſimus, non flagrans ambitione notabili videretur,ſi quis in ſe tanta pariter optaſſet quāta in me vno tempore Auguſtus ingeſſit? Habitari ab iuſtis viris terras in Oceano ferunt,quas Fortunatorum inſulas vocāt, quòd per eas non arato ſolo frumenta naſcuntur, fortuitis vitibus iuga collium veſtiuntur,ſponte pomis arbor grauatur,ad herbarum vicem olus vulgò eſt. Quantula iſta ſunt, ſi Deum autorem conſideres,munera? Nempe nobis quoque,cùm agrum nō noſtris manibus excolamus,hęc illaborata naſcuntur.Quanto fœlicior noſtra cōditio,quanto beatitudo præſtantior? Non ſpica triticea, non viles vuarum racemi, ſed opes atque diuitiæ nihil laborantibus ingeruntur,prouinciæ,Præfecturæ,faſces ſponte proueniunt. Tu tu inquam maxime Imperator exulantes relegatáſque virtutes ad remp. quodā poſtliminio reduxiſti.Tu extincta iam litterarum ſtudia flammaſti. Tu philoſophiam paulo antè ſuſpectam,ac necdum ſpoliatam honoribus,ſed accuſatam ac ream non modò iudicio liberaſti, ſed amictā purpura,auro gemmíſque redimitam in regali ſolio collocaſti. Suſpicere iam in cælum licet, & ſecuris contemplari aſtra luminibus, qui paulo antè pecorum atque quadrupedum animantium ritu in humum viſus trepidos figebamus.quis enim ſpectare auderet ortum ſideris,quis occaſum? Ne agricolæ,quorum quidem opera ad motum ſignorum cæleſtium temperanda ſunt, tempeſtatum præſagia rimabantur.Ipſi nautę,qui nocturnos curſus ad aſtra moderantur, ſtellarum nominibus abſtinebant. Prorſus terra mariq; nō ratione cæleſti,ſed caſu ac temerè viuebatur. Nihil igitur mirum eſt Imperator ſi tantus amor,& tam verus in te ciuium feruet. neque enim vllum puto poſt homines natos tanto generis humani ardore dilectum. Cæterorum Regum atq; Imperatorum charitates admodum raræ,nec vnquam diuturnæ fuerunt.in ſummis enim hominū habitauere pectoribus,ſubita & fortunata beneuolentia prouocatæ, nō virtutum admiratione deuinctæ.At verò noſter affectus veri certíque iudicij eſt,imis mentis ſedibus alligatus animus,& vitę immixtus & vnitus,reſolutis etiam morte corporibus cum immortali mēte victurus. Arma igitur,& iuuenes cùm gladiis atque pilis non cuſtodiæ corporis ſunt,ſed quidam Imperatoriæ maieſtatis ſolēnis or-

natus.Quid enim iſtis opus eſt,cùm firmiſſimo ſis muro ciuici amoris obſeptus?An metuenda tibi Curia eſt,cùm Senatui nõ ſolùm veterem reddideris dignitatem,ſed plurimũ etiã noui honoris adieceris?An populus eſt timendus procuratori alimentorum ſuorum,vitę vindici,libertatis autori? Nam quid de militibus loquar? Duo,aut tria fermè ex vetere memoria amicorum paria proferuntur. Nego quempiam ab vno amico plus dilectum quã tu Imp. nõ modò à comitibus Tribunis tuis,ſed à legionibus cunctis, equitibus ac peditibus,gregariis etiam militibus diligaris. Itaque (quod ad te attinet) cũcta iam à cuſtodia tua arma remoueres,ſed quãdo hoc potes perſuadere militibus?Anxia eſt fidelium diligẽtia. Maximo amori maximus timor iunctus eſt.Nõ nobis ſufficit quòd obtinuiſti vt nemo te velit lędere,niſi nos curamus vt nemo poſſit.Habuerunt nonnulli alij Principes deuotam & amantem ſui cohortem,ſed alio quodam modo,primum quòd imperitia rudes indoctiſſimum quemque in conſiliũ delegabant,ſcilicet vt ipſorum prudentia vulgo ſuo aliquatenus emineret. Ita cùm viliſſimus quiſq; honorum & diuitiarũ potitus fuerit,ſua cõmoda,& vitia Principum diligebant. Ab his optimus quiſque abigebatur procul,cùm ſuſpecta eſſet probitas & inuiſa, & quanto quiſq; honeſtior,tanto importunior turpium arbiter vitaretur.At tu Auguſte omnibus nugis remotis optimum & doctiſſimum quemq; perquiris. Si quis præſtat virtutibus bellicis & laude militiæ, in amicis habetur,qui in oratoria facultate,qui in ſcientia iuris ciuilis excellit,vltrò ad familiaritatẽ vocatur. Quicũque in adminiſtratione reipub. innocentem ſe vnquam & ſtrenuum præbuit in conſortium munerum receptatur.Regendis prouinciis non familiariſſimum quemque,ſed innocentiſſimum legis. Omnes à te augentur pecunia, locupletantur diuitiis, honoribus honeſtantur. Prorſus amicitias tueris priuati fide,Imperatoris opulentia, quæ perpetuæ & conſtantis beneuolentiæ prima fiducia eſt,certiſſima virtutum. & princeps veritas. Num quem in animo eſſe ſuſpicatũ audiui?Nemo ſimulatis blanditiis,nemo falſa pollicitatione deceptus eſt. Quis neſcit aliorũ imperatorum hilarem diritatem, cachinnãtémq; ſæuitiam,à quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur? Mira eſt in principe noſtro mentis linguæque concordia.Non modò humilis & parui animi,ſed ſeruile vitium ſcit eſſe mendacium.Et verè, cùm mendaces homines aut inopia,aut timor faciat,magnitudinẽ fortunæ ſuæ Imperator qui mentitur ignorat.Quis (oro vos) plura præbuit fidei conſtantiæq; documenta? omnes quos priuatus

in familiaritatem recepit,eodem habet Imp. affectu. Nemo gradu pulſus,nemo habitu prohibitus,nulli Palatij fores clauſæ ſunt. Omnes bonos habet In recipiendis amicis optimus iudex eſt.Si aliqui ſunt improbi tolerandi,familiarium vitiis immutabilis eſt amicus. At mutant ſecundæ res animos?Noſtrum Principem ſi nõdum mutauerint,quando mutabunt? Cuius inquam diuinior felicitas fuit? Paulo antè in laceratis Galliæ prouincijs lapſus inimicorum capitalium apertis armis,& occultis inſidiis petebatur;in pauculis mẽſibus diuino munere Libyæ, Europæ,Aſiæque regnator eſt. Quæ maiora expectabimus Dei præmia,quæúe vberiora dona Fortunæ? Videte num ſecũdis rebus elatus aliquid de prioris vitæ manſuetudine, & moderatione mutauerit.Mutauit planè,mutauit.nam ciuilior factus proſperorum infregit inuidiam.Cui non vel id tempus ſedatæ præbuit mentis indicium,quo horrendi belli metu rep.liberata elati ſumus cuncti geſtiente lætitia?Sed Imp.quanquam cæleſti ope ſalutem reip.propagatã videret,& conditionem doluit humanam,& offenſarum gratias faciens induit fatum, & cuius armis vitam impugnatã ſciebat, mortẽ eius ornauit, ac poſtea ipſe iuſta perſoluit. Et memoria,& obliuione mirabilis,oblitus inimici,meminit heredis. Sed quid ego longius indicia mitis & manſuetæ mentis acerſo? Hic ipſe hic inquã ipſe dies præbuit ciuilis animi ſatis clara documenta. Ego & collega meus ne quid maximus Imperator propenſius humanitatis ſtudio faceret, verebamur.Itaque matutino crepuſculo Palatium petimus. Aduẽtare nos Principi,fortè tum danti operam ſalutatoribus,nunciatur.Statim è ſolio tanquam præreptus exiluit, vultu trepido atque ſatagente,qualis mens mea eſſe potuiſſet,ſi Principi ſerus occurrerem.Aegrè remotis populi qui nos prægrediebatur agminibus,vt quàm lõgiſſimè nobis obuiã procederet laborauit.Illic (proh ſancta diuinitas!)gaudẽtibus cunctis,quo ore?qua voce? Aue,inquit, Conſul ampliſſime.Dignatus oſculo oris illius diuinis affatibus cõſecrati dexteram dedit,illam dexteram,immortale pignus virtutis,& fidei.Poëtæ ferunt altiſſimum illum,& cuncta poteſtate cohibentem Deum,qui ditione perpetua diuina atque humana moderatur, cùm deſpiciat in terras habitu oris tempeſtatum incerta mutare,eius nutu mundum tremiſcere,illius hilaritate turbines abigi,nubes fugari, nitentia per orbem ſerena *refundi.Hoc ita eſſe paulo antè oculis licuit experiri.In quantã laxatus eſt populus te Cõſulibus tuis arridente lętitiã?Vidimus attonitos admirantiũ vultus,multiformes lætan-

tium ſtatus, varios corporum motus. Clamores inconditos profundebat laudādi effuſa libertas. Tripudiabat crebris ſaltibus multitūdo. Nimię lętitię decoris ſunt & grauitatis immemores. Illa iactatio togarum, illa exultatio corporum neſcientibus pæne hominibus excitabatur. Omnem modeſtiam populi, omnem verecundiā tui gaudia effrena ſuperauerant. Aue Cōſul ampliſſime. Aueo planè, Imperator, & auebo. neq; enim euentus eſſe poteſt optati huius ambiguus, cùm is auere iubeat qui iā fecit vt auerem. Conſul ampliſſime. Sum planè Conſul, & ampliſſimus Conſul. quis enim me fuit amplior Conſul, quem ſublimat & illuſtrat Cōſulatus, quē tribuiſti, amplitudo, quā tribuis. Poſt primæ ſalutationis fauſta colloquia quid pro iure Conſulari agere nobis placeat ſciſcitatur, Senatorium impleturus officiū ſi libeat tribunal petere, ſi concionem aduocare, ſi Roſtra cōſcendere. Sed nos ad Curiam ſolennia huius diei ſenatuſconſulta ducebāt. Itaq; ſe comitē ſtatim præbet, & vtrumq; latus Cōſulatus prętextatis tectus incedit, non multū differens à magiſtratibus ſuis & genere & colore veſtitus. Superfluū fortè videatur quæ voſmetipſi vidiſtis iterare, (neque enim auribus expetuntur quæ fuerint vſurpata luminibus) ſed mandanda ſunt litteris, inſerenda monumentis, mittenda in poſteros venturis ſeculis vix credenda miracula. Pæne intra ipſas Palatinæ domus valuas lecticas Conſulares iuſſit inferri, & cùm honori eius venerationiq; cedentes ſedile illud dignitatis ampliſſimæ recuſaremus, ſuis nos propè manibus impoſitos mixtus agmini togatorum præire cœpit pedes, gradum moderās pænè ad lictoris nutum, & viatoris imperium. Credet hoc aliquis qui illa purpuratorum vidit paulo antè faſtigia, qui ideo tantum honorem in ſuos ne in honores contemnerent conferebant? Credet aliquis tanto pòſt veterem illam priſcorum temporum libertatem reipublicæ redditam? neque enim ego L. Bruti, & P. Valerij, qui primi exactis regibus poteſtate annua ciuibus præfuerunt, Conſulatum noſtro anteponendum puto. Vterque bono publico, vterque Romanæ reipublicæ ſalutaris, vterque inſignis principiis commodorum, ſed habet aliquid vnuſquiſque præcipuum. Illi poteſtatem Conſularem per populum acceperunt, nos per Iulianum recipimus. Illorum anno libertas orta eſt, noſtro reſtituta. Sed ſint ſanctiſſime Imperator ea quæ tu iuſtè, moderatè, ciuiliter facis, aliis fortè miraculo, mihi eſſe non poſſunt, qui te omnibus humanis vitiis abſolutum & liberū, ſciam ſolo immorta-

litatis amore flagrare, dirigere omnes opes & cogitationes tuas ad memoriam poſteritatis æternam, atque his maximè ſeruire iudicibus qui de rebus geſtis tuis ſine odio & gratia vēturis ſæculis iudicabunt. Non poteſt quidquam abiectum & humile cogitare qui ſcit de ſe ſemper loquendum. Nunc ſi tibi Imp. parum ampla, nec reſpondente meritis tuis oratione vſus videbor, quæſo obteſtórquē te, meæ id naturæ potius quàm magnitudini beneficiorum tuorum putes eſſe tribuendum. Nemo vnquam poſt homines natos ampliora pręmia à regibus atq; Imperatoribus cōſecutus eſt, nulli plus oneris impoſitum. Non abnuam Præfecturas, & Conſulatus multis eſſe delatos, ſed his poſt immenſos labores honos quaſi debitus reſtitutus eſt, mihi cùm iam honorem adeptus ſim, nunc demum vt merear laborandum eſt. Verſa ratione temporum, permutata munerum vice, modò enitendum eſt vt præmio dignus exiſtimer, cùm iam præmiū ceperim. O mihi feſtinæ tuæ beneuolentiæ grauiſſimum pondus! Vereor vt apertè exprimere difficultatem mearum ordinem valeā. Facilius eſt Imp. bonis artibus mereri Conſulem fieri quàm induſtria & labore perficere vt videaris meruiſſe cùm factus ſis. *Abſit Auguſte*, & iſtud ſancta diuinitas omen auertat, vt tu à quoquam mortalium expectes vicem beneficij, veruntamen (quod ſolùm vel accipere poteſt iſta fortuna, vel à nobis opibus tuis tribui) immortalitatem munerum tuorum colam officiis ſempiternis. Omne negociū, omne otium meum in ornandis rebus tuis celebrandiſque ponetur, neque ſolùm à iuuentute mea vigente grati animi beneuolentia declarabitur, ſed etiam à me cùm anima defecerit monumenta tui in me beneficij permanebunt. In referenda autem gratia ſanctiſſime Imp. hoc tibi polliceor, ſempérque præſtabo, mihi neque in ſuggerēdis conſiliis veritatem, neque in adeundis (ſi res popoſcerit) periculis animum, neque in ſententia ſimpliciter ferenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro rep. téque lædendis libertatem, neque in laboribus perferendis induſtriam, neque in augendis imperij tui commodis grati animi beneuolentiam defuturam; idque omni vitę meæ tempore ſummis opibus enixurum, elaboraturum, effecturum, vt honores in me tui, non quia neceſſe fuerit ad quemcunque delati, ſed quia oportuerit rectè poſiti & ratione collocati eſſe videantur.

NAZARI

NAZARII PANEGYRICVS CONSTANTINO IMPERATORI DICTVS.

DICTVRVS Conſtantini auguſtiſſimas laudes, qui tantùm vltra omnium ſæculorum Principes eminet quãtum à priuatis cæteri Principes receſſerunt, & dicturus in cætu gaudiorum exultantium, & lætitiæ geſtientis, quàm æmulationem ſolita beatiſſimorum Cæſarum quinquennia primo fecerunt, ſentio nullam eloquentiam nec optari, nec concipi poſſe quæ dignam afferat aut tempori gratiam, aut materię copiam, aut veſtris ſtudiis facultatem. iactat quippe ſe nunc cùm maximè alacris omnium ac beata deuotio. Nec operta mentium rimari neceſſe eſt, extat in vultu cuiuſque hilaritatis publicæ decus, & in ſerenis frontibus animorum iudicia prælegumtur. non enim ſe capit exundantis lætitiæ magnitudo, ſed dedignata pectorum latebras ita multa & candida foris prominet, vt intelligatur nõ ingentior eſſe quàm verior. Nec verò mediocribus bonis gaudent, qui exultãdi modum non habent. Fruimur quidem nos præſentium maxima voluptate, ſed lenocinatur his iam futuri ratio, & quæ temporibus diſſeparata ſunt animorum præſumptione iunguntur. Quintumdecimum annum maximus Princeps ſalutaris imperij degit, ſed auguramur iam vicenalia, & venturi fidem ſuperiorũ felicitate ſentimus. Quinquennalia beatiſſimorum Cæſarum occupatos in gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis iam vota properantia, & ſpes volucres conſtituerunt. Horum dehinc compotes propagabimus optabilis boni ſeriem. Ita omnia quæ ex Principibus noſtris proſperè veniũt, continuatos fructus ferunt, nec magis recepta delectant quàm expectata iuuerunt. Verùm quid agimus, vicenis, aut iam tricenis annis circũſcribendo quæ æterna ſentimus? Ampliora ſunt merita Principum quàm optata votorum. Et quinnimmò immẽſus felicis curſus imperij, nec humanorum terminos curant qui ſemper diuina

meditantur. Certè cupitorum irriti non ſumus, qui cùm optemus maxima, id faciamus benignius quàm ſecurius, quòd propter cæleſtem in illo fauorem tam certa adipiſcendi ſpes eſt quàm optādi ſoluta libertas. Has igitur gratulationes quæ præſentibus excitantur, quæq; ſuperiorū memoria vigent, aut quaſi in poſterum redundatura cogitatio auida depaſcitur, quis omnium queat flagrantiſſimis audientium ſtudiis ſatisfacere dicendo? Iam verò cùm publicas tantùm vtilitates amplecti velim, & vnuſquiſq; priuatim ſuas cogitet, tremebunda proferatur oratio quæ tacita reputatione vincenda eſt, in ipſis etiam publicis geſtorum ingētium profeſſa laudatio quā augendi cupiditatem prę ſe ferat, nō iniuria minuendi metū faciunt quæ ſpē amplificationis ex magnitudine ſuſtulerunt. Quis (oro) Cōſtantine maxime (præſentē enim mihi alloqui videor, qui etſi cōſpectu abes, reuelli tamen mentibus non potes) quis inquam aſpirare laudes tuas valeat æquiparandi magis ſpe quàm gratia nō tacendi? Quis tā potēs fandi, cuius copia tā larga, tam felix, quę cùm virtutes tuas attrectauerit, non aut circumuenta numero deſperato exitu ſtupeat, aut obterat magnitudinem, aut ſplendore obſoleſacta tantū nitoris habeat, quantum ex rerum luce collegerit? Cuius enim diuina virtus, & eius mira comes, appendixque victoria vrbē Romam non præcipitantem exceperit, ſed afflictam ac planè iacentem excitarit, recrearit, erexerit, cúmque aliæ feliciſſimæ tuæ prius, ac deinceps expeditiones non minus in ſe operis amplexæ ſint, quàm ex ipſis faucibus fati Roma ſeruata, quid dignū magnitudine tua excogitari ac dici poteſt, in cuius laudibus id maximū nō eſt quod in terrarum orbe primariū eſt? Nobiliſſimorum quoq; Cæſarum laudes exequi velle ſtudium quidē dulce, ſed non & cura mediocris eſt: quorum in annis pubeſcentibus non eruptione virtutis tumens germen, non flos præcurſor indolis bonæ lætior quàm vberior apparet, ſed iā facta grandifera, & contra rationem ætatis maximorúmq; fructuum matura perceptio. Quorum alter iam obterendis hoſtibus grauis terrorem paternum, quo ſemper Barbaria omnis intremuit, deriuare ad nomē ſuum cœpit, alter iam Conſulatum, iam venerationem ſui ſentiens, ſi quid intactum aut parens, aut frater reſeruet, declarat mox victorē futurum, qui animo iam vincit ætatem. rapitur quippe ad ſimilitudinem ſuorum excellens quæque natura, nec ſenſim ac lentè indicium promit boni, cùm inuolucra infātiæ viuidum rūpit ingeniū. vnde enim Principis maximi tā effuſus in liberos animus, niſi quòd

in illis iam ſimulacrum ſui conſpicit? Cõmendet inferioribus ſuos ſola neceſſitudo naturæ, & qualeſcunque diligant cùm illi quod ex ſe deſiderent non habent, præſtantiſſimum Principẽ hoc maximè iuuat, quòd in annis primoribus iam ſunt ductę lineę, quibus virtutum ſuarum effigies poſſet includi. Et pater optimus, ſed melior Imp. non tam ſibi quàm reip. gaudet cũ liberos ſibi ſimiles intuetur. Quibus ad perficienda quæ ingenerata ſunt bona non ſegnis virtutũ opifex diſciplina cõiungitur. Vt ſpes æquiparãdi patris certa ſit. quippe indole ſimiles, ſed ſub eodem magiſtro diſcendi fortuna felicior. Ipſum à tenero intuentes, in ipſũ oculis ac mente cõuerſi, nihil ab eius contẽplatione deflectunt, incerti mirentur, an diligant. Niſi ꝙ neceſſe eſt vtrumq; permixtè ſimul. nam & amor factorũ cõmendator eſt, vnde naſcitur admiratio, & facta cùm mira ſunt amorem inuicẽ creant. Ita ſpectantib. liberis quidquid ab eo pulcherrimè geritur, cùm propter ipſum magis placuit, tum ſtudio imitationis inoleſcit. Iam tibi quidem in erudiendo Imperator optime non omnia proponebantur quę ſequi velles. Niſi quòd rectè factorum contemplator acerrimus, ſi quid ſecus fieret, à ſpectandi cura pudẽtes oculos abſtrahebas. dabit enim veniam clemẽtia tua ſi audaciorem veritas facit. Exiſtimare quidem de Principibus nemini fas eſt, (nam & in veſtibulo ſuo inquirentem repellit obiecta veneratio, & ſi qui propius adierunt, quod oculis in Solem ſe contendentibus euenit, præſtricta acie videndi facultate caruerunt) verùm tu facis Principum maxime vt patere videantur quæ prius obſtructa fuerant, qui tam optas totus videri quàm cæteri recuſabant. Non terror obtentui eſt, nec occultandis quæ plerumque extrinſecus latent, demorandóque aſpectu oſtentatio ſpecioſa perhibetur. Obtutus hominũ benignus receptas, nec intuentem iniquus fulgor retundit, ad ſerenum lumen inuitat. Nũc denique intelligamus quæ deſiderãda in prioribus fuerant, poſtquã ea quæ operta in cæteris veriti ſumus, in te reſerata veneramur. Igitur, vt facitis, beatiſſimi Cęſares per omnes paternarum laudum vias ite ſecuri. Non ſimplici quidem itinere numeroſę eius virtutes ingrediuntur, ſed omnia ad eundẽ gloriæ exitũ ferunt. Nullæ cupiditatum deflexiones, nulli erroris anfractus, vt verenda progredientibus nõ ſit diſpendioſa reuocatio. Itaque maturiorẽ curſum inſtituiſtis, qui morã conſiderandi itineris nõ habetis. Sed mihi circumuento hac ipſa rerum copia quæ potiſſimum capeſſenda ſit via, qui aditus fiat incertum eſt. Itaque ſe multa offerunt ſemper pa-

ria, magnitudine congruentia. Verùm vt in magnis domibus interiorem ornatum veſtibula ipſa declarant, ſic nobis venturis ad ingentium virtutum ſtupenda penetralia debet laudationis ingreſſum & prædicationis ianuam Roma præbere. Quæ demerſa quondam tyrannidis impiæ malis, & quò maior eò miſerabilior, maieſtatis priſtinæ decus ad miſericordiæ ambitum conferebat, tibi tamen Conſtantine maximè etiam in illa ſui ſorte venerabilis, quòd quos impenſe amamus, obſeruantia illorum integra eſt, etiamſi fortuna delapſa eſt. In abiectos officia gratiora ſunt quę non ex minima, ſed ex honore venerunt. Sed nimirum rectè à ſapientibus ponitur connexio inter ſe apta virtutum. ſic enim mutuo & opera iuuat, & fructū operæ partiuntur, vt facilè appareat inſeparabilis & indiſcreta permixtio. Geſſiſti bellum Imperator maxime, quod tibi non minus onus Vrbis impoſuit quàm eiuſdem ærumna perſuaſit. Itaque non plus ex eo laudis fortitudini tuæ datum quàm pietati tributum eſt, quòd dum ſceleſtos perſequeris, miſeros liberaſti. conſtituta enim & in perpetuum Roma fundata eſt, omnibus qui ſtatum eius *labefactare* poterant cum ſtirpe deletis. non enim (qui bellorum euentus ſolet eſſe) per varios & volubiles caſus Mars dubius errauit, nec Fortunæ viciſſitudo, quæ plerumque proſperis rebus triſte aliquid agglutinat, victorum lætitiam vulnerauit, ſed tanta hoſtium & tam ampla cædes, tam felix & incruenta victoria fuit, vt credas non bello ancipiti dimicatum, ſed ſolas impiorum pœnas expetitas. Tantum etiam inter arma bona conſcientia ſibi vindicat, vt iam cœperit non virtutis magis quàm integritatis eſſe victoria. Spectat enim nos ex alto rerum arbiter Deus, & quamuis humanæ mētes profundos gerant cogitationum receſſus, inſinuat tamen ſeſe totam ſeruata diuinitas, nec fieri poteſt vt cùm ſpiritum quem ducimus, cùm tot commoda quibus alimur diuinum nobis lumen impartiat, terrarum ſe curis abdicauerit, nec inter eorum vitas diiudicet quorum vtilitates gubernat. Illa igitur vis, illa maieſtas fandi ac nefandi diſcriminatrix, quæ omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat, illa nefariam illius tyranni fregit amentiam, illa pietatem tuam texit, illa inuictum exercitum tuum, tot victoriarum conſcientia plenis pectoribus ardentem, tantis inſuper viribus iuuit, quantas præſtare aut Deus potuit, aut amor tuus debuit, vt horrendas acies, vt incognita ferri & corporum robora fulmineus miles euerteret, vt quidquid inſtruxerat diuturni ſceleris longa molitio felici congreſ-

ſione conſumeres. O tuam Imperator non victoriam magis quàm clementiam prædicandam! Grauate etiam apud animum tuum ma le pereunt. Inuitus pugnaſti, qui tam facilè vincebas. iádudum quippe præuideras hominem non imperando habilem, non tantæ maieſtatis capacem, quòd magnitudo malè crediti muneris extra animi anguſtias effluebat. Quod qui tueri nequeunt, vbi ſub tanto onere fortunæ infirmitas lapſa eſt, faciunt licentiā de poteſtate. Quid ego referam infeliciu̅m indigniſſimas cædes? quid inexpletos libidinum paſtus? quid miſeras patrimoniorum direptiones? Sileantur hæc ſanè, non tātùm ne ſopitam malorum memoriam oratio mea ſuſcitet, ſed ne ſanctiſſimas Principis laudes dum aliena vitia depromimus ſermo talis inceſtet. Incrementum quidem adeptæ felicitatis eſt malorum commemorata depulſio, verùm vt in ſegetibus etiamſi multâ quæ humum obſederant induſtriâ releuanda ſunt, laborem tamen purgatį ſoli neſciunt qui fructus editos intuentur, ſic Conſtantini laudibus ſatis eſt, dum efflorecentia bona cernimus, ne mala excíſa reputemus. Ferebas tamen Imperator, ferebas illum in tantis malis ludentem, & cùm omnia tu ſcires, vota hominum conniuendo, patiendo fatigabas. Qui ne iniuſtè ſic quidem arma caperes, etſi nondum ab homine laceſſitus, iam tamen vitiorum eius inimicus. ſed (quod erat conſentaneum clementiæ tuę) experiebaris remedia meliora, vt quod leniri quā reſecari malles mitior medicina ſanaret. Quin extorques animo tuo conueniendi ſtudium, & concordiæ voluntatem? ſi concordiam quam veniam appellari fas eſt, cùm qui poteſt vincere optat ignoſcere. Et non dubito quin hanc rationem cæleſtis prudentia tua duxerit, quòd coniunctione ſua flagrantiſſimas hominis cupiditates vel extingueret penitus, vel modicè temperaret. nulla quippe eſt libido tam vecors, quam non capiat cùm in conſortium temperantia venerit. Deiicit oculos deformis ignauia vbi ei pulchritudo virtutis obiecta eſt. Tergiuerſari atque hærere petulantiam videas grauitate, modeſtia & decore confuſam. Vt appareat te Imp. optime concordia imperanda, nó illi impunitatem vexandæ Vrbis daturum, ſed leniorem petiiſſe victoriam, cùm malles vitia eius quàm arma ſuperare. Sed profectò nulla vi poſſunt coire quæ naturali diuortio diſſident, nec vlla tam fidelis eſt copula quæ in diuerſum tēdentia nexu ſuo teneat. Perpendit ſcilicet ſecum excellens prudentia tua, eique ſemper pietas applicata omnes concordiæ commoditates, illam eſſe fundamentum ac radi-

cē otij,bonorum ciuium ſeminariū,quietis publicę ſegetē,& almam pacis altricem. Sed ô quā æger eſt ad honeſtatem recurſus his qui iā gradum ex nequitia protulerūt! Vocas ad ſocietatē,appetitum tuum refugit,aduerſatur,horreſcit,nihil ſibi putat tecū cōmune,quia nihil ſimile eſt; iā certè quieſcere virtuti integrū nō eſt. nā bellum animo gerere,armis abſtinentem, non concordiæ ratio eſt, ſed ignaua diſſenſio.Licèt nō ſit in his ratio deſideranda,qui ſemel de via præcipites ire cœperunt, mirari tamen nequeo cùm id delatū non amplexus ſit quod impudens eſſet ſi auderet optare. Vtrum Vrbis funeſtam illam lacerationem lentè ac remiſſe te laturum putauit? Sed natura affert vt iniuriæ eius quē diligas etiam ſi re ipſa graues ſunt, fiant tamen amore grauiores. An credidit conferenda manu nō inferiorē? Hoc verò quod opinari nō potuerit exitus docuit, cùm ſignis tā ſæpe collatis nihil vnquā quod aut ſpes aucuparetur, aut fortuna promitteret. Dolis(credo) exiſtimauit decipi poſſe. Sed nō virtus tua de congreſſione ꝗ̄ prudentia eſt de fraude ſecurior. quis.n.ad præſentiēdum ſagacior? quis vigilantior ad videndū? Quis contemplatur præſentia acrius,vētura prolixius,ambigua certius,captioſa felicius? Nō hinc tecum Lynceus ille certaret,qui (vt poëtæ ferunt) parietum ſepta,& arborum truncos viſu facilè traiiciebat, aut etiam ille quem eadē vetuſtas locuta eſt cū Sicilienſi ſpecula cōſtitiſſet,conſpicari ſolitum naues quæ Africæ portum ſubirent, cùm proſpectū hominis non aër offuſus, quē craſſiorem exhalatio maris faceret, non tantū diſiunctarum regionū loginquitas impediret. Cùm ſpes omnis frigere debuerit, & voluntas pacificādi alienata ſit,quis dubitet diuinitus armis tuis deditum,cùm eò dementiæ proceſſerit,vt vltrò etiam laceſſeret quem ambire deberet? O quā acres habes dolorum aculeos contumelia quam imponit inferior! ecce enim (prò dolor! verba vix ſuppetunt)venerandarum imaginum acerba deiectio, & diuini vultus litura deformis. O manus impiæ! ô truces oculi! Ita non caligaſtis? In quo lumen mundi obſcurabatis meritas ipſi tenebras nō imbibiſtis? Cōmouere tandē cōſcia virtus, nec permittas hoc furori, cui de te aliud nō licebat. Sed quid tandem aſſequeris cæca demētia? Aboleri hic vultus nō poteſt. Vniuerſorum pectorib⁹ infixus eſt, nec cōmendatione ceræ,aut pigmentorū fucis renitet, ſed deſiderio efflorèſcit animorum. Vna demum Conſtantini obliuio eſt humani generis occaſus. Nunc verò cōmendabiliorem iniuria tua faciet patientiam eius,auidius expetent quem pictura nō reddit. Flagran-

tiora ſunt animorũ deſideria cùm oculorũ ſolatia perdiderunt. Nihil profectò grauius, nihil miſerius Roma doluiſti. Quamuis recondita altè magis gemeres,& ingeſtos quotidie luctus callo quodã obduratæ patientiæ ſuſtineres, confeſſus eſt ſe inconſultior dolor, nec timuit deprehendi,&malè clauſi ſigna mœroris per vultus indices exierũt.hoc.n.Roma tot vulnerib⁹ ſaucia vindicari volebas cùm tã præſtãtiſſimus Princeps iniuriæ ſuæ negligens vlciſci tuas mallet. Ita ambo,benigni ratiocinatores officiorũ,paria feciſtis,tu voto, quo ſolo valebas,ille amore pariter & facultate,vt tantũ bonorũ tibi tribueret,quantũ te ſibi velle recognoſceret. Pugnaſti igitur Imp.coactus quidẽ,ſed hoc maximè victoriã meruiſti,q̃a nõ deſiderabas. Optaſti pacẽ,ſed ignoſce ſi plus omniũ vota valuerunt. Nec illa diuinitus obſecundare cœptis tuis ſolita in hoc refragata eſt,ſed aliquid & ſcientia tua nõ cedit,vt plus pro meritis iniret. Negata eſt cõcordia cui erat parata victoria. In ore deniq; eſt omniũ Galliarũ exercitus viſos qui ſe diuinitus miſſos prę ſe ferebant.Et quãuis cęleſtia ſub oculis hominũ venire nõ ſoleãt,ꝙ craſſam& calигantẽ aciem ſimplex & incõcreta ſubſtantia naturæ tenuis eludat, illi tamen auxiliatores tui aſpici audiriq; patientes,vbi meritum tuum teſtificati ſunt, mortalis viſus contagium refugerũt.Sed quænã illa fuiſſe dicitur ſpecies, qui vigor corporum? quæ amplitudo mẽbrorum? quæ alacritas voluntatum?Flagrabant verendum neſcio quid vmbone coruſci,& cęleſtium armorũ lux terribilis ardebat.tales.n.venerant, vt tui crederentur.Hæc ipſorum ſermocinatio,hoc inter audiẽtes ferebant,Cõſtantinum petimus,Conſtãtino imus auxilio.Habent profectò & diuina iactantiã,& cæleſtia quoq; tangit ambitio. Illi cœlo lapſi,illi diuinitus miſſi gloriabantur ꝙ tibi militabant. Ducebat hos (credo) Conſtantius pater,qui terrarũ triumphis altiori tibi ceſſerat,diuinas expeditiones iã Diuus agitabat. Magnus hic quoq; pietatis tuæ fructus,ꝙ quãuis particeps cęli ampliorẽ ſe fieri gratia tua ſenſerit,& cuius munera in alios influere iã poſſent,in eum ipſum tua munera redundarint.Cedat tibi non recentium ſæculorum modò, ſed totius memorię vetuſtas,quãuis illa,recti appetẽs,& nullo vnquã deprauata in officio,glorietur penes ſe ſanctitatis famã ſtetiſſe. Sed nec legũtur pręconia hominum vbi quęruntur iudicia diuina.Illi igitur veteres, laudati vitæ moderatores,qui refrenandis cupiditatibus reſtrictè cõptéque vixerunt,quorum omnis ætas armis conterebatur, quando tantam in prœlio diuinã opem pro merito integritatis habuerunt

vt qui longè à virtutibus tuis diſtant in proximo ſaltem iuſtitiæ gradu reponantur. Romano quodam in bello ferunt duos cum equis iuuenes, ſpectatos forma pariter ac viribus, quia in dimicando præter cęteros inſignes fuiſſent, iuſſu Imperatoris ad remunerandum requiſitos. Vbi nullus inueniebatur, fides habita eſt diuinos fuiſſe, quòd laborem ſedulò communicauiſſent, laboris pretium reſpuiſſent. Equidem hiſtoriæ non inuitus aſſentior. neque enim in hoc veri interpolatrix tenenda quæ ſe non vanam antiquitatis nunciam pollicetur. Sed tamen illi qui hoc Annalium monumentis illigauerunt verebantur ne apud poſteros miraculi fides claudicaret. Eſtote ô grauiſſimi autores de ſcriptorum religione ſecuri, credamus facta qui maiora nunc ſenſimus. Magnitudo Principis noſtri geſtis veterum fidem conciliat, ſed miraculum detrahit. Pro auxilij copia negotiorum ratio metienda eſt. Duo quondam iuuenes, ſed nunc exercitus viſi Hor certè vberius, nec infirmius veritate. Sat argumento duplici fides nixa. Sic Conſtantinus iuuari meruit, *ſic debuit* ratione ſeruari. Magnum hoc Imp. maxime, ſed *de tua pietate* non mirum. Adeſſe tibi in omnibus ſummã illam maieſtatem, quæ te circumflexa tueatur coniectura mentium tenebamus, etſi nondũ ad fidẽ patebat oculorum: etenim cùm mens tua mortali contagione ſecreta, pura omnis, funditus ſincera, vbique ſe promerendo Deo præſtet, cùm gloria tua humanum modũ ſupergreſſa ſit, quis eſt hominum quin opitulari tibi Deũ credat, cùm id & vita mereatur, & rerũ geſtarum magnitudo teſtetur? Parũper igitur ab inſtituto curſu non ingrato diuerticulo recedamus. Tenebo hunc orationis modũ, vt nec inhumanè de cæteris muta ſit, nec odioſè de inſtantibus obloquatur. Tu Imp. optime, inito Principatu, adhuc æui immaturus, ſed iã maturus imperio, oſtendiſti curſum ætatis nõ expectãdum in feſtinatione virtutis. Tu exinde domi militiæq; iuxtà bonus, nuſquã gradum extuliſti, quin vbiq; te gloria quaſi vmbra comitata ſit. Tu ferociſſimis regibus, Aſcarico & Comite captis tanta laude res bellica auſpicatus es, vt iã inauditæ magnitudinis obſidẽ teneremus. Vt Herculẽ ferunt tenerum adhuc atque lactentẽ duos angues manu eliſiſſe, (Vt iã infantulo indoles futuri roboris immicaret) ſic tu Imp. in ipſis imperij tui cunabulis, quaſi geminos dracones necares, per ſæuiſſimorum regum famoſa ſupplicia ludebas. Franci ipſi, præter cęteros truces, quorum vis cùm ad bellum efferueſceret vltra ipſum Oceanum æſtu furoris euecta Hiſpaniarũ etiam oras armis infeſtas

habebat,ij igitur ſub armis tuis ita conciderunt, vt deleri funditus poſſent,niſi diuino inſtinctu,quo regis omnia,quos ipſe affeceras afficiendos filio reſeruaſſes. Quanquam ad gloriam noſtram fecunda malis ſuis natio ita raptim adoleuit,robuſtéque recreata eſt, vt fortiſſimo Cæſari primitias ingentis victoriæ daret,cum memoria acceptæ cladis non infracta,ſed aſperata pugnaret. Differamus parumper Italicas expeditiones,quibus Seguſienſium ciuitatem, quæ ſuperatis Alpibus Italiæ clauſtrum obiicit, cùm vi & virtute velut iannã belli refregiſſes, inde per obiectas acies, per exercitus obuios vſque ad Romana mœnia inoffenſus victoriarum impetus percurrit. Quid memorem Bructeros? quid Clamaſos? Quid Eruſcos, Vangionas,Alamanos,Tubantes? Bellicum ſtrepunt nomina,& immanitas Barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem. Hi omnes ſigillatim,dein pariter armati, conſpiratione fœderatæ ſocietatis exarſerant.Tu tamen Imp.cùm tantam belli molem videres, nihil magis timuiſti quàm ne timereris.Adis Barbaros,& diſſimulato Principis habitu quàm proximè poteras cum duobus accedis. Nunquam eſt excelſior Principatus quàm cùm ſe publico ſubmittit officio. Facis verba,ſpem illorum agitas,& verſas crudelitaté,negas te eſſe præſentem. O verè cæca Barbaria, quæ in illo vultu ſigna Principis nô videris,quem nec ſic quidem ſenſeris,cùm intra iactum teli ſecurus ſui ſtaret,Conſtantinum eſſe! Qui hoc poterat nô timere,dubitare quidquam potes per omnia ſubnixum Deo vadere? Inuictos duces non times,& ſolus timeris. Tot regna, tot populi,& tantarum nationum congregatio indignam ſe viribus tuis putat, quem credit abſentem. Tibi tamen incremẽtum laudis ex multiplicatione terroris eſt, magnificentius congregata obteris quàm ſcrupuloſius diſperſa ſequeris. Innumeræ ſimul gentes ad bellum coactæ, ſed vno impetu tuo fuſæ,dum collatiuam vim comparant, compendioſam victoriam præſtiterunt. Vno hoc bello, ſi debitis laudibus immorari vacaret, dies integer conderetur. Nunc ita omnia præteruolans cecidit oratio,vt victoriarum tuarum non ſummam euolueret,ſed ornamenta monſtraret. His rebus ſemper è rep. geſtis tanta vi tantóque ſucceſſu,vt nunquam virtus tua inuenit,prudẽtia hæſerit,felicitas claudicarit, ſatis (vt opinor) probatum eſt perpetuã in te benignæ maieſtatis opem fluere. Vt cæleſtes exercitus tui non tunc primò miſſi, ſed tum demum intellecti eſſe videantur. Talis igitur ad liberandam Italiam & tam tutus accedis,vt cùm res bellica cęcos habeat euẽtus,

in te tamen dimicandi voluntatem pro victoriæ pignore tenebas,etſi abeſſent auxilia diuina.aderat enim robuſtus & florens,plenus virium,animi plenus exercitus,lætus armis,& militiæ munera exequẽs ſtudio magis quàm neceſſitate, (quippe tuis ſtipendia ſunt pauciora quàm prælia. Cùm dico prælia, ſignifico victorias) præterea tam amans tui quàm tibi charus.ignoſce enim ſuperba virtus,quãtumuis fiduciæ & ſpiritus capias, amor Principis facit militem fortiorem. Antiqua admodum res eſt quam proferam,ſed non indigna memoratu Illyrici quondam deſpicientes Eropi regis infantiam Macedones bello laceſſerunt.Et prima quidem cõgreſſio ſecundum illos fuit, verùm Macedones cùm bellum reficerent,regem ſuum in cunis ad aciem detulerunt.Cùm illos ira, hos miſeratio, illos ſignorum cantus,hos pueri vagitus accenderet,mutata eſt ratio certaminis,vicerũt qui amore pugnabãt.Quanto igitur eſt amor fidelior accepti beneficij memoria quàm pręſumptione futuri,quòd illic præcepta res iuuat,hìc expectata blanditur,tantò tui animoſiùs dimicauerunt qui non puero ſpem gratiæ munerabãtur,ſed Principi poſt natos homines benigniſſimo meriti debitum rependebant.Primã igitur Seguſienſiũ ciuitatem, quam primã iter dederat,victoria facilis amplexa eſt.Quæ reſiſtendi pertinacia ita in ſe Imperatoris vim conuertit, vt pietatem tamen non alienauerit.nam cùm introitus vi manu quæreretur,& portarum inflammatio ignem latè diſtuliſſet, cuius facilis per adiuncta contagio partu peſtifero valeſcebat,maxima benigniſſimi Imperatoris fuit cura,non modò vt incendium non adiutũ ſeneſceret, ſed oppreſſum emori poſſet,& longè operoſior clementia quàm fortitudo perfecta eſt,cùm plus in conſeruanda vrbe quàm in capienda fuerat laboris oriretur. Itaque digrediens ſic cupiditatem ſui fecit,vt eam ad omne obſequium non victoriæ metus componeret,ſed admiratio lenitatis.Optima aiunt eſſe remedia quæ ad vſum corrigendi noſtri ex aliena calamitate naſcũtur, verùm animus prauitate velut morbo impeditus dilectum boni non habet. Ecce iam apud Taurinos venientem pugna grauior expectat, nec Seguſienſiũ vaſtitas monet vt ſibi caueant, nec cogitant quòd cum Principe res futura ſit,quòd neque vis eius reſiſtendi ſpem faciat,nec manſuetudo rationem.Campum latè iacentem tantus miles oppleuerat, vt non improbaret fiduciam qui inſtructos videret quæ enim illa fuiſſe dicitur ſpecies,quàm atrox viſu,quàm formidoloſa, operimento ferri equi atq; homines pariter obſcepti?Clibanarijs in exercitu nomẽ eſt.

Superne omnibus tectis equorum pectoribus demiſſa lorica, & crurum tenus pendens, ſine impedimento greſſus, à noxa vulneris vindicabat. Te tamen Imperator non terruit, nec quòd tanto numero duplicabat armatura terrorẽ, nec quòd vim armis numerus addebat. certum eſt enim pro negotij modo animoſam eſſe virtutẽ, quòd ex ſe rerum captum ſuum temperat. In paruis propè ad ſecuritatem remiſſa, in mediocribus modicè intenſior, vbi magna venerunt, iuxta magnitudinem exanclandi operis erigitur. Illa armorum oſtẽtatio, & operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vulneraſſent, inuictas mentes excitauerunt, quòd imbutus Imperatoris exemplo totis animis eius miles ardeſcit cùm inuenit hoſtem quem vinci deceret. Cataphractos equites, in quibus maximum ſteterat pugnę robur, ipſe tibi ſumis. His diſciplina pugnandi eſt, cùm aciem arctauerint, ſeruẽt impreſſionis tenorem, &, immunes vulnerum, quidquid oppoſitum ſine hęſitatione perrumpant. Sed tu Imp. prudentiſſime, qui omnes bellandi vias noſſes, opem ex ingenio reperiſti, quod tutiſſimum eſt, eludere quod eſt difficillimum ſuſtinere. Deducta acie, in reuocabilẽ impetum hoſtes effundis, dein quos ludificandos receperas reductis agminibus includis. Nihil proderat contra tẽdere, cùm ex induſtria tua cederent. Flexum ad inſequendum ferreus rigor non dabat. Ita noſtri proditos ſibi clauis adoriuntur. Quæ grauibus ferratiſque nodis hoſtem vulneri non patentem cædendo defatigabant, ac maximè capitibus afflictæ quos ictu perturbauerant ruere cogebãt. Tunc ire præcipites, labi reclines, ſemineces vacillare, aut moribundi ſedilibus attineri, permixta equorum clade impliciti iacere, qui reperto ſauciandi loco paſſim equitem effreni dolore fundebant. Ad vnũ interfectis, omnibus tuis integris, horrorem armorum ad miraculum victoriæ tranſtulerũt, quod qui inuulnerabiles habebãtur ſiue tuorũ vulneribus interiſſent. Antoninus, Imperator in toga præſtans, & nõ iners nec futilis bello, cùm aduerſum Parthos armis experiretur, viſis cataphractis adeò totus in metum venit, vt vltrò ad regẽ cõciliatrices pacis litteras daret. Quas cũ Rex immodicus animi reſpuiſſet, inſolẽtia quidẽ Barbari debellata eſt, ſed patefactũ eſt in his tãtã ineſſe violentiã, vt ea vincẽdus armis fideret, & ſuperaturus timeret. Quid ego referã poſt tantã & tã grauem pugnã quòd apud Brixiã magnus quidã & acer equitatus eſſet, fuga quã viſu aſtutior, & primo impetu tuo pulſus, Veronã vſq; contendit ad præſidia maiora? Neq; id dedecori fuit, ꝙ excuſati fugiũt qui tibi cedunt. Cõtingat quinimò timi-

ditati miſeræ res oſtentanda,fuga quæ habuerit dignitatem.Ipſa autẽ Verona,freta immanibus copiis,quas in vnum aduentus tui formido conduxerat,cùm multorum iam cladem accepiſſet, facta eſt parumper metu cunctatior,non ratione fidelior. Muris ſe ab impetu vindicat. Aderat quidem Ruricius,expedictiſſimus belli, & tyrannicorum Ducum columen. Per tota admodum mœnia magna vis hominum,& apud Brixiam plerique iam fracti, vt in corpore cùm aliqua pars ægra eſt,valetudo omnis cõtaminari ſolet, ſic illius multitudinis portio malo affecta totum exercitum timoris cõtagio diſſiparat.Quàm faciles lapſus infirmitas habet,cùm eam intempeſtiua mouit audacia,cùm ſæpe aliàs,tum maximè in illa obſidione perſpectum eſt.Clauſi impetum faciunt,& qui ſe aliquamdiu latendo à morte defenderant,facta pugnandi cauſa pœnas eruptionis temerariæ pependerunt.Idemque Ruricius magna ſuorum clade reiectus in mœnia, ſpe iam laſſa, & adhuc mente veſana, cùm ſe Veronam proripuiſſet,nouos eôdem egit exercitus,& præcipitante iam die bellum non detrectauit,pugnæ auidior quàm ſalutis. Sed eum *exitus* magis quàm merita fefellerunt.nam furorem mors dom*uit, quem* non potuerat conſiderata ratio,nec victi formido ſanare. O nox illa æternis ſæculis monumentiſq; mandanda, cùm ſpiris tenebriſque congreſſus Fortunæ totum liceret,tu tamen Imp.non intutior tempore quàm adeo tectior,ſæuiſſimo hoſti inultus inſtares, & libertate cædis exultans donum noctis duceres quòd pugnantem nemo ſeruaret! Per infeſtas acies interritus vadis, deſiſſima quæque prorumpis,deiicis,proteris. Mortis decus perdũt quos ignoratus affligis.Niſi quod te ipſa vis tua cogit agnoſci. nihil enim te permouent tubarũ fractæ voces,horrendus militum clamor, permiſſa caſibus vulnera, illiſi cominus gladij,cadentium graues gemitus,arma latè ſtrepẽtia, & in vnum quendam ſonitum diuerſi fragoris acta confuſio, quòd hæc omnia aut virtus negligit,aut ira non ſentit. Nox ipſa,iuſtiſſima bellantibus cauſa terroris,vehementiorem te agendis ſtragibus fecerat.quod ſolùm enim virtutis tuæ impedimentum eſt, miſerationem tenebræ non habent. Vt intelligi liceat quantum illo in bello vis tua perfecerit,pietate non retenta, & maieſtate ſecura. Prælio vix multa nocte confecto,feſſus cædibus,anhelus ex bello, cruore oblitus,ſed hoſtili,ad obſidionis vigilias recurrebas. O Fortuna! O præpotens Roma! Quam tu vnquam gratiam pro tantis laboribus referes? Niſi quòd indulgentiſſimus Princeps,tanquam hoc ipſum tibi

debeas, eò chariorē habet quò maiore labore ſeruauit. Et quoniam me ad Vrbis commemorationem ſors quędam intulit, non rerum ordo deduxit, neque reuocare orationem fas eſt quò iamdudum cõtenta veniebat, prætereo te Aquileia, te Mutina, cęteráſque regiones, quibus propter inſecutas incredibilium bonorum commoditates gratiſſima fuit ipſius oppugnationis iniuria. ſenſerunt enim tranſlatis ad fortiſſimum Principem fortunarũ ſuarum gubernaculis quã facilè omnia ad ſalubrem curſum redirent, quæ ita deferebantur, vt mox aut malorum omnium ſcopulis illiderentur, aut miſeriarum vadis adhæreſcerent. Prætereo inquam & hæc, & alia complura, quorum eſt & ſigillitim onerosa moles, & omnium ſimul aceruus onerosior. Nam quæ diducta ferre nequeas, his congregatis ſubire ſpei importunioris eſt quàm fiduciæ promptioris. Recuperata igitur Italia, hic primus fuit liberandæ Vrbis gradus, & ad victoriã facilis acceſſus, quòd illum ſemper excedendæ Vrbis viſceribus inhærentem ex aſſuetis latebris vis diuinitatis excuſſit. In quo quidem tantũ momenti fuit ad perficiendæ rei facilitatem, vt non tam gloriãdum ſit virtuti tuę præſtantiſſime Imp. quòd eum viceris, quàm gratulandũ felicitati quòd ad pugnam potueris euocare. non enim caſu, non fiducia factum putemus, vt vltrò etiam exercitum educeret aduerſum eum cuius aduentus ſtridorem ipſum perhorreſceret, niſi animum iam metu deuium infeſtior Deus, & pereundi maturitas perpuliſſet. Quòd ita ratio diſponendi exercitus docuit illum mente perdita, implicatóque conſilio, cùm eum pugnæ locum caperet, vt intercluſa fuga moriendi neceſſitatem imponeret, cùm ſpem victoriæ nõ haberet. Quod quidem Imperatori noſtro optandum largiter fuit, qui hoc vno maximè offenditur, ſi certamen lubricum faciat ſpes prõpta fugiendi. Relaxauerit acies, aut frons impulſa titubauerit, fiducia manuum ad pedes migrat. Non amas Imp. bella, niſi feruentem hoſtem in gradu ſuo præciſa fuga teneat, vt aut ferro concidat, aut miſeratione ſeruetur. Apud Tyberim igitur ſuos inſtruxit, ſic ripæ locatos, vt vltimorum veſtigia præſagio quodam euenturæ cladis vnda fatalis allueret, ita verò multitudine ſuppeditante, vt vltra quàm viſus agi poſſet extenta acies pertineret, non frons imbecilla tractu inualido duceretur, ſed tanta ſubſidiorum atque ordinum confirmatione, vt acies non porrectior quàm robuſtior murum vtrimq; præberet, quòd eam nec conſtipatio contraxiſſet, nec longitudo tenuarat. Prætermittam hoc loco Conſtantine maxime diſponendi mi-

litis tui miram incredibilémq; rationé. hoc enim perſequi vellem, quem tenuiſſet locum cæleſtis exercitus dicam. Quanquá non illos arbitror ſtetiſſe niſi tecum. difficillimam enim pugnæ partem tibi deligis,& tanquam pro fortunæ gradu modus virtutum debeatur,ita inter tuos non vis Principatu magis excellere quàm labore. Cumulatiſſimum quidem Principis munus eſt,ſi manus etiam ceſſet, non ceſſaſſe cõſilio,ſed tu non ſegnior gerere quàm iubere, ſimul exercitus tuos monito regis,opere iuuas,incendis exemplo. Quod hic etiã facis promptius quàm in cæteris prælijs, quòd in præſenti erat tam ampla pugnæ merces quàm pugnator illuſtris, & ſtatim Roma victoris. Cuius rei cùm imaginem cepi,dicturus horreſco. Inuadis primus aciem ,ſolus irrumpis. Obumbrant eunté telorum irriti iactus, ſonat ictibus vmbo ſecurus. His quos cũ trabalis haſta deiicit inſultás ferus proterit. Fulget nobilis galea,& coruſca luce gemmarũ diuinũ verticé mõſtrat. Auro clypeus,auro arma collucent. O quantam vim poſſides virtus,quæ in hoc habitu plus terroris præferas quàm decoris! Secuti hũc ardorem fortiſſimi milites,& dignos ſe ductu *eius imperióq;* teſtati, ſic viritim laborauerunt, quaſi ſumma *res ſingulorũ* manu niteretur. Non cõmmemorabo hîc tectas cõtinuis ſtragibus ripas,nõ oppletum aceruis corporum Tyberim, & inter cõgeſtas altè cadauerum moles ęgro nixu ac vix eluctantibus gurgitibus excũtem,quódque illum ipſum tyrannum non mors virilis,ſed fuga turpis prodidit, & dignum ignauiæ & ſæuitiæ exitu fluctus ſanguinei necauerũt. Perſtringi hæc ſatis eſt, quòd & pridie prolixius mihi dicta ſunt,neq; pro dignitate exequi copia eſt, & ne pugna raptim geſta diutius narrata quàm confecta videatur. O ſi nunc mihi facultas daretur ſermonis pro rerum dignitate figurãdi! Adhiberem omnes floſculos,& abuterer exquiſito quodam lepore ac venuſtate dicendi. Iam ſtrepitus Martij,iam tubarum ſonores feſtis & reſultanti fauore mutantur. Dicendus eſt in Vrbem ingreſſus Imperatoris, & in exprimendo S.P.Q.R. maximo gaudio ingrata niſi & ipſa laſciuiat oratio. Nullus poſt Vrbem conditam dies Romano illuxit imperio cuius tam effuſa támq; inſignis gratulatio aut fuerit, aut eſſe debuerit, nulli tam læti triumphi, quos Annalium vetuſtas conſecratos in litteris habet. Non agebantur quidé antè currũ vincti duces, ſed incedebat tandé ſoluta nobilitas Non cõiecti in carceré Barbari,ſed deducti è carcere Conſulares. Non captiui alienigenę introitum illum honeſtauerũt,ſed Roma iá libera. Nihil ex hoſtico accepit, ſed ſeipsã

recuperauit,nec præda auctior facta eſt,ſed eſſe præda deſiuit, & (quo nihil adiici ad gloriæ magnitudinem poteſt) imperium recepit quæ ſeruitium ſuſtinebat.Duci ſanè omnibus videbátur ſubacta vitiorũ agmina,quæ Vrbem grauiter obſiderant.Scelus domitum,victa Perfidia,diffidens ſibi Audacia & Importunitas catenata,Furor vinctus, & cruenta Crudelitas inani terrore frendebat,Superbia atque Arrogantia debellatæ,Luxuries coërcita,&Libido conſtricta nexu ferreo tenebantur.Sequebatur hunc comitatum ſuum tyranni ipſius teterrimum caput,ac (ſi qua referẽtibus fides eſt) ſuberat adhuc ſæuitia,& horrẽdæ frõtis minas mors ipſa nõ vicerat.Iniiciebantur vulgò cõtumelioſiſſimæ voces. nam & ludibriis oppreſſoris ſui auſpicari libertatem iuuabat,& mira voluptate conceptus è vita terror inſultatione interitus obterebatur.Quis triũphus illuſtrior?quæ ſpecies pulchior?quę pompa felicior?Dicã itaq; Imp.quo vno ſatis mihi videor diuinam gloriã tuam ſignificaturus.Quod in illo turpitudinũ notas extinxeras,tot in te laudum infulæ refulſerunt. Fraudari indulgẽtiſſimus Princeps nemo voluit,quominus omnia quò odium eius perſuaſerat ſpectaculum tyrannici funeris expiaret.Vbiq; iam quidẽ lætitiam geſtæ rei diffuderat Fama velox,& ad celeritatem nuncij pennata Victoria,inſequebatur tamẽ vberiore cũ gaudio ipſius rei fructus,quòd ad animum languidius accedunt quæ aurium via manãt quàm quæ oculis hauriuntur.Itaque tanti per Italiam cõcurſus hominum excitabantur,tantæ ex oppidis effuſiones, vt facilè anteacti terroris teſtificatio in pręſẽti exultatione luceret. Pari ſtudio miſſum eiuſdẽ tyrãni ad permulcendã Africam caput,vt quã maximè vnus afflixerat laceratus expleret.Et nondum ſatis tempeſtiuo mari,affuerunt tamen nauigãtibus felices aurę,& fluctus ſecũdi, beatiſſimámq; victoriam ipſa etiam elementa iuuerunt.Caput, in quo titulus tantæ laudis circumferebatur, reddidit Tyberis, proſecuti ſunt venti, maria ſeruarunt. Quonam modo te potens Africa, quanto lætitiæ fremitu, quàm inſolenti voluptate iactaſti ? nihil quippe eſt immoderatius quàm poſt longam triſtitiam repens gaudium. Impetu ſuo feruet, nec vt primum liberum continuò defecatum, ſtatim purum eſt. nam vt fiſtulæ cum vi diu interceptæ ſunt, exitu dato quô largiores, eô craſſiores aquas euomunt, ſic vota hominum metu intercluſa turbidè aliquid egerunt cùm cumulata ruperunt. Hæ victoriarum gratulationes. Nec minus vberes fructus reliquarum virtutum fuerunt. Implicatam quidem

atque obſitam Vrbem grauiſſimis malis euoluerunt indefeſſa vis,atque eximia fortitudo.ſed quantum boni prudentia excogitauit, benignitas & clementia cōtulerunt. Quorum quid magis iuuerit difficilis ęſtimatio eſt. nam & calamitate obſeſſis finis eſt,voti miſeria liberari,& mox faculcas miſeriarum parum grata eſt,niſi lætitia conſequatur.Ita pro ſe quæque officiis ſuis functæ fortitudo & liberalitas Imperatoris,cumulatiſſimam Vrbis beatitudinem exhauriēdæ, & congerendis commodis reddiderunt. Facilior quidem & multo procliuior lædendi quàm commodādi ſemper eſt via, vulnerare integrum quàm ſauciato mederi,diſſipare rapta quàm diuulſa componere,ceſſit tamen rerum hæc conditio Principi noſtro. nam quidquid mali ſexennio toto dominatio feralis inflixerat,bimeſtris ferè cura ſanauit.Sanauit dico?Redintegratio ſtatus priſtini permulcendo dolori ſatis eſt,non & arceſſēdæ gratulationi, nec amplius poſtules quàm vt eum ſui non pœniteat,qui ſolitario modo id egit, vt recuperatis quę amiſerat non doleret,ſed etiam vt nouorum adoptione gauderet.Prætereo priuatim reddita omnibus patrimonia quos illa monſtroſa labes extorres domo fecerat,prætereo inquam, quia vix ſufficit oratio facta publicè explicare.Quanquam ex ſingulis ſint augumenta reip.& quidquid in eam conferatur id omne proportione permanat,& viciſſim neceſſe eſt quod ſigillatim omnes adipiſcūtur in commune reip.redundare.Iam illa vix audeo de tanto principe commemorare,quòd nullam matronarum cui forma emēdatior fuerit boni ſui piguit,cùm ſub abſtinentiſſimo Imp.ſpecies luculenta non incitatrix licentiæ eſſet,ſed pudoris ornatrix. Quæ ſine dubio magna,ſeu potius diuina laudatio ſæpe in ipſis etiam philoſophis nō tam re exhibita,quàm diſputatione iactata. Sed remittamus hoc Principi noſtro, qui ita temperātiam ingenerare omnibus cupit,vt eam non ad virtutum ſuarum decus adſcribendam,ſed ad naturæ ipſius honeſtatem referendam arbitremur. Quid? faciles aditus, quid? aures patientiſſimas,quid? benigna reſponſa,quid? vultū ipſum auguſti decoris grauitate,hilaritate permixta , venerādum quiddam & amabile renidentē quis dignè exequi poſſit? Quarum rerum miraculo ſic omnes deuinciebantur,vt non tam omnes dolerent quòd illum tyrannum ita diu tulerant, quàm quòd tali Principe tam ſerò fruerentur. Longū eſt ex illo percenſere beneficia Principis, quæ in vrbem ſine modo redeuntia contexta eius benignitate fulſerunt, ita infinita numero, commodis magna,vt nunquam obliuione gratiā obductura

obductura ſit vel multitudo omnium, vel vtilitas ſingulorum. Senſiſti Roma tandem arcem te omnium gentium, & terrarum eſſe reginam, cùm ex omnibus prouinciis optimates viros Curiæ tuæ pigneraueris. Vt Senatus dignitas nō nomine quàm re eſſet illuſtrior cùm ex totius orbis flore conſtaret. Populi verò Romani vis illa & magnitudo venerabilis ad imaginem antiquitatis relata non licentia effrenis exultat, non abiecta languidè iacet, ſed ſic aſſiduis diui Principis monitis temperata eſt, vt, cùm ad nutum eius flexibilis & tenera ducatur, morigeram ſe non terrori eius prębeat, ſed benignitati. placidam quippe rerum quietem, & profundum Vrbi otium gentes perdomitæ condiderunt. Vacat remiſſioribus animis delectamenta pacis adhibere. Celeberrima quæ Vrbis nouis operibus eniteſcunt, nec obſoleta modò per vetuſtatem rediuiuo cultu inſigniũtur, ſed illa ipſa quæ antehac magnificentiſſima putabantur, nunc auri luce fulgentia indecoram maiorum parſimoniam prodiderũt. Idcirco ipſæ maximæ ſublimes porticus, & rutilantes auro columnę tantum inuſitati ornatus dederunt, vt illò non minus cupidè conueniatur loci gratia quàm ſpeculi voluptate. Tantorum Roma compos bonorum, quæ quidem ei ſunt cum toto orbe communia, habuit inſuper ingentis ſpei fructum, quem propoſitum ſibi ex Cæſaribus nobiliſſimis habet, eorúmque fratribus, quorum iam nomina ipſa veneramur, etſi vota noſtra iterum proferũtur. Nec Lacedæmoniis magis licuerit hoc inſtituto remp. tueri ſuam, cùm regem niſi ex ſtirpe Herculis nōn haberent. tuos Conſtantine maxime, tuos liberos, ac deinceps nepotes tecum optat, vt tanto à pluribus petantur quanto ad maiora naſcuntur. Declarant ecce rationem cupiditatém que votorum facta Criſpi, Cæſarum maximi, in quo velox virtus ætatis mora non retardata pueriles annos gloriis triumphalibus occupauit. Cuius ita iam vberes ſcatent laudes, vt plenę poſſent videri, niſi cœpiſſe & patrem cogitaremus. Qui quidem nunc nobiliſſimus Cæſar venerandi patris, fratrum, ſuorúmque omnium fruitur aſpectu, ſéque fruẽdum omnibus prębet. Cruda adhuc hyeme iter gelu intractabile, immenſum ſpatio, niuibus infeſtum, incredibili celeritate confecit. Vt intelligamus alacritatibus nihil aſperum, qui ipſam quam à ſuis petebat tam laborioſam inſtituerit voluntatem. Quæ tuum Conſtantine maxime mite pectus inundauit gratulatio, cui tanto interuallo videre filium licuit, & videre victorem? Narrauit vtique exhauſta bella, & hoc ad ſuam gratiam, non ad ſui oſten-

rationem, qualis excipiendo hoſte, quàm reſiſtenti vehemẽs, quàm facilis ſupplicanti. Audiuit frater intentus, & puerilem animum ſpes læta & blanda gaudia titillarunt, cúmque miraretur fratrem, etiam ſibi fauit, quòd ex annis eius quàm proximus tantæ gloriæ eſſet agnouit. Nunc te Conſtantine maxime omnes rogamus, cùm præſentem laudaueris, cùm iam reip. flagitanti, cùm Gallis deſiderantibus reddes, iterum atque iterum moneas reuertentem (neque enim perſuaderi facilè poteſt) & ſi quando armis veſtris contuſa Barbaria aliquid tamẽ mouerit, ſit ille animo, ſit conſilio tui ſimilis. Temperet modò dextræ, manui parcat, & ſit aliquid (quæſumus) in quo te iterum nolit imitari. Te verò Conſtantine Cæſar, incrementum maximum boni publici, quibus modis amplectitur Romana felicitas, quæ de te tantum expectat quantum nomine polliceris? Et licèt ætas adhuc euocet ab imitatione virtutis paternæ, iam tamẽ ad pietatem eius natura deducit. Iam maturato ſtudio litteris habilis, iam felix dextera fructuoſa ſubſcriptione lętatur. Delegat multa indulgẽtiſſimus parens, & quæ per te concedit referri ad gratiam tuam mauult. Quid igitur his temporibus fortunatius, quàm beneficio Conſtantini maximi, qui tam maturè nobis Cæſares dedit, vt vtamur maximis eorum commodis, & integra ætas ſuperſit? Nihil imminuitur, & plurimum ſumitur. Vt cùm res largiter ſuppetat, ſpes tamẽ illibata permaneat. Quinquenniis igitur feliciter inchoatis, decennia Cæſarum nobiliſſimorum, vltra poſteros noſtros extendenda, quàm impenſè rogare & orare nos conueniat ipſis bonis temporũ, & reip. vtilitatibus admonemur. Iacet in latere Galliarum, aut in ſinu tuo fuſa Barbaria, per ſe ipſa potens natio, & poſt Romanam magnitudinem in terris ſecunda. Amicitiam tuam Conſtantine maxime non minùs trepidè, quàm amabiliter petiuerunt. Nulla in terris tam ferox natio eſt quæ te non metuat, aut diligat. Omnia foris placita, domi proſpera. An non vbertate, fructuum copia exornatæ mirandum in modum, ac propè de integro conditæ ciuitates. Nouę leges gerendis moribus, & frangendis vitiis conſtitutæ. Veterum calumnioſæ ambages reciſæ captandæ ſimplicitatis laqueos perdiderunt. Pudore tuo munita coniugia. Securæ facultates ambitione ſui gaudent, nec aliquis habendi quàm plurimum metus, ſed in tanta bonorum affluentia magna verecundia non habendi. Hic denique ſtatus rerum eſt, vt obtinendæ potiùs felicitatis votũ geramus quàm augendæ cupiditatis. Vnum modò eſt quo fieri poſſet Roma feli-

cior, maximum quidem, ſed tamen ſolum, vt Conſtantinum, conſeruatorem ſuum, vt beatiſſimos Cæſares videat, vt fruendi copiam pro deſiderij modo capiat, & nos alacris excipiat, & cùm reip. ratio digredi fecerit, receptura dimittat.

EVMENII PANEGYRICVS FLAVIENSIVM NOMINE Constantino Avgvsto dictus.

SI Flauia Aeduorum, tãdem æterno nomine nuncupata, ſacratiſſime Imp. commouere ſe funditus, atque huc venire potuiſſet, tota profectò coram de tuis in ſe maximis pulcherrimíſq; beneficiis vna voce loqueretur, tibique reſtitutori ſuo, immò (vt verius fatear) conditori in ea potiſſimum ciuitate gratias ageret, cuius eam ſimilẽ facere cœpiſti. Sed quoniã non poteſt, geſtit animo, quæ Natura non patitur, clamoréſque ſuos quib' quotidie laudes tuas tollit in cælũ exaudiri à te nõ ſinit interiecta lõginquitas ſua, (id quod fieri decebat) gaudiorum patriæ meæ nuncium ſponte ſuſcepi, vt eſſem iam non priuati ſtudij litterarũ, ſed publicę gratulationis orator. volui. n. ſacratiſſime Imperator, cùm in illo aditu Palatij tui ſtratũ ante pedes tuos ordinẽ indulgentiæ tuæ voce diuina, porrectáq; hac inuicta dextra ſubleuaſti, Numini tuo gratias agere. Nec mihi verba quãuis ĩparata defuiſsẽt, (quis. n. aut præparare ſe ad beneficia tã inſperata potuiſſet, aut ab

tanta gratulatione cohiberet?) ſed habui rationem loci ac temporis, ne meus ille ardor animi,ſtudiúmque dicendi tibi quidem(quod mihi ad immortalitatem ſufficeret)p robaretur,ſed propter aſſiſtētium paucitatem minùs quàm te dignum eſſet iret in populo, ſed te vno die de ſalute noſtra multa tractantem moraretur oratio , quæ pro magnitudine meritorum tuorum feſtinare nō poſſet. Nunc itaque cùm in hac vrbe, quæ adhuc aſſiduitate præſentiæ tuæ præ cæteris fruitur,(habebit enim felicitas æmulam Flauiam noſtram) totus tibi amicorum tuorum comitatus, & omnis imperij apparatus aſſiſtat , & cùm omnes homines omnium ferè ciuitatum aut publicè miſſi,aut pro ſe tibi ſupplices adſint, dicam Imperator ea quæ libenter agnoſcas,& cæteri nobis indulta non crederent, niſi te cognoſcēte dixiſſem. Primum eſt autem,ſacratiſſime Imperator,in agendis gratiis oſtendere id quod indultum ſit, non fortunæ felicitatis, ſed iuſtæ fuiſſe clementiæ. nam cùm omnes homines coràm non indigentes iuuare boni ſit Principis, tum præcipuè bēne meritis & grauiter affectis ſubuenire ſapientis eſt. Quod cùm oſtendam, non tam ſtudio prædicandæ patriæ meæ , quàm officio demonſtrandæ prouidentiæ tuæ,tum potiſſimè beneficiorum tuorum magnitudinem proſequar,tuam maiore voto quàm ingenio. Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Aeduis ſe poſtulet anteponi? Qui primi omnium inter illas immanes & Barbaras Galliæ gentes plurimis Senatus conſultis fratres populi Rom. appellati ſunt, & cùm à cæteris Rhodano ad Rhenum vſque populis ne pax quidem poſſet niſi ſuſpecta ſperari, ſoli & conſanguinitatis nomine gloriati ſunt, & nuper (vt media prætercam) Diuum Claudium,parentem tuum,ad recuperandas Gallias ſoli vocauerūt, & ante pauciſſimos annos (quod maximè prædicandum) plurima patris tui beneficia partim rebus effecta perceperunt, partim animo ſignificata lætantur. Fuit olim Saguntus fœderata,ſed cùm iam tędio Punici belli nouare imperium omnis cuperet Hiſpania, fuit amica Maſſilia,protegi ſe maieſtate Romana gratulabatur; imputauere ſe origine fabuloſa in Sicilia Mamertini,in Aſia Ilienſes: ſoli Aedui non metu territi,non adulatione compulſi,ſed ingenua & ſimplici charitate fratres populi Rom.crediti ſunt, appellaríque meruerunt.Quo nomine pręter cætera neceſſitudinum vocabula & communitas apparet, & dignitatis æqualitas. Deinde cùm finitimæ nationes ipſi illi Romanæ fraternitati,non gloriæ inuidentes,& vſque

in perniciem ſui odiis incitatæ, Germanos ſibi auxiliarios dominos inuocaſſent,princeps Aeduus in Senatum venit,rem docuit, cũ quidem oblato conſenſu minus ſibi vindicaſſet quàm dabatur, ſcuto innixus perorauit. Imperata ope,Romanum exercitũ, Cæſarémque cis Rhodanum primus induxit. ſemita enim Galliæ vſque ad id temporis Tranſalpina Gallia nominabatur.Sed enim Aedui totum iſtud quod Rheno,Oceano,Pyrenæis montibus,cunctis Alpibus cõtinetur,Romano imperio tradiderunt, hibernis hoſpitaliter præbitis,ſuppeditatis largiter commeatibus,armis fabricandis, pedeſtribus,equitum copiis auxiliantibus. Ita in vnam pacem ſociatis omnibus Celtarũ Belgarúmque populis, eripuere Barbaris quidquid iunxere Romanis.Dicet aliquis,Vetera iſta ſunt.Et quidem hoc ſanctiora quòd vetera. bonis enim meritis cum ætate dignitas & pondus accedit. Atque vt magno natu parentes magis magíſque in dies veneramur & colimus. fratrum verò æqualitas,& liberorum ſoboles blandiore licèt,leuiore tamen animos tangit affectu, ita beneficia antiqua grauiora ſunt , quamuis præſentia ſuauiora videantur. Sed tamen ſi illa vetuſtate obſoleuerunt,quid hæc recentia quæ pueri vidimus? Attende(quæſo)quanti ſit Imperator quòd diuum Claudium,parentem tuum , ad recuperandas Gallias primi ſollicitauerunt,expectantéſque eius auxilium,ſeptem menſibus clauſi,&omnia inopiæ miſeranda perpeſſi,tum demum irrumpẽdas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt cùm feſſi obſeruare non poſſent. Quòd ſi vobis,& conatibus Aeduorum Fortuna fauiſſet,atque ille reip. reſtitutor implorantibus nobis ſubuenire potuiſſet, ſine vllo detrimento Romanarum virium,ſine clade Catalaunica compendium pacis reconciliatis prouinciis attuliſſet fraternitas Aeduorum. Ob hæc igitur merita & priſca diuus pater tuus ciuitatem Aeduorum voluit iacentem erigere,perditámque recreare, non ſolùm pecuniis ad calendaria largiendis,& lauacris quæ corruerant extruẽdis, ſed & methycis vndique transferẽdis,vt eſſet illa ciuitas prouinciarum velut vna mater, quæ reliquas vrbes quodammodo Romanas prima feciſſet.Dixi quàm bene meritis Aeduis ſubueneris Imperator,ſequitur vt dicam quàm grauiter afflictis. Qui locus nimium quantum plus mihi ſuppeditaret orationis ſi fas eſſet,audiente te,rebus triſtioribus immorari. Vt igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ verecundia modũ fecit,ne arroganter inſurgerẽ,ita in commemorandis eiuſdem malis & meus dolor, & tuarum aurium conſuetudo co-

hibebit.nihil enim libenter audis,niſi quos pro tuis graturleris. Sed tamen(quæſo)Imp.iniunge patientiã ſenſibus tuis,vt quẽadmodum præſtantes ſcientia medici non aſpernantur vulnera inſpicere quæ ſanant,ita nunc tu pauliſper audias Aeduorũ labores quos ſuſtuliſti. neq; enim potes ſine experimento miſericordię ad laudem clementiæ peruenire.Iacebat illa ciuitas non tã innixa Romanis,quàm virium defectione proſtrata,ex quo eam noui cenſus exanimauerat acerbitas. Nec tamen iuſtè queri poterat, cùm & agros qui deſcripti fuerant haberemus, & Gallicani cenſus communi formula teneremur,qui fortunis nemini poſſumus ęquari.Quo magis Imp.clemẽtiæ tuæ gratias agimus,qui remediis ſponte conceſſis feciſti,vt quod nõ poteramus iure petere,iuſtè obtinuiſſe videamur. habemus enim (vt dixi) & hominũ numerũ qui delati ſunt, & agrorũ modum,ſed vtrumq; nequã hominum ſegnitia,terręque perfidia. vnde.n.nobis Remus,aut Neruius,aut ipſe ille de proximo Tricaſſinus ager,aut arator,quorũ reditus cum labore contendunt? Quanquam meritò quiuis ſi ignoſcat ipſis cultoribus, quos piget laborare ſine *fructu*. ſiquidẽ ager qui nunquam reſpondet impendiis ex neceſſitate,deſeritur etiam inopia ruſticanorum, quibus in aëre alieno vacillãtibus, nec aquas deducere,nec ſiluas licuit excidere.Ita quidquid olim fuerat tolerabilis ſoli aut corruptum eſt paludibus, aut ſentibus impeditum.Quinetiã ipſe ille pagus Arebrignus manu ſeritur inuida,cuius in loco vitium cultura perſpicua eſt. nam retro cætera, ſiluis & rupibus inuia,ſecurarum ſunt cubilia beſtiarum. Illa autem quæ ſubiecta & vſque Ararim porrecta planities fuit quidem (vt audio) aliquando iucunda,cùm per ſingulorum fines continua cultura procurſus fontium.vallibus patentibus euehebat,nunc autem intercluſis vaſtitate meatibus,quidquid humilitate ſua fuerat vberius in voraginem & ſtagna conuerſum. Ipſæ denique vineæ, quas mirantur ignari,ita vetuſtate ſenuerunt, vt culturam iam pæne non ſentiant. radices enim vitium, quarum iam neſcimus ætatem, millies replicando congeſtæ, altitudinem debitam ſcrobibus excludunt, & ipſam propaginem non debitam, ſed obtectam perdunt imbribus eluendam, & Solibus perurendam. Nec poſſumus (vt Aquitanis, aliiſque prouinciis familiare eſt) nouis vitibus locum vbique metari,cùm ſuprà ſaxa perpetua ſint, infrà humilitas ruinoſa. Nam quid ego de cæteris ciuitatibus illius regionis loquar, quibus illacrymaſſe te ipſe confeſſus es? vidiſti enim non vt

per agros aliarum vrbium, omnia ferè culta,aperta, florentia, vias faciles, nauigera flumina ipſas oppidorum portas alluentia, ſed ſtatim ab eo fluxu è quo retrorſum via ducit in Belgicā vaſta omnia, inculta,ſqualentia, muta, tenebroſa, & vt militaris via ſit confragoſa, & alternis montibus ardua atque præceps, vt vix ſemiplena carpenta,interdum vacua tranſmittat. Ex quo ſæpe accidit vt obſequia noſtra tarda ſint,cùm paruarum frugum nobis difficilior ſit euectio quàm cæteris plurimarum. Quo magis Imp.pietati tuæ gratias agimus, qui cùm ſcires itinerum regionum noſtrarum aditum atque aſpectum tam fœdum támque aſperum, tam illò deflectere,& vrbē illam ſola opis tuę expectatione viuentem illuſtrare dignatus es. Boni Principis eſt libenter ſuos videre felices,ſed melioris inuiſere etiā laborantes. DI boni! quiſnam ille tum nobis illuxit dies(iam enim ad prædicanda remedia ordine Numinis tui ſuperuenit oratio) cùm tu(quod primum nobis ſignum ſalutis fuit) portas ipſius vrbis intraſti?quę te habitu illo in ſinum reducto, & procurrentibus vtrinque turribus amplexu quodam videbātur accipere. Miratus es Imp. vnde ſe tibi tanta obuiam effunderet multitudo, cùm ſolitudinem ex vicino monte vidiſſes? Omnes enim ex agris omnium ætatum homines conuolauerunt,vt viderent quem ſuperſtitem ſibi libenter optarent. quod enim ad propagandos aliorum Principum ſolenni verborum more iuratur,tibi Cōſtantine ſoli, vltra omniū noſtrûm fata victuro, ſecurè vouemus, cui tam longa ætas propria debeatur. Magna eſt profectò vis poſt diuturnam ægritudinē atque mœſtitiā ſurgentiū gaudiorum.Caluit in nobis vltra vires noſtras animus ad lætitiā, vt quodam præſagio futuræ felicitatis elati tāta te exultatione ſuſcepimus,quaſi iam indulgentiā quam vſurus eras haberemus. Exornauimus vias quibus in Palatium peruenitur, paupere quidem ſupellectile,omnium ſigna collegiorum,omnium Deorum noſtrorum ſimulacra pertulimus, pauciſſima clarorum inſtrumēta modulorum,per compendia ſæpius tibi occurſura pertulimus. Diuites nos crederet qui veritatem ſtudio æſtimaret. Sed enim prouidentiam tuam latere non potuit quamuis bene diſſimulata paupertas: intellexiſti officioſam & honeſtam inopum vanitatem. Sponte nos ad Numinis tui aditum vocas, ſponte affari, quod opus deſideraremus interrogare dignatus es. Hæc ſunt Imperator vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, ſed ex voluntaria tua benignitate proueniunt, & citra vllam petendi moleſtiam adi-

piſcendi voluptatem dederunt. neque enim parui negotij eſt Imperatorem totius orbis pro ſe peculiariter rogare, ſub tantæ maieſtatis affectu perfricare frontem, vultum componere, cōfirmare animum, verba concipere, trepidanter dicere, aptè deſinere, expectare reſponſum. Has omnes difficultates Imperator verecundiæ noſtræ remiſiſti, non ſolùm vltrò percunctando quid remedij poſceremus, ſed etiam tibi ipſi ſuggerendo quæ nos tacebamus, dum nos iacentes ad pedes tuos clementiſſimo attollis afflatu. Vidimus minimam tuam humentibus oculis eminentem. Ibant per hæc ora lacrymæ, nobis ſalutares, tibi glorioſæ, & nos inuicem iam dolore diſcuſſo flebamus gaudio. nam ſicut agros diuturno ardore ſitientes expetitus votis imber vbertat, ita lacrymæ tuæ pectora noſtra gaudiis irrigabant. Vt quamuis nefas eſſet te flente lætari, vinceret tamen gratulatio religionem, cùm lacrymæ illæ pietatis eſſent indices, non doloris. Et hæc quidem nobis ad ſummam gratulationem ſufficere potuiſſent, etſi remediorum noſtrorum ſpem diſtuliſſes, & quibus nos opibus leuaturus eſſes dubium reliquiſſes, ſed tam prompta in te eſt natura bonitatis, vt quod pia mente conceperis ſtatim voce declarares. Sic ingenui largíque fontes vt vbique poſſint ire feſtinant, ſic celeriter in terras cælo miſſa perueniunt, ſic denique diuina illa mens quæ totum mundum hunc gubernat quidquid cogitauit illud fecit. In quo tamen, Imperator, ſi conſilium amici callidioris admitteres, eſſet quod fortaſſe reprehenderetur, nimium te ſcilicet facilè ea quæ ſis tributurus aperire, & ſine vllo artificio citò promere, quæ ſperari diu debeant. Neſcis Imperator tua commendare beneficia, pręſtandi celeritate occupas tempus optandi. Sed enim indulgentiæ celeritate viciſti Imperator ipſa elementa quibus animam viuimus. Diu venturi hominis paratus optatur, diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem, diu fruges hiems cohibet, ver elicit, æſtas flore ſolidat, calor ematurat; tu nobis vitam pariter totam dediſti, tu fructus meritorum tuorum ſtatim nos metere, & in conditis referre iuſſiſti. Releuaturus cenſum, definiſti numerum. Reliqua debita remiſſurus, quantum deberemus interrogaſti. Quæ interrogatio manifeſta pro miſſio fuit. nam cùm is qui omnia poteſt quid ſibi debeatur interrogat, non curioſè percunctatur vt ſciat, ſed liberaliter cupit audire quantum remittat. Separatè igitur vtrique dicam. neque enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt tua beneficia. Septem milia capitum remiſiſti, quartam amplius partem noſtrorum cenſuum, & tamen

vtrum ſufficeret hoc nobis ſæpius requiſiſti. O nos vtrúmne verecundos dicam nimium,an ſatis gratos?qui reticuimus,hæſimus, indulgentiæ tuæ amplè fluenti modum fecimus. Plus adhuc præſtare cupiebas,ſi auſi fuiſſemus expoſcere. Quantum ſit hoc Imp. beneficium,quàm neceſſarium nobis,quàm vtile etiã deuotionis officiis, non queo ſatis dicere. Remiſſione iſta ſeptem millium capitum vigintiquinq; millibus dediſti vires,dediſti opem,dediſti ſalutẽ,plúſq; in eo conſecutus es quod roboraſti quàm recidiſti in eo quod remiſiſti. Quater tantum ter firmum certúmque redditum eſt. Id quod irritò petebatur.ſiquidem deſperatio perferẽdi debiti etiam id quod dari poterat inhibebat,nec erat ratio conandi,cùm nõ eſſet ſpes vlla cõplendi.O diuinam Imp.tuã in ſananda ciuitate medicinam!Sicut ægra corpora & onerata ſtupentium torpore membrorum reſecata aliqua ſui parte ſanantur,vt imminuta vigeant quæ exacerbata torpebant,ita nos nimia mole depreſſi leuato onere conſurgimus. Neſcit taxare indulgentiam tuam qui te putat ſeptem millia capitum ſola donaſſe. Donaſti omnia quæ ſtare feciſti. quãquam enim adhuc ſub priſtina ſarcina vacillemus, tamen leuior videtur,quia nemo præfertur. Exonerandi præſumptio dat patientiam ſuſtinendi. Certè & tum liberi parentes ſuos chariores habent, & mariti coniuges nõ grauatè tuẽtur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum,quorũ onera ſibi remiſſa lætantur. Ita omniũ pietas olim feſſa reſpirat, & ſuos quemque iuuat numerare ſecurum,cùm plures adiuuant obſequia paucorum. Quo magis ſpe futuri temporis eleuamur. Recreatur animus ſecuritate pręteriti,remiſſiſque reliquis nihil eſt quod reſpectandum timendúmque ſit,quod aliquid virium venturis penſitationibus necet. Ita duorum temporum,quæ ſunt maxima,moleſtia liberati ſumus,vnum,atque id minimum,breui labore tranſigimus. nam cùm præteritum tempus pro modo ſuo longum, futurum autẽ infinitum ſit,præſens tempus breue, & ſemper in partem vtramque mutabile,cùm & à præterito relinquatur,& tranſeat in futurũ, vnus hic annus propè ſenſum non habet difficultatis,duorum temporum indulgentiis coarctatus,& quaſi terminus quidam poſitus felicitati & vtriuſque confinij,qui nos & in præterito liberos facit,& in futuro ſecuros. Quinque annorũ nobis reliquã remiſiſti. O luſtrum omnibus luſtris felicius!O luſtrũ quod meritò hanc imperij tui æquauit ætatem! Nobis ergo præcipuè te principem DI creauerunt, quibus ſingulis hæc eſt nata felicitas ex quo tu imperare cœpiſti. Quin-

quennalia tua nobis etiam perfecta celebranda ſunt. illa enim quæ te incipiente ſuſcepta, omnibus populis iure communia, nobis hæc propria quæ plena ſunt. Præclara fertur Catonis oratio de luſtri ſui felicitate. iam tunc enim in illa vetere rep. ad Cêſorum laudem pertinebat, ſi luſtrum felix condidiſſent, ſi horrea meſſis impleſſet, ſi vindemia redundaſſet, ſi olиueta larga fluxiſſent. Quid ergo nos conuenit gratulari de hoc indulgentiæ tuæ luſtro? luſtro, quo licèt nulla frugum ceſſarit vbertas, feciſti tamen vt omnia videantur fuiſſe largiora quàm fuerint. valet enim nos tantum habuiſſe quantum debere definimus, valet plena fuiſſe horrea, plenas cellas, cùm in nullis reliquis hęreamus. Hoc nobis eſt iſta largitio, quod terra mater frugũ, quod Iuppiter moderator aurarum. Quidquid illi parcius dederunt, nobis tamen ex beneficio tuo natum eſt. Quænam toto orbe terrarum auri argentíque metalla tam larga ſunt, quis Tagus? quíſve Pactolus tanto fluxerunt auro, quantum liberalitate tua conſecuti ſumus? nos enim maioris eſt muneris abs te accepiſſe, quinimmò quãto eſt durius extorqueri quod proprium fuerit, quàm non acquirere quod fuerit alienum, tanto dulcior eſt remiſſa ſoluendi neceſſitas quàm lucrandi optata commoditas. Quã multi, Imp. Auguſte, quos inopia latitare per ſaltus, aut etiam in exilium ire compulerat, iſta remiſſione reliquorum in lucem exeunt, & in patriam reuertuntur, deſinunt priſtinam accuſare pauperiem, deſinunt odiſſe agrorum ſuorum ſterilitatem, reſumunt animos operi, præparant culturam, melioribus annituntur auſpiciis, reuiſunt domos, referunt dona tẽplis? Pręſertim cùm tu omnium noſtrorum cõſeruator adueneris, & quaſi illa maieſtatis tuæ comes & ſocius, flagrabit tota ciuitas, gaudiis perſtrepet, & cùm proficiſceris fortaſſe retinebit. dabis enim veniam, amoris noſtri contumeliam feres. Omnium ſis licèt dominus vrbium, omnium nationum, nos tamen & nomen accepimus tuum iam, non antiquum. Bribracte quidem hucuſque dicta eſt Iulia Polia Florentia, ſed Flauia eſt ciuitas Aeduorum.

EVMENII PANEGYRICVS CONSTANTINO CONSTANTII FILIO DICTVS.

PLACEREM, ſacratiſſime Imp. quod paulo antè mihi plerique perſuaſerunt, vt, quoniam maieſtas tua hunc mediocritati meæ diem, dicto in iſta ciuitate celeberrimum, ad dicēdum dediſſet, de eo ipſo ducerem ſermonis exordium, niſi me ab hoc duplex ratio reuocaret, conſiderantem neque mediæ ætatis hominem oſtentare debere ſubitam dicendi facultatem, neque ad aures tāti Numinis quidquam, niſi diu ſcriptum, & ſæpe tractatū afferri oportere. nam qui apud Imperatorem populi Romani dicit ex tempore, quātum ſit, non ſentit imperium. Huc accedit quòd iam ſatis multi ſunt, qui me putant nimium multa dicturum: idque (vt arbitror) non ex ingenio meo, (quod mediocre eſt) ſed ex laudum veſtrarum copia metiūtur. Quorum ego expectationem, inuitus licèt, fallam breuitate dicendi. re vera enim cogitaueram plura quæ dicerem, ſed malo orationē meā reſpuere. Itaque primum illud compendium faciam, quod cùm omnes inuictiſſimi Principes, quorum concors eſt & ſocia maieſtas, debita veneratione ſuſcipiam, hunc tamen quantulumcūque tuo modò Conſtantine Numini dicabo ſermonē. vt enim ipſos immortales Deos quamquam vniuerſos animo colamus, interdum tamen in ſuo quemque templo ac ſede veneramur, ita mihi fas eſt omnium Principum pietatem meminiſſe, laudibus celebrare præſentem. A primo igitur incipiam originis tuæ Numine, ꝙ pleriq; adhuc fortaſſe neſciūt, ſed qui te amāt plurimū ſciūt. ab illo enim Diuo Claudio manet in te auita cognatio, qui Romani imperij ſolutā & perditā diſciplinā primus reformauit, immanēſq; Gotthorū copias poteſtati faucibus & Iſtri ore proruptas terra mariq; deleuit, vtinā diuturnior recreator hominū quàm maturior Deorum comes. Quāuis igitur ille feliciſſimus dies proxima religione celebratus imperij tui natalis habeatur, quoniā te iſto habitu primus ornauit, iam tamē ab illo generis autore in te imperij fortuna deſcendit. Quinimò patrē tuū ipſum vetus illa Imperatoriæ domus prærogatiua prouexit. Vt iā

ſummo gradu,& ſupra humanarum rerum fata conſiſteres,poſt duos familiæ tuæ tertius Imp.Inter omnes inquam participes maieſtatis tuæ hoc habes Conſtantine præcipuum, quòd Imp.es,tantáque eſt nobilitas originis tuę,vt nihil tibi addiderit honoris imperium,nec poſſit Fortuna Numini tuo imputare quod tuum eſt,omiſſo habitu & ſuffragatione.Non fortuita hominum conſenſio,non repentinus aliquis fauoris euentus te principem fecit.Imperium naſcendo meruiſti.Quod quidem mihi Deorum Immortalium munus & primũ videtur & maximum in lucem ſtatim felicem venire, & ea quæ alij vix totius vitæ laboribus conſequuntur iam domi parta ſuſcipere. quamuis etiam magna ſit & admiranda felicitas quæ ſtipendiis in ordinem meritis,& militiæ gradibus emẽſis ad faſtigium iſtud maieſtatis aſcendit, & ſolis virtutis nixa radicibus ad tantum potentiæ robur inualuit; (quod quidem etiam tu quantum per ætatem licuit conſecutus es,& quamuis te ſuper omnes acquirendæ gloriæ moras Fortuna poſuiſſet, creſcere militando voluiſti, & adeundis belli periculis,ac manu cùm hoſtibus etiam ſingulari certamine *conſerenda* notiorem te gentibus reddidiſti, cùm non poſſes eſſe nob*ilior*) magnum (inquam) eſt ab ſe profectum ad maxima peruenire,longè tamen aliud eſt niti per ardua,& iuga montium patere plano, aliud ipſa ortus ſui ſublimitate fultum verticẽ tenere fortunæ, & quę ſumma ſunt non ſperare,ſed habere.Sacrum iſtud Palatium non candidatus imperij, ſed deſignatus intraſti,confeſtímque te illi paterni Lares ſucceſſorem videre legitimum. neque enim erat dubium quin ei competeret hereditas quem primum Imperatori filium Fata tribuiſſent.te enim tantũ ille & Imperator in terris,& in cælo Deus in primo ætatis ſuæ flore generauit,toto adhuc corpore vigens,*illa* præditus alacritate ac fortitudine quanquam bella plurima præcipuè cãpi Vindonis idonei.Inde eſt quod tanta ex illo in te formæ ſimilitudo tranſiuit,vt ſignante Natura vultibus tuis impreſſa videatur.idem enim eſt, quem rurſus in te colimus, aſpectus, eadem in fronte grauitas, eadem in oculis & in ore tranquillitas. Sic eſt index modeſtiæ rubor,ſic teſtis ſermo iuſtitiæ. Accipe,Imp. accipe noſtrorum ſenſuũ confeſſionem. Dolemus quòd Conſtantius exceſſit à nobis, ſed dum te cernimus illum exceſſiſſe non credimus. Quanquam quid ego illũ exceſſiſſe dico, cuius immortalia facta viuunt, & in ore omnium hominum oculiſque verſantur? quis enim non dico reminiſcitur, ſed quis non adhuc quodammodo videt quantis ille rebus

auxerit ornarítq; remp.? Qui aſcitus imperio primo aduentu ſuo innumerabili hoſtium claſſe feruentem excluſit Oceanum, exercitum illum qui Bononienſis oppidi litus inſederat terra pariter ac mari ſepſit, cùm reciprocos curſus illius elementi iactis inter vndas vallis diremiſſet, vt quorum portus fluctu allueret mare & quod tangerent perdidiſſent. Qui eôdé exercitu virtute capto, clementia conſeruato, dùm ædificandis claſſibus Britanniæ recuperatio comparatur, terrã Batauiam, ſub ipſo quondam alumno ſuo à diuerſis Francorum regibus, gentibus occupatam, omni hoſte purgauit, nec contentus viciſſe, ipſas in Romanas tranſtulit nationes, vt non ſolùm arma, ſed & feritatem ponere cogerentur. Nam quid ego de receptione Britãniæ loquar? Ad quam ita quieto mari nauigauit, vt Oceanus ille tãto vectore ſtupefactus caruiſſe ſuis motibus videretur, ita peruectus, vt non comitata ſit, ſed præſtolata victoria. Quid de miſericordia dicam qua victis temperauit? quid de iuſtitia qua ſpoliatis amiſſa reſtituit? quid de prouidentia qua ſociis ſibi iunctis ſe eiuſmodi iudicio dedit, vt ſeruitutem paſſos iuuaret recepta libertas, culpæ conſcium ad pœnitentiam reuocaret impunitas? Quid loquar rurſus intimas Franciæ nationes non iam ab his locis, quę olim Romani inuaſerãt, ſed à propriis ex origine ſuis ſedibus, atq; ab vltimis Barbariæ litoribus auulſas, vt in diſertis Gallię regionibus collocatæ etiam pacem Romani imperij cultu iuuarent, & arma dilectu? Quid cómemorem Lingonicam victoriam, & Imperatoris ipſius vulnere glorioſam? quid Vindonis campos hoſtium ſtrage completos, ſed adhuc oſſibus opertos? quid immané ex diuerſis Germanorũ populis multitudiné, quã duratus gelu Rhenus illuxerat, vt inſulam quã diuortio ſui idem amnis cóplectitur pedeſtri agmine auſa trãſmitere, repẽtè laxato flumine clauderetur, & demiſſis ſtatim obſeſſa nauigijs ita ſe dedere cogeretur, vt quod difficilius eſt ſorte cómuni eligeret, & ex æquo captiuitati traderet, relatura cum reliquiis ſuis infamiam proditionis ſuorũ. Dies me antè deficiet quã oratio ſi omnia patris tui facta vel hac breuitate percurrã. Cuius etiã ſuprema illa expeditio non Britãnica tropæa (vt vulgo certum eſt) expetiuit, ſed DIs iam vocantibus ad intimum terrarum limen acceſſit, neq; enim ille tot tantíſque rebus geſtis non dico Caledonum, aliorúmque pictorum ſiluas & paludes, ſed nec Hiberniam proximam, nec Thulen vltimam, nec ipſas (ſi quæ ſunt) Fortunatorum inſulas dignabatur acquirere, ſed (quod eloqui nemo voluit) iturus ad Deos, genitorem illum

Deorum,fluctibus ſuis ignea cæli aſtra refouentem,proſpexit Oceanum, vt futurus exinde luce perpetua iã videret illic diem pene continuum. verè enim profectò illi Superûm templa patuerunt, receptúſque eſt conceſſu cæli, Ioue ipſo dexterã porrigente. Quinimmò ſtatim ſententiam rogatus,cui imperium decerneret,vt decebat, dixit Conſtantinum Pium. manifeſtè enim ſententia patris electus eſt Imp. Quod ita nos dicere cùm veritas iubet,tum pietati tuæ (vt video) gratiſſimum eſt.Sed cur tantummodo priuatis tuis affectibus blandiamur,cùm omniũ deorum fuerit illa ſententia,& quidẽ iã autoritate præſcripta,quæ tum pleno firmata ſit cõſilio? iam tunc enim cæleſtibus ſignis ſuffragiis ad ſalutem reip. vocabaris,cũ ad tempus ipſum quo pater in Britanniã transfretabat claſſi iam vela facienti repentinus tuus aduentus illuxit. Vt non aduectus curſu publico,ſed diuino quodã aduolaſſe curriculo videreris. non enim illa Perſarũ, Cydonúmve tela tam certis iactibus deſtinata fixerunt, quã tempeſtiuus patri tuo terras relicturo comes affuiſti, omnéſq; illius curas, quas præſaga & tacita mente voluebat præſentiæ tuę ſecuritate *laxaſti*.DI boni,quanta Conſtantinum Pium etiam in *exceſſu ſuo* felicitate donaſtis!Imperator tranſitum facturus in cælum vidit quem relinquebat hæredem. illicò enim atque ille terris fuerat exemptus, vniuerſus in te conſedit exercitus,te omnium mentes oculíq; ſignarunt, & quanquam tua ad ſeniores Principes de ſumma reip. quid fieri placeret retuliſſes.præuenerunt tamen ſtudio quod illi mox iudicio probauerunt. Purpuram ſtatim tibi, cùm primus copiam tui fecit egreſſus,milites,vtilitati publicæ magis quã tuis affectibus ſeruientes,iniecere lacrymanti. neque enim fas erat diutius fleri Principem conſecratum. Diceris etiam Imp.inuicte ardorem illum te depoſcentis exercitus fugere conatus equum calcaribus incitaſſe. Quod quidem (vt verum audias) adoleſcentiæ errore faciebas. quis enim te Cyllarus,aut Arion poſſet eripere, quem ſequebatur imperium? Illa (inquam)illa maieſtas quæ Iouis ſubiecta nutu, nec Iridi Deûm nunciæ, ſed prius commiſſa Victoriæ,tam facilè te comitata eſt quàm citò ad terras cælo miſſa perueniunt. Sic modeſtiam tuam atque pietatem & differendi imperij conatus oſtendit, & reip. felicitas vicit. O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Conſtantinum Cæſarem prima vidiſti! Meritò te omnibus cæli ac ſoli bonis Natura donauit, in qua nec rigor eſt nimius hyemis, nec ardor æſtatis, in qua ſegetum tanta fœcundi-

tas, vt muneribus vtriuſque ſufficiat,& Cereris & Liberi, in qua nemora ſine immanibus beſtiis, terra ſine ſerpentibus noxijs, contrà pecorum mitium innumerabilis multitudo lacte diſtenta, & onuſta velleribus. certè quod propter vitam diligitur, longiſſimæ dies, & nullæ ſine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planicies non attollit vmbras, noctiſque metam cæli & ſiderum tranſit aſpectus. Vt ſol ipſe, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire. DI boni, quid hoc eſt quòd ſemper ex aliquo ſupremo fine mundi noua Deûm numina vniuerſo orbi colenda deſcendunt? Sic Mercurius à Nilo, cuius fluminis origo neſcitur, ſic Liber ab Indis propè conſciis Solis orientis Deos ſe gentibus oſtendere præſentes. Sacratiora ſunt profectò Dij terraneis loca vicina cælo,& inde propius à DIs mittitur Imperator vbi terra finitur. Imperatoris igitur filius,& tanti Imperatoris, & ipſe tam feliciter adeptus imperium,quomodo remp. vindicare cœpiſti? Ignobilem credo aliquam Barbarorum manum repentino impetu, & improuiſo latrocinio ortus tui auſpicia tentaſſe. Affeciſti pœna temeritatis reges ipſos Franciæ, qui per abſentiam patris tui pacem violauerant, non dubitaſti vltimis punire cruciatibus, nihil veritus gentis illius odia & inexpiabiles iras. cur enim vllam reputet iuſtæ ſeueritatis offenſam Imp. qui quod fecit tueri poteſt? Tua clementia eſt, quæ parcit inimicis,& ſibi magis proſpicit quàm ignoſcit. Te verò Conſtantine quantumlibet oderint hoſtes, dum perhorreſcant. hęc eſt enim vera virtus, vt non ament,& quieſcant. Cautior licèt ſit qui deuinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen eſt qui calcat iratos. Renouaſti Imp. veterem illam Romani imperij fiduciam, quæ de captis hoſtium ducibus vindictam morte ſumebat. tunc enim captiui reges cùm à portis vſque ad forum triumphantium currus honeſtaſſent, ſimulátq; in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur. Vnus pro ſe ipſa Paulo qui ſedentem ſe acceperat deprecante, legem illius ſeueritatis euaſit. Cęteri in vinculis luce priuati aliis regibus dedere documentũ, vt mallent amicitiam colere Romanorum quàm exaſperare iuſtitiam. Adeo & hoc boni confert pœna hoſtibus irrogata, vt nõ ſolùm inimici ferocire non audeãt, ſed etiã amici impenſius reuereantur. Inde eſt igitur, Imp. pax iſta qua fruimur. neq; enim Rheni iã gurgitibus, ſed nominis tui terrore munimur. Quãlibet ille aut areſcat æſtu, aut reſidat gelu, neutro hoſtis audebit vti vado. nihil enim tam inſuperabili

vallo Natura præcluſit, quod non penetret audacia cui aliqua conãdi ſpes relinquatur, ille eſt inexpugnabilis murus quem extruit fama virtuti. Sciunt poſſe Franci tranſire Rhenum, quos ad necem ſuam libenter admittas, ſed nec victoriam poſſunt ſperare, nec veniam. Quid ipſos maneat ex regum ſuorum cruciatibus metiuntur, ideóq; tantum abeſt vt amnis illius tranſitum moliantur, magis vt comperta poteſtate deſperent. Vbi nunc eſt illa ferocia? vbi ſemper infida mobilitas? Iam ne procul quidem Rhenum audetis accollere, & vix ſecuri flumina interiora petitis. Contrà hinc per interualla diſpoſita magis ornant limitem caſtella quàm protegunt. Arat illam terribilem aliquãdo ripam inermis agricola, toto noſtri greges flumine bicorni verſantur. Hæc eſt tua Conſtantine de Aſacari cinere Gaiſique ſupplicio quotidiana atque æterna victoria, omnibus quõdam ſecundis prœliis anteponenda. Semel acie vincitur, ſine fine documento. Cladem ſuam, quamuis multi pereant, vulgus ignorat, cõpendium eſt deuincendorum hoſtium duces ſuſtuliſſe. Vt tamẽ omnibus modis Barbarorum immanitas frangeretur, nec *hoſtes* regũ ſuorum ſupplicia mœrerent, etiam immenſam Bructeris vaſtationẽ feciſti Imp. inuicte. In quo prima conſilij tui fuit ratio, quòd exercitu repentè traiecto inopinantes adortus es, non quò aperto Marte diffideres, vt qui palàm congredi maluiſſes, ſed vt illa natio perfugiis ſiluarum, & paludium bellum ſolita fruſtrari fugę tempus amitteret. Cæſi igitur innumerabiles, capti plurimi. Quidquid fuit pecoris, captum, aut trucidatum eſt. Vici omnes igne cõſumpti. Puberes qui in manus venerunt, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia ſeruituti, ad pœnas ſpectaculo dati, ſæuientes beſtias multitudine ſua fatigarunt. Hoc eſt, Imperator, fretum eſſe virtute ſua atque fortuna, hoc eſt, non pacem emere parcendo, ſed victoriam quærere prouocando. Inſuper etiam Agrippinenſi ponte faciendo reliquiis afflictæ gentis inſultas, ne vnquam metus ponat, ſemper horreat, ſemper ſupplices manus tendat, cùm tamen hoc tu magis ad gloriam imperij tui, & ornatum limitis facias, quàm ad facultatem quoties velis in hoſtem tranſeundi. quippe cùm totus armatis nauibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus vſque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat. Sed pulchrũ tibi videtur (& re vera pulcherrimũ eſt) vt Rhenus ille non ſolùm ſuperioribus locis, vbi aut latitudine vadoſus, aut vicinia fõtis exiguus, ſed & ibi nouo ponte calcetur vbi totus eſt, vbi iã plurimos hauſit amnes, quos hic noſter

ingens

ingens fluuius,& Barbarus Nicer,& Mœnus inuexit,vbi iam immani meatu ferox,& aluei vnius impatiens in ſua cornua geſtit excedere.Seruit profectò Conſtantine maxime ipſa rerum natura Numini tuo,cùm in illa gurgitũ altitudine tantarũ moliũ fundamenta iaciuntur,fidam & ſtabilem firmitatem habitura. Iunxerit quondam licèt Helleſponti anguſtias claſſe connexa Perſarum Rex potentiſſimus,temporarius ille tranſitus fuit. Simili nauium continuatione Baianum ſinum ſtrauerit ab Auguſto tertius Cæſar, delicata fuit illa vectatio Principis otioſi.Hoc opus & difficile factu,& vſu futurum eſt ſempiternum. Certè quidem iam ter in exordio ſuo hoſtiũ mouit obſequia,qui pacem ſupplices peti erũt, nobiliſſimos obſides obtulerunt.Ex quo nemo dubitat quid perfecto ponte facturi ſint qui iam ſeruiunt inchoato. Talibus te pro vtilitate ac dignitate publica rebus intentum auertunt in ſe noui motus eius hominis,quem ſucceſſibus tuis maximè fauere decuiſſet. De quo ego quemadmodum dicam adhuc fermè dubito, & de nutu Numinis tui expecto conſilium.quamlibet enim meritò pietatis tuæ queſtibus arguatur, debet tamen ſibi vox priuata moderari, præſertim cùm eum qui tibi ex tantis beneficiis tuis,& tanto neceſſitudinũ fauore ingratus extiterit adhuc contemplatui cogat vt quamuis irati reuereat. Quid faciam igitur,vt tam profunda vulnera ſuſpenſa manu tractem? Vſurpabo nimirum illa communia omnium facinorum patrocinia (quæ tamen plerumque etiam à ſapientibus aſſeruntur) nemině hominem peccare niſi Fato,& ipſa ſcelera mortalium actus eſſe Fortunæ,contrà autem Deorum munera eſſe virtutem. Gratulare Cõſtantine naturæ ac moribus tuis, quòd te talem Conſtantius Pius genuerit,talem ſiderum decreta formarint, vt crudelis eſſe non poſſis. Illum autem non credo cùm venturus in lucem optionem vitæ qua vteretur acciperet,ſortem incurriſſe fugiendam,quæ multis hominibus iniuſtum,& poſtremò ipſi voluntarium ferret exitium. vt enim alia mittam, hoc ipſum nonne Fati neceſſitas tulit,vt ille pietati tuæ hanc referret vicem, quem tu ab Vrbe pulſum,ab Italia fugatum,ab Illyrico repudiatum tuis prouinciis, tuis copiis,tuo Palacio recepiſti? Quid (oro) ſibi voluit? quid optauit? aut quid amplius dipiſceretur his quæ à te fuerat conſecutus? cui tu ſumma, & diuerſiſſima bona,priuatum otium & regias opes, dederas,cui digredienti ad annula fœderas, cui impenſius etiam quàm tibi occurrere obſequia noſtra mandaueras,cuius omnibus iuſſis ſic ſtatueras obedi-

re,vt penes te habitus,penes illum poteſtas eſſet imperij. Quis nam ille tantus fuit non ardor potentiæ, (quid enim te imperante non poſſet?) ſed error iam deſipientis ætatis, vt tot natus annos grauiſſimas curas,& bellum ciuile ſuſciperet? Nullis (vt res eſt) muneribus Fortunæ explentur,quorum cupiditates ratio non terminat, atque ita eos felicitas ingrata ſubterfluit,vt ſemper pleni ſpei,vacui cõmodorum,præſentibus careant,dum futura proſpectant. Atenim diuinum illum virum, qui primus imperium & participauit, & poſuit, conſilij & facti ſui non pœnitet, nec amiſiſſe ſe putat quod ſponte tranſcripſit.Fœlix beatúſque verè,quem veſtra,tantorum Principũ, colunt obſequia priuatum. Sed & ille multiiugo fultus imperio,& veſtro tegitur lætus vmbraculo,quos ſeit & ſua ſtirpe creuiſſe,& glorias veſtras ſibi iuſtè vindicat. Hunc ergo illum quæ ab illo fuerat fratre aſcitus puduit imitari, huic illum & Capitolini Iouis templo iuraſſe pœnituit. Non mirum quòd etiam genero peierauit.Hæc eſt fides, hæc religio Palatini ſacrarij deuota penetralibus, vt lentè & cunctanter, iam ſcilicet cùm illis belli conſiliis, itinere confecto, conſumptis copiis manſionum, ne quis conſequi poſſet exercitus, repentè intra parietes conſideret purpuratus, & bis depoſitum tertiò vſurparet imperium, litteras ad ſollicitandos exercitus mitteret, fidem militum præmiorum oſtentatione turbare tentaret,ſecurè ſcilicet vſurus exercitu quem venales manus habere docuiſſet? Quid quòd illius errore declaratum eſt Imp. quantus te militum tuorum amor complecteretur,qui te omnibus donis quæ ille promiſerat, omnibus honorũ oblationibus prætulerunt. Rara illa virtus continẽtiæ,vix à paucis ſapientiæ præceptoribus tantùm aliquando ſeruata, propter te Conſtantine omniũ hominum eſt ſcientia cõmunis,nec ſolùm hi quos litteræ,vitę quies mitigauit,ſed etiam ille militarium ardor animorum reſpectu tui lucra contẽpſit.Fuerint aliqui exercitus alacritate ac viribus tui ſimiles, tibi vni cõtigit exercitum habere ſapiẽtem.Multi olim fortaſſe praui duces,armis impares, largitate certarunt,ſed breuis eorum fuit & caduca popularitas, quos facilè vicit quiſquis imitatus eſt.Hic firmus,hic æternus eſt reip.cuſtos,quẽ ipſum per ſe milites amant,cui non blandita, nec vendita ſeruit adulatio,ſed ſimplex & ſincera deuotio.Dona tua Conſtantine manifeſtè ſunt grata militibus,ſed hoc gratiora quòd tua ſunt. Quæcunque porrigis manu tua fiunt acceptiora. Quam nemo poteſt tecum hac ambitione contendere? Inſuperabile genus eſt largitio-

nis cùm ipſe militi prǽmium eſt Imperator. Itaq; tribuis tu tuis quidem exercitibus etiam plura quàm cupiunt, ſed tuum te magis nomen, tua de memoria patris autoritas, tua ætatis gratia, tua denique iſta venerabilis forma commendat. pulchrum enim (DI boni!) & cæleſte miraculum Imperator adoleſcens, in quo illa, quæ iam ſumma eſt fortitudo, adhuc tamen creſcit, in quo hic fulgor oculorum, hæc veneranda pariter & grata maieſtas perſtringit ſimul & inuitat aſpectus. Talem magnum illum regem, talem Theſſalum virum méte concipio, quorum ſumma virtus pulchritudini coniuncta celebratur. non fruſtrà enim doctiſſimi viri dicunt: Naturam ipſam magnis mentibus domicilia corporum digna metari, & ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi poſſe, quantus illos cæleſtis ſpiritus intrarit habitator. Itaque te cùm ingredientem milites vident, admirantur, & diligunt, ſequuntur oculis, animo tenent, Deo ſe obſequi putant, cuius tam pulchra forma eſt quàm certa diuinitas. Statim igitur vt fœdum illud facinus audierant, vltrò à te proficiſcendi ſignum petiuerunt, cùm viatica dares, idipſum ſibi moram facere, pluſque iam ſe quàm ſufficeret ex largitionibus tuis habere dixerũt. Inde arreptis armis portas petierunt, tot dierum iter à Rheno vſque ad Ararim ſine vlla requie peregerunt. inde feſſis corporibus, animis flagrantibus, creſcente in dies ardore vindictæ quantò propius accederent. Tum quidem tua Imperator cura, qua refouendis eorum viribus à Cabillonenſi portu nauigia prouideras, feſtinantibus penè non placuit. Segnis ille & cunctabundus amnis nunquam fuiſſe tardior videbatur. Carinis tacitè labentibus, & ripis lentè recedentibus, ſtare ſe, non ire clamabant. Tum verò vſum pedum manibus aggreſſi incubuere nauigiis, & naturam fluminis vrgendo vicerunt, & tandem eluctati Araris moras vix ipſo Rhodano fuere contenti. Parum illis videbatur concitus ruere, minus ſolito Arelate properare. Quid multa? Confitendum eſt, Imperator, cum hoc tuo vigore corporis, hoc mentis ardore, laboraſti interdum vt quem ducebas ſequereris exercitum. tanto enim omnes impetu ferebantur, vt cùm illũm Arelate deſerto comperiiſſent abiiſſe Maſſiliam, confeſtim nauibus euolarent, effuſóque curſu non iam Rhodani curricula, ſed ipſa quodammodo ventorum flamina præuerterent. Tantus illos incenderat amor Numinis tui, vt quamuis ſcirent oppugnandam eſſe munitiſſimam ciuitatem, ſufficere ſibi crederent præuenire. Maſſilia enim (vt audio) in profundum mare prominens,

& munitiſſimo accincta portu, in quem anguſto aditu meridianus refluit ſinus, mille quingētis paſſibus terrę cohæret, quâ firmiſſimus, & turribus frequens murus opponitur quippe olim Græcos, Italóſque illuc conuenas, cùm artibus ingeniôque pollerent, etiam ipſe docuit locus omnia quæ bello vſui forent largius in eam partē quæ adiri poſſet impendere, cùm natura in cæteris ſumptum operis remiſiſſet. Itaque illam tum graui Fato Cæſari portas pro duce ſeniore claudentem, terra marique, admotis machinis, aggeribus extructis, naualibus prœliis ſæpius oppugnatam quàm territam, vix obſeſſio diuturna patefecit, cùm tamen Græculi magiſtratus & ipſum Cęſarem, & mox duces eius & copias non tā viribus ſuis quàm mœnibus repuliſſent. Atenim non, primo tuo Imperator aduentu, primóque impetu exercitus tui nihil eiuſdem Maſſiliæ altitudo murorum, nihil celeberrimæ turres, nihil loci natura remorata eſt quominus & portum caperes, & vrbem continuò, ſi velis. quippe tanta fiducia murum omnem milites inuaſerunt, vt ſtatim ſine dubio aſcenſuri fuiſſent, niſi parandis, quas admouerant, ſcalis *coniecturam* oculorum ſublimitas feſelliſſet. Sic quoque multi ſcalarum breuitate decepti quod ſupererat aſcenſui extentis corporibus æquabant, & ſuccedentium humeris ſubleuati iam interualla pinnarum vncis manibus inuaſerant. Adeo nihil periculi in vindictæ executione metuebant, vt ſibi non murum ſcandere, ſed ex æquo congredi viderentur. Sed (ô ſingularem tuam Conſtantine pietatem, & ſua ſemper officia etiam inter arma ſeruantem!) ſignum receptui dediſti, & victoriam diſtuliſti, vt omnibus tibi liceret ignoſcere, ne quid atrocius faceret miles iratus quàm clementiæ tuæ natura pateretur. In quo licèt optimi Imperatoris ſollicitudine caueris vt inducti in fraudem milites pœnitendi tempus acciperent, atque vltrò veniam precarentur, nos tamen, qui mitiſſimos ſenſus tuos intuemur, (nihil eſt enim tam perſpicuum quàm in pectore tuo bonitas) illi te intelligimus peperciſſe, quem, ſi prima copiam habuiſſet irruptio, eripere ferè nemo potuiſſet. Ita (quod ad pietatem tuam pertinet Imperator) & illum, & omnes quos receperat reſeruaſti. Sibi imputet quiſquis vti noluit beneficio tuo, nec ſe dignum vita iudicauit, cùm per te liceret vt viueret, tu (quod ſufficit conſcientiæ tuæ) etiam non merentibus peperciſti. Sed (ignoſce dicto) non omnia potes. DI te vindicant & inuitum. Quod quidem nobis ſemper optandum eſt, vt proſperos habeas etiam vltra vota ſucceſſus, qui omnem ſpem in

gremio maieſtatis tuæ ponimus, & tuam vbique præſentiam, quaſi dari poſſit, expetimus. ecce enim, dum à limite pauliſper abſceſſeras quibus ſe terroribus Barbarorum perfidia iactauerat ſcilicet, dum ſibi illa proponunt, Quando perueniet? Quando veniet? Quando feſſum reducet exercitum? cùm repentè audito reditu tuo velut attoniti conciderunt. Nec tuum pro rep. votum amplius quàm vnius noctis cura tetigit. poſtridie enim quàm accepto illo nuncio geminatum itineris laborem ſuſceperas omnes fluctus reſediſſe, omnem quam reliqueras tranquillitatem rediiſſe didiciſti, ipſa hoc ſic ordinante Fortuna, vt te ibi rerum tuarum felicitas admoneret DIs Immortalibus ferre quæ voueras vbi deflexiſſes ad templum toto orbe pulcherrimum, immò ad præſentem, vt veniſti, Deum. vidiſti enim (credo) Conſtantine Apollinem tuum, comitante Victoria, coronas tibi laureas offerentem. quæ tricenûm ſingulæ ferunt omẽ annorum. hic eſt humanarum numerus ætatum, quę tibi vtique debentur vltra Pyliam ſenectutem. Et immò quod credo vidiſti, téque in illius ſpem recognouiſti, cui totius mundi regna deberi vatũ carmina diuina cecinerunt. Quod ego nunc demum arbitror contigiſſe, cùm tu ſis, vt ille, iuuenis, & lætus, & ſalutifer, & pulcherrimus Imperator. Meritò igitur auguſtiſſima illa delubra tantis donariis honeſtaſti, vt iam vetera non quærant. iam omnia te vocare ad ſe templa videantur, præcipuéque Apollo noſter, cuius feruentibus aquis periuria puniuntur, quæ te maximè oportet odiſſe. DI Immortales quando illum dabitis diem quo præſentiſſimus hic Deus omni pace compoſita illos quoque Apollinis lucos, & ſacras ſedes, & anhela fõtium ora circumeat? Quorum ſcaturigines, leni tempore nebuloſæ, arridere Conſtantine oculis tuis, & oſculis ſeſe inſerere velle videantur. Miraberis profectò illam quoque numinis tui ſedem, & calentes aquas ſine vllo ſoli ardentis indicio, quarum nulla triſtitia eſt ſaporis, aut halitus, ſed talis hauſtu & odore ſinceritas qualis fontium frigidorum. Dabis & illic munera, conſtitues priuilegia, ipſam denique patriam meam ipſius loci veneratione reſtitues. Cuius ciuitatis antiqua nobilitas, & quondam fraterno populi Rom. nomine gloriata opem tuæ maieſtatis expectat, vt illic quorum loca publica, & templa pulcherrima tua liberalitate reparentur, ſicut hic video hanc fortunatiſſimam ciuitatem, cuius natalis dies tua pietate celebratur, ita cũctis mœnibus reſurgentẽ, vt ſe quodãmodo gaudeat olim corruiſſe, auctior tuis facta beneficiis: video Circum maximum, æmulũ

(credo) Romano; video baſilicas, & forum, opera regia, ſedémque iuſtitiæ in tantam altitudinem ſuſcitari, vt ſe ſideribus & cęlo digna & vicina promittant. Quæ certè omnia ſunt præſentia tua munera. quæcunque enim loca frequentiſſimè tuum Numen illuſtrat, in his & hominibus omnia, & mœnibus, & muneribus augentur, nec magis Ioui & Iunoni recubantibus nouos flores terra ſubmiſit, quàm circa tua Conſtantine veſtigia vrbes & templa conſurgunt. Ideóque hoc votis meis ſufficit, vt patriam meam videas ducéte pietate, quia ſtatim erit reſtituta ſi videris. Sed enim iſta felicitas viderit, an adhuc meæ debeatur ætati. Interim quoniam ad ſummam votorum meorum tua dignatione perueni, vt hanc meàm qualemcunque vocem, diuerſis otij & Palatij officiis exercitam, tuis auribus conſecrarem, maximas Numini tuo gratias ago, tibíque (quod ſupereſt) commendo liberos meos, præcipuéq; illum iam ſumma fiſci patrocinia tractantem, in quem me totum tranſtulit pietas. Cuius fœlix ſeruitus, ſiquando reſpexeris, maximè tuæ conueniet ætati. Cæterùm *quod* de omnibus liberis dixi, lata eſt, Imperator, ambitio. præ*ter illos* enim quinque quos genui, etiam illos, quaſi meos numero, quos prouexi ad tutelam fori, ad officia Palatij. multi quippe ex meri humo ignobiles fluunt, multi ſectatores mei etiam prouincias tuas adminiſtrant. Quorum ſucceſſibus lætor, omniúmque honorem pro meo duco, & ſi fortè hodie infrà expectationem mei dixero, in illis me confido placuiſſe. Sed tamen hoc quoque tuum mihi Numen indulſerit, vt ex hac oratione non eloquentiæ, (quod nimium eſt) ſed quantulæcunque prudentiæ, & deuotæ tibi mentis teſtimonium referam, cedant priuatorum ſtudiorum ignobiles curæ, perpetua mihi erit materia dicendi qui me probauerit Imperator.

EVMENII PANEGYRICVS CONSTANTINO CAESARI AVGVSTO DICTVS.

SI mihi Cæſar, poſt diuturnum ſilentium ſola eſſet vincenda trepidatio, qua rudimenta quædam vocis meæ rurſus experior, haud immeritò me vltra ætas, & quantulacumque ſtudij mei ferret opinio perturbari confiterer, præſertim cùm apud maieſtatem tuam diuina virtutum miracula veſtrarum prædicarem. Quo in genere orationis quanta eſſet cura, quantus labor, quàm ſollicita veneratio, ſenſi etiam cùm quotidiana illa inſtituendæ iuuétutis exercitatione verſarer. quamuis enim prima tunc in renaſcentem remp. patris ac patrui tui merita licèt æquare non poſſem, poſſem tamen vel cenſere numerando. Sed cùm in eo curriculo illo vetere, aut inter adyta Palatij veſtri alia quædam ſermonis arcani ratio demouerit, aut poſt indultam à pietate veſtra quietem ſtudium ruris abduxerit, & vos interim nullum vlciſcendæ augendæque reipublicæ vacuum tempus amiſeritis; cùm tot poſtea virtute veſtra partæ victoriæ, tot exciſæ vndique Barbaræ nationes, tot tranſlati ſint Roma cultores, prolati limites, tot prouinciæ reſtitutæ, hæreo prorſus & ſtupeo, & præter illam ex otio meo tarditatem tanta rerum mole deterreor, niſi hoc vno nitar hortatu, quòd ex quantacunque deſidia quamuis maximè orationi imparem facit Cæſar auditor, præſertim cum fauente Numine tuo ipſe ille iam pridem mihi, qui in lucem primus eduxit, diuinarum patris tui aurium aditus euenerit. Quò facilius maieſtatis tuæ recordatione confiſus poſſim illa quæ tunc dicta ſunt præterire, atque hunc ſermonem ab his quæ ſecuta ſunt inchoare. Quanquam multa mihi ex illis quoque hoc in tempore

neceſſariò tranſeunda ſunt, ac potiſſimum ea quibus officio delati mihi à diuinitate veſtra honoris interfui, captus ſcilicet Rex ferociſſimæ nationis inter ipſas quas moliebatur inſidias, & à ponte Rheni vſque ad Danubij trãſitum continentem deuaſtata atque exhauſta penitus Alamania. nam & maiora ſunt quàm vt enarrari inter alia poſſint, & (ne meis quoque ſtipendiis videar gloriari) ſufficit conſcientiæ meæ illa vidiſſe. De te igitur mihi Cæſar inuicte hodiernæ gratulationis exordium diuinus ille veſtræ maieſtatis ortus, ipſo quo illuxit auſpicio veris illuſtrior, cui dies ſerenus, atque (vt celebrantes ſenſimus) vltra rationem temporis Sol æſtiuus incaluit, auguſtiore fulgens luminis claritate quàm cùm originem mundi naſcentis animauit. ſiquidem tunc inter illa rerum tenera primordia moderatus dicitur, ne noceret ardentior, nunc certaſſe dicitur ne maieſtate veſtra videretur obſcurior. O felix beatúmque ver nouo partu, iam non amœnitate florum, nec viriditate ſegetum, nec gemmis vitium, nec ipſis tantùm Fauoniis, & luce ſerena lætum atque venerabile, quantum ortu Cæſarum maximorum! *O tempus* quo meritò quondam omnia nata eſſe credantur, cùm eõdem nunc confirmata eſſe videamus! O Kalendæ Martiæ ſicuti olim annorum voluentium, ita nunc æternorum auſpices Imperatorum! quanta enim inuictiſſimi Principes & vobis & reip. propagatio orbis veſtri participando tutelam? Cuius licèt omni hoſte perdomito certa ſecuritas, nimios tamen in diuerſa diſcurſus vel reuiſenda poſcebat. Partho quippe vltra Tigrim redacto, Dacia reſtituta, porrectis vſque ad Danubij caput Germaniæ Rhetiæque limitibus, deſtinata Batauiæ, Britanniæque vindicta, gubernacula maiora quærebat aucta atque augenda reſp. & qui Romanæ potentiæ terminos virtute protulerãt imperium filio pietate debebant. Et ſanè præter vſum curámq; reip. etiam illa Iouis & Herculis cognata maieſtas Iouio Herculióq; Principibus totius mundi, cæleſtiúmque rerum ſimilitudinem requirebat. quippe iſto Numinis veſtri numero ſumma omnia nituntur & gaudent, elementa quatuor, & totidem anni tempora, & orbis quadrifariam duplici diſcretus Oceano, & emenſo quater cælo luſtra redeuntia, & quadrigæ Solis, & duobus cæli luminibus adiuncti Veſper & Lucifer. Sed neque Sol ipſe, neque cuncta ſidera humanas res tam perpetuo lumine intuentur quàm vos tuemini, qui ſine vllo ferè diſcrimine dierum ac noctium illuſtratis orbem, ſalutíque gentium non his modò quibus immortales vultus veſtri vigẽt, ſed multo ma-

to magis illis diuinarum mentium veſtrarum oculis prouidetis, nec ſolùm qua dies oritur, & prǽteritur, & conditur, ſed etiam ex illa Septentrionali plaga ſalutari beatis luce prouincias. Adeo Cæſares veſtra in orbem terrarum diſtributa beneficia prope plura ſunt quàm Deorum. Quibus ego ſi omnibus immorari velim, neque hic dies mihi totus, neque proximus, neque porrò cęteri ſat erunt. Et habenda eſt ratio temporis, Cæſares, tanta dum loquimur. Adoratæ ſint igitur mihi Sarmaticæ expeditiones, quibus illa gens propè omnis extincta eſt, & pænè cum ſolo nomine relicta, quo ſeruiat. Dent veniam tropæa Niliaca, ſub quibus Aethiops & Indus intremuit. Cõtenta ſit voce gloriæ ſuæ & proxima illa ruina Carporum. Reſeruetur nunciis iam iámque venientibus Mauris immiſſa vaſtatio. Aliis hæc permittente maieſtate veſtra celebrabo temporibus. DI Immortales, vota ſuſcipio, & ipſis qui geſſere præſentibus. Illa verò Cæſar inuicte quæ ductu atque auſpicio numinis tui geſta ſunt, quorum etiam ſpectaculo fruimur ſub hac occaſione dignationis tuæ, ſine dilatione dicenda ſunt, eô magis, quòd quamuis in communibus reip. bonis neceſſe nobis gratulari quæ priora nobis ſunt maximè ſunt gratulationi. Statim itaque Gallias tuas Cæſar veniendo viciſti. ſiquidem illa celeritas qua omnes ortus atque aduentus tui nuncios præuertiſti cepit oppreſſam Geſorigiam cenſibus muris pertinacem, tunc errore miſero Romano piraticæ factionis, atque illis olim mari fretis alluentem portas ademit. In quo diuina prouidentia tua, & par conſilio effectus apparuit, qui omnem ſinum illum portus quem ſtatis vicibus æſtus alternat, defixis in aditu trabibus, ingeſtíſque ſaxis, inuium nauibus reddidiſti, atque ipſam loci naturam admirabili ratione ſuperaſti, cùm mare fruſtrà reciprocum prohibitis fuga quaſi illudere videretur, tanquam nullo vſu iuuaret incluſos, quaſi redire deſiſſet. Quænam vnquam mirabimur valla caſtrorum poſt hoc nouum in mari vallum? Quid erit mirum ſi quæ murorum, aut arieti non ceſſerit firmitas, aut machinas deſpexerit altitudo? cùm Oceanus ille tanto liberatus impetu, tanta mole conſurgens, (ſiue vlterioribus, vt ferunt, terris repulſus, ſiue anhelitu quo reſpirat euectus, ſeu quacunque alia ratione motus) nunquam tua Cæſar clauſtra perfregerit, neque omnino conuellerit tot dierum ac noctium receptu recurſúque, cùm tot interim, quà terras circumfluit littora ſolueret, ripáſque defringeret, vno illo (vt res eſt) loco aut potentia veſtræ maieſtatis inferior, aut pro debito vobis honore clementior

Xerxes,(vt audio) Perſarum rex potentiſſimus, pedicas iecit aureas in profundum, Neptunum ſe dictitans alligare,qui fluctibus ferociret.Stulta ille iactantia & ſacrilega vanitate. Atenim tua Cæſar diuina prouidentia & efficaci eſt vſa conſilio,nec inſultauit elemento, vt non prouocaret odium, ſed mereretur obſequium. quid enim aliud interpretemur, cùm ſtatim atque obſidionem neceſſitas,& clementiæ veſtræ fides ſoluerat eadem clauſtra qui primus inſiluit æſtus irruperit,totáque illa quoad vſus fuit inuicta fluctibus acies arborum veluti ſigno dato,& peracta ſtatione dilapſa ſit? Vt nemo dubitaret portum illum qui piratę,ne ſuis opem ferret,occluſus fuiſſet, vobis ad victoriam ſpontè patuiſſe.Potuiſſet enim Cæſar inuicte illo virtutis ac felicitatis tuæ impetu totum peragi continuò bellum, niſi ædificandis nauibus dari tempus rei neceſſitudo ſuaſiſſet. Quo tamen omni nunquam ab eorum hoſtium euerſione ceſſatum eſt quos adiri continens terra permiſit. Quanquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæſar vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus callidis interfluit, quámque diuortio ſui Rhenus *amplectitur*,pænè (vt cum verbi periculo loquar)terra non eſt.Ita penitus aquis imbuta permaduit, vt non ſolùm quæ manifeſtè paluſtris eſt cedat ad nixum,& hauriat preſſa veſtigium, ſed etiam vbi paulò videtur firmior pedum pulſu tẽtata quatiatur,& ſentire ſe procul mota pondus teſtetur.Ita(vt res eſt)ſubiacentibus innatat,& ſuſpenſa latè vacillat,vt meritò quis duxerit exercendum fuiſſe tali ſolo militẽ ad nauale certamen.Sed neque illæ fraudes locorum,neq; quæ plura inerãt perfugia ſyluarum Barbaros tegere potuerunt, quominus ditioni tuæ diuinitatis omnes ſeſe dedere cogerentur, & cum coniugibus ac liberis, cęteróque examine neceſſitudinum,ac rerum ſuarũ ad loca olim deſerta tranſirent,vt quæ fortaſſe ipſi quondam deprędando vaſtauerant,culta redderent ſeruiendo.Quis hoc vnquam futurum,etiamſi coràm voluiſtis & affari , Deus ante vos Principes perſuadere potuiſſet quod nũc vidimus,& videmus, totis porticibus ciuitatum ſedere captiua agmina Barbarorum, viros attonita feritate trepidantes, reſpicientes anus ignauiam filiorum, nuptas maritorum,copulatas vinculis,pueros ac puellas familiari murmure blandientes,atque hos omnes prouincialibus veſtris ad obſequiũ diſtributos,donec ad deſtinatos ſibi cultus ſolitudinum ducerentur. Inſultare hercule communi Galliarum nomine libet, (quod pace veſtra loquar) ipſis triumphum aſſignare prouinciis. Arat ergo

nunc mihi Caunus, & Friſius, & ille vagus, ille prædator exercitio ſqualidus operatur, & frequentat nundinas meas pecore venali, & cultor Barbarus laxat annonam. Quinetiam ſi ad delectum vocetur, accurrit, & obſequiis teritur, & tergo coërcetur, & ſeruire ſe militiæ gratulatur. Quid faciam Cæſar Auguſte? Ignoſce ſi moror, ignoſce ſi propero. multa enim illius temporis quo tranſitus in Britanniã parabatur admirabilia virtutum tuarum facta prætereo, dum feſtino cupidus ad ſingularem illam victoriam, qua vniuerſa reſp. tandem eſt vindicata. Cuius magnitudo, Cæſar inuicte, hactenus explicabitur, vt prius dicam quàm neceſſarium illud, & difficile bellum fuerit, quo magis confectum ſit. Minus indignum fuerat ſub Principe Gallieno, quamuis triſte, harum prouinciarum à Romano duce diſſidium. tunc enim ſiue incuriá rerum, ſiue quadam inclinatione Fatorum omnibus ferè membris erat truncata reſp. Tunc ſe nimiùm & Parthus extulerat, & Palmyrenus æquauerat, tota Aegyptus Syriæque defecerant, amiſſa Rhetia, Noricum Pannoniæque vaſtatæ. Italia ipſa, gentium domina, plurimarum vrbium ſuarum excidia mœrebat. Non erat tantum doloris in ſingulis, cùm penè omnibus careret. Nunc verò toto orbe terrarum non modò quâ Romanus limes fuerat virtute veſtra recepto, ſed etiam quâ hoſtilis edomito, cùm toties proculcata eſſet Alamania, toties obſtricta Sarmatia, Vitungi, Quadi, Carpi toties profligati, ſubmittente ſe Gotho pace poſcenda, ſupplicante per munera rege Perſarum, vrebat animum (quod nunc denique confitemur) vna illa tanti imperij contumelia, eôque nobis intolerabilior videbatur, quòd gloriæ ſola reſtabat. Et ſanè non ſicut Britanniæ nomen vnum, ita mediocris iacturæ erat reipublicæ terra tanto frugum vbere: tanto læta numero paſcuorum, tot metallorum fluens riuis, tot vectigalibus quæſtuoſa, tot accincta portubus, tanto immenſa circuitu. Quam Cæſar ille autor veſtri nominis cùm Romanorum primus intraſſet, alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe, tantæ magnitudinis arbitratus, vt non circumfuſa Oceano, ſed complexa ipſum Oceanum videretur. Sed enim illa ætate nec Britannia vllis erat ad nauale bellum armata nauigiis, & Romana res inde iam à Punicis Aſiaticiſque bellis etiam recenti exercitata Piratico, & poſtea Mithridatico, non magis terreſtri quàm nauali vſu vigebat. Ad hoc natio etiã tunc rudis, & ſoli Britanni Pictis modo & Hibernis aſſueta hoſtibus,

adhuc ſeminudis, facilè Romanis armis ſigníſque ceſſerunt. Prope vt hoc vno Cæſar gloriari in illa expeditione debuerit, quòd nauigaſſet Oceanum. Iſto verò nefario latrocinio abducta primum à fugiente pirata claſſe, quæ olim Gallias tuebatur, ædificatis præterea plurimis in noſtrum modum nauibus, occupata legione Romana, intercluſis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad delectum mercatoribus Gallicanis, ſollicitatis per ſpolia ipſarum prouinciarum nõ mediocribus copiis Barbarorum, atque iis omnibus ad munia nautica flagitij illius autorum magiſterio eruditis, exercitibus autem noſtris licèt inuictis virtute, tamen in re maritima nouis, malam coaluiſſe ex indigniſſimo latrocinio belli molem audiebamus, licèt de exitu fideremus. nam & acceſſerat diuturna ſceleris impunitas, quæ deſperatorum hominum inflarat audaciam, vt illam inclementiam maris, quæ victoriam noſtram fatali quadam neceſſitate diſtulerat pro ſui terrore iactaret, nec conſilio intermiſſum bellum eſſe, ſed deſperatione omiſſum crederent, adeò vt iam cõmunis pœnæ timore depoſito archipiratam ſatelles occideret, & illud auctoramentum tanti diſcriminis putaret, imperium. Hoc igitur bellum, tam neceſſarium, tam difficile auditu, tam inueteratum, tam inſtructum, ita Cæſar aggreſſus es, vt ſtatim atque illò infeſtum maieſtatis tuæ fulmen intenderas, confectum omnibus videretur. nam primò omnium, (in quo præcipuè conſulendum fuit) ne quid Barbaræ nationes conuerſo illuc Numine tuo nouare tentarent, inuocata poteſtatis tuæ maieſtate prouiſum eſt. tu enim ipſe tu domine Maximiane, Imperator æterne, nouo itineris compendio aduentum diuinitatis tuæ accelerare dignatus, repentè Rheno inſtitiſti, omnémque illum limitem nõ equeſtribus, neque pedeſtribus copiis, ſed potentiæ tuæ terrore tutatus es. Quantoſlibet valebat exercitus Maximianus in ripa. Tu verò inuicte Cæſar inſtructis armatíſque diuerſis claſſibus ita hoſtem incertum conſiliíque inopem reddidiſti, vt tunc denique ſenſerit quòd non munitus eſſet Oceano, ſed incluſus. Hoc loco venit in mẽtem mihi quàm delicata illorum Principum fuerit in adminiſtranda rep. cum laude felicitas, quibus Romæ degentibus triumphi, & cognomina deuictarum à Ducibus ſuis gentium proueniebant. Itaque Fronto, Romanæ eloquentiæ nõ ſecundum, ſed alterum decus, cùm belli in Britannia confecti laudem Antonino Principi daret, quamuis ille in ipſo Vrbis Palatio reſidẽs gerendi eius mandaſſet auſpicium, veluti longæ nauis gubernaculis

præ-

præſidentem totius velificationis & curſus gloriam meruiſſe teſtatus eſt. At enim tu Cęſar inuicte omnis iſtius & nauigationis, & belli non modò pro imperij iure præceptor, ſed rebus ipſis & exemplo conſtantiæ tuæ hortator atque impulſor fuiſti. ſiquidem magis Geſoriacenſi littore quamuis feruidum inuectus Oceanum, etiam illi exercitui tuo quem Sequanam fluctus inuexerat irreuocabilem inieciſti in eis ardorem, adeo vt cunctantibus adhuc Ducibus, cælo & mari turbidis, vltrò ſignum nauigationis expoſceret, quędam minacia ſigna, quæ videbantur, contemneret, die pluuio vela faceret, ventum, quia directus non erat, captaret obliquum. quis enim ſe quamlibet iniquo mari non auderet credere te nauigante? Omnium (vt dicitur) accepto nuncio nauigationis tuæ vna vox & hortatio fuit, Quid dubitamus? quid moramur? Ipſe iam ſoluit, iam prouehitur, iam fortaſſe peruenit. Experiamur omnia, per quoſcunque fluctus eamus. Quid eſt quod timere poſſimus? Cæſarem ſequimur. Nec fefellit opinio veſtræ felicitatis. ſiquidem (vt ex ipſorum relatione cõperimus) ad tempus ipſum tantæ ſe dorſo maris nebulæ miſcuerunt, vt inimica claſſis apud Vectam inſulam in ſpeculis & inſidiis collocata ignorantibus omnino hoſtibus præteriretur, ne vel moraretur ipſe tum, quamuis non poſſet obſiſtere. Iam verò quòd idem ille veſtro auſpicio inuictus exercitus ſtatim atque Britanniæ littus inuaſerat vniuerſis nauibus ſuis iniecit ignes, quinam alij niſi diuinitatis veſtræ monitus impulerunt? aut quæ alia ratio perſuaſit nullum præſidium fugę reſeruare, nec vereri dubia bellorum, nec Martem (vt dicitur) putare communem, niſi quòd veſtri contemplatione conſtabat de victoria non poſſe dubitari? Non illic tunc vires, non Romana robora, ſed veſtra Numina cogitauerunt. Propoſito qualicunque prœlio certam ſibi ſpondere fortunam, non tam eſt fiducia militum, quàm felicitas Imperatorum. Ipſe ille autem ſignifer nefariæ factionis cur ab eo litore quod tenebat abſceſſit, cur claſſem portúmque deſeruit, niſi quòd te Cæſar inuicte, cuius imminentia vela conſpexerat, timuit iam iámque venturum? Vtcunque cum Ducibus tuis maluit experiri quàm præſens maieſtatis tuæ fulmen excipere. Demens, qui neſciebat quacunque fugerat vbiq; numina veſtrę diuinitatis eſſe, vbi vultus veſtri, vbi ſigna colerentur. Te tamē ille fugiens incidit in tuorum manus, à te victus, à tuis exercitibus oppreſſus eſt. Denique adeò trepidus, & te poſt terga reſpiciens, & in modum amentis attonitus properauit ad mortem, vt nec explicarit

aciem,nec omnes copias quas trahebat inſtruxerit, ſed cum veteribus illius coniurationis autoribus, & mercenariis cuneis Barbarorum tanti apparatus oblitus irruerit. Adeò Cæſar hoc etiam reip.tribuit veſtra felicitas, vt nemo ferè Romanus occiderit imperio vincente Romano. omnes enim illos (vt audio) campos atque colles non niſi teterrimorum hoſtium corpora fuſa texerunt. Illa Barbara, aut imitatione Barbariæ olim cultu veſtis, & prolixo crine rutilantia,tunc verò vulnere,& cruore fœdata, & in diuerſos ſitus ſtructa, ſicuti dolorem vulnerum fuerant ſecuta, iacuerunt,atque inter hos ipſe vexillarius latrocinij,cultu illo quem viuus violauerat ſpõte depoſito,& vix vnius velaminis repertus indicio. Adeò verum ſibi dixerat morte vicina,vt interfectum ſe nollet agnoſci. Enimuerò Cæſar inuicte tanto Deorum Immortalium tibi eſt addicta conſenſu victoria, omnium quidem quos adortus fueris hoſtium, ſed præcipuè interiectio Francorum, & illi quoque milites veſtri qui per errorem nebuloſi(vt paulò antè dixi) maris abiuncti ad oppidũ Londinienſe peruenerant, quidquid ex mercenaria illa multitudine Barbarorum prælio ſuperfuerat, cùm direpta ciuitate fugam capeſſere cogitarent,paſſim tota vrbe confecerunt,&non ſolum prouincialibus veſtris in cæde hoſtium dederunt ſalutem, ſed etiam in ſpectaculo voluptatem. O victoria multiiuga,& innumerabilium triũphorum,qua Britanniæ reſtitutæ,qua gentes Francorum penitus exciſæ,qua multis præterea gentibus in coniuratione illius ſceleris deprehenſis impoſita eſt neceſſitas obſequendi, denique ad perpetuam quietem maria purgata ſunt! Gloriare tu verò Cæſar inuicte alium te orbem terrarum peperiſſe,& Romanæ potentiæ gloriam reſtituẽdo naualem addidiſti imperio terris omnibus maius elementum. Confeciſti(inquam) bellum Cæſar inuicte, quod cunctis impendere prouinciis videbatur,támque latè vagari & flagrare poterat quàm latè omnis Oceanus,& mediterranei ſinus abluunt. neque enim ſi metu veſtri lues illa ſolis Britanniæ viſceribus intabuit, idcirco neſcimus quanto ſe aliàs furore iactaſſet, ſi fiduciam peruagandi quâ patebat habuiſſet. nullo ſiquidem certo fine montium,aut fluminũ terminabatur, quem diſpoſitæ limitis cuſtodiæ non tuerentur, ſed vbique nauis, licèt nobis virtutem felicitatémque veſtram haberemus, magnis tamen terroribus imminebat quâ iacent maria, quâ venti ferunt. recurſabat quippe in animos illa ſub Diuo Probo & paucorum ex Francis captiuorum incredibilis audacia, & indigna

felicitas, qui, à Ponto vſque correptis nauibus, Græciam, Aſiámque populati, nec impunè pleriſque Libyæ littoribus appulſi, ipſas poſtremò naualibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracuſas, & immenſo itinere perueᶜti Oceanum quâ terras rupit intrauerant, atque ita euentu temeritatis oſtenderant nihil eſſe clauſum piraticæ deſperationi quò nauigiis pateret acceſſus. Itaque hac victoria veſtra non Britannia ſolùm ſeruitute eſt liberata, ſed omnibus nationibus ſecuritas reſtituta, quæ maritimo vſu tantum in bello adire periculi poterant, quantum in pace commodi conſequuntur. Nunc ſecura eſt (vt de latere Gallico taceam) quamuis pænè conſpicuis littoribus Hiſpania, nunc Italia, nunc Africa, nunc omnes vſque ad Mæotidas paludes perpetuis curis vacant gentes. Nec idcirco minoribus gaudiis feruntur dempto periculi metu quòd experiundi neceſſitate caruerunt, ſed hoc ipſum & in adminiſtratione prouidentiæ veſtræ, & infectione fortunæ impenſius gratulantur. quòd tanta illa vis nauticæ rebellionis in veſtigiis ſuis concidit. Atque ipſam Britanniam, quæ ſedem tam diuturno ſceleri præbuiſſet, conſtat victoriam ſola ſui reſtitutione ſenſiſſe veſtram. Meritò igitur ſtatim atque ad littus illud exoptatus olim vindex & liberator appuleras obuius ſeſe maieſtati tuæ triumphus effudit, exultantéſque gaudio Britanni cum coniugibus ac liberis obtulerunt, non te ipſum modò, quem vt cælo delapſum intuebantur, ſed etiã nauis illius quę tuum Numen aduexerat, vela remigiáq; venerantes, paratique te ingredientem ſtratis ſenſere corporibus. Nec mirum ſi tanto gaudio ferebantur. poſt tot annorum miſerrimam captiuitatem, poſt violatas coniuges, poſt liberorum turpe ſeruitium tandẽ liberi, tandémque Romani, tandem vera imperij luce recreati. ſiquidem præter illã clementiæ veſtræ pietatiſq; famam, quæ cõmuni gentium voce celebratur, in ipſo Cæſar tuo vultu videbant omniũ ſigna virtutum, in fronte grauitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in ſermone iuſtitiæ. Quæ ſingula vt reſpectantes agnouerant, lætitiæ clamoribus concinebant, vobis ſe, vobis liberos ſuos, veſtris liberis omnes generis ſui poſteros deuouebant. Nos quidẽ certè, ô perpetui parentes & domini generis humani, hoc à DIs immortalibus omni votorũ nũcupatione depoſcimus, vt liberi nepotéſq; noſtri, & ſiqua omnib⁹ ſæculis erit duratura progenies, cùm vobis, tum etiã his quos educatis, atque educabitis dedicentur.

quid enim melius poſteris noſtris optare poſſumus quàm quo frui-mur ipſi? Tenet vno pacis amplexu Romana reſp. quidquid variis temporum vicibus fuit aliquando Romanum, & illa quæ ſæpe veluti nimia mole defluxerat magnitudo, tandem ſolido cohæſit imperio. Nihil ex omni terrarum cælique regione non aut metu quietum eſt, aut armis domitum, aut pietate deuinctum. Et ex aliis quidē partibus aliqua reſtant, quæ (ſi voluntas vel ratio deſiderent) poſſitis acquirere. vltra Oceanum verò quid erat præter Britanniā? Quæ à vobis ita recuperata eſt, vt illæ quoque nationes terminis eiuſdem inſulæ cohærentes veſtris nutibus obſequantur. Nulla progrediendi cauſa ſupereſt, niſi ſi (quod Natura vetuit) fines ipſius quærantur Oceani. Omnia (inquā) inuictiſſimi Principes veſtra ſunt, quæ ſunt digna vobis. Et inde eſt quod conſulere ſingulis æqualiter licet, cùm vniuerſa teneatis. Itaque ſicuti pridem tuo Diocletiane Auguſte iuſſu ſuppleuit deſerta Thraciæ tranſlatis incolis Aſia, ſicut poſtea tuo Maximiane Auguſte nutu Neruiorum & Treuirorum arua *iacentia* lætus poſtliminio reſtitutus & receptus in leges Francus *excoluit*, ita nunc per victorias tuas Conſtantine Cæſar inuicte quidquid infrequēs Ambiano, & Bellouaco, & Trigaſtino ſolo, Lingonicóq; reſtabat barbaro cultore reuireſcit. Quinetiā illa cuius nomine mihi peculiariter gratulandum deuotiſſima vobis ciuitas Aeduorum ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ prouinciæ redundabant, accepit artifices, & nunc extructione veterum domorum, & refectione operum publicorum, & templorum inſtauratione conſurgit. Nunc ſibi redditum vetus illud Romanæ fraternitatis nomen exiſtimat, cùm te rurſus habeat conditorem. Dixi, Cæſar inuicte, prope plura quàm potui, ſed pauciora quàm debui, vt iuſtiſſima mihi cauſa ſit propitio munere tuo & nunc deſinendi, & ſæpe dicendi.

EVMENII RHETORIS ORATIO PRO SCHOLIS INSTAVRANDIS, CORAM V. P. PRAESIDE GALLIAE HABITA.

CERTVM habeo V.P. non quidem te, qui ſemper in omni genere dicendi maxima facultate viguiſti, ſed circumſtantium pleroſque mirari, quòd ego, qui ab ineunte adoleſcẽtia vſque in hunc diem nunquam iſto in loco dixerim, & quantulumcunque illud eſt quod labore ac diligentia videor conſecutus exercere priuatim quàm in foro iactare maluerim, nunc demum ſero quodam tyrocinio ad inſolitum mihi tribunal aſpirem. A quo ego me fateor, quanquam ſedes iſta iuſtitiæ & ad agendum & ad dicendum ampliſſima videretur, diffiſum tamẽ ingenio meo antehac affuiſſe, & hoc ipſo in tempore quamuis diuerſiſſimum à contentione litium genus orationis habiturũ conſcientiæ trepidatione reuocari. Ne quid igitur aut opinioni hominum dubium relinquam, aut interpretationi ex hac poſtulatione, quam de reſtituendis patriæ meæ Menianis mihi ſumendam potiùs quàm cuiquam delegandam putaui, maius de me aliquid quàm poſſe me ſentio videar promittere, conteſtatum eſſe initio dicẽdi apud audiẽtes volo temporarium me dicendi munus, atque idipſum meis ſtudiis peculiariter commodare, non ad incognitam mihi ſectam forenſium patronorum alienæ laudis cupiditate tranſire. neque enim tanta me aut negligentia, aut confidentia tenet, vt neſciam quanta ſit inter hanc aciem fori, & noſtra illa ſecreta ſtudiorum exercitia diuerſitas. Ibi armantur ingenia, hîc præliatur. Ibi prælusio, hîc pugna committitur. Hîc plerumque velut ſudibus & ſaxis, illic ſemper telis ſplendentibus dimicatur. Hic ſudore & quaſi puluere ſordidus, illic inſignis ornatu laudatur orator. Vt, ſi vterque experiundi cauſa officia commutent, alium quidem tubarum ſonus, & ſtrepitus armorũ, alium quidem triumphi deterreat. Scio hæc inquam, V.P. neque me

ſciens fallo, & idcirco tantum abeſt vt me docēdi relictis præcipiendíque rationibus aptum atque idoneum putem, vt hoc ipſo quòd vel vno die, atque vna de re in foro dicam, veniam magis poſſim ſperare quàm gloriam. Quanquam in hac oratione V. P. loci tantummodo inſolentia, non dicendi nouitate perturber. ſiquidem id poſtulo quod non modò contradicendo nemo audeat impedire, ſed omnes potiùs quibus diuina Principum liberalitas, quibus vrbis iſtius reſtitutio, quibus optimarum artium celebratio grata atque iucunda eſt, ſummo gaudio & fauore ſuſcipiant, vt Menianæ illæ ſcholæ, quondam pulcherrimo opere, & ſtudiorum frequētia celebres & illuſtres, iuxta cętera quæ inſtaurantur opera ac templa reparentur. Ita quantum mihi trepidationis affert locus, tantum releuat cauſa dicendi. Quam quidem ego V. P. duas in partes arbitror diuidendam, vt priùs diſſeram quàm ſit ex vſu & officio opus illud ad priſtinam magnificentiam reformari, deinde qua ratione id poſſit ſine ſumptu publico, ex largitione quidem Principum maximorum, ſed tamen cum aliquo meo erga patriā ſtudio & amore, procedere. Ante omnia igitur V. P. diuinæ Imperatorum Cæſarúmque noſtrorum prouidentiæ, ſingularique in nos beneuolentiæ huius quoque operis inſtauratione parendum eſt, qui ciuitatem iſtam, & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, & tunc demum grauiſſima clade perculſam cùm latrocinio Batauicæ rebellionis obſeſſa auxilium Romani Principis irrogantem, nōn ſolùm pro admiratione meritorū, ſed etiam pro miſeratione caſuum attollere ac recreare voluerunt, ipſámque ruinarū eius magnitudinē immortalibus liberalitatis ſuæ monumentis dignam iudicauerūt, vt tanto eſſet illuſtrior gloria reſtitutorum quanto ipſa moles reſtitutionis immanior. Itaque maximas pecunias, & totum (ſi res poſcat) ærarium non templis modò, ac locis publicis reficiundis, ſed etiam priuatis domibus indulgent, nec pecunias modò, ſed etiam artifices tranſmarinos, & ex ampliſſimis prouinciarum ordinibus incolas nouos, & deuotiſſimarum hiberna legionum, quarum inuicta robora ne in his quidem quę nūc cùm maximè egent bellis requirunt, vt commodis noſtris ſtudio gratiæ hoſpitalis operentur, & reſides aquas, & nouos amnes vel vti aridis feſſæ vrbis viſceribus infundant. Ex quo manifeſtum eſt eos qui coloniam iſtam tot tantíſque operibus totius imperij erigere atque animare ſtatuerunt, & præcipuè ſedem illam liberalium litterarum velle reparare, vt frequentiam honeſtiſſimæ iu-

uentutis illuſtrato ſtudiorum honore prouiderint. cui enim vnquam veterum principum tantæ fuit curæ, vt doctrinæ atque eloquentiæ ſtudia florerent quâtæ his optimis & indulgentiſſimis dominis generis humani? Quos ego quidem (quantum ad votum pietatémque pertinet) liberorum noſtrorum parentes appellare non dubito, qui nobiliſſimam iſtam indolem Galliarum ſuarum, interitu ſummi doctoris orbatam, reſpicere dignati ſuo potiſſimum iudicio præceptorem ei moderatorémque tribuerunt, & inter Imperatorias diſpoſitiones ſummis reipublicæ gubernandæ prouiſionibus occupatas litterarum quoque habuere dilectum, nealiter quàm ſi equeſtri turmæ, vel cohorti Prætoriæ conſulendum foret, quem potiſſimum præficerent ſui arbitrij eſſe duxerunt, ne ij quos ad ſpem omnium tribunalium, aut interdum ad ſtipendia cognitionum ſacrarum, aut fortaſſe ad ipſa palatij Magiſteria proueni oporteret, veluti repentino nubilo in mediis adoleſcentiæ fluctibus depræhenſi incerta dicendi ſigna ſequerentur. In quo ego V.P. nihil laudi meæ tribuo, ſed domini noſtri Conſtantij Principis iuuentutis, incredibilem erga iuuentutem Galliarum ſuarum ſollicitudinem atque indulgentiam mirari ſatis nequeo, qui honorem litterarum hac quoque dignatione cumulauit, vt me, potius ad priſtina mea ſtudia molientem, ipſum iuſſerit diſciplinas artis oratoriæ retractare, & hoc mihi munus iniunxerat vt mediocrem quidem pro ingenio meo naturáque vocem, cæleſtia tamen verba, & diuina ſenſa Principum prolocuturam ab arcanis ſacrorum penetralium ad priuatarum Muſarum aditus tranſtulerit; non vtique quia mihi, quem (quod ſine inuidia dixerim) tanta dignatione reſpicit quanta pro ſummis honoribus debet ſufficere ſapienti, vellet aliquid impoſita iſta profeſſione detrahere, ſed vt profeſſioni ipſi ex eo honore quem geſſi adderet dignitatem. Cui igitur dubium quin diuina illa mens Cæſaris, quæ tanto ſtudio præceptorem huic conuentui iuuentutis elegit, etiam locum exercitiis illius dedicatum inſtaurari atque exornari velit, cùm omnes omnium rerum ſectatores atque fautores parum ſe ſatis facere voto & conſcientiæ ſuæ credant, ſi non ipſarum quas appetunt gloriarum templa conſtituant. Inde eſt vt Athenienſis humanitas aram Miſericordiæ inſtituerit, & Romani ducis animi magnitudo templum Virtutis & Honoris. quarum enim artium, ſiue animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fue-

rit,earum etiam conſecrata exiſtere ad poſteros monumenta voluerunt. Aedem Herculis muſarum in Circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia Cenſoria fecit,non id modò ſecutus,quòd ipſe litteris,& ſumma poëtæ amicitia duceretur, ſed quòd in Græcia cùm eſſet Imperator acceperat Herculem Muſagetem eſſe comitem ducémque Muſarum. Idémque primus nouem ſigna,hoc eſt, omnium Camœnarum, ex Ambraciẽſi oppido tranſlata ſub tutela fortiſſimi Numinis conſecrauit,(vt res eſt) quia mutuis operibus & præmiis iuuari ornaríq; deberent , Muſarum quies defenſione Herculis, & virtus Herculis voce Muſarum. Credo igitur tali Cæſar Herculius & aui Herculis,& Herculij patris inſtinctu tanto ſtudium litterarum fauore proſequitur,vt non minus ad prouidentiam Numinis exiſtimet pertinere benedicendi quàm rectè faciendi diſciplinam, & pro diuina intelligentia mentis æternæ ſentiat litteras omnium fundamenta eſſe virtutum,vtpote continentiæ, modeſtiæ, vigilantiæ, patientiæ magiſtras. Quæ vniuerſa cùm in cõſuetudinem tenera ætate venerunt,omnia deinceps officia vitæ ad ipſa quæ diuerſiſſima videntur militiæ atque caſtrorum munimina conualeſcunt. *Ideóque* his omnis induſtriæ atque omnis laudis nutricibus, aut (vt verius loquar) matribus cùm præceptorem Cæſar Herculius declarare dignatus ſit,neceſſe eſt etiam ſedem propriam cupiat reformari, vt cũ ad antiquã firmitatem cultúmq; reparata ſit,multo hìc iuſtius & verius nuncupetur ædes Herculis atque Muſarum. Et ſanè V.P. intereſt etiã gloriæ quam tanti Principes tot victoriis ac triumphis merentur,vt ingenia quæ canendis eorum virtutibus excoluntur non intra priuatos parietes,ſed in publica oſtentatione, & in ipſo vrbis iſtius ore vegetentur. Quid autem magis in facie vultúque iſtius ciuitatis ſitum eſt,quàm hæc eadem Mæniana, in ipſo tranſitu aduenientium huc inuictiſſimorum Principum conſtituta? Qui cùm ſe occurſu lætæ iuuentutis afficit, non ſolùm liberalitate quam ipſi tribuunt,ſed etiam litteris quibus me ad inſtitutionem eius cohortãtur,oſtendant, quanto plus capient voluptatis cùm reparatum videant ipſum conciliabulum iuuentutis? Adhoc V.P. opus iſtud reddit illuſtrius cùm ipſorum Cæſarum, tum etiam omnium hominũ aſpectu promptius quod præcipuo eſt loco poſitum,quaſi inter ipſos oculos ciuitatis, inter Apollinis templum atque Capitolium. Quo magis eſt etiam ſacroſancta ſedes, vtriuſque lateris veneranda confinio,vtriuſque latè numenis inſtauranda reſpectu, ne fana longè o-

mnium in hac vrbe pulcherrima labes media deformet, præſertim cùm mihi videatur ipſe ille, qui Mẹniana hẹc primus extruxit, idcirco ea illic potiſſimum collocaſſe, vt veluti cognato vicinorum ſibi Numinum tenerentur amplexu, cùm auguſtiſſima tecta litteris dedicata inde Athenarum conditrix Minerua conſpiceret, hinc Apollo medius Camœnarum. Igitur ibi maximè & oportet & fas eſt exercere iuuentutis ingenia, vbi tam propinqua ſunt Numina amica doctrinæ, vbi ex proximo iuuat mens diuina ſapientiam, & carminum Deus vocem, & verecundiam virgo perpetua, & prouidentiã præſcius futurorum. Ibi adoleſcentes optimi diſcant, nobis quaſi ſolenne carmen præfantibus, maximorum Principum facta celebrare. quis enim melior vſus eſt eloquentiæ quàm vbi ante aras quodãmodo ſuas Iouios Herculióſque audiant prædicari Iuppiter pater, & Minerua ſocia, & Iuno placata? Satis me verborum feciſſe arbitror V.P. de eo quod mihi ad dicendũ priùs conſtitueram, quã ſit ex vſu atque officio inſtaurari opus illud ſtudiis, quibus optimi Principes maximè fauent, dedicatum, in ipſa ciuitatis fronte poſitum, celeberrimis templis vtrinque coniunctum. Nunc, in ſecundum, eundémque locum diſtuli, quemadmodum id ſine ſumptu publico, & cum laude ſacrẹ largitionis fieri poſſit oſtendam. Salarium me liberaliſſimi Principes ex huius reip. viribus in ſexcenis millibus nummûm accipere iuſſerunt, non quoniam non amplius tribuere commodis meis vellent, in quem multo maiora & prius & poſtea præmia contulerunt, ſed vt tercena illa ſeſtertia, quæ ſacræ memoriæ Magiſter acceperam, in honore priuati huius magiſterij addita pari ſorte geminarent. Hoc ego ſalarium (quantum ad honorem pertinet) adoratum accipio, & in accepti ratione perſcribo, ſed expenſum referre patriæ cupio, & ad reſtitutionem huius operis quoad vſus popoſcerit deſtinare. Cuius voluntatis meæ ratio etſi aſſerenda non eſt, tamen ſub hac tua humanitate, & circumſtantium expectatione, qua me audiri ſentio, aliquatenus proſequenda eſt. Nam primum omnium in hoc ego maximos eſſe fructus præmiorum puto, vt digni quibus tribuantur habeamur. ſiquidem ipſe vſus pecuniæ bonis malíſve artibus partæ promiſcuus & vilis eſt, honeſtis verò rationibus poſſe acquirere ſummũ, etiãſi quæſtum remiſeris, lucrum eſt. neq; enim Syrus mercator, aut Deliacus, aut Indicus ad vberrima iſta compendia laudis aſpirat, ſed raræ atque inter pauciſſimos opes ſunt contentæ meritis conſcientiæ. quippe hoc ipſo præmij gloria continetur,

ne id cupiditate quærendi affectaſſe videamur. Quod hoc vno aſſequi poſſumus, ſi pro accepto ducamus oblatum. Vt induſtriæ, aſſumendi copiam præuenire potuiſſe: continentiæ, præteriſſe. At ſi fortiſſimi viri in ſacris certaminibus ſummo labore, atque etiam vitæ periculo, ſolam vocem præconis, & coronæ teſtimonium petunt, ego verba illa diuina, cæleſtéſque litteras, quibus mihi tanti Principes inſtituendam iuuentutem commendare dignati ſunt, non vltra omnium vocum potentiam venerabundus accipiam? non vltra omnes laureas colam? Leges ergo V.P. Tametſi hanc quoque mihi veniam tribuas oportet. neque enim ipſius epiſtolæ ſacræ commemorationem ſolam ſine obſequio recitationis inducere fas eſt, vt perlecta magis eluceat quantum me ſtudium par ſit impendere non ipſis modò litteris, ſed etiam templis ac ſedibus litterarum.

MERENTVR & Galli noſtri vt eorum liberis, quorum vita in auguſto Cliuienſium oppido ingenuis artibus eruditur, & ipſi adoleſcentes, qui hilari conſenſu meum Conſtantij Cæſaris ex Italia reuertenti s ſuſcepere comitatum, vt eorum indoli cõſulere *cupiamus.* Proinde quod aliud præmium his quàm illud conferre debemus quod nec dare poteſt, nec eripere Fortuna? Vnde auditorio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatũ, te vel potiſſimũ præficere debuimus, cuius eloquentiam, & grauitatem morum, & actis noſtris habemus adminiſtratione cõpertam. Saluo igitur priuilegio dignitatis tuæ, hortamur vt profeſſionem oratoriam recipias, atque in ſupradicta ciuitate, quã non ignoras nos ad priſtinam gloriã reformare, ad vitę melioris ſtudium adoleſcentium excolas mentes, nec putes hoc munere antè partis aliquid tuis honoribus derogari, cùm honeſta profeſſio ornet potius omnem quàm deſtruat dignitatem. Denique etiam ſalarium te in ſexcenis millibus nummûm ex reip. viribus conſequi volumus, vt intelligas meritis tuis etiam noſtram conſtituere clementiam. Vale Eumeni chariſſime nobis.

Ita non videtur tibi V.P. hac tantorum Principum exhortatione non ſolùm mens & ocio iacens ad priſtinas artes animus attolli, verumetiam veterum ipſi quodammodo ſcholarum parietes & tecta conſurgere? quod enim tantùm carmen Amphioni, quæ tanta plectro fidibúſque dulcedo, quam ſecuta quondam ſaxa perhibentur, vt ducentibus ſubuecta modulis, & ad interualla carminum reſiſtentia ſponte murum velut arte conſtruerent, quanta

in his Imperatorum & Cæſarum litteris ineſt ad omnes animorum impetus, effectúſque rerum ciendos vis atque permotio, qui quod iubere poſſint, ſuadere dignantur, & cùm vel tacitas eorum ac vultu tenus ſignificatas voluntates ſummi patris ſequatur autoritas, cuius nutum promiſſionémque firmantis totius mundi tremor ſentit, ipſi tamen vltrò imperandi poteſtatem cohortandi humanitate conciliant? Quinetiam laudibus incitant, grauitatem morum, dicendi facultatem ſibi probatam & cognitam prædicantes, Palatini honoris priuilegium oratoriæ profeſſioni ſaluum & incolume ſeruantes. Quibus ego diuinæ benignitatis illecebris, etiamſi omni ſenſu antè caruiſſem, ad quamuis profectò intelligentiam adducerer. ſiquidem tantos Principes vnum hominem tanta laude decorare non eſt oratorem admonere, ſed facere. Quid igitur mihi cum numerata pecunia? immò quid cum vllis opibus aut Midæ regis, aut Crœſi, aut ipſius qui auro dicitur fluxiſſe Pactoli, cùm diuina hæc teſtimonia omnibus diuitiis, atque ipſis eorum præmiis anteponam? Niſi fortè Pythiados illius excellentem Socratis ſapientiam vaticinatę, aut magnificentius carmen videtur, aut verius quàm quod Iouij Herculiique pronunciāt, quorum ne nutus quidem poſſunt, non modò dicta, reuocari. Quamobrem (vt dixi) V.P. ſexcena illa (quantum ad honorem ſpectat) accipi oportere cēſeo, atque vſum delego patriæ, & ipſi potiſſimum operi in quo ſtudia noſtra celebranda ſunt. videor enim mihi id quod ſacris litteris cōtinetur, ita ſaluo honoris mei priuilegio doceam, hôc manifeſtius atq; illuſtrius retenturus vt me dignum talibus æternorum Principum iudiciis probem amore reip. Equidem ipſos patriæ Deos teſtor tanto me ciuitatis iſtius amore flagrare, vt, quocunque oculos circūtuli, ad reſtitutionem operum ſingulorum ita gaudio ferar, vt ſpiritū identidem meum pro illorum ſalute deuoueam, quorum iuſſu operibúſque reparantur. Sed tamen hoc quod mihi ornandæ profeſſionis meæ cauſa tributū eſt huic me præcipuè ſentio debere monumēto. etenim ſi bello parta Marti dicantur, ſi mari quæſita Neptuno, ſi meſſes Cereri, ſi Mercurio lucra libantur, ſi item rerum omnium ad cultum referuntur autorum, vbi fas eſt docendi præmia conſecrare niſi in ſede dicendi, præſertim, cùm mihi vltra cōmunem cum cæteris ſtudiorum religionem, etiam proprius quidam ſit erga Mæniana illa ex maiorum meorum recordatione dilectus: quãuis enim ante ingreſſum pueritiæ meæ prætermiſſa fuerit eorum exercen-

di ſtudij frequentatio, tamen illic auum quondam meum docuiſſe audio, hominem Athenis ortum, Romæ diu celebrem, mox in iſta vrbe perſpecto & probato hominum amore doctrinæ, atque huius ipſius operis veneratione detētum. Cuius ego locū in quo vt referūt, maior octogenario docuit, ſi ab iſto venerabili ſene (Te Glauce, appello præſentem, quem videmus, non ciuitate Atticum, ſed eloquio) recoli ornarique perfecero, ipſum mihi videbor ad vitam tali profeſſionis ſuæ ſucceſſione reuocaſſe. Quod quidem meum ego erga honorem domus ac familiæ meæ ſtudium non confiterer V.P. niſi ſi ipſis Imperatoribus Cæſaribúſque noſtris gratum eſſe confiderem, vt publicam eorum in reſtituendo orbe pietatem pro ſuo quiſque captu in renouandis ſuorum veſtigiis æmuletur. quis enim nunc ſit animo tam humili, tam abiecto, tam ab omni appetitione laudis alieno, vt nō & quamtulamcunque memoriam ſuorum excitare, & ſibi aliquid ſecundæ opinionis cupiat acquirere? cùm videat omnia quæ priorum labe conciderant, hac felicitate ſæculi reſurgentia, tot vrbes diu ſiluis obſitas, atque habitatas feris, *inſtaurari* mœnibus, incolis frequentari, quod in Aegæo mari *ſemel cōtigit*, vt quæ opertis fluctibus vagabatur repentè inſula Delos exiſteret, eius nunc ſimile tot orientibus vndique ciuitatibus, tot inſulis ad humanos cultus quaſi renaſcentibus euenire. Niſi fortè non grauior Britāniam ruina depreſſerat, quam ſi perfuſo tegerēt Oceano, quæ profundiſſimo Pœnorum gurgite liberata ad conſpectum Romanæ lucis emerſit, aut hæc ipſa, quæ modò deſinit eſſe Barbaria, non magis feritate Francorum velut hauſta deſiderat quàm ſi eam circumfuſa flumina & mare alluens operuiſſet. Nam quid ego alarum & cohortium caſtra percenſeam toto Rheni, & Iſtri, & Euphratis limite reſtituta? Qua veris autumníve clementia tot manu poſitæ arbores cōualeſcunt, quo calore Solis tot depreſſæ imbribus ſegetes reſurgunt, quot vbiq; muri vix repertis veterum fundamentorum veſtigiis excitantur? Adeo (vt res eſt) aurea illa ſæcula, quæ non diu quondā Saturno rege viguerunt, nunc æternis auſpiciis Iouis & Herculis renaſcuntur. Sed enim V.P. inter omnia quæ virtute Principum ac felicitate recreātur, ſint licèt fortaſſe alia magnitudine atq; vtilitate potiora, nihil eſt tamen admirabilius hac liberalitate quam fouendis honorandiſque litterarum ſtudiis impartiunt. quippe (vt initio dixi) nulli vnquā antehac Principes pari cura belli munera, & huiuſmodi pacis ornamenta coluerunt. diuerſiſſimus enim ad vtramque ſe-

que ſectam deflexus eſt, diſpar natura mentium, & diſcrepans in electione iudicium, ipſorum denique vtriſque artibus præſidentiũ nominum diſſoni monitus, habitúſque diſſimiles. Quo magis horum noua & incredibilis eſt virtus & humanitas, qui inter tanta opera bellorum ad hæc quoque litterarum exercitia reſpiciunt, atque illum temporum ſtatum quo (vt legimus) Romana res plurimum terra & mari valuit, ita demum integrari putant, vt non potentia, ſed etiam eloquentia Roma reuireſcat. Detur ergo V.P. illa mihi ab optimis virtutum omnium dominis tributa largitio huic operi doctrinę atque eloquentiæ dedicato, vt quemadmodum cætera vitæ noſtræ cõmoda apud auxiliatores eorum Deos colimus, ita ſingularem eorũdem erga litteras dignationem in antiqua literarum ſede celebremus. Videat præterea in illis porticibus iuuentus & quotidie ſpectet omnes terras & cuncta maria, & quidquid inuictiſſimi Principes vrbium, gentium, nationum aut virtute deuinciunt, aut terrore. ſiquidem illic, vt ipſe vidiſti, (credo) inſtruendæ pueritiæ cauſa, quò manifeſtius oculis diſcerentur quæ difficilius percipiuntur auditu, omniũ cum nominibus ſuis locorum ſitus, ſpatia, interualla deſcripta ſunt, quidquid vbique fluminum oritur & conditur, quacunque ſe littorum ſinus flectunt, quóve ambitu cingit orbem, vel irrumpit Oceanus. Ibi fortiſſimorum Imperatorum pulcherrimæ res geſtæ per diuerſa regionum argumenta recoluntur, dum calentibus ſemperque venientibus victoriarum nunciis reuiſuntur perfida flumina, & Libyæ arua ſitientia, & cõnexa Rheni cornua, & Nili ora multifida, dúmque ſibi ad hæc ſingula intuentium animus affingit, aut ſub tua Diocletiane Auguſte clementia Aegyptum furore poſito quieſcentem, aut te Maximiane inuicte perculſa Maurorum agmina fulminantem, aut ſub dextera tua domine Conſtanti Batauiam Britanniámque ſqualidum caput ſyluis & fluctibus exerentem, aut te Maximiane Cæſar Perſicos arcus pharetráſque calcantem. nunc enim nunc demum iuuat orbem ſpectare depictum, cùm in illo nihil videmus alienum. Habes V.P. ſtudij ac voti mei profeſſionem. Abs te peto vt eam litteris tuis apud ſacras aures proſequi non graueris. ſiquidem maximus, ac pæne ſolus fructus eſt recta cupientiũ, vt voluntas eorum ad diuinam tantorum Principum ſciẽtiam perferatur.

CLAVDII MAMERTINI PANEGYRICVS MAXIMIANO A.

CVm omnibus feſtis diebus ſacratiſſime Imperator debet honor veſter diuinis rebus æquari, tum præcipuè celeberrimo iſto, & imperantibus vobis lætiſſimo die veneratio Numinis tui cum ſolenni ſacræ vrbis religione iungenda eſt. verum eſt enim profectò quod de origine illius ciuitatis accepimus, primã in ea ſedem Numinis veſtri, *ſanctum illud* venerandúmque Palatium, regem aduenam condidiſſe. *neque enim* fabula eſt de licentia poëtarum, nec opinio de fama veterum ſæculorum, ſed manifeſta res & probata, (ſicut hodie quoque teſtatur Herculis ara maxima, & Herculei ſacri cuſtos familia Pinaria) principem illum tui generis ac nominis Palantea mœnia addidiſſe victorem, & parua licet tunc regia, ſumma tamen religione ſuſceptũ futuræ maieſtatis dediſſe primordia, vt eſſe poſſet domus Cæſarum, quæ Herculis fuiſſet hoſpitium. Iure igitur hoc die, quo immortalis ortus dominæ gentium ciuitatis veſtra pietate celebratur, tibi potiſſimùm Imperator inuicte laudes canimus, & gratias agimus, quem ſimilitudo ipſa ſtirpis tuæ, ac vis tacita naturæ ad honorandum natalem Romæ diem tam liberalem facit, vt vrbem illam ſic colas cõditam quaſi ipſe condideris. re vera enim ſacratiſſime Imperator meritò quiuis te, tuúmque fratrem, Romani imperij dixerit conditores. eſtis enim (quod eſt proximum) reſtitutores, & ſit licèt hic illi vrbi natalis dies quòd pertineat ad originem populi Romani, veſtri imperij primi dies ſunt principes ad ſalutem. Quare ſi nunc Romæ omnes Magiſtratus, & Pontifices, & Sacerdotes iuxta parentes Vrbis, & Statores Deos Herculis templa venerantur, quia partam aliquando ex victoria prædam à flumine Ibero & conſcio occidui So-

lis Oceano ad pabula Tyrrhena compulerit,& in Palatino iugo vẽturo ter reliquerit veſtigia:quanto tandem ſtudio nos hîc cõuenit, qui te præſentem intuemur Deum,toto quidem orbe victorem, ſed nunc quidem maximè in eadem Occidentis plaga non paſtorem trino capite deformem, ſed prodigium multo tetrius opprimentẽ, quidquid ſpiritus & vocis habemus, omne id in laudibus tuis non occupare modò,ſed (ſi res poſcat) abſumere debemus. Vnde igitur ordiar? Commemorabo nimirum patriæ tuæ in rempublicã merita?Quis enim dubitat quin multis iam ſæculis, ex quo vires illius ad Romanum nomen acceſſerint,Italia quidem ſit gentium domina gloriæ vetuſtate,ſed Pannonia virtute? An diuinam generis tui originem recenſebo,quam tu non modò factis immortalibus, ſed etiam nominis ſucceſſione teſtaris?An quemadmodum educatus inſtitutúſque ſis prædicabo in illo limite, in illa fortiſſimarum ſede legionum inter diſcurſus ſtrenuæ iuuentutis,& armorum ſonitus tuis vagitibus obſtrepentes? Finguntur hæc de Ioue,ſed de te vera ſunt Imperator.An tuas res geſtas enumerare conabor, quæ te prima ſigna Imperatoriis auſpiciis inaugurarint,quę caſtra dominum habitura ſuſceperint,quæ bella deduxerint, quæ victoriæ auxerint? Ibo ſcilicet veſtigiis virtutis tuæ colligendis per totum Iſtri limitẽ, pérq; omnẽ quâ tendit Euphratẽ,& ripas peragrabo Rheni, & litus Oceani?Sed qui velit omnia iſta complecti ſæcula ſibi optare debet,& innumerabiles annos,& quantam tu mereris ætatem. Faciam igitur cõpendium orationi meæ,ſed damno voluntatis,quod huic tempori maximè cõgruit omittam,cętera,& potiſſimũ illud arripiã,(quod multis fortaſſe mirum videbitur,& tamen re ipſa veriſſimũ eſt) te cũ ad reſtituendam remp. à cognato tibi Diocletiani Numine fueris inuocatus plus tribuiſſe beneficij quàm acceperis.neque enim ſpecietenus ac nomine fortuna imperij conſideranda eſt. Trabeæ veſtræ triumphales,& faſces Cõſulares,& ſellæ curules,& hæc obſequiorum ſtipatio & fulgur,& illa lux diuinum verticẽ claro orbe complectẽs; veſtrorum ſunt ornamenta meritorũ pulcherrima quidem & auguſtiſſima: ſed longè illa maiora ſunt, quæ tu impartito tibi imperio meræ gratiæ retuliſti,admittere in animum tantæ reip.curã, & totius orbis fata ſuſcipere,& oblitum quodãmodo ſui gentibus viuere; & in tam arduo humanarum rerum ſtare faſtigio,ex quo veluti terras omnes & maria deſpicias,viciſsimq; oculis ac mẽte colluſtres vbi ſit certa ſerenitas,vbi dubia tempeſtas,qui iuſtitiam veſtram iudices

æmulentur, qui virtutis veſtræ gloriam duces ſeruent, accipere innumerabiles vndique nuncios, totidem mandata dimittere, de tot vrbibus & nationibus & prouinciis cogitare, noctes omnes diéſque perpeti ſollicitè pro omnium ſalute tranſigere. Hæc omnia cùm à fratre optimo oblata ſuſceperis, tu feciſti fortiter, ille ſapienter. neque enim cùm reip. nauem ſecundus à puppi flatus impleret ſalutarem manum gubernaculis addidiſti, ſed cùm ad reſtituendam eam poſt priorum temporum labem diuinum modò, ac ne id quidem vnicũ, ſufficeret auxilium, præcipitanti Romano nomini iuxta Principem ſubiiſti, eadem ſcilicet auxilij opportunitate, qua tuus Hercules Iouem veſtrum quondam Terrigenarum bello laborantem magna victoriæ parte iuuit, probauitque non magis à DIs accepiſſe cælum quàm eiſdem reddidiſſe. An non illud malum ſimile monſtrorum biformium & hiſce terris fuit, quod tua Cæſar neſcio vtrum magis fortitudine repreſſum ſit, an clementia mitigatũ, cùm militares habitus ignari agricolæ appetiuerunt; cùm autor equitem, cùm paſtor equitem, cũ hoſtem Barbarum ſuorum cultorum ruſticus vaſtator imitatus eſt? Quod ego curſim prætereo. video enim te (*qua pietate* es) obliuionem illius victoriæ malle quàm gloriam. Quòd verò ſtatim, vixdum miſero illo furore ſopito, cùm omnes Barbarę nationes excidium vniuerſæ Galliæ minarentur, neq; ſolùm Burgundiones & Alamani, ſed etiam Chaibones Erulique, viribus primi Barbarorum, locis vltimi, præcipiti impetu in has prouincias irruiſſent, quis Deus tam inſperatam ſalutem nobis attuliſſet, niſi tu affuiſſes? tu enim diuinæ prouidentiæ Imp. conſilio prius quàm vi bellum gerendum ratus, cęteros quidem perduelles, quibus ipſa peſtifera multitudo, ire paſſus es in profundam famem, & ex fame in peſtilentiã, mox triumphi ornamenta capiẽda militum manibus vſurus, Chaibones tamen Erulóſque non dignatus pariter perdere, atque vt interim diuina virtus tua exercitatione ſolita non careret, aperto Marte, atque vno impetu perculiſti, non vniuerſo ad id prælium vſus exercitu, ſed paucis cohortibus. quid enim opus erat multitudine, cùm ipſe pugnares, ipſe omnibus locis totáq; acie dimicares, ipſi hoſti vndique, & quâ reſiſteret, & quâ cederet, & quâ fugeret, occurreres, errorémque aduerſariis pariter ac tuis faceres, cùm neque te Barbari vnũ putarent, neque milites non dico ſtipatione atq; comitatu, ſed ſaltẽ oculis ſequi poſſent. tanto quippe prælio ferebare, non aliter quàm magnus amnis ſolet hibernis imbribus auctus & niuibus paſſim

fluere quà campus eſt.Ita cuncti Chaibones, Erulíque cuncti tanta internecione cæſi interfectiq; ſunt, vt extinctos eos relictis domi cōiugibus ac matribus non profugus aliquis è prælio, ſed victoriæ tuæ gloria nunciaret.Tranſeo innumerabiles tuas tota Gallia pugnas atque victorias.quæ enim tot tantíſque rebus ſufficiet oratio?Illum tamen primum Conſulatus tui auſpicalem diē tacitus præterire nullo modo poſſum, quo tu ſolus omnium conſecutus es, vt quod tēpus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur tunc primū potuerit ſufficere peragendis,vnóque Sol curriculo ſuo, eóque breuiſſimo,& officia te Conſulis inchoantē videret,& Imperatoris implentem. Vidimus te Cæſar eodem die pro rep.& vota ſuſcipere, & coniuncta debere.quod enim optaueras in futurum feciſti continuò tranſactum. Vt mihi ipſa Deorum auxilia quæ precatus eras præueniſſe videaris,& quidquid illi promiſerant antè feciſſe. Vidimus te Cæſar eodem die & in clariſſimo pacis habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu.Bona venia Deûm dixerim, ne Iuppiter quidem ipſe tanta celeritate faciem cæli ſui variat quàm facile tu Iuppiter togam prætextam ſumpto thorace mutaſti,haſtam poſito ſcipione rapuiſti, à tribunali veniſti in campum,à curuli in equum tranſtuliſti,& rurſus ex acie cum triumpho rediiſti,totámque hāc vrbem repentina tua in hoſtes eruptione ſollicitam lætitia & exultatione,& aris flagrantibus,& ſacrificiis,& odoribus accenſis Numini tuo impleſti. Ita vtroque illius diei ſupremo tempore bis diuina res pari religione celebrata eſt,Ioui,dum pro futuris vouetur,tibi,dum pro victoria ſoluitur.Tale igitur auſpiciū illius anni quid ſequebatur niſi nouum aliquod & ingens miraculum? Quod autem maius euenire potuit illa tua in Germaniam tranſgreſſione?qua tu primus omniū Imp.probaſti Romani imperij nullum eſſe terminum niſi qui tuorū eſſet laborum.Atqui Rhenū antea videbatur ipſa ſic Natura duxiſſe, vt eo limite Romanæ prouinciæ ab immanitate Barbariæ vindicarentur.Et quis vnquam ante vos Principes nō gratulatus eſt Gallias illorum amne muniri? Quando non eum ſine metu noſtro Rheni alueum imminuit diu ſerena tempeſtas?Quando non cum ſecuritate noſtra illius diluuia creuerunt?Credo,itidem optimam illam fertilémque Syriam velut amplexu ſuo tegebat Euphrates, antequam Diocletiano ſponte ſe dederent regna Perſarum. Verùm hoc Iouis ſui more,nutu illo patrio quo omnia contremiſcūt,& maieſtate veſtri nominis conſecutus eſt. Tu autē Imp.inuicte feras illas indomi-

táſque gentes vaſtatione, prælijs, cædibus,ferro,ignique domuiſti. Herculei generis hoc fatum eſt, virtuti debere quòd vindicat. Exinde igitur ſoluto animo ac libero ſumus. Licèt Rhenus areſcat,tenuíque lapſu vix læues calculos perſpicuo vado pellat, nullus inde metus eſt. Quidquid vltra Rhenum proſpicio Romanum eſt. Sic illa quondam Romanæ potentiæ diu æmula & inimica Carthago à P. Scipione deuicta eſt, cùm is traiecto in Africam exercitu Hannibalem ab Italiæ vaſtatione reuocauit. Audieras hoc Imperator? an ipſa per te diuina tua mente proſpexeras ita demum hoſtes funditus poſſe ſubuerti, ſi in proprijs ſedibus vincerentur, nec prædam modò quam cepiſſent amitterent, ſed ipſi coniuges, & liberos, & parentes ſuos,& chariſſima omnia capta mœrerẽt? Hoc tu ſiue cognitum ſecutus es, ſeu te autore feciſti, vtrumque pulcherrimum eſt. neque enim minorẽ laudem magnarũ rerum æmuli quàm ipſi merẽtur autores, quinimmò, quamuis optimum, intentatæ rei conſilium Fortunæ committitur, iteratum idem atque repetitum ad certam rei gloriam pertinet iudicij. Ideóque hoc nunc ſacri ambo Imperatores ipſo eſtis Scipione potiores, quòd & tu *Africanum*, & te Diocletianus imitatus eſt. Ingreſſus es nuper illam quæ Rhætis eſt obiecta Germaniam,ſimilíque virtute Romanum limitem victoria protulit. Adeo Numini illius ſimpliciter amantérque quidquid pro his cęteris feceras retuliſti, cùm ex diuerſa orbis parte coëuntes inuictas dexteras contuliſtis. Adeò fidum firmúmque fuit illud eloquium. In quo nobis mutua præbuiſtis omnium exempla virtutum atque inuicem vos (quod fieri iam poſſe non videbatur) auxiſtis,ille tibi oſtendendo dona Perſica,tu illi ſpolia Germanica. Sed neque illum virtutes tuæ bellicæ à liberalitate,neq; illius opes à bellica virtute te reuocarunt. Ambo nunc eſtis largiſſimi,ambo fortiſſimi,ab hac ipſa veſtri ſimilitudine magis magíſque cõcordes,(quod omni conſanguinitate certius eſt) virtutibus fratres. Sic fit vt vobis tantum imperium ſine vlla æmulatione commune ſit, neque vllum vitæ vos diſcrimen eſſe patiamini,ſed planè vt gemini illi reges Lacedæmones Heraclidæ remp. pari ſorte teneatis. Quanquam hôc vos meliores & iuſtiores,quòd illos mater aſtu coëgit, cùm nemini fateretur quem prius edidiſſet in lucẽ, pari ætatis autoritate regnare,vos hoc ſponte faciatis,quos in ſummis rebus æquauit non vultuum ſimilitudo,ſed morum. Attamen illos,ſi diſcrimẽ ſui ſcire potuiſſent,minus mirum fuiſſet exiguam ſibi communicaſſe regionẽ,

quam ſæpe vno die impiger viator emenſus eſt. Vos verò, qui imperium non terræ, ſed cæli regionibus terminatis, tantam vim, tantam poteſtatem mutuò vobis impartire diuinæ profectò immortaliſque fiduciæ eſt, quam cupiditas nulla perturbet. Et tamen vides Imp. non inuenire me ex omni antiquitate quod comparem vobis niſi Herculeæ gentis exemplum. nam ille quidem magnus Alexander iam mihi humilis videtur Indo regi ſua regna reddendo, cùm tam multi reges Imp. veſtri clientes ſint, cùm per te regnum receperit Genobon, Eſatech verò munus acceperit. Quid ille aliud expetiuit ad conſpectum cum omni ſua gente veniendo, niſi vt tunc demum integra autoritate regnaret cùm te Maximiane placaſſet? Oſtendit ille te identidem (vt audio) popularibus ſuis, & intueri diu iuſſit, & obſequia diſcere, cùm tibi ipſe ſeruiret. Hoc eodem modo rex ille Perſarum, nunquam ſe antè dignatus hominem confiteri, fratri tuo ſupplicat, totúmque ſe, vt ingredi ille dignetur, regnum ſuum pandit. Offert interim varia miracula, eximię pulchritudinis feras mittit, amicitiæ nomen impetrare contentus, promeretur obſequio. Veſtra hoc concordia facit inuictiſſimi Principes, vt vobis in tāta æqualitate ſucceſſuum etiam Fortuna reſpondeat. remp. enim vna mēte regitis, neque vobis tanta locorum diuerſitas obeſt quominus etiam velut inuictis dexteris gubernetis. Ita quamuis maieſtatem regiam geminato Numine augeatis, vtilitatem imperij ſingularis conſentiendo retinetis. Quare ſi non fruſtrà Græci poëtæ hominibus iuſtitiam colentibus repromittūt binos gregum fœtus, & duplices arborum fructus, nunc omnia gentibus vniuerſis gemina debentur, quarum vos domini tam ſanctè iuſtitiam, & cōcordiam colitis. Tu quidem certè Imp. tantum eſſe in concordia bonum ſtatuis, vt etiam eos qui circa te potiſſimo funguntur officio neceſſitudine tibi & affinitate deuinxeris, id pulcherrimum arbitratus, adhærere lateri tuo nō timoris obſequia, ſed vota pietatis. Quorum ductu proximè, cùm feliciſſimis veſtris auſpiciis vterentur, lubrica illa falláxque gens Barbarorum vt merebatur affecta eſt. Veſtra hæc Imp. veſtra laus eſt. A vobis proficiſcitur, & quod per alios adminiſtratur. vt enim omnia commoda cælo terrâque parta licèt diuerſorum Numinum ope nobis prouenire videantur, à ſummis tamen autoribus manāt, Ioue rectore cæli, & Hercule pacatore terrarum, ſic omnibus pulcherrimis rebus etiam quæ aliorum ductu geruntur Diocletianus facit, tu tribuis effectum. Veſtrę (inquā) fortunæ, veſtrę felicitatis eſt

Imp. quòd iam milites veſtri ad Oceanum peruenere victoria, iam cæſorum in illo litore hoſtium ſanguinem reciproci fluctus ſorbuerunt. Quid nunc animi habet ille pirata, cùm fretum illud quo ſolo mortem ſuam hucuſque remoratus eſt pæne veſtros exercitus videat ingreſſos, oblitóſque nauium refugum mare ſecutos eſſe quâ cederet? Quam nunc inſulam remotiorem, quem alium ſibi optet Oceanum? Quo denique pacto effugere pœnas reip. poteſt? Niſi ſi hauſtu terræ deuoretur, aut turbine aliquo in deuia ſaxa rapiatur. Aedificatæ ſunt, ornatæque pulcherrimæ claſſes, cunctis ſimul amnibus Oceanum petituræ. Neque ſolùm ad perficiendas eas certatim homines laborarunt, ſed etiam ad excipiendas flumina repentè creuerũt. Toto ferè anno Imp. quo tibi opus erat ſerenitate, vt naualia texerentur, vt trabes cæderentur, vt artificum animi vigerent, ne manus torpeſcerent, nullus ferè dies imbre fœdatus eſt. Hiems ipſa temperiem veris imitata eſt. Iam non Septemtrionis nos putauimus, & quaſi tranſlatis ſideribus, aut terris, meridiani cæli clementiam ſenſimus. Fluuius hic noſter, diu pluuiarum pabulo carens, *impatiens* erat nauium, ſolam naualibus tuis materiam deuehebat. Ecce autem ſubitò cùm iam deduci liburnas oporteret, tibi vberes fontes terra ſubmiſit, tibi largos imbres Iuppiter fudit, tibi totis fluminum alueis Oceanus redundauit. Ita in aquas ſponte ſubeuntes impetum nauigia fecerunt, leui modo commota nixu ducentium, quorum ad feliciſimum illud exordium magis opus erat nautico carmine quàm labore. Facile itaque quiuis intelligit Imp. quàm proſperi te ſucceſſus in re maritima ſecuturi ſint, cùm iam ſic tempeſtatum opportunitas obſequatur. Felix igitur talibus Roma Principibus, (fas eſt enim vt hoc dicendi munus pium vnde cœpimus terminemus) felix inquã, & nunc multo felicior quàm ſub Remo & Romulo tuis. Illi enim fratres quamuis geminíque eſſent, certauerunt tamen vter ſuum tibi nomen imponeret, diuerſóſque montes & auſpicia ceperunt: hi verò conſeruatores tui, ſit licet nunc tuum tanto maius imperium quanto latior es vetere pomœrio quidquid homines colunt, nullo circa te liuore contendunt. Hi cùm primum redeant ad te triumphantes, vno cupiunt inuehi curru, ſimul adire Capitoliũ, ſimul habitare Palatium. Vtere (quæſo) tuorum Principum vtroque cognomine, cùm non cogaris eligere. Licet nunc ſimul & Herculea dicaris, & Iouia. O quanto nunc Imperatores illa ciuitas eſſet auguſtior, quanto magis hunc natalem ſuum

diem

diem coleret, ſi vos ſtipato veſtro Senatu in illa Capitolini Iouis arce conſpiceret! Quæ nunc ſine dubio præſentiam veſtri ſibi fingit, ædes veſtrorum Numinum frequentando identidem, ſicut à maioribus inſtitutum eſt, inuocando Statorem Iouem, Herculémque victorem. hoc enim quondã illi Deo cognomen aſſcripſiſtis qui, cùm piratas oneraria naue viciſſet, ab ipſo audiuit Hercule per quietem illius ope victoriam contigiſſe. Adeò ſacratiſſime Imperator multis iam ſæculis inter officia eſt Numinis tui ſuperare piratas. Sed profectò maturè ille illuceſcet dies cùm vos videat Roma victores, & alacrem ſub dextera filium. Quem, ad honeſtiſſimas artes omnibus ingenij bonis natum, fœlix aliquis præceptor expectat. Cui nullo labore conſtabit diuinam immortalémque progeniem ad ſtudium laudis hortari. Non neceſſe erit Camillos, & Maximos, & Curios, & Catones proponere ad imitandum, quin potius veſtra illi facta demonſtret, vos identidem & ſemper oſtendat, præſentes, & optimos Imperatoriæ inſtitutionis autores. Interim tamẽ te gentium domina, quoniam hunc optimum Principem in Galliis ſuis retinet ratio reip. quæſumus (ſi fieri poteſt) ne huic inuideas ciuitati, cui nunc ille ſimilitudinem maieſtatis tuæ confert, natalem tuum diem celebrando in ea conſuetudine magnificentiæ tibi debitæ. Téque ipſum Imperator oramus vt etiam cùm vos totius orbis ſecuritate compoſita illa imperij veſtri mater acceperit, amplexus eius arctiſſimos interdum piis manibus reſoluatis, túque potiſſimùm (credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens rogat) has prouincias tuas frequẽter illuſtres, & profundiſſima licèt pace florentes aduentu Numinis tui reddas feliciores. Vides Imperator quanta vis ſit tuorum in nos cæleſtium beneficiorum? Adhuc præſentia tua fruimur, & reditum deſideramus.

EIVSDEM CLAVDII MAMERTINI GENETHLIACVS MAXIMIANI A.

OMNES quidẽ homines,ſacratiſſime Imperator, qui maieſtati veſtrę laudes canunt,& gratias agunt,debitum vobis conantur exoluere,(quis enim eſt qui poſſet implere?) ſentio tamen à me,hoc præcipuè tempore, hoc piæ vocis officium iure quodam ſacroſancti fenoris poſtulari,vt expectationẽ ſermonis eius quem tuis Quinquennalibus præparaueram, hac gemini natalis prædicatione compenſem , & dicendi munus quod tunc voti promiſſione ſuſceperam,nunc religione debiti repræſentem. Noueram autem ſacratiſſime Imperator longè infra ſpem honoris eius quem in me contuliſtis,(vnde enim vel tantam fiduciam mei gererem , vel tam improbè concupiſcerem , vt optarem mihi quantum iudicio veſtro ſum conſecutus, auderem ?) noueram inquam potiſſimùm vt me dignatione qua pridem audieras rurſus audires. ſiquidem apud tanti præſentiam Numinis hoc ipſum mihi maximum dicendi præmium videbatur,vt dicerem. Gaudeo igitur (ſi fas eſt confiteri) dilatam eſſe illam cupiditatem meam. neque enim orationis eius quam compoſueram faciam iacturam , ſed eam reſeruo , vt quinquennio rurſus exacto Decennalibus tuis dicam, quoniam quidem luſtris omnibus prædicandis communis oratio eſt. Et profectò (ſi non ſenſus meos dicatorum vobis dierũ proxima quæq; veneratio ſui maieſtate perſtringit)hic mihi dies videtur illuſtrior magiſq; celebrandus qui tę primus protulit in lucẽ. etenim illi ipſi dies quibus imperij auſpicia ſumpſiſtis, ob hæc ſancti ſunt & religioſi,quòd tales declarauerũt Imperatores. Et certè virtutes quibus ipſum ornatis imperium & ingeniũ veſtri procreauere natales. Quos quidem,ſacratiſſime Imp.quoties annis voluentibus reuertũtur,veſtri pariter ac veſtrorum Numinum reuerentia colimus. ſiquidem vos DIs eſſe genitos & Numinibus quidem veſtris,ſed mul-

tò magis virtutibus approbatis. Quarum infatigabiles motus & impetus ipſa vis diuinitatis exercet, quæ vos tâtis diſcurſibus toto quem regitis orbe deducit, vt nos ſemper auxilij veſtri caritate nuper ad libertatem piæ conſtitutionis impleuerit, cùm itinera veſtra ipſis hybernis diebus per vicina illa cælo Alpium iuga, quibus Italiam Natura vallauit, pérque illa ſaxa, & duriorem ſaxis niuium denſitatem deſiderio veſtri & amore ſequeremur, & virtus veſtra non ſentiret pati nos putaremus iniuriam. Reddimus tamen rationem ſollicitudinis veſtræ, & inſpecta penitus veritate cognouimus quæ cauſa faciat vt nunquam otio acquieſcere velitis. profectò non patitur hoc cæleſtis ille veſtri generis conditor. nam primum omnium quidquid immortale eſt ſtare neſcit, ſempiternóque motu ſe ſeruat æternitas. Deinde præcipuè veſtri illi parentes, qui vobis & nomina & imperia tribuerunt, perpetuis maximorum operum actionibus occupantur. ille ſiquidem Diocletiani autor Deus, præter depulſos quondam cæli poſſeſſione Titanes, & mox deformium bella monſtrorum, præpeti cura quamuis compoſitum gubernat imperium, atque hanc tantam molem infatigabili manu voluit, omnium quoque rerum ordines ac vices peruigil ſeruat. neque enim tunc tantummodo commouetur cùm tonitrua incutit, & fulmina iacit, ſed etiamſi tumultuantia elementorum officia pacauit, nihilominus tamen & ipſas quæ tacitæ labuntur auras placido ſinu fundit, & in aduerſa cæli nitentem impetu rapit Solem. Itidem quoque Maximiane Hercules tuus mitto quòd cùm inter homines erat, terras omnes & nemora pacauit, vrbes dominis crudelibus liberauit, etiã cælo dirarum alitum volucratilia detraxit, etiã terrores Inferum abducto cuſtode cõpeſcuit, exinde certè nihilominus poſt adoptionem Cælitum, Iuuétæ connubiũ, perpetuus eſt virtutis aſſertor, omniúmque fortium virorum laboribus fauet, in omni certamine conatus adiuuat iuſtiores. His quidem certè diebus, quibus immortalitatis origo celebratur, inſtigat (vt videmus) illos à ſacris certaminibus accitos, vt pertinaci animoſitate certandi multa faciãt ipſius ſimilia victoris. Adeo ſacratiſſime Imp. vtraq; veſtra Numina ſemper aliquid agunt, agendúmve curant. Vt iã nobis illa quã pro vobis ſuſceperamus cura ponenda ſit, cùm non laborare vos, ſed parentes Deos videamus imitari, cúmque præterea ingenitum illum vobis diuinæ mentis ardorem etiam earum quæ primæ vos

ſuſcepére, regionum alacritas excitarit. non enim in otioſa aliquã deliciiſque corrupta parte terrarum nati inſtitutíque eſtis, ſed in his prouinciis, quas ad infatigabilem conſuetudinem laboris atque patientiæ fractus, licèt oppoſitus hoſtis, armis tamen ſemper inſtructus miles exercet, in quibus omnis vita militia eſt, quarum etiam fœminæ cæterarum gentium viris fortiores ſunt. Ex iſtis ergo cauſis ſtirpis veſtræ, patriorúmque inſtitutorum illa veniunt quæ ſæpe miramur, (interdum etiam pro amoris impatientia timebamus) quòd expeditiones veſtras numerare non poſſumus, quòd diutiùs in iiſdẽ manere veſtigiis dedignamini, quòd vos à continuo rerum curſu gerendarum non modò amœnitas locorum, aut nobilitas vrbium, ſed ne ipſa quidem victoriarum noſtrarum lætitia remoratur. Illum modò Syria viderat, iam Pannonia ſuſceperat. Tu modò Galliæ oppida illuſtraueras, iam ſummas arces Monœci Herculis præteribas. Ambo cùm ad Orientem Occidentémque occupati putaremini, repentè in medio Italiæ gremio apparuiſtis. Hos fructus capitis operum maximorum, ſic interim meritorum cõſcientia triumphatis, dum triumphos ipſos ſemper vincendo differtis, quòd quæcunque pulcherrima facitis continuò tranſitis, & ad maiora properatis. Vt dum veſtigia veſtra miramur, dúmque vos adhuc eſſe in conſpectu putamus, iam de vobis audiamus longinqua miracula. Ita omnes prouinciæ veſtræ quas diuina celeritate peragraſtis, vbi ſitis viciſſim neſciunt, ſciunt tamen vos vbique viciſſe. Sed de rebus bellicis, victoriiſque veſtris ſacratiſſime Imperator multi ſumma eloquentia prędidi ſæpe dixerunt, & ego pridem, cùm mihi auditionis tuæ diuina dignatio eam copiam tribuit, quantum potui prædicaui. Hodie verò ſi de duabus rebus, quas ad hoc tempus optatiſſimas (niſi fallor) elegi, dicere mihi veſtra fauente maieſtate contigerit, de cæteris veniam ſilentij petam. Non commemoro igitur virtute veſtra remp. ſæuiſſimo dominatu liberatam. Non dico exacerbatas ſæculi prioris iniuriis per clementiam veſtram ad obſequium rediiſſe prouincias. Mitto etiam dies feſtos victoriis, triumphis celebratos. Taceo tropæa Germanica, in media defixa Barbaria. Tranſeo limitẽ Rhetiæ repentina hoſtium clade promotum. Omitto Sarmatiæ vaſtationem, oppreſſúmque captiuitatis vinculis Saracenum. Etiam illa quæ armorum veſtrorum terrore facta ſunt, velut armis geſta, prætereo, Francos ad petendam pacem cum rege venientes, Parthúmq; vobis munerum miraculis blandientem. Nouam mihi propono

dicendi legem,vt cùm omnia videar ſilere quæ ſumma ſint, oſtendã tamen ineſſe laudibus veſtris alia maiora. Quæ igitur illa ſunt? Pietas,ſacratiſſime Imperator atque felicitas. nam primùm omnium quanta veſtra erga Deos pietas? quos aris,ſimulacris, templis,donariis,veſtris denique nominibus aſſcriptis, adiunctis imaginibus ornaſtis,ſanctioréſque feciſtis exemplo veſtræ venerationis.nũc enim verè homines intelligunt.ac poteſtas Deorum, cùm tam impéſè colantur à vobis.Deinde(id quod maximè Deorum Immortalium cũ religione coniunctum eſt) quanta voſmet pietate colitis? Quæ vlla vnquam videre ſæcula talem in ſumma poteſtate concordiam? Qui Germani, geminíve fratres indiuiſo patrimonio tam æqualiter vtuntur quàm vos orbe Romano? Ex quo profectò manifeſtum eſt cæterorum hominum animas eſſe humiles & caducas, veſtras verò cæleſtes & ſempiternas. Obtrectant ſibi inuicem artifices operum ſordidorum,eſt inter aliquos etiam canoræ vocis inuidia, nihil denique tam vile,tam vulgare eſt,cuius participes malignis æmulationis ſtimulis vacent, veſter verò immortalis animus omnibus opibus,omníque fortuna,atque ipſo eſt maior imperio.Vobis Rhenus, & Iſter,& Nilus,& cum gemino Tigris Euphrate,& vterque qualem accepit,& reddit Oceanus,& quidquid eſt inter iſta terrarum, & fluminum,& littorum,tam facili ſunt æquanimitate communia,quãtum ſibi gaudent eſſe communem oculi diem. Ita duplices vobis diuinæ potentiæ fructus pietas veſtra largitur , & ſuo vterque fruitur,& conſortis imperio. Laurea illa deuictis accolentibus Syriam nationibus,& illa Rhætica,& illa Sarmatica te Maximiane fecerunt pio gaudio triumphare. Itidem hic gens Cauionum Erulorúmque deleta,tranſrhenana victoria,& domitis oppreſſa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt. Diuidere inter vos DI Immortales ſua beneficia non poſſunt.Quidquid alterutri præſtatur,amborum eſt. Obſtupeſcerent certè omnes homines admiratione veſtri etiam ſi vos idem parens,eadémque mater ad iſtam concordiam naturæ legibus imbuiſſent. Atenim quanto hoc eſt admirabilius,vel pulchrius:quòd vos caſtra, quòd prælia, quòd pares victoriæ fecere fratres? Dum virtutibus veſtris fauetis, dum pulcherrima inuicem facta laudatis, dum ad ſummum fortunæ faſtigiũ pari gradu tenditis, diuerſum ſanguinem affectibus miſcuiſtis.Non fortuita in vobis eſt germanitas,ſed electa. Notum eſt ſæpe eiſdem parentibus natos eſſe diſſimiles, certiſſimæ fraternitatis

eſt,vſque ad imperium ſimilitudo.Quę ne etiam interuallum veſtrę vincit ætatis,& ſeniorem iuniorémque caritate mutua reddit æquales. Vt iam illud falsò dictum ſit, Non delectare ſocietatem rerũ niſi inter pares annos. intelligimus enim ſacratiſſimi Principes & geminum vobis,quamuis diſpares ſitis ætatibus,ineſſe cõſenſum. Neque tu illi videris promptior,neque tibi ille cunctatior,ſed inuicem voſmet imitamini, inuicem veſtros affectatis annos.Sic vos eſtis iuniores,ambo ſeniores.Neuter plus ſuis moribus fauet, vterq; ſe vult hoc eſſe quod frater eſt. Inde igitur proximè ille impatientiam veſtræ pietatis irrupit,quòd vos nulla regionum longinquitas,nulla iniquitas locorum , nulla tempeſtatis aſperitas retinere, aut morari potuit quominus ad conſpectum veſtri peruolaretis. neque enim illud progreſſio fuit,nec itineris confectio, nec ſolitis adminiculis vſa properatio.Quod ſimili concitu eques aut velinola nauis? Diuinus quidam impetus fuit, quo repentè in eundem locum ab vtroqueSolis aduerſo fine veniſtis. ipſos ſiquidem quos promiſeratis nuncios reliquiſtis,ipſam,quæ vos conata eſt præuenire,famam præuertiſtis. Vt abſque pauciſſimis, qui vobis comites hærere potuerunt, cæteri homines fortaſſe crediderint (quòd ita dignum & maieſtate veſtra) diurna vobis & nocturna curricula vtraque mundi lumina commodaſſe. Sed remoueamus iſtinc fabulas imperitorum,verum loquamur.Veſtra vobis pietas ſacratiſſime Imp. volucres dedit curſus, etenim cùm nihil ſit animo velocius, vos, quorum igneæ immortaléſque mentes minimè ſentiunt corporis moras, peruecti eſtis ad nos mutui deſiderij celeritate.Sed qua tandem vice temporum? quo tempeſtatis habitu? Nempe hyeme ſęuiſſima,& in his quoque regionibus inuſitata,cùm algor glacies, glacies niuem premerent , cælo pariter ac terris vniformibus,cúmque ipſi anhelitus hominum circa ſua ora concreti rigore caneſcerent. Adeò (vt res eſt) aduerſus clementiam locorum ac ſiderum veſtræ vos maieſtatis potentia tuebatur, & cæteris hominibus atque regionibus vi frigorum aſtrictis & oppreſſis,vos ſolos auræ lenes,vernique flatus,& deductis nubibus ad itinera veſtra directi Solis radij ſequebantur. Tanta felicitate illa quæ tunc aliis forent inacceſſibilia ſuperaſtis,atque inde Iulias,hinc Cotias Alpes quaſi relictas æſtu arenas patentiũm littorum tranſcurriſtis.Eant nunc rerum veterum prædicatores, & Hannibalem illum multis laboribus, magnáque exercitus ſui diminutione Alpes penetraſſe mirentur. Vos inuictiſſimi Imperatores propè ſoli

Alpium vias hybernis niuibus obſtructas diuinis veſtigiis aperuiſtis vt quondam Hercules per eadem illa culmina Iberiæ ſpolia incomitatus abduxit. Tum ſi fortunæ cauſæque Hannibalis ac veſtrorum itinerum comparentur, quanto hæc veſtra DIs hominibúſque acceptiora ſunt? quanto laude ac ſempiterna memoria digniora? Tũc Pœno ex ſummis Alpibus viſo Italia contremuit, ſtatim pecua agríque deſerta, omnes familiæ ruſticanæ ſiluarum & ferarum cubilia petiuere. Quo nuncio accepto omnibus oppidis matres Italæ penſa manibus abiecerunt, paucos liberos abreptos ad templa traxerunt. Ibi ædes ſacras paſſo capillo ſuo quæque verrebat, planctu ploratúque futuris cladibus omnia dabant, Thraſymenum, & Cannas dolore præſago præcanebant. Nunc autem vt primum ex vtriſque Alpium iugis veſtrum Numen effulſit, tota Italia clarior lux diffuſa, omnibus qui ſuſpexerant æqua admiratio atque dubitatio inuecta, & quinam de illis montium verticibus orirentur, an his gradibus in terras cælo deſcenderent. Vt verò propiùs propiúſque cœpti eſtis agnoſci, omnes agri oppleti, non hominibus modò ad viſendum procurrentibus, ſed etiam pecudum gregibus remota paſcua & nemora linquentibus. Concurſare inter ſe agricolæ, nunciare totis viſa, aræ incendi, thura poni, vina libari, victimæ cædi, cũcta gaudió calere, cuncta plauſibus tripudiare, DIs Immortalibus laudes gratéſque cantari, non opinione traditus, ſed conſpicuus & præſens Iupiter cominus inuocari, non aduena, ſed Imperator Hercules adorari. Quid? illud (DI boni!) quale pietas veſtra ſpectaculum dedit, cùm in Mediolanenſi palatio admiſſis qui ſacros vultus adoraturi erant, cõſpecti eſtis ambo, & conſuetudinem ſimplicis venerationis geminato Numine repentè turbaſtis? Nemo ordinem Numinum ſolita ſecutus eſt diſciplina, omnes adorandi mora reſtiterunt, duplicato pietatis officio contumaces. Atque hæc quidem velut interioribus ſacrariis operta veneratio eorũ modò animos obſtupefecerat quib. aditũ veſtri dabãt ordines dignitatis. Vt verò limine egreſſi per mediã vrbem ſimul vehebamini, tecta ipſa ſe (vt audio) penè commouerunt, omnibus viris, feminis, paruulis, ſenibus, aut per fores in publicum proruentibus, aut per ſuperiora ædiũ limina imminẽtibus. Clamare omnes prę gaudio iam ſine metu veſtri, & palàm manu demonſtrare, Vides Diocletianum Maximianúmque? vides? Ambo ſunt, pariter ſunt. Quàm inuicti ſedent? quàm concorditer eloquuntur? quàm citò tranſeunt? Nemo ſtudio ſuo par fuit oculis

ad intuendum, dúmque vos alterna cupiditate mirantur, neutrum ſatis videre potuerunt. Ipſa etiam gentium domina Roma immodico propinquitatis veſtræ elata gaudio, vóſque è ſpeculis ſuorum mõtium proſpicere conata, quò ſe vultibus veſtris propiùs expleret, ad intuendum cominus quantum potuit acceſſit. lumina ſiquidem Senatus ſui miſit, beatiſſimæ illi per eos dies Mediolanenſium ciuitati ſimilitudinem maieſtatis ſuæ libenter impertiens, vt ibi tunc eſſe ſedes imperij videretur quò vterque venerat Imperator. Interim tamen dum mihi ante oculos pono quotidiana veſtra colloquia, cõiunctas in omni ſermone dexteras, ioca ſeriáque communicata, obtutu mutuo tranſacta conuiuia, illa me cogitatio ſubit, quanam animi magnitudine ad reuiſendos exercitus veſtros diſceſſeritis, pietatémque veſtram vtilitate reipublicæ viceritis. Qui tunc veſtri ſenſus fuere? qui vultus? quàm patientes ad diſſimulandum indicium perturbationis oculi? Reſpexiſti profectò ſæpius. Neque hæc de vobis vana finguntur. Talia vobis dediſtis omnia, citò ad conſpectum mutuum reuerſuri. Facilis eſt mihi tranſitus ſacratiſſime Imperator ab hac pietatis veſtræ laude ad prędicationem *felicitatis*. hoc enim ipſum felicitatis eſt, quod vt conſpicere vos inuicem complectíque poſſitis, in manu veſtra eſt. Solem ipſum, Lunámque cernimus, quia totius mundi funguntur officiis, non niſi poſt multa ſæcula certa lege temporum conuenire, veſtra tamen libera eſt, & beata maieſtas, vt in ſummis rebus generis humani nihil vobis neceſſe ſit, niſi veſtræ parere pietati. Cæterùm ſi quis ad humana reſpiciat, quanto magis magnitudo veſtræ felicitatis appareat? homines priuatis rebus intenti ita plerumque propriis difficultatibus implicantur, vt omnino vacent aditu ſuorum, vos tantæ reip. adminiſtratione ſuſcepta, quos huc atque illuc tot vrbes, tot caſtra, tot limites, tot circumiecta Romano imperio flumina, montes, littora vocant, tãtum animis ac fortuna valetis, vt in vnum conuenire poſſitis, nihilominus orbe ſecuro. neque enim pars vlla terrarum maieſtatis veſtræ potentia caret, etiam cùm ipſi abeſſe videamini. Ne tantulum quidem Barbaræ nationes audent animos attollere quòd vos in interiora imperij veſtri ſeceſſeritis, quinimmò ipſi magis in vobis fiduciam pertimeſcunt, & quòd ſe contemni ſentiunt cùm relinquũtur. Itaque illud quod de Ioue veſtro cecinit poëta Romanus, plena Iouis omnia eſſe, id ſcilicet animo contemplatus, quamquam ipſe Iupiter ſummum cæli verticem teneat, ſupra nubila, ſupráque ven-

cos ſedens in luce perpetua, numen tamen eius ac mentem toto infuſam eſſe mundo, id nunc ego de vtroque veſtrûm audeo prædicare, vbicunque ſitis, in vnum licèt palatium côceſſeritis, diuinitatem veſtram vbique verſari, omnes terras omniáque maria plena eſſe veſtri. quid enim mirum ſi cùm poſſit hic mundus Iouis eſſe plenus, poſſit & Herculis? Admonet me & temporis loci ratio, & maieſtatis tuæ reuerentia, vt finem dicendi faciam, quanquam de felicitate veſtra tam pauca dixerim, & tam multa reſtent. Spiritum ecce ſuggerunt. Adhuc poteſt dicere de ſalubritate temporum, & fertilitate terrarum. reuera ſacratiſſime Imperator ſcimus omnes antè quàm vos ſalutem reip. redderetis quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame paſſim morbíſque graſſantibus. Vt verò lucem gentibus extuliſtis, exinde ſalutares ſpiritus iugiter manant. Nullus ager fallit agricolam, niſi quòd ſpem vbertate ſuperat. Hominum ætates & numerus augetur. Rumpunt horrea conditæ meſſes, & tamen cultura duplicatur. Vbi ſyluæ fuere, iam ſeges eſt. Metendo & vindemiando defecimus. Illud verò, non ſuggeratur licet, quomodo dicã antè quàm deſinam? tantam deſinam imperij veſtri felicitatem? vndique ſe Barbaræ nationes viciſſim lacerent & excidant, alternis dimicationibus & inſidiis clades ſuas duplicent & inſtaurent: Sarmaticas veſtras, & Rheticas, & tranſrhenanas expeditiones furore percitæ in ſemet mittentur. Sancte Iuppiter, & Hercules bone, tandem bella ciuilia ad gentes illas veſania dignas tranſtuliſtis, omnémque illam rabiem extra terminos huius imperij in terras hoſtium diſtuliſtis. etenim quod ait ille Romani criminis primus autor, A Sole exoriente aduſque Mæotidas paludes, id nunc longiùs longiúſque protendere licet, ſi quis hoſtilem in mutua clade veſaniam toto orbe percenſeat. etenim ab ipſo Solis ortu non modò hac citra Mæotin ſub extrema Septentrionis plaga, quã feruidum caput Danubius euoluit, quáque horridus ſecat Albis Germaniam, ſed etiam ſub ipſo lucis occaſu, quã Tingitanum littus Calpetano monti obuium latus in mediterraneos ſinus admittit Oceanum, ruunt omnes in ſanguinem ſuum populi, quibus nunquam contigit eſſe Romanis, obſtinatæque feritatis pœnas nunc ſponte perſoluunt. Furit in viſcera ſua gens effrena Maurorum. Gothi Burgundios penitus excindunt. Rurſum pro victis armantur. Alamani, itémque Teruigij, pars alia Gothorum adiuncta manu Thaifalorũ, aduerſum Vandalos Gipedéſque concurrunt. Ipſos Perſas, ipſúmque regem aſcitis Saccis &

Ruffis,& Gellis petit frater Ormies,nec reſpicit vel pro maieſtate quaſi regem, vel pro pietate quaſi fratrem.Burgundiones Alamanorum agros occupauere,ſed ſua quoq; clade quæſitas Alamania terras amiſere,ſed repetunt.O magnã vim Numinis veſtri! Non iſtæ modò,aliæque gentes,viribus armíſque terribiles,fiducia inſtructę ad perniciem immanitatis vtuntur, ſed etiam Blemij illi,(vt audio) leuibus modò aſſueti ſagittis,aduerſus Aethiopes quærunt quæ non habent arma,& penè nudis odiis prēlia internecina cõmittunt.Iam de perduellibus vltionẽ non armis,non exercitu capitis,ſicut hucuſque feciſtis,iam(inquã)fortunatiſſimi Imperatores felicitatẽ vincitis ſoli. Et quod vnquã Romani Principes de felicitate ſua prædicari lętius audierunt,quàm cùm diceretur hoſtes quieſcere,occiſos eſſe, pacẽ colere? Atenim quanto hoc eſt lætabilius, ac melius,quòd de proſperitate ſæculi veſtri certatim omniũ hominum circumfert Barbaria? Darnia,ſed inuicem dimicaturi,vicerunt Barbari, ſed conſanguineos ſuos tam innumeros vobis, tam nouos ex omni hoſtium genere ſucceſſus Fortuna ſuppeditat, vt iam mihi neceſſe ſit *illa quæ i*nitio ſeparauerã rurſus hic cõmunium laude coniungere, *dum* tantorũ euentuum quæro rationem.Felicitatẽ iſtam optimi Imperatores pietate meruiſtis. Optimè igitur, ſacratiſſime Imp.(quantũ arbitror)hæc potiſſima elegi quæ gemino natali tuo prędicarem.etenim cæteræ virtutes & bona cætera proceſſu ætatis eueniunt, fortitudo annis accedentibus roboratur,continentia diſciplinæ præceptis traditur,iuſtitia cognitione iuris aſcitur , ipſa denique illa quæ videtur omniũ rerum domina eſſe ſapientia,perſpectis omniũ moribus , & exploratis rerum docetur euentis, ſolæ cum naſcentibus pariter oriuntur pietas atque felicitas.naturalia ſunt enim animorum bona, & præmia Fatorũ.Gemini ergo natales pias vobis mentes,& Imperatorias tribuere fortunas,atq; inde ſanctitatis veſtræ, omniúmq; ſucceſſuum manat exordiũ,quòd naſcentes vos ad opem generis humani bona ſidera & amica viderunt.Quę vobis concordiam ſempiternã,& veſtrorum generum charitatem,& fouendæ reip.ſtudia concilliant,itémque præter victorias toto orbe terrarum partas etiam naualia trophæa promittunt, vt poſt bella Punica, poſt Aſiæ Syriæque reges Romani Roſtra Campi nouis ornentur iis exuuiis , & oblitos iam Quirites in memoriam reducatis,cur ille ſolennis concionibus locus Roſtra vocitetur.dico enim magna certáque fiducia, digna eſt quoque gloria veſtra pietas,& poteſt eam præſtare felicitas.

AVSONII BVRDIGALENSIS, VASSATIS, MELICI POETAE AC PRAECEPTORIS,

gratiarum actio ad Gratianum imperatorem pro conſulatu.

AGo tibi gratias, imperator Auguſte: ſi poſſem, etiam referrem. Sed nec tua fortuna deſiderat remunerandi vicem, nec noſtra ſuggerit reſtituendi facultatem. Priuatorum iſta copia eſt, inter ſe eſſe munificos: tua beneficia vt maieſtate præcellunt, ita mutuum nõ repoſcunt. Quod ſolùm igitur noſtræ opis eſt, gratias ago: verùm ita vt apud deũ fieri amat, ſentiendo copioſius quàm loquendo. Atque non in ſacrario modò imperialis oraculi: (qui locus horrore tranquillo, & pauore venerabili rarò eundem animũ præſtat, & vultum) ſed vſquequaque gratias ago, tum tacens, tum loquens: tum in cœtu hominum, tum ipſe mecũ: & quum voce patui, & quũ meditatione ſeceſſi, omni loco, actu, habitu & tẽpore. Nec mirum ſi ego terminum non ſtatuo tam grata profitendi, quũ tu finẽ facere neſcias honorandi. Quis enim locus eſt, aut dies, qui non me huius aut ſimilis gratulationis admoneat? Admoneat autem? ô inertiã ſignificationis ignauæ! Quis (inquam) locus eſt, qui nõ beneficiis tuis agitet, inflammet? Nullus, (inquã) imp. Auguſte, quin admirãdã ſpeciẽ tuæ venerationis incutiat. Non palatium, quod tu, quum terribile acceperis, amabile præſtitiſti: non forũ & baſilica, olim negotiis plena, nunc votis, votiſque pro tua ſalute ſuſceptis (nam de ſua, cui non te imperante ſecuritas?) non curia honorificis modò læta decretis, olim ſolicitis mœſta querimoniis: non publicum, in quo occurſus gaudentium plurimorum neminem patitur ſolùm gratulari: non domus, commune ſecretum: lectus ipſe ad quietem datus, beneficiorum tuorum

reputatione tranquillior: ſomnus, abolitor omnium, imagines tuas affert. Iſta autem ſedes honoris, ſella curulis, glorioſa pompis imperialis officij, in cuius me faſtigio ex qua mediocritate poſuiſti? quoties à me cogitatur, vincor magnitudine, & redigor ad ſilentium, nó ingratus beneficiis, ſed oppreſſus. Ades enim locis omnibus: nec iam miramur licentiam poetarum, qui omnia deo plena dixerunt. Spem ſuperas, cupienda præuenis, vota præcurris, quæque animi noſtri celeritas diuûm inſtar affectat, beneficiis præcũtibus anteceditur. Præſtare tibi eſt quàm nobis optare velocius. Ago igitur gratias, optime imperator: ac ſi quis hunc ſermonem meum iiſdem verbis tam ſæpe repetitum, inopiæ loquentis aſſignat, experiatur hoc idem proſequi, & nihil poterit proferre facundius. Aguntur enim gratiæ non propter maieſtatis ambitum, nec ſine argumentis, imperatori fortiſſimo. teſtis eſt vno pacatus anno & Danubij limes, & Rheni: liberaliſſimo. oſtentat hoc diues exercitus: indulgentiſſimo, docet ſecuritas erroris humani: conſultiſſimo, probat hoc tali principe oriens ordinatus: piiſſimo, huius verò laudis locupletiſſimum teſtimonium eſt pater diuinis honoribus conſecratus, inſtar filij ad imperium frater aſcitus, à contumelia belli patruus vindicatus, ad præfecturæ collegium filius cum patre coniunctus, ad conſulatum præceptor electus. Poſſum ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit, quas proxime fortuna conceſſit, quas adhuc indulgentia diuina meditatur. Voca Germanicum deditione gentilium: Alemanicum traductione captorum: vincendo & ignoſcendo Sarmaticum. Connecterem omnia merita virtutis & cognomina felicitatis, ſed alia eſt iſta materia, & ſuo parata ſecreto quum placuerit ſignanter & breuiter omnia quæ nouimus indicare, nec perſequi, vt qui terrarum orbem vnius tabulæ ambitu circumſcribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, nullo diſpendio veritatis. Nunc autem, quod diei huius proprium, de conſulatu gratias agã, ſed procurrunt & aliæ dignitates, atque in vocem gratulationis erumpũt, ac ſe priùs debere profitentur. Tot gradus nomine comitis propter tua incrementa congeſti ex tuo merito: te ac patre principibus, quæſtura communis, & tui tamẽ præfectura beneficij, quæ & ipſa non vult vice ſimplici gratulari, liberalius diuiſa quàm iuncta, quum teneamus duo integrũ, neuter deſiderat ſeparatum. Sed illa (vt paulò antè promiſi) habebũt ſui muneris peculiare ſecretum. Conſulatus hic meus orat atque obſecrat, vt obnoxiam tibi vni ſinas fieri eius dignitatem, quẽ omnib.

prætuliſti. Quod quidē & ipſe ſibi inuenit gradus cum clariſſimo viro collega in eo honore coniunctus, nuncupatione prælatus. Conſul ego, imperator Auguſte, munere tuo non paſſus ſepta, neque campú, non ſuffragia, non puncta, non loculos, qui nō prenſauerim manus, nec cum ſalutantium confuſus occurſu, aut ſua amicis nomina non reddiderim, aut aliena impoſuerim: qui tribus non circumiui, centurias non adulaui, vocatis claſſibus nō intremui, nihil cū ſequeſtre depoſui, cum diſtributore nihil pepigi: Romanus populus, Martius campus, equeſter ordo, roſtra, ouilia, ſenatus, curia, vnus mihi omnia Gratianus. Iure meo, Auguſte maxime, affirmare poſſum, incolumi omnium gratia qui ad hunc honorē diuerſa vnquam virtute venerunt, venturíq; ſunt (ſuus enim cuique animus, ſuum meritum, ſibique mēs cōſcia eſt) iure (inquam) meo affirmare poſſum, me mihi videri à cæteris eſſe ſecretum. Sunt quos votorum cruciat inanitas: non optaui. quos exercet ambitus: non petiui. qui aſſiduitate exprimunt: non coegi. qui offeruntur occaſione, non affui. quos iuuat opulentia: obſtat tēporum diſciplina. non emi, nec poſſum cōtinentiam iactare: non habui, vnum præſtare tentaui, & hoc ipſum quaſi meū vendicare nō poſſum. In tua enim poſitum eſt opinione, ſi merui. Feciſti autem, & facies alios quoque conſules, piiſſime Gratiane, ſed non & cauſa pari. viros gloriæ militaris: habent enim tecum vt ſemper laboris, ita dignitatis plerunque conſortium, virtutis quàm honoris antiquiore collegio. viros nobilitatis antiquæ: dātur enim multa nominibus, & eſt Roma pro merito: viros fide inclytos, & officiis probatos: quorū me etſi non ſecerno numero, tamē quod ad honoris viam pertinet, ratione diſpertio. Quartum hunc gradum noui beneficij tu Auguſte conſtituis deferre tibi ipſi, quo alter ornetur: bona animi tui ad alienam referre præſtantiā eruditionémque naturæ, quā deo & patri & tibi debes, ad alterius gratiā rectius retorquere quàm verius. Tua hæc verba ſunt à te mihi ſcripta, Soluere te quod debebas, & adhuc debere quod ſolueris. O mentis aureæ dictū bracteatum! ô de pectore candidiſſimo lactei ſermonis alimoniam! Quiſquámne tam parcus eſt in oſtentatione beneficij? quiſquā pondus gratiæ ſuæ vim meriti profitetur alieni? quiſquam deniq; quod indulget quaſi ab obnoxio deferatur, pretium mauult vocare quàm domum? Certent huic ſententiæ veteres illi & Homerici oratores, ſubtilis deducta oratione Menelaus, & inſtar profundæ grandinis ductor Ithaceſius, & melleo delibutus eloquio iam tertiæ Neſtor

ætatis.Sed neque ille concinnius eloquetur qui ſe Laconica breuitate collegit: neque ille contortius, qui cum ſenſibus verba glomerauit: nec iſte dulcius, cuius lenis oratio mulcendo potius quàm extorquendo perſuaſit. Soluere te dicis quod debebas, & debiturum eſſe quum ſolueris.Auguſte iuuenis, cœli tibi & humani generis rector hoc tribuebat, vt prælatus antiquis, quos etiam elegantia ſententiæ iſtius anteceſſiſti, vincas propria ſingulorum : in Menelao,regiam dignationem : in Vlyſſe,prudentiam : in Neſtore, ſenectutem. Subiiciet aliquis , Iſta quidem adeptus es, ſed effare, quo merito? Quid me oneras ſuſcitator? rationem felicitatis nemo reddit.Deus,& qui deo proximus, tacito mu'nera diſpertit arbitrio , & beneficiorum ſuorum indignatus per homines ſtare iudicium,mauult de ſubditis dediſſe miraculum. Quo (inquis) merito? Ego nullum ſcio,niſi quòd tu piiſſime imperator debere te dicis: & hoc debere,latiſſimè pertinet,ſiue hoc eruditionis tuæ fœnus exiſtimas:ſiue ſine fœnore gloriam liberalitatis affectas: ſiue te pondere conceptæ ſponſionis exoneras: ſeu fideicommiſſum patris exoluis: ſeu magnan imitate cœleſti , oſtentatione ſuppreſſa dei munus imitaris. Debere te dicis.cui? quando? quo nomine? Lege ſyngrapham,nomina creditorem : accepti & expenſi tabulæ conferantur. Videbis aliò ſummæ iſtius tranſire rationem,tibi cœpit deus debere pro nobis. Quid autem mihi debes, gratiſſime imperator? (patitur enim humanitas tua vt præter regias virtutes priuata appellatio ne lauderis.)Quid tu mihi debes? & contrà, quid nō ego tibi debeo? Anne quòd docui? hoc ego poſſum verius retorquere, dignum me habitum qui docerem:tot facundia doctrináque pręſtantes inclinata in me dignatione præteritos , vt eſſet quem tu matura iam ætate ſubcinctum per omnes honorum gradus feſtinata bonitate preueheres:timere vt videreris ne in me vita deficeret,dum tibi adhuc aliquid quod deberes præſtare ſupereſſet. Negat Cicero conſularis vltrà ſe habere quod cupiat: ego autem, iam conſul & ſenex (adhuc auiditatem meam iam fatebor) te videre ſæpius in hoc magiſtratu, Gratiane,deſidero,vt & ſex Val.Coruini,& ſeptem Caij Marij,& cognominis tui Auguſti tredecim cōſulatus,vnus æquipares.Tibi plures poteſt ætas & fortuna tua præſtare. verùm ego in numero parcior,quia tu in munere liberalior.Ipſum enim te ſæpius hoc honore defraudas vt & aliis largiaris.Scis enim imperator doctiſſime(rurſum enim vtar laude priuata)ſcis(inquā) ſeptē ac decem Domitiani

conſulatus quos illi inuidia alteros prouehendi continuando cõſe-ruit,ita in eius auiditate deriſos,vt hoc eum pagina Faſtorum ſuorũ (immò faſtidiorũ)fecerit inſolentem, nec potuerit præſtare felicem. Quòd ſi principis honoris iſtius temperata, & quæ vocatur aurea, debet eſſe mediocritas,quid priuati ſtatus hominibus? quid æquanimis? quid iã ſenibus erga ſe oportet eſſe moderaminis? Ego quidem quod ad honores meos pertinet,& vota ſaturaui: tu tamen imperator optime,tu piiſſime,tu, quem non fatigat liberalitas, niſi quando ceſſauit:tu(inquã) indulgentiſſime Gratiane,vt ad benefaciendũ ſubito es nec opinus ingenio, adhuc aliquid quod hoc nomine mihi præſtetur,inuènies.Sic intellexere omnes,ſic nobis ordinẽ ipſe feciſti:ſic amicus deo es,vt à te iam impetratum ſit quod non optatur ab aliquo,& quod nondum optamus,adipiſcimur. Et rurſum aliquis adiiciet, aut ſermone liberè, aut cogitatione liberius, Nónne olim & apud veteres multi eiuſmodi doctores fuerunt? an tu ſolus præceptor Auguſti? Immò ego cum multis coniunctus officio, ſed cùm pauciſſimis ſecretus exemplo. Nolo Conſtantini temporum taxare collegas:Cæſares docebantur.ſuperiora extinguam: diues Seneca, nec tamen conſul, arguetur rectius quàm prædicabitur non erudiiſſe indolem Neronis,ſed armaſſe ſæuitiam.Quintilianus cõſularia per Clementem ornamenta ſortitus, honeſtamenta nominis potius videtur quàm inſignia poteſtatis habuiſſe. Quomodo Titianus magiſter? ſed glorioſus ille municipalẽ ſcholam apud Viſuntionem Lugdunúmque variando, non ætate quidem, ſed vilitate conſenuit. Vnica mihi amplectenda eſt Frontonis imitatio, quem tamen Auguſti magiſtrum ſic conſulatus ornauit, vt præfectura nõ cingeret. Sed conſulatus ille cuiuſmodi? Ordinario ſuffectus, bimeſtri ſpatio interpoſitus,in ſexta anni parte conſumptus,quærendum vt reliquerit tantus orator quibus conſulib. geſſerit conſulatum. Ecce aliud quod aliquis opponat,in tanti ergo te oratoris faſtigiũ glorioſus attollis? Cui talia requirenti reſpondebo breuiter, nõ ego me contendo Frontoni,ſed Antonino præfero Gratianũ. Celebrant quidem ſolennes iſtos dies omnes vbique vrbes, quę ſub legibus agunt, & Roma de more, & Conſtantinopolis de imitatione, Antiochia pro luxu,& Carthago diſtincta,& domus fluminis Alexandria: ſed Treuiri principis beneficio, & mox cum ipſo autore beneficij loca inter ſe diſtant,vota conſentiunt. Vnus in ore omnium Gratianus, poteſtate imperator, virtute victor, auguſtus ſanctitate,

pontifex religione, indulgentia pater, ætate filius, pietate vtrunque ſuperat. Nō poſſum fidei cauſa oſtendere imagines maiorum meorum (vt ait apud Saluſtium Marius) nec deductum ab heroibus genus ad eorum ſtemma replicare, nec ignotas opes & patrimonia ſparſa ſub regnis: ſed ea quæ nota ſunt dicere potius quàm prædicare, patriam non obſcuram, familiam non pœnitēdam, domum innocentem, innocentiam non coactam, anguſtas opes, verumtamen libris & liberis dilatas: frugalitatem ſine ſordibus, ingenium liberale, animum non illiberalem: victum, veſtitum, ſupellectilem, munda, non ſplendida. veteribus vt illis conſulibus, excepta quæ tum erant bellicarum collatione virtutum, ſiquis me conferre dignetur, ſeponat opulentiam, non derogaturus induſtriam.

Verùm, quoniam gratiis agendis iamdudum ſuccumbo materię, tu orationi meæ Gratiane ſuccede: tu Gratiane qui hoc nomen ſic per fortunam adeptus es, vt nemo verius ambitione quæſierit. Neque enim iuſtius Metellus cognomento Pius, patre reuocato qui eſſet impius exulante: aut verius Sylla felix (qui felicior antè quàm vocaretur) quàm tu Gratiane, cui & hoc nomen eſt, & illa *Metelli Syllæque* cognomina: tu, inquam, Gratiane, qui hoc non ſingulis factis, ſed perpetua gratè agendi benignitate meruiſti, cui, niſi ab auo deductum eſſet, ab omnibus adderetur: tu ipſe tibi, inquam, pro me gratiam refer: tu tuæque virtutes: bonitas, qua in omnes prolixus es, perpetuus in me: pietas, qua orbem tuum temperas, quámque in vlciſcendo patruo probas, tuendo in fratre cumulas, ornando in præceptore multiplicas. Agat gratias clementia, quam humano generi impertis: liberalitas, qua ditas omnes: fortitudo, qua vincis: & mens iſta aurea quam de communi deo plus quàm vnus hauſiſti. Agant & pro me gratias voces omnium Galliarum, quarum præfecto hanc honorificentiam detuliſti. Vltrà progredior, & hoc quia debere te dicis, agat quæ optimè agere poteſt, vox iſta quam docui. Iamdudum autem quàm grati animi, tam ſermonis exigui (vt ſuprà dictum eſt) ſuccumbo materia. neque adhuc illa perſtrinxi, quæ ne infantiſſimus quidem, niſi idem impiiſſimus, eminentia per famam, & omnium gaudiis teſtata ſupprimeret. quæ ſupra vires dicendi meas poſita cunctor attingere, aut ingrati crimine arguendus, aut temerarij profeſſione culpandus. tamen alterum quum ſubeundum ſit, audaciam quàm maleuolentiam malo reprehendi. Tu Auguſte venerabilis, diſtrictus maximo bello, aſſultantibus tot millibus barbaro-

rum

rum,quibus Danubij ora protexitur,comitia conſulatus mei armatus exerces:tribunitia iſta quòd in vrbe Syrmio gerútur: an vt quòd in procinctu centuriata dicentur,an vt quondam pontificalia vocabuntur,ſine arbitrio multitudinis, ſacerdotum tractata collegio? ſic potius,ſic vocetur. Quæ tu pontifex maximus deo participatus habuiſti? non eſt ingenij mei piiſſime imperator talia comminiſci. Verba ſunt litterarum tuarum quibus apud me autoritatem ſummi numinis & tuæ voluntatis amplificas:ſic enim loqueris, Quumde conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem,vt me noſti atque vt facere debui,vt velle te ſciui,conſilium meum ad deum retuli:eius autoritati obſequutus, te conſulem deſignaui,& declaraui, & priorem nuncupaui.Cuius orationis ordo lucidior? quæ doctrina tam diligens, propriis comitiorum verbis loqui, nec vocabulis moris antiqui nomina peregrina miſcere? Valete modò claſſes, populi,& vrbanarum tribuum prærogatiuæ,& centuriæ iure reuocatę. Et quæ comitia pleniora vnquam fuerunt, quàm quibus præſtitit deus conſilium,imperator obſequium? Et nunc ego,piiſſime imperator,ne faſtigium auditorij ſacri dictorum tuorum timidus interpres offendam,diuinitatis tuæ propè cum piaculo verba tranſcurro. Quum de conſulibus(inquis) in annum creandis:erudita vox,& cura ſolennis.Solus mecum volutarem: ô profunda altitudo ſecreti! habes ergo conſiliatorem,& non metuis proditorem. Vt me noſti: quid familiarius? vt facere debui:quid conſtantius? vt velle te ſciui: quid dici blandius poteſt? Conſilium meum ad deum retuli. Et quemadmodum ſolus,cui præſtò eſt tam grande conſilium? an plenius cum ſenatu,cum equeſtri ordine,cum plebe Romana, cum exercitu tuo,& prouinciis omnibus deliberaſſes? Conſilium meum ad deum retuli:non vt(credo) nouum ſumeres,ſed vt ſanctius fieret, quod volebas,eius autoritati obſequutus: ſcilicet vt in conſecrando patre,in vlciſcendo patruo,in cooptando patre feciſti. Te conſulem deſignaui,& declaraui,& priorem nuncupaui.Quis hæc verba te docuit? ego tam propria & tam Latina neſciui: deſignaui,& declaraui, & nuncupaui.Non ſit hoc temerè,habet moras ſuas diſpartitis gradibus tam matura cunctatio. Has ego litteras tuas ſi in omnibus pilis atque porticibus(vnde de plano legi poſſint) inſtar edicti prendere mandauero,nónne tot ſtatuis honorabor quot fuerint paginæ libellorum? Sed ad pleniora feſtino. ab hac enim litterarum ad me datarum parte digreſſus, eò quoque deſcendiſti vt quæreres qualis ad

me trabea mitteretur. Omne largitionum tuarum miniſterium ſolicitudine fatigaſti. Non ergo ſupra conſulatum mihi eſt adhibita per te cura tam diligens, pro me cura tam felix? In Illyrico arma quatiuntur: tu mea cauſa per Gallias ciuilium decorum indumenta diſpenſas: loricatus de toga mea tractas: in procinctis, & quum maximè dimicaturus, palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis feliciter & bono omine. Namque iſte habitus vt in pace conſulis eſt, ſic in victoria, triumphantis. Parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur, interroges: te coram promi iubes. nec ſatis habes, vt largitionum miniſtri ex more fungantur, eligis ipſe de multis, & quum elegeris, munera tuo verborum honore proſequeris Palmatam (inquis) tibi miſi, in qua diuus Conſtantius parens noſter intextus eſt. Me beatum, cuius inſignibus talis cura præſtetur. Hæc planè, hæc eſt picta, vt dicitur, veſtis non magis auro ſuo quàm tuis verbis. Sed multo plura ſunt in eius ornatu, quæ per te inſtructus intelligo. Geminum quippe in vno habitu radiat nomen Auguſti: Conſtantius in argumento veſtis intexitur Gratianus in muneris honore ſentitur. Acceſſit tam impenſo beneficio tuo pondus quorundam ſciſcitatione cumulatũ. Interrogatus quẽ priorem decerneres conſulẽ, nec dubitandũ eſſe dixiſti tu, & qui tecũ boni ſunt dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictũ erexerant animos, qui libenter clariſſimum virum collegam meum, quem præſentem habebat occaſio, prælatum credidiſſent: fatigantes tamen quod intellexerant, requirebant. Hic tu (ſicut mihi renuntiatum eſt) noto illo pudore tuo pauliſper hæſiſti, nõ rationis ambiguus, ſed eorum dubitationem vultu & rubore condemnans, qui ſtudium ſuum interpretationis errore palpabant. Deinde illico ſubdidiſti, Quid de duobus conſulibus deſignatis quæritis quis ordo ſit nuncupationis? ánne alius quàm quem præfectura conſtituit? O felicem verecundiam tuam, cui iſta popularis ratio tam prudenter occurrit! Sciſti aliud Gratiane quod diceres, ſed propter quorundam verecundiam dicere noluiſti. Scrupuloſus hic mihi locus eſt, & propter eam quam nunquam appetiui gloriam recuſandus: quum prior renuntiatus ſim, ſatis eſt tuũ tenere iudicium. interpretes valete meritorum. Neq; autem ego, ſacratiſſime imperator, in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector. Num eſt hæc gloria ignota Ciceroni? Prætorem me (inquit) populus Rom. primum fecit, conſulem priorem. Ex ipſa eius ſententia intelligitur commendabilius ei videri, vni quàm pluri-

bus eſſe præpoſitum. Nulla enim eſt quidem contumelia ſecundi, ſed ex duobus gloria magna prælati. Alexandri Macedonis hoc fertur, quum legiſſet illos Homericos verſus quibus Hectore prouocante de nouem ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, vnum deligi placeret ſortis euentu: trepida vbi conceptione votorum Iouem optimum maximum totus precatur exercitus vt Aiacem vel Tydei filium, aut ipſum regem ditium Mycenarum ſortiri patiatur Agamemnonem: Occiderem (inquit) illum qui me tertium nominaſſet. O magnanimitatem fortiſſimi viri! nominari inter nouem tertius recuſabat, vbi certè pluribus antecelleret quàm ſubeſſet. Quanta hic verecundia grauaretur poſterior de duobus? Eſt enim in hoc numero arduæ plena dignationis electio, quum vniuerſis mortalibus duo, qui fiant conſules, præferuntur. qui alteri præponitur, non vni, ſed omnibus anteſertur. Expectare nunc aures præſentium ſcio, & eminere in omnium vultu intelligo, quod deſiderio cõcipiatur animorum. Exiſtimant enim, quum ea quæ ad grates agendas pertinebant, ſummatim tenuiore filo (vt dicitur) deducta libauerim, aliqua me etiam de maieſtatis tuæ laudibus debere perſtringere. Quanquã me iſtam dixerim ſepoſuiſſe materiam, & in tempus aliud reſeruare, nihilominus tamen vt nunc aliqua contingam, nutu & propè murmure cohortantur. Itaque faciam, quando cogunt volentem: ſed maioribus ſeparatis, tenuiora memorabo, nulla ſpe ad plenum exequendi, ſed vniuerſi vt intelligant, eorum quæ intus prædicanda ſunt, à me poſcẽdam eſſe notitiam: ab aliis, dignitatem. nec excellẽtia, ſed quotidiana tractabo. Nullum tu vnquam diem ab adoleſcẽtia tua, niſi adorato dei numine, & reus voti, & illico abſolutus egiſti lautis manibus, mẽte pura, immaculabili conſciẽtia, &, quod in paucis eſt, cogitatione ſyncera. Cuius autem vnquam egreſſus auſpicatior fuit? aut inceſſus modeſtior? aut habitudo cohibitior? aut familiaris habitus condecentior? aut militaris accinctior? in exercendo corpore quis curſum tam perniciter incitauit? quis palæſtram tam lubricus expediuit? quis ſaltum, in tam ſublime collegit? nemo abductius iacula contorſit: nemo ſpicula crebrius iecit, aut certius deſtinata percuſſit. Mirabamur poetam qui infrænes dixerat Numidas: & alterum qui ita collegerat, vt diceret, in equitando, verbera & præcepta eſſe fugæ & præcepta ſiſtendi. Obſcurum hoc nobis legentibus erat: intelleximus te videntes, quum idem arcum intenderes, & habenas remitteres:

aut equum ſegnius euntem verbere concitares, vel eodem verbere intemperantiam coerceres. Qui te viſi ſunt hoc docuiſſe, non faciũt: immò qui viſi ſunt docuiſſe, nunc diſcunt. In cibis autem cuius ſacerdotis abſtinentior ceremonia? in vino, cuius ſenis menſa frugalior? Operto conclauis tui, non ſanctior ara veſtalis, non pontificis cubile caſtius, nec puluinar flaminis tam pudicum. In officiis amicorum, non dico paria reddi: anteuenis. & quoties in obſequendo præuenimus, erubeſcis pudore tam obnoxio quàm in nobis eſſe deberet ab imperatore præuentis. In illa verò ſede, vt ex more loquimur, conſiſtorij, vt ego ſentio, ſacrarij tui, nullus vnquam ſuperiorum aut dicenda penſius cogitauit, aut conſultius cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturius expediuit. Et aliqua de oratoriis virtutibus tuis dicerem, niſi vererer mihi gratificari. Non enim Sulpitius acrior in concionibus, nec maioris Gracchi commendabilior modeſtia fuit, nec patris tui grauior autoritas. Qui tenor vocis quum incitata pronuntias? quæ inflexio quum remiſſa? quæ temperatio, quum vtraque diſpenſas? quis oratorum læta iucundius, facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius aut dixit, aut, quod eſt liberum, cogitauit? Vellem, ſi rerum natura pateretur, Xenophō Attice, in æuum noſtrum venires: tu, qui ad Cyri virtutes exequendas votum potius quàm hiſtoriam commodaſti, quum diceres, non qualis eſſet, ſed qualis eſſe deberet. Si nunc in tempora iſta procederes, in noſtro Gratiano cerneres quod in Cyro tuo non videras, ſed optabas: atque iſta omnia quaſi punctis quibuſdam acuminata ſignaui. Si facundia pro voluntate ſuppeteret, quanquam non copioſius exequerer vbertatem ſtilo rerum magnitudine ſuggerente. ſed nec huius diei, nec huius iſta materiæ. Qui dicturi eſtis laudes principis noſtri, habetis velut ſeminarium vnde orationum veſtrarum iugera compleatis. Ego iſta perſtrinxi, atque (vt ſciunt omnes) poſſum videri familiaris notitiæ ſecretus interpres, domeſtica iſtæc non tam prædicare quàm prodere. Atque vt iſta dixi de cognitis mihi, atque intra aulam familiaribus, poſſem & foris celebrata memorare, niſi omnia omnes & ſeparatim ſibi quiſque nouiſſet. Poſſem pari breuitate dicere ſuperiora. Emendatiſſimi viri eſt pigenda non facere: at tu nunquam pœnitenda feciſti, & ſemper veniam pœnitentibus obtuliſti. Pulchrum eſt indulgere timentibus, ſed tu perpetuæ bonitatis edictis occurriſti omnibus, ne timerent. Magnificum largiri honores: tu honoratos & liberalitate ditaſti. Laudabile

eſt imperatorem faciles interpretantibus præbere aditus, nec de occupatione cauſari. tu confirmas adire cunctantes, etiam querimoniis explicatis, nequid adhuc ſileatur interrogas. Celebre fuit Titi Cæſaris dictum, perdidiſſe ſe diem, quo nihil boni fecerat: ſed celebre fuit, quia Veſpaſiani ſucceſſor dixerat, cuius nimia parſimonia & auſteritas vix ferenda, miram fecerat filij lenitatem. Tu Valentiniano genitus, cuius alta bonitas, præſens comitas, temperata ſeueritas fuit, parto & condito optimè reipubl. ſtatu intelligis poſſe te eſſe leniſſimum, ſine diſpendio diſciplinę. Neque verò vnum aliquod bonum vno die præſtas, ſed indulgentias ſeculares per ſingula horarum momenta multiplicas. Vel illud vnum cuiuſmodi eſt, de condonatis reſiduis tributorum? quod tu quàm cumulata bonitate feciſti? Quis vnquam imperatorum hoc prouinciis ſuis aut vberiore indulgentia dedit, aut certiore ſecuritate proſpexit, aut prudentia cõſultiore muniuit? Fecerat & Traianus olim, ſed partibus retentis: non habebat tantam oblectationem conceſſi debiti portio, quanta ſuberat amaritudo ſeruati. Et Antoninus indulſerat, ſed imperij non beneficij ſucceſſor inuidit, qui ex documentis tabuliſque populi condonata repetiuit: tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iuſſiſti. Vidêre in ſuis quæque foris omnes ciuitates conflagrationem ſalubris incendij. Ardebant ſtirpes fraudum veterum: ardebant ſeminaria futurarum. iam ſe cum puluere fauilla miſcuerat: iam nubibus fumus inuoluerat, & adhuc obnoxij in paginis concrematis ductus apicum, & ſeſtertiorum notas quum iuuantia de ratione cernebant: quod meminerant lectum legi poſſe, & verentes. Quid te imperator Auguſte, indulgentius? quid poteſt eſſe conſultius? quæ bona præſtas, efficis ne caduca ſint: quà mala adimis, proſpicis ne poſſint eſſe recidiua. Hæc prouincialibus indulgentiæ bona: quid illa noſtro ordini? quid illa militibus Antoninorum comitas fuit? Et iam inde Germanicorum cohorti amicorum, & legionibus familiaris humanitas? Sed ego nolo beneuolentiam tuam aliorum collatione præcellere. Abundant in te ea bonitatis & virtutis exempla, quæ ſequi cupiat ventura poſteritas: &, ſi rerum natura pateretur, adſcribi ſibi voluiſſet antiquitas. Neceſſe eſt tamen aliquid comparare, vt poſſit intelligi bona noſtra quo præſtēt. Aegrotantes amicos Traianus viſere ſolebat, hactenus in eo comitas prædicanda eſt: tu & viſere ſolitus, & mederi, præbes miniſtros, inſtruis cibos, fomenta diſpenſas, ſumptum adiicis medelarum: conſolaris

affectos, reualeſcentibus gratularis:in quot vias de vna eius humanitate progrederis? Legionibus vniuerſis, vt in communi Marte euenit,ſiquid aduerſi acciderat,vidi te circumire tentoria:ſatin' ſaluæ,quærere:tractare vulnera ſauciorum, & vt ſalutiferæ apponerentur medelæ,atque vt non ceſſaretur inſtare. Vidi quoſdam faſtidiētes cibum,te commendāte ſumpſiſſe : audiui confirmantia ad ſalutem verba profari, occurrere deſideriis ſingulorum. huius ſarcinas mulis aulicis vehere:his ſpecialia iumenta præbere, illis miniſteria perditorum inſtaurare lixarum : aliorum egeſtatē tolerare ſumptu: horum nuditatem velare veſtitu:omnia agere indefeſſè & benignè, pietate maxima,oſtentatione nulla: omnia præbere ægris, nihil exprobrare ſanatis. Inde cunctis ſalute noſtra charior factus meruiſti vt haberes amicos,obnoxios,promptos,deuotos, fideles in æuum omne manſuros,quales charitas potius quàm fortuna conciliat. Cōcludam deinceps orationem meam,piiſſime Auguſte,ſermonis magis fine quàm gratiæ. Namque illa perpetua eſt,& ſpatio non tranſmeabili terminum calcis ignorat: flexu tamen paruo,nec à te procul conuertar ad deum. Aeterne omnium genitor,ipſe non genite opifex,& cauſa mūdi,principio antiquior,fine diuturnior: qui templa tibi & aras penetralibus initiatorum mentibus condidiſti : tu Gratiano, humanarum rerum domino, eiuſmodi ſemina noſtri amoris inoleſti,vt nihil in digreſſu ſegnior factus meminiſſet & relicti,illuſtraret abſentem,præſentibus anteferret, dein, quia intereſſe primordiis dignitatis per locorum interualla non poterat , ad ſolennitatem condendi honoris occurreret beneficiis, ne deeſſet officium.Quæ enim memoria,memoria (inquam) tranſcurſum tantæ celeritatis vel in audacibus Græcorum fabulis commenta eſt? Pegaſus volucer actus à Lycia non vltra Ciliciam permeauit: Cyllarus atque Arion inter Argos Nemeámque ſenuerunt : ipſi Caſtorum equi , quod longiſſimum iter eſt, non niſi mutato vectore tranſcurrunt:tu Gratiane,tot Romani imperij limites, tot flumina & lacus, tot veterum interſepta regnorum,abuſque Thracia per totum (quā longus eſt) locum Illyrici, Venetiam,Liguriámque & Galliam veterem,inſuperabilia Rhetiæ,Rheni accolas,Sequanorum inuia,porrecta Germaniæ , celeriore tranſcurſu quàm eſt properatio noſtri ſermonis,euoluis : nulla requie otij,ne ſomni quidem aut cibi munere liberali,vt Gallias tuas inopinatus illuſtres,vt conſulem tuum quanuis deſideratus anticipes, vt illam ipſam quæ auras præcedere

ſolet,famam facias tardiorem : hoc ſenectuti meæ, hoc honori à te datum , ſupremus ille imperij & conſiliorum tuorum deus cóſcius, & arbiter,& autor,indulſit vt ſellam curulem, cuius ſedem frequenter ornabis, vt prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, vt trabeam non magis auro ſuo quàm munere tuo ſplendidam , quæ ab Illyrico ſermonis dignitas honeſtauit, apud Gallias illuſtriora præſtares:quæſtorem vt tuum , præfectum vt tuo prætorio , conſulem tuum:&,quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis,præceptorem tuum,quem pia voce declaraueras,iuſta ratione prætuleras, liberali largitate ditaueras,auguſtæ dignationis officiis conſecrares.

Dixi.

892383